C. 28. c.
14

Digitized by Google

8
3 X
11

Digitized by Google

R. P. DIDACI
RVIZ
IN
PRIMAM PARTEM
D. THOMÆ,
De Voluntate Dei.

CARMELITANI SCALZI
DI S. MARIA DELLA SCALA

Digitized by Google

R. P. DIDACI

RVIZ DE MONTOYA

HISPALENSIS

è Societate IESV.

IN COLLEGIO HISPALENSI S.Hermenegildi Theol.Profeſſoris.

COMMENTARIA,

Ac Diſputationes in primam partem ſancti Thomæ.

DE VOLVNTATE DEI, ET PROPRIIS ACTIBVS EIVS.

LVGDVNI,
Sumptib. IACOBI, ANDREÆ, & MATTHÆI PROST,
M. DC. XXX.

Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. PETRO GYRON ET RIBERA,

MARCHIONI DE ALCALA ET CHVCENA, DOMINO DE TOBON,

A cubiculo Regiæ Maieſtatis, &c.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Veram & perpetuam fœlicitatem.

SI meum animum à primo bonorum fonte vel auocaret, vel retardaret, ne velocius ad eum recurreret, de tua protectione, ac patrocinio, iuſtiſſimas ob cauſas cõcepta fiducia (PRINCEPS ILLVSTRISSIME:) putarem indignum religioſo, ſacris & theologicis rebus à iuuenilibus annis vſque ad ſenectutem intento, lucubrationes alteri, quàm ſoli Deo dicare. Verumtamen Eccleſiaſticum audio præcipientem: *Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum: valdè ſpecioſus eſt in decore ſuo. Gyrans cœlum in circuitu gloriæ ſuæ.* Eccli. 43. Splendor quidem ac trium colorum varietas, ita temperata, vt nullius initium aut finis deprehendatur, quo viſus, licèt acutiſſimus, poſſit vnumquemque propriis limitibus circumſcribere, magnam olim Eccleſiæ Patribus admirationem excitauit. Nunc mihi non minorem excitat ambitus, quo gyrat cœlum in circuitu gloriæ ſuæ, vel potius noſtros animos ad gyrandum prouocat, authorem glorificando. Ex rebus enim cito perituris, quæ à cœleſtibus impreſſionibus exiſtunt, nihil eſt quod facilius poſſit noſtras cogitationes fluxas & inſtabiles ad ſuum principium tanquam ad vltimum finem quaſi facto circulo reuocare, quàm ille circuitus gloriæ. Sapientiſſimè Hierotheus in amatoriis hymnis aſſeruit, *vnam quandam vim eſſe ſimplicem, quæ per ſe ad temperationem quandam coniungentem à bono vſque ad extremum eorum, quæ ſunt, mouet & impellit, atque ab illo rurſum ordine, per omnia ad bonum ex ſe, per ſe, & à ſe in orbem reflectitur, ſempérque ad ſe ipſam eodem modo reuoluitur.* Apud Dionyſ. de diuin. nominib. c. 4. poſt med. Quaſlibet igitur res diuina bonitas & virtus ita mouet, ac impellit, vt quamuis extra ſe prodeat ad illas producendas & gubernandas; reflectatur tamen in orbem,

& in ſeipſam reuoluatur. Multiplicem circulum diuina bonitas deſcribit, ſiue creaturas omnes irrationales per hominem ad Deum reuocando tamquam ad vltimum finem, ſiue per corpora, ſenſibus expoſita, docendo intellectum, & per intellectionem prouo-

Act. 17. cando voluntatem *quærere Deum, ſi forte attrectent eum*, ſiue qualibet alia ratione. Quod nunc attinet eſt illud Dionyſij de diuinis nominibus: *Eſt igitur pulchrum & bonum expetendum, amandum, diligendum omnibus; ac propter ipſum, eiúſque cauſa, & ab inferioribus ſuperiora, melioráque relationis, conuerſioniſque vi, ac nomine diliguntur; proſpiciendique ac conſulendi cauſa inferiora à præſtantioribus.* Quod ſi conuerſionis ad ſummum bonum ea vis eſt, quæ hinc alieno indigentes auxilio, atque inferiores, ad præſtantiſſimos viros colendos & diligendos; illinc verò vehementius animos ſuperiores, & in excellentiori dignitatis faſtigio conſtitutos, proſpiciendi, conſulendíque deſiderio ad humiles indigentes & inferiores diligendos impellat (quorum alterum experior in me ipſo; alterum intueor in duobus excellentiſſimis fratribus, mearum lucubrationum Patronis) promptam & facilem iſtic inuenio viam, per quam à creatore deſcendens ad creaturas, per eas reducar ad creatorem confecto circulo, quem ipſe diſpoſuit. Sic enim altiori modo verus ſol & fons luminis *gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem luſtrans vniuerſa in circuitu*, non ſolum quæ rectis atque libratis perpetuo radiis illuſtriora reddit quaſi Meridiem, ſed etiam quæ obliquis ſplendoribus, licet obſcuriora, tanquam Aquilonaria Meridianæ lucis participatione perfundit. Quid autem à Gyronibus ſperare non poſſimus etiam obſcuriores; quandoquidem fulgentiſſimum Hiſpaniæ lumen Alfonſum huius nominis Sextum Regem ab extremo vitæ diſcrimine, nec minori ſeruitutis periculo liberans, reſtituit luci & ſplendori priſtino præclariſſimus Comes Don Rodericus familiæ, cognominíſque caput & author, ſuum equum ſaluum & incolumem, cum equo vulnerato & moribundo Regis permutans? Quippe qui regiæ vitæ libertatíſque lucrum, propriæ vitæ periculo, & libertatis diſpendio prætulit, non minori fidelitatis affectu, ſed longè maiore fortitudinis robore,

1. Reg. 24. quam olim Dauid *præcidit oram chlamydis Saul ſilenter.* Hic enim non cum hoſtibus pugnans, ſed ſuos milites ſermonibus confringens: ille verò Maurorum impetus ſuſtinens atque retardans, ex aureo paludamento Regis triplicem plicaturam reſecuit, quam in perpetuam facinoris memoriam ſuis ſtemmatibus, ſuorúmque nominibus addidit. Sed pro tanto beneficio Regis munificentiſſimi liberalitas quid illi muneris contulit? Optionem dedit petendi quodcumque vellet. Quid igitur poſtulauit? numquid auri & argenti talenta plurima, numquid regionum ditiones ac dominatus populorum? Certè ſi bonam regni partem accepiſſet; munus acceptum

ceptum non eſſet maius, quàm beneficium Regi collatum. Nihil tamen horum magnanimus Comes poſtulauit. Quid ita? quoniam authore Philoſopho Magnanimus *talis eſt, vt beneficia conferat, & pudeat ipſum, ſi ſuſcipiat beneficia: illud enim ſuperioris eſt, hoc inferioris, & in retribuendo maiora beneficia conferat.* Lib. 4. Ethic. c. 3. poſt med. Quantum igitur ab intuitu retributionis diſtate videmus generoſos animos iſtius familiæ; tantum pauperibus & humilibus creſcit ſpes obtinēdi patrocinium illorum. Quando præcedentem tomum de ſcientia Dei ſuperiori anno dicaui tuo Excellentiſſimo fratri Duci de Alcala, de paterna proſapia, rebúſque præclarè geſtis attigi pauca quædam; non pro dignitate materiæ, ſed pro mea tenuitate, & epiſtolæ breuitate. Id ſemel expertus vereor de materna proſapia, cuius memoriam priori cognomine ſeruas, inſtituere ſermonem, ex ingenti immenſóque campo in exiguum nuncupatoriæ gyrum compulſus. Admiror enim nobilitatem generis, in quo & filiam Alfonſi Sexti Regis Caſtellæ, quam ei peperit vxor Eliſabeth filia Ludouici Sexti Regis Galliæ, matrimonio copulatam inuenio. *Num parum vobis videtur generum eſſe Regis?* 1. Reg. 18. dicebat Dauid, iam Dei oraculo per Samuelem vnctus in Regem, ac per mulieres in choris decantatus decem millium victor præ Saule. Sed ego nunc inquam: Num parum alicui videri poterit, duorum Regum potentiſſimorum generum eſſe? Non poterat tantus honor contingere, niſi viro, qui cæteros regni proceres aut ſuperaret, aut certè ſuperaretur à nullo, Regiæ dignitati ſi non par, at certè ſuppar, ne per iniuriam turpiter demiſſa, ſed honeſtè collocata Regis filia videretur. Sed neſcio num magis admirari debeam tot Regum, Magnatum, Ducum, Marchionum, Comitúmque familias, ex eodem poſtea ſanguine per matrimonia procreatas, vel antiquitatem generis quadraginta circiter annis à primordiis Regni Caſtellæ & Aragoniæ, vel in pace gubernationem Reipublicæ, domúſque regiæ, vel in recuperandis Hiſpaniæ prouinciis è ditione Maurorum ſumptus, labores, & glorioſas quorumdam mortes. Hæc noſtra patria totius Beticæ caput Gyronibus ſe debere fatetur, quod illorum quintus à primo Comite Roderico, primus regiam arcem Hiſpalenſem fuerit ingreſſus. Quid mirum ſi tot ſtrenuiſſimis Ducibus delati fuerint magiſtratus ordinum militarium ſancti Iacobi, & Calatrauæ? Verumtamen ad illud propero, quód mihi magis eſt proprium, in Oſſunenſibus Ducibus tuis progenitoribus quantus fuerit pietatis & bonarum literarum amor. Sunt illius tot præcones indefatigabiles, quot ſunt æterna monumenta Collegiorum, Vniuerſitatis, & collegialis Eccleſiæ, pinguis redditibus & pretioſa ſupellectili decoratæ. Quantum vos extollendo tot tituli longiùs ab humilibus diſtare compellunt, tantum facilitas, humanitas, & magnificentia reuocant ad propinquitatem. Nec enim ſecundis rebus effræna-

Lib. 1. Offic. tam, ſibique præſidentem finitis excurrere potentiam, *ſed tanquam in Gyrum rationis & doctrinæ ducitis*, vt verbis vtar Oratoris eximij. Hæc igitur & alia multa conſiderans, in animum induxi, meum hoc opus, vel potius deſiderium ſeruiendi publicæ vtilitati ſacrarum literarum ac Theologiæ, veſtro nomine tanquam pelta protegere, certus fore, vt confugientem ad illud nunquam hoſtilibus inuidiæ iaculis indefenſum & inultum præbeatis. Meum erit quotidianis ad Deum ſacrificiis & orationibus perpetuam vobis fœlicitatem in hac & in futura vita precari.

Illuſtriſſimæ tuæ dominationis

Perpetuus Capellanus, &
in Chriſto ſeruus

DIDACVS RVIZ.

Digitized by Google

FACVLTAS P. PROVINCIALIS
Bœticæ Prouinciæ.

GEORGIVS HEMELMAN Prouincialis Societatis IESV, in Bœtica Prouincia poteſtate ad id mihi facta à R. admodum Patre noſtro MVTIO VITELLESCO Præpoſito Generali Societatis IESV facultatem concedo, vt *Diſputationes & Commentarij de Voluntate Dei* PATRIS DIDACI RVIZ DE MONTOYA, è noſtra Societate IESV Hiſpalenſis, publici ſacræ Theologiæ Profeſſoris, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque virorum iudicio examinati & approbati typis mandentur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Hiſpali Kalendis Septembris anni 1626.

GEORGIVS HEMELMAN.

EGO STEPHANVS BINETVS, Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis HENRICO III. 10 Maij 1583. HENRICO IV. 20. Decembris 1606. & LVDOVICO XIII nunc regnante 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimant: permitto IACOBO, ANDREÆ, ET MATTHÆO PROST Lugdunenſibus Bibliopolis, vt Opus quod inſcribitur, R. P DIDACI RVIZ è Societate IESV, *De Voluntate Dei, & proprijs actibus eius*, ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſint. Datum Lugduni 14. Septembris 1629.

STEPHANVS BINETVS.

APPROBATIO.

ISti Commentarij & Diſputationes R. di PATRIS DIDACI RVIZ DE MONTOYA, *Quæ ſunt de Voluntate Dei, & propriis actibus eius*, ſunt dignæ prælo, in commodum publicum. Ita cenſeo. Actum Lugduni, die 12. Septembris. 1629.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT,
Epiſcopus Damaſci.

Idem teſtor. Lugduni 13. Septembr. 1629.

DEVILLE.

CONSENSVS.

D*Iſputationes & Commentarios de Voluntate Dei, & propriis actibus eius, Auctore* REVERENDO PATRE DIDACO RVIZ, *Societatis* IESV *Theologo, typis mandari, Ego Regis Procurator in Præfectura Lugdunenſi non impedio*, 13. *Septembris*, 1629.

PVGET.

LIbrum qui inſcribitur, *Diſputationes, & Commentaria de Voluntate Dei, & propriis actibus eius, Authore* PATRE DIDACO RVIZ, Societatis IESV Theologo, in lucem edi, ac typis mandari permittimus à Iacobo, Andrea, & Matthæo Proſt, Bibliopolis Lugdunenſib. ac ſimul ne quis citra datam eis facultatem denuò excudat interdicimus. Datum Lugduni, 13. Septembris, 1629.

DECHAPONAY.

PRIVILEGIVM

CATHOLICÆ MAIESTATIS.

EL REY.

POR quanto por parte de Vos DIEGO RVIZ Religioſo de la compañia de IESVS, nos fue fecha relacion que auiades compueſto vn libro intitulado, *Commentarios ſobre la primera parte de ſanto Thomas, que trata lo de Voluntate Dei*, ſuplicandonos os mandaſemos dar liçencia para le poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fueſemos ſeruidos, o como la nueſtra merced fueſe: lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo por quanto en el dicho libro ſe hiçieron las diligençias que la prematica por nos vltimamente fecha ſobre la impreſſion de los Libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra çedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien, por la qual os damos licençia & facultad para que vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otra alguna podais imprimir el dicho libro, *Commentarios ſobre la primera parte de Santo Thomas, que trata de Voluntate Dei*, que de ſuſo ſe haçe mencion, en todos eſtos Reynos de Caſtilla, por tiempo y eſpacio de diez años que corran, y ſe quenten deſde el dia de la data de eſta nueſtra çedula, ſo pena que la perſona, o perſonas que ſin tener vueſtro poder los imprimiere, o vendiere, o hiçiere imprimir, o vender; por el miſmo caſo pierda la impreſſion que hiçiere, con todos los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mill marauedis cada vez que lo contrario hiçiere: La qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte para nueſtra camara, y la otra tercia parte para el Iuez que lo ſenteneiare; con tanto que todas las vezes que huuieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el tiempo de los dichos diez años, le traigais al nueſtro Conſejo juntamente con el original que en el fue viſto, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Martin de Segura nueſtro Eſcriuano de camara de los que reſiden en el nueſtro Conſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſtà conforme al original, o traigais fe en publica forma de como por Corector nombrado por nueſtro mandado ſe vio, y corregio la dicha impreſſion por el original, y ſe imprimio conforme a el, y quedan impreſſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro que aſſi fueren impreſſos, para que ſe taſe el precio que por cada volumen huuiere de auer, y mandamos al Impreſſor que aſſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio ny el primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor, o perſona a cuya coſta lo imprimiere, ny à otra alguna para efecto de la dicha correccion y taſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y taſado

Digitized by Google

y taſado por los del nueſtro Conſejo. y eſtando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y ſucceſſiuamente ponga eſta nueſtra çedula, y la aprobacion taſa y erratas, ſo pena de caer è incurrir en las penas contenidas enlas Leyes y prematicas deſtos nueſtros Reynos, y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y a otras qualeſquier Iuſticias dellos, que guarden y cumplan eſta nueſtra çedula y lo en ella contenido. Fecha en Aranjuez a veinte y quatro dias del mes de Nouiembre, de mill y ſeiſcientos y veinte y ſeis años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor

DON SEBASTIAN DE CONTRERAS.

INDEX QVÆSTIONVM, ARTICVLORVM, DISPVTATIONVM, ET SECTIONVM, QVÆ IN HOC opere diſcutiuntur.

PROOEMIVM folio 1.

QVÆSTIO XIX.

De Voluntate Dei.

ARTICVLVS I.

Vtrùm in Deo ſit voluntas.

DISPVTATIO I.

Vtrùm Deus habeat volitionem & appetitum à ſua eſſentia diſtinctum.

Sectio 1. Deo conuenire volitionem perfectiſſimam. fol. 3
2. Vtrùm appetitus naturalis & inſitus Deo conueniat. 6
3. Non realiter, ſed ſola ratione volitio diſtinguitur ab eſſentia, & cæteris attributis. 8

DISPVTATIO II.

Vtrùm volitiua potentia, operatio, & habitus volendi reperiatur in Deo.

Sectio 1. Potentia non ſimpliciter, ſed aliquo modo conceditur. 10
2. Non eſt actio, nec paſſio, ſed operatio, diuina volitio. 12
3. Voluntatis habitus diuinæ perfectioni repugnat. 14

DISPVTATIO III.

Quodnam ſit obiectum formale diuinæ volitionis.

Sectio 1. Solum Deum eſſe formale obiectum & vltimum finem. 14
2. Pluribus rationibus demonſtratur eadem concluſio, quæ poſita eſt initio ſectionis præcedentis. 16
3. Totus quantus eſt Deus, & quidquid eſt realiter in ipſo, formalis obiecti rationem habet comparatione diuinæ volitionis. 17
4. Formalis obiecti generalitas applicatur ad quamlibet bonitatem abſolutam: & obiectiones ſoluuntur. 20
5. Quomodo diuinus amor reflexiuè ſeipſum diligat. 21

DISPVTATIO IV.

Vtrùm Deus ſeipſum neceſſariò diligat, & adæquatè.

Sectio 1. Authores & argumenta, quæ probare videntur, eſſe liberum amorem Dei erga ſeipſum. 23
2. Quodammodo liber, abſolutè tamen eſt neceſſarius amor Dei erga ſeipſum. 24
3. Soluuntur argumenta poſita in ſectione prima. 27
Totalis & comprehenſiuus amor Dei poſſibilis eſt ipſi ſoli. 28

ARTICVLVS II.

Vtrùm Deus velit alia à ſe.

DISPVTATIO V.

Vtrùm creaturas Deus amet ac velit.

Sectio 1. Negatiuæ partis argumenta. 30
2. Creaturas amat & vult Deus. 30
3. Vtrùm creata bonitas moueat diuinam voluntatem. 31
4. Relatio ſiue reſpectus tranſcendentalis Dei ad creaturas, licet inutiles ſibi. 32
5. Vtrùm creaturas ſub ratione boni vtilis Deus amet, quaſi primarium bonum ſibi non ſufficeret. 33
6. Quam ſimplex ſit tendentia diuinæ voluntatis in omnia obiecta volita. 34

DISPVTATIO VI.

Vtrùm Deus neceſſariò velit omnia poſſibilia.

Sectio 1. Negatiua ſententia cum Authoribus & argumentis. 36
2. Prorſus neceſſarium eſſe amorem complacentiæ ſimplicis erga omnes creaturas poſſibiles. 38
3. Soluuntur argumenta poſita in ſectione prima. 40
4. Non ſolum in communi, ſed etiam in particulari quaſlibet creaturas etiam viliſſimas Deus amat. 41
5. Vtrùm Deus neceſſariò ſit omniuolens, ſicut eſt omnipotens, & omniſciens. 45
Vtrum in ſeipſis creaturas velit Deus. 46

ARTICVLVS III.

Vtrùm quidquid Deus vult, ex neceſſitate velit.

DISPVTATIO VII.

Vtrùm Deus arbitrio libero polleat circa creaturas efficaciter amandas.

Sectio 1. Reſpondens affirmatiuè. 47
2. Diuinæ libertatis indifferentia formaliter eſt poſſibilitas idem obiectum volendi, & non volendi, nec conſiſtit in ſolo iudicio proponente indifferentiam obiectorum. 48
3. Eiuſdem indifferentiæ probationes aliæ, quæ nituntur authoritate Scripturarum & Patrum. 50
4. Scholaſticorum conſenſus, & aliæ rationes pro diuinæ libertatis indifferentia. 52
5. Quid Plato & Ariſtoteles, aliique Philoſophi de libertate Dei ſenſerint. 55
6. Num diuina libertas determinetur à ſcientia. 56
7. Vtrum contingentia poſſit in diuinam voluntatem cadere. 58
8. De potentia contradictionis, & ſubiecto libertatis. 59

DISPVTATIO VIII.

Quam magna ſit diuina libertas, quæ non minuatur admixta neceſſitate quadam, aut impoſſibilitate.

Sectio 1. Poſſibilitas peccandi non pertinet ad eſſentiam libertatis. 60
2. Maior eſt libertas Dei, quam ſi peccare potuiſſet. 63
3. Libertas quoad exercitium & ſpecificationem, ſimul cum abſoluta neceſſitate decernendi per volitionem poſitiuam de quocumque bono partem alteram contradictionis. 65
4. Libertas quoad ſpecificationem, non ſolum circa ſingulas creaturas, in particulari, ſed etiam circa illas in communi & vagè. 66
5. Soluuntur argumenta, poſita initio ſectionis præcedentis. 68
6. Perpetua diuinæ voluntatis immutabilitas, nihil obeſt libertati. 69
7. Vtrum Deus liberè decreuerit omnia, quæ foret ipſe conditionaliter facturus, ſub quibuſlibet circumſtantiis poſſibilibus. 71

DISPVTATIO IX.

Quod optimum eſt, an Deus ſemper, & infallibiliter velit.

Sectio 1. Qoidnam ſit optimum, de quo dubitari poſſit. 72
2. De generibus perfectioonm, in quibus optimum eſt impoſſibile. 75
3. Licet Deus abſolutè liber fuerit vt non vellet optimum: in omnibus tamen atque infallibiliter optimum voluit. 76
4. Communis Patrum conſenſus pro electione optimi, & optima prouidentia. 77
5. Voluntas melioris boni quomodo cohæreat generationi conſubſtantialis filij, & alia quædam teſtimonia Patrum. 81
6. Mens Anſelmi probatur, & vtriuſque Victorini ſententia refertur. 83
7. Quando Patres de prouidentia diſputant aduerſus calumniatores illius, melioris boni fructum intendunt ſemper elicere. 85
8. Quatuor eiuſdem argumenti exempla, ex eiſdem aliiſque Patribus. 87
9. Non ſolum in ordine ad finem, à Deo liberè præfixum, ſed etiam ſimpliciter comparatione vniuerſi, eſt optimum, quod Deus vult. 88
10. Multis exemplis oſtenditur eneruari Theologorum rationes; niſi ſupponant voluiſſe Deum optimum finem ſub optima menſura. 91
11. Credibilitatis euidentia, bonorúmque fructus colligendus ex malis, refutat eandem ſolutionem. 94
12. Ad fallendum magis, quàm ad veritatem confirmandam deſtinarentur multæ laudes diuinorum operum: ſi Deus non eligit quod eſt ſimpliciter melius. 96
13. Sola denominatio à volitione Dei non confert eam perfectionem, quam Scriptura & Patres affirmant diuinis operibus conuenire. 97
14 Scripturarum ratiocinationes multæ penitus corruerent, niſi Deus ſemper quod eſt optimum eligeret. 98
15. Quoniam Scriptura dicit, quædam decere Deum, alia impoſſibilia eſſe, vel aliena, vel coacta, probationes aliæ. 101
16. Ex inclinatione diuinæ voluntatis aliæ rationes infallibilitatis. 102
17. Nec vlla bonitas, nec inuidia potuit ad minus bonum impellere. 104

DISPVTATIO X.

Quid Scholaſtici & Philoſophi de prædicta infallibilitate ſenſerint, & quomodo ſoluenda ſint argumenta.

Sectio 1. Scholaſticos de optima prouidentia ſenſiſſe non aliter, quàm Patres præcedenti diſputatione citatos. 105
2. Philoſophi quoque docuerunt, optimum ſemper à Deo, & à natura fieri. 109
3. Soluuntur argumenta, deſumpta ex Patribus, qui neceſſitatem omnem à Dei voluntate reiiciunt. 111
4. Soluuntur argumenta, quæ contendunt infallibilitatem optimi cum diuina libertate pugnare. 113
5. Potentiam deſtruendi ſeipſum, opponunt alia argumenta contra infallibilitatem optimi. 115
6. Indigentiam, appetitum, inclinationem, inæqualitatem perfectionis in volitionibus diuinis, exagitant alia argumenta. 117
7. De liberalitate Dei & gratia, non habente connexionem cum natura, quatuor argumenta. 119
8. Poſtremum argumentum de moltis operibus, quæ nunquam fient, licet optima videantur. 121

DISPVTATIO XI.

Vtrùm volitio libera ſit realis perfectio, intrinſeca Deo.

Sectio 1. Sine metaphora, verè & propriè Deo conuenit libera volitio efficax. 124
2. Non eſt ſatis complacentia ſimplex omnium poſſibilium, abſque volitione determinante futura. 125
3. Relatio rationis, vel extrinſeca denominatio, non eſt de eſſentia liberæ volitionis. 128
4. Cauſalitas efficax liberæ volitionis offert alias probationes eiuſdem concluſionis. 131
5. Occultiſſimorum præſcientia futurorum, & efficax eorum volitio poſſibilis eſſet hominibus & Angelis, niſi vera foret concluſio, quam probamus. 133
6. Præcipua Theologiæ fundamenta corruunt, ſi relatio rationis, vel extrinſeca denominatio determinat, & vltimò conſtituit præſcientiam & efficacem volitionem futurorum. 134
7. Num disiunctiua volitio conferat aliquid ad expediendam difficultatem de actu libero Dei. 138
8. Vtrum disiunctum ex obiectis contradicentibus expediat difficultates liberæ volitionis. 139
9. Temporalis operatio tranſiens non complet, nec conſtituit liberam Dei volitionem. 140
10. Inſtaurantur argumenta poſita ſectione ſecunda, vt volitionem disiuncti non minus quàm ſimplicem complacentiam excludant. 141
11. Cæteræ rationes attinguntur, & remittuntur ad ſectionem 4. 5. & 6. 143

DISPVTATIO XII.

Vtrùm ſit poſſibile Deum liberè velle obiecta diuerſa: quamuis nullam realem diuerſitatem cauſet in creaturis.

Sectio 1. Negatiua ſententia cum fundamentis. 145
2. Sine reali diuerſitate creaturarum poſſibile fuit Deum voluiſſe quod non voluit. 146
3. Probationes aliæ concluſionis eiuſdem, & ſolutio argumenti poſiti ſectione prima. 148

DISPVTATIO XIII.

Vtrùm libera volitio addat perfectionem realem, quæ potuerit non eſſe in Deo.

Sectio 1. Affirmatiua ſententia Caietani refellitur. 149
2. Explicatur & confirmatur magis quomodo nulla prorſus perfectio ratione disiuncta potuerit Deo addi, vel detrahi. 151
3. Argumenta & ſolutiones. 154

ARTICVLVS IV.

Vtrùm voluntas Dei ſit cauſa rerum.

DISPVTATIO XIV.

Vtrùm Deus immediatè per voluntatem operetur.

Sectio 1. Non per naturam immediatè, ſed per voluntatem operatur. 156
2. Vtrum Dei voluntas ſit rerum cauſa propinquior, quàm diuinus intellectus. 157
3. Quare voluntati potius, quàm intellectui, vel omnipotentiæ, tribuantur operationes tranſeuntes. 157
4. Vtrum executiua potentia ſit alia, præter volitionem & intellectionem. 158

ARTICVLVS V.

Vtrùm voluntatis diuinæ ſit aſſignare aliquam cauſam.

DISPVTATIO XV.

Num aliquid poſſit cauſare volitionem Dei.

Sectio 1. De cauſa realiter cauſante, ac præſertim cauſa finali. 158
2. Deo nihil eſſe rationem volendi, niſi ſuam bonitatem, ſeu voluntatem, Doctores, & argumenta contendunt. 159
3. Diuinæ volitionis aſſignari aliquam rationem probatur authoritate. 160
4. Idem probatur rationibus. 162
5. Explicatur, & conciliatur noſtra ſententia ſolutione argumentorum. 164
Corollarium de cauendis in amore, quo Deus ſeipſum diligat propter creaturas, aut creaturas diligat propter ſeipſas. 165

ARTICVLVS VI.

Vtrùm voluntas Dei ſemper impleatur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum voluntas Dei ſit mutabilis.

DISPVTATIO XVI.

Quouſque neceſſaria ſit immutabilis conſtantia diuinæ volitionis.

Sectio 1. Probatur immutabilitas illius. 166
2. Ratio S. Thomæ defenditur, & ampliatur dogma prædictum. 169
3. Vtrum diuinæ ſubſtantiæ mutabilitas ſequeretur ex mutabilitate liberæ volitionis. 170
4. Inter argumenta variæ quæſtiunculæ. 172
5. Deus iam hoc inſtanti non poteſt efficere, vt non voluerit creaturam futuram. 173

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm voluntas Dei neceſſitatem rebus volitis imponat.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm voluntas Dei ſit malorum.

ARTICVLVS X.

Vtrùm Deus habeat liberum arbitrium.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm ſit diſtinguenda in Deo voluntas ſigni.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque ſigna.

DISPVTATIO XVII.

Quid & quotuplex ſit voluntas ſigni, & quomodo coniuncta cum beneplacito.

Sectio 1. Diſtinguens voluntates & explicans quinque ſigna. 176

2. Vtrum voluntas ſigni diſcordet à re ſignificata. 177

3. Vtrum voluntas ſigni ſemper afferat ſecum adiunctam voluntatem beneplaciti. 178

DISPVTATIO XVIII.

Vtrum voluntas Dei ſemper impleatur.

Sectio 1. Voluntas ſigni non ſemper impletur, ſed hoc ipſum eſt instrumentum ad implendum beneplacitum. 178

2. Ipſum non impleri voluntatem ſigni per omnipotentiam deſtinatur ad melius implendam voluntatem beneplaciti. 179

3. Similitudinibus variis Patres idem dogma confirmant. 180

4. Vtrum voluntas beneplaciti ſemper impleatur. 184

5. Dei voluntatem abſolutam ſemper impleri probatur ex Scriptura & Patribus aſſerentibus illi non poſſe reſiſti. 186

6. Quonam ſenſu diuinæ voluntati poſſe reſiſti doceant Scripturæ & Patres. 187

7. Libertatis indifferentiam ab antecedenti neceſſitate protegunt Scripturæ & Patrum teſtimonia, quæ nobis obiiciuntur in ſectione 5. 188

8. Voluntatem abſolutam Dei ſemper impleri probatur iterum ex Scriptura & Patribus. 190

DISPVTATIO XIX.

Voluntas antecedens & conſequens quid ſint, & quomodo differant.

Sectio 1. Vtrum diuina volitio verè ac realiter intendat ſalutem eorum hominum, qui eam de facto non aſſequuntur. 192

2. Quidditas antecedentis & conſequentis voluntatis probat, Deum quod ex ſe eſt, verè ac realiter intendere ſalutem hominum, etiam eorum, qui ſua culpa damnantur. 193

3. Sicut obiectum proprium antecedentis voluntatis eſt ſalus hominum; ita ſolummodo quæ nocent, aut illam impediunt, ſunt obiectum proprium voluntatis conſequentis. 194

4. Refutatur contraria ſententia de antecedente, & conſequente voluntate Dei. 196

5. Patres alij teſtantur prædictam voluntatem antecedentem, qua Deus omnibus etiam reprobis mallet conferre pœnitentiam, & æternam ſalutem. 199

6. Obſtinatos & præſcitos non eſſe excipiendos à generali voluntate, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri. 202

7. De orationis generalitate refutantur tres ſolutiones. 205

8. Multiplex expoſitio quam Auguſtinus adhibet ad illud: *Vult omnes homines ſaluos fieri*, nihil obſtat generalitati voluntatis hactenus probatæ. 206

9. Recapitulantur diſcrimina voluntatis antecedentis & conſequentis, & ambiens vtriuſque circumſcribitur. 208

10. Vtrùm voluntas antecedens ſit voluntas ſigni, aut beneplaciti ſimpliciter, aut ſecundum quid. 210

11. Vtrùm voluntas antecedens ſit complacentia ſimplex, intendens bonum quod re ipſa nunquam exiſtet. 212

12. Prædicta complacentia non eſt omnino ſimplex, ſed eſt partim efficax. 214

13. Vtrum voluntas antecedens ſemper impleatur. 214

QVÆSTIO INCIDENS.

DISPVTATIO XX.

Vtrùm conditionata ſit antecedens voluntas, & vtrum circa media verſetur formaliter, quatenus media ſunt.

Sectio 1. Conditionalem eſſe voluntatem antecedentem ſaluandi omnes. 215

2. Conditionale pactum Dei cum hominibus probat, eſſe conditionalem voluntatem antecedentem, ideòque nihil ſaluti repugnans potuiſſe Deum antecedenter velle. 217

3. Præcedentium argumentorum ſolutiones refutantur, & oſtenditur explicitam eſſe conditionem ſupradictam. 220

4. De imperfectionibus, quas præ ſe ferre videntur volitio inefficax, & à conditione ſuſpenſa diluuntur obiectiones. 221

5. De cauſa reprobationis, & modo prouidentiæ circa præſcitos, aliæ obiectiones aduerſus antecedentem voluntatem ſaluris eorum. 223

6. Quia Deus vult medium ſalutis formaliter vt medium, conuincitur velle finem, & nullum impedimentum antecedenter velle. 224

Præcipuè ponderatur paſſio, & redemptio. ibidem.

7. Alia, quæ magis exaggerant affectum Dei volentis, vt omnibus prodeſſet eius paſſio, vbi potiſſimum de ſiti. 227

8. Cætera Scripturæ teſtimonia, quæ vim ſuperioris argumenti corroborant. 229

9. Exemplo Iudæ confirmatur huius & præcedentis diſputationis doctrina de voluntate ſaluandi, etiam præſcitos. 231

DISPV

DISPVTATIO XXI.

Vtrùm cæteri affectus Dei probent, cuiuſque viatoris ſalutem deſiderare, quantum ex ſe eſt.

Sectio 1. De gaudio, triſtitia, & deſiderio.
2. Affectus iræ, atque punitiuæ iuſtitiæ, coactus noſtris ſceleribus, probat eandem voluntatem humanæ ſalutis. 237
3. Odium, zelus, fluctuatio, & pœnitentia Dei probant cuiuſque hominis ſalutem deſiderare. 241

DISPVTATIO XXII.

Qualis ordo prioritatis, qua lege, quove fundamento ſit aſſignandus inter diuinos actus.

Sectio 1. Vtrùm realis, vel tantum ſecundum rationem ſit ordo prioritatis inter actus diuinos. 242
2. Ordo prioritatis ſecundum rationem ratiocinatam datur inter diuinos actus. 243
3. Vtrùm ab intrinſeco fundamento prioritas conueniat immanentibus Dei operationibus, diſcrepans à prioritate creaturarum. 244
4. Cùm tota perfectio diuinæ volitionis neceſſariò fuerit in Deo: quomodo potuit ab intrinſeco fundare prioritatis ordines, quos de facto non fundat. 246
5. Vnde ſumendus ſit, & qua lege prioritatis ordo, tam *in quo*, quàm *à quo*; vel ſubſiſtendi conſequentia, vel inſtantibus. 248

DISPVTATIO XXIII.

Quem ordinem prioritatis habeant intellectiones, comparatione volitionum diuinarum, & inter ſe mutuo.

Sectio 1. Proponuntur argumenta, peculiariter autem ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & ſcientia conditionata cum volitionibus comparantur. 250
2. Quomodo ſcientia viſionis poſterior ſit volitionibus diuinis. 251
3. Soluuntur incidentes dubitationes, & argumenta poſita in ſectione prima. 252
4. Quem prioritatis ordinem poſſimus inter diuinas intellectiones concipere. 253

DISPVTATIO XXIV.

Quiſnam prioritatis ordo rectè concipiatur inter volitiones diuinas.

Sectio 1. Quæ ſunt elatiora præmittuntur. 254
2. Vtrùm in Deo volitio finis ſemper ſit prior volitione mediorum. 255
3. Explicantur præcedentes concluſiones ſolutis aliquot difficultatibus. 257

DISPVTATIO XXV.

Vtrùm mala pœnæ, naturaliúmque defectuum Deus velle poſſit.

Sectio 1. De malo formaliter ſub ratione mali.
Ruiz. de Voluntate Dei.
2. Per accidens propter adiunctum bonum Deus vult malum pœnæ, naturaliúmque defectuum. 260

DISPVTATIO XXVI.

Vtrùm Deus poſſit velle peccatum.

Sectio 1. Negatiua pars decernitur. 261
2. Vtrùm Deus velit, mala eſſe, vel fieri à creata voluntate. 263
3. Soluuntur argumenta poſita initio præcedentis ſectionis. 265
4. Deus in quocumque genere cauſalitatis phyſicæ aut moralis non eſt author neq; cauſa peccati. 266
5. Vtrum Deus, ſaltem ſecundum quid, velit peccatum. 267
6. Deus volitione poſitiua vult permiſſionem peccati. 268
7. Quamuis Deus velit permiſſionem, non ſequitur velle peccatum. 269

DISPVTATIO XXVII.

Vtrùm Deus prædeterminet materialem actionem peccati.

Sectio 1. Authores opinionis affirmatiuæ. 270
2. Non ſolum phyſica, ſed etiam moralis cauſalitas peccati continetur in phyſica prædeterminatione ad materialem actionem illius. 271
3. Materialis actionis peccati cauſam phyſicam eſſe Deum, implicat non minus, quàm eſſe cauſam moralem. 276
4. Optimi finis intentio Deum non excuſaret. 280
5. Solutio tertia deſumpta ex obligatione, & ſubiectione ad legem, non ſatisfacit. 282
6. Eiuſdem ſolutionis tertiæ refutationes aliæ, venientes ab obligatione, qua Deus nihil poteſt contra ſeipſum committere. 285
7. De malitia quæ non ſequitur ad actionem materialem, niſi prout egreditur à voluntate creata. 287

DISPVTATIO XXVIII.

Vtrùm defectus actionis reducendus non in cauſam efficientem, ſed deficientem, defendat, vel potius oppugnet phyſicam prædeterminationem.

Sectio 1. Qui authores vtantur huiuſmodi ſolutione, & ad quam ſententiam defendendam. 290
2. Quoniam defectus & priuationis cauſa debet eſſe deficiens, & ex nihilo producta, probatur Deum non prædeterminare materialem actionem peccati. 293
3. Eadem concluſio probatur rationibus ſancti Thomæ & aliorum ſcholaſticorum. 295

Appendix.

4. Colligitur refutatio ſolutionum, quæ adducuntur ad explicationem primariæ. 298
5. In primo creationis inſtanti propterea nullus Angelus potuit eſſe malus, quoniam Deus prædeterminare non poteſt ad materialem actionem peccati. 299

DISPVTATIO XXIX.

Vtrum prima atque vniuerſaliſſima cauſa munus eandem prædeterminationem excludat.

Sectio 1. Pars affirmatiua probatur. 301
2. Refutatur ſolutio de volitione, quam ſine diuino concurſu voluntas eliceret, ſi poſſet. 303
3. Nihil ſupernaturale foret neceſſarium ad perſeuerandum longo tempore ſine peccato, ſi munus primæ cauſæ prædeterminaret actiones peccatorum. 303

DISPVTATIO XXX.

Circa fidei fundamentum, & certitudinem, quid ex phyſica prædeterminatione ſequatur.

Sectio 1. Ad hoc explicandum & probandum variæ rationes. 305
2. Præoccupantur ſolutiones. 308
3. Quæ circa mendacium refutantur à Theologis, argumenta miniſtrant noſtræ ſententiæ. 310

DISPVTATIO XXXI.

Vtrùm oppoſitio inter facere atque permittere ad materiales etiam actiones referatur à Patribus.

Sectio 1. Propria permiſſionis differentia prohibet prædeterminari materialem actionem peccati. 312
2. Vtriuſque partis indifferentiam promiſſio confert: ideóque phyſicam prædeterminationem excludit. 315
3. Permiſſionem non ſolùm ad malitiam, ſed etiam ad materialem actionem Patres referunt. 317
4. Non ſolum de malitia, ſed etiam de materiali operatione loquuntur Patres dicentes non fieri à Deo. 320

DISPVTATIO XXXII.

Vtrùm Tridentina permiſſio, comparata cum contrariis erroribus, probet, non prædeterminari materialem actionem peccati.

Sectio 1. Tridentini ſextus Canon ſextæ ſeſſionis expenditur. 322
2. Quid huius temporis hæretici dixerint de materiali actione peccati, præciſa ratione formali. 324
3. Præcedentis argumenti confirmationes ex ſolutionibus hæreticorum, de fine diuinæ voluntatis, & de cauſa morali, & ſubiectione ad legem. 325
4. Tres aliæ hæreticorum excuſationes de vniuerſalitate cauſæ primæ: de ſpontaneo cauſæ ſecundæ, & inſcrutabilibus Dei iudiciis. 327
5. Referendo fundamenta hæreticorum confirmatur argumentum poſitum in ſectione prima. 328
6. Referuntur ſolutiones contrariæ ſententiæ 329
7. Non poſſe contra nos retorqueri præcedentium ſectionum argumenta. 331

DISPVTATIO XXXIII.

Dei voluntatem num deceat prædeterminare materialem actionem peccati.

Sectio 1. Homines excuſarentur à culpa, ſi Deus vellet, vt ipſi vellent, & facerent has materiales actiones. 334
2. De varia proportione obiectorum ad varias voluntates, obiectio diluitur, & noua ratio inſtruitur. 337
3. Deus non vult vt fiant materiales actiones malæ, ſed potius vult, vt non fiant. 339
4. Cùm Deus prohibeat materialem actionem peccati, velle non poteſt, vt ab hominibus eliciatur. 341

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrùm Dei erga homines, etiam præſcitos, charitas & miſericordia patiatur illos prædeterminare ad materiales actiones, quibus inſeparabiliter adiungitur malitia.

Sectio 1. Vera Dei amicitia erga quoſlibet iuſtos, etiam præſcitos, non patitur prædeterminationem ad materiales actiones peccatorum. 345
2. Quia iuſtos Deus non deſerit, niſi prius deſeratur ab illis concluditur non prædeterminare materiales actiones peccatorum. 347
3. Quo genere iuſtitiæ teneatur Deus iuſtos non deſerere, niſi prius deſeratur ab illis. 348
4. Finis proprius Euchariſtiæ Sacramenti probat eandem impoſſibilitatem prædeterminandi iuſtos ad materialem actionem mortiferi peccati. 350
5. Conuiuatoris lex poſtulat, quibuſlibet inuitatis, ſiue iuſtis, ſiue peccatoribus, non apponi prædeterminationem, ex qua neceſſariò ſequatur, conuiuium conuerti in venenum. 352

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm prædeſtinationis & prouidentiæ ratio repugnet prædeterminationi ſupradictæ.

Sectio 1. Non prædeſtinari materialem actionem peccari. 354
2. Solutiones contrariæ ſententiæ refutantur. 357
3. Finis creandi liberum arbitrium, & cæteras res vniuerſi non patitur prædeterminari peccatorum actiones. 361
4. Murmurationes & querelas hominum de ſuppliciis, ſequeretur eſſe iuſtas, ſi prædeterminaret Deus materiales.
5. Iniuſtitia ſupplicij colligitur adhuc ex prædeterminatione. 368
6. Diſcrimen, quo diuina prouidentia verſatur circa duplex malorum genus, refutat alterius prædeterminationem. 370

7. Quo

7. Quoniam ſupplicia non decernuntur, niſi propter præcognitum libertatis vſum, refutatur prædeterminatio materialis actionis. 373
8. Eidem fundamento atteſtantur alij Patres. 376

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrum initium peccati probet, voluntatem à ſe ipſa, non à Deo determinari ad materialem illius actionem.

Sectio 1. Pars affirmatiua rationibus, & ſacræ Scipturæ teſtimoniis comprobatur. 377
2. Idem confirmatur ex Patribus. 379
3. Prauarum actionum ſemina, non per Deum, ſed per dæmonem, & liberum hominis arbitrium poſita, eandem veritatem confirmant. 381
4. Per ſeipsũ abſque ſpeciali concurſu Dei peccare non poſſet arbitrium, ſi phyſicè prædeterminaretur materialis actio peccati. 383
5. Deus non excitat, neque præuenit voluntates ad materiales actiones peccatorum. 385
6. Quia voluntas à Deo nec impellitur, nec præparatur, nec agitur ad peccatorum actiones, eadem veritas confirmatur. 386
7. De cogitatione, vocatione, ſuggeſtione, faſcinatione illuſtrationis contraria, viſitatione, & inſpiratione. 388
8. Deus non operatur velle, & perficere materiales actiones peccatorum, licet potentiam operandi tribuat. 389
9. Cæteræ rationes ex principio, cui tribuendæ ſunt actiones, tanquam diſcernenti, trahenti, & cooperanti. 390

DISPVTATIO XXXVII.

Appendix ad præcedentem.

De initio peccati ex tentationibus, prout repugnat phyſica prædeterminationi.

Sectio 1. Qui neminem tentat, neminem phyſicè prædeterminat ad materialem actionem peccati. 392
2. De fractis viribus dæmonis aliæ rationes ad eandem veritatem confirmandam. 395
3. Illis etiam, qui tentationibus conſentiunt, fuiſſe ſimpliciter poſſibile non conſentire. 399

DISPVTATIO XXXVIII.

Quanta ſit repugnantia inter quidditatem boni & antecedentem mali neceſſitatem.

Sectio 1. Argumenta quædam contra Manichæos à Patribus ſcripta, quid probent ad rem præſentem. 400
2. Peccatum reduceretur in Deum, ſi neceſſariò ſequeretur ex eius generali concurſu. 403
3. Non peccandi neceſſitatem antecedenti neceſſitate ſolutam eſſe debere. 406
4. Primos parentes nulla neceſſitate primum commiſiſſe peccatum, ſed illud facilè vitare potuiſſe. 410
5. De Angelis ſimul, & primis parentibus probatur eadem poſſibilitas non peccandi. 411
6. Neceſſitas, ex libertate procedens, eandem veritatem confirmat. 414
7. Cætera teſtimonia Patrum de poſſibilitate vitandi, quæ dicuntur ex neceſſitate peccata. 416
8. In multiplici cauſarum genere, neceſſitatem aſſerentium, veritas eadem confirmatur.

DISPVTATIO XXXIX.

Quid Scholaſtici exiſtimauerint de voluntate Dei, atque concurſu ad materiales actiones peccatorum.

Sectio 1. Statuitur, & explicatur concluſio in cæteris ſectionibus probanda.
2. Sanctum Thomam in prædicta doctrina fuiſſe conſtantem. 419
3. Antiquiores diſcipuli S. Thomæ cum nonnullis recentioribus. 423
4. Antiquiores Scholaſtici præter Thomiſtas & Nominales. 427
5. Qui Nominalium appellatione cenſentur. 429
6. Recentiores Scholaſtici. 432
7. Appendix Ethnici Philoſophi. 434

DISPVTATIO XL.

Quæ membra comprehendantur ſub amplitudine cauſalitatis, Deo repugnantis erga materialem actionem peccati.

Sectio 1. Singula genera prædeterminandi, prædefiniendi, vel inclinandi ad determinatum actum. 435
2. Vtrum prædicta impoſſibilitas comprehendat quemlibet actum, qui non ſit intrinſecè bonus. 438
3. Vtrum aliquem actum peccati vagè, ſiue in communi prædeterminare, poſſibile ſit ex vi ſolios concurſus generalis. 440
4. Soluuntur argumenta, quæ probare contendunt prædictam peccandi neceſſitatem. 443
5. Vtrum limitando generalem concurſum prædeterminari queant vagè materiales peccatorum actiones. 444

Peculiariter in damnatis.

6. Vtrum ex vi ſpecialis concurſus actum peccati vagè prædeterminari ſit poſſibile. 446

DISPVTATIO XLI.

Vtrum materialem actionem peccati nulli creaturæ imputabilem poſſibile ſit à Deo cauſari.

Sectio 1. De Actione, ad qoam nulla potentia vitalis effectiuè concurrat. 447
2. De materiali entitate, ad quam potentia vitalis effectiuè concurrat, ſed ſine imputabilitate. 450
3. Superioris doctrinæ ampliationes & corollaria. 452

DISPVTATIO XLII.

Vtrum Scripturæ teſtimonia, quæ ſonant, dæmones & homines Dei conſilio & cauſalitate ad peccatorum opera moueri, probent phyſicam illorum prædeterminationem.

Sectio 1. Teſtimoniorum enumeratio, & generalis expoſitio. 453
2. Hominem ſibi excæcationis & obdurationis eſſe authorem, apertè ſacræ litteræ tradiderunt. 455
3. Soluuntur obiectiones contra expoſitionem de permiſſione traditam in ſectione prima. 457

DISPVTATIO XLIII.

Vtrum Deus per patientiam ſolummodo, vel etiam per potentiam, inclinet ad mala voluntates impiorum.

Sectio 1. Ex Auguſtino lib. 5. contra Iulianum & lib. de grat. & libero arbitrio non colligitur vlla prædeterminatio materialis peccati. 459
2. Quænam ſit illa patientia deſerens, quam Auguſtinus refutabat in errore Iuliani. 460
3. Abundantioris illuſtrationis, atque protectionis ſubtractio in pœnam præcedentium peccatorum, eſt præcipua ratio, propter quam Deus excæcare dicatur, & indurare. 462
4. Expediuntur quædam dubitationes circa ſuperiorem doctrinam. 465
5. Ex eo quod peccatum ſit pœna peccati, non colligitur prędeterminatio materialis actionis. 466
6. Soluuntur alia duo argumenta de peccato, vt eſt pœna peccati. 469

DISPVTATIO XLIV.

Quibus modis exerceatur diuina potentia, dum excæcat, & tradit deſideriis.

Sectio 1. Diminutio illuſtrationis ac protectionis punitio & externorum bonorum ſubminiſtratio. 471
2. In volitionem, quæ mala eſt, influendo, quomodo Deus induret. 473
3. Quoniam nocumento menſuram & alias circumſtantias præſcribit, dicitur Deus actiones malas præcipere per potentiam. 475
4. Ob eandem rationem præſcribendi menſuram & circumſtantias dicitur Deus obdurare, & facere, quæ non niſi peccando fiunt à voluntate creata. 478
5. Vtrum ad materialem actionem leuioris peccati Deus determinare aut inclinare poſſit voluntatem, ex ſe propenſam ad grauius peccatum. 480
6. Potentia Dei, quæ contra eius voluntatem antecedentem fiunt, conuertens vt ſeruiant efficaci voluntati, probat non prædeterminari materiales actiones peccatorum. 483
7. Ioſephi conſolatio ad fratres noſtram ſententiam confirmat. 484
8. Septimus modus indurandi & errare faciendi. 486

DISPVTATIO XLV.

Vtrum primæ cauſa generalis concurſus intrinſecè phyſicam prædeterminationem afferat.

Sectio 1. Negatiua pars probatur ex quidditatiua libertate atque poteſtate voluntatis. 486
2. Indifferentia generalis concurſus ad quaſlibet actiones deducitur ex materialibus actionibus peccatorum. 488
3. Si formalis ratio peccati foret aliquid reale, & poſitiuum, fortius vrgerent rationes præcedentis ſectionis. 490
4. Ex generalitate concurſus primæ cauſæ probatur indifferentia eadem determinabilis per cauſas ſecundas. 491
5. Primæ cauſæ prioritas abſque phyſica prædeterminatione. 493
6. Prior, immediatior, intimior, & efficacior ita eſt concurſus primæ cauſæ, vt eo ipſo refutet phyſicam prædeterminationem. 497
7. De independentia generalis concurſus, & totali cauſalitate. 500
8. De concurſu ac determinatione voluntatis creatæ, prout procedit à prima cauſa. 502
9. Modificari & determinari concurſum primæ cauſæ. 503
10. Vnitas actionis, à prima & ſecunda cauſa procedentis, nihil obſtat indifferentiæ generalis concurſus. 505

DISPVTATIO XLVI.

Vtrum additamentum ſecundæ cauſæ, realiter ab actione diſtinctum, per generalem primæ cauſæ concurſum tribuatur.

Sectio 1. Statu controuerſiæ poſito, negatiua concluſio reſpondet. 507
2. Ex eo quod ſola intentio, habens eſſe quoddam incompletum, communicetur cauſis ſecundis, probatur præcedens concluſio. 506
3. Cætera D. Thomæ teſtimonia ponderantur. 511
4. Eandem veritatem clariùs tradiderunt antiquiores Thomiſtæ. 514
5. Præuium cauſarum additamentum liberis repugnare, naturalibuſque cauſis eſſe ſuperfluum. 517
6. Idem additamentum refutatur, quoniam de potentia Dei abſoluta poſſe, eſſe ſine actione cauſæ ſecundæ, & actio poſſet eſſe ſine illo. 519
7. Præuium additamentum nec eſſe complementum cauſarum, nec fluentem realitatem. 521
8. Nec motioni cauſarum poſſet aſſignari ſpecies, nec termino per illam producto prædicamentum. 524
9. Poſtremæ rationes ab effectu formali & comparatione multarum cauſarum ad inuicem. 526

DISPVTATIO XLVII.

De quibuſdam authoritatibus, quæ ſolent afferri ad probandum præuium cauſarum additamentum ex motione Dei.

Sectio 1. De quibuſdam verbis Pauli, necnon catechiſmi Romani. 529
2. Nihil ad phyſicam prædeterminationem attinet diſcurſus, quo Philoſophus primum motorem immobilem colligit ex eo, quod omne quod mouetur ab alio mouetur. 530
3. Soluuntur obiectiones initio præcedentis ſectionis adductæ, nec non ex libro de cauſis. 533
4. Ex eo quod mouere ſit ipſum agere corroboratetur eadem veritas teſtimoniis Theologorum, & Philoſophorum. 535

DISPVTATIO XLVIII.

Vtrum inſtrumentorum titulo ſecundis cauſis debeatur concurſus determinatus, aut præuium additamentum.

Sectio 1. Inſtrumenti quidditas non propriè conuenit cauſis ſecundis. 536
2. Cauſa libera rationem inſtrumenti participat multò minus, quàm naturalis cauſa. 538
3. De materiali actione peccati, quatenus longius recedit ab inſtrumento primæ cauſæ. 540
4. De propria ratione inſtrumenti peccatis extrinſecus addita per Dei prouidentiam. 541
5. Per officium inſtrumenti nec phyſica prædeterminatio, nec præuium additamentum imponitur voluntati creatæ. 542

DISPVTATIO XLIX.

De argumentis aliis ab indigentia determinationis, & actualitatis.

Sectio 1. Argumenta, quæ propria ſunt cauſæ liberæ. 544
2. De dominio, & vſu Dei aliud argumentum. 546
3. De actualitate, ac dependentia ſecundæ cauſæ cuiuſlibet obiectiones aliæ. 549
4. Numericam vel ſpecificam rationem volitionis licet Deus determinaret: nullum induceret additamentum præuium, & abſolutè retineret ſui concurſus indifferentiam. 550

DISPVTATIO L.

Vtrum perfectio prouidentiæ circa minima requirat prædeterminationem phyſicam in concurſu primæ cauſæ.

Sectio 1. Rei tractandæ diſtributione præmiſſa, de præſcientia difficultas ſoluitur. 553
2. Quomodo diuina voluntas verſetur circa materiales peccatorum actiones. 555
3. Præcedens deciſio corroboratur ſolutione argumentorum. 557
4. De coactione diuinæ voluntatis obiectio alia. 559
5. Ex perfecta ſingularium prouidentia quomodo phyſicam prædeterminationem colligant eius authores. 560
6. Diſtinctam, atque perfectam eſſe ſingularium quorumlibet prouidentiam generalem, licet non omnia prædefiniat. 562
7. Rationibus probatur eadem aſſertio. 565
8. Reſpondetur ad argumenta poſita in ſectione quinta. 567
9. Contingentia, caſualitaſque fortuita reſpectu diuinæ prouidentiæ non ſequitur ex abſentia phyſicæ prædeterminationis. 569
10. Prauis actionibus nec ideo Deus prouidet, quia futuræ ſunt, nec ideo futuræ ſunt, quia Deus ad illas diſponit efficacia media. 572
11. De merito temporalis præmij, & de quibuſdam motibus appetitus ſenſitiui, poſtremæ obiectiones. 574

DISPVTATIO LI.

Appendix ad viginti quatuor præcedentes diſputationes, In qua ſi de retorqueri contra concurſum indifferentem argumenta, quæ refutant concurſum determinantem ad actiones peccatorum.

Sectio 1. Proponuntur quæ retorquentur. 576
2. Solutionis fundamentum explicatur, à priori, & illuſtratur exemplis. 577
3. Ad argumenta ſectione prima propoſita ſolutio applicatur in forma. 579
4. Replicis quibuſdam occurritur. 580

QVÆSTIO XX.

De amore Dei.

ARTICVLVS I.

Vtrum amor ſit in Deo.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus omnia amet.

DISPVTATIO LII.

Quibuſnam affectibus Deus proſequatur bonum infinitum, & finitum.

Sectio 1. Amor Dei erga ſuas omnes perfectiones eſt ſecundum rationem diſtinctus à gaudio, & radix illius. 581
2. Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ. 583
3. Circa Dei amorem, & gaudium antiquitus non de re ipſa, ſed de vocibus erat diſſidium. 585
4. Qualis ſit charitas Dei erga ſeipſum: ac potiſſimum an propriè ſit amicitia. 585
5. Solutis argumentis, allatis aduerſus amicitiam, oſtenditur, Dei amorem non eſſe concupiſcentiæ comparatione diuinarum perſonarum. 588

6. Erga

6. Erga creaturas rationales amorem Dei eſſe amicitiam; aliis quæſtiooibus ad ſua loca remiſſis. 589
7. Deſiderij quidditas diuinæ perfectioni repugnat. 591
8 Spem repugnare voluntati diuinæ. 592

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Deus ſemper magis diligat meliora.

DISPVTATIO LIII.

Qualis eſſe potuerit inæqualitas amoris erga quodlibet amabile.

Sectio 1. Inæqualitas tribuendi maius bonum, & principaliter amandi, per formalitatem increatam & iotrinſecam volitioni diuinæ. 593
2. Vtrum ſit poſſibile magis vnum amare, quam alium, abſque productione maioris boni. 595
3. Quænam amoris æqualitas doceatur quando Sap. 6. *Æqualiter*, inquit, *eſt illi cura de omnibus.* 596
4. Cæteras æqualitates affines eſſe præcedentibus, & nihil obſtare donorum inæqualitatibus. 597
5. Meliora magis amat Deus; & Chriſtum Dominum magis quam totam collectionem omnium creaturarum. 599
6. Argumenta quæ contendunt, Eccleſiam à Deo magis amari, quam vitam humanitatis Chriſti Domini. 601
7. Solutio præcedentium argumentorum. 602
8. Vtrum Angelos magis, quàm homines Deus amauerit. 603
9. Soluuntur obiectiones aduerſus maiorem amorem hominum. 605
10. Vtrum Ioannem magis quam Petrum Deus amauerit. 606
11. Vtrum innocentem Deus amet plus, quam pœnitentem. 609
12. Ad rationes dubitandi, poſitas in ſectiooe præcedenti, declaratur cauſa gaudendi magis, aut diligendi perſonam cui plus dimittitur. 611
13. Vtrum peccatorem prædeſtinatum Deus amet plus, quàm iuſtum præſcitum. 612

DISPVTATIO LIV.

Quibus affectibus à malo refugiat voluntas diuina.

Sectio 1. Vtrum odium propriè dictum Deo conueniat. 613
2. Rationibus oſtenditur odium peccati propriè conuenire Deo. 615
3. Odium inimicitiæ Deo repugnat, etiam aduerſus probos & damnatos. 618
4. Fuga, timor, & triſtitia diuinæ voluntati repugnant. 620
5. Vtrum ira propriè dicta Deo conueniat. 622

QVÆSTIO XXI.

De Iuſtitia & Miſericordia Dei.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo ſit Iuſtitia.

ARTICVLVS II.

Vtrum iuſtitia Dei ſit veritas.

DISPVTATIO LV.

Quænam virtutes Deo conueniant excepta ſpeciali virtute iuſtitiæ.

Sectio 1. Quidditas & diſtioctio diuinarum virtutum, & peculiariter earum, quæ pertinent ad temperantiam, & fortitudinem. 625
2. Liberalitatis virtut Deo potiſſimum conuenit. 627
3. Benignitas & veritas, ſeu veracitas, quanta proprietate Deo conueniant. 629
4. Quæcumque virtutes, quarum actus includunt ſubmiſſionem inferioris ad ſuperiorem, diuinæ celſitudini repugnant, & peculiariter gratitudo. 630
5. Iuramentum Deo metaphoricè tribuitur. 634

DISPVTATIO LVI.

Vtrum obligationem aliquam Deus ſibi, vel ſuis rebus, poſſit imponere.

Sectio 1. Vtrum propriè dicantur promiſſio, conuentio, pactum, fœdus, & teſtamentum Dei. 635
2. Deum ſibi non poſſe debitum aut obligationem imponere. 637
3. Propriè deberi res à Deo promiſſas oſtenditur. 638
4. Prædictæ obligationis, ac debiti proprietas & rigor mitigatur, admixta multiplici gratia. 641
5. Rebus tantum creatis obligatio debitumque per Dei promiſſiones imponitur: Deus autem non hominibus, ſed tantum ſibi manet obligatus. 643
6. Contra præcedentem deciſionem argumenta ſoluuntur. 645
7. Vtrum promiſſio diuina nihil aliud ſit, quam declaratio diuinæ voluntatis & propoſiti per ſimplicem prædictionem alicuius beneficij. 646
8. Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ poſita ſub initium ſectionis præcedentis. 649

DISPVTATIO LVII.

Vtrum legalis atque gubernatrix iuſtitia propriè dicta reperiatur in Deo.

Sectio 1. Generales iuſtitiæ definitiones, & explicatio iuſtitiæ legalis. 650
2. Legalem iuſtitiam Deo, ſublatis imperfectionibus, conuenire. 651

3. Præſcin

3. Præſcindendo à promiſſione,bonis operibus, etiam naturalibus,præmia reddere,num ſit iuſtitia legalis. 653
4. Explicatur amplius eadem iuſtitia legalis & gubernatrix. 655

DISPVTATIO LVIII.

Vtrum iuſtitia ſtricte ſumpta, ſiue diſtributiua, ſiue commutatiua, Deo formaliter & propriè conueniat.

Sectio 1. Breuis reſolutio totius deciſionis,in hac & ſequentibus ſectionibus examinanda. 656
2. Referuntur authorum placita circa Dei iuſtitiam. 657
3. S. Thomas author eſt eiuſdem quintæ ſententiæ. 658
4. Iuſtitiam ſpecialiter & ſtrictè dictam altiori modo conuenire Deo. 659
5. Rationibus probatur Dei iuſtitia ſtrictè dicta. 662
6. Solutiones aduerſariorum impugnantur. 664
7 De dominio transferendo per iuſtitiam ſpecialem argumentum ſoluitur. 665
8. De iuſtitia patris ad filium, & domini ad ſeruum alterum argumentum. 667
9. Nec iuſtitia,nec iniuſtitia hominis ad Deum, ſequitur ex iuſtitia Dei ad homines: nec iſta requirit materiam temporalem aut vtilem Deo. 668
10. Meritis de congruo, etiam ſuppoſita promiſſione, præmium reddere, non eſt ſpecialis iuſtitiæ actus, ſed iuſtitiæ legalis. 669

DISPVTATIO LIX.

Vtrum diſtributiua potius, quam commutatiua iuſtitiæ perfectionem præhabeat diuina iuſtitia.

Sectio 1. Diſtributiuæ iuſtitiæ perfectio qua ratione reperiatur in Deo. 670
2. Diluuntur obiectiones contrariæ ſententiæ. 672
3. Commutatiua iuſtitia ſimilitudinem aliquam diuinæ iuſtitiæ participat, ſed minorem quam diſtributiua 674

DISPVTATIO LX.

Vtrum vindicatiua iuſtitia Dei ſit propriè & ſtrictè iuſtitia.

Sectio 1. Negantium variæ opiniones & argumenta. 674
2. Vindicatiuam iuſtitiam Dei eſſe ſpecialem virtutem iuſtitiæ,propriè dictæ. 675
3. Rationibus probatur, punitiuam in Deo eſſe iuſtitiam ſpecialem & ſtrictè ſumptam. 676
4. Diſtributiua potius, quam commutatiua eſt Dei iuſtitia punitiua. 679
5. Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ, poſita in ſectione prima.

ARTICVLVS III.

Vtrum miſericordia competat Deo.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in omnibus operibus Dei ſit miſericordia & iuſtitia.

DISPVTATIO LXI.

Quanta ſit miſericordia diuinæ proprietas, perfectio,& generalitas.

Sectio 1. Vtrùm formaliter & propriè miſericordia ſit in Deo,& quæ ſint eius acceptiones. 681
2. Diſtinctionis, prioritatis,& perfectionis ordo quis ſit inter iuſtitiam & miſericordiam. 681
3. Vtrum generaliter miſericordia & iuſtitia interueniant in omnibus operibus Dei. 683
4. De pœna limbi, & de potentia abſoluta duæ difficultates. 684
5. De variis operibus,quibus deeſſe videbantur miſericordia,vel iuſtitia. 684

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC OPERE CITANTVR.

Littera d. ſignificat diſputationem ; ſ. ſectionem ; n. numerum, margini adſcriptum ; f. folium.

Geneſis.

cap.1. *FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & preſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis vniuerſeque terre.* d.35.ſ.3.n.9.f.361

Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valdè bona. d.6.ſ.4.n.4.f.42

2. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* d.9.ſect.16.n.13.f.104

Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. d.10.ſ.6.n.4.f.117

3. *Ne fortè ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* d.9.ſ.7.n.9.f.86

Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. d.37.ſ.1.n.21.f.395

4. *Pater habitantiū in tentoriis.* d.26.ſ.4.n.13.f.267

6. *Pœnitet me feciſſe hominem.* d.16.ſ.4.n.2.f.172

Videns Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra; & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo inquit hominem, &c. d.9.ſ.15.n.11.f.101

Noe vir iuſtus, atque perfectus. d.57.ſ.1.n.7.f.651

15. *Secundum quid cognoſcam, quod in hæreditatem accipiam eam.* d.56.ſ.1.n.9.f.636

17. *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* d.56.ſ.3.n.18.f.640

18. *Abſit à te, vt rem hanc facias, vt occidas iuſtum cum impio: non eſt tuum hoc, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* d.9.ſ.15.n.2.f.101

19. *Dixit Dominus ad Loth: feſtina, & ſaluare ibi; quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* d.9.ſ.15.n.6 f.102

21. *Viſitauit Dominus Saram, ſicut promiſerat, & impleuit quæ locutus eſt.* d.56.ſ.1.num.2.fol.635

27. *Voluntas Dei fuit vt cito mihi occurreret.* d.1.ſ.1.n.5.f.3

45. *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* d.1.ſ.1.n.5.f.3

Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. d.18.ſ.2.n.2.f.179

47. *Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis.* d.31.ſ.1.n.2.f.315

50. *Nolite timere: nam Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me.* d.18.ſ.2.n.2.f.179

Vos cogitaſtis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum. d.44.ſ.7.n.3.f.485

Vt exaltaret me ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos. d.44.ſ.7.n.4.f.485

Exodus.

4. *Si non crediderint tibi, nec audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis.* d.10.ſ.3.n.4.f.111

8. *Pharao ingrauauit cor ſuum.* d.42.ſ.2.num.2.fol.455

9. *Videns Pharao, quod ceſſaſſet pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum, & ingrauatum eſt cor eius, & ſeruorum illius, & induratum nimis.* d.43.ſ.2.n.5.f.461

10. *Vſquequo non vis ſubiici mihi.* d.18.ſect.6.n.7.fol.187

15. *Scriptum eſt: emiſiſti iram tuam quæ deuorabit eos ſicut ſtipulam.* d.19.ſ.2.n.6.f.193

19. *Sacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.* d.7.ſ.3.n.11.f.51

23. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à verò deuies.* d.10.ſ.8.n.12.f.123

23. *Auerſor impium.* d.26.ſ.1.n.6.f.261

24. *hic eſt ſanguis fœderis.* diſp.56.ſ.1.n.14.f.636

32. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* d.35.ſ.4.n.3.f.365

Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna & in manu robuſta? d.3.ſ.1.num.13.f.15

33. *Non enim aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis eſt ne forte diſperdam te in via.* diſp.7.ſect.3.n.11.f.51

Leuiticus.

11. *Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis.* d.44.ſect.3.n.22.f.477

23. *Sex diebus facietis opus.* diſput.44.ſect.3.n.21. fol.477
26. *Si ambulaverint ad me perverſi,& ego ambulabo ad eos perverſus in furore meo.* d.34.ſ.3. num.7. fol.349

Numeri.

10. *Dominus bona promiſit Iſraëli.* d.56.ſ.1.n.2. fol.635
14. *Amalec & Chananaus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquieſcere Domino.* d.43.ſ.3.n.3.f.463
Feriam igitur eos peſtilentia,&c. d.5.ſect.1.num.14. fol.15
23. *Non eſt Deus quaſi homo,vt mentiatur; neque vt filius hominis vt mutetur.* d.16.ſ.1.n.2. f.166

Deuteronomium.

Noluiſtis aſcendere, ſed increduli ad ſermonem Domini Dei noſtri murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis, Odit nos Dominus & idcirco eduxit nos,&c. d.35.ſ.4.n.2.f.365
2. *Induraverat Dominus ſpiritum Sehon.* d.42.ſ.1. n.7.f.454
4. *Scitis quod docuerim vos pracepta,atque iuſtitias, ſicut mandavit mihi Dominus Deus.* d.57. ſ.1.n.8.f.651
5. *Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me.* d.52.ſ.7.n.2.f.591
7. *Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris.* d.11.ſ.4.n.5.f.131
10. *Circumcidite igitur praputium cordis veſtri, & cervicem veſtram ne induretis amplius.* d.42. ſ.2.n.2.f.455
15. *Non obdurabis cor tuum.* diſput.42.ſ.2.n.2. fol.455
20. *Nullum omnino permittes vivere.* diſp.31.ſ.2. n.2.f.315
25. *Non alligabis os bovi trituranti.* d.9.ſ.4.n.18. fol.100
26. *Dominum elegiſti hodie.* diſputat.11.ſect.4. n.11.f.132
28. *Si nolueris audire vocem Domini Dei tui, percutiet te Dominus cacitate, & amentia,ac furore mentis.* d.42.ſ.1.n.9.f.454
30. *Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum,& e contrario mortem & malum.* d.35.ſ.3.n.17.f.362
Revertetur Dominus,vt gaudeat ſuper te,in omnibus bonis,ſicut gaviſus eſt in patribus tuis:ſi tamen audieris vocem Domini Dei tui,& cuſtodieris pracepta eius. d.21.ſ.1.n.7.f.234
32. *Deus fidelis & abſque vlla iniquitate.* d.26.ſ.1. n.3.f.261
Congregabo ſuper eos mala. diſputat.25.ſect.2.n.1. fol.260
Date magnificentiam Deo noſtro, Dei perfecta ſunt opera. d.9.ſ.9.n.18.f.83
Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. diſput.44.ſect.1.n.19. fol.473

Ioſue.

7. *Quid facies magno nomini tuo.* diſput.9.ſect.16. n.12.f.104
11. *Domini ſententia fuerat vt indurarentur.* d.42. ſ.2.n.7.f.454
14. *Si fortè ſit Dominus mecum, & potuero delere eos,ſicut promiſit mihi.* d.7.ſ.3.n.11.f.51

Iudicum Liber.

10. *Ite, & invocate Deos,quos elegiſtis, ipſi vos liberent in tempore anguſtia:dixeruntque filij Iſraël ad Dominum:peccavimus.* d.44.ſect.3. n.23.f.477
Deus doluit ſuper miſeriis eorum. d.9.ſ.15.num.12. fol.102
16. *Multo plures interfecit moriens.* diſput.43. ſection.3.num.7.fol.466

Regum Lib. 1.

2. *Sciebam David,quod cum ibi eſſet Doeg Idumaus, procul dubio annunciaret Sauli.* diſp.10.ſ.3. n.4.fol.111
Non eſt fortis ſicut Deus noſter. diſput.55.ſect.1. n.8.f.626
Non audierunt vocem Patris ſui, quia voluit Dominus occidere eos. d.42.ſ.1.n.7.f.454
Quicumque honorificaverit me glorificabo eum: qui autem contemnunt me,erunt ignobiles. d.35. ſ.8.n.5.f.376
8. *Extorſit populus à Domino habere Regem,& datus eſt ei Saul.* d.35.ſ.7.n.14.f.374
13. *Nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, qua pracepit tibi. Quod ſi non feciſſet, iam nunc praparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum.* d.10.ſ.1.n.12.f.217
14. *Venit tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum,ſi fortè faciat Dominus pro nobis:quia non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis vel in paucis.* d.7.ſ.3.n.11.f.51
15. *Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur,neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam.* d.16.ſ.1.n.2.f.166
20. *Intellexit Ionatas, quod definitum eſſet à patre ſuo,vt interficeret David.* d.12.ſ.2.n.4.f.125

Regum Lib. 2.

12. *Propter infantem dum adhuc viveret ieiunavi, & flevi; dicebam enim, quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus.* d.7.ſ.3.n.11.f.51
Ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua,& tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo. d.42.ſ.1.n.8.f.454
14. *Neque vult Deus perire animam ſed retractat, cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus eſt.* d.19 ſ.1.n.10.f.193
18. *Spiritus Domini malus irruebat in Saul.* d.36. ſ.8.n.5.f.390
22. *Retribuet mihi Dominus, ſecundum iuſtitiam meam.* d.56.ſ.3.n.21.f.640
Vir quidam tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſrael. d.11. ſ.2.n.23.f.127
24. *Addidit furor Domini iraſci contra Iſrael,commovitque David in eis dicentem.vade numera Iſrael.* d.42.ſ.1.n.3.f.454

Regum Lib. 3.

3. *Poſtula quod vis vt dem tibi.* diſputat.7.ſect.3. n.4 f.50
Dividite infantem vivum in duas partes. d.17.ſ.1. n.8.fol.177

Quia

Digitized by Google

Quia poſtulaſti verbum hoc, &c. ſed poſtulaſti tibi ſapientiam, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos. d.15.ſ.3.n.5.f.161

17. *Coruis præcepi vt paſcant te.* d.11.ſ.2.n.16. f.127

Regum Lib. 4.

5. *Quid mihi & tibi eſt? vade ad Prophetas patris tui & matris tuæ.* d.44.ſ.3.n.23.f.477

8. *Vade dic ei, ſanaberis: porro oſtendit mihi Dominus quia morte morietur.* d.44.ſ.3.n.23.f.477.

Paralipomenon Lib. 1.

21. *Diſplicuit autem Deo, quod iuſſum erat.* d.54. ſection. 1. num. 21. fol. 615

Paralipom. Lib. 2.

20. *Clemens eſt Dominus Deus.* diſput.55.ſ.1.n.7. fol.626

15. *Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo, ſi quæſieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum derelinquet vos.* d.34.ſ.3.n.12.f.349

21. *Suſcitauit Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſtinorum, & Arabum, qui confines ſunt Æthiopibus: & aſcenderunt in terram Iuda, & vaſtauerunt eam.* d.42.ſ.2.n.4.f.454

25. *In fugam conuertet te Deus ante inimicos; quoniam virtus eſt Deo, vel adiuuare, vel in fugam vertere.* diſput.44.ſect.2.num.6.f.474

Eſdræ Liber 2.

9. *Tu ipſe Domine Deus, qui elegiſti Abraham, & inueniſti cor eius fidele coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus, vt dares ei terram.* d.58.ſect.6. n.11.f.665

Ipſi verò & Patres noſtri ſuperbè egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua. diſp.41.ſect.2.n.2.f.455

Tobiæ Liber

1. *Cum irent omnes ad vitulos aureos.* d.55.ſect.10. n.10.f.609

2. *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi.* d.31.ſ.1.n.7.f.312

3. *Non delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrimas, & fletum exultationem infundis.* d. 21. ſ.2.n.3.f.237

4. *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas.* d.31.ſ.1.n.8.f.312

Quo modo poteris, eſto miſericors: præmium enim tibi theſaurizas in die neceſſitatis. d.56.ſ.3.n.23. fol.640

13. *Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluauit propter miſericordiam ſuam.* d.15.ſ.3.n.7.f.165

Iudith.

5. *Deus illorum odit iniquitatem.* d.54.ſect.1.n.19. fol.625.

8. *Abraham Dei amicus effectus eſt.* d.52.ſ.6.n.6. fol.590

9. *Hoc factum eſt quod ipſe voluiſti, & tua iudicia in tua prouidentia diſpoſuiſti.* d.11.ſ.2.n.9.f.126

10. *Iudith omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe, cui etiam Dominus contulit ſplendorem, quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat.* d.44.ſ.1.n.10.f.472

13. *Non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me Dominus gaudentem.* d.31.ſ.1.n.8.f.312

14. *Accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes. Tunc exploratores neceſſe erit, vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam, &c.* d.10.ſect.3.num.6. fol. 111

16. *Accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum.* d.44.ſ.1.n.11.f.472

Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt; miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ. d.18.ſ.5.n.1. fol.186

Eſther.

3. *Si decreuerit ſaluare nos, continuo liberabimur.* diſput.7.ſect.3.num.6.fol.50

Iob.

1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt.* d.35.ſ.6.n.9.f.371

Ecce vniuerſa, quæ habet, in manu tua ſunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. d. 44. ſ.4. n.13.f.479

2. *Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua.* d.44.ſ.4.n.13.f.479

5. *Qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum.* d.18.ſ.2.n.11.f.181

6. *Subuertere nitimini amicum veſtrum: veruntamen quod cœpiſtis explete.* d.44.ſect.3.n.23. fol.477

9. *Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.* d.18.ſ.5.n.2. fol.186

Quis reſtitit ei, & pacem habuit? d.18.ſect. 6. n.7. fol.187

Qui præcipit ſoli, & non oritur. diſp.11.ſect.2.n.16. fol.127

12. *Adducit conſiliarios in ſtultum finem & iudices in ſtuporem.* d.42.ſ.2 n.9.f.454

Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet. d.31. ſ.3.n.19. fol.319

Si incluſerit hominem, nullus eſt qui apperiat. d. 43. ſ.3.n.22.f.464

14. *Conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt.* d.16.ſ.1.n.27.f.169

Numerus menſium eius apud te eſt, poſuiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. d.16.ſ.5.n.34. fol.175

17. *Conuulnerauit lumbos meos.* d.36.ſ.9.num.13. fol.392

20. *Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ.* d.28.ſ.7.n.12.f.427

21. *Qui dicunt Domino: recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus.* diſputat.42. ſect.2. n.4.f.455

22. *Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris, aut quid confers, ſi immaculata fuerit via tua.* d.8.ſ.4.n.12.f.67.

23. *Et nemo auertere poteſt cogitationem eius.* d.16. ſ.1.n.19.f.168

Ipſe ſolus eſt, & nemo poteſt auertere cogitationes eius. d.16.ſ.5.n.14.f.175

24. *Ipſi fuerunt rebelles luminis.* d.43.ſ.3.n.23.f.464

Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipſe abutitur ad ſuperbiam. d.19.ſ.1.n.9.f.193

34. *Idcirco inducet noctem & conterentur.* d. 43. ſ.3.n.13.f.463

35. *Si iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* d.8 ſ.4 n.12.f.67

Si peccaueris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? d.54.ſ.4.n.9.f.621

38. *In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur.* d. 42. ſ.2.n.15.f.457

Et veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis. d.43. ſ.3.n.23.f.464

De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cælo quis genuit. d.31.ſ.3.n.20.f.319

40. *Et poſuit circulum in naribus eius.* diſp.37.ſ.2. n.15.f.397

Nunquid pones circulum in naribus eius? diſput.18. ſ.3.n.7.f.183

Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum. d.18.ſ.2.n.12.f.181

41. *Cum ſublatus fuerit timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* d.18.ſ.2.n.12.f.181

Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur, quaſi malleatoris incus. d.42.ſ.2.n.15.f.457

Pſalmorum liber.

1. *Nouit Dominus vias iuſtorum, & iter impiorum peribit.* d.31.ſ.4.n.8.f.321

2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua.* diſputat.16.ſ.1. n.18.f.168

6. *Domine ne in furore tuo arguas me.* diſputat.43. ſ.2.n:20.f.462

Infirmus ſum, ſaluum me fac, propter miſericordiam tuam. d.34.ſ.3.n.9.f.349

7. *Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde.* d 34.ſ.3.n.9.f.349

Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. d.36.ſ.3.n.10.f.383

10. *Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* diſputat. 35. ſect. 4. n.22.f.367

15. *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* d.3.ſ.1.n.4 f.15

16. *A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi.* d.18.ſ.6.n.7.f.187

17. *Diligam te Domine fortitudo mea, &c.* d. 34. ſ.3.n.5.f.348

Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. d.34.ſ.3.n.7.f.349

Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. d.28. ſ.2.n.9.f.294

In circuitu eius tabernaculum eius. diſp. 53. ſect.3. n.4.f.596

Saluum me fecit, quoniam voluit me. diſput. 11. ſ.4. n.5.f.131

18. *Neque eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* d. 20. ſ.8.n.5.f.219

24. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* d.35.ſ.2.n.21.f.360

De neceſſitatibus meis erue me. diſputat. 4. ſect. 2. n.3.f.24

25. *Proba me Domine, & tenta me.* diſput.37.ſ.1. n.5.f.393

27. *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* d.19.ſ.2.n.3.f.193

28. *Vox Domini præparantis ceruos.* diſput.18.ſ.3. n.2.f.182

29. *Quoniam ira in indignatione eius.* diſput.54. ſ.5.n.10.f.613

In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. d.11.ſ.4.n.5.f.131

Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? d.3. ſ.1.n.12.f.15

30. *Saluaſti de neceſſitatibus animam meam.* d. 4. ſ.2.n.4.f.14

32. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* d.34.ſ.3.n.10.f.349

Verbo Domini cæli firmati ſunt. diſput. 14. ſect. 2. n.6.f.157

Reprobat autem cogitationes populorum. d. 50. ſ.5. n.10.f.562

33. *Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam non eſt inopia.* d.34.ſ.3.n.10.f.349

35. *Noluit intelligere vt bene ageret.* d. 42. ſect.2. n.4.f.455

43. *Sitiuit anima mea ad Deum viuum.* d. 20. ſ.7. n.10.f.228

45. *Deus in medio eius non commouebitur.* d.53.ſ.3. n.4.f.596

49. *Qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non conſiderat? &c.* d.10.ſect.5.num.16. fol.117

Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. d.19.ſ.6.n.20.f.204

Deus Deorum Dominus. diſputation.55. ſection.4. n.1.f.630

54. *Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* d.20.ſ.6.n.18.f.226

57. *Sicut aſpides ſurdæ & obturantes aures ſuas, quæ non audierunt vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* diſp. 20. ſ. 8. n.9.f.230

Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos. d.54.ſ.5.n.6. fol.622

61. *In hominem irruat, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ.* d.29.ſ.1.n.12.f.302

62. *Dominus regnauit decorem indutus eſt.* d.1.ſ.2. n.14.f.7

64. *Te decet hymnus Deus in Sion.* diſp. 1. ſect. 2. n.14.f.7

67. *Mons in quo beneplacitum eſt Deo, habitare in eo.* d.18.ſ.4.n.9.f.185

68. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum, ne videant.* d.42.ſect.2.n.7. fol.454

Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. d.20.ſ.7.n.9.f 28

Quia propter te ſuſtinui opprobrium. d. 38. ſect. 3. n.25.f.409

Et non eſt ſubſtantia. diſputation. 28. ſection. 1. n.13.f.292

Quia propter te ſuſtinui opprobrium. diſp.38.ſect.3. n.25.f.409

Fiat menſa eorum in laqueum, & venationem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. d.43.ſ.3. n.2.f.462

73. *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna, & non cognouerunt.* d.48.ſ.4.n.13.f.542

75. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi?* d.18.ſ.5.n.2. fol.186

76. *Aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas.* d.10.ſ.4.n.7.f.114

Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? tu es Deus faciens mirabilia. d.55.ſ.1.n.11.f.626

76. Nunquid

Nunquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? diſp.9.ſ.4.n.2. fol.77

77. *Auerterunt ſe & non ſeruauerunt pactum.* d.56. ſ.1.n.3.f.635

78. *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos; & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.* d.3.ſ.1.n.12.f.15

80. *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Iſraël non intendit mihi.* d.43.ſ.3.n.2.f.462

Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. d.31.ſ.1.n.7.f.312

85. *Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te.* d.19.ſ.8.n.5.f.207

Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. diſp.53. ſ.11.n.12.f.610

87. *Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?* d.31.ſ.1.n.12.f.15

88. *In beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* d.18.ſ.4.n.9.f.185

89. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? dexteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia.* d.21. ſ.2 n.7.f.238

Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur. d.55.ſ.1.n.6.f.626

90. *Scuto circumdabit te veritas eius.* d.34.ſ.3.n.18. fol.350

Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. d.34 ſ.3.n.11.f.349

91. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti.* diſputat.9. ſection.9. n.6.ſ.89

Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. d.9.ſ.12. n.5.f.96

93. *Donec fodiatur peccatori fouea.* diſput.53.ſ.11. n.15.f.610

Deus vltionum liberè egit. d.7.ſ.1.n.4.f.48

94. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* d.18.ſ.8.n.10.f.191

98. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ.* d.35.ſ.6.num.15. fol.371

Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. d.43.ſ.2.n.11.f.461

100. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* d.35.ſ.2.n.25.f.360

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. d.36 ſ.7.n.8.f.388

Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. d.9.ſ.10.n.15.f.95

102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſrael voluntates ſuas.* d.17.ſ.1.n.1.f.176

Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. d.56.ſ.2.n.5.f.637

103. *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! omnia in ſapientia feciſti.* diſp.55.ſect.1.n.13. fol.626

Omnia in ſapientia feciſti. diſputat. 14.ſect.3.n.2. fol.157

Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint. d.21.ſ.3.n.3.f.241

Nihil vſquam eſt non plenum ſapientia Dei, ſi quidem omnia in ſapientia fecit. d.9.ſ.4.num.21. fol.79

Aperiente te manum tuam omnia implebuntur. d.55. ſ.2.n.3.f.627

Omnia quæcumque voluit fecit. diſputat. 1. ſect. 1. num.5.f.3

104. *Et auxit populum ſuum vehementer, & firmauit eam ſuper inimicos eius.* diſput.44.ſ.1. n.9.f.472

Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius. d.42. ſ.1.n.6 f.454

105. *Pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.* d.16.ſ.4.n.2.f.172

106. *De neceſſitatibus eorum eripuit eos.* diſp.4.ſ.2. n 3.ſ.24

110. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* d.17.ſ.1.n.1.f.176

113. *Omnia quæcumque voluit fecit.* diſp.50.ſect.3. n.7 f.558

114. *Conuertere anima mea in requiem tuam.* d.56. ſ.2.n.8.f.637

118. *Iudica me ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.* d.43.ſ.2.n.20.f.462

Diſpoſitione tua permanebit dies. d.11.ſect.9.num.7. fol.141

Ne repellas me à mandatis tuis. diſputat. 42.ſ.1. n.6.f.454

Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum. d.35.ſect.6. n.18.f.372

Ne auferas de ore meo verbum veritatis. d.42.ſ.1. n.9.f.454

120. *Ne des in commotionem pedem tuum.* diſp.36. ſ.8.n.6.f.390

121. *Cuius participatio eius in id ipſum.* diſp.16.ſ.1. n.16.f.168

131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem.* d.55.ſ.5. n.8.f.635

134. *Omnia, quæ voluit Dominus, fecit in cælo & in terrà: cuius velle hoc eſt, quod poſſe.* d.20.ſ.3. n.14 ſ.120

138. *Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* d.52.ſ.6. n.6.f 590

139. *Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori.* d.43.ſ.1.n.2.f.459

242. *Doce me vt faciam voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* d.33.ſ.3.n.13 f.140

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam. d.56. ſ.4.n.3.f.641

144. *Sanctus in omnibus operibus ſuis.* d.26.ſ.1.n.3. fol.161

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit eliſos. d.34.ſ.2.n.6.ſ.347

148. *Ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt, ſtatuit ea in æternum, præceptum poſuit, & non præteribit.* d.11.ſ.2.n.16.f.127

149. *Beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalutem.* d.18.ſ.4.n.9. fol.185

Prouerbia.

1. *Ego quoque in interitu veſtro ridebo; & ſubſannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* d.26.ſ.1.n.7.f.261

3. *Dominus ſapientia fundauit terram.* d.14.ſ.3.n.2. fol.157

8. *Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam prauam, & os bilingue deteſtor.* d.54.ſ.1.n.20.ſ.615

Ego eram cum illo componens, ego eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabar in perſona ipſius. d.3.ſ.3.n.14.f.19

Delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum; & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. diſput. 52.ſ.3. n.4.f.585

Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. d.9.ſ.16.n.2.f.103

9. *Si ſapiens fueris tibimetipſi eris : ſi autem illuſor ſolus portabis malum.* d.8.ſ.4.n.12.f.67
Sapientia ædificauit ſibi domum. diſput.34. ſect.5. n.17.f.354
31. *Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.* d.9.ſ.14.n.19.f.100
Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis. d.56.ſ.3.n.19.f.640
13. *Iuſtis retribuentur bona.* diſputat.56. ſect.3. n.21.f.640
15. *Abominatio eſt Domino via impij.* d.26.ſect.1. n.6.f.261
16. *Cor hominis cogitat viam ſuam, & Dominus dirigit greſſus ſuos.* d.32.ſ.5.n.7.f.329
Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum. diſp.42.ſ.1. n.1.f.454
Omnes viæ eorum patent oculis eius. Spirituum ponderator eſt Dominus. d.53.ſ.10.n.10.f.607
17. *Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum.* diſp.44. ſ.8.n.1.f.486
18. *Attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* d.6.ſ.4.n.4.f.42
19. *Multæ cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini in æternum manet.* diſp.16. ſ.1. n.3.f.166
Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Deum feruet animo ſuo. diſput.36 ſect.7. n.10.f.389
21. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud.* d.32.ſ.5.n.7.f.329
Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit vertet illud. d.18.ſ.8.n.2.f.190
22. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum Regem.* diſput.52. ſ.6.n.10.f.590
23. *Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius.* d.34.ſ.5.n.2.f.352

Eccleſiaſtes.

1. *Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum.* d.6.ſ.4.n.4.f.42
Et dedi cor meum. d.43.ſ.3.n.13.f.463
3. *Didici quod omnia, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeretur.* d.9.ſ.9.n.31.f.89
Cuncta fecit bona in tempore ſuo. diſputat.9. ſect.1. n.20.f.74
5. *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam.* d.36.ſ.8.n.6.f.390
7. *Vide opera Dei: quoniam quis poterit adornare, quem Deus peruerterit?* d.34.ſ.3.n.7.f.349
Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. diſputat.32. ſection.4. n.6.f.327
33. *Quaſi lutum figuli in manu ipſius: plaſmare illud & diſponere.* diſp.7.ſect.3.num.9.fol.50

Sapientia.

1. *Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum.* d.35.ſ.7.n.7.f.374
Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum. diſp.9. ſ.13.n.8.f.102
5. *Iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* d.56.ſ.3.n.19.f.640
Laſſati ſumus in via iniquitatis. diſput.43. ſect.5. n.6.f.467
6. *Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.* diſputat.50. ſection.5. n.1.f.560
Iudicium duriſſimum iis qui præſunt fiet: exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. d.60.ſ.4.n.3.f.679
Non abſcondam vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem; neque cum inuidia tabeſcente iter habebo. d.9.ſ.17.n.5.f.105
7. *Omnium artifex docuit me ſapientia. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis.* d.5.ſ.6.n.1.f.34
Attingit autem vbique propter ſuam munditiam. d.6.ſ.4.n.13.f.43
8. *Sapientia attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* diſputat.14. ſect.3. n.2.f.157
9. *Sapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet.* diſp.35. ſ.3. n.10.f.362
10. *Reddidit Deus iuſtis mercedem laborum ſanctorum.* d.56.ſ.3.n.19.f.640
11. *Omnium enim eſt artifex.* d.14.ſ.3.n.2.f.157
Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam. d.19.ſ.1.n.9.f.193
Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. d.5.ſ.2.n.2.f.30
Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. d.50.ſ.5.n.6 f 561
Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe. diſput.1. ſect.1. n.5.f.3
12. *Non enim eſt alius Deus, quam tu, cui cura eſt de omnibus,* d.50.ſ.5.n.1.f.560
Nec timens aliquem veniam dabas. diſp.54. ſect.4. n.5.f.621
Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. d.35.ſ.7.n.12.f.374
Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. d.54.ſ.5.n.22.f.624
Quis tibi imputabit, ſi perierint nationes quas tu feciſti? non enim eſt alius Deus quam tu. diſp.9. ſ.15.n.11.f.102
Non quia impotens erat in bello ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare; ſed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ; non ignorans. diſput.7. ſect.2. n.5.f.48
14. *Tu autem Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas.* d.50.ſ.5.n.1.f.561
Similiter autem odio ſunt Deo impius & impietas eius. d.6.ſ.4.n.15.f.43
Peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem. d.43.ſ.5.n.12.f.467
Quæ in odium facta ſunt, & in tentationem animabus hominum

Digitized by Google

hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. d.40.ſ.6.n.12.f.447

18. Properans homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ. d.10.ſ.4.n.9.f.134

Eccleſiaſticus.

1. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum eo fuit ſemper, & eſt ante æuum. diſp.16.ſect.5.n.11.f.174

Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. d.9.ſ.16.n.16.f.104

5. Diſplicet Deo infidelis, & ſtulta promiſſio.d.54.ſ.1.n.21.f.615

7. Solummodo hoc inueni: quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. d.28.ſ.5.n.5.f.299

11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. d.25.ſ.2.n.1.f.260

13. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. d.52.ſ.6.n.3.f.590

14. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius: & hæc eſt redditio malitiæ illius. d.43.ſ.15.n.6.f.466

Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. d.35.ſ.4.n.13.f.366

15. Ne dicas: ille me implanauit. non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. d.26.ſ.4.n.5.f.266

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. d.26.ſ.4.n.9.f.266

Poſuit Deus ante illum bonum & malum, ad quod voluerit extendat manum ſuam. diſp.39.ſ.3.n.3.fol.423

Ante hominem vita & mors. diſputat.36.ſection.7.n.10.f.389

Ad quod volueris porrige manum. diſput.7.ſect.3.num.4.fol.50

5. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium. d.33.ſ.3.n.11.f.340

Si volueris mandata ſeruare, ſeruabunt te. diſp.20.ſ.2.n.2.f.217

17. Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent. diſput. 35.ſect.3.num.11.fol.362

18. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali.d.19.ſection.4.n.24.fol.199

20. Datus inſipientis non erit vtilis tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. d.19.ſ.4.n.24.f.199

24. Et in his omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor.d.9.ſ.16.n.3.fol.103

25. A muliere initium factum eſt peccati, & propter illam omnes morimur. diſput.35.ſect.7.num.12.f.374

27. Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt; & veritas ad eos, qui operantur illam. diſput.52.ſect.6.n.10.f.590

29. Curua ceruicem in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: ne forte induret, & non credat tibi. d.43.ſ.2.n.14.f.461

Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. diſp.9.ſ.14.n.41.f.98

31. Quis eſt hic? & laudabimus eum. fecit enim mirabilia in vita ſua. diſputat. 35. ſection. 3.n.33.f.364

35. Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate. d.18.ſ.4.n.4.f.184

39. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum. diſp.11.ſ.4.n.5.f.131

41. Hoc iudicium à Domino omni carni. Et quid ſuperueniet tibi in beneplacito Altiſſimi. d.18.ſ.4.n.9.f.185

44. In carne eius ſtare fecit teſtamentum. diſp. 56.ſection. 1.num.14.fol.636

Iſaias.

1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. d.9.ſ.15.n.12.f.102

Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis. d.10.ſ.2.n.2.f.217

4. Deſtruam murum & erit in conculcationem. d.31.ſ.3.n.2.f.317

5. Expectaui vt faceret vuam: ſitiui vt daret vinum; ipſa autem fecit ſpinas. diſput. 20. ſection. 7.n.13 f.228

6. Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. diſput.44.ſ.3.n.13.f.477

7. Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur. d.42.ſ.1.n.5.f.454

In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen ſunt in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. d.18.ſ.1.n.8.f.179

9. Factus eſt principatus ſuper humerum eius? d.53.ſ.7.n.3 f.602

Nonne peccata veſtra diuiſerunt me à vobis? d.42.ſ.1.n.12.f.455

10. Serra in manu Domini; & virga furoris, & baculus iræ eius. d.42.ſ.1.n.5.f.454

Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. d.18.ſ.1 .n.8.f.179

13. Dominus Sabaoth mandauit genti bellicoſæ. d.9.ſ.11.n.16.f.95

14. Iurauit Dominus exercituum dicens: Si non vt putaui ita erit; & quomodo mente tractaui ſic eueniet: vt conteram Aſſyrium.diſp.18.ſect.5.n.2 .f.186

19. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. d.42.ſ.1.n.7.f.454

27. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob. d.19.ſ.7.n.5.f.205

30. Si conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris. d.20.ſ.1.n 9.f.216

Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum. d.26.ſ.4.n.11.f.267

Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri; & ideo exaltabitur parcens vobis. d.19.ſ.1.n.8.f.193

31. Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. d.55.ſ.5.n.6.f.634

38. Diſpone domui tuæ, quia morieris & non viues. d.16.ſ.4.n.3.f.172

40. Omnes gentes tanquam non ſint, ſic ſunt coram eo, & tanquam nihilum & inane reputatæ ſunt ei. d.6.ſ.4.n.17.f.43

Quis nouit mentem Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? neque enim conſilia ſua nobis patefecit, ſed ea demum, quæ noſtra ſcire intererat; quæ autem ſcire nihil noſtra referebat, ea occultauit. d.9.ſ.12.n.14.f.97

42. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſſipabo & abſorbebo ſimul.d.43.ſ.2.num.9.fol.461

43. *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me.* d.3.ſ.1.n.8.f.15

Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. d.3.ſ.1.n.9.f.15

Seruire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. d.21.ſ.1.n. 21.f. 236

45. *Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamiis terræ: numquid dicet lutum figulo ſuo: quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt?* d.7. ſ.3.n.9.f.30

Ego Dominus creans malum. d. 25.ſect. 2.num.11. fol.260

Qui fecit, quæ futura ſunt: faciet. faciet, nec deerit ſuo propoſito Deus. d.16.ſect.1.n.14.f.168

Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc. d. 35.ſ.5.n.9.f. 371

Qui fecit ventura. d. 21.ſ.9.n.4.f.140

48. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* d.18.ſect.6. n.9.f.187

Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, non interiiſſet, &c. diſp.21.ſect.1.n.25.f.237

50. *Hæc dicit Dominus: Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.* d. 34.ſect. 3.n.24.f.330

Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. d.38.ſect. 6.n.14.f.415

53. *Dominus voluit conterere eum.* d. 5.ſect.2.n.2. fol.30

54. *Ecce ego creaui fabrum, ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum.* d.35.ſ. 3.n.42.f.365

55. *Qui non habetis pecuniam properate. emite, & comedite, venite. emite, abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac.* d.56. ſ.3.n.24.f.640

Feriam vobiſcum pactum ſempiternum. diſputat.56. ſ.2.n.3.f.635

Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. d.34. ſ.5.n.17.f.354

58. *Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.* d.33.ſ.3.n.17.f.340

Si auerteris a ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo. diſp.33. ſect. 3. num.17.f.340

In die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. d.18. ſ.1.n.1.f.178

61. *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto.* d 34.ſ.1.n.19.f.613

62. *Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata quia complacuit Domino in te.* d.18.ſ.4.n.9.f.183

64. *Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te.* d.10.ſ.4.n.9.f.114

63. *Eegiſtis malum in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis.* d.33.ſ.3.n.13.f.340

Expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi. d.16.ſ.1.n.8.f.193

66. *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandietur vobis: quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos.* d.34.ſ.1.n.7.f.346

Ierem.

2. *Ego te plantaui vineam electam omne ſemen verum: quomodo conuerſa es mihi in prauum?* d.26.ſ.4.n.2.f.266

Auerſio tua increpabit te. diſputat. 18.ſection. 2. n.19.f.181.

Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram. d.36.ſ.3.n.4.f.382

3. *Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.* d.34.ſ.1.n.10. fol.347

Quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſraël, dicit Dominus. d.34.ſ.3.n.13.f 349

5. *Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.* d.42.ſ.2.n.1.f.455.

Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiiſtis Deo alieno in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra. d.38.ſ.6.n.11.f.415

6. *Defecit follis, defecit plumbum, in caſſum argentum conflat aduerſarius.* d.20.ſ.8.n.10.f.230

15. *Laboraui rogans, vt iam defecerit Deus crebro eis ignoſcendo, & laſſus ſit, ſemper eos prouocans ad ſalutem.* d.20.ſ.8.n.8.f.230

Noli in patiētia tua ſuſcipere me. d.43.ſ.2.n.10.f.461

16. *Quia abierunt poſt Deos alienos, & ſeruierunt eis.* d.38.ſ.6.n.12.f.415

18. *Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.* d.36.ſ.7.n.1.f.388

Fingo contra vos malum. diſp. 23.ſ.2. n.1.f.260

Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei. d.26.ſ.4.n.2.f.172

Repente loquar aduerſum gentem & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. d.21.ſ.3.n.7.f.241

Nunquid, ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſraël, an Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël. d.7.ſ.3.n.9.f.30

19. *Ædificauerunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, neque locutus ſum, neque aſcenderunt in cor meum.* d.26.ſ.4.n.9.f.266

20. *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* d.42. ſ.1.n.9.f.454

31. *In charitate perpetua dilexi te.* diſputat.5.ſ.2. n.2.f.30

47. *O mucro Domini, vſquequo non quieſces?* d.42. ſ.1.n.5.f.454

49. *Dedi te in fœdus populi, &c.* diſput. 56.ſ. 1. d.4.f.635

Et ego dixi in vacuum laboraui, ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi. diſput.20.ſ.7. n.7.f.228

51. *Excitauit Dominus ſpiritum Regum Medorum, quoniam cogitatio eius contra Babel.* d. 42. ſection.1. num.5.fol.454

Baruch.

2. *Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes,*

cientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam, & iuſtitiam Domino. diſp. 57. ſect. 2. num. 3. fol. 651

4. *Sicut gauiſa eſt in tua ruina, & lætata eſt in caſu ſuo, ſic contriſtabitur in ſua deſolatione.* d. 35. ſ. 4. n. 16. f. 367

Ezechiel.

3. *Omnis domus Iſrael attrita fronte, & duro corde eſt.* d. 42. ſ. 2. n. 14. f. 457

13. *Prophetantes de corde ſuo, & ſequentes ſpiritum ſuum.* d. 42. ſ. 2. n. 3. f. 455

14. *Propheta cùm errauerit, & loquutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum.* d. 42. ſ. 1. n. 9. f. 454

16. *Ergo & tu confundere.* diſp. 19. ſect. 2. num. 6. fol. 194

Ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus. d. 34. ſect. 1. n. 9. f. 346

18. *Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur à viis ſuis, & viuat?* d. 26. ſ. 1. 1. n. 8. f. 261

Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à viis ſuis, & viuat? d. 19. ſ. 1. n. 2. f. 192

20. *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.* d. 9. ſ. 15. n. 12. f. 102

21. *Venit dies in tempore iniquitatis præfinita.* d. 11. ſ. 2. n. 4. f. 125

22. *Et quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam: & non inueni, & effudi ſuper eos indignationem meam.* diſp. 21. ſect. 2. n. 17. f. 239

28. *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te.* diſp. 38. ſect. 5. num. 15. f. 413

Nolo mortem peccatoris ſed vt conuertatur & viuat. d. 19. ſ. 3. n. 4. f. 195

29. *Et merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius ſuper Tyro pro ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam.* d. 50. ſ. 11. n. 9. f. 575

36. *Non propter vos, ſed propter me ego faciam, dicit Dominus.* d. 15. ſ. 2. n. 5. f. 159

Daniel.

2. *Poſt te conſurget regnum aliud minus te, argenteum, & regnum tertium aliud æreum.* d. 56. ſ. 7. n. 16. f. 648

3. *Fac nobiſcum ſecundum manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.* d. 55. ſ. 2. n. 6. f. 626

Quod ſi nolueris notum ſit tibi, ô Rex, quia Deos tuos non colimus. d. 7. ſ. 3. n. 7. f. 50

4. *Peccata eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum; forſitan ignoſcet delictis tuis.* d. 7. ſ. 3. n. 11. f. 51

11. *Et faciet iuxta voluntatem ſuam Rex, & eleuabitur.* d. 18. ſ. 1. n. 1. f. 178

In tempore præfinito præliabitur aduerſus eum Rex Auſtri. d. 11. ſ. 2. n. 4. f. 125

13. *Exarſerunt in concupiſcentiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, & recordarentur iudiciorum iuſtorum.* d. 42. ſect. 2. num. 4. fol. 455

Oſeas.

2. *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus.* diſputat. 34. ſection. 3. num. 13. fol. 349

Reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius. d. 43. ſ. 5. n. 19. f. 468

4. *Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.* d. 43. ſ. 3. n. 7. f. 463

5. *In die redargutionis monſtraui tibi.* d. 16. ſect. 1. n. 8. f. 167

6. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius: & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ.* d. 20. ſ. 8. n. 6. f. 230

8. *Ipſi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.* diſput. 26. ſect. 4. n. 11. fol. 267

10. *Confundetur Iſraël in voluntate ſua.* d. 28. ſect. 1. num. 1. f. 178

11. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſraël?* diſput. 21. ſection. 3. num. 5. fol. 241

Ioel.

2. *Quia benignus & miſericors eſt.* d. 55. ſect. 3. n. 1. fol. 629

Amos.

3. *Malum, quod Dominus facit in ciuitate, non contrarium eſt virtuti, ſed afflictio & cruciatus.* d. 35. ſ. 6. n. 16. f. 371

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. d. 25. ſ. 2. n. 1. f. 260

Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecit. d. 35. ſ. 6. n. 9. f. 371

4. *Dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris, indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dicit Dominus.* d. 20. ſ. 8. n. 11. f. 250

Abdias.

1. *Legatum ad gentes miſit: ſurgite, & conſurgamus aduerſus eum in prælium.* d. 44. ſect. 2. n. 10. f. 475

Ionas.

3. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt à viis ſuis peſſimis, & pœnituit eum ſuper malitia, quam locutus eſt, vt faceret eis.* d. 35. ſ. 6. n. 9. f. 371

Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. d. 16. ſ. 4. n. 3. f. 172

4. *Deus clemens & miſericors.* d. 55. ſ. 1. num. 7. fol. 626

Præcepit Dominus vento calido & vrenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ. diſput. 5. ſect. 2. n. 5. f. 31

Michæas.

2. *Deſcendit malum à Domino in portam Hieruſalem.* d. 35. ſ. 6. n. 9. f. 371

4. *Congregabo claudicantem.* diſp. 28. ſect. 2. num. 9. fol. 294

6. *Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Miſericordia autem veſtra, quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.* d. 20. ſ. 8. n. 6. f. 230

7. *Nolite credere amico.* diſp. 51. ſ. 6. n. 11. f. 591

Nahum

Nahum.

1. *Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.* d.44. ſect. 8. n. 3. fol. 486

3. *Reuelabo pudenda tua in faciem tuam.* diſp. 43. ſ. 5. n. 19. f. 468

Habacuc.

1. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* d.57. ſect. 3. n. 17. fol. 655

Suſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula & non ſua. diſp. 42. ſect. 2. n. 5. f. 454

Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe. diſpu. 30. ſect. 1. n. 18. f. 307

Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem, vt corriperes, fundaſti eum. diſput. 30. ſect. 1. n. 19. f. 307

Sophonias.

1. *Sanctificauit vocatos ſuos.* d.42. ſ. 2. n. 5. f. 454

3. *Saluabo claudicantem.* diſput. 18. ſect. 2. num. 9. f. 294

Zacharias.

7. *Et noluerunt attendere. Et verterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggrauauerunt, vt non audirent, & cor ſuum poſuerunt vt adamantem ne audirent legem.* d. 42. ſ. 2. n. 3. f. 445

11. *Contracta eſt anima mea in eis: ſiquidem anima eorum variauit in me.* diſp. 21. ſect. 1. n. 21. f. 236

Malachias.

1. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*, d. 21. ſ. 3. n. 1. ſ. 141

Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum. d. 18. ſ. 1. n. 1. f. 178

2. *Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.* d. 21. ſ. 1. n. 21. f. 236

3. *Ego Dominus, & non mutor.* diſp. 16. ſect. 1. n. 3. f. 166

Machabæorum lib. 1.

1. *Multi de populo Iſrael definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori.* d. 11. ſ. 1. n. 4. f. 125

2. *Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei.* d. 21. ſ. 1. n. 20. f. 236

Machab. lib. 2.

6. *Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorum puniat.* d. 43. ſ. 2. n. 11. ſ. 461

14. *Tu Domine vniuerſorum, qui nullam habes indigentiam.* d. 8. ſ. 4. n. 12. ſ. 67

Matthæus.

2. *Fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* diſp. 56. ſect. 7. n. 17. ſ. 648

Propitius ſit nobis Deus. Non eſt nobis vtile relinquere legem, & iuſtitias Dei. diſp. 43. ſ. 5. n 23. ſ. 463

3. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* d. 7. ſ. 4. n. 6. ſ. 52

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. d. 52. ſ. 2. n. 10. f. 584

4. *Voca operarios & redde illis mercedem.* d. 56. ſ. 3. n. 17. ſ. 640

5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo ne fortè tradat te aduerſario iudici, & iudex tradat te miniſtro.* d. 7. ſ. 3. n. 11. f. 51

6, *Nonne anima plus eſt, quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum.* d. 9. ſ. 14. n. 12. ſ. 99

7. *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, ingredietur in regnum cælorum ſed qui facit voluntatem Patris mei qui eſt in cælis.* d. 33 ſ. 3. n. 13. fol. 340

9. *Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit: neque mittit vinum nouum in vtres veteres.* d. 9. ſ. 14. n. 18. ſ. 101

Non poſſunt filij thalami lugere, quamdiu præſens eſt ſponſus. d. 9. ſ. 15. n. 5. ſ. 102

10. *Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.* diſp. 35. ſ. 4. n. 15. fol. 366

Conuentionem factam cum operariis, ex denario diurno. d. 56. ſ. 1. n. 3. f. 635

Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. d. 19. ſ. 8. n. 5. ſ. 207

Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro? d. 6. ſ. 4. n. 5. ſ. 42

11. *Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem.* d. 37. ſ. 1. n. 1 f. 395

12. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum.* d. 44. ſ. 8. n. 3. f. 486

Niſi eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vacuum orare pro mortuis. d. 9. ſ. 14. n. 7. ſ. 98

13. *Nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Inimicus homo hoc fecit.* d. 26. ſ. 4. n. 2. ſ. 266

Simile eſt regnum cælorum theſauro. d. 56. ſ. 3. n. 16. fol. 641

15. *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cæleſtis eradicabitur.* diſp. 36. ſect. 3. n. 6. f. 382

16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c.* d. 10. ſ. 1. n. 2. f. 117

Reddet vnicuique ſecundum opera eius. d. 35. ſ. 4. n. 13. ſ. 366

18. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* diſp. 19. ſ. 1. n. 6. ſ. 192

Væ homini illi per quem ſcandalum venit. d. 36. ſ. 8. n. 8. ſ. 390

Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala. d. 50. ſect. 4. n. 2. ſ. 559

Gaudet ſuper eam magis, quam ſupra nonaginta nouem, quæ non errauerunt. diſp. 11. ſ. 1. num. 1. ſ. 234

Væ mundo à ſcandalis. diſp. 21. ſect. 1. num. 20. fol. 136

19. *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras.* d. 31.ſ. 1.n.5.f.312

Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. d.34. ſ.3.n.13.f.349

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. d.20.ſ.2.n. 2.f.217

Nemo bonus niſi ſolus Deus. diſp.3.ſect.2.num.8. fol. 16

20. *Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi: an non licet mihi quod volo facere?* d. 7.ſect. 3.n.1.f.50

21. *Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiunt illi: malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* d.9.ſ.14. n.29.f.101

22. *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias.* d.34.ſ.5.n.6.f.352

Multi ſunt vocati, pauci verò electi. d.34.ſect.5.n. 14.f.353

23. *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.* d. 44.ſ.3.n.18.f.477

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum. diſp. 35.ſect.4. n. 15. fol.366

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? d.19.ſ.1.n.4.f.192

26. *Amen dico vobis, quod vnus veſtrum me traditurus eſt.* d.20.ſ.9.n.10.f. 233

Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. diſp. 1.ſect.1. numero 5.fol. 3.

Marcus.

1. *Comminatus eſt Ieſus, dicens: videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in terra illa.* d.17.ſ.1.n.9.f.177

6. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.* diſp. 18.ſ.6.n. 10.f.188

7. *Voluit latere, & non potuit.* diſp. 20. ſect. 3.n. 12.f.120

14. *Orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.* d.50.ſ.4.n.3.f.560

Lucas.

2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël.* diſp.41.ſect.1.n. 8. fol.454

6. *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram.* d. 35.ſ.4.n.16.f.367

Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. diſp. 56.ſ.4.n.3.f.641

Ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. d. 55.ſ.3. n.1.f. 629

8. *Dæmones rogabant Ieſum, vt permitteret eis in porcos ingredi, & permiſit illis.* d.31.ſ.1.n.7. f.312

9. *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet.* diſp. 35. ſectione 4. num. 15.fol.366

Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. d. 35. ſ.4.n.14.ſ. 366

10. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.* d.37.ſ.2. n.10.f.396

11. *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* diſp.16. ſectione 5.num.14. f.175

Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? d.9.ſ.14. n.9.f.99

Quis veſtrum habebit amicum, &c. d.19.ſ.6. n.20. fol.204

12. *Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?* diſp. 6.ſect.4.num.5. fol.42

Dico autem vobis amicis meis. diſp. 52.ſect.6.num. 6.f.590

14. *Cum facis conuiuium voca pauperes.* d. 56.ſ. 3. n.20.f.640

Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius cogitat ſumptus, qui neceſſarij ſunt? d.23.ſ.1.n. 6. f.250

15. *Ita dico vobis gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* d. 21.ſ. 1.n.2.f.234

17. *Impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala.* d.50. ſ.4.n.2.f.559

Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus. diſp.8. ſect. 4. num.12. fol. 67

18. *Audite, quid index iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis.* diſput.9.ſectione 4. num. 11. fol.99

19. *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat.* diſp. 20.ſectione 7. num.10. fol.228

Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtate gaudens ſuper decem ciuitates. d. 56.ſ. 4.n.3.f.641

Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam. d. 21.ſect. 1. n. 15.f.235

22. *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me.* diſput. 7.ſect. 4.num. 6. fo.51

23. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* d.9.ſ.14.n.19.f.100

Pater remitte eis, neſciunt enim quid faciunt. d. 19, ſect. 7.n.6.f.205

Ioannes.

1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* d.56.ſ.2.n.4.ſ.637

3. *Gauiſus ſum valdè venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos, in veritate ambulare.* diſput.52. ſect. 2. num.9. fol.584

Sic Deus dilexit mundum. diſput. 1.ſectione 1. num. 6. fol.3

Neq; enim ad menſuram dat Deus ſpiritum, aut poteſt habere menſuram, quod æqualiter vbiq; diffuſum eſt. diſput. 53. ſect. 4. num. 8. fol. 598

5. Et

5. Et filius quos vult viuificat. diſput.7.ſ.3. num.2. fol.50
Iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. d.33.ſ 3.n.12.f.340
Ego autem non ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico, vt vos ſalui ſitis. diſp. 20. ſect. 8.num. 24.f.231
Pater diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ facit. d.1.ſ.1.n.6.f.3
Filius quos vult viuificat. diſput. 11.ſ. 4. num. 3. fol.131
6. Hæc eſt voluntas eius qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. d. 19.ſ.6.n.10.f.203
Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet non moriatur. diſp. 34. ſect.4. n.2. fol.350
Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. d.18.ſ.8.n.13.f.191
Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui me miſit. diſputatione 20. ſectione 3. numero 14.f.220
Sicut iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei, ita Deus bene vtitur malis operibus iniquorum. d.18.ſ.2.n.7.f.180
7. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego a me ipſo loquar. d.36.ſ.2.n.13.f.379
8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. d. 38.ſ.6. n.13.f.415
Vos ex patre diabolo eſtis. diſp.26.ſect.4. num. 13.f. 267
Mendax eſt, & pater eius. diſp.26.ſect.4. num.13. f.267
Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum. d.20.ſ.6.n.19.f.226
Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. diſput. 20. ſect. 2.num. 2. fol.217
10. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones. d.18.ſ.1.n.18.f.182
Oues meæ ſequuntur me. diſp. 20. ſ. 9.num. 8.fol. 231
Ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. d.16.ſ.1.n.4.f 166
Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam. d.15.ſ.3.n.5.f.161
11. Infremuit ſpiritu & turbauit ſemetipſum, & lachrymatus eſt Ieſus. diſput. 9. ſect.15.num.13. fol. 102
Prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. d.3. ſ.2.n.2.f.315
12. Qui amat animam ſuam, perdet eam. d. 35.ſ.4. n.14.f.366
Cùm tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum. d.42.ſ.2.n.14.f.457
Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus. d.20.ſ.2.n.2.f.227
14. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. d.2.ſ.2. n.6.f.3
Pater meus diliget eum. d.5.ſ.2.n.2.f.30
Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. d.20.ſ.3.n.4.f.220
Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. d. 34. ſect. 1.n.5. f.346
Pater maior me eſt. d.55.ſ.4.n.3.f.632
15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio. d. 52.ſ.6 n.6.f.590
Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos. d. 52.ſ.6.n.14.f.591
Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. d.11.ſ.4.n.11. f.132
Quodcumque volueris pete. diſp. 7. ſect. 3. num. 4. fol.50
16. Ipſe Pater amat vos, quia vos me amatis. d. 15. ſ.3.n.5.f.16
Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. diſp. 51. ſect. 2.n. 15.f.578
17. Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. d.3.ſ.1 n.14.f.16
Sicut & nos vnum ſumus, ego in eis, & tu in me. d. 6.ſ.6.n.6.f.46
19. Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper. d.48.ſ.4.n.13.f.542
20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. d. 53.ſ. 8.n.12.f.604
21. Simon Ioannes diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine; tu ſcis quia amo te. diſpus. 53.ſ.10. n.2.f.606

Actus Apoſtolorum.

2. Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemiſtis: quem Deus ſuſcitauit a mortuis. d.18. ſ.2.n.2.f.179
4. Conuenerunt Herodes & Pilatus, &c. facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri. d.11.ſ.2.n.3.f.125
7. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis, d.18.ſ. 6.n. 7.f.187
8. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. d.7.ſ.3.n.12.f.52
10. Surge Petre, occide, & manduca, &c. d.53.ſ.4. n.9.f.598
In veritate comperi, quia non eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. d.53.ſ. 4 n.2.f.597
13. Inueni Dauid filium Ieſſe, virum iuxta cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. d. 33.ſ.3.n.13.f.340
Qui faciet omnes voluntates meas. d. 17. ſect.1.n.1. fol.176
Huius Deus ex ſemine ſecundum promiſſionem eduxit Iſraël Saluatorem Ieſum. d.56.ſ.5.n.13. f. 645
14. Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. diſp. 31. ſect.1.n.7. fol.312
15. Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum: propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum. d. 35. ſect.2.n. 5.f.358
16. Vetati ſunt à ſpiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia, cùm veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. d.31.ſ.1.n.5.f.312

17. In

Digitized by Google

17. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. d.45.ſ.10. n.9.f.506*
Cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia. d.47.ſ.1.n.1.f.529
Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum. d.35.ſ.3.n.11.f.362
Nec manibus humanis colitur indigens. d.8.ſ.4.n.12.f.67
18. *Permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.* diſp. 31. ſect.2. num. 2. f. 315

Pauli Epiſtola ad Romanos.

2. *An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem ſecundùm duritiam tuam, & impœnitens cor tuum thezaurizas tibi iram.* d.19.ſ.1.n.8.f.193
Sæpe propoſui venire ad vos: & prohibitus ſum vſque adhuc. d.31.ſ.1.n.5.f.312
Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos. d.56.ſ.2.n.2.f.635
Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. d.43.ſ.5.n.13.f.467
Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conueniunt. diſp. 42. ſect. 1. num. 7.f.454
3. *Numquid iniquus eſt Deus? abſit.* d.26.ſ.1.n.3.f.261
Eſt autem Deus verax. diſp. 55. ſect. 3. num. 6. fol.630
Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit. d.36.ſ.9.n.11.f.391
Numquid iniquus eſt Deus qui infert iram? Abſit. d.27.ſ.4.n.4.f.280
4. *Fides reputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratia Dei.* d.11.ſ.2.n.21.f.127
Vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. d.56.ſ.1.n.6.f.636
Vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. d.11.ſ.9.n.7.f.140
Pleniſſimè ſciens, quia quæcumque promiſit Deus potens eſt & facere. diſput. 18. ſect. 8. n. 3. f.190
5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* d.35.ſ.7.n.13.f.374
Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. d.52.ſ.4.n.12.f.587
Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. d.38.ſ.3.n.8.f.407
Neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. d.38.ſ.6.n.13.f.415
6. *Stipendia peccati mors: gratia autem Dei vita æterna.*
Manebimus in peccato, vt gratia abundet? abſit. d.27.ſ.4.n.7.f.281
7. *Non quod volo bonum, hoc facio.* d.37.ſ.3.num.4.f.399
Inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam. d.44.ſ.1.n.22.f.473
Quod enim operor, non intelligo. d.38.ſ.3.n.35.f.409
Non enim, quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. diſp. 38. ſect.6. num.17. f.415
Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. d.31.ſ.4.n.12.f.321
8. *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat: vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. ſcimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* d.1.ſ.2.n.7.f.7
Quos præſciuit, & prædeſtinauit. d.11. ſect.9. num. 6.f.140
Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. d.33.ſ.4.n.21.f.343
Omnia cooperantur in bonum iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. d. 11. ſect.2.n.21. fol.127
Spes, quæ videtur, non eſt ſpes. diſp. 52. ſect. 8. n. 1.f.592
Vanitati ſubiecta eſt creatura non volens. d.25.ſ.1. n.6.f.259
Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. diſp. 20. ſ. 1. num. 11. fol.216
9. *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? voluntati enim eius quis reſiſtit?* diſp.18.ſect.7.n.12. f.189
Numquid iniquitas apud Deum? abſit. d.26.ſ.1.n.3. fol.261
Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. diſp. 3. ſect. 1. num. 9. fol.15
Vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante, &c. ibid.
Miſerebor, cui miſerebor. diſp. 53. ſect. 4. num. 19.f.599
Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. d. 7. ſ.3.n.2.f.50
19. *Vt probetis quæ ſit voluntas Dei beneplacens, & perfecta.* d.18.ſ.4.n.2.f.184
Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. d. 53.ſ.4. n.2.f.597
11. *Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures vt non audiant.* d. 42.ſ.1.n.7.f.454
Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei. d.16.ſ.5. n.13.f.175
12. *Nolite conformari huic ſæculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* proœm.n.2.f.1
Noli vinci à malo. diſput. 37. ſect. 2.num. 25.f. 398
13. *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.* diſp. 33. ſect. 4.num. 21.f.344
Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. d.18. ſ.6.n.7.f.187

Ad Corinthios 1.

1. *Gratia data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quod in omnibus diuites facti eſtis in illo.* d.6.ſ.6.n.4.f.46

Fidelis

Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius. d.34.ſ.1.n.4.f.346
Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. d.44.ſ.8.n.3.f.486
Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus. d.11.ſ.2.n.20.f.127
Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis. d.6.ſ.6.n.6.f.46
Apoſtolus per voluntatem Dei. d.2.ſect.1.num.14.fol.11
2. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram.* diſp.3.ſect.2.n.17.fol.17
3. *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia enim veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.* d.3.ſ.1.n.10.f.15
Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, quiſquis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. d.35.ſ.7.n.16.f.375
4. *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis.* diſp.36.ſect.9.num.3.f.391
5. *Iam iudicaui, congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis vt ſpiritus ſaluus ſit, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* d.44.ſ.3.n.7.f.476
7. *Iterum reuertimini in id ipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.* d.31.ſ.1.n.2.f.312
Quod vult faciat, cui vult nubat. diſp.7.ſect.3.n.4.fol.50
9. *Væ mihi, niſi euangelizauero.* d.56.ſect.2.num.10.f.638
Qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium: ſic currite vt comprehendatis. d.56.ſ.3.n.16.f.640
10. *Numquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos hæc vtique dicit.* d.9.ſ.14.n.18.f.100
Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo. d.18.ſ.4.n.9.f.185
Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. diſp.34.ſ.3.n.18.f.350
11. *Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.* d.26.ſ.6.n.3.f.269
12. *Si totum corpus oculus, vbi auditus?* d.9.ſ.1.n.12.f.73
Deus membra poſuit, vnumquodque quidem in corpore ſicut voluit. d.9.ſ.4.n.10.f.78
Diuidens ſingulis prout vult. diſp.7.ſect.3.n.2.fol.50
15. *Si reſurrectio mortuorum non eſt; neque Chriſtus reſurrexit, ſi autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.* diſput.9.ſect.14.n.8.fol.99
Quotidie morior per veſtram gloriam. diſp.3.ſ.2.n.17.f.17
16. *Spero me aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.* diſp.7.ſect.3.n.6.f.50

Ad Corinthios 2.

1. *Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo Eſt & non.* d.56.ſ.3.n.13.f.639
3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* diſp.8.ſect.2.n.11.f.64
4. *In quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat in illis illuminatio Euangelij.* d.42.ſ.2.n.4.f.455
Deus, qui dixit, de tenebris lumen ſpleneſcere, illuxit in cordibus noſtris. d.18.ſ.8.n.6.f.190
5. *Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, a vita.* d.35.ſ.7.n.13.f.374
9. *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate hilarem enim datorem diligit Deus.* d.4.ſ.2.n.2.f.24
11. *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* d.34.ſ.3.n.13.f.349

Ad Galatas.

2. *Si enim, quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico; præuaricatorem me conſtituo.* diſput.37.ſect.2.n.27.f.397
3. *Sub lege tanquam ſub pedagogo paruulos cuſtodite.* d.9.ſ.1.n.16.f.74
4. *Sub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre.* diſput.11.ſect.2.n.4.fol.125
5. *Currebatis bene, quis vos impediuit, veritati non obedire?* d.30.ſ.1.n.21.f.307
Perſuaſio hæc non eſt, ex eo, qui vocat vos. d.26.ſ.4.n.20.f.267
Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c. d.52 ſ. .n.19.f.583
6. *Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* d.56.ſect.5.num.9.fol.644

Ad Epheſios.

1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium, voluntatis ſuæ.* d.5.ſ.2.n.2.ſ.30
Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti. d.11.ſ.2.n.20.f.127
Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. d.2.ſ.1.n.12.f.11
Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto. d.6.ſ.6.n.4.ſ.46
2. *Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui in peccatis conuiuificauit nos in Chriſto, &c.* diſp.1.ſect.3.n.10.f.9
State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ. diſput.37.ſ.3.num.2.f.399
3. *Scire ſuper eminentiam ſcientiæ charitatem Chriſti.* d.52.ſ.6.n.4.f.590
4. *Nolite locum dare diabolo.* diſpu.37.ſ.2.num.25.f.398
In menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit. d.53.ſ.4.n.7.f.598
Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. d.21.ſ.1.n.22.f.236

Ad Philippenſes.

1. *Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.* d.9.ſ.14.n.25.f.100

2. *Exi*

2. *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* d.52.ſ.6.n.12.f.591

3. *Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis.* d.56.ſ.3.n.16.f.640

Ad Coloſſenſes.

1. *Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali.* proœm. n.1.f.1

Reconciliantur omnia in ipſum. diſp. 19.ſ.8.n.5. f.207

3. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem,* d.36.ſ.9.n.10.f.391

Scientes quod à Domino accipietis retributionem. d.56.ſ.3.n.21.f.640

Ad Theſſalonicenſes 1.

4. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.* diſput. 19. ſect. 1.num. 7.f.192

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. d.26.ſ.4.n.20.f.267

Ad Theſſalonicenſes 2.

2. *Mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* d.42.ſ.1.n.9.f.454

Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper, quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem. d. 7. ſ. 3. num. 1.f.50

Ad Timotheum 1.

1. *Hymenæum & Alexandrum tradidit Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare.* d. 44.ſ.3.num. 7.f.476

2. *Docere mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* diſp. 31. ſect.1. num. 8.f, 303

Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. diſp. 19. ſect.1.num. 11.f.193

4. *Qui eſt Saluator omnium, & maximè fidelium.* d.19.ſ.1.n.8.f.192

Promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, pariter & futuræ. d.56.ſ.1.n.2.f.635

5. *In omnibus gratias agite, hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.* d. 6. ſ. 6.n.6.f.46

6. *Qui ſolus habet immortalitatem.* d. 16. ſect. 1. n.13.f.168

Ad Timoth. 2.

1. *Vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam.* d.11.ſ.2.n.21.f. 127

Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. diſp. 56.ſect.3.num. 15.f.640

2. *Deus fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.* d.26.ſ.1.n.16.f.262

Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. d.56. ſ.3.n.14.f.639

Negare ſeipſum non poteſt. diſput. 30. ſect. 1. n. 11.f.306

Firmum fundamentum Dei ſtat, habet ſignaculum hoc, nouit Dominus qui ſunt eius. d.11.ſ. 6. n.10.f.135

4. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* d. 56. ſ.2. n.8.f.637

Ad Hebræos.

2. *Decebat enim eum, propter quem omnia; & per quem omnia, &c.* d.1. ſect. 2. numero 14. fol.7

6. *Abundantius, volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.* diſput.11. ſect. 2.n.18. f.127

Fortiſſimum ſolatium habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. d.30. ſ.2.n.4.f.310

Terra frequenter venientem ſupra ſe imbrem bibens, & generans, &c. d.53.ſ.3.n.10.f.597

Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri. d.10.ſ.5.n.14.f.117

9. *Hic eſt ſanguis teſtamenti.* d.56. ſect.1.num.14. f. 636

Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. d. 56.ſ. 1. n.11.f.636

10. *Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* d. 56. ſect. 3. n.22.f.640

Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem, indeclinabilem: fidelis eſt enim qui repromiſit. d. 56. ſect. 1. n. 6.f.636

11. *Aptata eſſe ſæcula verbo Dei.* d. 14.ſ. 2. n.6. f.157

12. *Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filij eſtis.* d.43.ſ.2.n.12.f.461

Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & rectos greſſus facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. d. 28. ſ.2.n.10 f.294

Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris, Quem enim diligit Dominus, caſtigat. d. 34.ſ.1.num.8. fol. 346

Iacobi Epiſtola.

1. *Apud quem non eſt tranſmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio.* d.16.ſ.1.n.9.f.167

Cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. d.56.ſ. 3.n.14.f.639

2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni.* diſp.7.ſ.3.n.1. fol.50

3. *Si zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris; nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem.* diſp. 36. ſect. 1. num.13.f.379

Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens. d. 26. ſ.4.n.2.f.266

4. *Vnde bella & lites in vobis.* diſp. 37. ſect.1.n. 20.f.395

Si Dominus voluerit, & ſi vixerimus faciemus, hoc aut illud. d.11.ſ.4.n.5.f.131

Petri epiſtola 1.

1. Sperate in eam quæ offertur vobis, gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti. diſp. 56.ſect.2. num. 3.f.637
2. Quaſi liberi, non quaſi velamen, habentes malitiæ libertatem. d.8.ſ. 2. n. 11.f.64.
Lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum. d. 11.ſ.2. n.20.f.127
Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. d.7.ſ.3.n.1.f.50
3. Melius eſt benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quam malè facientes. d.2.ſ.1.n.11.f.11
5. Cui reſiſtite fortes in fide. diſp. 37. ſect. 3. num. 2.fol.399
Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui. diſput. 36. ſect. 3. num. 1.f.381

Petri Epiſtola 2.

1. Magna & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.d. 52.ſ. 6.n.12.f.591
2. Omnis Scriptura indiget interpretatione. d. 20. ſ.1. n.3.f 215
Libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis, à quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. d. 8.ſ.2. n.11.f.64
3. Non tradat Dominus promiſſionem ſuam. d.43. ſ.2.n.21.f.462
Nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. d. 26.ſ.1.n.8 f. 261

Ioannis Epiſtola 1.

2. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ, non ex Patre, ſed ex mundo eſt. d.26.ſ.4.n.2.f.266
3. Qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. d.1.ſ.3.n.9.f.9
Peccatum in eo non eſt. d. 26. ſ.1.n.3.f.261
5. Qui facit peccatum ex diabolo eſt. d.37.ſ. 2. n. 26. f.397
Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit quoniam ſemen ipſius in eo manet. d. 36.ſ.3. n.1.f.381
Ab initio diabolus peccat. d. 40. ſ.5.n.8.f.445
Si ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. diſp. 20.ſ. 6.n. 11.225
Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, &c. d.4.ſ.2.n.3.ſ.24
4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. d. 11. ſect. 4. n. 10. f.232
Deus charitas eſt. d.26.ſ.1.n.14.f.262

Ioannis Epiſtola 2.

4. Maior eſt, qui in vobis eſt, quàm qui in mundo.d. 37.ſ.2.n.19.f.397
Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. d.20.ſ.6.n.11.f. 225
Ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis. d.56.ſ.3.n.19.f.640

Apocalypſis.

1. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. d. 56.ſ.3. n. 26.f.641
2. Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere. d.19.ſ.1.n.9.f.193
Permittis mulierem Ieſabel ſeducere ſeruos meos. d. 31.ſ.1.n.8.f.313
3. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. d.56.ſ.3.n.14.f.639
Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. diſp. 20.ſect.2.n.2. fol.217
Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis. d.15.ſect.3. n.5. f.161
4. Mittebant coronas ſuas ante thronum. d. 56.ſ.4. n.16.f.643
8. Flentes, & lugentes, & dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna, &c. d.21.ſ.1.n.20.f.236
14. Et ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam. diſput. 18. ſect. 3. n.7.f.183
18. Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, d. 35. ſ. 4. n.16.f.367
Quia de vino iræ fornicationis eius. d. 44.ſ.1.n.12. f.472
20. Et vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, &c. d.37.ſ.2.n.1.ſ.395
22. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua. d. 56. ſ. 3.n.23.f.640
Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. d.43.ſ.5.n.10. f.467
Ego ſum α & ω, primus & nouiſſimus, principium & finis. d.3.ſ.1.n.8.f.15

Finis Indicis Locorum ſacræ Scripturæ.

Digitized by Google

COMMENTARII ET DISPVTATIONES

DIDACI RVIZ DE MONTOYA,
E SOCIETATE IESV,

DE VOLVNTATE DEI & proprijs actibus eius:

Ad primam partem S. Thomæ, à Quæſtione 19. vſque ad 21.

PROOEMIVM.

1. *Vtilitas.* AD publicam totius Eccleſiæ priuatámque cuiuſque fidelis vtilitatem, quanti momenti res ſit exacta plenáque cognitio diuinæ voluntatis, dubitare non poterit, qui legerit aſſiduitatem & inſtantiam orationum, quibus eam ſuis Coloſſenſibus impetrare conatur Apoſtolus c. 1. *Non ceſſamus*, inquit, *pro vobis orantes, & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali.* Supponit enim, Coloſſenſibus eſſe cognitionem voluntatis Dei, poſtulat autem vlteriorem additionem & perfectionem vſque ad plenitudinem, ſicut obſeruant ibi Chryſoſtomus, Theophylactus, S. Thomas, & alij expoſitores.

2. *Certior & breuior via penetrandi voluntatem Dei.* Certiorem porrò breuiorémque viam obtinendi tantum bonum, idem Apoſtolus docuit, Romanorum 12. *Nolite conformari huic ſæculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.* Sicut enim palatus noxijs humoribus infectus non ſapit, imo ſiniſtrè de dulcibus ac ſalubribus cibis iudicat: contra verò ſanus atque purgatus: ita niſi reiectis affectibus ſæculi, renouatus fuerit interior ſenſus, non poterit quaſi guſtando probare, quæ ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta: ſicut acutè ponderauit ibi S. Thomas. Atque illud, *Probetis*, Origenes exponit, *exquiratis, conſideretis*. Chryſoſtomus *diſcatis*. Syrus, *diſtinguatis*. *ſapiatis*, videlicet quodam ſpirituali guſtu, quem præcipit Pſal. 33. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*

Quamuis enim ad omnes res diuinas addiſcendas plurimùm conferat voluntatis affectus & conſenſus ſiue conformitas quædam ad illas, quam in ſuo præceptore Hierotheo laudat, & cæteris eius induſtriis præfert Dionyſius de diuin. nomin. cap. 2. propius ad finem quàm ad med. dicens: *Non ſolum diſciplina adeptus diuinarum rerum ſcientiam, verum etiam ijs animo affectus & permotus, atque ex ſua cum eis conſenſione abſolutus.* Perpende conſenſionem ſiue conſenſum ac ſimilitudinẽ fuiſſe, quæ Hierotheum abſolutum & perfectum reddidit in diuinarum rerum contemplatione: Nihilominus ad diuinæ voluntatis perfectam notitiam id multò magis neceſſarium, vt ex ea, quam in ſe Theologus experitur, propenſione ad obiecta quædam & auerſione ab alijs, quaſi præſentiat atque præſagiat ingenium & propenſionem diuinæ voluntatis, ac veluti guſtu diſcernat, quid Deo placeat. 3. *Conſenſus & affectus in his diſputationibus magis quam in ea eſt neceſſarius. Dionyſius.*

4. *Neceſſitas ad propugnanda myſteria fidei.* Sed quorſum hæc, ais, cùm Apoſtolus Romanis & Coloſſenſibus non deſideraret, neque conſuleret ſcholaſticas ſpeculationes de voluntate Dei, quas aggredimur explicare, ſed cognitionem & intimum ſenſum myſteriorum fidei, atque præceptorum Dei & conſiliorum. Fateor hoc fuiſſe, quod vniuerſaliter omnibus proponebat Apoſtolus, atque ita ſacri Doctores intelligunt. Sed age. Cùm ſit proprium Theologorum munus penetrare profundius, & fortius propugnare, quæ ſimpliciores fideliter credunt; quomodo poterunt ad hanc pugnam eſſe parati, niſi ſuperatis priùs, & explanatis difficultatibus circa Dei voluntatem occurrentibus? Certè neque præſtantiſſimum decretum Incarnationis, neque voluntatem eligendi gentes, reprobatis Iudæis, nec prædeſtinationem diſcernentem homines quoſdam ab alijs ſecundùm be-

Digitized by Google

neplacitum voluntatis ſuæ, neque quàm ſit gratuita gratia, nec quàm ſit miſericors miſericordia, poterimus intelligere; quin etiam circa Dei naturalem prouidentiam non poterimus ſolido firmóque fundamento diſcurrere, nec argumentorum vires dignis ponderare momentis, niſi diuinæ voluntatis propenſione prius diligenter examinata. Vnum pro cunctis ſufficiat exem- Exemplum. plum ex Proſpero ad capita Gallorum reſponſione 12. *Si Deus*, inquit, *hominem ſibi obedientem à pietate deturbat, & bene currentem cadere facit? ergo pro bonis mala retribuit, & iniuſtè punit quod vt fiat impellit. Quid tam peruerſum, quid tam inſanum dici aut cogitari poteſt? Sed in talem ſenſum trahuntur, qui putant in omnibus hoc eſſe præſcientiam Dei quod & voluntatem.* Vides, erroris quam abſurdi fuerit origo diſtinctionem diuinæ voluntatis ac proprium & adæquatum illius obiectum ignorare? *Cùm voluntas eius nunquam velit, niſi bona: præſcientia autem & bona noſcit & mala*, ſicut Proſper continuò ſubiecit.

5. Difficultas. Atque inde iam incipit aperiri cauſa maioris difficultatis in conſideratione diuinæ voluntatis, quam diuinæ ſapientiæ, ſubindéque reliquorum omnium attributorum, quia videlicet circa obiecta verſatur cum delectu atque diſcrimine. Scientia námque cuncta penitus ac totaliter intelligit; voluntas autem multa non vult, quæ intelligit ſcientia; & inſuper ea, quæ vult, non eodem modo penitus ac totaliter vult, ſed aliqua cum abſtractione quadam ac præciſione, ſuppoſita determinatione voluntatis creatæ; ſicut dicemus tractantes de materialibus actionibus peccatorum.

6. Maior difficultas. Sed maior adhuc difficultas oritur ex libertate, duobus ex vtraque parte ſcopulis vrgentibus anguſtiſſimum fretum, ne videlicet, dicamus aliquid increatum eſſe in Deo, quod potuerit non fuiſſe; nec tamen in re ipſa Deo libertatem eripiamus, ſolo retento nomine libertatis, inde namque cauſalitas & poteſtas omnis labefactabitur. In omnibus, quæ Deo conueniunt neceſſariò & ab intrinſeco, ſolùm Trinitatis myſterium exigit ſupernaturale lumen fidei: cætera cuncta, quæ tribus perſonis communia ſunt, naturale rationis lumen probat euidenter, licèt quædam longo, aſperóque circuitu. Inter hæc tamen eſt vnica difficultas diuinæ libertatis, ſub qua gemunt etiam gigantes.

Faciliora tamē alia redduntur ex dictis in tomo præcedenti de Scientia Dei, quoniā ſunt illis 7. Quædam repetenda. ſimillima; potuiſſent autem ad eum tomum remitti, niſi moleſtæ fuiſſent & oneroſæ lectoribus frequentes de paruis rebus remiſſiones; tunc vel maximè, quando reſtat aliquid laboris & induſtriæ in applicationis diſcrimine. Quocirca conducibilius erit ea repetere, dummodo quanto breuiori potuerint compendio reſtringantur.

Rationem ordinis perſpicuè tradit S. Thomas, 8. Ordo. quoniam intellectum Dei conſequitur immediatè voluntas: ideóque poſtquam ſuperioribus quæſtionibus à decima quarta vſque ad decimam octauam diſſeruerat de his, quæ pertinent ad ſcientiam diuinam, conſequens erat de voluntate tractare, ſimúlque de operationibus illius, quæ non includunt operationem intellectus, licèt eam ſupponant.

Quid autem fuerit cauſæ, ne tomus iſte progrediatur vltra tres quæſtiones dictas, ipſe diſ- 9. putationum decurſus indicabit. Incurrent enim tot ac tantæ difficultates circa obiecta diuinæ voluntatis, quæ iuſtum volumen impleant.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

DE VOLVNTATE DEI.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo ſit voluntas.

DISPVTATIO I.

Vtrum Deus habeat volitionem & appetitum à ſua eſſentia diſtinctum.

SECTIO I.

Deo conuenire volitionem perfectiſſimam.

1\. ALBERTVS in libr. de cauſis apud Dionyſ. Carthu. 1. Sent. diſt. 45. q. 1. col. 3. ita ſcribit: Multi Peripateticorum vt Ariſtoteles, Theophraſtus, Auerroës, Auicenna, Porphyrius negabãt voluntatem eſſe in Deo. Quinque rationes ad hoc

Fundamentum negantium voluntatē in Deo. inducentes. Prima eſt, quia omnis voluntas appetitus eſt: Omnis autem appetitus eſt non habiti, ac boni deficientis. Huic ſimilia ſunt quæ ſequuntur apud eum argumenta.

2\. *Authorum mentem Albertus exponit.* Sed paulò inferius idem Albertus prædictos Philoſophos exponit, non intendiſſe remouere à Deo voluntatem immobilis complacentiæ in bonis habitis & poſſeſſis, nec etiam voluntatem quæ eſt liber animi motor, voluntatem verò, quæ eſt appetitus boni non habiti, quo volens perficiatur, remouerunt à Deo. Hæc Albertus citatus.

Confirmatur expoſitio. Confirmatur hæc expoſitio; nam Ariſtotelem agnouiſſe Dei voluntatem, paulò inferius oſtendemus, ſimilitérque Platonẽ. Vnde cùm Porphyrius fuerit partim Peripateticus, partim verò Platonicus (vt rectè obſeruauit Carthuſianus citatus) non eſt veriſſimile ſenſiſſe contra illos.

3\. Hæreticorum igitur, aut delirantium philoſophorum nemo, quẽ legerim, Deo voluntatẽ eripuit expreſsè. Nihilominùs occultè, ſeu virtualiter Deo voluntatem abſtulere qui dixerunt, Deo ſcientiam & amorem metaphoricè tantùm conuenire; vel certè, nihil aliud Deo conuenire, niſi cauſam eſſe noſtræ ſcientiæ & amoris: vt refert S. Thomas de veritate q. 2. art. 1. corp.

Erroris conuincitur eorum ſententia, qui metaphoram adſtruunt in diuino amore. Hæc autem ſententia conuincitur erroris manifeſti, quoniam ſecundùm illam Deus verè propriéque non vult, nec poteſt velle nec habere volitionem aut voluntatem: ſicut Deus verè propriéque non eſt lapis, neque Leo, neque dolorem patitur aut triſtitiam; quoniam hæc Deo metaphoricè tantùm conueniunt, & ex illis aliqua Deo tribuuntur, quoniam tales effectus in creaturis cauſat.

4\. *Quid nomine volitionis, aut voluntatis?* Nomine volitionis aut voluntatis intelligimus operationem increatam & immaterialem, quæ fertur in bonum propoſitum per diuinam ſcientiam, abſtrahendo à ratione qualitatis, aut habitus, vel actus realiter producti, & à quacunque ratione accidentis.

Hoc ſenſu veriſſimè, atque propriiſſimè Deo 5.
conuenire volitionem, ſeu voluntatem, tota Scriptura clamat aut perſpicuis verbis, aut euidentibus indiciis. Roman. 12. *Vt probetis quæ ſit voluntas Dei.* Epheſ. 1. *Prædeſtinauit nos ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ*, & infra: *Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ.* & infra: *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Geneſ. 27. *Voluntas Dei fuit vt cito mihi occurreret.* &c. & cap. 45. *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* Pſalm. 29. *vita in voluntate eius.* & infra: *In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.* Matth. 26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Et paulò inferius: *Fiat voluntas tua.* Sapient. 11. *Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe.* & infra: *Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?* Pſalm. 103. *Omnia quæcunque voluit, fecit.* *Roman. 12. Epheſ. 1. Geneſ. 27. & 45. Pſalm. 29. Matth. 26. Sap. 15. Pſalm. 103.*

Cùm autem amare ſit præcipuus actus vo- 6.
Præcipuus actus voluntatis, amare eſt. luntatis, præcipuáque volitio; probant eandem concluſionem omnia teſtimonia Scripturæ, quæ Dei amorem affirmant, vt Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum*, & cap. 5. *Pater diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ facit.* & capite decimoquarto. *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos:* & infrà: *Pater meus diliget eum.* & capite 16. *Ipſe Pater amat vos.* & eiuſmodi plurima in vtroque Teſtamento. *Ioan. 3. & 5. Ioan. 14.* Qualia ſunt quæcunque dicunt diuinæ voluntati non poſſe reſiſti: vel Deum velle non mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: & velle omnes homines ſaluos fieri: velle obſeruationem ſuorum præceptorum: Deum eſſe charitatem: adoptare filios, & amicos habere: virtutem & veritatem amare: peccatum autem & mendacium odiſſe: comminari pœnas: promittere præmia. Ex quibus actibus quidam ſunt formaliter volitiones, alij volitionem includunt aut ſupponunt. Quapropter Scriptura tota Dei volitionem clamat, quia tota plena eſt hiſtoriis aut doctrinis eiuſmodi.

Inde fit, vt qui negaret, voluntatem formali- 7.
Qui propriè voluntatis actum à Deo ſemouent, radicitus Theologiam euellunt. ter & ſine metaphora Deo conuenire, radicitus conuelleret Theologiam prope vniuerſam; nam ſine voluntate Deus non ſpiraret Spiritum ſanctum; ac ſubinde non eſſet Trinus; rebus creatis non prouideret; nec prædeſtinatos eligeret; non eſſet miſericors, nec iuſtus; non permitteret peccata: non reprobaret præſcitos: nec efficeret aliquod opus eorum, quæ non proficiſcuntur ex naturali curſu cauſarum ſecundarum, ſed ex

mero Dei beneplacito. Conſequenter impoſſibilia forent mundi creatio in tempore, Incarnatio, Vocatio Gentium, Reprobatio Synagogæ, totius Eccleſiæ conſtitutio, Sacramenta, miracula, remiſſio peccatorum, indulgentiæ. Nulla foret gratia nec auxilia gratuita, nulla Charitas, nulla ſpes, ac proinde nulla fides. Quin etiam & leges omnes atque præcepta nulla forent, quoniam vim accipiunt à voluntate obligandi.

8. *Deũ eſſe voluntate præditum, antiqui ſupponũt Philoſophi, vt omnino certum.*

Præterea veritas hæc naturali lumine, tanquam explorata ſupponitur ab antiquis Philoſophis. Ariſtoteles lib. de Mundo prope finem: *Deus*, inquit, *omnia quò vult mouet & arbitratu ſuo omnem rempublicam temperat.* Et lib. 7. Ethicor. cap. vltimo verſus finem docet, Deum gaudere ſemper vna ſimplicique voluptate, quam lib. 10. cap. 8. dicit eſſe beatitudinem contemplatiuam. Voluptas autem eſt actus voluntatis, & beatitudo non eſt ſine amore & fruitione ſummi boni.

Ariſtoteles.

Quod ſi alicuius, inquit, *natura ſit ſimplex, ſemper eadem operatio iucundiſſima erit. Idcirco Deus vna ſemper ſimplicique gaudet voluptate.*

Nec obſtat quod lib. 2. magnor. moral. cap. 11. non procul à principio, Deo videtur amorem negare. Nam explicabitur diſp. 52. ſect. 3. initio.

9. *Socratis dictum.*

Socrates autem apud Platonem in Alcibiade primo, ſiue de natura humana in fine, præcipit in faciendis eſſe præfandum: *Si Deus voluerit.* & in Timæo, ſiue de natura inter princip. & med. Deus creator à ſe creatos Deos, id eſt, Angelos, ſic alloquitur: *Non eſtis penitus immortales, neque penitus indiſſolubiles: non tamen ſoluemini, nec mortis ſortem ſequemini. Quum mea voluntas maius adhuc & præſtantius vinculum vobis contigerit.*

10. Cunctarum denique gentium conſenſus & lux à natura indita Dei volitionem oſtendit; ſiue quando verum Deum colebant, ſiue quando ſuperſtitionibus & inanibus ſacrificiis idola proſequebantur. Quia fruſtra vel iratos Deos placare ſacrificiis, vel ab illis impetrare beneficia conarentur: niſi putarent, Deo poteſtatem eſſe volendi concedere quod ab eo poſtulabatur.

11. *Fruſtrà referũtur, quæ paſſim occurrunt.*

Antiquorum Patrum loca referre, quibus Dei voluntatem, aut volitionem, aut amorem teſtantur; omnino ſuperfluum erit, cum paſſim occurrant non tantùm in præſentibus diſputationibus de voluntate & amore Dei, præſertim quando tractauerimus de libertate, vel efficacia voluntatis diuinæ, vel de auerſione illius à malo, propter quam non vult fieri peccatum: ſed etiam in aliis diſputationibus Theologicis; veluti de Prouidentia, & prædefinitionibus, de Prædeſtinatione, vel quando circa Trinitatis myſterium agitur de vnitate voluntatis, quæ communis eſt tribus perſonis, ſicut eſt eadem eſſentia: vel de proceſſione Spiritus ſancti per volitionem, ſeu amorem, vel circa myſterium Incarnationis, de duplici voluntate Chriſti Domini, diuina & humana, vel quando explicatur decretum Incarnationis, aut prædeſtinatio Chriſti Domini, vel quando 1. 2. circa bonitatem & malitiam humanorum actuum, traditur obligatio conformandi voluntatem humanam cum diuina; vel quoties Patres exponunt aliquem ex locis Sacræ Scripturæ paulò ſuperius citatis; aut cæteros qui tractant de voluntate vel amore Dei.

12. *Prima ratio.*

Naturalibus rationibus demonſtratur, quarum prima nititur principio quod omnibus hominibus à natura inſitum eſt tanquam euidentiſſimum, Deum eſſe *aliquid, quo nihil melius ſit, atque ſublimius, nec poſſit excogitari*; quemadmodum obſeruauit Auguſtinus lib. 1. doctrinæ Chriſtianæ cap. 7. & 8. & lib. 5. de Trinit. cap. 4. ſub init. Quod ſi Deus careret operatione volendi & amandi: melius aliquid & ſublimius eſſet ens quod amare poteſt & velle: quapropter non tantum excogitaretur, ſed etiam realiter exiſteret aliquid melius Deo.

Id, quo nihil ſublimius poteſt excogitare, Deus eſt.

13. Cõfirmatur primò, quia *quidquid tale eſt vt ipſum omnino melius ſit, quam non ipſum* eſt Deus: vt probat Anſelmus in monolog. cap. 14. circa med. & Richardus Victorinus lib. 1. de Trinitate cap. 19. Recipitur autem omnium Scholaſticorum conſenſu ſub nomine perfectionis ſimpliciter ſimplicis, quæ melior ſit ipſa, quàm non ipſa. Nec dubitari poteſt, quin Deum poſſe velle & amare ſit melius, quàm non poſſe; meliúſque ſit amare ſummum bonum, quàm non amare.

14. *Nyſſenus.*

Confirmatur ſecundò, ſic enim Nyſſenus orat. catechetica cap. 1. à med. tanquam omnibus exploratum ſupponit, *Deum eſſe perfectum, cui nihil deſit, nec commixtus ſit ex iis, quæ ſunt contraria, nempe ex eo quod eſt mancum, & ex eo quod eſt perfectum, ſed ſiue in poteſtate, ſiue in boni actione, ſiue in ſapientia, & æternitate, & incorruptione, & ſi aliqua alia, quæ Deum decet, intelligentia veniat in contemplationem, omnino aſſentietur in diuina natura conſiderari perfectionem ex hac conſequentia rationi conſentanea.*

15. Confirmatur tertiò, nam & Ariſtoteles lib. 12. metaph. cap. 9. text. 5. probat Deum eſſe ſui ipſius intellectionem, quoniam hoc requiritur, vt ſit ens optimum & præcellens omnibus. Eadem ergo ratione colligeret, Deum eſſe ſui ipſius amorem.

16. *Secunda ratio.*

Ex præcedenti naſcitur ratio ſecunda, quam offert præclariſſimum Dei nomen: *Ego ſum qui ſum*, Exod 3. & Iob. 23. *Ipſe ſolus eſt.* Vnde Patres colligunt, Deum ſua ſimpliciſſima quidditate complecti, quidquid eſt eſſe, non habens admixtum non eſſe, cuius veritatis euidentiſſima lux, etiam Platonem ſupernaturali lumine fidei deſtitutum, mirificè delectauit, quemadmodũ latè tractauimus in tom. de Trinit. diſp. 8. ſect. 5. breuius autem in tomo de Scientia Dei diſput. 1. ſect. 2.

17. *Dionyſius.*

Sufficiat nunc illud Dionyſij de diuinis nominibus cap. 5. inter princ. & med. *Deus non quodammodo eſt, ſed abſolutè & liberè ſine vllo termino, vniuerſe illic, quod eſt eſſe, in ſe comprehenſo & occupato.* Quod ſi Deus non poſſet velle & amare, non comprehenderet & occuparet vniuerſum, quod eſt eſſe: propteréaque non abſolutè & liberè, ſed quodammodo & cum termino limitante foret. Vnde etiam non eſſet *pelagus eſſentiæ immenſum & interminatum*: vt appellat Nazianzenus oratione 38. de Natiuitate Domini fere inter princ. & med. & Oratione 42. quæ eſt 2. in Paſcha col. 2. num. 7. & Damaſcenus lib. 1. fidei cap. 12.

Nazianzenus.

18. *Tertia ratio. Pſalm. 93.*

Tertia ratio poteſt accipi ex Pſalm. 93. *Qui plantauit aurem, non audiet? Qui finxit oculum non conſiderat? Qui corripit gentes, non arguet?* Nam eodem argumentationis genere dicere poſſumus ex Philip. 2. *Qui operatur in nobis velle & perficere*, ille non vult, nec velle poteſt? Qui voluntatem noſtram perficit atque dirigit in bonum correptione, ac punitione, carebit voluntate & amore boni? Quo argumento non ſolùm colligitur, altiori & eminentiori modo vocari voluntatem Dei, quoniam cauſa eſt voluntatis creatæ:

Philip. 2.

quemad

quemadmodum ſol dicitur calidus, quoniam eſt cauſa caloris: ſed etiam colligitur, voluntatis perfectionem formaliter eſſe in Deo, quoniam huiuſmodi perfectio non includit imperfectionem, ideóque prius & magis formaliter, ac proprius præhaberi debet à prima cauſa.

19\. *Prima & vniuerſaliſſima cauſa, in ſe præhabet eminenter, aut formaliter, perfectionẽ quã cauſat.* Confirmatur primò, quia prima & vniuerſaliſſima cauſa debet in ſe præhabere formaliter, aut eminenter, quamlibet perfectionem quam cauſat: ſed volitionem, aut voluntatem non præhabet Deus eminenter tantum: igitur formaliter & propriè præhabet volitionem & voluntatem. Minor probatur, nam eminenter, & non formaliter contineri, conſiſtit in eo, quod altior & dignior aliqua perfectio ſit, quæ cauſat, quam illa quæ cauſatur. Sed nulla poſſibilis eſt perfectio, quæ ſit altior & dignior, quam principium volitiuũ & volitio generaliter & abſtractè conſiderata. Ergo volitionem ſeu voluntatem non præhabet Deus eminenter tantùm, ſed etiam formaliter.

20\. *Arbitrij libertas præcipua cauſa eſt quare dicatur homo ad imaginẽ Dei fuiſſe creatus.* Confirmatur ſecundò, quoniam homo creatus ad imaginem & ſimilitudinem Dei appellatur potiſſimum propter libertatem arbitrij, iuxta communem ſententiam antiquorum Patrum Græcorum & Latinorum, quorum teſtimonia retulimus præcedenti tomo de ſcientia Dei ſect. 1. & 2. Liberum autem arbitrium includit non tantùm cognitionem boni & mali, ſed etiam poteſtatem eligendi & amandi bonum. Quapropter ſi Deo non conueniret formaliter & propriè poteſtas volendi & eligendi; non eſſet exemplar, ad cuius imitationem fabricaretur imago, quantum ad liberum arbitrium.

21\. *Quarta ratio. Perfectior operandi modus, intelligere & velle eſſe.* Quarta ratio, quoniam perfectiſſima cauſa debet operari modo perfectiſſimo. Deus igitur, cum ſit perfectiſſima cauſa debet operari per intellectum & voluntatem, quoniam hic eſt perfectiſſimus modus operandi.

22\. Confirmatur, quoniã Deus non eſt omnipotens, eo quod omnia poſſibilia de facto producat: quimpotius infinita ſunt poſſibilia, quæ nunquam producentur. Sed eſt omnipotens, quia poteſt producere quæcunque voluerit, ſicut de facto *omnia quæcunque voluit, fecit in cælo & in terra*, Pſal. 113. Nam vt Sap. 12. traditur: *ſubeſt tibi cum volueris poſſe.* Vnde Auguſtinus in Enchirid. cap. 96. *Nec enim, ait, veraciter ob aliud vocatur omnipotens, niſi quia quidquid vult poteſt.*

Pſal. 113. Sap. 12. Auguſtinus.

Quinta ratio. Sublata voluntate, poſſibilium productio nequaquã poſſet cohiberi. Vnde ſumitur quinta ratio; quia ſi Deus voluntate caterer, non potuiſſet ſuam omnipotentiam continere, ne produceret infinita poſſibilia, quæ de facto non producit, quoniam ad hanc limitationem ſola voluntas libera determinat.

24\. *Sexta ratio.* Sexta ratio, quia rerum naturalium conditor non poſſet illis præſtituere certum & determinatum finem, ad quem inclinarentur inſito & naturali appetitu: niſi per appetitum, ſeu volitionem formalem ac vitalem, ipſe verius & perfectius intenderet illum finẽ, per illa media conſequi. Sed omnibus rebus naturalibus certum & determinatum finem præſtituit earum author: Ergo finem eundem verius & perfectius intendit per appetitum, ſeu volitionem formalem, ac vitalem, quæ diſtinctè & expreſsè amet illum finem.

25\. *Res naturales incertæ fluctuarent, & in varios fines raperentur, ſi Deus voluntate careret.* Confirmatur primò, quia res naturales non tenderent potius in hunc quàm in alium finem, ſed incertæ fluctuarent & caſus raperentur in varios; niſi certum finem præſtitutum haberent, aut à ſe ipſis, aut ab Authore; ſed à ſe ipſis non poſſunt habere præſtitutum finem, quoniam illum non cognoſcunt, nec poſſunt diſcernere quid ſibi conueniat, & in quo conſiſtat earum fœlicitas, & quibus mediis obtinenda ſit: ergo finem habent à diuina voluntate formaliter & expreſsè præſtitutum.

26\. *Caſu huius machina mundo in lucem prodiiſſet.* Confirmatur ſecundò, nam alioqui fortuitis caſibus eueniſſet ordinatiſſima totius Mundi machina, cuius ſtolidiſſimi erroris abſurditatem Ariſtoteles refert lib. 2. Phyſicor. text. 43. 44. & 76. ac refutat ſequenti text. 77. Præcipua verò refutatio eſt conſtantiſſima & ordinatiſſima rerum perfectiſſimarum ordinatio & temperatio.

Appendix de neceſſaria conſecutione appetitus ex cognitione.

27\. *Quinta ratio. Quomodo ad omnem formam appetitus ſequatur?* Septima ratio ſit, quam S. Thomas tradit in art. præſenti, quoniam ad omnem formam ſequitur appetitus illi proportionatus: vnde ad formam naturalem ſequitur appetitus naturalis; ad formam verò cognitam ſequitur appetitus vitalis. Ideóque ſi forma ſit cognita per ſenſum, ſequitur appetitus ſenſitiuus: at verò ſi forma ſit cognita per intellectum, ſequitur appetitus intellectualis, qui eſt voluntas. Euidens igitur eſt illud, quod Athanaſius tractatu de diffinitionibus col. 4. ſcribit: *Quidquid intelligit, conſtat quod etiam voluntate ducatur.* *Athanaſius.*

Sic intellecta ratio S. Thomæ difficultatibus expeditur, quibus implicatur aliter intellecta. Propterea conſulto prætermitto, quæ ad examinandum diſcurſum S. Thomæ Caietanus obiicit, & ſoluit; ſed recentiores expoſitores redarguunt ex parte, licèt ex parte defendant. Vtiliora nos vocant.

28\. *Primum notandum.* Quatuor nihilominus occurrũt notatione digna pro firmiori robore præſentis rationis. Primũ eſt. Etiam ſi concederetur eſſe poſſibile de potentia abſoluta ſuppoſitum, quod intelligere poſſet, attamen incapax eſſet volitionis: adhuc in ſuo robore permanere ſupradictam rationem, eo quod tale ſuppoſitum foret ſine dubio monſtroſum & mancum multo magis, quàm homines altero brachio, vel pede, vel oculo deſtituti; & multo magis quam homines paralytici; quia tale ſuppoſitum nulla ratione fugere poſſet malum imminens & cognitum, nec proſequi & amplecti bonum cognitum. Euidentiſſimum autem eſt eam monſtroſitatem diuinæ perfectioni repugnare.

29\. *Secundum notandum. Suppoſitum intellectionis capax, & volitionis eſſentialiter incapax, implicationem inuoluit. Ratio implicantia.* Secundum eſt, implicare contradictionem quodlibet ſuppoſitũ capax intellectionis, & eſſentialiter incapax volitionis: *eſſentialiter* dico, nam accidentaliter poterit eſſe incapax ab extrinſeco, ſi Deus illi debuerit ſemper negare concurſum ad volitionem; vel ſi radicitus auulſerit potentiam voluntatis, quæ cùm ſit realiter diſtincta poterit auferri manente ſubſtantia, quæ illam poſtulat, quantum eſt ex ſua natura. Ratio implicationis eſt, quoniam omne ſuppoſitum capax intellectionis, eo ipſo capax eſt intelligere bonum vt bonum & conueniens & conforme rationi rectæ: talis autem cognitio dicit eſſentialem ordinem ad volitionem, quam dirigit: vnde præterea ſequitur idem ſuppoſitum eſſe capax volitionis, quæ tali cognitione dirigatur. Confirmatur, quoniam omnem formam conſequitur naturaliter aliquis appetitus ei proportionatus:

ideóque formam intellectam conſequitur appetitus intellectiuus.

30. *Tertium notandum.* Tertium eſt, ad præſens intereſſe nihil, quod ab aliquibus recentioribus diſputatur, vtrum ſit poſſibile iudicium aliquod intellectuale, cuius eſſentiæ repugnet ex eo ſequi volitionem aliquam. Quamuis enim concedamus, non ſolùm in eaquiſitis atque fictitiis caſibus de potentia abſoluta, ſed etiam communiter & de potentia ordinaria, intellectualia iudicia multa concipi, quæ nihil omnino reſpiciunt volitionem, quæ poſſit ea illis conſaqui, quia nihil omnino repræſentant bonitatis aut malitiæ, ſed prorſus ab illis abſtrahunt (veluti quando iudicas duo & tria eſſe quinque, vel angulum non eſſe ſine duabus lineis) nihilominus ſuppoſitum capax harum intellectionum, eo ipſo capax erit aliarum, quibus bonitas aut malitia iudiceturſidque ſufficit, vt idem ſuppoſitum eſſe debeat capax volitionis.

31. *Vltimũ notandum.* Quartum eſt videri quoque probabilius implicare contradictionem animal eſſentialiter capaa cognitionis ſenſitiuæ, quod tamen non eſſet etiam (quantumcumque natura ſua foret) capax appetitus ſenſitiui. *Repugnat etiã animal appetitus incapax, & cognitionis ſenſitiuæ capax.* Quamuis enim externorum ſenſuum cognitionibus correſpondere nequeat appetitus ſenſitiuus, niſi mediantibus cognitionibus interiorum ſenſuum, videlicet, imaginatiuæ & æſtimatiuæ: quoniam iſtis ſolummodo ſenſibus cognoſcitur res vt conueniens & amplectenda, vel cognoſcitur vt diſconueniens & fugienda: nihilominus quilibet eaterior ſenſus eſſentialiter deſtinatus eſt ad ſenſum interiorem, vt eo mediante gubernet appetitum. Alioqui fruſtra videret illud animal cibum, quem non poſſet appetere; fruſtra leonis rugitum audiret & videret vngues; ſi nullo modo poſſet fugere, nec timere, nec ſibi conſulere: maximè quum omnes animalium ſenſationes ſint eſſentialiter deſtinatæ ad conſeruationem, commoditatem, aut lætitiam ſenſibilem illorum.

SECTIO II.

Vtrùm appetitus naturalis & inſitus Deo conueniat.

1. OCcaſione poſtremæ rationis, quam ex D. Thoma poſuimus in fine præcedentis ſectionis, Doctores aliqui diſputant, vtrùm in Deo concedendus ſit appetitus naturalis & inſitus, prout diſtinguitur ab appetitu elicito, qualis eſt appetitus rationalis, tam in actu primo, prout eſt potentia volendi, quàm in actu ſecudo, pront eſt ipſa volitio & amor boni. Notandum autem eſt, in Deo non ita eſſe elicitum appetitum, vt producatur ab aliquo principio vitali, prout explicabimus diſp. 2. ſect. 2, ſed vocatur elicitus ad ſignificandam vitalem operationem expreſsè, diſtinctéque tendentem in obiectum propoſitum per cognitionem. *Athanaſius.* Quo ſenſu Athanaſius ſerm. 4. contra Arianos pag. penult. Deo concadit expetitionem, dicens: *Quomodo igitur poteſt Verbum, cum ſit voluntas, expetitioque Patris, voluntate & expetitione, vt cætera fieri?* Idem verò tract. de diffinitionibus colum. 4. titulo de volunt. *Voluntas*, inquit, *eſt intelligentis & rationalis ſubſtantiæ appetitus, ad id quod animum ſuauiter afficit.*

2. De appetitu tamen inſito & naturali breuis reſolutio eſt. *Reſolutio.* Præter appetitum rationalem, Deo conuenit appetitus naturalis & inſitus, per quem primariò inclinatur ad quaſi quieſcendum in bonis propriis, ſibi intrinſecis; ac præterea quaſi ſecundariò inclinatur ad ſuam perfectionem creaturis communicandam ad extra: cæterum appetitus hic naturalis & inſitus Deo conuenit minus propriè, quàm creaturis propter ſummam perfectionem Dei. De hac reſolutione nihil eapreſsè tractarunt antiquiores Scholaſtici. Suarez in Metaphy. diſp. 30. ſect. 16. num. 3. & ſequentibus expreſsè concedit Deo naturalem appetitum ad intrinſeca bona & ad producendas creaturas, quem ſequitur Herice tract. 2. diſp. 12. de voluntate Dei cap. 4. refutans limitationem, quam adhibebat Arrubal, vt non eſſet in Deo appetitus comparatione perfectionum eſſentialium, quoniam illarum non eſt aliquod reale principium.

Singulas partes iſtius reſolutionis probemus; incipientes à prima. Naturalem igitur & inſitum Dei appetitum ad propria bona ſibi intrinſeca, vt in illis quaſi quieſcat, probo; nam vt antiqui omnes philoſophi definiebant, ac refert, & approbat Ariſtoteles lib. 1. Ethicor. cap. 1. init. *bonum eſt quod omnia appetunt.* Quam eandem generalitatem appetitus in bonum inclinari, docuit Hierotheus, & Dionyſ. referendi diſp. 3. ſec. 3. probat. 2. in confirmatione. 3. *Prima partis reſolutionis probatio.* *Ariſtoteles.*

4. *Etiam inanimis ſuum concedendus eſt appetitus.* Quapropter etiam rebus inanimatis, cognitione & elicita appetitione carentibus, concedendus eſt aliquis appetitus imbibitus, & congenitus in eſſentia. Vnde S. Thomas infra q. 59. art. 1. in corpor. *Quædam*, inquit, *inclinantur in bonum per ſolam naturalem habitudinem abſque cognitione, ſicut plantæ & corpora inanimata: & talis inclinatio ad bonum, vocatur appetitus naturalis.* Similia ſcribit in præſenti art. 1. corp. & lib. 1. contra Gen. cap. 72. ratione 3. Hic igitur appetitus erit naturalis & inſitus omnibus eſſentiis rerum. Quapropter perfectiſſimis eſſentiis non erit denegandus, etiamſi gaudeant alio perfectiori appetitu, videlicet, rationali. Cùm igitur Deus ſit ens perfectiſſimum & eius intrinſecum bonum ſit ſummum bonum, ſummè conueniens, & ſummopere appetibile, conſequens eſt, vt ad illud habeat inſitum & naturalem appetitum, vt in illo quaſi quieſcat.

5. Confirmatur primò, quoniam vnaquæque res appetit ſuum eſſe, ſuámque perfectionem intrinſecam (atque vt metaphoricis verbis faciliùs explicemus veram & propriam quidditatem appetitus naturalis) lapis propter vim & propenſionem iſtius appetitus ſuam eſſentiam amat, & in illa complacet: cuius indicium & effectus ſunt paſſiones, potentiæ & actiones lapidis, quæ omnes deſtinãtur ad propriæ entitatis & eſsẽtiæ conſeruationem. Ergo à fortiori in eſſentia perfectiſſima, quantumcunque præſcindamus à cognitione & volitione, & à poſſibilitate cognoſcendi & volendi, realiter & verè dabitur quod ſignificatur per hũc metaphoricum amorem complacentiæ quieſcentem in ipſa eſſentia, ex vi cuius, ſi opus eſſet, Deus ſe naturaliter defenderet à deſtruentibus, & conſeruaret in ſuo eſſe.

6. *Auguſtinus.* Confirmatur ſecundò, nam & Auguſtinus lib. 11. de Ciuit. cap. 27. notat omnia, quamuis irrationabilia & inſenſibilia, *velle eſſe*, atque ob hoc interitum fugere, ſuámque conſeruationem quærere.

Digitized by Google

quætere. Vnde ſequenti cap. 28. inter princ. & med. *Si arbores*, inquit, *eſſemus, nihil quidem ſentiente motu amare poſſemus, veruntamen id quaſi appetere videremur, quo feracius eſſemus, vberiuſque fructuoſæ. Si eſſemus lapides aut fluctus, aut ventus, aut flamma, vel quid eiuſmodi, ſine vllo quidem ſenſu atque vita, non tamen nobis deeſſet quaſi quidam noſtrorum locorum atque ordinis appetitus: nam velut amores corporum momenta ſunt ponderum, ſiue deorſum grauitate, ſiue ſurſum leuitate nitantur: ita enim corpus pondere, ſicut animus amore fertur quocunque fertur.*

7. Confirmatur tertiò, quia non modò comparatione bonorum naturalium, quæ ſunt naturaliter debita, & poſſunt per naturæ vires acquiri, ſed etiam comparatione ſupernaturalium bonorum dicitur eſſe appetitus inſitus & naturalis in omnibus rebus, etiam inanimatis: quoniam illis eſt naturaliter inſita & eſſentialiter debita potentia obedientialis, per quam eleuari potuerunt ad ſupernaturalem incorruptionem conſequendam, & de facto ſunt per Dei gratiam & prædeſtinationem eleuatæ. De hoc igitur appetitu Paulus Rom. 8. *Expectatio*, inquit, *creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volẽs, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* Vbi S. Thomas lectione 4. prope finem notat exponi poſſe non tantùm de rationali, ſed etiam de qualibet irrationali creatura, *vt hoc quod dicit*, Ingemiſcit, *idem ſit ei quod dixit, non volens, In illis enim ingemiſcimus, quæ noſtræ voluntati repugnant. Sic ergo in quantum defectus naturæ ſenſibilis ſunt contra naturalem appetitum particularis naturæ, dicitur ipſa creatura ſenſibilis ingemiſcere. Quod autem dicit*, Parturit *idem eſt ei, quod ſupra dixerat expectat. Nam parturitio eſt via ad prolem producendam.*

Eſſentialiter debita eſt rebus obedientialis.

Roman. 8.

S. Thomas.

8. Chryſoſtomus autem Rom. 8. Serm. 14. col. 8. manifeſtè prædicta verba intelligit de creaturis inanimatis, quas Deus in corruptione perpetuitatéque donabit, quando prædeſtinati peruenerint ad libertatem gloriæ filiorum Dei.

9. Peculiariter autem appetitus quo Pater naturaliter appetat generare Filium, & illo, tanquam verbo loqui, & in illo ſe ipſum tanquam in perfectiſſima imagine contemplari, ſimiliterque Pater & Filius, tanquam vnum principium naturaliter appetat ſpirare Spiritum Sanctum, tanquam mutuum amorem perfectiſſimum, & vinculum atque complementum Trinitatis: colligitur efficaciter ex eo quod iſtæ productiones ſimpliciter neceſſariæ ſunt ad perfectionem & complementum Diuinitatis: quemadmodum ex profeſſo probatum fuit in tomo de Trinitate diſp. 29. dicemus autem aliquid infra diſput. 3. ſect. 3.

10. Secundam reſolutionis partem, videlicet, cõuenire Deo naturalem appetitum ad communicandam perfectionem creaturis, probo primo; nam bonum, quatenus bonum, eſt diffuſiuum & communicatiuum ſui; Ergo ſummum bonum eſſentialiter habet ſummam propenſionem & inclinationem extra ſe fundendi, & communicandi bonitatem. Id quod fuſiùs explicant Sancti Patres, de Incarnatione tractantes, & Scholaſtici doctores 3. p. q. 1. art. 1. Præſertim verò Dionyſius de diuinis nominibus, cap. 4. initio: *Ipſam*, inquit, *vt opinor, diuinam eſſentiam bonitatem appellantes: quod hoc ipſo quod bonum eſt, vt bonum per ſe, & eſſentia ſua, in ea quæ ſunt omnia, bonitatem diffundat. Vt enim ſol noſter, non cogitatione aut voluntate, ſed eo ipſo quod eſt, omnia illuſtrat, quæ eius lumen, pro modo ſuo, capere poſſunt: ſic etiam ipſum bonum, quod ita præſtat ſoli, vt prima ſpecies tenuis obſcuraque imagini, per ſe, ipſaque eſſentia ſua ijs, quæ ſunt, omnibus pro eorum captu totius bonitatis radios emittit.*

Secunda partis, prima probatio.

Dionyſius.

Quod aliqui reſpondent, agere Dionyſium de communicatione ad intra per generationem Filij, & ſpirationem Spiritus ſancti: non indiget impugnatione, cùm euidentiſſimè reſiſtat contextus Dionyſij, tractans de omnibus creaturis exiſtentibus, & nominatim de Angelis & hominibus. Præterquam quod illa limitatio, *pro modo ſuo capere poſſunt*, non ſine blaſphemia ſubiungeretur communicationi & productioni perſonarum diuinarum. 11.

Præcluditur nonnullorũ effugium.

Iam verò, ſi reſpondeas, agere Dionyſium de volitione, quæ eſt appetitus rationalis communicandi ſe ipſum, non verò de appetitu naturali: hoc etiam impugnatur efficaciter ex eodem contextu; præſertim illis verbis: *vt bonum per ſe, & eſſentia ſua, in ea, quæ ſunt, omnia, bonitatem diffundat. vt enim Sol noſter non cogitatione, aut voluntate*, &c. Quod propterea dictum eſt, quia licèt Deus ſciens & volens, ac liberè ſuam bonitatem ad extra communicet; ad hanc tamen volitionem & communicationem habet appetitum ab eſſentia ſua, non cogitatione aut voluntate: quapropter cum Sole comparatur tantummodo, quantum ad inſitum & naturalem appetitum, non quantum ad appetitum quaſi elicitum & rationalem. 12.

Alia euaſio impeditur.

Probatur ſecundò, quoniam omnis actiua potentia eſſentialiter eſt appetitiua, & inclinatio ad agendum, ſicut calor ad calefaciendum, grauitas ad mouendum: Deo autem perfectiſſima potentia conuenit ad actiones tranſeuntes. 13.

Scđa probatio.

Probatur tertiò, quia licèt creaturæ non ſint Deo neceſſariæ, neque vtiles ad eius beatitudinem, aut perfectionem, ſiue commoditatem eſſentialem, vel accidentalem: adhuc tamen ſunt extrinſeca bona Dei, quæ Deum extrinſecè decent & illi congruunt, quemadmodum Pſal. 64. *Te decet hymnus Deus in Syon.* & Pſalm. 62. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt.* & in fine: *Domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum.* ad Hebræos 2. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia.* &c. 14.

Tertia probatio.

Pſal. 64.

Pſal. 62.

Hebr. 2.

Sic etiam Theologi fatentur, decuiſſe, vt Deus genus humanum collapſum inſtauraret, vtque naturam humanam aſſumeret abſque labe peccati, vt naſceretur ex Virgine, vtque alia multa diſponeret, ſicut de facto diſpoſuit. Igitur ad illa omnia, quaſi ad ſibi congruentia & proportionata dabitur in Deo naturalis proportio & aptitudo: hæc autem appellatur appetitus naturalis. 15.

Quartò probatur, quia nemo Theologorum eſt, qui non concedat in Deo rationalem appetitum & inclinationem ad ſui communicationem, quæ eſt libera volitio, & amor creaturarum, quibus communicatur. Hic autem rationalis appetitus ſupponit priorem appetitum inſitum & naturalem. Sapienter enim Athanaſius lib. de definitionibus colum. 4. titulo, *de voluntate* dixit; *Voluntas eſt intelligentis & rationalis ſubſtantiæ appetitus, ad id quod animum ſuauiter afficit.* 16.

Quarta probatio.

Athanaſius.

Digitized by Google

Quapropter ad volendum ſupponitur conſonantia & proportio volitionis cum principio volènte, ratione cuius ſuauiter afficiat.

27. Fortius autem hæc veritas corroborabitur tota diſp. 9. præſertim ſect. 16. & diſp. 10. præſertim ſect. 6. vbi ſoluentur etiam obiectiones, quæ opponuntur ab iis qui putant non eſſe poſſibilem appetitum abſque indigentia rei, quæ perfectionem aut vtilitatem conferat, & quæ poſſit anxietatem & ſolicitudinem afferre, cum deficit: oſtendetur præterea hanc eſſe ſententiam S. Thomæ.

28. *Vltima par-tis probatio.* Tertia pars reſolutionis, videlicet, minùs propriè conuenire Deo appetitum naturalem, probatur; quamuis enim de ratione appetitus naturalis propriè ſumpti non ſit carentia boni deſiderati, ſed verè ſit appetitus naturalis & inſitus ad perfectionem actu poſſeſſam; nihilominus appetitus naturalis eſſentialiter eſt quid potentiale & imperfectum, ac perfectibile per illud bonum, quod appetitur. Quapropter creatoris, cum imperfectæ ſint, propriè conuenit appetitus naturalis, ſiue ad perfectiones realiter diſtinctas à ſe, ſiue ad perfectiones ſola ratione diſtinctas, quas non includunt eſſentialiter.

19. *Quæ ſint de ratione appetitus ex Bonau.* Sic S. Bonauentura 4. diſt. 49. art. 1. q. 2. *Duo*, inquit, *ſunt de ratione appetitus, ſcilicet conuenientia, & indigentia.* Cui conſonat Philoſophus 1. Phyſic. cap. 9. explicans appetitum materiæ ad formam, tanquam indigentis, & ſicut turpe appetit pulchrum.

20. *Neque Deus perfectione aliqua indiget, neque eſt in potentia, vt perficiatur.* Deus autem non modò non indiget, nec eſt in potentia, vt perficiatur: ſed etiam eius eſſentia & quodlibet attributum eſt ſimpliciter infinitum, proptereáque quodlibet aliud eſſentialiter includit. Vnde propriè loquendo neque Deus nec aliquod eius attributum intelligi poteſt, quaſi exiſtens in potentia, vt perficiatur per aliud ita propriè, ſicut de creaturis hoc dicitur.

21. *Longè abeſt vt creaturæ perficiant Deũ, Deuſve illis indigeat.* Rurſus, quamuis creaturarum perfectiones realiter diſtinguantur à Deo; quia tamen Deus nullo modo indiget illis, neque perficitur per illas; ideo minùs propriè dicitur habere appetitum naturalem illarum. Nam appetitus hic ſummo rigore ſumptus, eſſentialiter eſt quid perfectibile per vlteriorem perfectionem, vt nuper dicebamus.

Appetitus naturalis propriè eſt aliquid perfectibile.

22. Adde quòd appetitus naturalis dirigitur in finem præſcriptum ab Authore naturæ, qui finem cognoſcit & vult (vt præcedenti ſect. 1. ratione 6. dicebamus.) Requiritur enim ad appetitum finis aliqua expreſſa cognitio & volitio bonitatis, ſiue in re, quæ deſtinatur ad illum finem, ſiue in authore; qui deſtinat eam rem ad illum finem.

23. *S. Thomas.* Propter hanc rationem S. Thomas lib. 3. ſent. diſt. 27. quæſt. 1. art. 1. ad 1. ait: *In Deo eſt voluntarius appetitus tantum, quia ipſe determinat omnia, & non determinatur ab aliquo. In Angelis autem voluntarius cum naturali*, &c.

Naturalis appetitus ſtrictiſſimè acceptus, nõ cõpetit Deo. Tantus ergo rigor appetitus naturalis, tantáque proprietas, vt præſupponat conditoris determinationem, cognoſcentis finem & volentis illum præſtituere: non poteſt Deo conuenire.

24. *Cõpetit autem in latiori acceptione.* Latior ergo eſt acceptio appetitus naturalis & inſiti, quem Deo concedimus. Et in eo ſunt gradus maioris aut minoris proprietatis. Nam appetitus, quo vna perſona diuina reliquas duas naturaliter appetit, vt illis in ſe manentibus perficiatur, eſt minùs impropriè appetitus, quoniam eſt inter duo extrema realiter diſtincta. Magis igitur impropriè vocatur appetitus, quo Deus ſuam eſſentiam vel attributa naturaliter appetit, quia licèt illis perficiatur, & ſine illis eſſe nequeat: ab illis tamen realiter non diſtinguitur.

Sed adhuc magis impropriè dicitur appetitus naturalis & inſitus Dei comparatione creaturarum, quoniam illis nullo modo perficitur.

SECTIO III.

Non realiter, ſed ſola ratione volitio diſtinguitur ab eſſentia & cæteris attributis.

PRimò ſuppono tanquam certum, ante opus intellectus omnino nullam eſſe diſtinctionem diuinæ voluntatis ab eſſentia, nec ab intellectu, vel cæteris attributis, ſicut vniuerſaliter probauimus tomo præcedenti de Scientia Dei diſp. 8. quinque prioribus ſectionibus, imprimis auctoritate Scholaſticorum, ac ferè omnium antiquorum Patrum. 1. *Ante opus intellectus nulla eſt inter diuinas perfectiones diſtinctio.*

Peculiariter autem voluntatis identitatem cum eſſentia, docuit Athanaſius dialogo 2. de Trinit. contra Anomæum col. 4. ante & poſt ſcholia Eunomij. Dicebat enim Eunomius: *Voluntas non idem eſt atque eſſentia Dei. Nam voluntas incipit & deſinit, eſſentia verò nec incipit nec deſinit.* & poſt pauca: *Si voluntas idem eſſet atque eſſentia Dei, oporteret, cum vna ſit eſſentia, vnam eſſe voluntatem. At in ſacris litteris non vnica ſed multæ voluntates inueniuntur.* 2. *Error Eunomij.*

Quem Athanaſius redarguit probans vnicam tantum eſſe Dei voluntatem, & *vniuerſum Mundum vnica voluntate conſtruxiſſe*, ſupponens identitatem realem voluntatis cum eſſentia, ſolámque diſtinctionem rationis accipiens ab Eunomio, qua redargueret illum. 3. *Athanaſij redargutio.*

Confirmatur, quia ſi Dei voluntas non eſſet idem realiter cum eius eſſentia, nullo ſenſu vera forent multa, quæ Patres dicunt, vt quod Filius genitus ſit voluntate Patris, & ſit voluntas de voluntate, atque Filius ipſe ſit voluntas Patris, vt vidimus diſp. 93. de Trinit. ſec. 4. & 5. Iacobus enim frater Ioannis Zebedæi apud Clementem Rom. lib. 8. conſt. cap. 12. prope initium ſic alloquitur Æternum Patrem: *Ipſum verò ante omnia ſecula generaſti voluntate, potentia & bonitate ſine vllo medio, Filium vnigenitum.* quia nimirum realiter idem cum eſſentia ſunt voluntas, potentia & bonitas, ſicut & cætera attributa. Deinde eodem lib. cap. 16. non multùm à principio: *Ante omnia ſecula genuiſti voluntate, virtute & bonitate immediatè Filium.* 4. *Variæ Patrũ locutiones.* *Iacobus apud Clementem.*

Athanaſ. in Euangel. de ſanctiſſima Deipara inter princip. & med. propter identitatem eſſentiæ cum voluntate dicit, *Verbum eſſe ex voluntate Paterna.* 5.

Concilium Toletanum decimum quintum in confeſſione fidei: *Secundum eſſentiam*, inquit, *voluntas genuit voluntatem. Filius eſt voluntas ex voluntate.* Quas propoſitiones, Benedictus Papa Secundus viua voce reprobauerat prius, ſed poſtea audita defenſione Iuliani Archiepiſcopi Toletani per litteras & legatos, ab eodem Concilio miſſos, approbauit; vt refert Rodericus Toletanus Archiepiſcopus lib. 3. cap. 13. apud Loayſam notatione 3. ad Concilium Toletanum decimum quintum.

Neque mirandum eſt Concilium ita fuiſſe 6.

locutum

Digitized by Google

locutum, approbante Summo Pontifice; cùm Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap. 20. Filium Dei appellet: *Conſilium de conſilio, voluntatem de voluntate.* Recipitur autem à Magiſtro 1. diſt. 5. § *prædictis autem.* & à S. Thom. de potentia q. 2. art. 3. arg. vltimo. Inſuper Auguſtinus tractatu 25. in Ioan. propius ad med. quàm ad finem
7. de Filio ait: *Ipſa voluntas eſt ipſe, qui loquitur.*

Athanaſius orat. 3. contra Arianos col. 3. *Dubium,* inquit, *non fuerit, quin Verbum ſit Patris viuida voluntas, Paternæque ſubſtantiæ inſita efficacia & ratio.* Iterum autem in eadem orat. 3. non procul ante med. *Eſt Verbum Domini architectus, & rerum author, & eſt Patris voluntas.* Similiter oratione 4. contra Arianos quatuor col. ante finem de Filio ait: *Quippe qui ipſe ſit viua voluntas Patris, ac poteſtas.* Et paulò inferiùs: *Qui igitur poteſt Verbum, cùm ſit voluntas expetitioque Patris, voluntate & expetitione, vt cætera, fieri?* & in ſequenti contextu vſque ad finem orationis multoties repetit, Filium eſſe voluntatem Patris.

Cyrillus Alex. lib. 1. theſaur. cap. 8. parum à princ. *Sicut,* inquit, *Filius Sapientia Patris eſt, ipſe quoque voluntas eius eſt: in ſapientia enim Dei velle ipſum eſt.* & colum. 3. *Filius voluntas Patris æternaliter erat in Patre.* & ſequenti cap. 9. *Filius,* inquit, *eſt viuens voluntas Genitoris.* Quam eãdem appellationem Filij repetit lib. 5. Theſau. cap. 3. propius ad fin. quàm ad med. & lib. 7. cap. 2. in medio.

8. Hæc & alia ſimilia verificari nequeunt, ſi voluntas Patris & Filij realiter diſtinguatur ab eorum eſſentia. Propterea prædictum Toletanum decimum quintum poſt confeſſionem fidei fidei cap. 1. exponit, ita dici Filium voluntatem de voluntate, ſicut dicitur *natura de natura, quoniam ſecundum Athanaſium, non aliud eſt voluntas, aliud natura Patris.* Nec tamen ſufficeret hæc identitas, ad verificandas prædictas abſtractorum de concretis prædicationes, niſi concurreret incluſio tranſcendentalis, de qua nonnihil dicemus inferius.

Ad verificãdas prædictas abſtractorũ de concretis prædicationes, incluſio tranſcendentalis requiritur.

9. Dico ſecundò. Non ſolùm amor Dei erga ſe ipſum, ſed etiam erga creaturas, etiam ille quo vult creaturas, efficaciter & liberè, realiter identificatur cum Deo, & eſt ipſe Deus. Ita magis expreſsè Magiſter lib. 3. ſent. diſt. 32. cap. 1. & 2. Vbi omnes Scholaſtici locis citandis infrà diſp. 5. ſect. 6. num. 7.

Etiam amor Dei erga creaturas, neſcit reali diſtinctionẽ ab eſſentia. Concluſionis probatio.

Probatur imprimis, quia charitas propriè dicta non eſt amor Dei erga ſe ipſum, ſed erga creaturas rationales (Charitas enim eſt amicitia perfectiſſima: amicitia verò reſpicit eſſentialiter alium amicum) *Deus* autem *eſt charitas.* 1. Ioan. 4. Igitur Deus eſt amor erga creaturas rationales, tanquam amicos. Hic autem amor non potuit non eſſe liber, quoniam Deus potuit nullam creaturam producere, potuitque nullam creaturam productam in ſuam amicitiam cooptare: propterea námque 1. Ioan. 3. videre præcipit
1. Ioan. 3. *qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus.*

10. Confirmatur primò, nam ea charitas eſt principium omnium operum gratiæ, potiſſimum
Epheſ. 2. autem Incarnationis, Epheſ. 2. *Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui in peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto &c.*

11. Confirmatur ſecundò ex Dionyſio qui de diuin. nom. cap. 4 circa med. *Quid ſibi volunt,* in-
Dionyſius.
quit, *Theologi, qui eum interdum amorem & charitatem dicunt, interdum amore & charitate dignum? Præſertim cum huius quidem auctor, & quaſi genitor ac procreator: illud autem ipſe ſit, & hoc quidem moueatur, illud autem moueat, quoniam ipſe ſui ac ſibi & productor, & motor eſt.* Bernardus ſermone 59. in Cantica ſub init. de amore Sponſi erga Sponſam ait: *Amat & Deus, nec aliunde hoc habet, ſed ipſe eſt vnde amat. Et ideo vehementiùs, quia non amorem tam habet, quam hoc eſt ipſe.* Liber autem amor eſt Sponſi erga Sponſam. *Bernardus.*

Rationibus autem eadem veritas fuſiùs probata fuit in prædicta diſput. de ſcientia Dei. 12.

Quarum prima eſt, quia compoſitionem efficeret quælibet diſtinctio diuinis perfectionibus conueniens ante opus intellectus: ſecunda, quoniam falſæ forent propoſitiones, quibus abſtracta de aliis abſtractis, aut de concretis diuinarũ perfectionum prædicantur; ſi diſtinguerentur ante opus intellectus eorum nominum ſignificata. 13.

Primũ fundamentum à ratione petitum. Secundum.

Tertia, quia relatiuæ perſonalitates, quamuis ab inuicem realiter diſtinguantur, nihilominùs ab eſſentia non diſtinguuntur omnino, niſi per operationem intellectus; ergo potiori iure talem identitatem ſeruabunt voluntas & omnia attributa; ſiquidem ab inuicem non diſtinguuntur realiter, ſed potiùs mutua eorum identitas neceſſariò infert identitatem cum eſſentia. 14.

Tertium.

Quarta, quia Pater & Filius & Spiritus Sanctus vnum ſunt Ioan. 10. & 1. Ioan. 5. Sunt autem vnum in eſſentia, ſapientia, voluntate, potentia & cæteris attributis. Ergo ſunt realiter vnum eſſentia, ſapientia, voluntas & attributa cætera; nam ſi realiter diſtinguerentur, forent realiter multa, proinde quia Pater, Filius & Spiritus Sanctus eſſent realiter multa. 15.

Quartum.

Quinta & poſtrema ratio à priori non eſt alia, quam illa, quæ probat identitatem realem intellectionis cum eſſentia diuina. Propterea námque S. Thomas de hac identitate nihil amplius ſcripſit in præſenti q. 19. quam quod art. primo in fine corporis ait: *Sicut ſuum intelligere eſt ſuum eſſe, ita ſuum velle.* Ratio verò deſumpta eſt ex Ariſtotele lib. 12. Metaphy. cap. 7. tex. 39. & cap. 9. textu 51. quia ſi volitio Dei, vel eius obiectum formale non eſſet ipſe Deus: perfectio & honorabilitas Deo proueniret ab alio, videlicet ab intellectione, quæ non eſſet Deus, aut ab obiecto formali, quod non eſſet Deus. Vnde ſequeretur, Dei ſubſtantiam eſſe indigentem, aliena perfectione, proptereaque non eſſe infinitè perfectam. 16.

Vltimũ fundamentum à priori deſumptum. S. Thomas.

Voluntatem verò ratione ratiocinata diſtinctam eſſe ab eſſentia Dei & ſapientia, cæteriſque attributis, omnes ſcholaſtici fatentur eiſdem in locis, quæ pro reali identitate cum diſtinctione rationis inter ſapientiam & eſſentiam, notata ſunt tomo præcedenti de ſcientia diſp. 8. ſec. 2. initio, dummodo ſupponas, apud antiquiores ſcholaſticos eſſe inauditam diſtinctionem rationis ratiocinantis, quæ potiùs appellari poteſt identitas omnimoda non modò ſecundùm rem, ſed etiam ſecundùm rationem. Quapropter vbicúnque concedunt diſtinctionem rationis, intelligunt ratiocinatæ. 17.

Ab eſſentia & attributis voluntas diſtinguitur, diſtinctione rationis ratiocinatæ. Diſtinctio rationis ratiocinantis, potiùs omnimoda identitas ſecũdùm rationẽ nuncupanda eſt.

Ita generaliter de cunctis attributis docet S. Thomas ſupra q. 13. art. 4. cùm probat, non eſſe ſinonyma multa nomina dicta de Deo. Vbi omnes eius expoſitores idem docent & infra q. 18.

28. art.

Digitized by Google

28. art. 2.ad 3. & 1.contra Gen. cap.31. & lib. 1.ſentent. diſt.2.q. 1. art. 3. Expoſitores autem Magiſtri ſententiarum lib. 1.diſt. 8.circa §. *Hic diligentius* & circa §.*finalem.*

Authores cõcluſionem tuentes.

Videri potiſſimùm poterunt Alexander 1. parte q.34.mem.2.& q.48.mem.3.Albertus 1.p. q.60.mem.1.& q.79.mem. 1. ad 3.S. Bonau.1. diſt.8.in expoſit.literæ, & in 1. parte diſtinctionis eiuſdem art.1.q.1.fine,& diſt. 45.art.1.q.1. Richar. 1. diſt. 2. art.1.q.3.& diſt.35.art.1.q.2. & diſt.45.art.1.q.1. Duran. 1. diſt.2.q.2.art.2. & diſt.8.parte 2.q.1.& diſt.45. in expoſit. literæ.Henricus in ſumma art.39.q.2. & art. 51.q. 1.& quodlib. 5. q. 1. & qoodl. 13. q. 1. & alij multi citati in prædicta diſp. 8.ſec. 2.tomo præcedenti.

19. Ratione probatur primò, quoniam illæ formalitates diſtinguuntur ratione ratiocinata,quæ diſtinctis conceptibus intelliguntur perfectiùs, quàm eodem conceptu; prout explicatum & probatum eſt in tomo de Trinit.diſp.12.ſect. 2. Sed perfectius intelligitur Deus diſtinctis conceptibus eſſentiæ & voluntatis, quam vnico & eodem cooceptu ſolius eſſentiæ vel ſolius voluntatis. Ergo voluntas & eſſentia diſtinguuntur ratione ratiocinata.

20. Probatur ſecundò, quia diſtinctæ rationes & quaſi definitiones ſunt eſſentiæ, voluntatiſque. Nam voluntas fertur in bonum prout eſt bonum; hoc autem non dicit explicitè eſſentia, ſed tantùm eſſe id,quo Deus formaliter conſtituitur in ratione primi entis, habentis eſſe à ſe ipſo.

21. *Multa de voluntate verificantur, quæ vera eſſe non poſſunt de eſſentia, vt eſſentia eſt.*

Confirmatur, quia reduplicatiuæ dictiones oſtendunt diſtinctionem rationis ratiocinatæ, quando verificantur de vna formalitate, non verò de alia. Hoc autem inoenitur in eſſentia & voluntate. Nam voluntas,prout eſt voluntas, amplectitur bonum, reſpuit malum, decernit liberè facere.quod poteſt non facere, determinátque potentiam ad operandum ad extra:hæc autem & multa, quæ conſequuntur ex iſtis non verificantur de eſſeoria,prout eſſentia eſt: Cum tamen è contrario voluntas, prout eſt voluntas, non ſit, quo Deus formaliter conſtituitur in ratione primi entis: hoc autem præſtet eſſentia, prout eſſentia eſt.

22. Has & alias rationes Patrum teſtimonijs corroborauimus tomo præcedenti de ſcientia,diſp. 8.ſect.6. & 7.quarum diſcurſus facillimè poterit ad Dei voluntatem applicari,quoniam eadem eſt illius ratio,quæ ſcientiæ, quantum ad diſtinctiooem rationis ratiocinatæ.

23. *Duplex fundamentum diſtinctionis rationis.*

Porrò fundamentum iſtius diſtinctionis eſt duplex:aliud intrinſecum Deo,videlicet eius infinita perfectio, capacitatem cuiuſlibet intellectus creati, etiam videntis Deum, excedens in infinitum; vnde prouenit vt quocunque Dei conceptu facto, poſſit Deus melius ac melius vlterioribus conceptibus penetrari.

24. Alterum fundamentum extrinſecum eſt Deo, nimirum realis diſtinctio, realiſque ſeparatio, quæ cernitur inter eſſentiam creatam & eius volitionem. Nam vt omittamus homines, qui profundo ſomno ſopiti nullam poſſunt habere volitionem,ſicut nec intellectionem:cùm tamen integram retineant ſuam eſſentiam; etiam Angeli & homines vigilantes pro libito concipiunt denuò plures volitiones, poſteáque deponunt, qui tamen quantum ad eſſentiam immutabiles perſeuerant, nec enim poſſunt eam aſſumere, nec depooere.

Gradus autem diſtinctionis eſt infimus, qui poteſt excogitari inter formalitates totales (vt omittam partiales quoſdam conceptus eiuſdem formalitatis.) Ratio coius eſt ioclusio mutua: nam eſſentia quidditatiuè, ſed implicitè continet volitionem, ſapientiam & omnia attributa: viciſſimque volitio diuina quidditatiuè, ſed implicitè continet eſſentiam, ſapientiam & attributa cætera. Sed hæc omnia fuſius corroborata reperies tomo præcedenti de Scientia, diſp.8. ſect.8. 25.

Inter diſtinctiones rationis gradus quo infimum nuncupâdus.

DISPVTATIO II.

Vtrum volitiua potentia, operatio & habitus volendi reperiatur in Deo.

SECTIO I.

Potentia non ſimpliciter, ſed aliquomodo conceditur.

DE volitiua potentia & operatione volendi, ratio eſt prorſus eadem, quæ de potentia intellectiua & operatione intelligendi fuit ex profeſſo tractata tomo precedenti tota diſp.3. quam in compendium redigens, ita diuinæ voluntati accommodo. 1.

Potentiam & virtutem volendi nominatim coocedunt in Deo S.Bonau.& Ricar. 1.diſt.45. art.1.q.1.Henricus 2. parte ſummæ artic.45. q. 2. Præter alios plures,qui generaliter potentiam intelligendi & volendi concedunt, vt Alexan. Albertus, Henricus, Scotus, Duran. Carthuſian. & alij, quorum loca & fundamenta retulimus dicta diſputat.3.ſect.1. de Scientia Dei.

Qui concedant in Deo potentiã volitiuam.

Nihilominus dico primò ſimpliciter & propriè loquendo, repugnat Deo potentia volendi vel operandi quamcuoque operationem ad intra ſic docuit Alex. 1.p.q.34. mem. 1.Alber.1.p.q. 79.mem.1.(licèt ij duo parum conſequenter locuti fuerint ad ea quæ de potentia intelligendi prius dixerant in aliis quæſtionibus) S.Th.infra q. 41. art. 4. ad 3. Vbi latè & alij expoſitores Capreol.1.diſt.7.q.1.art.3.& alij multi quorum loca citaoimus diſp.3. de Scien. ſect.2. ſub init. 2.

Reſolutio quæſtionis.

Primaratio eſt, quoniam potentia propriè dicta debet eſſe principium alicuius actionis realiter producendæ, vel realiter recipiendæ: quapropter potentia volendi debet eſſe principium volitionis realiter producendæ vel recipiendæ. Non poteſt autem volitio realiter produci, quia non diſtinguitur realiter à principio producente; nec poteſt realiter recipi, quia noo diſtinguitur realiter à ſubiecto recipiente; vt conſtat ex præced.diſp.ſect.3. 3.

Secunda ratio eſt, quia ſi Deo conueniret volitiua potentia propriè dicta; Deus, in ratione volentis & amantis, realiter eſſet compoſitus ex actu & potentia: quapropter noo eſſet realiter ſimplex. Præterea quælibet potentia, reſpiciens actum immanentem, eſt imperfecta & indigens perfectione realiter à ſe diſtincta, qua perficiatur: quæ indigentia Deo repugnat. Has rationes Patrum authoritate munitas reperies dicta diſp.3.de Scientia ſect.2. 4.

Dico

5. Dico ſecundò potentiã volitiuam in Deo poſſe concedi ſecũdùm modum intelligendi, vt loquitur S. Th. infra q. 41. art. 4. ad 3. & lib. 2. contra Gen. cap. 10. à med. Quatenus Deus verè ac realiter eſt potens velle ac diligere. Sicut enim homo poteſt eſſe rationalis, & hæc potentia ſecundùm rationem diſtinguitur ab actuali veritate, iuxta quam homo eſt actualiter rationalis: Sic etiam Deus licèt eſſentialiter ſit æternus & immenſus, poteſt eſſe æternus & immenſus; & quamuis eſſentialiter ac neceſſariò ſit ſua ſapientia, & ſua volitio; nihilominus poteſt intelligere, & poteſt velle ſenſu eodem, quo verum eſt dicere poſſibilem eſſe Deum.

6. *Athanaſius.* Confirmatur: nam ex ſententia Gregorij Nyſſeni Athanaſius in lib. de definitionibus col. 5. titulo de actu ait: *Actus quemadmodum ſanctus Gregorius Nyſſenus inquit, eſt naturalis cuiuſque rei potentia & motus. Nam quoduis eſſentiale ſuam habet efficaciam.* Si te offendit *potentia*, quoniam in recto ponitur in explicatione actus: recole non ſolùm actum ſecundum, ſed etiam actum primum apud Philoſophos eſſe receptum. Potentia igitur eſt actus primus, ſed motus eſt actus ſecundus, vt ſequenti ſectione videbimus.

Comprehendit autem Athanaſius etiam diuinam potentiam & actum, nam proximè ſequenti contextu prædictam aſſertionem explicans rerum omnium exemplo, inde ſumit exordium, quia Deus dicitur *ab eo quod contemplatur omnia*, & ſic cæteras rerum potentias & operationes exponit.

7. *Nonnullorũ recentiorum placitum.* Inter recentiores authores vnus, aut alter affirmat, intellectionem diuinam eſſe principium virtuale & quaſi actum primum; ſed volitionem eſſe quaſi actum ſecundum principiatum ab intellectione; quoniam intellectio, licèt verè ac realiter non ſit principium volitionis; ita ſe habet ad munera principij, ac ſi eſſet principium. Vnde colligunt vlterius, intellectionem poſſe denominari volentem *vt quod*, prout intellectio eſt eſſentia Dei, & ratione præcedit volitionem.

8. *Dict. 3. Placet tamẽ oppoſitum. Probatur primò.* Nihilominus dico tertiò, diuina intellectio, prout intellectio eſt, non bene, ſed contra rectum modum intelligendi concipietur vt virtuale principium volitionis volens *vt quod*. Probatur primò, quia nullum in re fundamentum eſt ad hunc intelligendi modum, nec in Deo, nec extra Deum inuenitur fundamentum ſufficiens iſtius modi concipiendi. Quod intra Deum non ſit, probatur, quia diuina intellectio non elicit volitionem, nec eſt formaliter poſſibilitas volendi, quæ ſola reperitur in Deo, quantum ad actum primum: ſed intellectio tantùm concipi poteſt vt dux, ſiue lux proponens obiectum, & viam oſtendens volitioni.

9. *Ex proceſſione Spiritus Sãcti à Verbo, non rectè colligitur, intellectionẽ abſolutam producere volitionem.* Confirmatur, quia licèt Filius, qui eſt intellectio in facto eſſe producta per generationem, ſit realiter principium Spiritus ſancti, qui eſt volitio in facto eſſe producta per ſpirationem; inde tamen colligi non poteſt, intellectionem abſolutam & eſſentialẽ poſſe concipi quaſi principium volitionis. Ratio eſt, quia Filius nõ ſolus, ſed tanquam vnum principium cum Patre intelligente & generante, & tanquam perſona ſubſiſtens, eſt principium Spiritus ſancti: quare ſeruatis legibus bonæ proportionis, ſolum colligitur, Deum abſolutum & eſſentialem, prout concipitur tanquam ſuppoſitum ſubſiſtens (abſtrahendo ad hoc quod ſit vnum tantùm, aut multa ſuppoſita) & prout concipitur iam intelligens & habens ſibi ſufficienter propoſitum volitionis obiectum, eſſe principium virtuale volitionis, quatenus poteſt eſſe volens, ſicut prius potuit eſſe intelligens iuxta dicta in aſſertione præcedenti. Non igitur intellectio, ſed Deus intelligens, concipiendus eſt vt quodammodo principium volitionis.

Vltimus autem extra Deum, videlicet in creaturis, non eſſe ſufficiens fundamentum ad illum modum concipiendi, probatur, quoniam intellectio creata ſiue per aliquem concurſum efficientis cauſæ concurrat ad productionem volitionis; ſiue concurrat ſolùm vt conditio proponens obiectum; attamen non concurrit tanquam volens, *vt quod*, & tanquam principium eliciens volitionem, de quo nemo dubitare poteſt. Igitur in creaturis non eſt ſufficiens fundamentum, vt intellectio diuina, quamuis identificata cum natura diuina, dicatur eſſe virtuale principium volitionis & volens, *vt quod*. Concedo tamen eſſe ſufficiens fundamentum in creaturis, vt Deus intelligens concipiatur quaſi vltimatè potens intelligere, non alia potentia præter illam poſſibilitatem, quam aſſertione præcedenti declarauimus; ſicut poteſt eſſe æternus & immenſus. 10.

11. *Probatur ſecundò.* Probatur ſecundò, quia quod debet intelligi tanquam actus puriſſimus; non bene intelligitur tanquam actus admixtus potentiæ: Deus autem intelligi debet tanquam actus puriſſimus: intelligeretur autem vt actus admixtus potentiæ; ſi conciperetur intellectio Dei quaſi actus primus, & volitio quaſi actus ſecundus: etenim primus actus concipitur eſſe potentia ad actum ſecundum eliciendum & recipiendum in viuentibus: ac proinde intellectio non eſſet actus puriſſimus, quoniam eſſet in potentia ad actum ſecundum volitionis iuxta prædictam ſententiam. Poſſibilitas autem præciſè conſiderata non eſt actus primus, nec reſpicit actum ſecundum.

12. *Ratio ab auctoritate petita. 1. Petri 3. Epheſ. 1.* Dico quartò, Datur in Deo voluntas, prout ab actuali volitione diſtinguitur, modo ſtatim explicando. Probatur imprimis ex ſacris litteris, Petrus enim in prima canonica 3. cap. *Melius, inquit, eſt benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quam malè facientes.* Videtur ergo diſtinguere voluntatem, qua vult, & volitionem, per quam formaliter vult. Idem colligi poteſt Epheſ. 1. cùm Paulus ait: *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ.* Nam propoſitum eſt vna ex volitionibus actualibus, quæ ponitur, tanquam condiſtincta à ſuo quaſi principio, quod eſt voluntas.

13. *Eſter 13.* Poteſt etiam probabiliter inferri ex verbis Mardochæi Eſter cap. 13. *Non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſraël.* Videtur enim actuale decretum ſaluandi, quod ignorabat, diſtinguere à voluntate, quæ poterat illud decretum eligere, & de qua certus erat eſſe omnipotentem.

14. *Geneſ. 27. 1. Corinth. 1.* Notandum eſt autem, hanc voluntatis acceptionem eſſe minùs frequentem in ſacris literis; nam in illis ferè ſemper Dei voluntas ſignificat actualem Dei volitionem, vel obiectum & effectum actualis volitionis. Actualem namque volitionem ſignificat Geneſ. 27. quando Iacob dixit: *Voluntas Dei fuit vt cito occurreret*, &c. & Ioſeph. Gen. 45. *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* & Paulus 1. Corinth. 1. *Apoſtolus per voluntatem Dei.* Cuiuſmodi ſunt alia multa.

Denique volitionis obiectum aut effectum ſignificat voluntas, quotieſcunque dicitur fieri voluntas Dei, vel præcipitur vt fiat, & quoties voluntates dicuntur in oumero plurali.

15. *Ratio ſecunda.* Secundò probatur, quoniam io Deo conceditur intellectus ſimpliciter & abſolutè loquendo, prout condiſtinguitur ab actuali intellectione. Ratio autem eſt eadem concedendi voluntatem, prout condiſtinguitur ab actuali volitione. Antecedens probatum eſt fusè præcedenti tomo de Scientia diſp. 3. ſect. 4.

16. *Ratio tertia.* Tertiò probatur, quia quoties Theologi dicunt Dei voluotatem fuiſſe liberam & indifferentem vt eligeret creare, vel non creare; atque vt decerneret prædeſtinare, vel non prædeſtinare; iocarnari, vel non incarnari; & cætera eiuſmodi: non poſſunt intelligere actualem volitionem liberam; hæc enim formaliter & explicitè concepta iam eſt ad vnū determinata, proptereáque non eſt indifferens. Qoapropter neceſſarium eſt præconcipere prius aliquod quaſi principium actualis volitionis, quod ſit indifferens, vt determinetur, vel non determinetur ad illam.

Neceſſariò eſſe concedendum principiū ad quod indifferēs ad volēdum, & nō volendū.

17. *Ratio quarta Iuſtinus.* Probatur quartò, quoniam Dei voluntatem ab actuali volitione diſtinctam, ex profeſſo probat Iuſtinus q. 3. ad gentiles, præcipuè inter princip. & med. illis verbis: *Quomodo differt potentia ab actione, ſic differt voluntas a volendo. Fieri autem non poteſt, vt velle, à voluntate differat, à volente non differat. Quod ſi nulla ratione fieri poteſt, vt idem ſit velle, & voluntas, & volens,* &c.

18. *Ratio quinta.* Quintò ratione probatur, & explicatur aſſertio, quia nomen *voluntas* conuenienter vſurpatur aliquando pro ea perfectione, per quam aliqua ſubſtantia formaliter cūſtituitur potens velle & amare in actu primo, quantum eſt ex parte volentis, præſcindendo ab obiecto bono actualiter exiſtente: ſimilitérque præſcindendo ab actuali volitione & amore. Sed diuina ſubſtantia, verè & realiter eſt potens velle & amare, continétque totam perfectionem, quæ requiritur ex parte volentis. Ergo Deo conuenit voluntas, prout præſcinditur ab actuali volitione.

19. *Aliud eſt vt eſſe, aliud poſſe eſſe.* Confirmatur primò, quoniam alia veritas eſt hæc: *Homo poteſt eſſe rationalis* & alia veritas eſt hæc: *Homo eſt quidditatiuè & actualiter rationalis.* Similiter ergo alia veritas eſt hæc: *Deus poteſt eſſe volens & amans.* & alia veritas eſt hæc: *Deus eſſentialiter & actualiter eſt volens & amans ſe ipſum & creaturas ſub eſſe poſſibili.* & alia veritas eſt hæc, *Deus liberè diligit creaturas actualiter exiſtentes.* Quapropter conceptus poſſibilitatis eſt diſtinctus à conceptu actualis volitionis & amoris. In eo igitur ſenſu conceditur voluntas in actu primo, quaſi diſtincta & prior actuali volitione.

20. *Corollariū.* Ex dictis corollarium eſt ad multas obiectiones diluendas. Dei voluntas ab actuali volitione diſtinguitur ſolummodo per aſtractionem præciſiuam, quemadmodum poſſibilitas cuiuſlibet rei poteſt ab eius actualitate per noſtram conſiderationem præſcindi.

21. Obiicies primò contra primam aſſertionem. Deo conuenit appetitus, non tantùm innatus, ſed etiam elicitus. Ergo ſuam volitionē elicit diuina voluotas; ideóque verè principium eſt & potentia elicitiua. Reſpondetur explicando antecedens. Nam qui concedunt Dei volūtatem eſſe appetitum elicitum, intelligere debent vitalem appetitum, qui ſequatur cognitionem intellectus abſque reali productione volitionis. Alioqui non rectè ſentient de appetitu elicito. Vnde ſequitur, eſſe minùs propriam, & indigere declaratione, locutionem huiuſmodi: *Deus elicit*, aut *producit volitionem.*

Obiicies ſecundò. Voluotas diuina eſt potentia realiter productiua Spiritus Sancti. Ergo voluntas diuina verè & propriè potentia eſt. 22.

Reſpondetur diſtinguendo conſequens. Quāuis enim, quantum ad perſonas producendas in Deo ſit realis & poſitiua potentia (quemadmodum probauimus de Trinitate tractatu diſp. 99.) attamen, quantum ad operationes eſſentiales præciſè conſideratas, prout eſſentiales ſunt, non datur in Deo realis potentia propriè dicta.

Cæteras obiectiones, quæ ſunt communes intellectiuæ, volitiuæque potentiæ, diſſoluimus tom. præcedenti de Scientia diſp. 3. præſertim Sect. 3.

SECTIO II.

Non eſt actio nec paſſio, ſed operatio, diuina volitio.

SVpponimus tanquam exploratum ex ſacris literis citatis in ſect. præcedenti & ex naturali ratione, quam tractauimus diſput. 1. ſect. 1. Deo conuenire volitionem actualem, ſiue actualem amorem. Quo ſuppoſito reſtat ab hoc actu remouere imperfectiones, quæ neceſſariò comitantur actoalem volitionem cuiuſlibet creaturæ. 1.

A diuina volitione imperfectio quælibet ſeparanda.

Dico igitur primò. Diuina volitio non habet veram & propriam rationem actionis. Hæc aſſertio colligitur ex multis ſcholaſticis, quos retulimus diſp. 3. de Scientia Dei ſect. 6. ſub init. Sed eam magis apertè tradunt Henricus 1. p. art. 39. q. 8. ſecundùm quam ſententiam explicanda veniunt, quæ docet in ſecunda parte ſummæ art. 46. q. 4. circa medium, & ad primum idem ſentire videtur Richardus 1. diſt. 35. art. 1. q. 2. ad 3. 2.

Non eſt in rigore actio,

Colligitur ex D. Thom. infra q. 41. art. 4. ad 3. quia cum prius vocaſſet *actionem* creaturarum productionem; poſtea intelligere, & velle non vocat actiones, ſed actus.

Præterea colligitur ex Magiſtro & aliis Scholaſticis aſſerentibus, volitionem non eſſe motum: nam imitantur Ariſtotelem lib. 2. moralium Eudemiorum cap. 5. dicentem: *Actio eſt motus* vnde hoc accepit Author ſex principiorum in capite de actione, ponens motum quaſi pro genere in eius definitione. Damaſcenus lib. 3. fidei cap. 15. ſub init. definit: *Actio eſt efficax & ſubſtantialis naturæ motus. Actiuum natura ipſa, ex qua actio prodit. Actus actionis abſolutio, & res ipſa geſta.* 3.

Damaſcen.

Auguſtinus etiam & alij Patres appellare ſolent *motus* operationes intellectus, præcipuè verò voluntatis operationes. Et Magiſter dicere conſueuit motum fidei & motum charitatis. 4.

Intellectus, & voluntatis operationes ſolent à Patribus motus appellari.

Voluntatem igitur, *qua Deus volens eſt, non eſſe motum*, docet Magiſter 1. diſt. 45. initio. Alexander 1. p. q. 34. memb. 1. Albertus 1. p. q. 79. memb. 1. fine. Richardus 1. diſt. 45. art. 1. q. 2. ad 1.

Nihilominus non poteſt omninò repudiari, tanquam Deo repugnans & inuſitatum, nomen *motus*: quamuis nimium oporteat eius ſignificationem relaxari, quâ poſſit diuinam intellectionem aut volitionem complecti præciſè, prout eſt 5.

Nomen motus in Deo non omnino repudiandū. Qualiter admittendum.

Digitized by Google

Plato apud S. Thomam. eſt tendentia in obiectum. Sic enim apud S. Thom. ſupra q. 18. art. 3. in ſolutione ad primum fine Plato docuit, *quod Deus mouet ſeipſum,* non tamen eo modo, quo motus eſt actus imperfecti; & in præſenti q. 19. in fine totius art. 5. refert, & exponit quod aſſeruit Plato, *Primum mouens mouere ſe ipſum.*

6. *Ariſtoteles.* Ariſtoteles autem lib. 2. de Cœlo text. 17. *Dei operatio,* inquit, *immortalitas eſt: hoc autem eſt vita ſempiterna: itaque neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe.* *Nyſſenus.* Nyſſen. orat. catechet. cap. 5. *Hæc ne ſunt,* inquit, *parua & indigna, quæ Deum moueant?* & *Nazianzenus.* Nazianz. in Iambico 15. cui titulus eſt *Definitiones minus exactæ* parum à principio ait: *voluntas motus eſt, concurſúſque rerum penes nos quæſita tantummodo. Quo volo moueri liberum arbitrium voco.* Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 4. dicit, Dei amorem ſe euoluere, & ſe ipſum mouere, conuerti, & flecti; quem eundem modum loquendi prior vſurpauit Hierotheus ibidem relatus. Ac Dionyſij ſectator S. Maximus centuria 8. cap. 88. apud Cypariſſiotum decade 8. cap. 5. parum à princip. Dei amorem appellat motum. Chryſoſtomus autem ad Roman. cap. 7. ſerm. 13. ad illud: *Iam non ego operor illud.* Animæ motionem vocat volitionem, vniuerſalius verò cuiuſlibet potentiæ operationem vocat motum Athanaſius authoritate Gregorij Nyſſeni, quam refert lib. de diffinitionibus colum. 5. Cuius verba retulimus ſect. præcedenti probantes dictum ſecundum. Eodem ſenſu motum Deo concedunt Alexander p. 2. q. 92. & Henricus in ſumma art. 27. q. 2. Plura de hac acceptione *motus* referemus infra diſp. 47. ſect. 4.

7. Redeo ad nomen *actionis*, de quo Dionyſius de diuinis nomin. cap. 7. prope med. videtur ſupponere, Deum *carere mentis actionibus.* Ariſtoteles autem lib. 10. ethicor. cap. 8. in med. dicit: *Viuenti igitur ei, cui actio, & multò magis effectio non tribuitur.* Loquitur autem de primo & præſtantiſſimo viuente: quamuis hoc teſtimonium exponi poſſet iuxta contextum illius, vt Deo ſolum modo negauerit actionem, prout à contemplatione diſtinguitur.

8. *Fundamentum præcipuum concluſionis.* Præcipua igitur ratio præſentis aſſertionis eſt, quia propria & vera quidditas actionis procedit à principio verè & realiter producente; proptereáque terminatur ad aliquem terminum realiter & verè productum. Sed diuina volitio (prout eſſentialis eſt ac communis tribus perſonis) non procedit à principio verè & realiter producente, nec terminatur ad aliquem terminum realiter & verè productum. Ergo diuina volitio non habet veram & propriam quidditatem actionis. Minor ſatis conſtat ex præcedenti ſectione; quoniam abſque reali diſtinctione non eſt poſſibilis realis productio.

9. *Eſt etiam intelligẽda concluſio de volitionibus liberis.* Obſeruandum eſt, prædictam aſſertionem non ſolum verificari de neceſſaria volitione, qualis eſt amor Dei erga ſe ipſum, & erga creaturas vt poſſibiles; ſed etiam de quacúnque volitione libera; quippe quæ nihil realiter diſtinctum ſuperaddit volitioni neceſſariæ; conſequentérque non poteſt addere veram & realem rationem actionis.

10. Confirmatur, quoniam volitionis liberæ tota perfectio realis eſt ſimpliciter neceſſaria: quamobrem, ſicut ratio actionis repugnat volitioni neceſſariæ, ſic etiam repugnat volitioni liberæ. Dico ſecundò, Volitio Dei non habet adiunctam rationem paſſionis propriè dictam, vt *Neque habet rationẽ propriam paſſionis, diuina volitio.* notat S. Thomas infra q. 20. art. 1. ad 1. & q. 23. art. 2. ad primum, & magis ex profeſſo lib. 1. contra Gen. c. 89. & ſequen. Communiter ſcholaſt. lib. 3. ſent. diſt. 32. Vbi S. Bonau. art. vnico q. 1. & 2. ſub nomine *affectionis.* Ricar. art. 1. q. 1. ad 3. ſub nomine *affectionis & paſſionis* Carthuſ. q. vnica, Henricus in ſumma art. 46. q. 4. & communiter expoſitores S. Thomæ ad 1. p. q. 20. art. 1. Colligitur ex ſimili doctrina, quam de intellectione tradit ſupra q. 14. art. 2. ad 2. & Ricardus 1. diſt. 35. art. 1. q. 2. ad. 3.

Ratio eſt imprimis, quia paſſio ſupponit actionem, quam nuper excluſimus ab eſſentialibus Dei perfectionibus. Deinde, quia paſſionis quidditas magis apertam imperfectionem præ ſe fert, quoniam patientis perfectionem minuere, vel augere videtur ab agente recipiendo quod ſit patienti conueniens, vel diſconueniens. 11.

Dico tertiò. Nonnunquam à Theologis Dei volitio, ſicut & intellectio vocatur *actio*, ſicut à 12.
Iuſtino q. 3. Chriſtiana ad Gentiles inter princip. & med. S. Thoma infra q. 23. art. 2. ad 1. & q. 27. art. 5. corp. & lib. 2. contra gent. cap. 9. & cap. 10. à medio.

Cauendum à nomine paſſionis. Magis autem cauent à vocabulo *paſſionis*, quod nunquam reperio apud Theologos eſſe tributum diuinæ intellectioni, aut volitioni.

Dico quartò. Melius & proprius realiter & 13.
Rectè appellatur operatio ſiue vltimus actus volitio Dei. Aſſertionis fundamentum. verè diuina volitio vocatur *operatio* ſiue *vltimus actus.* Ita loquuntur S. Bonauentura 1. diſt. 45. art. 1. q. 1. Ricardus in eadem diſt. 45. art. 1. q. 1. Ratio eſt, quoniam nomen operationis, aut vltimi actus Theologis, ac Philoſophis communiter magis abſtractam ſignificationem reddit, ſignificat enim ſolummodo vitalem tendentiam in obiectum, qua ratione immediatè pugnat cum otio, vel ſomno, vel carentia vitalis operationis.

14. *Ariſtoteles.* Aſſertionem & naturalem illius demonſtrationem breuiter complexus eſt Ariſtoteles ethicor. lib. 10. cap. 8. in med. *Viuere Deos,* inquit, *vniuerſi putant: quare & operari. Non enim oportet illos, vt Endymionem aiunt, dormire. Viuenti igitur ei, cui actio, & multò magis effectio non tribuitur, quidnam aliud præter contemplationem reſtat? Quare Dei operatio præcellens beatitudine, contemplatiua, ſine controuerſia fuerit.* Idem probat 7. Politic. cap. 3. fine & Metaphyſ. lib. 12. cap. 7. poſt med. text. 39. *Intellectus operatio vita eſt, Deus verò eſt actus, actus verò per ſe illius vita optima & perpetua eſt.* Vtroque loco voluntatis operationem, ac potiſſimum amorem ſummi boni comprehendit ſub generali voce contemplatiuæ & intellectualis vitæ & operationis: vt conſtat ex 7. Polit. cap. 2. & 3. & S. Thom. 2. 2. q. 180. art. 1.

15. *Damaſcen.* Confirmatur, nam vt dicebat Damaſcenus nuper relatus ex lib. 3. de fide cap. 15. *Actus eſt actionis abſolutio, & res ipſa geſta.* Quapropter nomen actus ſignificat perfectionem in eſſe quieto, non in motu, faciliúſque poteſt à motu præſcindi, quàm actio. Idemque Damaſcenus lib. 1. fidei cap. 12. Scientiam viſionis qua Deus inſpicit omnia, vocat operationem.

SECTIO III.

Voluntatis habitus diuinæ perfectioni repugnat.

1. CErtum eſt Deo non conuenire habitum infuſum à ſuperiore agente,neque adquiſitum per proprios actus, neque habitum qui ſit qualitas ſuperaddita potentiæ, vt faciliùs velit, quod ſine habitu difficilius amaret, neque habitum,qui effectiuè concurrat ad actum volitionis: hæc enim omnia ſupponunt habitum realiter diſtingui à potentia & actu, & inſuper potentiam indigere maiori aliqua perfectione ſuperaddita, quæ diuinæ ſimplicitati & infinitæ perfectioni repugnant.

2. *Ariſtoteles.* Idcirco Ariſtoteles lib.7. Ethicor.cap.1. *Neque vitium*,inquit,*neque virtus eſt Dei,ſed hoc præſtabilius eſt virtute.* Intelligit autem virtutem habitualem. Nam 2.Ethicor.cap.5. & 6.probauerat,virtutes eſſe habitus,ſicut & vitia.

3. *Rei difficultatem ponit.* Difficultas autem eſt vtrùm in Deo reperiatur aliqua vera & realis eſſentia habitus,ſeclusis imperfectionibus creaturarum,ſicut vera & realis eſſentia volitionis reperitur in Deo, ſeclusis imperfectionibus creatæ volitionis.

Vnus Henricus Deo ſuperaddidit habitus, quæ ſententia falsò tribuitur aliis authoribus: eius autem fundamenta vidimus, ac diluimus diſp. 4. de Scientia Dei ſect.3.& 4. Obiter voluntatis habitum aliquomodo concedit Scotus lib.3.ſent.diſt.32.quæſt.vnica ad 1.

4. *Statuit,nullum habitũ voluntatis Deo conuenire.* Nunc igitur ſit Concluſio. Deo non conuenit verè & realiter habitus voluntatis.Hoc ſignificare videntur qui generaliter docent Dei voluntatem,*non eſſe affectum, neque motum*,quia nominè *affectus* ſignificare videntur habitum, quatenus perſeuerantem propenſionem conſtituit. Ita loquitur Magiſter 1.diſt.45.initio, Albertus 1.p.q.79.memb.1.in fine.

5. Clarius autem colligitur ex D. Thoma & plurimis aliis Scholaſticis, qui perſpicuè ſcientiam habitualem Deo repugnare docent, quos citauimus præcedenti tomo de Scientia diſp.4. ſect.4. *Baſilius.* Probari poteſt imprimis ex Baſilio lib.2. contra Eunom.verſùs med.dicente: *Sapientia & virtus & iuſtitia Dei, non vt habitus, nec vt aptitudo.* Cui concinit S. Maximus in fragmentis, *S.Maximus.* quæ ex illo refert Euthymius in Panoplia p. 1. titulo 2.dicens: *In ſimplici & infinita Trinitatis eſſentia, nec habitus, nec aptitudines eſſe quærendas.*

6. *Regula præoculis habenda.* Vt ratione probemus oportet in memoriam reuocare generalem regulam,quam expoſuimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 2. ſect.5. ſub initium. Illa videlicet rerum creatarum nomina Deo conuenire verè propriéque non poſſunt, in quorum ſignificato, poſtquam ablatæ ſunt omnes imperfectiones creaturarum, non manet aliqua perfectio propria illius ſignificati ſed manet tantùm aliqua ratio communis, quæ maiori cum dignitate & perfectione continetur in ſignificato alterius nominis.

7. *Voluntas diuina prohabet in ſe, quidquid perfectionis remaneret in habitu, omni præciſa imperfectione.* Nunc igitur ſi reſecauerimus ab habitibus omnes imperfectiones enumeratas initio præſentis ſectionis, vt reſtet omnino pura perfectio ſimpliciter ſimplex;nihil aliud reſtabit,niſi ſumma & infinita promptitudo perfectiſſimè volendi & amandi. Cæterùm hæc tota perfectio,facilitas & promptitudo continetur formaliter in eo præciſè, quod diuina voluntas ſit perfectiſſima intra limites voluntatis abſque vllo habitu.

Hoc autem probatur, quoniam habitus non dantur, niſi tanquam ſupplementa potentiarum earum,quæ intra ordinem & concurſum potentiæ non ſunt perfectæ.Quapropter cum Dei voluntas ad volendum facillimè perfectiſſiméque ſit promptiſſima, quamuis nulla perfectio alterius lineæ ſuperaddatur illi,ſed ſolummodo concipiatur explicitè tota perfectio voluntatis infinitæ in genere voluntatis:iniuriã irrogat ei,qui ex modo intelligendi conatur habitũ ſuperaddere. 8. *Probatur.*

Confirmatur;quoniam vt Deo verè & realiter conueniat habitus, non ſufficit conuenire Deo aliquam perfectionem abſtractam, quæ conuenit habitui, niſi ea perfectio ſit propria habitus, prout diſtinguitur à voluntate & volitione; hac enim ratione Theologi negant Deo verè & realiter conuenire triſtitiam,licèt conueniat illi diſplicentia & deteſtatio, quæ eſt ratio abſtracta conueniens triſtitiæ, quoniam nihil,quod ſit peculiare triſtitiæ, prout diſtinguitur ab aliis volitionibus,conuenit Deo. 9. *Quid requiratur vt Deo habitus concedatur.*

Plura ad huius veritatis confirmationem colligere poteris ex tom.præcedenti de Scientia dicta diſp.4.ſect.3.& 4.

DISPVTATIO III.

Quodnam ſit obiectum formale diuinæ volitionis.

SECTIO I.

Solùm Deum eſſe formale obiectum & vltimum finem.

VT manifeſtior euadat conſtantia,perpetuáque cohærentia concluſionum,quæ in hac & ſequentibus diſputationibus probabuntur, 1. eſt præmittenda quidditas volitionis,ratione cuius quilibet actus voluntatis eſſentialiter includit amorem, aut ſaltem ſecundùm aliorum ſententiam, quilibet actus voluntatis ſuppponit amorem. Quoniam amor eſt prima radix deſiderij, gaudij, triſtitiæ, fugæ, ſpei, deſperationis & omnium aliarum volitionum:vt optimè confirmat D.Thom.in ſequenti quæſtione 20.art.1.in corpor. Quapropter ſecuti communem modum loquendi vtemur indifferenter his verbis *velle*, aut *amare*, ſeu *diligere*, quia quidquid voluntas vult,diligit;& quidquid diligit,vult:Opinionem verò recens natam, quæ negat,Dei erga ſe ipſum eſſe amorem ſtrictè ſumptum, prout diſtinguitur à gaudio, refutabimus infrà diſp. 52. ſect.1. & 2. vbi etiam magis explicabitur huius amoris differentia num ſit amor amicitiæ vel concupiſcentiæ.

Sit igitur concluſio certa.Deus eſt vltimus finis & obiectum primarium atque formale cuiuſlibet volitionis diuinæ: Sed formaliſſima ratio obiecti, eſt infinita bonitas Dei, quæ propter ſe ipſam amatur à Deo, & propter quam amantur omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, & quæ in Deo ſunt eminenter, ſcilicet creaturæ. 2. *Formaliſſima ratio obiecti,eſt infinita bonitas Dei, quæ in ſe amabilis eſt.*

Ad huius explicationem ac probationem ſuppono primò id, quod fuſius probauimus 1. 2. quæſt. 18. art. 4. & quæſt. 19. art. 1. videlicet finem vltimum volitionis eſſe obiectum formale volitionis eiuſdem. Vnde ſi Deus eſt vltimus finis cuiuſque volitionis ſuæ, erit etiam obiectum formale cuiuſque volitionis ſuæ. 3. *Suppoſitio prima.*

Secundò

Digitized by Google

Supponitur ſecunda.

Secundò ſuppono, quod finis mouet voluntatem ſub ratione boni, quod eſt proprium obiectum formaliſſimum voluntatis.

4. His ſuppoſitis, noſtra concluſio apertè colligitur ex D. Auguſtino in lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 31. ſub init. quando ita ratiocinatur circa dilectionem Dei erga nos: *Quomodo ergo diligit, vt nobis vtatur, an vt fruatur? Sed ſi fruitur, eget bono noſtro quod nemo ſanus dixerit. Omne enim bonum noſtrum, vel ipſo, vel ab ipſo eſt. Cui autem obſcurum, vel dubium eſt, non egere lucem rerum harum nitore quas ipſa illuſtrauerit? Dicit etiam aperiſſimè Propheta. dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non ergo fruitur nobis, ſed vtitur. Nam ſi neque fruitur, neque vtitur, non inuenio quemadmodum diligat. Sed neque ſic vtitur, vt nos: nam nos res, quibus vtimur, ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur. Deus verò ad ſuam bonitatem vſum noſtrum refert.*

Auguſtinus. *Pſal. 15.*

5. Quam ſententiam ex Auguſtino referunt & ſequuntur Magiſter & communiter Scholaſtici lib. 1. ſentent. diſt. 1. Ex illa verò manifeſtè conſtat, Dei bonitatem eſſe finem vltimum, ad quem Deus refert quemlibet amorem creaturarum; quapropter à fortiori Deus ſui ipſius amorē non referet ad alium finem, quam ad ſuā bonitatem.

Dei bonitas finis vltimus eſt, ad quem Deus refert amorē cuiuslibet creaturarum.

6. Eadem concluſio manifeſtè colligitur ex D. Thoma in præſenti art. 1. ad 1. vbi docet, nihil aliud à Deo eſſe finem Dei, ſed Deum eſſe finem omnium, quæ à Deo ſunt, & in eodem art. 1. ad 3. & art. 2. ad 2. & 3. ait, diuinam voluntatem à nulla alia bonitate moueri, niſi à ſe ipſa, quod magis explicabitur infra diſp. 5. ſect. 3. & in art. 5. in corp. *Deus*, inquit, *ſicut vno actu omnia intelligit in ſua eſſentia, ita vno actu vult omnia in ſua bonitate.* Explicat autem exemplo cognoſcentis effectum in cauſa, & volentis medium propter finem. Idem docet lib. 1. contra gent. cap. 87. vbi Ferrarienſis eſt in eadem ſententia.

S. Thomas.

7. Similia docent Albertus 1. p. q. 79. memb. 1. ad 2. Alexander 1. p. q. 28. memb. 3. art. 3. & q. 34. memb. 1. & q. 35. memb. 3. S. Bonauentura 1. diſt. 45. art. 1. q. 1. vbi Ricardus art. 1. q. 2. clarius autem lib. 3. ſent. articul. 1. quæſt. 4. ad 2. Henricus in 2. p. art. 47. q. 3. ad 2. & quodlib. 4. q. 19. lit. O. Scotus 3. ſent. diſt. 32. art. 3. initio. Gabriel 1. diſt. 14. q. 1. art. 2. poſt 3. concluſionem, & lib. 3. diſt. 32. q. vnica art. 1. not. 3. Driedo de concord. liberi arbitrij cum prædeſtinatione, 1. p. ca. 4. ad 4. Magis apertè concluſionem docent Suares opuſc. de libertate Dei diſp. 1. ſec. 2. num. 15. Vaſquez 1. p. diſp. 82. capit. 2. Molina in præſenti q. 19. art. 2. diſp. 1. con. 2. Valentia q. 19. punc. 3. & alij recentiores tractantes de voluntate diuina, vel exponentes S. Thomam hic art. 1. & 2. præſertim verò art. 5.

8. Probatur primò, quoniam idem eſt finis operationis, qui eſt finis volitionis, ſed operationis diuinæ finis ſemper eſt Deus ipſe. Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum.* Quaſi diceret opus etiam illud, quod maximè videbatur alienum à diuina bonitate, videlicet reprobationē & dānationem impij, Deus propter ſemetipſum operātur. vt inde colligas à fortiori cætera Dei opera, quæ magis propria ſunt illi, ad eundem finem deſtinari. De quibus Iſaiæ 43. *Ego ſum, ait, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Generalius autem Apocalypſis 22. *Ego ſum α & ω, primus & nouiſſimus, principium & finis.*

Operationis & volitionis idem finis. *Prouerb. 16.* *Iſaiæ 43.* *Apocalyp. 22.*

Confirmatur primò: nam honor & gloria & oſtenſio perfectionis nō amantur propter ſeipſa, ſed propter illud bonū, cuius ſunt teſtimonium, tanquā propter finē. Deus autē omnia ſua opera ad extra ordinauit ad oſtenſionē ſuorum attributorū, & ad gloriā & honorē ſuū: ergo ea omnia ordinauit ad ſe ipſum tanquā ad finē. Minor conſtat inductione præſtantiſſimorū operum, nā Incarnationem ordinatam fuiſſe ad ſummā, quæ fieri potuit, oſtenſionē omnū attributorū, omnes Theologi fatentur. De fidelibus omnibus Iſaiæ 43. *Omnem, ait, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum.* Ephes. 1. *Prædeſtinauit nos, in adoptionem filiorum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.* Prædeſtinationem ac reprobationem ordinatas fuiſſe ad oſtendendam Dei miſericordiā & iram, docuit Paulus Ro. 9. dicens: *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuā, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Cum autem totius vniuerſi machina ſit effectus prædeſtinationis ordinatus ad gloriam prædeſtinatorum, præcipuéque ſummi capitis prædeſtinatorum, qui eſt Chriſtus Dominus, iuxta illud 1. Cor. 3. *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mūdus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura omnia enim veſtra ſunt: vos autē Chriſti: Chriſtus autē Dei* cōſequens eſt, totā vniuerſi molem fuiſſe deſtinatam ad diuinam gloriam & oſtenſionē attributorū. 10.

Extrinſecus Dei honor, & attributorū manifeſtatio non propter ſe, ſed propter bonum cuius teſtimonium ſunt, amantur. *Iſaia 43.* *Roman. 9.* *1. Corinth. 3.*

Confirmatur ſecundò, quoniam qui orando poſtulat, proponere debet rationes præcipuas, quæ voluntatem alliciunt ad concedendū, quod petitur. Sic autem Dei præceptis admoniti proponimus ſemper Dei gloriam & intrinſecum bonum in oratione Dominica: *Sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua.* vt hęc alliciant ad concedendum panem noſtrum quotidianum, remiſſionem debitorum & contra tentationes efficax auxilium. 11.

Sic Pſalm. 29. Dauid precatur: *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?* & Pſal. 78. *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos; & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.* & Pſal. 87. *Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuā in perditione? Nūquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis?* 12.

Pſalm. 29. *Pſalm. 78.* *Pſalm. 87.*

Moyſes item eximius orator & impetrator. Exod. 32. *Cur.* inquit, *Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? Ne quaſo dicant Ægyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra.* 13.

Exodi 32.

Similiter Numerorum c. 14. comminante Deo: *Feriam igitur eos peſtilentia.* etc. Moyſes intercedens ſubinfert, *Vt audiant Ægyptij de quorū medio eduxiſti populum iſtum, & habitatores terræ huius, qui audierunt quod tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciē, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis præcedas per noctē: quod occideris tantam multitudinē quaſi vnū hominē, & dicant: Nō poterat introducere populū in terrā, pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſolitudine. Magnificetur ergo fortitudo Domini.* Eadem ratio reperitur Deut. 9. ad ſi quā inuitat Ioſue c. 7. *Quid facies,* inquit, *magno nomini tuo?* Præſtantiſſimū verò proponēdi rationes exemplū eſt oratio Chriſti Domini ad Patrē Io. 17. 14.

Numer. 14. *Ioan. 17.*

Clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna: vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

15\. *Finis vltimus voluntatis æqualis, ad minus, perfectionis eſſe debet cum illa.* Confirmatur tertiò, nam vltimus finis & primarium motiuum eſſe debet maioris, aut ſaltem nō minoris bonitatis & perfectionis, quam illius volitio: alioqui præpoſterè atque inordinatè volitio referretur ad illum finem. Ergo nulla creatura poteſt eſſe finis vltimus, & primarium motiuum diuinæ volitionis. Quod obſeruauit Chryſoſ. Epheſ. 1. ſerm. 1. in fine ante morale ponderans illud: *In laudem gloriæ ipſius,* inquirens cauſam ob quam Paulus indeſinenter hunc finem diuinis operibus apponat. Reſpondet autem. *Chryſoſtomus.* *Nam ſiquidem noſtri gratia, inquit, iſta feciſſet ſine hæſitatione vtique non fuiſſemus. Si vero propter ſeipſum, & vt bonitatem ſuam oſtendat, velut quoddam teſtimonium, cauſam ponit, quæ iſta non aliter fiant, quemadmodū & apud Iſraelitas ſurſum ac deorſum dici videmus ſæpe: Fac nobis propter nomen tuum. Et iterū Deus ipſe: Faciam, inquit, propter me ipſum. Et Moyſes, fac nobis propter nomen tuum, ſiquidem nullius alterius gratia facturus es.* *Eſaiæ 48.*

16\. Confirmatur quartò, quia Dei voluntas eſt primum principium ab alio nullo principio procedens: ergo voluntas eadem eſt vltimus finis ad nullum alium finem deſtinatus. Sic enim rectè correſpondet finis principio, perficitúrque circulus qui datur in operationibus intellectus, & voluntatis diuinæ.

17\. *Magis propriè Deus eſt finis ſuæ voluntatis quā principium.* Obſeruandum tamen eſt Deū eſſe ſuæ voluntatis finē magis propriè, quā principium. Nā procedere ab efficiente principio, requirit realē diſtinctionē & imperfectionē includit, modo explicato diſp. 2. ſect. 1. & 2. Cæterū in bonū tendere, amando illud propter ſeipſum, non requirit diſtinctionē realē, neq. includit imperfectionē. *Ratio à priori.* Cuius ratio à priori eſt, quoniā cauſa finalis non aliter agit, quàm vt obiectū intellectionis proponentis illud, & volitionis amātis. Sed intellectio, & volitio ſupra ſeipſas reflectere poſſunt propter ſummā abſtractionē à materia, ſubtilitatē & vniuerſalitatē: vt oſtēdimus to. præc. de Scien. diſ. 7.

18\. *Obſeruatio.* Sed quando Deum diceris eſſe finē ſuæ volitionis, obſerua, non eſſe finē illius tanquā medij, ſed tanquā intentionis: ratio enim medij imperfectionē affert, ſed intētio nullam dicit imperfectionē; de quo videnda ſunt quæ dicemus diſ. 3.

SECTIO II.

Pluribus rationibus demonſtratur eadem concluſio, quæ poſita eſt initio ſectionis præcedētis.

1\. *Perfectiſſima volitionis, perfectiſſimū obiectū formale, & modus perfectiſſimus volendi.* PRima ratio ſit, quoniam perfectiſſimæ volitionis eſſe debet perfectiſſimum obiectū formale, perfectiſſimúſque modus volēdi illud. Sed perfectiſſimū obiectū formale eſt infinitum bonum diuinū, & perfectiſſimus modus volendi eſt illud amare ſuper omnia, & in omnibus, omniaque propter illud & in illo diligere. Talis ergo modus volendi & tale obiectum primarium atque formale diuinæ volitioni debentur.

2\. Confirmatur, quoniā infinita bonitas Dei non ſolum eſt obiectū ſummopere dignū vt ametur, ſed etiam eſt ſummopere coniunctum diuinæ voluntati, & optimè applicatum intellectui, vt per comprehenſiuam ſcientiam perfectiſſimè proponatur voluntati.

Secunda ratio, quoniā obiectum formale cuilibet volitioni perfectionem confert, & vltimam differentiā, qua conſtituitur, & diſtinguitur à cæteris volitionibus (hac enim ratione vocatur obiectum formale: forma quippe ſubſtantiis cōpoſitis confert vltimam differentiā. Quapropter ſi res aliqua, realiter à Deo diſtincta, foret obiectū formale diuinæ volitionis: ea volitio ſumeret eſſentiā & differentiā conſtitutiuā, ſuámq; proinde perfectionē ab aliqua re, quæ non eſſet Deus, quod implicat contradictionem, quoniā diuina volitio eſt ens ſubſtantiale, & increatum à nulla alia re dependens, neque perfectionē accipiens. Rectè igitur Bernar. Serm. 59. in Cant. ſub init. de amore Sponſi erga Sponſam ait: *Amat & Deus, nec aliunde hoc habet, ſed ipſe eſt vnde amat.* 3. *Quare obiectum formale, tale nominatur.*

Confirmatio. Confirmatur primò, quia perfectionem ſimpliciter infinitam, quantam diuina volitio continet; non poteſt conferre obiectum, niſi fuerit ſimpliciter infinitum.

Confirmatur ſecundò, nā hic diſcurſus fundamentū habet in Ariſtotele, qui lib. 10. Ethic. c. 4. circa mediū ait: *Optima operatio eius quod optimè affectū eſt erga præſtantiſſimū ex iis quæ ipſi ſubiiciuntur.* & poſt pauca repetit, *Præſtantiſſimā operationē eſſe erga optimum eorū quæ ipſi ſubiiciuntur.* Quamobrē lib. 12. metaphy. cap. 9. tex. 51. tanquā inconueniens infert quod *Deus non erit optima ſubſtantia,* ſi non ſit ipſe obiectum principale ſuæ intellectionis, quoniam honorabilius & melius eſſet illud ens, quod foret obiectum principale conferens honorabilitatem intellectioni. 4. *Ariſtoteles.* *Inconueniens, quod Ariſt. infert.*

Tertia ratio, quoniā amabile bonū, vnicuique autem proprium; & amicabilia, quæ ſunt ad aliū, oriuntur ex amicabilibus, quæ ſunt ad ſe. Quod, cùm verū ſit in hominibus quoad ſincerū amorem naturalis amicitiæ, vt efficaciter probat Ariſtoteles 9. Ethicor. cap. 8. maiori iure verū erit in Deo; cuius bonū propriū eſt infinitum, maximū, honeſtiſſimū, & ſupra omnia amabile. Ergo Deo eſt maximè amabile proprium bonum; & ab hoc amore, tanquam à ratione formali proficiſcuntur amicabilia, quæ ſunt ad creaturas, videlicet Angelos & homines. 5.

Confirmatur, quoniam omnis amor amicitiæ reſpicit, vt obiectū formale, bonū honeſtū, quod amicus ſibi magis, quā alteri amico vult: niſi alter amicus ſit per eſſentiam ipſum bonum honeſtum. Ac proinde per amorem amicitiæ quo proſequitur Angelos & homines, Deus ſuam ipſius honeſtiſſimam bonitatem ſibi potius, quàm Angelis & hominibus vult: ſicut probauimus 2. 2. tractantes de charitate diſp. 2. q. 2. 6. *Obiectum amicitiæ formale.*

Deinde cū omnes creaturæ diligantur à Deo propter bonum prædeſtinatorum, & prædeſtinati diligantur propter Dei bonitatem: conſequens eſt, omnia tandem à Deo diligi propter Dei bonitatem, tanquam obiectum formale. 7. *Omnia Deus diligit propter ſuā bonitatem.*

Quarta ratio, quoniā amari propter ſeipſū, & cætera cūncta propter eundē amari, eſt perfectio ſummo iure debita Deo, quoniā ſummū bonitatis & perfectionis gradū obtinet, & ſolus à ſeipſo bonitatē & perfectionē habet, cætera verò bonitatē & perfectionē ab illo participāt: vnde fit vt cōparatione illius vix, aut ne vix quidē cætera mereantur denominari bona; iuxta illud: *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* Mat. 19. Mar. 10. & Luc. 19. 8. *A ſeipſo Deus, & ab illo omnia perfectionem habent.* *Matth. 19.*

Confirmatur primò, quoniam Dei honeſtas, & pulchritudo dignior eſt, in quam impendantur infinitæ vires amoris diuini. 9. *Confirmatio prima.*

Confirmatur

Confirmatio ſecunda.

Confirmatur ſecundò, quia ſolus Deus in ratione boni, & amabilis, adæquat ſuam voluntatem in ratione poteſtatis amare.

Confirmatio tertia.

Confirmatur tertiò. Nam obiectum formale volitionis, prout eſt amabile, eſt etiam veluti regula & menſura, cui debet adæquari volitio & ex hac adæquatione menſurari. Sed amoris ſimpliciter infiniti non poteſt eſſe alia regula & menſura, niſi quod fuerit infinitum amabile.

10. Quinta ratio, quia primæ ſimpliciſſimæ, & vniuerſaliſſimæ volitioni debetur obiectum formale primum, ſimpliciſſimum, & vniuerſaliſſimum. Huiuſmodi autem ſola diuina bonitas eſt quatenus in ſe continet formaliter omnem bonitatem, quæ nihil habet admixtum imperfectionis, ſeu malitiæ: propterea que continet eminenter quamlibet aliam bonitatem, tanquam illius cauſa finalis, efficiens, & exemplaris.

11. Sexta ratio, quia ſicut eſt impoſſibile ſimul intelligere multa, æquè primò & principaliter, vna ſimplici intellectione: ſic etiam eſt impoſſibile ſimul amare multa, æquè primò & principaliter, vna ſimplici volitione. Sed Deus ſeipſum & creaturas ſimul vnica volitione diligit: ergo non æquè primò & principaliter ſeipſum & creaturas diligit. Quod ſi creaturas principalius, & prius, amaret Deus, quam ſeipſum, pro multitudine creaturarum eſſet multiplicandus diuinus amor: quia nihil creatum eſt, quod poſſit eſſe ratio formalis amandi cætera cuncta. Solus igitur Deus eſſe poteſt ratio formalis vnius & ſimpliciſſimi amoris.

Nequiunt plura æquè primò amari vnica volitione ſimplici.

12. Vltima ratio ſit, quoniam Deus, in quantum verus, eſt vnicum & adæquatum obiectum formale diuinæ ſcientiæ, ſicut probatum eſt præcedenti tomo diſp. 5. ſect. 3. & 4. Ergo ſimiliter Deus, in quantum bonus, erit vnicum & adæquatum obiectum diuinæ volitionis. Nam eadem eſt vtriuſque ratio, ſeruata proportione obiectorum & operationum.

Scientia, & voluntatis obiecta formalia comparat.

13. Corollaria quatuor inferuntur ex dictis. Primum eſt, diuinam bonitatem eſſe obiectum, non modo terminatiuum, ſed etiam motiuum diuinæ volitionis: motiuum, inquam, ſecundùm rationem, eo videlicet, modo, quo finis mouere poteſt. Quapropter Dei bonitatẽ eſſe motiuũ obiectũ volitionis clarius eſt, & magis expeditum ab illis difficultatibus propter quas authores aliqui reformidant concedere diuinã eſſentiã prout eſt vera, motiuũ obiectũ eſſe diuinæ intellectionis. De quo dictũ eſt vbi de Sciẽtia diſp. 5. ſect. 4.

Diuina bonitas, obiectũ motiuũ.

14. Secundum corollarium eſt, quamlibet rem creatã neque inadæquatè, ſeu partialiter, ad obiectum formale diuinæ volitionis pertinere, quia licet creatura non eſſet totale obiectum formale, nec eſſet principalis pars illius; ſi tamen eſſet pars obiecti formalis, quantumcunque minima, & viliſſima: diuinæ volitionis perfectio & ſpecificatio penderet ab illa creatura & indigeret illa: conſequentérque Deus non eſſet ſuæ volitioni ſufficiens obiectum formale, ſufficienſque finis. Quocirca poſſunt inſtaurari cunctæ probationes in hac & præcedenti ſectione demonſtrantes, ſolum Deum eſſe obiectum formale diuinæ volitionis.

Nec partialiter res aliqua creata pertinere poteſt ad obiectum formale diuinæ voluntatis.

15. Confirmatur, quia nec ab hominibus per charitatem aliqua creatura poteſt amari propter ſe ipſam quod eſt amari, tanquam vltimum finem & obiectum formale. Ergo multo minus à Deo poterit hoc appretiationis gradu creatura diligi nam Deo magis repugnat vltimum finem extra ſeipſum conſtituere, tantique facere creaturas quæ tanquam nihilum & inane reputatæ ſunt ei, Iſaiæ 40. Antecedens traditur ab Auguſtino lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 22: ſub init. cuius ſententia recipitur à Magiſtro & omnibus ſcholaſticis 1. ſent. diſt. 1. cap: eum autem: *Quæritur*, inquit, *vtrum propter ſe homo ab homine diligendus ſit an propter aliud. Si enim propter ſe, fruimur eo: Si propter aliud, vtimur eo: videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter ſe diligendum eſt, in eo conſtituitur vita beata.*

Nam ab hominibus amitur creatura propter ſeipſas media charitatem.

Iſaia 40.

Auguſtinus.

16. Fortior autem ratio prohibet ne Deus creatura fruatur, & in ea conſtituat ſuam beatitudinem: Quod idem Magiſter confirmat multis capitibus ſequentibus. Sic etiam Bernardus ferè toto tractatu de diligendo Deo, præſertim cap. 1. à princip. & cap. 3. probat, ſolum Deum eſſe diligendum propter ſeipſum: dicemus de hoc iterum diſp. 15. præſertim ſect. 6.

17. Obiiciet aliquis. Quemadmodũ Deus dicitur prædeſtinare & facere propter ſuã gloriã, ſic etiã dicitur, in noſtrã gloriã facere, ſeu prædeſtinare: Igitur quemadmodũ illud ſignificat, Dei gloriã eſſe vltimũ finẽ, ſic etiã iſtud ſignificabit, noſtrã gloriã eſſe vltimũ finẽ. Antecedens probatur 1. Cor. 2. *Loquimur Dei ſapientiã in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram.* 2. Cor. 1. *Per ipſum* (ſcilicet, Ieſum Chriſtum, *Amen Deo ad gloriam noſtram.* Quin etiam ipſe Paulus 1. Cor. 15. *Quotidie morior*, inquit, *per veſtram gloriam.*

1. Corint. 2.

2. Corinth. 1.

Reſp. Ex ipſis rerum naturis, & ex aliis Scripturæ locis oſtenditur, quoties noſtra gloria ſignificatur eſſe finis diuinæ volitionis, aut humanæ charitatis, intelligendum eſſe finem ſecundarium & ſubordinatum, qui non ſit obiectum formale, ſed materiale tantùm.

18. Tertium corollarium eſt, creaturas omnes & ſingulas eſſe materiale obiectum diuinæ volitionis: & inſuper, eſſe partem obiecti adæquati volitionis eiuſdem. Nam obiectum adæquatum diuinæ volitionis, eſt tota collectio cunctarum bonitatum, quæ ſunt amabiles, ſiue propter ſeipſas, ſiue propter alias bonitates maiores, vt magis conſtabit diſp. 5.

Etſi non formale, ſunt tamen obiectum materiale diuinæ volitionis creaturæ omnes.

Quartum corollarium tradetur ſect. ſequenti.

SECTIO III.

Totus quantus eſt Deus, & quidquid eſt realiter in ipſo, formalis obiecti rationem habet comparatione diuinæ volitionis.

1. SVppono, certum eſſe ſingulas perſonas ſe inuicẽ amare, itá vt Pater non ſolùm ſeipſum, ſed etiam Filium, & Spiritum ſanctum diligat. Similitérque Filius non ſolum ſeipſum, ſed etiã Patrem & Spiritum ſanctum diligat: & tandem Spiritus ſanctus non ſolùm ſeipſum, ſed etiam Patrem & Filium eodem amore proſequatur. Id quod ex Euangelio facilè colligitur, nam *Diligo Patrem*, inquit Filius, Ioan. 14. & ruſus Ioan. 3. & 5. & 14. & 15. *Pater diligit Filium.* Quod idem Apoſtolus in epiſtolis frequenter docet.

Se inuicem perſonæ diligunt.

Eodem autem amore Spiritum ſanctum diligere & diligi, probatur primò, quoniam infinita bonitas, ob quam Deus eſt dignus infinito amore, communis eſt tribus perſonis, vt propter

Ratio ob quã diuinæ perſonæ ſe mutuò diligant.

ea ſingulæ tres perſonæ dignæ ſint, quæ propter ſe diligantur. Secundò quoniam amor, per quem amandæ ſunt, communis etiam eſt tribus perſonis. Ac proinde, ſi Pater amat tres perſonas, etiam Filius & Spiritus ſanctus amant eaſdem tres perſonas. Tertiò præſertim, quoniam propria perfectio Patris eſt proprium bonum Patris, ideóque neceſſariò amandum à Patre. Filius autem & Spiritus ſanctus amandi ſunt neceſſario à Patre, vt pote tam intimè procedentes, vt ſint eiuſdem naturæ & perfectionis, quæ ſumma & ſupereminens conſubſtantialitas eſt maior ratio mutui amoris, quam quælibet conſanguinitas etiam inter Patrem & Filium. Reſtat igitur difficultas vtrum perſonalitates relatiuæ, non ſolùm diligantur, ſed etiam ſint obiectum formale dilectionis & volitionis.

Inſurgit difficultas.

3. Negatiua ſententia colligitur efficaciter ex Henrico 2.p. ſummæ art. 47. q.4. dicente, diuinos actus intelligendi, & volendi non terminari ad perſonam diuinam, niſi propter eſſentiam. Probat, quoniam perſona diuina non habet rationem veri & boni, niſi in quantùm habet eſſentiam. Hoc autem proficiſcitur ex alia falſa ſententia eiuſdem authoris, qui quodlibeto 1.q. 1. perſonis negat infinitam bonitatem vltimi finis, licèt eis concedat bonitatem tranſcendentalem. Quod falſum eſſe conſtat ex dictis in tomo de Trinitate diſp.29.& 30.

Fundamentu Henrici.

Ex falſa tamen ſententia procedit.

4. Colligitur eadem ſententia ex Scoto & illius diſcipulis, quoniam exiſtimant Spiritum ſanctum procedere per dilectionem Deitatis præciſæ, ita vt per accidens eam comitetur dilectio diuinarum perſonarum, tanquam poſterior in poſteriori inſtanti rationis, ita docuit Scotus 1. diſt. 10. in fine totius diſtinctinuis & diſt. 32. fine, & lib. 2. diſt. 1.q. 5. art. 2. §. *Ordo naturæ*: cæterum hanc ſententiam impugnauimus in proprio loco, videlicet, tomo de Trinitate diſp. 61. peculiariter ſect. 6.

Adſtipulatur Scotus.

5. Colligitur præterea ex multis recentioribus, quoniam exiſtimant obiectum primarium & formale diuinæ ſcientiæ non continere perſonalitates relatiuas, immo neque attributa, perfectionéſque abſolutas, quas putant in eſſentia non includi: ſed obiectum formale diuinæ intellectionis eſſe diuinam eſſentiam, prout ab illis præſcinditur, tanquam illarum radix. Quam ſententiam impugnauimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 5. ſect. 6.

6. Nihilominus ſit prima concluſio. Non ſolùm perfectiones abſolutæ, ſed etiam tres diuinæ perſonæ, & earum perfectiones relatiuæ, prout relatiuæ ſunt, & realiter diſtinctæ, pertinent ad integritatem & plenitudinem obiecti formalis diuinæ volitionis, ita vt, præciſis relatiuis perfectionibus, non maneat plena & adæquata ratio formalis, ob quam Deus ſe ipſum plenè diligat, & in ſeipſo plenè complaceat.

Authoris reſolutio.

7. Semper autem ſuppono formaliſſimam rationem, *ſub qua* relatiuæ perfectiones ſunt quaſi partes obiecti formalis, eſſe peculiarem ipſarum bonitatem.

8. Hanc concluſionem, licèt expreſsè non tradiderint antiquiores Scholaſtici (ſicut nec recentiores) colligitur tamen ex illis, quoniam ſolas creaturas, & quidquid eſt realiter diſtinctum à Deo reiiciunt ab obiecto formali, collocant autem inferius in obiecto materiali. Quapropter ſupponere videntur quidquid non eſt creatum, nec realiter à Deo diſtinctum, pertinere ad obiectum formale diuinæ volitionis.

Quid Scholaſtici videantur ſupponere.

Peculiariter huic concluſioni fauent, qui exiſtimant obiectum primarium beatificæ viſionis, eſſe totam Trinitatem, ſicutieſt: qocmadmodum Caietanus 2.2.q.2.art.8. §. *Quoad ſecundum*, & §. *Quoad tertium*. & Molina 1.p.q.12.art.8.diſp. 4.concl.2. Magis expreſsè primarium obiectum diuinæ ſcientiæ relationes & perſonas eſſe, non minus quàm eſſentiam. Ochamus docuit 1.diſt. 35.q. 3.column. penultima, videlicet, ad 3. argumentum.

Probatur imprimis concluſio, nam diuinæ volitionis obiectum primarium & formale, bonitas eſt & perfectio diuina: quapropter integrum & completum obiectum formale complectitur totam bonitatem & perfectionem diuinam. Sed perfectio diuina non eſſet completa, totalis & integra, niſi complecteretur etiam perfectiones relatiuas, prout ſunt conſtitutiuæ perſonarum realiter diſtinctarum. Ergo iſtæ etiam perfectiones pertinent ad integritatem & plenitudinem obiecti formalis. 9.

Integrum obiectum formale complectitur omnem bonitatẽ diuinam.

Minor probatur primò, eſt enim ſumma perfectio naturam vnicam, ac ſingularem ſubſiſtere in tribus perſonis realiter diſtinctis, ac nihilominus cum eis realiter identificari. Perſonæ Patris maxima perfectio eſt generare Filium, & ſpirare Spiritum ſanctum, & æterno verbo ſubſiſtente loqui, tanquam perfectiſſima imagine ſui. Quemadmodum & Filio maxima perfectio eſt eſſe imaginem Patris, & eſſe Verbum, quo Pater loquitur, atque Filium eſſe procedentem in ſimilitudine naturæ, potentémque ſimul cum Patre ſpirare Spiritum ſanctum. Ac deniq; Spiritui ſancto maxima perfectio eſt eſſe terminum productum amore mutuo verè procedentem ab vtraque perſona, velut ab vno principio. Ac denique tota Trinitas ſub ratione Trinitatis exiſtentis in vnitate, ſumma perfectio eſt. 10.

Proprietates relatiuæ perfectionẽ aſſerunt, nõ exiguam, in ſuſcepto propoſito.

Quo ſuppoſito, talis conficitur ſyllogiſmus. Quælibet perfectio & bonitas, propter ſe ipſam amabilis, poteſt, ac debet eſſe primarium & formale obiectum diuinæ volitionis: ſed quælibet perfectio Dei, etiam relatiua eſt bonitas, propter ſe ipſam amabilis, non minus, quam eſſentia. Ergo quælibet perfectio Dei, etiam relatiua, poteſt ac debet eſſe primarium & formale obiectum diuinæ volitionis. 11.

Bonitas quælibet propter ſe amabilis, eſſe poteſt obiectum formale.

Confirmatur: quoniam Scriptura & Patres, quando ponderant Dei erga Filium dilectionem, ſatis apertè ſignificant, eſſe talem, qualem decet primarium & formale dilectionis obiectum vnicè propter ſeipſum & ſingulariter amabile. Nam illud Prouerb. 8. *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore*. Septuaginta ſic legunt; *Ego eram, cui adgaudebat quotidie*. aut: *Iocundabar in facie eius, &c.* Iucunditas autem, gaudium, & delectatio, ſopponit amorem obiecti in quo quieſcit gaudens, ac delectatus. Illud autem *adgaudendi* verbum ſignificat diſtinctionem perſonarum, vt vna de altera, & cum altera gaudeat. Rectè igitur hoc teſtimonio, iuxta ſeptuaginta lectionem, plurimi veterum confirmant, amorem Patris erga Filium, & complacentiam, & gaudium in eodem. Quemadmodum Alexander Alexand. epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum (Extat lib. 1. actor. ante Concilium Nicænum) 12.

Prouerb. 8.

Iuſtinus

Iuſtinus dialogo contra Triphonem, non lnngè ante med.

13. Athanaſius oratione 2. contra Arianns prnpius ad med. quàm ad princ. *Deus, inquit, ipſe eius imaginis genitor eſt, quam contuendo exhilaratur, vt ipſe Filius dicit: Ego eram, in quo gaudebat.* Et non longè poſt medium eiuſdem nrationis ſecundæ, ſic Arianos vrget: *Quomodo ſi Filius perfectus non erat, Pater in eo ſibi gratulabatur? Aut ſi nunc tandem melioratus eſt, quomodo antea potuit oblectari coram Patre?* Similiter nrat. 3. cnntra Arianns, propoſitis eiſdem verbis Prouerb. *Ego eram, cui aggratulabatur; quotidie autem exhilarabar in conſpectu eius.* poſt pàuca ſubdit: *In quo porrò lætatur Pater, niſi cum intuetur ſe ipſum in ſui ipſius imagine quod eſt Verbum eius?* Et paucis interpoſitis: *Quomòdo Filius exhilarari poſſet, niſi eo modo, qui ſe intuetur in Patre?* Rurſus orat. 4. fine, prædictum locum. *Ludens coram eo omni tempore, ludens in Orbe terrarum: & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum* ita exponit: *Vt ex hilaritate in Filio, qui eſt imago, cauſam trahat exhilaratio in hominibus, conditis ad imaginem Dei.* Exhilaratinnis igitur & amnris erga homines formale motiuum & primarium obiectum eſt perſona Filij, ſicut etiam perſnna Patris & Spiritus Sancti.

14. Euſebius Cæſarienſis li. 5. demonſtrat. Euang. cap. 1. prope fin. de æterna generatione intelligit & ita legit: *Ego eram, apud quam gaudebat, quotidie verò lætabar in vultu eius.* Tertullianus autem lib. cnntra Praxeam cap. 6. ſub init. de Snphia, quæ eſt Filius, ita refert ea, quæ loquitur Prouerb. 8. *Ego eram cum illo compingens, ego eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabar in perſona ipſius.* Non tantùm in natura, ſed etiam in perſona Patris Filius oblectabatur, ſicut etiam Pater non tantùm in diuinitate, ſed etiam in perſona ſuæ imaginis oblectabatur, vt conſtat ex præcedentibus teſtimonijs. Eadem autem ratio compellit fateri gaudium idem æqualiter verſari circa perſnnam Spiritus Sancti, tanquam vnicè primarióque dilectam propter ſe ipſam. *Prouerb. 8.*

15. Cnlligi poterit eadem veritas ex plurimis aliis locis eorundem, & alinrum Patrum, qui defendentes, Filium non fuiſſe genitum vnluntate præcedente; nihilominùs probant, fuiſſe genitum voluntate & amore concomitante, quemadmodum Deus nnn inuitus, ſed voluntate concomitante volens eſt Deus, Omnipotens, Æternus. &c. Quæ retulimus vbi de Trinit. diſp. 93. ſec. 2.

16. *Bonum, perfectionem aliquam addit ſuprà ens. Ariſtoteles.* Probatur ſecundò, quia bonum ſupra rationem entis addit perfectinnem, quæ conſiſtit in eo, quod nihil deſit illi rei quæ dicitur eſſe perfecta. Docuit hoc Ariſtnteles lib. 5. metap. text. 21. varias enumerans acceptinnes perfecti; quarum præcipuam, & bnnitatis propriam, ita exponit: *Vnumquodque namque tunc perfectum eſt, cunctaque ſubſtantia tunc perfecta, cum ſecundum ſpeciem propriæ virtutis nulla deſit particula magnitudinis naturalis. Item quibus finis ſtudioſus eſt ea perfecta dicuntur. Etenim ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur.* Et ad finem eiuſdem textus repetit: *Quædam eo quod ſecundum bene, in nullo deficiunt, nec habent in aliquo genere exceſſum, nec eſt quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in vnoquoque genere exceſſum non habent, nec quicquam eſt extra.* ſupple, dicuntur eſſe perfecta. Notat autem continuo, cæteras acceptinnes perfecti fuiſſe deſumptas per analogiam ad iſtam primariam & propriam acceptinnem perfecti.

Qun ſuppoſito, ſic argumentor. Dei perfectio propter ſe ipſam amabilis, in eo cnnſiſtit, quod ſecundum bene in nullo deficiat, nec excedat, nec ſit aliquid extra illam: ſed diuinæ perfectioni deficeret aliquid, & extra illam eſſet aliquid; ſi non haberet perſonalitates relatiuas, modo ſuperius explicatn. Ergo diuina perfectio non eſſet plenè & integrè completa, vt propter ſe ipſam amaretur, niſi complecteretur in ratione perfectionis etiam perſonalitates relatiuas & earum proceſſiones. 17. *Efformatur argumentum.* *Sine perfectionibus relatiuis non eſſet completa diuina perfectio.*

Cnnfirmatur, nam vt S. Thomas docet ſupra q. 5. art. 1. ad 1. *Bonum dicit rationem perfecti, quod eſt appetibile & per cōſequens dicit rationem vltimi, vnde id, quod eſt vltimò perfectum, dicitur bonum ſimpliciter.* Vnde conſtat, amabilitatem ſiue appetibilitatem eſſe neceſſariò cnniunctam, & conſequentem ex perfectione, ſeu bonitate, ſecundùm illius gradum. Quapropter, quod eſt vltimò perfectum & bnnum ſimpliciter in omni genere bonitatis, erit amabile tanquam vltimus finis & ſummum bonum; ac ſubinde propter ſe ipſum amabile. 18. *S. Thomas.*

Sumitur etiam hoc fundamentum ex Hierotheo, Dionyſio & Ariſtotele. Nam Dionyſ. cap. 4. de diuin. nomin. multò propius ad med. quàm ad princi. infert ex præcedēti declaratione bnni: *Eſt igitur id, quod pulchrum eſt, & bonum expetendum, amandum, diligendum omnibus: ac propter ſe ipſum eiúſque cauſa,* &c. Et pauló poſt med. eiuſdem capitis refert Hierothei verba ex amatoriis hymnis, quæ parum à principio ſic habent: *Si omnibus bonum atque honeſtum amabile eſt, optabile atque diligendum; expetit enim illud, etiam id, quod non eſt. vt diximus, &c.* 19. *Dionyſius.*

Ariſtoteles autem in principio Ethicor. hoc tradit quod ab omnibus authoribus recipitur. *Omnis ars, omniſque doctrina, atque actus, itidem & electio bonum quoddam appetere videtur. Quapropter bene veteres bonum ipſum id eſſe dixerunt, quod omnia appetunt.* & lib. 2. Phyſicor. text. 31. finem propter quem alia diliguntur, dicit, eſſe debere bonum optimum, illis verbis: *Alia autem, vt finis, & bonum aliorum, id enim cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult eſſe.* Quod explicat & confirmat S. Thomas ſupra dicta q. 5. art. 4. 20. *Ariſtoteles.*

Sic ergo ratiocinari debemus, Amabile propter ſe ipſum, tāquam vltimus finis, propter quē amantur alia, debet eſſe vltimò perfectum, & habere perfectionem vltimam. Sed eſſentia Dei, præciſis perſnnalitatibus relatiuis, non eſt vltimò perfecta, nec habet vltimam perfectionem. Ergo non eſt amabilis propter ſe ipſam, tanquam finis, propter quem amentur alia. Conſequens igitur eſt, vt integrum & ſimpliciter perfectum bonum, qui poſſit eſſe vltimus finis & obiectum formale diuinæ dilectionis, complectatur etiam perſonalitates relatiuas. 21. *Ratiocinatio.*

Probatur tertiò, quoniam tota Trinitas, prout eſt Trinitas eſt pulcherrimum obiectum propter aptiſſimam congruentiam ordinum, quibus ſibi mutuò correſpondent principia producentia, & termini producti. Quocirca Trinitas, vt Trinitas, eſt obiectum potens rapere diuinam voluntatem vt in ipſo complaceat, nō minus immediatè, nec minus principaliter, quā in eſſentia. 22. *Trinitas pulcherrimum obiectum.* *Potens rapere voluntatem diuinā.*

Confirmatur primò, quia Trinitas perſonarum eſt obiectum ſummopere proportionatum, coniunctum, applicatum diuinæ voluntati, & illius perfectionem adæquans. *Confirmatio prima.*

23\. *Confirmatio ſecunda.* Confirmatur ſecundò, quia perſonalitatibus relatiuis nihil deficit, ne ſint obiectum formale, cùm ſint infinitum, & increatum bonum.

Confirmatio tertia. Perſonalitates relatiuæ per ſe requiſitæ ſunt, vt Deus ſit primum creaturarum principium. Confirmatur tertiò, quoniam perſonalitates relatiuæ ſunt per ſe requiſitæ, vt Deus ſit primum principium creaturarum (ſicut probatum eſt diſput. 11. de Trinit.) ergo dignæ ſunt & aptæ propter quas, vt propter vltimum finem creaturæ diligantur. Vltimus enim finis primo principio correſpondet. *Confirmatio quarta.* Confirmatur quartò, quoniam abſurdum eſſet dicere Paternitatem, Filiationem, & Spirationem eſſe materiale obiectum diuinæ dilectionis: hæc enim ignobilitas eſt propria creaturarum. Ergo ſunt partiale obiectum formale.

24\. *Deus, ſi Pater non eſſet, aliqua ex parte, ſibi diſpliceret.* Quartò probatur, nam Deus aliqua ex parte ſibi diſpliceret, tanquam ex parte imperfectus, ſi non eſſet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ergo plena & integra ratio placendi ſibi atque diligendi ſeipſum, complectitur totam Trinitatem & perſonales relationes, atque proprietates.

25\. *Eſſet ſterilis, & infœcundus. Eſſet ſine verbo mutus, & Verbum ſine loquente monſtruoſum.* Antecedens probatur, nam ſine filio Deus eſſet ſterilis, infœcundus, & quantum ad vitam generatiuam, mortuus: eſſet etiam mutus ſine verbo, ſimilitérque Verbum ſine loquente foret monſtruoſum, & imperfectiſſimum: & Filius, qui non perpetua generatione ſemper procederet, & coniunctus eſſet Patri, non foret perfectiſſimè Filius. Idémque, proportione ſeruata, intelligendum eſt de Spiritu ſancto. Imò non ſolùm in ratione entis, ſed etiam in ratione Dei, maneret diminutus & imperfectus, vtpote deſtitutus ſubſiſtentiis ſibi debitis, atque debita communicatione ſubſtantiæ, nec ſimpliciter infinitus in genere entis, tanquam in obiecto ſibi adæquato, & ſatiante talem complacentiam, ſeu appetitum.

26\. *Patrum teſtimoniis comprobatur.* Confirmatur primò, teſtimoniis Patrum, manifeſtè concedentibus diuinitatem ipſam futuram fuiſſe imperfectam, ſi defuiſſent illi proceſſiones, & relatiuæ perſonalitates. Duorum teſtimonia ſufficiant pro cæteris. *Nazianzenus.* Gregorius Nazianzenus orat. 37. quæ eſt 5. de Theologia col. 2. *Si vnum*, inquit, *deiicis (audax hoc dicam) ne duo quidem ſuperiore loco collocės. Quæ enim imperfectæ Deitatis vtilitas? imo quæ Deitas, ſi imperfecta? Perfecta autem quomodo erit in qua ad perfectionem aliquid deſideretur? Deſideratur enim ſi ſanctitate careat. Hanc porro quomodo habere queat, niſi Spiritum habeat?* & poſt pauca: *Quaſi verò praſtiterit Deo, aliquando imperfectum extitiſſe, ac Spiritus expertem.*

27\. Athanaſius oratione 2. contra Arianos propius ad med. quàm ad princip. ſic Arianos increpat: *Quaſi plagiarij, Deum Verbo ſuo ſpoliatis, & manifeſto aduerſus eum loquimini, quaſi fuerit aliquando Deus ſine ſua ratione, ſine ſua ſapientia: & lucem ſplendore caruiſſe, & fontem velut ſterilem exaruiſſe.*

28\. Quibus ſimilia multa ex variis locis eorumdem Nazianzeni & Athanaſij, nec non Baſilij, Gregorij Nyſſeni, Cyrilli, Epiphanij, Theophylacti, Ambroſij, Hilarij, Phæbadij, Leonis Magni, Anſelmi, Ricardi Victorini, & S. Thomæ, retulimus diſp. 29. de Trinitate ſect. 3. & 4.

29\. *Tres Relationes non ſunt tres bonitates tranſcendentales propriè loquendo, ſed vna perfecta.* Confirmatur ſecundò, quia propriè loquendo tres relationes non ſunt tres perfectiones, aut tres bonitates tranſcendentales, ſed vnica plena, & adæquata perfectio, & bonitas ſimpliciter infinita. Ergo ſunt vnicum plenum & adæquatum obiectum amabile propter ſe ipſum. Antecedens probatum fuit diſputat. 30. de Trinitate.

Quintò probatur, quoniam amplitudo obiecti formalis diuinæ voluntatis correſpondere debet amplitudini obiecti formalis diuinæ ſcientiæ. Sed obiectum formale diuinę ſcientiæ complectitur non tantum eſſentiam abſolutam, ſed etiam relatiuas perſonalitates: vt probatum eſt diſp. 5. de Scientia ſec. 5. & 6. igitur hæc eadem complectitur obiectum formale diuinæ voluntatis, quamuis ſub diuerſa ratione formali. 30. *Ex amplitudine obiecti formalis voluntatis ſumitur argumentum.*

Confirmatur, quia ſicut eſſentia diuina quandoque ſumitur pro tota realitate Dei comprehendendo quamlibet perfectionem notionalem, ac relatiuam (vt ex multis Patribus oſtendimus in tom. de Trinitate diſp. 14. ſect. 1. & 4.) ſic etiam bonitas, quoties à Theologis dicitur eſſe obiectum formale, vel vltimum finem diuinæ volitionis, accipitur pro tota reali perfectione Dei, comprehendendo perſonales ſeu notionales perfectiones. 31. *Eſſentia diuina quandoque ſumitur pro tota Dei realitate.*

Secunda concluſio probabitur ſectione ſequenti. 32.

SECTIO IIII.

Formalis obiecti generalitas applicatur ad quamlibet bonitatem abſolutam: & obiectiones ſoluuntur.

Ex omnibus probationibus pro concluſione prima ponderatis in ſectione præcedenti, colligitur efficaciter altera cõcluſio. Quaſi partes ſunt eiuſdē obiecti formalis diuinæ volitionis, non ſolum bonitas naturalis Dei, ſed etiam bonitas ſupernaturalis: neq; ſolū bonitas tranſcendens, qua Deus eſt perfectum ens, ſed etiam bonitas honeſta, quę cõſiſtit in cõformitate ſuorum actuum cum ratione recta, ſiue ex parte intellectus per ſcientiā perfectiſſimā, ſiue ex parte voluntatis per rectiſſimum amorē omnino conformem rectæ rationi. Quapropter non ſolum ſcientia ſimplicis intelligētiæ, ſed etiam ſcientia viſionis de futuris contingentibus; quę potuerūt non eſſe; ſimiliterq; nō ſolùm amor neceſſarius, quo Deus ſe & creaturas, vt poſſibiles diligit; ſed etiam amor liber erga creaturas, ex ſuppoſitione quod ſint in Deo, neceſſariò diligūtur, quaſi pertinentes ad eandem numero perfectionem Dei, quæ eſt obiectū formale diuinæ volitionis. Neque ſolū diuina honeſtas, ſed etiam iucunditas, neceſſariò incluſa in tali honeſtate, pertinet ad obiectum formaliſſimum diuini amoris, ad eum fere modum, quem fuſius explicui circa obiectū formale charitatis 2. 2. diſp. 3. de charitate q. 1. 1. *2 Conc. Quæ quaſi partes reperiantur in obiecto formali diuinæ voluntatis. Quid in Deo bonitas honeſtat. Iucunditas in diuina honeſtate incluſa, pertinet ad formaliſſimū amoris obiectum.*

Contra cõcluſionem hanc obiicies primò reflexiones infinitas amoris, quæ videntur ex illa ſequi, ſed de his dicemus ſectione ſequenti. 2. *Alibi ſoluenda obiectio.*

Obiicies ſecundò, quoniam ex eadem cõcluſione ſequeretur, Deum eſſe bonū, quia vult ſe, & ſimul ſequeretur Deum velle ſe, quia eſt bonus: quæ duo videntur ſibi inuicem repūgnare. Sequelam probo, nam Deus honeſtam bonitatē formaliter, ac primariò habet ab amore ſui: & rurſus hic amor bonus eſt, quia verſatur circa obiectum omni bonitate honeſta plenum. Ergo vtraque cauſalis eſt vera: *Deus eſt bonus, quia vult ſe*, &: *Deus vult ſe, quia eſt bonus*. Quod autem hęc repugnent probatur, quoniā obiectum bonum præſupponitur ad amorē, ita vt in eſſe bonitatis 3. *Circulus. Repugnantia probatur, in aſſumpto.*

non

non conſtituatur obiectum ab amore: ergo non ideo eſt bonus Deus, quia vult ſe, ſed è contrariò ideo vult ſe, quia eſt bonus.

4. Reſpond. Simul veræ ſunt prædictæ cauſales, ſecundùm diuerſum genus cauſæ, & diuerſam adæquationem cauſæ & bonitatis. Diſcrimina verò ſunt duo. Primum, nam hæc propoſitio: *Deus eſt bonus quia vult ſe*, non reddit cauſam totius bonitatis diuinæ, ſed tantùm bonitatis moralis, ſiue effectiuæ, quæ conſiſtit in amore, & eſt bonitas ſecundùm rationem diuerſa à bonitate tranſcendentali. Secundùm, nam amor ſui non eſt obiectiua cauſa ſed quaſi formalis intrinſeca conſtitutiua prædictæ bonitatis affectiuæ. Sed è contrario hæc propoſitio, *Deus vult ſe quia eſt bonus*, agit de tota & omnimoda bonitate diuina; & reddit cauſam obiectiuam amoris: ex quibus conſtat, quod bonitas, quæ eſt obiectum amoris præſupponitur ad amorem, quod attinet ad bonitatem tranſcendentalem; ſed quod attinet ad bonitatem effectiuam ſeu moralem, non præſupponitur ad amorem, ſiquidem eſt ipſe amor. His ſimilia ſunt quæ reſpondet Ricardus in 1. ſentent. diſt. 45. artic. 1. quæſt. 3.

Duo diſcrimina valde notanda.

5. Tertia obiectio pugnat aduerſus doctrinam non modo præſentis, ſed etiam præcedentis ſectionis: Quia diuina eſſentia, velut in virtute radicéque continet omnes alias perfectiones attributorum & perſonarum, ita vt per eſſentiam conſequenter colligi potuiſſent ex eſſentia diuina rectè penetrata. Sola igitur eſſentia diuina, per ſe ipſam, ſufficienter determinat voluntatem diuinam, vt diligat ipſam & omnes perfectiones, tam abſolutas, quàm relatiuas: vnde ſequitur ſolam eſſentiam eſſe primarium & formale obiectum diuinæ volitionis.

6. Reſpondetur ſecundum rectum modum intelligendi, Dei eſſentia non eſt radix attributorum, ſed illa potius omnia, tanquam ſui parte implicitè continet (vt alibi probamus). Et quamuis eſſentia ſola ſufficeret vt ratione illius amarentur attributa & relationes, tanquam ab ea radice procedentes; hoc nihil obſtaret, quominus eadem attributa & relationes eſſent partes obiecti formalis diuinæ volitionis, eo quod ipſæ ratione ſui totum habent, quod requiritur, vt ſint obiectum primarium & formale, quamuis hoc deficiente, ſubirent imperfectionem obiecti materialis, quod non propter ſe ipſum, ſed tantum propter eſſentiam cognoſceretur.

Dei eſſentia non eſt in genere radix attributorū, ſed potius illa implicitè continet.

Attributa, per ſe habent id, quod requiritur, vt obiectum formale ſint.

7. Confirmatur, nam è contrario ſimiliter perſonalitates & relationes ſufficerent, vt propter illas tanquam propter obiectum formale, diligeretur eſſentia, & totus Deus: nihilominus eſſentia diuina non eſt obiectum materiale & ſecundarium comparatione perſonarum, nec vna perſonæ eſt obiectum materiale, & ſecundarium comparatione alterius perſonæ; quoniam æquales omnino vices mutuò ſibi rependunt.

Poſſet etiam eſſentia propter relationes, & perſonalitates, diligi, quâ propter obiectum formale, amari.

SECTIO V.

Quomodo diuinus amor reflexiuè ſe ipſum diligat.

1. Ex præcedenti ſectione conſtat, omnem diuinum amorem eſſe primarium & formale obiectum, quod propter ſe ipſum diligitur ab eo: vnde ſequitur, Deum diligere amorem amoris, & iterum diligere amorem amoris amoris, & ſic habere infinitas reflexiones ſupra ſuorum amorum amores; quod videtur indignum Deo.

Rei difficultas proponitur.

2. Reſpondeo ſupponendo tanquam certum, in amore diuino per eminentiſſimum, ac ſimpliciſſimum modum contineri, quidquid perfectionis eſt in amore directo, atque reflexo. Quapropter verè propriéque conuenit Deo quidquid à nobis ſignificari potuiſſet infinitis propoſitionibus affirmantibus reflexiones amoris ſuper alias reflexiones amoris; veluti dicendo: Deus diligit ſuum amorem, & amat ipſam dilectionem amoris, & rurſus diligit amorem prædictæ dilectionis amoris, & ſic in infinitum reflexiones multiplicando.

Suppoſitio quadam, & illius probatio.

Quidquid à nobis exprimitur propoſitionibus infinitis, infinitas reflexiones ſignificantibus Deo eminenter conuenit.

3. Confirmatur, ſicut enim perfectior eſt certitudo & euidentia ſcientiæ propterea quod aliquis ſciat ſe ſcire: ita perfectior eſt amoris tendentia, & inclinatio ad bonum, magiſque voluntaria ſi quis velit, ſe velle, & ſuum amorem diligat. Quapropter ſicut diſp. 7. de ſcientia probatum eſt Dei ſcientiam reflecti ſupra ſe ipſam, ſciendo ſe ſcire; ſic etiam in præſenti concedendum eſt, amorem Dei reflecti ſupra ſe ipſum amando ſe amare. Cæterum, quod ad ſcientiam attinet, expreſsè tradiderunt aliqui Scholaſtici: in prædicta diſput. citati: ſed quod attinet ad reflexionem amoris apud Authores non reperio.

Longè perfectior eſſet amoris tendentia, qua Deus vellet ſe velle, quam ſi ſolum vellet obiectum directè.

Voluntas ſupra ſe reflectitur, ſicut ſcientia.

4. Confirmatur ſecundò, nam Dionyſius de diuin. nom. cap. 4. poſtquam propius ad princip. quàm ad med. docuit animi totius in ſe ipſum reflexionem, ab illis verbis *Animi motus, qui in orbem circumagi fertur*, &c. inferius circa medium eiuſdem capitis de circulari reflexione diuini amoris in ſe ipſum, ita declarat. *In quo, & fine, & principio ſe carere diuinus amor eximiè declarat, quaſi circulus quidam perpetuus, qui boni cauſa, ex bono, in bono, & in bonum conuerſione, ab omni errore libera, ſe voluit, atque in eodem loco, eadémque ex parte, & progreditur ſemper, & manet, & reſtituitur. Hæc etiam præclarus noſter in ſacris initiator & doctor, mente permotus in laudibus amoris expoſuit.*

Dionyſius.

Circularis reflexio diuini amoris, ex Dionyſij ſententia.

5. Intelligit autem Hierotheum, quem paulò inferius in amatorijs hymnis dixiſſe refert, *vnam quandam vim eſſe ſimplicem, quæ per ſe ad temperationem quandam coniungentem à bono vſque ad extremum rerum, quæ ſunt, mouet & impellit, atque ab illo rurſum ordine per omnia ad bonum, ex ſe, per ſe, & à ſe in orbe reflectitur, ſempérque ad ſe ipſam eodem modo reuoluitur.*

Hierothei teſtimonium.

6. Quem imitatus S. Maximus centur. 8. cap. 88. apud Cypariſſiotum Decade 8. cap. 5. parum à principio: *Motus*, inquit, *amatorius boni, qui in bono prius exiſtit ſimplex, & immobilis, ex bono prodiens ad id ipſum redit fine & principio carens.*

Eum S. Maximus imitatur.

7. Præterea confirmatur Auguſtini teſtimonio, qui lib. 11. de Ciuit. cap. 8. ſub init. *De amore*, inquit, *quo amatur, vtrum & ipſe amor ametur, non dictum eſt. Amatur autem. Et hinc probamus, quod in omnibus, quæ rectius amantur, ipſe magis ametur. Neque enim vir bonus merito dicitur, qui ſcit quod bonum eſt, ſed qui diligit. Cur ergo & in nobis ipſis non & ipſum amorem nos amare ſentimus, quo amamus, quicquid boni amamus? Eſt enim & amor, quo amatur, quod amandum non eſt, & iſtum amorem odit in ſe, qui illum diligit, quo id amatur, quod amandum eſt.*

Confirmat. Auguſt.

Cum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum igitur ad hominis perfectionem pertineat ſuum amorem diligere, quo id amatur, quod amandum eſt: multò magis hoc pertinebit ad perfectionem Dei: quoniam eius amor eſt dignior, atque perfectior, vt ſit obiectum amoris, nec non in ratione amantis atque tendentis in obiectum, eſt plenior & vniuerſalior.

8. *Dictum primum.*

Hoc igitur ſuppoſito, dico primò. Magis propriè, vel certè minùs impropriè, quidditas amoris reflexiui, & illius nomen conuenit amori, quatenus Deus amat ſe amare, quaſi prima vice ſeu prima reflexione. Ratio eſt, quoniam diuinus amor, prout amor eſt, ratione ratiocinata diſtinguitur ab eſſentia & cæteris attributis: proptereáque conuenienter à nobis conſideratur diſtinctis conceptibus, quod Deus amet ſuam eſſentiam, & attributa cætera, præter amorem, vel amet ſuum amorem. Conſequens igitur eſt, vt iſte conceptus ſiue formalitas amandi ſuum amorem, habeat ſibi peculiarem rationem reflexionis, quam explicitè non habent formalitates aliæ diligendi ſuam eſſentiam, vel ſuam potentiam aut aliud attributum.

9. *Illatio.*

Ea formalitas amoris, qua ſe ipſum amor diligit, quaſi ſpecie diſcrepat ab illa, qua eſſentiam, vel aliud attributum.

Inde ſequitur quod præcedentem aſſertionem magis corroborat, quoniam bonitas, æternitas, immenſitas, & cætera attributa, quaſi ſpecificè diſtinguitur ab amore diuino, vnde prouenit vt ea pars amoris qua diligitur ipſe amor, quaſi ſpecificè diſtinguatur à cæteris partibus amoris, prout terminantur ad bonitatem, æternitatem, immenſitatem & cætera attributa. Conſequens igitur eſt, vt illæ quaſi partes amoris, quæ formaliter & explicitè verſantur circa bonitatem, æternitatem, immenſitatem & attributa cætera, magis accedant ad rationem amoris directi; cum tamen è contrario illa quaſi pars amoris, qua Deus amat amorem ſui ipſius, magis accedat ad rationem amoris reflexi.

10. *Vlterius confirmatur.*

Quod præterea confirmatur, ſic enim amor quaſi directus Dei, eſt obiectum amoris quaſi reflexi: & ab illo diſtinguitur ratione ratiocinata, per diſtinctionem, quæ ſufficit, vt reflexio diſtinguatur ab eo ſupra quod reflectitur.

11. *Dictum ſecundum.* *Diſtinctio inter formalitates amoris reflexi, & directi, est inadæquata & inadæquata.*

Dico ſecundò. Veluti partialis & incompleta eſt diſtinctio rationis, per quam amor reflexus, quo Deus amat ſe amare, diſtinguitur ab amore directo, quo Deus diligit ſe ipſum. Ratio eſt, quoniam intra eandem lineam, & rationem quaſi ſpecificam amoris illi duo diſtinguuntur, quaſi partes extenſionis ad obiecta, quæ ſunt realiter idem, & ſola ratione diſtinguuntur.

12. *Opponitur communiter illud: vna ratio formalis non indiget alia.*

Obiicies. Quod eſt ratio formalis conſtituens aliquem effectum formalem, non indiget alia ratione formali, per quam eidem tribuatur talis effectus formalis. Sed diuinus amor eſt ratio formalis, conſtituens Deum formaliter in ratione amati. Ergo diuinus amor, quo Deus amatur, non indiget alio amore reflexo, quo Deus amet ſe amare. Maior apud omnes eſt certa, ne detur proceſſus in infinitum inter cauſas formales.

13. *Exponitur.*

Reſpondetur. Ab excellentiſſima quidditate volitionis, ſicut & intellectionis, prouenit hoc diſcrimen à cæteris rationibus formalibus: nam intellectio & volitio ſupra ſe ipſas poſſunt reflecti, ſe ipſas cognoſcendo, vel amando eodem modo, quo cætera obiecta directè cognoſcunt & amant. Contrà verò lux, quæ conſtituit

Aliud in luce contingit.

corpus illuminatum non poteſt reflecti ſupra ſe ipſam, conſtituendo ſe ipſam illuminatam eodem modo, ſicut illuminatum eſt corpus. Idem intellige de cæteris omnibus formis, prout tribuunt ſuum effectum formalem.

Dico tertiò. Diuinus amor non eſt propriè reflexus, quantum ad alias reflexiones poſteriores vltra primam. Itaque poſtquam Deus ſemel amauit ſuum amorem, reliquæ reflexiones ſuper amores amorum reflexiuorum, non ſunt propriæ, neque ſecundum rectum modum intelligendi. 14.

Dictum tertium. Inter omnes reflexiones ſola prima meretur rationẽ propriæ reflexionis.

Ratio eſt, quia multiplicitas & diſtinctio formalitatum, quæ ſola ratione ratiocinata diſtinguuntur, non poteſt excedere modum concipiendi rectum, & vtilem ad melius penetrandum obiectum. Sed illæ reflexiones reflexionum diuini amoris ſola ratione ratiocinata diſtinguuntur. Ergo multiplicitas & diſtinctio reflexionum iſtarum non poteſt excedere modum concipiendi rectum, & vtilem ad melius penetrandum diuinum amorem. 15.

Multiplicitas formalitatũ, quæ ſola ratione diſtinguuntur, non poteſt excedere rectũ concipiendi modum.

Confirmatur, quia diſtinctio rationis ratiocinatæ differt à diſtinctione rationis ratiocinantis in eo, præciſè, quod obiectum pluribus conceptibus melius penetratur, quã vnico illorum. 16.

In quo diſcrepant inter ſe, diſtinctio rationis ratiocinatæ, & ratiocinantis?

Cæterum ad hunc finem melius penetrandi diuinum amorem, non erit ordinatus & vtilis modus concipiendi, multiplicare conceptus humanos vſque ad mille milliones, & vltra. Ordinatus enim modus concipiendi, & vtilis erit, vno conceptu intelligere diuinum amorem perfectiſſimè complecti quidquid infinitis propoſitionibus affirmari poſſit à nobis de reflexionibus reflexionum: ſicut notauimus ſub initium præſentis ſectionis. Ergo non erit diſtinctio rationis ratiocinatæ inter illas quaſi partes diuinæ dilectionis, quæ finguntur eſſe reflexiones ſupra alias reflexiones. Quòd ſi non diſtinguuntur ratione ratiocinata, non ſunt reflexiones ſupra reflexiones, ſed omnes conflantur, ac redeunt in vnicam reflexionem, qua Deus amat amorem ſui ipſius. 17.

Ordinatus, & vtilis modus cõcipiẽdi diuinũ amorem.

Magis explicatur & confirmatur exemplo, quia propriè loquendo, non ſunt infiniti amores Dei, quibus diligit infinitas partes proportionales, & infinitas lineas, & puncta cuiuslibet exigui corpuſculi. Nam totum illud amatur à Deo per modum vnius obiecti, ſicut verè eſt in ſe ipſo vnum. Quocirca, potiori ratione, reflexiones reflexionum amoris diuini, quæ poſſunt à nobis excogitari, Deus amat non multiplici, ſed vnica formalitate diuini amoris, quæ terminetur ad illa omnia, tanquàm ad vnum totum, cuius partes neque re, neque ratione ratiocinata, diſtinguantur, ſed tantùm ratione ratiocinante, fingentéque diſtinctionem ſine ſufficienti fundamento. 18.

Exemplũ in confirmationem adducitur.

Præterea confirmatur à diſſimili, creata quippe dilectio, quia non eſt idem realiter cum eſſentia dilecta, neque vniuerſaliſſima in diligendo, cõplectens quidquid eſt diligibile vnico ſimpliciſſimo amore: ideo indigeret infinitis reflexionibus, vt diligeret ſuũ amorem, & iterũ diligeret ſui amoris amorẽ, & ſic in infinitũ: forent enim iſtæ reflexiones realiter diſtinctæ, vel ſaltem eſſe potuiſſent realiter diſtinctæ, verſarenturque circa obiectum realiter diſtinctum à ſingulis reflexionibus. Sed tamẽ diuinus amor eſt idẽ realiter cum toto obiecto formali, videlicet, toto Deo, 19.

A diſſimili ducitur confirmatio alia.

comple

complectitúrque ſimpliciſſimo & vnico actu, & ſob vnica ratione formali, quidquid in Deo eſt diligibile. Propterea poſtquam ſemel intellexe-tis, Deum amare ſuum amorem cum infinita perfectione & eminētia; nihil reſtat amplius vtilitatis in multiplicandis conceptibus reflexionū.

10. Obiicies. Iſtæ propoſitiones, abſolutè ſunt veræ: *Deus diligit amorem ſui amoris. Deus amat dilectionem, qua proſequitur amorem ſui amoris.* Et infinitæ aliæ propoſitiones erunt veræ. Ergo Deo conuenit quod per iſtas propoſitiones ſignificatur; ac proinde conueniunt Deo infinitæ reflexiones reflexionum.

11. *Propoſitiones vera, modus tamen ſignificandi falſus.*

Reſpondetur, vltimam conſequentiam negando, quoniam licèt abſolutè concedantur vt veræ prædictæ propoſitiones: illarum tamen, modus ſignificandi plurimum diſtat à veritate & proprietate: quoniam reflexiones prædictas ſignificant, quaſi diſtinctas ratione ratiocinata, eum tamen non diſtinguantur, niſi ſolæ ratione ratiocinante, ſicut eſt nuper probatum. Explicatur exemplo. Nam abſolutè concedimus vt veram propoſitionem: *Deus habet eſſentiam*: nihilominus inde non licet inferre, quod Deo conueniat habere; nam ille modus ſignificandi multum diſtat à veritate & proprietate, propter ſummam identitatem Dei cum eſſentia ſua: vnde prouenit vt eam propriè habere non poſſit. Sic igitur in præſenti modus ſignificandi prædictarum propoſitionum, quantum ad multiplicandas reflexiones, multum diſtat à veritate, & proprietate, quamuis abſolutè propoſitiones concedantur vt veræ.

Rem declarat exemplo.

DISPVTATIO IV.

Vtrum Deus ſe ipſum neceſſariò diligat & adæquatè.

SECTIO I.

Authores & argumenta, quæ probare videntur, eſſe liberum amorem Dei erga ſe ipſum.

1. HEnricus 2. part. ſummæ artic. 45. quæſt. 3. & art. 46. quæſt. 4. inter med. & fin. in fine corporis & art. 47. quæſt. 5. docet, Dei amorem erga ſe ipſum eſſe ſimul neceſſarium & liberum: concedit autem, prorſus impoſſibile fuiſſe Deum non amare ſe ipſum. Verumtamen in art. 54. q. 3. ſolutione ad 6. circa finem ſolutionis voluntatem *abſolutè liberam* à libero arbitrio diſtinguit, quoniam liberum arbitrium neceſſitati repugnat, cui putat non repugnare voluntatem abſolutè liberam.

2. Ad prædictæ libertatis explicationem & probationem multa congerit Henricus; quibus Scotus opponit obiectiones, quaſi diuerſam à ſua refutans opinionem Henrici: cum tamen inter vtriúſque ſententiam vix vllum diſcrimen inueniri poſſit, quantum ad ſubſtantiam præſentis quæſtionis. Scoti obiectionibus adhibet ſolutiones Carthuſianus lib. 1. ſent. diſtinct. 10. quæſt. vnica, col. 12. quaſi probabilem defendens opinionem Henrici.

3. Scotus autem 1. diſt. 10. q. 1. §. *Aliter dico.* & §. *ad ſecundum.* & quodlib. 16. art. 2. & 3. fatetur quidem ex parte principij neceſſarium eſſe amorem Dei erga ſe ipſum, & neceſſariam eſſe proceſſionem ſancti Spiritus, ita vt prorſus impoſſibile fuerit non amare, vel non producere Spiritum ſanctum. Nihilominus admittit eundem amorem non eſſe naturalem, ſed liberum.

Amor Dei erga ſe ipsū neceſſarius eſt ex parte principij in Scoti ſententia, nihilominus, naturalem eſſe non admittit ſed liberum.

Cuius ſententiam magis explicāt eius aſſeclæ, vt Ioan. Baſſolis 1. ſent. diſt. 10. quæſt. vnic. art. 3. Franciſ. Mayronis eadē diſt. 10. q. 1. ad arg. & in prima difficultate in fine & difficult. 2. Rubione eadem diſp. 10. q. 2. His valde fauet Alexander 1. p. q. 43. mem. 3. art. 2. corp. & ad argu. quoniam *libertatem* vocat eam liberalitatem amoris gratuiti ſimul, atque neceſſarij, per quem procedit Spiritus ſanctus imitatus phraſim Ricardi Victorini lib. 5. de Trinit. cap. 13. 14. & 15.

4. *Spiritū ſanctum liberè ſimul, & neceſſariò procedere, qui ſenſerint.*

Colligi poteſt eadem ſententia ex nonnullis auctoribus affirmātibus Spiritum ſanctum procedere liberè ſimul & neceſſariò. Quem loquendi modum vſurpauit S. Thomas de potentia q. 10. art. 2. ad 5. & magis explicat Capreolus lib. 1. diſt. 10. q. 1. art. 1. concl. 3. licèt eum correxerit S. Thomas 1. part. q. 41. art. 2. corp. & in præſenti q. 19. art. 3.

Similiter S. Bonauent. lib. 1. ſent. diſt. 6. art. 1. q. 1. docet, neceſſitatem proceſſionis non repugnare libertati voluntatis, ſed ſolùm vertibilitati. Eodémque modo loquitur Argentina in eadem diſt. 6. q. 2. art. 4. ad 1. inſtantiam.

5. *Alij etiam fauent.*

Fauent poſtremò doctores alij, qui circa libertatem Chriſti Domini aut beatorum, ſiue damnatorum, vel circa libertatem confirmatorum in gratia, vel circa naturalem omnibus beatitudinis appetitum, aut circa res alias libertatem ſimul cum neceſſitate retinere conantur. De quibus diximus præcedenti tomo de Scientia diſp. 45. & 47. Poſtea verò tota diſp. 49. & 50. probata fuit omnium Scholaſticorum vera de libertate ſententia, quæ neceſſitatem antecedentem omnino contrariam eſſe putat libertati.

6. *Neceſſitatem ab alio ſuperiore emanare. Athanaſius.*

Primum argumentum eſſe poteſt, quoniam ſi Dei amor erga ſe ipſum eſſet neceſſarius, opus eſſet ab alio ſuperiori agente neceſſitatem imponi. Sic enim Athanaſius orat. 4. contra Arianos quinque columnis ante fin. ratiocinatur, probans, Filium non ex neceſſitate generari, quemadmodum Pater non eſt ex neceſſitate bonus; *Sequitur enim*, ait, *vt ex neceſſitate. inuitúſque, bonus ſit. At quis eſt qui illi hanc neceſſitatem impoſuerit?* Eodem fere modo procedit Cyrillus dialogorum de Trinit. lib. 2. multo propius ad finem quam ad med. & lib. 1. Theſau. cap. 8. col. 2. & Auguſtinus lib. 15. de Trinitate c. 20. & lib. 65. quæſt. ad Oroſium q. 7.

7. *Arianorum obiectio circa neceſſariam Verbi generationem.*

Confirmatur primò, quoniam Patres ſupponere videntur liberè produci quidquid à voluntate procedit: Quamobrem Arianis contendentibus, Filium voluntate Patris fuiſſe genitum, reſiſtunt conſtanter affirmantes, quidquid voluntate gignitur, potuiſſe non exiſtere. Ita procedit Athanaſius, Cyrillus & Auguſtinus locis nuper citatis, & Epiphanius in Ancorato verſùs med. Synodus Syrmica can. 25. & 26. & in eorum expoſitione Hilarius lib. de Synodis poſt med. Conc. Tolet. vndecimum in profeſſione fidei col. 1.

8. *Impropria eſt neceſſitas, vbi nulla coactio ex mente Anſelmi.*

Confirmatur ſecundò, nā Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo.* cap. 10. poſt med. ait: Impropriè dicitur neceſſitas, vbi neque coactio eſt, neque prohibitio. Quapropter quoniam Deus à ſe habet, quidquid habet, ille maximè laudandus eſt de bonis, quæ habet & ſeruat, non vlla neceſſitate, ſed propria & æterna immutabilitate.

9. *Ratio ex Auguſtino.*

Secundum argumentum accipitur ex Auguſtino

guſtinô variis in locis aſſerente, voluntatem eſſe liberam, licèt non poſſit velle miſeriam; & voluntatem beatorum eſſe liberam, licèt non poſſit velle peccatum.

Ita docet Auguſtinus in Enchirid. cap. 105. & in poſtremo capite librorum omnium de Ciuitate, videlicet, lib. 22. cap. 30. prope med. & lib. de natura & gratia cap. 46.

Anſelmus Dialogo de libero arbitrio cap. 1. & 2. Quorum ſententiam recipiunt Magiſter & communiter Scholaſtici lib. 2. ſentent. diſt. 7. & diſt. 24. & 25. vbi S. Bonauent. diſt. 25. dub. litera li. 3. & art. 1. q. 1. & Durand. q. 3. Horum verba referemus diſp. 8. ſect. 2. & 3. videntur igitur prædicti Patres admittere libertatem manere ſimul cum neceſſitate vnius partis, & impoſſibilitate oppoſiti.

10. *Alia ex eodem.*

Tertium argumentum. Quoniam Auguſtinus lib. 2. de Geneſi ad liter. cap. 15. fine de Adamo in ætate virili creato, ſic loquitur: *Quia ibi erat etiam ſic fieri poſſe, quamuis non ibi erat ita fieri neceſſe eſſe: hoc enim non erat in conditione creaturæ, ſed in placito creatoris, cuius voluntas rerum neceſſitas eſt.* Ex quibus poſtremis verbis inferri videtur, etiam liberos actus eſſe ſubiectos neceſſitati, quam imponit diuina voluntas: proptereàque neceſſitatem in eodem actu manere poſſe cum libertate.

Videtur inferri, neceſſitatem in eodē actu manere poſſe cū libertate.

11. *Ex eodē Auguſtino.*

Quartum argumentum ſit, quoniam Auguſtinus lib. 6. de Geneſ. ad lit. cap. 17. in principio futurorum neceſſitatem docet his verbis: *Hoc neceſſario futurum eſt, quod ille vult; & ea verè futura ſunt quæ ille præſcivit. Nam multa ſecundum inferiores cauſas futura ſunt, ſicut ibi ſunt: ſed ſi ita ſunt, & in præſcientia Dei verè futura ſunt ſi autem ibi aliter ſunt, ita potius futura ſunt, ſicut ibi ſunt, vbi qui præſcit falli non poteſt,* & paulò inferiùs: *Cuius præſcientia falli non poterat, & ideo quod præſciebat, neceſſario futurum erat.* & poſt pauca: *Ibi enim erat non ſolum, vt ita fieri poſſet, verum etiam vt ita eum fieri neceſſe eſſet.*

12. *Ex eodē tandem.*

Quintum accipi poſſet ex eodem Auguſtino lib. de correptione & gratia cap. 12. verſus med. & cap. 14. videtur enim admittere neceſſitatem prouenientem à prædeſtinatione, & gratia ſimul cum libertate concurrere.

13. *Ex Ariſtote.*

Sextum, quoniam Ariſtoteles lib. 2. perihermenias cap. 3. inter med. & fin. & lib. 2. phyſicorum cap. 5. text. 48. & ſequentibus, & lib. 9. metaphyſic. cap. 5. text. 10. diſtinguit potentiam in rationalem & irrationalem: definitque, irrationalem eſſe potentiam, quam neceſſe eſt agere, aut pati, ſi actiuum applicetur paſſiuo: ſed rationalem potentiam agere aut pati non eſt neceſſe, quia rationalis potentia plurium & contrariorum eſt, cum non ſit ad vnum determinata. Voluntas autem diuina non eſt potentia irrationalis ſed rationalis: ergo non eſt determinata ad vnum, ſed indifferens, vt operetur vel non operetur diligendo ſuam bonitatem.

Potentia rationalis, & irrationalis diſcrimen.

14. *Ex eo quod eidem potentiæ repugnat modus operandi liberè, & naturaliter.*

Septimum argumentum. Eidem potentiæ conuenire nequeunt modus operandi naturaliter & liberè; ſunt enim operandi modi maximè diſtantes & oppoſiti. Sed diuinæ voluntati conuenit modus amandi, & operandi liberè, prout verſatur circa creaturas: ergo non poteſt eidem voluntati conuenire modus amandi ſe ipſum naturaliter & neceſſariò.

15. *Ex eo quod operari liberè perfectius quid ſit.*

Octauum. Maior operationis perfectio libertas eſt, quam neceſſitas. Ergo conuenire debet libertas amori diuino, prout verſatur circa primarium & formale obiectum, videlicet, circa diuinam bonitatem. Antecedens probatur, quia liberè operari proprium eſt ſubſtantiarum ſpiritualium; ſed neceſſariò operari commune eſt omnibus agentibus corporeis.

Confirmatur primò.

Confirmatur primò, quia dominium ad continendam operationem eſt maxima perfectio: ergo non eſt neganda perfectiſſimo amori, prout verſatur circa primarium & perfectiſſimum obiectum.

Confirmatur ſecundò.

Confirmatur ſecundò, quia pertinet ad perfectionem diuinæ voluntatis operari liberè circa creaturas, quæ ſunt imperfectiora obiecta: ergo potiori iure pertinebit ad eius perfectionem liberè operari circa perfectiſſimum obiectum, videlicet amando liberè ſuam bonitatem.

16. *Ex eo quod Deo neceſſariò conuenire debeat omnis perfectio.*

Nonum. Ex eo quod aliqua formalitas ſit perfectio, ſequitur, Deo neceſſariò conuenire; ſiquidem illi nulla perfectio deeſſe poteſt. Sed libertas eſt perfectio: ergo ex libertate ſequitur, operationem liberam Deo neceſſariò conuenire: quapropter eadem operatio neceſſaria ſimul & libera permanebit.

SECTIO II.

Quodammodo liber, abſolutè tamen eſt neceſſarius amor Dei erga ſe ipſum.

QVot modis vnum oppoſitorum dicitur, totidem dicitur alterum ferè ſemper atque ceſſante peculiari æquiuocatione vnius; vt ex Ariſtotele conſtat lib. 5. Ethicor. c. 1. inter princ. & med. & lib. 10. Metaphyſ. tex. 11. Cum igitur opponantur neceſſarium & liberum; operæ pretium erit modos & gradus neceſſitatis exponere; conſtabit inde quot ſint gradus & modi libertatis, quatenus aut omnes, aut aliquos tantum neceſſitatis modos excludit, aliis retentis. 1.

Primus igitur neceſſitatis modus eſt violentia, proueniens ab extrinſeco principio, mouente contra naturalem inclinationem. Secundus eſt coactio, proueniens ab efficiente extrinſeco, mouente contra voluntatem liberam: de qua, vel de participatione quadam illius Apoſtolus 2. Corint. 9. ait: *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* & ad Philemonem: *Ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.* 2.

Primus neceſſitatis modus. Secundus. *2. Corint. 9.*

Tertius neceſſitatis modus eſt naturalis corruptio, proueniens partim ab efficiente extrinſeco, partim verò à materia: vt morbus, mors, fames, ſitis, frigus, & æſtus. De qua neceſſitate 1. Ioan. 3. *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, &c.* & Pſal. 24. *De neceſſitatibus meis erue me.* & Pſalm. 106. *De neceſſitatibus eorum eripuit eos.* 3.

1 Ioan. 3. *Pſalm. 24.* *Pſalm 106.*

Quartus modus neceſſitatis prouenit ex imperfectione formæ; quemadmodum in hominibus neceſſitas ignorandi, neceſſitáſque peccandi, deficiente gratia, prouenit ex imperfectione rationalis animi: de quibus potiſſimum Pſalm. 30. *Saluaſti de neceſſitatibus animam meam.* 4.

Pſal. 30.

Quintus modus eſt neceſſitatis mediorum ad finem, ſiue neceſſitatis obtinendi finem per media: quæ neceſſitas appellari poteſt indigentiæ, vel vtilitatis. De hac Luc. 10. fin. *Porro vnum eſt neceſſarium.* Sextus modus neceſſitatis immediatè repugnat ſpontaneo, voluntarióque principio mouenti 5. 6.

Luc 10.

mouenti ſe ipſum. Quomodo quidquid non eſt volitio, nec ab illa procedens, eſt neceſſarium.

7. *Magis Philoſophica, ac Theologica neceſſitas.*

Septimus & magis Philoſophicus, ac Theologicus modus neceſſitatis eſt, qui directè pugnat cum poſſibilitate oppoſiti, iuxta quem illud dicitur eſſe ſimpliciter neceſſarium, quod non poteſt non eſſe, nec poteſt aliter ſe habere, ſed immutabiliter exiſtit, vt conſtat ex Ariſtotele lib. 2. Perihermen. cap. 3. & ſequentibus, & lib. 9. metaph. cap. 4. Anſelmus lib. 2. cur Deus homo cap. 17. inter med. & fin. *Nec dicimus*, inquit, *Deum neceſſitate facere aliquid, eo quod in illo ſit vlla neceſſitas: ſed quoniam eſt in alio, ſicut dixi, impotentia, quando dicitur non poſſe. Omnis quippe neceſſitas eſt aut coactio, aut prohibitio: quæ duæ neceſſitates conuertuntur inuicem contrariè, ſicut neceſſe, & impoſſibile. Quicquid namque cogitur eſſe, prohibetur non eſſe: & quod cogitur non eſſe, prohibetur eſſe. Quemadmodum quod neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt non eſſe, & quod neceſſe eſt non eſſe, impoſſibile eſt eſſe: & conuerſim.* Hactenus Anſelmus excluſit à Deo quamlibet neceſſitatem coactionis, aut prohibitionis: è veſtigio tamen explicat genus neceſſitatis, quod Deo conuenire poteſt, dicens: *Cum dicimus aliquid neceſſe eſſe, aut non eſſe in Deo, non intelligitur, quòd ſit in illo neceſſitas, aut cogens, aut prohibens: ſed ſignificatur quod in omnibus alijs rebus eſt neceſſitas prohibens eas facere, & cogens non facere contra hoc, quod de Deo dicitur. Nam cum dicimus, quod neceſſe eſt, Deum ſemper verum dicere, & neceſſe eum nunquam mentiri, non dicitur aliud, niſi quia tanta eſt in illo conſtantia ſeruandi veritatem: vt neceſſe ſit nullam rem facere poſſe, vt verum non dicat aut vt mentiatur.*

Sic habet.

8. 1. *Concluſio.*

His poſitis, prima concluſio ſit. Dei erga ſe ipſum amor eſt liber ſecundùm quid, prout excludit ſex priores modos neceſſitatis nuper enumeratos: proptereàque totidem modis eſt liber.

Quo pacto Dei amor, erga ſe, liber appellatur.

Primò namque prædictus amor eſt liber à violentia. Secundò, eſt liber à coactione. Tertiò, liber eſt à neceſſitate corruptionis. Quartò, liber eſt à neceſſitate, quæ ſequitur imperfectionem formæ. Quintò, liber eſt à neceſſitate mediorum ad finem, quia nec eſt medium, nec eſt finis indigens mediis vt obtineatur.

9. *Neque diuina ſcientia ſpontanea eſt, neque Verbi proceſſio.*

Sextò, liber eſt à neceſſitate, quæ repugnat ſpontaneo, voluntarióque principio mouenti ſe ipſum. Quo modo non eſt voluntaria & ſpontanea diuina ſcientia, neque proceſſio Verbi: quoniam diuinus intellectus ab infinita ſua veritate determinatur, vt ſe ipſum intelligat comprehenſiuè prorſus independenter à volitione, qua velit ſe ipſum intelligere; prout oſtendimus diſp. 92. de Trinit. Amor autem Dei erga ſe ipſum eſt voluntarius, ſpontaneus, affectatus, & quaſi eligibiliter volitus, libenter, & delectabiliter procedens à principio ſe ipſum mouente in bonum, præſuppoſita illius cognitione perfectiſſima: non ſicut agentia naturalia mouentur à ſuperiori agente cognoſcente finem, proportionémque mediorum ad finem: quam ob cauſam agentia naturalia dicuntur agi potius, quam agere: Deus autem ſe ipſum agit & quaſi mouet ad ſui amorem.

Eſt autem ſpontaneus amor Dei erga ſe.

10. *Eſt tamẽ ſimpliciter neceſſarius.*

Secunda Concluſio. Amor Dei erga ſe ipſum eſt ſimpliciter neceſſarius, ita vt fuerit prorſus impoſſibile non exiſtere talem amorem. Ita Albertus 1. part. quæſt. 79. memb. 1. ad 1. non immeritò pro ſe referens Damaſcenum 2. de fide cap. 22. cuius verba ſuum locum habebunt infrà. S. Thomas in præſenti quæſt. 19. art. 3. corp. & infrà q. 41. art. 2. ad 3. vbi Caietanus & reliqui expoſitores.

Ferrarienſis contra gent. cap. 80. & 81. (quamuis enim Caietan. & Ferrar. notauerint ratione S. Thomæ ſolùm probari neceſſitatem quoad ſpecificationem, vt videbimus ante concluſionem 3. ſimul tamen admonent ſupponi probatam neceſſitatem quoad exercitium.

Eandem concluſionem docent Henricus, Scotus, Carthuſianus, & Alexander citati ſect. præcedenti initio. Heruæus quodl. 1. q. 1. Gregorius 1. diſtinct. 10. quæſt. 1. artic. 2. vbi Capreolus artic. 1. concluſ. 2. & 3. & diſtinct. 6. quæſt. 1. art. 1. conc. 5. Ricardus 1. diſtinct. 10. artic. 1. quæſt. 1. vbi Argentina quæſt. 1. artic. 2. Gabriel diſtinct. 10. quæſtion. 2. art. 1. Bellarm. tom. 3. lib. 3. de grat. & libero arbitr. cap. 17. ſub init. & recentiores communiter.

Probatur primò, quoniam Spiritus ſanctus eſt verus Deus; ergo eſt ens ſimpliciter neceſſarium, quod non potuerit non eſſe. Rurſus Spiritus ſanctus per amorem procedit, ita vt ſi Deus ſe ipſum non amaret, non procederet Spiritus ſanctus. Ergo neceſſarium eſt ſe ipſum amare. 11.

Confirmatur, quia ſi poſſibile fuiſſet Deum non amare ſe ipſum: poſſibile fuiſſet non ſpirari Spiritum ſanctum, & conſequenter Spiritum ſanctum non eſſe Deum, atque Deum non eſſe Trinum, imò neque Patrem & Filium eſſe plenè conſtitutos in ratione vnius principij ſpiratiui: vnde perſonalitates eorum imperfectæ remanerent & carentes virtute productiua, & communicatiua.

Cõfirmatur.

Si poſſibile foret Deum ſe nõ amare, eſſet poſſibile Spiritũ ſanctũ non ſpirari.

12. *Propriũ ſummi boni voluntatem rapere, dum clarè conſpicitur.*

Probatur ſecundò, quia ſummum bonum clarè viſum rapit neceſſariò voluntatem, ita vt non poſſit non amare illud. Quod ſi homines & Angeli videntes Deum, quamuis non comprehendant, ſed infinito interuallo ſemper à comprehenſione diſtent: nihilominus ex eo ſolùm, quod Deum intuitiuè cognoſcant, neceſſariò & inſeparabiliter capiuntur ſummi boni pulchritudine. Ergo fortiori neceſſitate capietur ipſe Deus, tum propter euidentiorem, ac pleniorem cognitionem; tum etiam propter adæquatã bono propenſionem, ſiue appetitum inſitum ac naturalem, infinita vehementia ad hoc erumpentem.

Multò magis dum cõprehenditur.

Confirmatur recepto communiter axiomate: *Amabile bonum, vnicuique autem proprium.* Quod ſumitur ex Ariſtotele lib. 9. Ethicor. cap. 8. Sed diuinum bonum ipſi Deo magis proprium eſt, quam cuilibet Angelo, vel homini. Ergo Deo erit magis amabile, ac proinde magis neceſſariò rapiens ad amorem.

Cõfirmatur.

Commune Axioma.

13. *Nulla ratio boni Deum poteſt cohibere ab amore ſuæ bonitatis*

Probatur tertiò, quia Deus non potuit ſe liberè continere ab amore ſuæ bonitatis: ad hanc enim omiſſionem amoris nulla ratio boni mouere poterat: nam quidquid boni poteſt amari à Deo, id totum Deus, amando ſe ipſum, melius amat; quoniam in ſe formaliter aut eminenter reperit omne bonũ, quod eſt abſolutè bonum; & per ſui amorẽ conſequi poterit, quidquid efficaciter voluerit, multo melius, quã ſine ſui amore.

Quidquid boni Deus poteſt amare, melius amat, ſe ipſũ amando.

14. *Aliud non minus tritũ axioma.*

Confirmatur, quia nemo intendens ad malũ operatur, ſed intendens ad aliquod bonum verũ, vel apparens (vt cum Dionyſio de diuin. nomi. c. 4. poſt med. docent cõmuniter Theologi atque Philoſophi) nullũ autem verum bonũ opponitur

Deo nullum verum bonũ opponitur.

Deo propterea que nullum verum bonum poterat Deum à ſuî amore cohibere. Aliunde tamen nullum apparens bonum poterat diuinum intellectum faſcinare, ne voluntati proponeret illud quaſi fugiendum totis viribus: nec voluntas Dei erat ita infirma & imperfecta, vt à rationis dictamine recederet.

15.
In quo Dei beatitudo cōſiſtat.

Probatur quartò, quia ſimpliciter neceſſarium eſt Deum eſſe beatum: eius autem beatitudo primariò conſiſtit in operatione intellectionis, qua Deus ſeipſum intuetur & comprehendit; completur autem amore ac fruitione ſeu gaudio voluntatis: aut ſecundùm omnem ſententiam in altera, vel in vtraque operatione intellectionis, & amoris beatitudo conſiſtit: vt præſens fundamentum ſit poſitum extra controuerſiam.) Ergo contradictionem implicat, Deum ceſſare à cognitione, & amore ſui; quia ſi ceſſauerit ab vtraque operatione; totaliter amittet beatitudinem: ſi verò ceſſauerit ab vna tantum operatione; beatitudinis partem amittet. Conſequens igitur eſt vt Deus neceſſariò ſe ipſum diligat, ita vt ſit prorſus impoſſibile non diligere.

16.
Quod ſimpliciter naturale, ſimpliciter neceſſarium.

Probatur quintò, quia quidquid eſt ſimpliciter naturale, ſimpliciter neceſſarium eſt; ſed amor Dei erga ſe ipſum, eſt ſimpliciter naturalis: ergo ſimpliciter eſt neceſſarius. Minor probatur, quoniam omnia attributa, & perfectiones ſimpliciter ſimplices, ſunt Deo naturales, quod enim alicui rei per ſe conuenit ratione ſuæ quidditatis, appellatur naturale ſecundum quod natura ſumitur pro ſubſtantia, ſeu quidditate cuiuſlibet entis (vt ex Athanaſio, Nazianzeno, Damaſceno, & aliis oſtendimus in tom. de Trinitat. diſputat. 20. ſect. 5.) Amor autem Dei erga ſe ipſum eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, & vnum ex attributis; eſt enim potiſſima pars bonitatis.

17.
1 Cōfirmatio Si amor Dei erga ſe ſimpliciter naturalis non foret, nec Spiritus ſancti proceſſio eſſet naturalis. Cyrillus.

Confirmatur primò, quia niſi Dei amor erga ſe ipſum foret ſimpliciter naturalis, & inſeparabilis à quidditate Dei: Spiritus ſancti proceſſio non eſſet naturalis, nec inſeparabilis à Deo. Conſequens autem eſſe falſum, conſtat Patrum teſtimoniis & euidenti ratione Theologica. Cyrillus enim Alex. lib. 13. Theſauri cap. 1. ſub init. *Spiritus*, inquit, *Sanctus in ipſo Deo eſſentialiter eſt, & inſeparabiliter ex eo procedit.* & cap. 2. dicit Spiritum ſanctum *ex ipſo Filio & in ipſo naturaliter exiſtentem*: quod paulò inferiùs repetit, & in ſequenti cap. 3. necnon Dialogor. de Trinitat. lib. 2. colum. 5.

2. Confirmatio. Damaſcen.

Confirmatur ſecundò, Damaſcenus enim lib. 2. de fide cap. 22. versùs finem: *Trium*, inquit, *hypoſtaſeon. quia vna natura, vna quoque eſt naturalis voluntas.* Cui conſonant S. Thomas 1. 2. quæſt. 10. artic. 1. & 2. communitérque Theologi, diuidentes voluntatem (id eſt volitionis actum) in naturalem & liberum.

18.
3 Confirmatio. Amor vltimi finis, beatitudinis in communi ſcientiæ, & veritatis à Philoſopho, & Theologo ponitur naturalis.

Confirmatur tertiò. Etenim omnium Philoſophorum, & Theologorum ſententia naturalis eſt amor vltimi finis, & boni ſeu beatitudinis in communi, & amor veritatis ac ſcientiæ. Inſuper amorem vitæ *naturalem voluntatem hominis* appellant Baſil. & Cyrillus, quos refert & ſequitur Nicætas lib. 3. Theſaur. cap. 19. Vnde ſic arguitur. Prædicti amores, quamuis ſint liberi, quoad exercitium; quia tamen ſunt quoad ſpecificationem, neceſſarij, & naturæ conſentiunt, meritò dicuntur naturales. Multò igitur propriùs appellabitur naturalis amor Dei erga ſe ipſum, vtpote ſummopere conſentaneus, & cuius actualitas, neque per ſomnum, neque per diſtractionem, aut inconſiderationem, aut melioris boni occupationem poterit impediri.

19.
Vltima ratio. Vnde neceſſarium abſolutè aliquid appelletur.

Sit poſtrema ratio, quam tradit S. Thomas in præſenti q. 19. art. 3. in corpore, & q. 41. art. 2. ad 5. quia neceſſarium abſolutè, iudicatur aliquid ex habitudine terminorum; veluti, quando prædicatum eſt in definitione ſubiecti, ſicut neceſſarium eſt, hominem eſſe animal. Huiuſmodi autem neceſſariam habitudinem habet voluntas diuina ad bonitatem ſuam, quæ eſt proprium eius obiectum. Quod probat D. Thomas, quoniam omnis potentia habet neceſſariam habitudinem ad ſuum obiectum, eum de illius ratione ſit, vt in illud tendat, ſicut viſus in colorem, & creata voluntas in bonum vniuerſaliter, ſecundùm communem rationem boni.

In potentia neceſſaria habitudo clauditur ad ſuum obiectum.

20.
Nō nudè accipienda ratio præcedens vt intentum conuincat.
S. Thomas.

Hæc ratio, ſi ita nuda & præciſa ſpectetur, non probat neceſſitatem quoad exercitium, ſed ſolummodo neceſſitatem, quoad ſpecificationem, vt rectè obſeruant Caietanus hic, Ferrar. 1. cont. Gent. cap. 80. & alij expoſitores. Cæterum D. Thomas præſupponit, iam fuiſſe probatum in art. 1. ſimpliciter neceſſarium eſſe exercitium diuinæ volitionis, quoniam diuina volitio eſt ipſe Deus (vt vidimus diſp. 1. ſect. 3.) Vnde optimè ſequitur amorem ſui, eſſe neceſſarium, tam quoad exercitium, quàm quoad ſpecificationem. Quoniam ſicut creata voluntas, ex ſuppoſitione quod aliquid velit, neceſſariò vult rationem aliquam boni, quaſi obiectum formale: ita ſuppoſito, quod Deus neceſſariò habet volitionem; ea volitio verſatur neceſſariò circa ipſum Deum, vt circa obiectum formale.

21.
S. Thom.

Confirmatur primò, quoniam Deus eſt purus actus. Ergo ſemper in actu. Vnde S. Thom. lib. 1. contra Gen. cap. 80. parum à princ. proſequitur hanc eandem rationem de habitudine potentiæ ad proprium obiectum, adiungens: *Impoſſibile eſt autem Deum non velle aliquid actu; eſſet enim volens in potentia tantum, quod eſt impoſſibile, cum ſuum velle ſit ſuum eſſe: neceſſe eſt igitur quod velit ſuum eſſe & ſuam bonitatem.*

Confirmatur ſecundò, quoniam perfectiſſimi boni perfectiſſimus amor non potuit deeſſe perfectiſſimæ voluntati: alioqui voluntas poſſet carere ſumma perfectione.

22.
Non à cauſa efficiente huius amoris neceſſitas oritur, ſed à propria quidditate.
1. Ioan. 4.

Ex prædicta ratione D. Thomæ, conſtat, neceſſitatem huius amoris, non eſſe neceſſitatem à cauſa efficiente, ſicut viſus, applicato lumine, videt neceſſariò; ſed eſſe neceſſitatem eſſentialem, ſicut homo neceſſariò eſt animal rationale, iuxta illud 1. Ioan. 4. *Deus charitas eſt.*

23.
Strictè ſeruata norma loquendi, liber non ponitur eſt diuinus amor. Hac tempeſtate diligētius cauēdū, ne fauaatur Caluino.

Tertia Concluſio corollarium eſt præcedentis: Abſolutè & propriè loquendo, non eſt liber amor Dei erga ſe ipſum. Contrarius modus loquendi non ſolùm eſt improprius, ſed etiam hac tempeſtate diligentius, quàm antea cauendus, ne fauere videamur errori Caluini & aliorum, negantium aliam vllam libertatem, præter eam, quæ coactioni repugnat adæquatè, cōſiſtitque in ſpontaneo & voluntario, licèt euitari non poſſit (vt oſtendimus tom. præcedenti de Scientia Dei diſp. 45. ſect. 2. & 3.) Nec mirandum eſt Henricum, Scotum, & alios in ſectione 1. citatos appellaſſe liberum, quòd fatentur eſſe neceſſarium: nam illius temporis Scholaſtici nonnulli eodem ſenſu accipiebant nomen libertatis: &

inter

Digitized by Google

inter eos S. Thomas de potent. q. 10. art. 2. ad 5. & in 3. diſt. 18. q. 1. art. 2. ad 5. in 2. ſolutione. Verumtamen ſicut S. Thomas plorimis aliis in locis correxit loquendi modum, ſic etiam correxerunt Henricus & Scotus libertatis quidditatem ex profeſſo diſcutientes, prout fuſius oſtendimus in tom. præcedenti de Scientia Dei diſp. 49. ſect. 7. & 8.

24. *Libertatis quidditas.* Ratio concluſionis eſt quidditas libertatis; eſt enim poteſtas indifferens ad vtramque partem contradictionis, ita vt voluntas non ſit libera, niſi poſſit velle, & poſſit non velle, poſitis omnibus, quæ antecedenter requiruntur ad volendum. *Antecedens neceſſitas directè libertati repugnat.* Quapropter antecedens neceſſitas directè libertati repugnat. Eſt autem antecedens neceſſitas, quæcunque non poteſt per liberam voluntatem auferri. Quod fundamentum plurimis teſtimoniis Scripturæ, Conciliorum, & omnium fere antiquorum Patrum, & Scholaſticorum, imo etiam Philoſophorum, validiſq; rationibus probatum eſt tomo præced. de Scientia diſp. 33. & plurimis ſequentibus fere vſque ad diſp. 80. & magis conſtabit infra à diſputatione 27. & ſequentibus.

25. *Confirmatio prima.* Confirmatur primò, quia quod non eſt indifferens ad vtrumlibet, non eſt liberum: ſed Deus, vt ſe ipſum diligat, non eſt indifferens ad vtrumlibet; eſt enim determinatus ad ſui amorem per comprehenſiuam viſionem infiniti boni, & per inſitam, & quidditatiuam propenſionem ad illud. *Confirmatio 2.* Confirmatur ſecundò peculiariter aduerſus Scotum, quia, ſi delectatio, ſeu gaudium, & ſpōtaneus motus ab omni coactione ſolutus, ſatis eſſet, vt aliquis amor cenſeretur abſolutè liber: *Abſurdum contra Scotū infertur.* ſequeretur motus primò primos concupiſcētię, vel cuiuslibet tentationis, eſſe imputabiles ad culpam, quæ foret quandoque mortalis. Imo etiam ſequeretur, plurimos amores brutorū eſſe ſimpliciter liberos, nam ad illos brutorum appetitus mouetur à forma apprehenſa: in quo videtur Scotus conſtituere rationem libertatis; vbi dicit, Dei amorem erga ſe ipſum eſſe liberum.

26. *Quantum à finito, infinitum diſtat, tantū neceſſitas amoris diuini à neceſſitate amoris creati Neque Dei potentia fieri poteſt, vt amorem Deus omittat erga ſe.* Ex toto diſcurſu præſentis ſectionis infertur, Dei amorem erga ſe ipſum longius, in infinitum, à libertate diſtare, quam vllus amor creatus cuiuſcunque obiecti: quoniam Dei amor eſt magis neceſſarius, tanta nimirum neceſſitate, quanta neceſſarium eſt Deum exiſtere: conſequenter autem impoſſibilitas omittendi ſui amorē eſt tanta, quæ non poſſit, neque per Dei omnipotentiam ſuperari: cùm tamen quilibet amor creaturarum, quantumcunque ſit neceſſarius & non liber, poſſit per diuinam potentiam impediri, ſiue manente, ſiue non manente potentia volitiuâ.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta poſita in ſectione prima.

1. *Animaduertendum.* NOn eſt prætereundum, Scholaſticos in prima ſectione citatos, quantum ad rem deciſionis poſitæ in ſectione præcedenti, nihil ab ea diſſidere. Fatentur enim, Deum non potuiſſe nō amare ſe ipſum. Diſſentiunt igitur ſolummodo quantum ad acceptionem libertatis plus nimio illam ampliantes, vt conſtat ex ſect. præcedenti concluſione 3.

2. *Modum loquendi Patrum.* Ad primum argum. & eius confirmationes, Reſp. Omnes illi Patres vtuntur *neceſſitatis* nomine nimium reſtricto ad ſolam coactionem, aut violentiam, ad quam torquebatur ab hæreticis in ſuis paralogiſmis, quibus, vt magis expeditè ſatisfacerent, & fallaciam aperirent, oportuit eâdem neceſſitatis acceptione reſpondere.

Ad ſecundum reſpond. Duo capita ſunt in hoc argumento; Alterum eſt amor beatitudinis, ſeu complacentia boni in communi, quæ viatoribus etiam ita neceſſaria eſt, vt ab illa ceſſare non poſſimus, quamdiu vigilamus. Verumtamen hic amor, ſiue complacentia, qui neceſſarius eſt, non eſt ſingularis actus in indiuiduo, ſed eſt ratio communis volitionis conueniens omnibus volitionibus, quantumcunque differentibus ſpecie (vt alibi fuſiùs probauimus.) Quapropter quælibet volitio, ſi libera eſt ſecūdùm rationem ſpecificam & indiuidualem, non eſt neceſſaria, quoad eandem rationem ſpecificam & indiuidualem, ſed tantum quoad rationem genericam volitionis in communi. 3. *Amor beatitudinis, ſeu complacentia boni in communi neceſſaria non eſt actus ſingularis, ſed ratio cōmunis volitionis.*

Alterum caput pertinet ad libertatem beatorum. In quibus aliud eſt eſſe liberos ad malum & bonum; aliud eſt, etiam reſecata imperfecta poteſtate & libertate ad malum, adhuc manere perfectè liberos ad hoc & illud bonum eligendum, aut non eligendum, quando bona ſunt eiuſmodi, vt non cohæreant neceſſariò cū ſummo bono. Intendūt ergo Auguſtinus, Anſelmus, cæterique doctores, etiam ſublata libertate ad malum, perfectiorem manere libertatem circa bona hæc, aut illa eligenda, vel non eligenda in particulari, non obſtante neceſſitate retinendi ſummum bonum. Aliorum expoſitio de ſola libertate à coactione non eſt ad mentem Auguſtini & Anſelmi. 4. *Aliud eſt beatos eſſe liberos ad malum & bonum, aliud eſſe liberos ad hoc, & illud bonum eligendum. Non obſtante neceſſitate retinēdi ſummum bonum, perfectior manet libertas circa hæc, aut illa bona, etiā ſublata libertate ad peccandum.*

Ad tertium reſpond. negando conſequentiam, Auguſtinus enim eo capite non agit de operationibus libertatis creatæ, ſed ſolummodo de rebus, quas ſolus Deus independenter à creata libertate condiderat. 5. *De quo Auguſtinus agat?*

Ad quartum eadem eſt ſolutio, quæ præcedentis argumenti, nam Auguſtinus lib. 6. de Geneſ. ad literam cap. 17. non agit de futuris per liberam electionem hominum aut Angelorum, ſed de futuris virtute ſolius Dei, aut etiam virtute cauſarum naturalium. 6. *Eadem ſolutio.*

Ad quintum reſpond. ab Auguſtino, tam in illis capitibus, quàm alibi, ſola neceſſitas conſequens & proueniens ex præſcientia liberæ electionis conditionaliter futuræ conceditur, à prædeſtinatione & gratia prouenire; ſimúlque cum libertate concurrere: vt vidimus tom. præcedenti de Scientia, præſertim diſp. 66. ſect. 5. & 8. & diſp. 69. ſect. 6. 7. *Agit de neceſſitate conſequente ſolummodo.*

Ad ſextū reſpond. primò Ariſtoteles ibi tractat de potentiis hominum, & reliquorū entium naturalium: non verò de intelligentiis ſeparatis à materia, quas ſemper ac neceſſariò operari videtur exiſtimare locis ſtatim citandis. At nulla volūtas humana neceſſitatur omnino ad aliquā determinatā ſpeciem operationis, præterquam ad viſionē beatificā, aut aliā ſupernaturalem illuſtrationem, ac inſpirationem, quam ignorauit Ariſtoteles. Nihil ergo dixit de volūtate diuina. 8. *Mens Ariſto. aperitur.*

Reſpond. 2. Prædicta definitio rationalis potentiæ quadrat etiā in voluntatem diuinam: quia non eſt neceſſe illam agere circa obiecta creata, licet ponantur omnia requiſita ad operandum: ſed indifferens eſt, vt efficaciter amet, vel non amet creaturas: id, quod ſufficit ad definitionem 9. *Alia additur ſolutio.*

potentiæ rationalis verificandam;quamuis alioqui voluntas diuina operetur neceſſariò circa proprium & formale obiectum, videlicet, bonum diuinum. Hanc ſolutionem ex Ariſtotelis mente depromptam eſſe conſtat ex lib.12. metap.text.30.& 51.vbi primam intelligentiam & primum principium,dicit,eſſe ſubſtantiam, quæ neceſſariò ſit actus,ita vt non poſſit non eſſe actus.Conſequenter autem lib.7.Ethicor.cap.4. fine,docet, Deum gaudere vna ſimplici, & immutabili voluptate. Agnouit igitur Ariſtoteles aliquam potentiam rationalem, id eſt, intellectualem, quæ circa aliquod obiectum operetur neceſſariò.

10. *Quando inter ſe opponantur ſimpliciter modus operandi naturaliter, & modus operandi liberè.*

Ad ſeptimum reſpond.Modus operãdi naturaliter,& modus operãdi liberè,tunc ſimpliciter opponuntur,& ſpecie diſtinguũt potentias,quãdo aliqua potentia prorſus naturaliter operatur circa omnia obiecta ſemper,& omnes operationes. At verò quando modus operandi naturaliter eſt limitatus ſolummodo, circa obiectum formale & primarium,relicta libertate circa reliqua obiecta:tunc modus operandi naturaliter, & modus operandi liberè non modò non opponuntur, ſed etiam vnus neceſſariò prærequiritur ad alium, ita vt contradictionem implicet libertatem aliquam reperiri, niſi præſuppoſito modo operandi naturaliter & neceſſariò circa primarium obiectum.

11. *Quæ non per ſe inſunt, reducuntur ad ea, quæ inſunt per ſe.*

Ratio eſt,nam in vnaquaq; re omnia illa, quæ non per ſe inſunt, reducuntur ad aliquid, quod per ſe ineſt,ſicut primũ; & hoc principiũ appellatur neceſſariũ & naturale. Sic principia noſtri diſcurſus ſunt naturaliter nota,quamuis cõcluſiones ex illis inferendæ,noſtrâ induſtriâ diſcurrendo,adquirantur per eundem intellectũ, quo principia naturaliter cognoſcimus.Eadẽ ratione voluntas creata naturaliter & neceſſariò diligit bonum in communi, vt ex hoc firmo & immobili principio moueri poſſit ad liberè diligenda particularia bona. Voluntas ergo diuina diligit naturaliter & neceſſariò ſuam bonitatem, quo amore ſuppoſito, poteſt obiecta finita & creata liberè diligere.

12. Ad octauum reſpond. Libertas eſt perfectio operationis maior,quã neceſſitas omnimoda circa quodcunq; obiectũ eiuſdem potẽtiæ:præſertim ſi nõ de cognoſcitiua potentia, ſed de appetitiua tantùm agamus. Cæterum neceſſitas circa primariũ & formale obiectũ, ac præſertim circa ſummum bonum comprehenſiuè cognitum, eſt maior perfectio,quã libertas circa ſummũ bonũ amandum. Imo hæc cõparatio eſt abuſiua: quia libertas circa ſummum bonum comprehenſiuè cognitum,eſt impoſſibilis;ac proinde nõ eſt perfecta: quinpotius ex ſuppoſitione, quòd exiſteret;contumeliam inferret ſummo bono clarè viſo,quaſi denotans,eius pulchritudinem non eſſe tantam, quæ neceſſariò rapiat voluntatem: aut certè diuinæ voluntatis inclinatio fuiſſet tam debilis & ignaua,vt propterea non inhiaret auidiſſimè in ſummum bonum.

Neceſſitas circa ſummũ bonũ cõprehenſiuè cognitũ maior perfectio eſt, quam libertas circa idẽ. Imo eſt impoſſibilis talis libertas. Contumeliã inferret ſummo bono.

13. Ad primam confirmationem reſpond. Dominiũ continẽdi eam operationem, quæ nihil perfectionis affert,neq; detrahit operãti,eſt maxima perfectio operantis.Sic dominiũ continẽdi amorem efficacem creaturarũ eſt maxima perfectio Dei: nõ tamen eſt perfectio,ſed imperfectio dominium continendi eã operationem, qua cõpletur fœlicitas operãtis, imo cõpletur etiã eius eſſentia. Huiuſmodi autem operatio eſt ſummus amor diuinæ bonitatis,quo diuina eſſentia, perfectio, bonitáſque completur.

Poſſe Deum continere amorem erga creaturas, perfectionem, imperfectionem autem arguit poſſe cohibere amorem erga ſe.

14. Ad ſecundã confirmat.reſpond.Ad perfectionem diuinæ volũtatis pertinet libertas in amore bonorum imperfectorum, qualia ſunt omnia creata,magis autem pertinet ad perfectionẽ eiuſdem voluntatis non liberè;ſed neceſſariò diligere ſummum bonum perfectiſſima cognitione propoſitum, à cuius amore ceſſare foret abſurdiſſima imperfectio comprehendentis Deum.

15. *Libertatem eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, ſolum infert, neceſſario Deo cõuenire circa bona limitata.*

Ad nonũ reſpond.Ex eo quòd libertas ſit perfectio ſimpliciter ſimplex,rectè colligitur neceſſitas, vt diuina volitio liberè verſetur circa bona finita & creata,non verò circa bonum infinitum & increatum.Eadem igitur operatio Dei,videlicet idem amor,neceſſaria permanet circa bonum infinitum, & libera circa bonum finitum,& hãc libertatem & indifferentiam diuinus amor habet naturaliter,& neceſſariò: hæc enim neceſſitas euidenter ſequitur ex eo quod libertas circa bona finita ſit perfectio ſimpliciter ſimplex.

SECTIO IV.

Totalis & comprehenſiuus amor Dei poſſibilis eſt ipſi ſoli.

1. *Duplicis totalitatis diſtinctio.*

DVplex totalitas diſtinguenda eſt, quod ad præſens attinet. Alia totalitas præcisè conſideratur ex parte diligentis, quoniam diligit ex totis viribus ſuis, ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua. Præcipitur hæc nobis etiam in hac vita, & impletur à iuſtis, licèt imperfectè; nam perfecta totalitas amoris poſſibilis erit tantùm in patria.

2. *Altera perfectio quaſi extenſiua, quaſi intenſiua alia.*

Alia totalitas cõſideratur in ordine ad amabilitatẽ obiectiuã.Continet autem duas perfectiones:altera eſt quaſi extenſiua,quoniã per amorẽ diligitur,quidquid in obiecto reperitur amabile: altera eſt quaſi intenſiua,quoniam amoris perfectio tanta eſt in ratione amoris,quanta eſt perfectio bonitatis in ratione obiecti amabilis.

3. *Quæſtionis deciſio, & reſolutio.*

Sit igitur Concluſio. Deus ſolus ſe ipſum totaliter & comprehenſiuè diligit.

Ita cum D.Thoma ſentiunt communiter eius expoſitores 2.2.q.24.art.8. Marſil.1.diſt.38.art.2.concl.4. Quamuis enim amoris comprehẽſio nõ fuerit à doctoribus ex profeſſo tractata,ſicut ſcientia comprehenſiua (de qua dictum eſt ſatis tom.præced. tota diſp.6.)facilè tamen ex cõprehenſione ſcientiæ licebit inferre, quæ dicenda ſunt circa comprehenſionem amoris. Recolẽdæ ſunt igitur voces, quibus Patres & Scholaſtici prædicta diſp. citati ſignificare ſolent comprehenſionem,videlicet,*totaliter,adæquatè,exactè,penitus,perfectè,plenè.* Tot igitur modis intendunt exponere, tantam eſſe debere perfectionem cognitionis in formali ratione cognitionis, quanta fuerit obiecti perfectio in ratione cognoſcibilis, vt vidimus dicta diſp.6.de Sciẽtia ſect.4. Philoſophandum eſt igitur eodem modo de æqualitate amoris,quę requiritur ad comprehendendam bonitatem amabilem.

Voces Patrũ recolendæ & expendendæ.

4. *Concluſionis ratio. Prima ratio à priori.*

Quo ſuppoſito, manifeſta eſt ratio concluſionis;prima & à priori,quia ſolius Dei amor eſt prorſus æqualis amabilitati diuinæ bonitatis exactè,penitus,perfectè,plenéque diligens. Etenim vltra perfectionem quaſi extenſiuam, qua diligit totum quantus eſt Deus, & quidquid eſt realiter

eſt realiter in ipſo (vt vidimus diſp.3.ſect.3.) continet etiam perfectionem & æqualitatem quaſi intenſiuam, quia diuinus amor in ratione amoris non eſt minùs perfectus, quam diuina bonitas in ratione obiecti amabilis.

5. *Ricardus Victori.*

Rationem hanc obſeruauit Ricard. Vict. lib. 5. de Trinit. cap. 16. parum à princ. dicens: *Vera dilectionis plenitudo in ſolo conſtat amore ſummo, vniuerſaliterque perfecto. Solus verò amor ſummus illo iure nominatur, qui tantus eſt, quo non poteſt eſſe maior. Vnde & animaduertere licet, quia veri amoris plenitudo haberi non poteſt ab aliqua perſona, quæ Deus non eſt. Alioquin ſi præter Deum aliquis veri amoris plenitudinem habere præualuiſſet, vtique in charitate, & eo ipſo in bonitate æqualis Deo eſſe potuiſſet perſona, quæ Deus non eſſet. Sed quis hoc dicat, vel temnuter æſtimare præſumat?*

6. *Bernardus.*

Colligitur idem ex Bernardo in tractatu de diligendo Deo initio dicente: *Cauſa diligendi Deum Deus eſt: modus, ſine modo diligere.* Quam ſententiam magis explicat ſequenti cap. 2. init. dicens: *Hic primum vide quo modo, immo quam ſine modo à nobis Deus amari meruerit: qui (vt paucis quod dictum eſt repetam) prior ipſe dilexit nos tantus, & tantum, & gratis tantillos & tales. En quod in principio dixiſſe me memini: modum eſſe diligendi Deum, ſine modo diligere. Denique cum dilectio, quæ tendit in Deum, tendat in immenſum: tendat in infinitum: (nam & infinitus Deus eſt & immenſus) quiſnam quæſo debeat finis eſſe noſtri, vel modus, amoris?* Ex qua ſententia nullam eſſe præſcribendam menſuram, aut limitem amori diuino, colligunt communiter Scholaſtici de Charitate tractantes lib. 3. ſent. diſt. 27. vbi S. Bonauent. art. 2. q. 5. S. Thomas, & eius expoſitores 2.2. q. 27. art. 6.

7. *Amor, quo Deum creatura proſequitur, neſcit menſuram, neſcit limitem.*

Propterea verò nulla menſura, nullúſque modus aut limes amorem, quo Deum creaturæ diligunt, poterit terminare, quia quantumcunque perfectiſſima voluntas Angelica ſupernaturaliter eleuetur perfectiſſimo charitatis habitu creſcente in infinitum: immo, licet fuiſſet actualiter infinitus habitus charitatis, & infinitus amor: adhuc in ratione amoris non eſſet tantæ perfectionis, quantæ perfectionis eſt diuina bonitas in ratione amabilis. Nam illa infinitudo foret inferioris ordinis, quam infinitudo diuinæ bonitatis & amabilitatis.

8. Confirmatur, quia nullius creaturæ ſupernaturalis amor erga Deum, tantus eſt, quãtus amor Dei erga creaturã: ergo multò minus erit æqualis amori Dei erga ſe ipſum, & conſequenter nõ erit æqualis amabilitati diuinæ bonitatis. Antecedens probatur teſtimonio Bernardi ſerm. 83. in Cantic. inter med. & fin. *Meritò cunctis renuntians affectionibus aliis, ſoli & toti incumbit amori, quæ ipſi reſpondere amori habet in redhibendo amore. Nam & cùm ſe totam effuderit in amorem: quãtum eſt hoc ad illius fontis perenne profluuium? Non planè pari vbertate fluunt amans & amor, anima & Verbum, ſponſa & ſponſus, creator & creatura, non magis quàm ſitiens & fons.* & paucis ad eandem ſententiam interpoſitis, adiungit: *Et ſi minus diligit creatura, quoniam minor eſt, tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt, vbi totum eſt.*

9. *Rationis expoſitio & 1. confirmatio.*

Explicatur autem amplius eadem ratio, & confirmatur primò, quia perfectio diuini amoris eſt ſumma non ſolum in ratione appretiationis, ſed etiam in natura ſpecifica amoris, ſuperãte quamcunque ſpeciem amoris creati, licet in infinitum fingerentur eſſe poſſibiles infinitę ſpecies amoris perfectiores & perfectiores. Confirmatur ſecundò, quoniam diuinus amor non minùs perfectus eſt in ratione amoris, quã diuina ſciẽtia in ratione ſcientiæ: ſed hæc adæquat, & comprehendit ſcibilitatẽ Dei: ergo diuinus amor adæquat & comprehendit amabilitatem diuinam: eadémque ratione nullus alius amor cõprehendit, ſicut nulla alia ſcientia præter diuinam.

Secunda cõfirmatio. Diuinus amor nõ minùs perfectus in ratione amoris, quam diuina ſcientia in ratione ſcientiæ.

Confirmatur tertiò, nam bonitas & amabilitas eſt paſſio entis; ergo quanto ſuperius fuerit ens, tanto ſuperior erit eius bonitas & amabilitas. Quamobrem entis, quod eſt ſimpliciter infinitũ in ratione entis, bonitas, & amabilitas erit ſimpliciter infinita, ſuperiórq; qualibet amabilitate. Conſequenter igitur illi non poterit adæquari, niſi tantum amor ſimpliciter infinitus, & perfectior quolibet amore poſſibili.

Tertia Confirmatio. Eo ſuperiorẽ perfectionis gradum obtinebit amabilitas, quo perfectiorem gradum ens obtinuerit.

10. *Deus ab alio potuiſſet perfectius amari, ſi diuinæ bonitatis amabilitatem non adæquaret diuinus amor.*

Secundò probatur cõcluſio, quia niſi diuinus amor adæquaret amabilitatem diuinę bonitatis: ſequeretur, Deum ab alio perfectius amari potuiſſe, quã à ſe ipſo. Sequela probatur, quia ſicut nihil eſt amabile, niſi poſſibilis ſit amor illius; ita nihil eſt magis amabile, niſi poſſibilis ſit maior amor illius. Quod ſi non eſt poſſibilis amor Dei maior, quàm ille, quo Deus ſe ipſum diligit; non eſt maior eius amabilitas, & conſequenter ęquales ſunt amor & amabilitas. Hoc autẽ ipſum eſt amorem eſſe comprehenſiuum.

11. *Amorem æqualẽ amabilitati diuinæ bonitatis quare nequeat reddere vlla creatura?*

Probatur tertiò; quia ſi creatura, quantumcũq; perfectiſſima & per intentiſſimam gratiam eleuata, potuiſſet reddere amorem æqualẽ amabilitati diuinæ bonitatis: ſequeretur poſſe reddere honorem ęqualem Deo, & conſequenter ſatisfactionem maiorem iniuria, per culpã illata. Conſequens autem eſt falſum, & cõtra communem Theologorum ſententiam, quando tractant de neceſſitate incarnationis, vt fieret ſatisfactio de rigore iuſtitiæ atque ſuperabundans, & maior quàm iniuria.

12. *Quantumcunque eleuetur pura creatura, haud poteſt totaliter diuinæ bonitatis amabilitatem cognoſcere. Bonitas, diffuſiua ſui.*

Probatur quartò, quia nulla creatura, quantũcunq; perfecta & eleuata, poteſt cognoſcere totaliter amabilitatem diuinę bonitatis; ergo nulla creatura poteſt illã totaliter & adæquatè diligere. Probatur antecedens; bonitas enim eſt diffuſiua ſui, atq; prout talis, eſt amabilis (quemadmodũ ex Dionyſio vidimus ſupra diſp. 1. ſect. 2.) cũ autem, qualibet creatura data, Deus poſſit aliam perfectiorẽ, & perfectiorem ſine termino producere: nulla creatura poterit cognoſcere, nec amare totã diffuſibilitatẽ diuinę bonitatis ſecundùm totam quaſi extenſionem illius: præſertim cũ ex cognitione perfectiſſima creaturarum omnium poſſibilium ſequatur Dei comprehenſio, ſaltem vt poſſibilis & per mediatas illationes, vt explicuimus, & probauimus tractantes de viſione Dei circa quæſt. 12. art. 8.

Ex omnium poſſibilium cognitione Dei comprehenſio ſequitur, ſaltem per mediatas illationes.

13. *Quatuor tribuunt perfectionem amori.*

Probatur quintò. Sunt enim quatuor, quę cauſant perfectionem amoris. Primum potentia ſeu poſſibilitas operandi, tendendo in obiectum bonum. Secundum cognitio, proponẽs obiectum: quia, cæteris paribus, tantò perfectius amatur obiectum, quantò perfectiori cognitione proponitur vt amandum. Tertium excellentia boni amabilis. Quartum coniũctio & proportio boni amabilis cum amante. Nam *amabile bonum, vnicuique autem proprium.* Quod axioma ſumitur ex Ariſtotele libro 9. Ethic. cap. 8. Hæc autem omnia ſoli diuinæ voluntati perfectiſ-

1. Potentia.
2. Cognitio.
3. Excellẽtia boni amabilis.
4. Proportio, ſeu cõiunctio cum amãte. Ariſtoteles.

Digitized by Google

ſimè conueniunt comparatione propriæ bonitatis.

14. *Comprehenſiuus amor naturalem & obedientialem potentiã voluntatis ſuperat.*

Probatur ſextò, quia comprehenſiuus, totalis & adæquatus amor, eſt perfectio ſimpliciter ſimplex; proptereàque Deo non poteſt deficere: aliunde verò ſuperat creatæ voluntatis potentiam, ſiue naturalem, ſiue obedientialem: quemadmodum ipſe Deus ſuperat quamlibet potentiam creaturæ.

15. *Primum corollarium. Cõtraria ſententia cenſura. Periculoſum & errori proximum.*

Corollaria tria ſequuntur ex dictis. Primum eſt cenſura & gradus certitudinis. Eſt enim adeò certum, amorem Dei erga ſe ipſum eſſe comprehenſiuum, adæquatum, & totalem; atque perfectionem huiuſmodi nulli creaturæ poſſibilem eſſe, etiam de potentia abſoluta: vt oppoſitum aſſerere foret periculoſum & errori proximum.

16. *Secundum corollariũ ſolam delectationem, fruitionẽ, & gaudiũ Dei erga ſe eſſe cõprehenſiuam.*

Secundò ſequitur ſolam delectationem, fruitionem & gaudium Dei erga ſe ipſum, eſſe comprehenſiuam & adæquatam eius bonitati. Tum quia delectatio, gaudium, ſiue fruitio, neceſſariò & adæquatè conſequitur amorem. Tum etiam, quia quæcũque rationes allatæ nuper pro comprehenſione diuini amoris, eandem omninò vim habent ad probandam comprehenſionem & adæquationem delectationis, fruitionis, & gaudij. Colligitur tertiò, ſolum Deum eſſe obiectum adæquatum ſolius diuinæ voluntatis, quantum ad hunc modum adæquationis, videlicet, vt amoris perfectio ſit æqualis amabilitati.

Tertium corollariũ, ſolũ Deum eſſe obiectum adæquatum diuinæ voluntatis, quoad hoc.

ARTIC. II.

Vtrum Deus velit alia à ſe.

DISPVTATIO V.

Vtrum creaturas Deus amet ac velit.

SECTIO I.

Negatiuæ partis argumenta.

1. *Ex eo quòd volitum moueat voluntatem.*

PRIMVM argumentum. Volitum mouet voluntatem, ſicut appetibile appetitum ex Ariſt. in 3. de anima tex. 54. Sed Dei voluntas non poteſt moueri ab aliqua creatura, quia hoc eſſet imperfectionis. Ergo nullam creaturam velle poteſt.

2. *Ex eo quòd Deus importaret ad creaturas eſſentialem reſpectum. Confirmatur ex dependentia ordinis à termino.*

Secundum. Si Deus vellet creaturas, eius voluntas haberet eſſentialem ordinem ad creaturas. Conſequens autem videtur impoſſibile, quoniam ordo ſiue reſpectus accipit eſſentiam & perfectionem à termino: Deus autem non poteſt eſſentiam, nec vllam perfectionem accipere à creaturis, etiam in genere obiectorum. Confirmatur, quoniam omnis ordo pendet à termino: ſed nulla Dei perfectio poteſt pendere à creatura: ergo diuina voluntas non habet ordinem ad creaturas.

3. *Ex eo, quòd vellet creaturas propter ſe ipſas, contra diuinã perfectionem vel propter Deũ,*

Tertium, quoniam vel Deus vult creaturas propter ſe ipſas, vt propter obiectum formale, & hoc eſt contra perfectionem Dei, cuius obiectum formale ſola diuina bonitas eſſe poteſt (vt demonſtratum eſt diſp. 3. ſect. 1. & 2.) vel Deus vult creaturas propter ipſum Deum, tanquam propter obiectum formale: hoc autem eſt velle creaturas ſub ratione boni vtilis per amorem concupiſcentiæ & non ſub ratione boni honeſti; quod eſt indignum Deo.

& ſic amarentur vt vtiles.

4. *Irrationalia, neque Deus amat amore amicitiæ, neque concupiſcentiæ*

Confirmatur primò, quia Deus creaturas irrationales non diligit amore concupiſcentiæ, quippe qui nullius eget, vt videbimus diſputatione 8. ſect. 4. Nec creaturas irrationales diligit amore amicitiæ, quoniam amicitia quidditatiuè reſpicit perſonas capaces honeſti boni, quod per amicitiam potiſſimum & formaliter amatur: vt oſtendimus 2. 2. tractantes de charitate diſp. 2. q. 2.

5. *Auguſtinus. Ex eo quod Deus neque fruatur, neque vtatur creaturis.*

Confirmatur ſecundò, quia *ſi Deus neq; fruitur, neque vtitur, non inuenio, quomodo diligat*, vt loquitur Auguſtinus in lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 31. quem ſequitur Magiſter & omnes Scholaſtici in 1. diſt. 1. Sed Deus non fruitur nobis, quoniam ad ſuam pleniſſimam beatitudinem, perfectiſſimúmque gaudium, non indiget bono noſtro, neque vtitur nobis, quoniam Deo inutiles ſumus. Ergo nullo modo diligit creaturas. Prædictam Auguſtini ſententiam fuſius retuli diſp. 3. ſec. 1. parum à princip.

6. *Ex eo quod nihil quærat voluntas extra bonum illi ſufficiens & quo ſatiatur.*

Quartum arg. Voluntas, cui ſufficit aliquod bonum & per illud ſatiatur, nihil quęrit extra illud, ſed diuinæ voluntati ſufficit ſua bonitas & per eam ſatiatur. Ergo non vult aliquid aliud extra ſe, ac proinde non vult creaturas.

7. *Ex eo quod actus voluntatis multiplicentur ſecundum volita.*

Quintum. Actus voluntatis multiplicantur ſecundum volita: ſi igitur Deus vult ſe ipſum & creaturas; multa diuerſa ſunt volita. Ac proinde multiplex erit actus voluntatis diuinæ. Conſequens autem videtur impoſſibile; nam actus voluntatis diuinæ eſt ipſum eſſe diuinum; hoc autem eſt vnicum.

SECTIO II.

Creaturas amat & vult Deus.

1. *Heretici conueniunt & Catholici. Accuratè obſeruandum.*

HÆc concluſio ſine controuerſia recipitur ab omnibus, nõ modo Catholicis, ſed etiã Hæreticis. Illud autem obſeruatione dignum eſt, Deum non metaphoricè, ſed propriè velle creaturas, neque poſſe Catholicos de hoc dubitare, cùm Scriptura Sacra tribuat apertè Deo creaturarum amorem: & nullo alio in loco ſignificetur cuiuſmodi locutiones eſſe metaphoricas, aut improprias; quinpotius euidens ratio clamet, eſſe locutiones proprias. De quo dicemus aliquid infra diſp. 11. & 12.

2. *Pſalm. 17. Pſalm. 29. Pſalm 113. Iſaia 53. Sap 11. Epheſ 1. 1. Theſſal 4. Hieremia 31. Ioan 14. & 16.*

Probatur ergo concluſio primùm ex ſacris literis, Pſalm. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* Pſal. 29. *Vita in voluntate eius.* & infra: *In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.* Pſal. 113. & 134. *Omnia quæcunque voluit, fecit.* Iſaiæ 53. *Dominus voluit conterere eum.* Sap. 11. *Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti.* & poſt pauca: *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?* Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* 1. Theſſalon. 4. *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.* Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te.* Ioan. 14. *Pater meus diliget eum.* & cap. 16. *Ipſe Pater amat vos.*

3. *Potẽtia quælibet perfecta commẽſurari debet cũ proprio obiecto.*

Secundò probatur, quoniam omnis potentia perfecta commenſuratur cum ſuo obiecto, ita vt quæcunque res participans communẽ rationem illius obiecti poſſit eſſe obiectũ eiuſdẽ potentię: quapropter quæcunque res viſibilis poteſt videri à

Digitized by Google

ri à viſu perfecto, & quæcunque res intelligibilis poteſt intelligi ab intellectu perfecto. Cum igitur diuina voluntas ſit perfectiſſima, verſari poterit circa omne amabile. At omnes creaturæ ſunt amabiles, quoniam omnes bonæ ſunt: ergo omnes creaturæ amari poſſunt à Deo: ergo de facto amantur. Nam omnis potentia Dei debet eſſe in actu ſecundo, ſaltem quoad ea quæ ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, cuiuſmodi eſt complacentia inefficax creaturarum: vt videbimus diſp. ſequenti ſect. 2.

Voluntas diuina, potētia vniuerſalis ſicut intellectus.

4\. Tertiò probatur, quoniam voluntas eſt potentia vniuerſalis ſicut intellectus: ſed intellectus diuinus non ſolùm cognoſcit ſeipſum, ſed etiam creaturas, quatenus veritatem Dei participant (vt oſtendimus tomo præced. de Scientia Dei diſp. 9. & multis ſequentibus) Ergo voluntas diuina vult etiam creaturas, quatenus Dei bonitatem participant.

Deus ad extra, modo imperio, ſperatur. Geneſ. 1. Pſalm. 148. Ionæ. 4.

5\. Quartò, quoniam Deus operatur ad extra, ſicut artifex liber, per imperium: Geneſ. 1. *Dixit Deus; Fiat lux, &c.* Pſalm. 148. *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit.* Ionæ 4. *Præcepit Dominus vento calido & vrenti, & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ.* mandatum autem ſiue præceptum aut eſt actus voluntatis, aut neceſſariò ſupponit actum voluntatis erga opus faciendum.

Confirmatio.

Confirmatur, quoniam aliàs Deus non potuiſſet non facere, quæ fecit, ſi non per voluntatem operatus fuiſſet. Sola namque voluntas poteſt omittere, quæ facit, quemadmodum poteſt velle & nolle: vt videbimus diſp. 7. ſect. 2.

Appetitus quilibet habet inclinationem proprium boni diffundendi.

6\. Quintò S. Thomas in præſenti art. 2. & in 1. contra gent. cap. 75. probat, quoniam appetitus quilibet non ſolùm habet inclinationem ad proprium bonum (ſiue vt ad illud moueat per deſiderium, quando abſens eſt, ſiue vt in eo quieſcat per fruitionem & gaudium, quando præſens eſt) ſed etiam habet inclinationem diffundendi proprium bonum. Cernitur hoc etiam in appetitu naturali rerum inanimatarum, quæ non ſolùm appetunt conuenientes ſibi diſpoſitiones, & locum naturalem & conſentaneum: ſed etiam appetunt producere ſibi ſimile. Eandem ob cauſam Angeli & homines naturaliter appetunt ſpiritualia bona ſcientiæ & virtutis aliis communicare. Ergo perfectiſſima voluntas maximè appetet ſuam bonitatem in creaturas diffundere, & producere ſibi ſimilia qua ratione id fuerit poſſibile, videlicet ſimilitudine participata & infinitè diſtante ab exemplari.

Etiam inanimata appetunt producere ſibi ſimile.

Dionyſius.

7\. Vnde Dionyſius de cæleſti hierarc. cap. 4. ſub init. ait, *Deum bonitate ductum omnes naturas in lucem protuliſſe. Eſt enim hoc bonitatis, quæ ad omnia pertinet, proprium, naturas ad ſui communionem vocare, vt cuiuſque captus, modúſq; poſtulat* Idémq; de diuin. nom. cap. 4. ſub init. *Diuinam*, inquit, *eſſentiam bonitatem appellantes: quod hoc ipſo quod bonum eſt, vt bonum per ſe, & eſſentia ſua, in ea, quæ ſunt, omnia, bonitatem diffundat. Vt enim Sol noſter* &c. ſic Deus *iis quæ ſunt omnibus pro eorum captu totius bonitatis radios emittit.*

Diui Thomæ ratio quid probet.

8\. Prædicta ratio S. Thomæ certa & neceſſaria illatione probat amorem complacentiæ & inefficacem circa creaturas. vtpote quibus Deus cõmunicare poteſt ſuam bonitatem: ſed amorem efficacem creaturarum non probat, niſi probabiliter: vt magis conſtabit infra diſp. 9. præſertim ſection. 3.

SECTIO III.

Vtrum creata bonitas moueat diuinam voluntatem.

1\. HVius dubij ſolutionem poſtulat argumentum primum poſitum in ſect. 1. cui negatiuè reſpondet S. Thomas in præſenti q. 19. art. 2. ad 3. & art. 2. ad 2. & 3. Henricus in ſumma art. 45. q. 2. corp. Argentina lib. 1. ſent. diſt. 45. q. 1. fine. Vdalricus lib. 2. ſummæ, quem refert, & tacitè probat Carthuſ. eadem diſt. 45. q. 1. colum. 4. Explicat autē S. Thomas & confirmat exemplo; non enim Deus amat creaturas, vt nos amamus potionem dulcem, quam nõ ſolum propter ſanitatem, ſed etiam propter propriam illius dulcedinem amamus: ſed potius vt nos amamus potionem amaram præcisè propter adquirendam ſanitatem: Sic Deus præcisè propter ſuam bonitatem amat bonitatem creaturarum.

Exemplum.

Ex eiuſdem exempli viſceribus ratio dubitandi depromitur.

2\. Veruntamen ex eodem exemplo ſumitur ratio dubitandi; nam creaturæ habent bonitatem intrinſecam propter ſeipſam amabilē, ſicut charitas, viſio beata, religio, omnéſque virtutes; & quodlibet honeſtum creatum, eſt propter ſe amabile. Hæc enim eſt eſſentia honeſti, vt propter ſe amabile ſit. Quapropter omnes creaturæ, ac præſertim quæ ſunt eſſentialiter honeſtæ videntur eſſe comparatione diuinæ voluntatis, quaſi potio dulcis, quæ propter ſeipſam amatur, & ſimul amatur propter finem, ad quem ordinatur.

Soluitur.

3\. Reſpond. Quælibet creatura, ac præſertim quæ fuerit eſſentialiter honeſta, nõ alia ratione eſt eſſentialiter amabilis propter ſe, niſi quia eſſentialiter ordinatur ad ſummum bonum honeſtum, quod eſt Deus, tanquam ad finem vltimum, & primum exemplar honeſtatis. Idcirco, ſicut amara potio diligitur propter intrinſecam & eſſentialem vim, quam habet, afferendi ſanitatem, vt propter rationem materialem; & ſimul amatur propter ſanitatem, vt propter rationem formalem, ac proinde ſimul amatur propter ſe, & propter ſanitatem: ita quæcumque creatura, quæ amatur à Deo, ſimul amatur propter bonitatem eſſentialem illi creaturæ, vt propter rationē materialem, & eo ipſo amatur propter Deum, vt propter rationem formalem, quia bonitas eſſentialis cuicúmque creaturæ conſtituitur in ordine ad Deum.

Creatura, quæ à Deo amatur, propter ipſum & propter rationem formalem amatur.

Exempli ſupra tacti diſcrimen.

4\. Vnde colligitur diſcrimen exempli adducti de potione dulci. Nam dulcedo, prout eſt dulcedo, non eſt eſſentialiter deſtinata ad ſanitatem, ſed ad delectationem. Ideo poteſt nobis eſſe per ſe ſola motiuum amoris: at verò bonitas creaturæ cuiuſque, quatenus eſt bonitas creaturæ, deſtinatur eſſentialiter ad ſummum bonum, ſcilicet, Deum; ideo per ſe ſola non poteſt eſſe Deo motiuum amoris.

Prima aſſertio, quodammodo Deus mouetur à bonitate creaturarū.

5\. Ex his colligo & dico primò. Diuina voluntas quodammodo mouetur à bonitate creaturarum, tanquam ab obiecto materiali, & ab eſſentiali proportione medij ad finem: quemadmodum dici poteſt, infirmum moueri ab efficacia intrinſeca potionis amaræ, vt eam velit, & hauriat. Sed hoc mouens eſt ſecundarium, ſubordinatúmque primo ac principali mouenti, quod

Digitized by Google

eſt vltimus finis,ſcilicet,Deus,& habet ſe reſpectu vltimi finis ſicut inſtrumentum ſe habet comparatione principalis agentis, cuius virtute agit.

6. *Hierotheus apud Dionyſium.* Fauet huic locutioni Hierotheus in amatoriis hymnis apud Dionyſium de diuin. nomin.c. 4.in medio, dicens, *vnam quandam vim eſſe ſimplicem, quæ per ſe ad temperationem quandam coniungentem à bono vſque ad extremum eorum, quæ ſunt, mouet & impellit.* Loquitur de creaturarum amore, cuius vim motiuam diuinæ voluntatis *Dionyſius.* tradiderat Dionyſius in eodem ca.4.multò propiùs ad med.quàm ad princip. dicens: *Ipſe enim bonus auctor eorum,quæ ſunt,amor cùm prius in ipſo bono excellenti, præſtantique ratione eſſet; non paſſus eſt ipſum in ſe ſterilem, & infœcundum manere, ſed eum impulit ad agendum.* Obſerua verbum *Impulit*,quod mouendi maiorem vim ſignificat,quàm verbum *mouit*. Et longè inferius: *Quid verò ſibi volunt Theologi, qui eum interdum amorem & charitatem dicunt, interdũ amore & charitate dignum? Præſertim cum huius quidem auctor,& quaſi genitor ac procreator;illud autem ipſe ſit.& hoc quidem moueatur, illud autem moueat, quoniam ipſe ſui, ac ſibi & productor,& motor eſt.* Quæ cum aliis ſimilibus refert & approbat Cypariſſiotus decad. octaua cap.5.

7. *Hierem. 31.* Colligi poteſt idem ex ſacris literis Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.* Charitas eſt amor amicitiæ, propterea reſpicit perſonam diſtinctam ab amante. Conſequens igitur eſt, vt amor Dei erga ſuum populum fuerit ratio mouens vt attraheret illum. *Epheſ. 2.* Similis ratio poteſt accipi Epheſ. 2. *Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui in peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto.*

8. *Secunda aſſertio: Non mouetur ſimpliciter diuina voluntas à creata bonitate.* Dico ſecundò abſolutè & ſimpliciter diuina voluntas non mouetur à creata bonitate, ſed ab intrinſeca & ſibi propria. Quod explico & probo,nam diuinus amor à nullo bono, ſiue creato, ſiue increato mouetur,tanquam à cauſa efficiente motionis, neque tanquam à cauſa finali, ad quam deſtinetur diuinus amor,ſicut medium ad *Explicatio & probatio.* finem (quemadmodum probatum eſt tota diſp. 3.præſertim ſect.1.& 2.) Mouetur autem à diuina bonitate tanquam ab obiecto, quod eſt ratio neceſſitans intellectum diuinum ad cognitionem, & inde etiam eſt ratio neceſſitans diuinam voluntatem ad amorem (vt vidimus diſp. 4.ſect.2.& magis explicabitur diſp.15.ſect.3.& ſequentibus.) Attamen creata bonitas neque eſt ratio neceſſitans intellectum diuinum ad ſui cognitionem;ad hanc enim diuinus intellectus neceſſitatur ab increata bonitate, tanquam ab obiecto formali: prætereàque bonitatis creatæ cognitio non infert neceſſariò amorem efficacem eiuſdem. Inſuper quando creatura diligitur ſiue amore libero & efficaci, ſiue amore ſimplicis *Bonitas creata potius mota, quã mouens appellanda.* complacentiæ, neceſſario, prima ratio dilectionis eſt diuina bonitas; ratio autem ſecundaria potius mota, quàm mouens eſt ipſa bonitas creata.

9. *Diuina volitio non eſt propriè motus.* Confirmatur denique:quoniam diuina volitio non eſt propriè motus: vt cum Magiſtro & aliis ſcholaſticis admonuimus ſupra diſp. 2.ſect. 2. concedentes tamen, non omnino repugnare diuinæ volitioni nomen *motus*, quod ei tribuunt aliquando Plato, Ariſtoteles, Hierotheus, Dionyſius, Maximus, Gregorius Nyſſenus,Athanaſius, Nazianzenus,quos in eadem diſp.2.ſect.2. retulimus.

SECTIO IV.

Relatio, ſiue reſpectus tranſcendentalis Dei ad creaturas, licet inutiles ſibi.

Soluendum eſt in præſenti ſecundum argumentum poſitum in ſect. 1.Pro cuius maio- 1.
Dico primò. Dei relatio ad creaturas. ri luce dico primò. Volitio ſeu amor creaturarum in Deo eſt reſpectus ſeu ordo, vel relatio ſeu habitudo ad creaturas: vt apertè concedunt D.Tho. in hoc artic.2.ad 1.& art.3.corpo.& infra q. 38.art. 1. fine, tractans de Spiritu ſancto (vbi Caiet. & alij art. 2.) Alexander 1.p.q.34. memb.2. Scot. in 1.diſt.45.q. vnica ad argum. vbi S.Bonauent.art.1.q.2.Ricard.art.1.q.4.& 5. Magis ex profeſſo Henricus quodlib.9.tota q.1. Gregorius 1.diſt.45.q. vnica col.6.ad arg. contra 7.concluſ. Carthuſ.lib.3.ſent.diſt.32.q.vnica,in fine. Idem colligitur ex plurimis Scholaſticis concedentibus reſpectum ſiue relationem ſecundùm dici,quam vocant habitualem diuinæ ſcientiæ ad obiecta cognita, etiam creata, quos citauimus tom. præced. de Scientia Dei diſp.5. ſect. 2.

Probatur ex Gregorio Nyſſeno, cuius verba 2.
Nyſſeni verba referũtur. refert Cypariſſiotus decad.5.cap.9. init. dicens:
Sic habet. *Gregorius Nyſſenus in confutationibus Eunomij lib. 2. Reperitur, inquit, nihil aliud ſignificare in diuina potentia nomen Omnipotentis, quàm referri aliquo modo ad aliquid operationem continentem imperio & dominatu ea, quæ in creatura mundi contemplamur. Hoc enim vis, quæ in hoc nomine cernitur, demonſtrat. Et ſicut nunquam eſſet medicus, niſi propter ægrotos; neque rurſus miſericors nominaretur, aut miſerator, & ſimiliter in aliis eiuſmodi,niſi eſſet qui miſeratione, & miſericordia indigeret, ſic etiam nec omnipotens niſi omnis creatura dominante, & in eo quod eſt, eam conſeruante indigeret.* Iterum autem in medio eiuſdem cap. 5.refert eundẽ Gre-
Iterum Nyſſenus adducitur. gorium Nyſſenum in primo lib. contra Eunomium dixiſſe: *Alia nomina tantum ſignificant quod eſt ad aliquid vtile,vt adiutor,defenſor,& ſuſceptor, & quæcumque huius ſignificationis reperiuntur,quibus ſi adimas egentem ope,vacua & otioſa fuerit vis, quæ in ipſo nomine cernitur.*

Hæc omnia manifeſtè ſignificant aliquod ge- 3.
Genus aliquod relationis ex dictis colligi. nus relationis, ſaltem ſecundùm dici, ſeu tranſcendentalis: ſunt enim formalitates, quæ non poſſunt exiſtere ſine aliquo termino. Vnde pau-
Maximus. lò inferius S.Maximus meritò intulit: *Ex quibus efficitur manifeſtum, aliam quidem ſignificationem præ ſe ferre ea nomina, quæ de Deo dicuntur ad aliquid,aliam verò,quæ ſecundùm exuperationem efferuntur.* Denique Hugo Victorin. tomo 3. in libello, *Vtrum ſit maior potentia,quam voluntas Dei*, frequenter reperit reſpectum diuinæ voluntatis ad obiecta,quæ liberè vult.

Dico ſecundò, Diuinæ voluntatis ad creatu- 4.
Dico ſecũdò Nõ eſſe prædicamentalẽ vel illi ſimilem, ſed tranſcendentalem reſpectum. ras relatio non eſt prædicamentalis (quæ ſola eſt abſolutè relatio) neque ſimilis eſt relationi prædicamentali, vt Paternitas & Filiatio diuina; ſed eſt relatio tranſcendentalis, qualis in omnibus rebus abſolutis imbibitur eſſentialiter. Quapropter Deum velle creaturas, eſt quid ſimpliciter abſolutum.

Antiquiores ſcholaſtici quando loquuntur 5.
Tranſcendẽtales reſpe- de Deo, huiuſmodi relationes habituales vocãt:

at verò

Digitized by Google

Quæ ab Antiquioribus, vocitones habituales vocantur.

at verò prædicamentales relationes appellant actuales: vt fuſiùs citauimus & explicuimus præcedenti tom. de Scientia Dei diſp. 5. ſect. 2. vbi communiter Scholaſtici ſcientiam Dei eſſe dicunt habitualem reſpectum ad obiecta.

6. *Exponitur, & probatur aſſertum.*

Breuiter autem explicatur & probatur, quia relatio tranſcendentalis, ſiue virtualis, vel ſecundùm dici, conſiſtit in eo, quod aliqua res ſit abſoluta ſimpliciter, nihilominus non poſſit intelligi, niſi rem aliam in obliquo intelligendo, cum qua habeat quidditatiuam connexionem, quocunque genere cauſalitatis, aut concatenationis, vt materia, forma, ſubſiſtentia, accidens, potentia, actus, &c. Cùm igitur diuina volitio & amor creaturarum non poſſit intelligi, niſi creaturas in obliquo intelligendo: conſequens eſt, relationem tranſcendentalem ad illas continere.

7. *Oritur dubitatio.*

Dubitabis, vtrum diuina volitio, in quantum amat diuinam bonitatem & ipſammet volitionem, ſic etiam relatio tranſcendentalis. Alexander ſupra citatus, & alij Scholaſtici aſſerunt, Dei voluntatem in ordine ad ipſum Deum non dici relatiuè, ſed tantum in ordine ad creaturas. Sed D. Thom. in art. 3. in corp. aſſerit amorem fuiſſe habitudinem ad ſuam infinitam bonitatem.

8. *Dico 3. Diuina volitio, tranſcendentaliter reſpicit diuinã bonitatem, & ipſam volitionem.*

Quapropter dico tertiò diuina volitio tranſcendentali relatione reſpicit diuinam bonitatem & ipſammet volitionem amantem & amatam. Probatur, quoniam diuina volitio natura ſua poſtulat intelligi, quaſi reflectens ſupra ſeipſam, & circa ſeipſam exercens quod creatæ voluntates exercere ſolent per volitiones realiter diſtinctas; ſicut probatum fuit diſp. 3. ſect. 5. Nec contradicunt Alexander & alij Scholaſtici, quoniam relationis nomen ſtringunt, vt eam tantum relationem ſignificet, quæ reſpicit terminum realiter diſtinctum.

9. *Obiectiones concluſionem tertiam impugnantes.*

Occurrunt tamen obiectiones contra tertiam aſſertionem, quibus ſatisfaciemus breuiter. Prima, quia non erit relatio realis, niſi realiter diſtinguatur à termino, ſed volitio & bonitas Dei, atque ipſamet volitio reflexiuè volita, non diſtinguuntur realiter; ergo volitionis ad hæc obiecta non erit relatio realis. Vnde præterea ſequitur, neque ad creaturas eſſe realem reſpectum in volitione diuina, quoniã hæc pro ratione formali habet reſpectum Dei ad ſeipſum, tanquam ad obiectum primariò dilectum. Realis quippe reſpectus non poteſt habere pro ratione formali reſpectum rationis? Reſpond. Solus intellectus & voluntas hac eminentia ſubtilitatis gaudent, vt reflectantur circa ſe ipſos. Inde fit, vt intelligi non poſſint, tanquam intelligentes & amantes ſe ipſos, niſi ſecundò in obliquo ipſos intelligendo tanquam terminos intellectionis, & amoris. Hoc autem ipſum eſt tranſcendentaliter ad ſeipſos referri. Nec obſtat quod S. Th. li. 3. ſent. q. 1. ar. 3. in corp. per relationes rationis diſtinxerit amorem prout diligit ipſum Deum, & prout diligit creaturas, quemadmodum etiam Ricar. eadem diſt. 32. art. 1. q. 4. Inquuntur enim de relatione quaſi prædicamentali, quæ non poteſt eſſe realis.

Prima, quia non erit relatio realis.

Soluitur.

10. *Secũda, quia in Deo relationes nõ ſunt communes.*

Secunda obiectio eſt, quoniam relationes in Deo non ſunt eſſentiales & communes tribus perſonis; ſed notionales, & peculiares vnicuique perſonæ. Sed volitio eſt eſſentialis & communis tribus perſonis: Ergo non eſt relatio? Reſpond. Relationes quaſi prædicamentales in Deo ſunt notionales, Paternitas videlicet, Filiatio & Proceſſio, ſed volitionis diuinæ relatio non eſt quaſi prædicamentalis, ſed tranſcendentalis, vt diximus.

Soluitur.

11. *Tertia ex eo quòd nõ conueniant Deo ab æterno.*

Eadem ratione ſoluitur obiectio tertia proueniens inde, quoniam relationes ad creaturas Deo non conueniunt ab æterno, ſed ex tempore (prout tradunt omnes Scholaſtici li. 1. ſent. diſt. 30. & ſupra q. 13. art. 7.) Loquuntur enim tantummodo de relationibus quaſi prædicamentalibus Dei ad creaturas.

Soluitur.

12. *Quarta, quoniam eiuſdẽ ad ſeipſũ nõ datur inclinatio.*

Quarta obiectio, quoniam amor eſt inclinatio in bonum amatum; ergo requirit realem diſtinctionem, quoniam eiuſdem ad ſeipſum non eſt poſſibilis inclinatio. Reſpond. Amor comparatione ſui metaphoricè vel impropriè dicitur inclinatio vel pondus: ſicut impropriè dicitur motus. Verè tamen vnitur ſibi peculiari vnione rationali, qua non vnitur ſibi ipſi res irrationalis, quamuis ſit eadem ſibi.

Soluitur

13. *Ad ſecundũ poſitum in ſect. 1.*

Quintam ac præcipuam obiectionem oppoſuit argumentum ſecundum in ſect. 1. cui reſpondetur in præſenti. Relatio perfectionem & eſſentiam non à quolibet termino, ſed tantùm à termino formali, ad quem, ratione ſui, terminatur, accipit: ſed diuina volitio ad creaturas non terminatur ratione craaturarum, ſed ratione diuinæ bonitatis ſupra diſp. 3. ſect. 1. & 2. Ideo perfectionem à creaturis non accipit.

14. *Non omnis ordo pendet à termino, per dependentiã propriè acceptam.*

Ad confirmationem reſpondetur. Per dependentiam propriè ſumptã non omnis ordo pendet à termino, etenim non omnis terminus eſt cauſa ordinis ad eum: & dependentia propriè ſumpta non reperitur niſi in effectu, qui in aliquo genere cauſæ recipit eſſe à termino, quem reſpicit. Vnde prouenit vt omnis dependentia ſit indigentia & imperfectio. At verò largè & impropriè ſumpta dependentia pro quacumque indiſſolubili connexione, dici poteſt diuinus amor creaturarum pendere à creaturis, ſicut diuina ſcientia, quatenus amor & ſcientia mundi, vt futuri, non exiſteret in Deo niſi mundus eſſet futurus. Et complacentia ſimplex erga mundum, vt poſſibilem, non eſſet in Deo, niſi mundus eſſet poſſibilis: nec eſſet perfectum ſimpliciter diuinæ voluntatis decretum, niſi per illud actualiter decerneretur altera pars contradictionis de quacumque re producenda, vel non producenda. Hoc autem non eſt imperfectionis, ſed ſummæ perfectionis, quoniam pertinet ad ſummam efficaciam diuinæ voluntatis abſolutæ, qua poſita, impoſſibile eſt effectum nõ poni, neque non ad rectitudinem complacentiæ minimè aberrantis ab eo, quod veram rationem bonitatis à Deo participat. Poſtremò pertinet ad plenitudinem diuini decreti liberi, de qua dicemus diſp. 8. ſect. 3.

Indiſſolubilis connexio dici poteſt impropriè dependentia.

SECTIO V.

Vtrum creaturas ſub ratione boni vtilis Deus amet, quaſi primarium bonum ſibi non ſufficeret.

1. *Dicõ 1. Creaturas Deus amat ſub ratione boni vtilis.*

PErgimus vlterius argumenta diluentes, quæ reſtant in ſectione prima. Ad tertium igitur dico primò; Deus creaturas amat propter diuinã bonitatem, vt propter finem, ac proinde creaturas amat ſub ratione boni vtilis, accipiendo *vtile* pro eo bono, quod amatur tanquam medium

ſubſeruiens

ſubſeruiens ad finem, nõ tanquam finis vltimus: ſic enim ſumitur à philoſophis, quando diſtinguunt tria bonorum genera, & à S. Thoma ſupra q. 5. art. 6. Vtilitas hæc in eo poſita eſt, quod *omnia ſeruiunt Deo.* Pſal. 118. quem decet in ſuis creaturis ſplendere & in illis agnoſci, & honorari: Quamuis ſine hac extrinſeca gloria Deus nihilò minùs beatus foret, & omni ex parte conſummatus, atque perfectus.

2. *Dico 2. Non tamen ſub ratione præſſa vtilitatis.* Si verò vtile bonum ſtrictiùs accipiatur pro eo bono, quo perſona aliqua indiget ad ſuam plenam perfectionem atque gaudium: ſic creaturæ non amantur à Deo ſub ratione boni vtilis: de quo dicemus iterum diſp. 8. ſect. 3.

3. *Dico 3. Diluitur obiectio. Quodnã bonum honeſtũ, membrum ſit diuiſionis boni incõmunis. Plerunque verò vſurpatur pro virtuti, & rationi conſono.* Dico tertiò. Cum arguitur: Deus vult creaturas ſub ratione boni vtilis; ergo non vult ſub ratione boni honeſti. Reſpõdeo, diſtinguendo cõſequens. Honeſtum námque in generali diuiſione boni accipitur pro vltimo bono, terminante totaliter motum appetitus, tanquam propter ſe amatum: vt rectè S. Thomas ſupra q. 5. art. 6. corp. Atque hoc modo creaturæ non amantur à Deo ſub ratione boni honeſti, ſed ſub ratione boni vtilis. Plerumque tamen honeſtum bonum accipitur pro quocumque conſono rationi & virtuti: qua acceptione creaturæ omnes amantur à Deo ſub ratione boni honeſti, in quantum recta ratio diuina dictat, omnes ſubſeruire poſſe ad virtutem hominum & Angelorum, quibus eximia Dei honeſtas manifeſtetur, & communicetur. *Ad cõfirmationem. Amore amicitiæ Deus Angelos proſequitur.* Ad primam confirmat. reſpondeo & dico primò. Deus homines & Angelos diligit amore amicitiæ: vt oſtendimus 2. 2. tractantes de charitate diſp. 2. q. 2. ſect. 2.

4. *Neque amicitia neque beneuolentia Deus irrationales diligit creaturas.* Dico ſecundò, Creaturas irrationales non diligit Deus amore amicitiæ, imo neque beneuolentiæ, quæ inchoata quædam amicitia eſt: nam vterque amor non fertur, niſi ad perſonam capacem virtutis, & redamationis, atque beatitudinis einſdem: vt ex Ariſtotele & Theologis oſtendi in eadẽ diſp. 2. de charitate q. 2. ſec. 2. 3. 5. & 6.

5. *Eas diligit amore concupiſcentiæ.* Dico tertiò. Inde ſequitur, creaturas irrationales amari à Deo amore concupiſcentiæ, in quantum ordinat illas ad creaturas rationales, & vltimò ad ipſum Deum. Quamuis enim Deus nulla re creata indigeat; ſatis eſt amicos Dei rebus irrationalibus indigere, vt Deus eas concupiſcat. Etenim non ſolùm nobis, ſed etiam amicis noſtris concupiſcimus. Adde quòd ad Dei bonitatem oſtendendam irrationales creaturæ iuuare poſſunt, quæ eſt gloria Deo extrinſeca. Hæc ſolutio eſt D. Thomæ infra q. 20. art. 2. ad 3. conſonátque in 1. contra gentes ca. 86. fine. vbi Ferrarienſis. Similia docet Scotus in 3. diſt. 32. q. 1. ad 2. vbi Durand. q. 1. Palud. q. 3. art. 3. Ricard. eadem diſt. 32. art. 1. q. 1. ad 2. Gabriel q. 1. art. 1. notab. 2. & art. 2. cnn. 3. Capreol. 1 diſt. 45. q. 1. art. 1. conc. 11: Vaſquez 1. p. diſp. 84. cap. 2. num. 7. Suarez lib. 3. de attributis cap. 7. num. 3. Molina dicta q. 20. art. 2. Et in re nihil diſcrepat Scotus 3. diſt. 32. q. vnica, prope finem.

6. *Non propriè Deus dicitur nobis frui, bene tamen quodãmodo.* Ad 2. confirm. reſpondetur, Deus non fruitur nobis propriè loquẽdo, quoniam fruitio propriè eſt quies in vltimo fine per gaudium. Quodammodo autem nobis fruitur, quatenus verè gaudet de noſtro bono, quod ipſum eſt eius gloriã: quemadmodum Dei Apoſtolus eum imitatus, ſcribit ad Roman. cap. 15. *Si vobis ex parte fruitus fuero.* & ad Philem. *Ita ego te fruar in Domino.* Propriè igitur loquendo, Deus nobis nõ fruitur, ſed vtitur nõn ad ſuam, ſed ad noſtram vtilitatem; quam refert ad oſtendendam ſuam infinitam bonitatem: vt optimè docuit Magiſter in 1. diſt. 1. ex D. Auguſtino lib. 1. de doctrina Chriſtiana, & communiter Scholaſtici ibidem. & S. Bonau. lib. 3. ſent. diſt. 32. art. 1. q. 1. in fine.

Ad 4. argument. reſpondetur ex D. Tho. ar. 2. ad 3. & Durand. 1. diſt. 45. q. 1. ad 1. voluntas, cui ſufficit aliquid volitum, nihil quærit extra illud, niſi ratione illius primarij voliti per ſe ſufficientis: ac proinde diuina voluntas nihil creatum quærit, niſi propter diuinam bonitatem communicandam, & oſtendendam, omnia tanquam in finem vltimum referens in eandem bonitatem. 7.

8. *Si creatura non amarentur, diuina bonitas non ſatiaret voluntatem diuinam.* Hæc ſolutio explicatur magis & confirmatur, quoniam diuina bonitas non ſatiaret diuinam voluntatẽ, niſi ſimul amarentur creaturæ vt poſſibiles amore complacentię; & creaturæ vt futuræ poſſent liberè amari amore efficaci. Quod probo, nam infinita potentia, & ars infinita cum infinitis ideis, & exemplaribus diuinæ bonitatis non poſſunt comprehenſiuè & adæquatè amari, niſi diſtinctè & explicitè amando per ſimplicem complacentiam quælibet artificia, quæ fieri poſſunt ad imitationem idearum per artem, & potentiam infinitã. Rurſus, niſi Deus liberè poſſet efficax decretũ ſtatuere de facto producendi quælibet artificia; non eſſent illa poſſibilia, quocirca niſi Deus poſſet amare creaturas efficaci decreto creandi; non poſſet diuina voluntas ſatiari propriæ bonitatis amore; multóque minus, ſi creaturas poſſibiles non amaret ſimplici complacentia: quemadmodum dicemus diſp. ſequenti ſect. 2.

SECTIO VI.

Quam ſimplex ſit tendentia diuinæ voluntatis in omnia obiecta volita.

PEruenimus ad ſolutionem argumenti quinti & vltimi quod in ſect. 1. contendebat inferre multiplicitatem diuinarum volitionum ex eo, quod Deus diligat creaturas. Huic vt plenius ſatisfaciam dico primò. Non eſt multiplex ſed abſolutè ſimplex diuina volitio. Probatur imprimis ex Scriptura & Patribus. Sap. 7. *Omnium enim artifex docuit me ſapientia. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis.* Hic multa ponuntur, quæ pertinent ad voluntatem (nam vtramque potentiam comprehendit ſapientia) veluti *amans bonum, benefaciens, humanus, benignus.* Quoniam verò laudatur vt omnium artifex, euidenter oſtenditur eſſe diuinam ſapientiam, prout complectitur intellectionem & volitionem. In hac igitur eſt Spiritus *vnicus*, quantum ad ſuam entitatem intrinſecam; multiplex autem, quantum ad obiecta, circa quæ verſatur. 1. *Dict. 1. Non multiplex, ſed ſimplex eſt diuina volitio. Sap. 7.*

Hierotheus in amatoriis hymnis (quorum fragmentum refert Dionyſius c. 4. de diuin. nomin. poſt. med.) initio illius fragmenti docet, *vnam quandam vim eſſe ſimplicem.* Loquitur autem de amore, quo Deus ſe ipſum, & creaturas diligit. 2. *Conſonat Hierotheus.*

Dionyſius de diuin. nom. cap. 7. paulò poſt med. ait: *Vno cauſa complexu, ſine diuiſione, cõiunctè noſcit & procreat.* Procreatio autem includit volitionẽ, quia ſcientia non operatur ſine beneplacito: vt vidimus tomo præced. de Scien. diſp. 15. & 16. *Suffragatur Dionyſ.*

Cõſonat Cypariſſiotes. Maximus apud Cypariſſiotem.

&c.46. Eandem Dionyſij ſententiam recipit Cypariſſiotus decade 8.cap.5. Vbi refert etiam Sanctum Maximum centur. 8. cap. 88. dicentem: *Motus amatorium boni,qui in bono primo exiſtit ſimplex & immobilis.*

4\. *Eunomij cauillatio.*

Athanaſius dialogo 2. de Trinitate contra Anomæum col. 4. inter Scholia Eunomij refert hanc eius cauillationem: *In ſacris literis non vnica,ſed multæ voluntates inueniuntur: quum dicant, omnia quæ voluit fecit: multa igitur voluit, non autem vnum quiddam.* & poſt pauca: *Neque verò multæ duntaxat,verum etiam diuerſæ ſunt voluntates. voluit enim cælum, voluit & Solem, voluit & terram. Quum autem iſta, quæ vult, diuerſa ſint, neceſſe eſt differre quoque voluntates de illis creandis.*

5\. *Exemplo Athanaſius eũ ſoluit.*

Cui Athanaſius reſpondet: *Non quia diuerſa ſunt opificia neceſſariò diuerſæ quoque ſunt voluntates: ſed ſicut Deus hominem vnica voluntate ex diuerſis membris & partibus condens, fecit oculos, aures, nares, &c. Sic etiam vniuerſum Mundum vnica voluntate conſtruxit.* Omnia quippe Deus voluit per modum vnius tanquam partes integrantes vniuerſum, quod totum atque totaliter amatur propter eundem finem vltimum & idem obiectum formale: vt videbimus ſtatim.

6\. *Fauet Philoſophus.*

Ariſtoteles lib. 7. Ethicor. cap. vltimo verſ. finem, ex ſimplicitate diuinæ naturæ atque ex illius perfectione demonſtrat ſimplicitatem diuinæ voluptatis. Sed voluptas non eſſet ſimplex, ſi volitio non eſſet ſimplex, ſed multiplex; quælibet enim volitio vel conferret voluptatem, vel moleſtiam. Hæc ſunt Philoſophi verba: *Quod ſi alicuius natura ſit ſimplex, ſemper eadem operatio iucundiſſima erit. Idcirco Deus vna ſemper, ſimplicique gaudet voluptate. Non enim ſolùm motionis eſt operatio, ſed & immobilitatis: & voluptas in quiete potius, quàm in motu conſiſtit: mutatio verò omnium dulciſſimum eſt ſecundum Poetam, ob prauitatem quandam.* &c.

7\. *Ex Patribus, & Scholaſticis eadem colligitur concluſio.*

Propter rationis paritatem colligitur ſimplicitas volitionis ex Patribus & Scholaſticis plurimis, qui præcedenti tomo de Scientia Dei diſp. 2. ſect. 4. docent, diuinam ſcientiam eſſe ſimplicem; peculiariter ex Auguſtino lib. 15. de Trinitat. cap. 14. poſt med. & Damaſceno lib. 1. fidei, c. 19. propè fin. Clarius hoc tradunt, qui docent amorem Dei eſſe ipſam eſſentiam Dei, & eundem eſſe amorem, quo ſe ipſum & creaturas diligit. Ita Magiſt. lib. 1. ſent. diſt. 32. vbi S. Bonau. art. vnico præſertim quæſt. 3. Ricard. art. 1. præſertim quæſt. 4. Scotus quæſt. vnica art. 3. Durand. quæſt. vnica art. 2. Alexand. 1. part. quæſt. 31. memb. 1. 2. & 3. Gabriel lib. 1. diſt. 32. quæſt. vnic. in art. 1. notab. 3. Henricus in ſumma artic. 46. quæſt. 3. ad 3. Nominatim verò volitionis ſimplicitatem tradunt S. Thomas in præſenti art. 2. ad 4. & art. 5. in corpore, S. Bonauent. in Breuiloquio, quem refert Carthuſianus 1. diſt. 45. q. 1. colum. penult. Prius autem in colum. 2. §. *Verum ex his.* Alexandrum conciliat cum S. Thoma, ne ſimplicitatem diuinæ volitionis oppugnare videatur. Magis ex profeſſo Henricus 2. part. ſummæ art. 47. tota quæſt. 2.

8\. *Obiectionis ſolutio.*

Ratio à priori redditur & ſimul applicatur ſolutio ad formam prædicti argumenti. Cui S. Thomas & Henricus citati reſpondent. Actus voluntatis multiplicantur ſecundùm volitum formale, non ſecundùm materialia obiecta volita. Vnicum autem eſt volitum formale, ſcilicet, diuina bonitas: vt oſtendimus diſp. 3. ſect. 1. & 2. Vnde ſicut intelligere diuinum eſt vnicum, quoniam omnes creaturas non videt, niſi in vna ſua eſſentia tanquam in obiecto formali: ita velle diuinum eſt vnum & ſimplex, quia omnes creaturas non vult, niſi in vnica ſua bonitate, tanquam in obiecto formali.

Dictum ſecundum.

Præcedentem aſſertionem magis explicando dico ſecundò. Pluribus realiter diſtinctis amoribus conſtare non poteſt diuina volitio: tum quia foret compoſita realiter: tum etiam, quia ſequeretur realis diſtinctio in Deo ſine diſtinctione ſuppoſitorum, & ſine relatione originis, quod eſt contra fidem. 9.

Dictum tertium. Mutua actuum voluntatis incluſio.

Dico tertiò. Non eſt in re fundamentum diſtinguendi plures actus amoris diuini, quorum aliquis non includat implicitè totam quidditatem aliorum, & ab illis, quaſi ſpecifica diſtinctione differat. 10.

Explicatio concluſionis, & probatio. In tenuiſſima qualibet ad obiectum materiale tendentia ambibita eſt tendẽtia ad obiectum formale. In nullo priori intelligi poteſt comprehenſiuus diuinæ bonitatis amor, ſine reſpectu incluſo ad creaturas.

Explicatur & probatur, quoniam in nullo priori, ſub nulláque præciſione poteſt intelligi diuinus amor verſari circa creaturas, quin intelligatur etiam verſari circa Deum. Nam in vltimo quoque gradu tendentiæ ad obiectum materiale, continetur eſſentialiter tendentia ad obiectum formale: de quo plura diximus tractantes de viſione beatifica ſuprà quæſt. 12. art. 7. Similiter in nullo priori, ſub nulláque præciſione poteſt intelligi diuinus amor verſari comprehenſiuè & adæquatè circa diuinam bonitatem, quin etiam in hac ratione formali eſſentialiter includatur tendentia ad creaturas, tanquam ad obiecta materialia, ſine quorum amore, non poteſt comprehenſiuè & adæquatè amari obiectum formale: vt conſtat ex dictis ſect. 2.

Abſolutè tamen concedendũ, prius ad diuinam bonitatem, quã ad creaturas amorẽ diuinũ terminari.

Nihilominus abſolutè concedendum eſt, Dei amorem priùs terminari ad diuinam bonitatem, quàm ad creaturas; quoniam creaturæ ſunt obiectum minus principale, & earum amor pendet ab amore Dei, tanquam à capite & radice; quamuis etiam quodammodo pendeat amor Dei ab amore creaturarum: vt dictum eſt præcedenti ſect. in fine. 11.

Ratio concluſionis. Si plures eſſent amores, vel nullus ſufficeret, vel ſuperfluerẽt multi.

Quo fundamento ſuppoſito, ratio præſentis aſſertionis eſt, quoniam Deus imprimis circa ſe ipſum non habet plures amores, quia nullus illorum eſſet comprehenſiuus, & nullus illorum dignum obiectum, & plenum, ac ſufficiens ad infinitum amorem, reſpiceret: quod ſi plures amores eſſent comprehenſiui & adæquati Deo; ſuperfluerent reliqui præter vnum. Rurſus vnico ſimpliciſſimo amore ſe ipſum diligens, neceſſariò complacet in omnibus quæ poteſt facere: quapropter ſuperfluerent alij creaturarum amores. 12.

Prima cõfirmatio, quia materiale, nõ niſi propter formale obiectum diligitur. Secũda cõfirmatio, quia in terminis implicat aliquem actum intelligi ſine ratione formali. Tertia cõfirmatio quia neque in vna creatura Deus cõplacet abſque alia.

Confirmatur primò, quia non poteſt amari ſecundarium & materiale obiectum, niſi propter obiectum formale: quapropter quocunque amore creaturarum principalius magíſque diligitur diuina bonitas. Confirmatur ſecundò, quoniam implicat contradictionem aliquem actum intelligere, non intelligendo rationem formalem illius ſaltem virtualiter & implicitè. Ergo contradictionem implicat Dei amorem erga creaturas intelligere ſine amore diuinæ bonitatis. Quapropter etiamſi nolis, & dedita opera coneris præſcindere creaturarum amorem ab amore diuinæ bonitatis; adhuc implicitè & virtualiter illum includes in tuo conceptu. 13.

Confirmatur tertiò, quia nec vnam creaturam abſque alia Deus ſimplici complacentia diligit; nec

nec poſſumus vnius creaturæ dilectionem intelligere, niſi virtualiter, & implicitè contineatur in noſtro conceptu cæterarum omnium dilectio. Nam in vnius creaturæ dilectione continetur dilectio diuinæ bonitatis, & in dilectione diuinæ bonitatis continetur dilectio creaturarum omnium: ſicut nuper fuit probatum.

15. *Quarta confirmatio, quia tam nō amarentur propter Deum, ſed eſſent obiectum formale amoris.* Confirmatur quartò, nam alioqui creaturæ diligerentur à Deo propter ordinem, quem habent ad Deum, & non propter ipſum Deum. Vnde ſequeretur obiectum formale iſtius amoris, eſſe aliquid creatum, quod amori diuino repugnat: vt vidimus diſp. 3. ſect. 1. & 2. foret enim talis amor ſimilis electioni mediorum, propter ordinem quem habent ad finem, non propter ipſum finem immediatè.

16. *Primum ex dictis conſectarium.* Ex dictis inferuntur corollaria. Primum eſt. Diuini amoris ſimplicitas non ſolum eſt ad eum modum, quo ſimplex eſt tota eſſentia & omnium attributorum collectio. Nam quaſi ſpecie differunt intellectio, volitio, potentia, & quædam alia attributa propter obiecta formaliſſima, ſub quibus ſuas operationes exercent, aut propter rationes formales, quibus conſtituuntur.

17. *Secundum conſectarium.* Vnde colligitur ſecundò, non eſſe diuerſa attributa amorem, quo Deus diligit ſe ipſum, & quo creaturas diligit; quoniam hi amores nō diſtinguuntur, quaſi duæ rationes ſpecie diuerſæ, ſicut diſtinguuntur æternitas & immēſitas, ſcientia & bonitas Dei; ſed ſolummodo diſtinguuntur quaſi partes extenſionis, penes diuerſa obiecta materialia, & extrinſeca.

18. *Quid hic obſeruandum. Partes amoris efficacis ſeparabiles ſunt.* Notandum autem eſt fuiſſe ſeparabiles ab inuicem partes amoris efficacis, & in hoc, præter alia, differre à partibus amoris complacentiæ creaturarum, quod nunquam potuerunt ab inuicem ſeparari. Deus enim potuit non diligere ab æterno creaturam vnam, licèt aliam diligeret amore efficaci: quo caſu foret amor efficax vnius creaturæ ſeparatus ab amore alterius.

19. *Tertium conſectarium. Diſtinctio inter partes amoris efficacis non eſt adæquata.* Tertiò colligitur infimam eſſe diſtinctionem inter partes amoris diuini, quia non eſt diſtinctio quaſi completa ſed quaſi incompleta & partialis: nihilominus eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ, quia melius intelligitur Dei amor pluribus conceptibus, quàm vno, iuxta rationem diſtinctionis quam retulimus diſp. 1. ſect. 3. verſùs finem.

20. *Quartū conſectarium. Diuerſitas inter amorē, quo ſe, & illum quo Deus diligit creaturas.* Quartum Corollarium eſt, eundem eſſe modum volendi, quo Deus vult ſe ipſum & quo vult creaturas, ſi attendas integram rationem formalem explicitam & quaſi ſpecificam. Cæterum eſt quaſi partialiter & materialiter diuerſus modus, quo Deus vult creaturas: has enim vult efficaci voluntate, ſed ſe ipſum non vult, niſi complacendo de ſua bonitate, non verò animo cauſandi illam. Inſuper quaſdam creaturas Deus amat ſolummodo quoad eſſe poſſibile; at verò ſe ipſum quoad eſſe actuale: ac denique creaturas tanquam media, ſe ipſum tanquam finem diligit. Et quantum ad hoc rectè ſenſit Henricus ſecunda parte ſummæ. art. 47. quæſt. 2. Videri poſſunt quæ in ſimili de Scientia fusè ſcribit S. Bonau. 1. diſt. 39. art. 2. quæſt. 1.

21. *Quintū conſectarium.* Quintum Corollarium ſit, iuſtitiam, miſericordiam, veracitatem, liberalitatem, & quæcumque alia pertinentia ad volitiones diuinas, non diſtingui inter ſe diſtinctione quaſi formali & ſpecifica, vt ſapientia diſtinguitur à volitione: ſed ſolummodo diſtingui quaſi partes extenſionis in ordine ad diuerſa obiecta materialia eiuſdem volitionis, perinde ac ſi in diuina potentia diſtingueres creatiuum corporum, & creatiuum ſpirituum.

Obiicies. Saltem iuſtitia & miſericordia numerari ſolent vt attributa diuerſa. Saltem igitur illa diſtinguentur quaſi ratione ſpecifica. Nam alioqui liceret attributa multiplicare ſine termino, ſi ſola diſtinctio partium extenſionis materialis ſufficeret, vt tanquam attributa duo diſtinguerentur iuſtitia & miſericordia. 22.

Reſpond. Iuſtitia & Miſericordia, quamuis non diſtinguantur quaſi ſpecie phyſica; meritò tamen numerantur, vt attributa diuerſa, non ſolum quoniam ſpecie morali diſtinguuntur propter diuerſam conſonantiam cum ratione, repertam in obiecto materiali; ſed præcipuè quoniam ſunt duo ſingulares ac ſupremi cardines totius prouidentiæ Dei, circa quos omnes aliæ volitiones vertuntur. Deus enim quæcumque circa creaturas vult, ex iuſtitia vel miſericordia vult, vt S. Thomas oſtendit quæſt. 21. art. 4. Omnia enim diriguntur ad prędeſtinationis vel reprobationis finem, videlicet, vt ſuſtineat in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, vel vt oſtendat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Roman. 9. vide infrà diſp. 55. ſect. 1. ad finem. 23. *Quare Iuſtitia & Miſericordia ponantur vt attributa diuerſa, reliqua verò voluntatis attributa non item.*

DISPVTATIO VI.

Vtrùm Deus neceſſariò velit omnia poſſibilia.

SECTIO I.

Negatiua ſententia cum Authoribus & argumentis.

ANtiquorum grauiſſimi ſentiunt, Deum non omnia velle, ſed ea duntaxat bona, quæ in aliqua differentia temporis exiſtunt: proinde poſſibilia, quæ nunquam futura ſunt, non amari à Deo, neque mala. Vnde inferunt primò, Deum non eſſe omniuolentem, licèt ſit omnipotens, & omniſciens: quoniam Deus poteſt, ſcitque omnia, etiamſi non ſint futura, & licèt mala ſint. Sed non vult niſi bona habentia eſſe in aliqua differentia temporis. 1. *Primū, quod inferunt huius ſententiæ authores.*

2. *Secundum quod inferunt.* Secundò inferunt, nullam creaturam à Deo amari neceſſariò, ſed omnes, quæ à Deo amantur, liberè amari, ſicut liberè confertur illis exiſtentia in aliqua differentia temporis. Ita ſenſit Albertus 1. p. quæſt. 79. memb. 2. art. 1. partic. 2. Alexander 1. part. q. 31. memb. 1. poſt med. & q. 34. memb. 3. & 4. S. Bonauent. in 1. ſent. diſt. 45. art. 1. q. 2. & lib. 3. diſt. 32. art. 1. q. 1. ad arg. Ricar. lib. 3. diſt. 32. art. 1. q. 2. & magis ex profeſſo Gabriel eadem diſt. 32. q. vnic. art. 1. notab. 1. & art. 2. con. 2. (quamuis poſtea videatur concedere complacentiam, dicens non eſſe propriè amorem.) Eandem ſentētiam tenent Bañez, Zumel, Molina & alij expoſitores, infra q. 34. art. 3. cum aſſerunt, amorem creaturarum poſſibilium non eſſe neceſſarium: ideóque Spiritum ſanctum non procedere ex amore creaturarum. Quod idem ſupponere videntur in præſenti quæſt. 19. art. 3. & q. 20. art. 2. Videtur etiam idem ſentire Valentia 1. p. diſp. 1. q. 19. punct. 2. & 3. & diſp. 2. quæſt. 8. punct. 2. omittit hoc diſputare circa proceſſionem Spiritus ſancti.

In

Digitized by Google

3\. In eandem ſententiam magis inclinare videtur Suarez in metaph. diſp.30.ſect.16. à num. 49.& 1.p.lib.11.de Trinit.cap.2. fine. & lib.3. de attribut. cap.6. Colligitur imprimis ex Magiſtro in 3.diſt.32. ſub init. & ex D.Thoma in præſenti q.19.art.3.corp.& ad 6.vbi aſſerit, diuinam voluntatem circa omnes creaturas verſari liberè & non neceſſariò; quoniam verſatur circa illas, prout ſunt in ſe ipſis, quod eſſe in ſe ipſis non neceſſariò habent, ſed liberè. Vnde tam ibi, quam infra art.6. ad 2.& in 1. contra gent.cap.81. fine, oſtendit diſcrimen, propter quod Deus nõ velit omne bonũ, quamuis ſciat omne verum. Et infra q.20.art.2.probat ex profeſſo Deum diligere omnia quæ ſunt. Nullibi autem docet Deum diligere ea, quæ in nulla temporis differentia producuntur. Eadem eſt ſententia Ferrarienſis 1.cont.Gent.cap.81.& 4. contra gent.cap.13.§.*Dicitur* 2.

4\. *Alibi aliud videtur docere.*

Scotus denique lib.1.ſentent.diſt.32.q.2. ad vltimum docet, Patrem & Filium non diligere creaturas Spiritu ſancto; quoniam creaturarum amor non eſt neceſſarius. Sed oppoſitum videtur ſentire loco citando in ſection. 2.init.

5\. Primum argumentum eſt, quoniam Deus *omnia quæcumque voluit fecit*. Pſal.113. & 134. Ergo quæ Deus non fecit, non voluit, ſi voluiſſet enim ea feciſſet. Vnde præterea ſequitur, quòd ſicut omnia, quæ fecit, liberè fecit; ſic etiam omnia, quæ voluit, liberè voluit.

6\. *Præcipuum fundamentum ex S.Thoma deſumptum.*

Secundum, ac præcipuum fundamentum S.Thomæ quia nulli rei conuenit bonitas, niſi prout exiſtenti: ergo nulla creatura poteſt amari. etiam amore complacentiæ, niſi prout habet eſſe in aliqua differentia temporis. Antecedens colligitur apertè ex D.Thomæ, non modo locis nuper citatis, ſed præſertim ſupra q.6.art.3. corp.vbi ait, primam perfectionem ſeu bonitatem rei conuenire, ſecundùm quod in ſuo eſſe conſtituitur. Loquitur autem de eſſe exiſtentiæ: nam inde colligit de eſſentia nullius creaturæ eſſe bonitatem, quia de eius eſſentia non eſt eſſe, vel exiſtere. Cui doctrinæ conſonat tota quæſtio 5.& 6.S.Thomæ, & cætera omnia, quæ ſparſim tractat de bonitate.

7\. *Quod nõ exiſtit, neque finis, neque medy rationem poteſt habere.*

Confirmatur primò, quoniam bonitas apta eſt vt ſit finis, vel ordinetur ad finem: ſed quod in nulla differentia temporis habet eſſe, neque poteſt amari vt finis, neque vt medium propter finem (quia quod nunquam exiſtit, ad nihil deſeruire poteſt) ergo nullam habet bonitatem. Sumitur hæc confirmatio ex D.Thoma 1.cont. Gent.cap.81.fine.

8\. *Intellectus præſcindere poteſt ab exiſtentia, volũtas autẽ ad bonum exiſtens ſemper tendit.*

Confirmatur, ſecundò quia bonum & malum eſt in rebus, quamuis verum & falſum ſint in intellectu: vnde fit vt intellectus verſari poſſit circa rei quidditatem, præſcindendo illam ab actuali exiſtentia; voluntas verò ſemper tendat in bonum in ordine ad eſſe actuale. Ergo nihil amatur à Deo, niſi cui vult conferre eſſe actuale. Antecedens traditur ab Ariſtotele 6.Metaphy.text.8. vbi communiter Philoſophi tanquam verum recipiunt, & S.Thomas cum ſuis expoſitoribus ſupra q.8.art.3.

9\. *Diuinæ bonitatis independẽtia à creaturis. Confirmatio.*

Tertium argument. Diuina bonitas eſt omnino independens à creaturis: ergo Deus poteſt illam amare & in illa complacere, licet nullum affectum complacentiæ haberet circa creaturas. Confirmatur, quoniam aliàs Dei perfectio eſſentialis penderet à creaturis.

10\. *Paritas ex eo quod arbitrium creatum, nec ſimplici complacentia alia à ſe neceſſariò diligat. Confirmatur ex Beatis nõ neceſſariò diligentes creaturas in eſſentia.*

Quartum, quia liberum arbitrium creatum non amat neceſſariò ſiue amore complacentiæ, ſiue amore efficaci alias creaturas; ſed tantum ſeipſum, & Deum amat neceſſariò Angelus. Ergo Deus, præter ſe ipſum, nihil aliud neceſſariò amabit. Conſequentia probatur, nam Deus magis independens eſt à qualibet alia re, quam Angelus, aut quælibet alia creatura. Confirmatur, nam beati non neceſſariò erumpunt in amorem complacentiæ de creaturis, quas in Deo vident eſſe poſſibiles: Ergo neque Deus. Probatur Antecedens, nam voluntatem beati non poteſt neceſſariò rapere, niſi ſummum bonum: ſed creaturæ non ſunt bonum ſummum, ergo non poſſunt neceſſariò rapere voluntatem beati ad amorem complacentiæ.

11\. Quintum argum. Circa rem poſſibilem, nunquam futuram, non poteſt verſari complacentia voluntatis; ſed ſolummodò iudicium intellectus dictans rei naturam eſſe bene & aptè conſtitutam. Quod ſi ex hoc iudicio ſequitur aliquis affectus in voluntate; ille deſtinatur ad eum finẽ, vt res illa producatur in rerũ natura.

12\. *Neque efficaci, neque inefficaci Deũ creaturas merè poſſibiles amore proſequi.*

Sextum, quia ſaltem circa res illas poſſibiles, ad quarum exiſtentiam procurandam nulla media Deus adhibet, nullus erit amor, ſeu volitio Dei. Quod probatur, ſupponendo, vt manifeſtũ, non eſſe volitionem abſolutam & efficacem, & oſtendendo nõ eſſe volitionem inefficacem: hæc enim eſt volitio conditionata, vel ſimplex complacentia, & vtraque tendit ad exiſtentiam rei. Nam volitio conditionata vult bonum exiſtere, ſi fieri poſſet, aut ſi poſſet à malitia ſeparari, aut obtineri ſine difficultate, aut nocumento; vel ſi liberum hominis arbitrium conſenſerit.

13\. *Simplicis cõplacentiæ quidditas.*

Quare manifeſtè hæc volitio tendit ad exiſtentiam rei: quo modo Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſi ipſi liberè velint vti mediis ſibi à Deo conceſſis. Rurſus ſimplex complacentia, nihil aliud eſt, quam velle, & gaudere, quod res, quæ nobis placet habeat talem pulchritudinem, aut bonitatem: quare iam hæc volitio tendit, ad rei exiſtentiam ſaltem vt in ea complaceat. Confirmatur, quoniam ſi fortè aliquando delectat nos res aliqua, & non gaudemus quod exiſtat in rerum natura, iam non res ipſa, ſed cogitatio illius rei eſt quæ nos delectat. Ergo ſimiliter, ſi Deus non gaudet quod aliqua res exiſtat in rerum natura, iam non placet Deo res illa, ſed tantum cognitio & idea illius rei, quam Deus apud ſe habet.

Confirmatur ratio præcedere.

14\. *Summum odium, quale eſt nolle creaturæ exiſtentiam quem cũque amorẽ excludere*

Septimum arg. ſummum enim odium excludit omnem amorem, atqui ſummum odium alicuius rei eſt non ſolum velle vt non exiſtat in rerum natura, ſed etiam velle non adhibere aliquam cauſam, virtute cuius potuiſſet exiſtere. Hoc autem eſſe ſummum odium probo, quoniam vult ſummum malum rei; ſiquidem omne prorſus bonum illius excludit. Confirmatur, nam Sap.11. *Diligis omnia quæ ſunt*, inquit, *& nihil odiſti eorum quæ feciſti*. Ergo, quæ non fecit, ea odio proſequitur, id eſt, non amat ea, quæ non ſunt in aliqua differentia temporis.

Confirmatur. Sap.11.

15\. *Deo creaturas purè poſſibiles placere, aliud nihil eſſe, quã propriam omnipotentiam illi placere.*

Octauum. Quamuis Deo placeat creaturas eſſe poſſibiles, ſi tamen nullum bonum conferre vult illis creaturis; nihil Deo placet, niſi omnipotentia ſua præciſè conſiderata, quæ propterea bona eſt & perfecta, quoniam poteſt

effectus tales producere. Ergo Deo non placent creaturæ poſſibiles, prout diſtinguuntur ab eius omnipotentia.

SECTIO II.

Prorſus neceſſarium eſſe amorem complacentiæ ſimplicis erga omnes creaturas poſſibiles.

Diuerſis verbis, clarioribus, aut obſcurioribus traditur hęc ipſa ſententia à variis doctoribus. Inter quos ſunt Henricus in 2.p.ſummæ art.47.q.3.corp.& quodlib.2.q.3.

Scotus in 3.diſt.32.q.vnica in principio. Ricardus lib.1. diſt.45.art.1.q.4. & 5. Dionyſius Carthuſi.1.diſt.45.q.1.circa finem. Aureolus 1. diſt.46.art.2. propoſitione 2.& 3.& diſt.40.art. 1.propoſit.1.& 2. Fonſeca lib.7.Metaph.cap.8. q.4.ſect.5. & q.5.ſect.4. Vaſquez diſp.79.cap. 2. Arrubal diſp.53.cap.2. Herice diſp.18.de volunt.Dei cap.1. Nec ſine probabili fundamento citatur pro ea Suarez, qui tamen eſt ambiguus ſupra ſect.1.

1.Conc. Ad huius ſententiæ declarationem & probationem ſit prima concluſio. Diuinæ voluntati poſſibilis eſt complacentia ſimplex, quæ non ſolum velit ſuam infinitam bonitatem, potentiam & ſapientiam, in qua eminenter continentur creaturæ; ſed etiam tanquam obiectum materiale inefficaciter velit finitam bonitatem creaturarum, eam ipſam, quam haberent, ſi crearentur à Deo, quæ realiter diſtingueretur à diuina bonitate, ſi res illæ crearentur. Hæc complacentia ſimplex poſſibilis eſt circa creaturas omnes, etiam nunquam futuras.

Non tantum attributa in quibus eminenter creaturæ continentur, ſed etiam ipſarũ creaturarum finitam bonitatem Deus amore ſimplici proſequitur.

2\. Probatur primò, quælibet enim bonitas ſecundùm ſe placere poteſt voluntati, ita vt ſimplici quodam amore voluntas afficiatur erga illam. Sed rebus poſſibilibus, quamuis nunquam futuræ ſint, conuenit ſua peculiaris bonitas. Ergo illa placere poteſt diuinæ voluntati. Maior admittitur etiam ab aduerſariis; & illius euidens ratio eſt, quoniam quæcumque potentia perfectiſſima poteſt verſari circa quamcumque rem, quæ participet communem rationem ſui obiecti: ſicut perfectiſſimus viſus poteſt verſari circa omne viſibile. Ergo perfectiſſima voluntas poteſt verſari circa omne bonum.

Res nũquam extituræ ſuã etiam habẽt peculiarem bonitatem.

3\. Minor autem probatur, quoniam in eſſentia, prout ab exiſtentia præſcinditur, vel datur aliqua bonitas ſecundum quid, vel non datur. Datur autem bonitas ſecundum quid, quatenus eſſentia, conſtans omnibus prædicatis ad ſui conſtitutionem requiſitis, eſt eſſentia perfecta: vt docuit S. Thomas ſupra q.6.art.3.corpore ſub init. & Caietanus & alij expoſitores ibidem. Hæc autem bonitas ſecundum quid, eſt ſufficiens vt eſſentia poſſibilis ametur amore ſecũdum quid, qualis eſt amor ſimplicis complacentiæ, quæ, cum poſſit, nihil tamen efficaciter conferre vult.

In eſſentia, vt ab exiſtẽtia præciſa, datur bonitas ſecũdum quid.

4\. Quod ſi exiſtimas nullam bonitatem eſſentiæ conuenire, niſi præſuppoſita exiſtentia tanquam conditione (vt nos diximus in metaph. de bonitate tractantes) adhuc tamen Angelo nunquam futuro, ſicut poſſibilis eſt exiſtentia, ita poſſibilis eſt bonitas. Ergo poteſt Deo placere, quod talis Angelus nunquam creandus poſſet eſſe in ſe ipſo perfectiſſimus, ſi crearetur; ita vt non ſolum placeat Deo ſua potentia, ſed etiam placeat ipſa bonitas & perfectio finita, quæ neceſſariò conſequeretur eſſentiam huius Angeli ſi exiſteret.

Confirmatur, quia riſibilitas non poteſt emanare ab homine, niſi ſuppoſita exiſtentia: hæc enim eſt prima perfectio, quæ præſupponitur in ſubſtantia priuſquam illi conueniat vlla perfectio accidentium (vt docet S. Thomas ſup.q. 6. artic.3.) Nihilominus riſibilitas prædicatur de homine poſſibili per propoſitionem perpetuæ veritatis, cuius ſenſus eſt conditionalis: Si homo exiſteret, homo eſſet riſibilis. Ergo quamuis bonitas ſupponat rei exiſtentiam, prædicabitur de quacunque re poſſibili per proportionem perpetuæ veritatis, quia ſi talis res exiſteret, eſſet bona. Ergo hæc neceſſaria connexio bonitatis cum tali re, poteſt diuinæ voluntati placere: eſt enim perfectio eiuſdem rei quæ creari poteſt. 5.

Riſibilitatis in homine emanatio, & ſi bonitatis cum ratione in ente comparatur.

Probatur ſecundò quoniam bonitas rei poſſibilis nondum cognita, vt futura, ſed tantum cognita vt poſſibilis, eſt ſufficiens obiectum, quod poſſit amari à diuino amore efficaci. Igitur à fortiori ſufficiens obiectum erit quod poſſit amari ſimplici complacentia. Antecedens probatur; nam bonitas non cognoſcitur vt futura, niſi ſuppoſita voluntate efficaci producendi illam (ſiue ſupponatur vt iam exiſtens, ſiue ſupponatur vt quodammodo futura; prout explicatum fuit præcedenti tomo de Scientia Dei diſput.26.ſect.4. & 5.) Quapropter prius quàm ſupponatur efficax decretum producendi bonitatem illam, non proponitur ab intellectu, quaſi futura bonitas. Rurſus prius quàm diuina voluntas efficaciter decernat rem aliquam producere, neceſſariò prærequiritur cognitio proponens illius bonitatem: ſed ea bonitas non proponitur vt futura (ſicut nuper probatum eſt) ergo proponitur tantum vt bonitas poſſibilis: atque talis intellectio ſolam poſſibilitatem proponens erit ſufficiens, vt voluntas efficaciter decernat illam bonitatem producere. 6.

Si bonitas rei poſſibilis nondum cognita vt futura, efficaciter amari poteſt, multò meliùs inefficaciter.

Prius ſupponitur efficax decretũ producendi bonitatẽ, quam ipſa bonitas vt futura proponatur.

Confirmatur, nam ex parte obiecti poſſibilis datur ratio, propter quam Deus non poteſt efficaci, decreto velle producere in homine hæreſim, aut odium Dei (ſicut probabimus diſp.27. & multis ſequentibus) cùm tamen poſſit Deus velle gratiam, & charitatem producere. Prius igitur, quam iſtarum rerum futuritio concipiatur à diuina voluntate procedere; concipitur in ipſis rerum eſſentiis & exiſtentiis poſſibilibus ea bonitas, ratione cuius gratia, charitas, & cætera bona ſunt obiectum aptum amoris efficacis, & Deus poteſt illorum productionem decernere: ſimilitérque concipitur turpitudo, ratione cuius hæreſis, odium Dei, & cætera intrinſecè mala non poſſunt à Deo efficaci amore diligi. 7.

Aliquid peculiare relucet ex parte obiecti poſſibilis, ratione cuius honeſtũ poſſit, ſubiectũ nequeat à Deo produci.

Probatur tertiò, quoniam noſtræ voluntati per ſimplicem complacentiam poſſibilia multa placent, quæ poſſemus efficaciter producere, ſed nolumus. Ergo diuinæ voluntati poterunt placere obiecta poſſibilia, quæ poteſt, & non vult producere. Conſequentia probatur, quoniam hæc eſt perfectio amoris noſtri, cum ſit abſtractio quædam, & independentia à rerum exiſtentia futura, vt in eis complaceat. Ergo à fortiori debet conuenire Deo. Contra hanc rationem militant præcipuè 8.

Poſſibilia non pauca voluntati placent, quæ producere nolumus, cũ poſſimus.

quintum

Digitized by Google

quintum & ſextum argumentum, ex quorum ſolutione tradenda in ſect. 3. magis confirmata manebit hæc ratio.

9. *Non minus diuina voluntas, quam intellectus diuinus, præciſiua, ſeu abſtractiua eſt.*

Quartò probatur, quoniam diuina voluntas eſt non minùs vniuerſalis, neque minùs abſtracta, quàm diuinus intellectus: ideóque poteſt voluntas per amorem bonitatem à malitia coniuncta cum ea, præſcindere. Quin etiam præſcindere poteſt rationem communem à differentia, quam quidditatiuè tranſcendit, amando quamlibet actionem ſub ratione actionis, & non amando differentiam monſtroſitatis, per quam poſitiuè repugnat diuinæ legi, vt videbimus diſp. 50. ſect. 2. & 3.

Similiter ergo voluntas amare poterit, & complacere quod obiectum ſit conditionaliter bonum, ita vt quemadmodum intellectus diuinus dictat, quod hic Angelus eſſet perfectiſſimus, ſi produceretur à Deo, & exiſteret in rerum natura; ſic etiam diuina voluntas in hoc ipſo complaceat & delectetur.

10. *Tã ex parte creaturarũ, quã ex parte voluntatis Dei, repugnantia deficit vt poſſibilia diligantur.*

Quintò denique, quia nec ex parte obiecti voluntatis diuinæ, nec ex parte ipſius voluntatis diuinæ, reperitur ſufficiens repugnantia, contra ſimplicem complacentiam bonitatis poſſibilis, vt magis conſtabit ſect. ſequenti ex ſolutione argumentorum.

11. *2. Concluſio. Hæc complacentia non liberè, ſed neceſſariò conuenit diuinæ voluntati.*

Secunda concluſio. Complacentia ſimplex creaturarum poſſibilium non liberè, ſed neceſſariò conuenit voluntati diuinæ. Probatur primò, quia omnis perfectio poſſibilis neceſſariò conuenit Deo: ſed creaturarum poſſibiliũ complacentia ſimplex, eſt perfectio poſſibilis, vt conſtat ex præcedenti concluſione. Ergo neceſſariò conuenit Deo.

12. *Soluitur obiectio & tria redduntur diſcrimina. Primum diſcrimen.*

Obiicies, quoniam eadem ratione probaretur, cuiuſque creaturæ amorem abſolutum Deo non liberè, ſed neceſſariò conuenire; quoniam eſt perfectio poſſibilis. Reſpondeo, & inſtauro rationem triplici diſcrimine. Primò namque cuiuſlibet creaturę complacentia ſimplex eſt compoſſibilis in Deo: ſed abſolutum decretum producendi quamlibet creaturam poſſibilem eſt incompoſſibile; quoniam plurimæ creaturæ ſibi repugnant, ne ſimul exiſtere poſſint.

13. *Secundum diſcrimen. Diſplicentia erga creaturas poſſibiles, impoſſibilis eſt.*

Secundò. Complacentia ſimplex non potuit excludi per contrariam diſplicentiam, eo quod impoſſibilis ſit diſplicentia creaturarum etiam poſſibilium: nihil enim diſplicere poteſt, niſi ſub ratione mali: creaturæ vero poſſibiles nullam includunt rationem mali, quod ſit abſolutè malum. Alioqui non poſſent à Deo produci. Sed è contrario, decretum efficax producendi creaturas excludi potuit contrario decreto non producendi.

14. *Tertium diſcrimen. Complacentia ſimplex perfectio, nequaquam per aliam cõpenſatur. At decretum efficax per oppoſitum poteſt compenſari. Prima confirmatio. In illis omnibus cõplacere, quæ rationabiliter amari poſſunt, eſt perfectio voluntatis.*

Tertiò ſequitur inde, complacentiæ ſimplicis perfectionem non recompenſari per aliam perfectionem, quaſi contrariam: cùm illi nulla perfectio ſit contraria, ſiue repugnans, & omnium rerum complacentiæ ſimul coëxiſtere poſſint. At verò decretum abſolutum & efficax producendi Michaëlem, v.g. ſufficienter recompenſaretur oppoſito decreto non producendi Michaëlẽ: æqualis eſt enim perfectionis actus vterque, nec poteſt vterque ſimul coëxiſtere. Vnde ſumitur confirmatio prima, quia voluntatis perfectio, eſt amare quidquid poteſt rationabiliter amari. Sed quælibet creatura poſſibilis amore complacentiæ poteſt rationabiliter amari. Ergo complacentia creaturarum eſt perfectio diuinæ voluntatis; proindéque neceſſariò conuenit illi.

15. *Secũda confirmatio. Efficax & abſolutus amor circa omnia ingentia & maiora bona impediret: ſimplex verò cõplacentia nõ item.*

Confirmatur ſecundò, nam è contrariò, ſi quælibet creaturæ diligerentur amore abſoluto & efficaci; maiora bona impedirentur velut ordinata conſtitutio vniuerſi; nec non diuinæ libertatis oſtenſio cum abſoluto dominio creandi quaſdam creaturas, & alias non creandi. Quam ob cauſam rationabile non foret omnes creaturas abſoluto, & efficaci amore complecti. Sed amor complacentiæ, licèt omnes creaturas poſſibiles complectatur, in hæc inconuenientia non incurrit.

16. *Intellectus imperfectio, nõ omne ſcibile ſcire: voluntatis autem, non omne bonum diligere.*

Confirmatur tertiò, nam imperfectus eſſet diuinus intellectus, ſi non ſciret omne verum, quod idem eſt omne ſcibile. Ergo imperfecta eſſet diuina voluntas, ſi non amaret omne bonum, quod eſt omne amabile; non tamen alio amore, præter eum, qui poteſt circa omnia bona ſimul verſari, ſine vlla inordinatione & defectu.

17. Confirmatur quartò, ſicut enim Deus non poteſt efficere, vt Michaël non ſit poſſibilis, ita non poteſt efficere, vt Michaëlis bonitas non ſit poſſibilis: neque poteſt efficere, vt bonitas Michaëlis non habeat neceſſariam connexionem cum Michaële, ita vt ſi exiſteret Michaël, exiſteret eius bonitas. Deus ergo non poteſt efficere, vt Michaëlis bonitas poſſibilis non placeat ſibi tanquam poſſibilis.

18. *Suam Deus bonitatẽ comprehenſiuè non amaret, ſi illi deficeret poſſibilium creaturarum amor.*

Probatur ſecundò, quia Deus ſuam bonitatem non amaret comprehenſiuè, hoc eſt, amore adæquante omni ex parte, amabilitatem Dei, niſi amaret omnes creaturas poſſibiles. Sed Dei amor neceſſariò comprehendit bonitatem diuinam (ſicut probatum eſt diſp. 4. ſect. 4.) ergo neceſſariò amat etiam creaturas poſſibiles. Maior probatur, quia Deus ſuam veritatem non cognoſceret comprehenſiuè, niſi creaturas omnes poſſibiles intelligeret. Eadem autem ratio viget in amore complacentiæ; quoniam hic neceſſariò coniunctus eſt cum amore diuinæ bonitatis; tum, quoniam ex ſuppoſitione, quod ames artificis artem, neceſſarium eſt placere tibi artificium, quod ille poteſt fabricare: tum etiam, quia ſi tibi ſummopere, comprehenſiuéque placet aliqua pulchritudo; placet etiam eo ipſo pulchritudo ſimilis illi, quatenus eſt illi ſimilis: vt matribus placere ſolent homines quicunque ſuis filiis ſimiles eſſe videntur.

Illi placet artificium, cui placet artificis ars.

19. *Ad diuinarũ perſonarum proceſſiones apta proportio.*

Probatur tertiò, quia ſi creaturarum omnium poſſibilium complacentia ſimplex diuinæ voluntati neceſſariò conueniat; manifeſtior euadit apta proportio, quam ſeruat vtraque proceſſio diuina. Nam ſicut Filius procedit per cognitionem omnium creaturarum poſſibilium; ita Spiritus ſanctus procedet per amorem omnium creaturarum poſſibilium, quemadmodum probatum eſt in tomo de Trinit. diſp. 63. præſertim ſect. 5.

20. *Complacẽtia erga poſſibiles creaturas Deum impulit, vt decerneret producere mundũ. Auguſtinus.*

Probatur quartò, nam complacentia rerum producendarum diuinæ voluntati cauſa fuit, & ratio decernendi producere Mundum: ergo antequam Deus libera, & efficaci volitione decerneret creare Mundum, placebat illi Mundus & eius partes vt poſſibiles ſimplici complacẽtia. Antecedens tradit Auguſtinus lib. 11. de Ciuitate cap. 21. init. dicens: *Quid eſt enim aliud intelligendum in eo per quod omnia dicit, Vidit Deus quia bonum eſt: niſi operis approbatio ſecundum*

artem facti, quæ ſapientia Dei eſt? Deus autem vſque adeo non cùm factum eſt tunc didicit bonum, vt nihil eorum fieret, ſi ei fuiſſet incognitum. Dum ergo videt quia bonum eſt, quod niſi vidiſſet, antequam fieret, non vtique fieret: docet, bonum eſſe, non diſcit. Igitur operis approbatio, ſeu complacentia præceſſit abſolutam voluntatem faciendi, quæ, niſi præcederet, non feciſſet Mundum. Vnde continuò ſubiungit: *Et Plato quidem plus auſus eſt dicere, elatum eſſe, ſcilicet, Deum gaudio, Mundi vniuerſitate perfecta. Vbi & ipſe non vſque adeo deſipiebat, vt putaret Deum ſui operis nouitate factum beatiorem: ſed ſic oſtendere voluit, artifici ſuo placuiſſe iam factum quod placuerat in arte faciendum.* Fuit igitur in arte complacentia operis antequam eſſet iam factum in præſentia æternitatis per abſolutam voluntatem faciendi.

21\. Quintò fauet eidem concluſioni ſecundæ difficultas intelligendi, quomodo complacentia rei poſſibilis, & nunquam futuræ, potuerit non eſſe in Deo: ſiquidem eidem rei nullum prorſus diſcrimen conueniret, in ordine ad quod, diuerſimodè ſe habuiſſet diuina voluntas, ſi rei eiuſdem complacentia caruiſſet, cum poſſet illam habere, præſertim ſi decreuiſſet eam producere. De quo videri poſſunt Vaſquez 1.p.diſput.79. cap.2. & Suar.1.p.lib.3.de attribut.cap.6. num. 10. Verumtamen hæc ratio per ſe ſola non ſufficeret, vt conſtabit ex dicendis infra diſp.

22\. *Obiectio proponitur.* Contra ſecúdam concluſionem obiicies. Res futuræ, quæ per efficacem volitionem amantur à Deo, non amantur complacentia ſimplici: ſed quælibet res poſſibilis potuit per efficacem volitionem amari: ergo quælibet res poſſibilis potuit à Deo non amari complacentia ſimplici: proindéque rerum poſſibilium complacentia ſimplex non neceſſariò conuenit diuinæ voluntati.

23\. *Soluitur.* Reſpond. negando Maiorem. Simplex enim complacentia, licet, quod ex ſe eſt præciſè, non afferat efficacitatem volitionis; eam tamen non excludit. Quapropter circa res futuras, non ſecus, quàm circa nunquam futuras, neceſſariò verſatur diuina complacentia ſimplex, cui quaſi ſuperadditur efficacitas volitionis circa futuras res tantummodo, non circa cætera poſſibilia.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta poſita in ſectione prima.

1\. *Authores exponuntur.* DOctores ibi citati, præcipuéque S. Thomas ita poſſunt explicari, vt nomine volitionis & amoris intellexerint tantummodo volitionem efficacem & amorem; nihil autem meminerint diſputare de ſimplici complacentia, quoniam ad amoris plenitudinem non peruenit, ſed multum ei deficit, quin etiam habet admixtum genus quoddam odij, quod explicabimus ad 7. argumentum & eius confirmationem.

2\. *Pſalmi verſiculus declaratur.* Ad primum autem argument. reſpond. Illius verſiculi genuinus ſenſus, hic eſt. Quæcumque Deus facere voluit, fecit. Suppleri namque ſolet ac debet infinitiuus in communi modo loquendi: veluti cùm dicimus. Petrus dedit mihi quæ voluit: ſubintelligitur; quæ dare voluit: nam, quæ voluit non dare, ſed retinere, magis amauit & voluit; ſed tamen mihi non dedit. Adde quod verbum *velle* quamdiu non limitatur, volitionem efficacem ſignificat, quoniam hæc ſola plena eſt, & abſoluta volitio. Per hanc igitur volitionem, quæcumque Deus non fecit, ea non voluit. *Intelligi de amore efficaci, non incongruè poteſt.*

3\. Ad 2. negatur Conſequentia. Quin potius noſtra, veráque ſententia ſequitur ex illo Antecedenti: quia ſi rei, prout exiſtenti conuenit bonitas actualiter; conſequens eſt, vt res, quæ poteſt exiſtere, poſſit habere bonitatem: ac ſubinde neceſſariò conueniat ei bonitas, ſecundùm connexionem prædicatorum; ſicut riſibilitas neceſſariò conuenit homini. Placebit igitur Deo bonitas, quæ poteſt actualiter conuenire rei poſſibili, & quæ neceſſariò conuenit, quantum ad prædicatorum connexionem; ſicut præcedenti ſect. conc. 1. probatum eſt.

4\. Ad 1. confir. reſpond. Res, in nulla temporis differentia producenda, poteſt à nobis amari tanquam finis complacentiæ ſimplicis, non verò tanquam finis volitionis efficacis, ad quem deſtinentur media. Cæterum creatura poſſibilis non amatur à Deo, ſicut finis ſuæ complacentiæ; ſed amatur, quaſi medium, quod deſeruire poſſet ad oſtendenda Dei attributa, ſubordinatóſque fines alios, quos Deus obtinere voluiſſet, placet enim Deo ſibi ſuppetere infinita media poſſibilia, nec vlla mediorum inopia premi.

Creaturæ poſſibiles Deo placent tanquam medium deſeruiens, vt diuina bonitas comprehenſiuè amatur. Prætereáque poſſibilis creatura Deo placet, quaſi medium deſeruiens vt Deus comprehenſiuè complaceat in ſua infinita bonitate, ad eum modum, quo creaturæ poſſibilis cognitio deſeruit ad comprehenſiuam ſcientiam eſſentiæ diuinæ.

5\. *Non ſolùm verũ eſt falſum ſed etiã bonũ & malum ſunt in rebus obiectis. Aliter tamẽ, & aliter.* Ad 2. confirm. reſpond. Non modò verum & falſum, ſed etiam bonum & malum ſunt in rebus obiectis: & ſunt etiam in potentia intellectiua & volitiua; cæterum cum diſcrimine. Nam verum & falſum eſt in intellectu formaliter & radicaliter; ab intellectu autem deriuatur ad obiecta. Contra verò bonum & malum formaliter & radicaliter eſt in obiecto volito, & inde participatur à volitione. Cuius ratio eſt, quoniam perfectio intellectus cognoſcentis in eo poſita eſt, vt ſe conformet rebus cognitis, quomodocumque ſint illæ, & non debet quærere res ſibi conformes, neque curare, vt res accommodentur intellectui. At verò volitionis perfectio in eo poſita eſt, quod diligendas eligat res ſibi conformes & conſentaneas; eiſque ſi potuerit, conferat bonitatem, quam amat, conformando eas ſuo deſiderio: vt fuſiùs explicuimus tomo præcedenti circa quæſtionem 16. de Veritate diſput. 85. ſect. 2. *Diſp. 85. ſect. 2.*

6\. *Illatio. Id plenè à Deo non diligitur, cui nõ vult conferre exiſtentiam.* Ex hoc principio rectè deducitur, nihil amari pleno & abſoluto amore Dei, niſi cui Deus vult conferre eſſe actuale, & inſuper nihil amari cõplacentia ſimplici, niſi voluntati diuinæ placeat, quod talis creatura poſſit habere bonitatẽ in ſe ipſa, & quod ea bonitas habeat neceſſariam connexionẽ cũ illa, ita, vt ſi actualiter in ſe ipſa creatura talis exiſteret, neceſſariò talis bonitas exiſteret in illa. Propterea bonitas, quam creatura potuiſſet habere in ſe ipſa, præſupponitur ex parte obiecti, vt Dei bona cõplacentia feratur in illá: qua ratione non poſſet in peccatum ferri, ſed tantum in eius materialem actionem, cum præciſione declaranda infra diſp. 50. ſect. 2. & 3.

Ad 3. cum confirm. conſequentia negatur. Sicut enim diuina veritas eſt prorſus independens à creaturis; nihilominus tamen ſine creaturis non poteſt per diuinam ſcientiam comprehendi:

Digitized by Google

Et ſic diuina bonitas ſit prorſus independens à creaturis compręhenſiuè adhuc amari non poteſt ſine illarum amore.

hendi : ſic etiam diuina bonitas non poteſt per amorem comprehendi, niſi diligendo creaturas, quamuis ab illis nullatenus pendeat.

Ad quartum negatur conſequentia. Diſcriminis rationes ſunt omnes, quibus præcedenti ſect.2.conc.2. probatum eſt, creaturarum poſſibilium complacentiam diuinæ voluntati neceſſariò conuenire. Quæ rationes non qua-
8. drant in voluntatem creatam; quippe cui non conueniunt ſimul ac neceſſariò quæcumque perfectiones poſſibiles, nec neceſſariò conuenit comprehenſiuus amor ſuæ bonitatis: & licèt conueniret, non omnes creaturæ, ſed aliquæ tantum pertinerent ad ſui comprehenſionem.

Confirmatur ſolutio.

Confirmatur, quia ſicut nullus intellectus creatus neceſſariò cognoſcit alias creaturas, ſed tantum ſe ipſum & Deum; nihilominus Deus neceſſariò cognoſcit omnes creaturas poſſibiles: ſimilis etiam diſparitas diuinam volitionem efficit & ſuperiorem, & vniuerſaliorem qualibet voluntate creata.

A ſummo bono, non à creaturis, rapiuntur Beati.

9. Ad confirmat. quarti argumenti negatur Antecedens, quoniam Beati neceſſariò rapiuntur, non à creaturis, ſed à ſummo bono ad complacentiam artificioſiſſimarũ, ac perfectiſſimarum rerum, quas agnoſcunt prodire poſſe ab omnipotentia, fabricarique per ſcientiam infinitam ad imitationem idearum, ſecundùm ea, quæ diximus ſect. præcedenti, concluſione ſecunda, probatione 2.

Quoties intellectus iudicat rem aliquam perfectè eſſe conſtitutam, toties in illa poteſt complacere.

10. Ad 5. Reſp. Antecedens inuoluit contradictionem, quoties enim intellectus iudicat rei naturam & quidditatem eſſe perfectè conſtitutam ſuis eſſentialibus prædicatis; hoc ipſum poterit placere voluntati: nam quæcumque perfectio cognita poteſt placere voluntati. Neque obſtat complacentiæ aliqua præciſio intellectus, ſæpe enim nos complacemus in bonitate, quæ per intellectum præſcinditur à malitia, ſed realiter non poteſt ab illa ſeparari. Denique hic affectus ſimplex, eò dirigitur, vt res illa, ſi exiſteret in rerum natura, eſſet actu bona quieſcendo in tali bonitate, quæ tunc illi competeret.

Volitio circa res poſſibiles, quæ nūquam producendæ ſunt, aliquo pacto dici poteſt conditionata.

Proprius autem appellatur ſimplex complacentia.

11. Ad ſextum reſpond. Circa res illas poſſibiles ad quarum exiſtentiam procurandam nulla media Deus adhibet, aliquo modo conditionata eſt volitio; quatenus Deo placet, vt ſi talis res exiſteret, eſſet perfecta: placétque vt exiſteret, ſi opus eſſet ad finem aliquem à Deo intentum. Proprius tamen appellatur ſimplex complacentia quæ tendit in actualem rei exiſtentiam, vt in ea quieſcat per delectationem & gaudium. Cæterum hæc complacentia non tendit ad exiſtentiam, quæ aliquando actualiter erit, ſed ad exiſtentiam, quæ foret actualiter, ſi Deus voluiſſet illam producere, & quæ neceſſariò foret perfecta, ſi produceretur.

Soluitur confirmatio.

Ad confirmationem reſpond. negando Antecedens. Nam in moroſa delectatione circa rem turpem delectat hominem non ſola cogitatio illius rei (alioqui non foret peccatum talis delectatio, vt conſtat ex generali doctrina tradita 1.2.q.74.in diſp.poſtrema.) Quare delectat hominem res ipſa cogitata, etiamſi retineat firmum propoſitum non exequendi rem illam, quamuis poſſit. Fateor tamen, prædictā delectationē tendere ad exiſtentiā, quam res talis habere poſſet; ſicut etiā de cōplacentia diuina ſæpe dictum eſt.

12. Ad ſeptimum. Reſp. Non eſt ſummũ odium velle vt res aliqua nō exiſtat: maius enim odium erit velle vt non ſit poſſibilis; quo modo dæmones aliique damnati per ſimplicem diſplicentiam optant, vt multa bona forent impoſſibilia Deo. Quare aliquis amor eſt huic odio repugnans, videlicet, velle vt res ſint poſſibiles, & vt neceſſariò conueniat eis bonitas, ita vt, ſi producerentur, eſſent bonæ. Maius inſuper odium eſt talis diſplicentia, ratione cuius impoſſibilis eſt voluntas efficax, aut complacentia ſimplex alicuius obiecti: quale eſt odium Dei erga peccatum, infra diſp.26.

Velle rem nō exiſtere non eſt ſummum malum: nā maius erit, velle rem eſſe impoſſibilem.

Argumentum ab auctoritate negatiuè petitum, inefficax eſt.

13. Ad confirmat. Conſequentia negatur. Argumentum enim ab auctoritate, negatiuè, nihil valet. Addo tamen, dici poſſe Deum odiſſe ea quæ non fecit, quatenus voluit illis negare bonitatem, quam conferre potuiſſet, idque magis propria locutione, quam Eſaù dicitur odio habitus antequam quidquam boni vel mali egiſſet Rom. 9. ea ſolum ratione, quoniam illi negata fuit prædeſtinatio, ſicut oſtèndimus de Prædeſtinatione tractantes.

Ad octauum, negatur Antecedens. Quin potiùs Deo placet illud bonum finitum & participatum, quod Deus poteſt creare: ſed Dei bonitas non eſt finita, neque participata, neque illam Deus creare poteſt. Igitur aliquod bonum realiter diuerſum à Deo placet illi: realiter, inquam, diuerſum eo modo, quo res poſſibilis nunquam exiſtens diſtingui realiter poteſt à re, quę ſemper exiſtit.

SECTIO IV.

Non ſolùm in communi, ſed etiam in particulari quaslibet creaturas etiam viliſſimas Deus amat.

1. Il tantum doctores negant, creaturas in particulari diligi, qui negant, creaturas, præſertim viliſſimas, in particulari diuina ſapientia cognoſci: contra quos ſatis diſputatum eſt tomo præcedenti de Scientia Dei diſput.9. præſertim ſect.4.5.& 6.

Platonis error.

Quamuis enim Plato putauerit rerum corruptibilium creationem, & gubernationem Angelis fuiſſe commiſſam à Deo, ne prodirent incorruptibiles, & æquarentur Diis, ſi producerentur ab ipſo Deo; nihilominus hoc ipſo ſupponit, Deum voluiſſe, vt creaturæ producerentur ab Angelis, & propter earum amorem hoc Angelis imperaſſe. Quem errorem refert & impugnat Cyrillus Alexand. lib.2. contra Iulian. parum à medio, & lib.3. poſt med. §. *non ex his ſolis*. & ſequent.

A S. Cyrillo Alexand. refutatur.

2. Ariſtoteles autem ſcientiam omnium, etiam ſingularium Deo concedit, vt probauimus tom. præcedenti de Scientia diſp.9. ſect.1. Verumtamen inde non ſequitur habere volitionem & amorem omnium rerum in particulari: quin potius oppoſitum inferri probabiliter poſſet, ſi prędictus philoſophus corruptibilium & ſublunarium prouidentiam abſtuliſſet, eas; temeritati permittens. Quem errorem plurimi Patres adſcribunt Ariſtoteli; prout retulimus tomo præcedenti de Scientia diſputatione 22, ſect. 2. remittentes in proprium locum examinare quid Ariſtoteles de prouidentia ſenſerit.

Error Philoſopho à plurimis Patribus adſcriptus.

Nunc ſatis eſt affirmare, nec apud Ariſtote-

lem, nec apud alium aliquem philoſophum inueniri, vnde conſtet, negaſſe Deo creaturarum amorem, ſaltem, quantum ad ſimplicem complacentiam in earum bonitate & pulchritudine.

3. *Etiam viliſſimas creaturas in aliqua differentia exiſtentes Deus diligit, tùm ſecundùm rationē communē, quam ſecundum ſpecialem.*

Sit igitur prima concluſio. Quod attinet ad res exiſtentes in aliqua differentia temporis, certum eſt, omnes etiam minutiſſimas & viliſſimas à Deo diligi, non ſolum ſecundum rationem communem, ſed etiam ſecundum differentias particulares, ſiue ſpecificas, ſiue numericas: oppoſitum verò non poſſet ſine errore affirmari.

4. *Sap 11. & 14. Prouerb. 18. Eccleſiaſtici 1.*

Probatur primò Sap. 11. *Diligis*, inquit, *omnia quæ ſunt*. & cap. 14. *Tu autem, Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas*. Prouerb. 18. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*. Eccleſiaſtici 1. parum à princip. *Ipſe creauit illam* (ſcilicet ſapientiam) *in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum.* In Spiritu ſancto creare dicitur Deus, quoniam per amorem creat: Spiritus enim ſanctus eſt terminus per amorem productus, ſiue amor in eſſe producto. Rurſus effuſio liberaliſſima tanti boni, quantum eſt ſapientia, non erat poſſibilis ſine magno amore rerum, quibus datur. Præterea, complacentia Creatoris in omnibus rebus, nulla excepta, quantumcunque minima & viliſſima, ſignificatur *Geneſ. 1.* Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Iuxta ponderationem Auguſtini lib. 11. de Ciuitate cap. 22. quam retulimus ſect. 5. versùs finem.

5. *Lucæ 12.*

Potiſſimum verò teſtimonium præſentis veritatis eſt illud Matth. 6. & 10. & Lucæ 12. *Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?* Et poſt pauca: *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodiè eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei?* & Matth. 10. *Matth. 10.* *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro?* & Lucæ 12. *Lucæ 12.* *Conſiderate coruos, quia non ſeminant neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos.* & poſt pauca: *Conſiderate lilia quomodo creſcunt &c.* Tam liberalis ergo bonorum diſtributio minimis & viliſſimis rebus, ſecundum vniuſcuiuſque naturam, impertita, neceſſariò ſupponit amorem & volitionem earundem rerum.

6. *Abacuch.*

Secundò probatur ex Patribus. Inter quos Hieronymus videtur oppoſitum ſenſiſſe Abacuch cap. 1. ad illud; *Mundi ſunt oculi tui*. Nihilominus iam ex profeſſo declaratus eſt ille locus præcedenti tomo de Scientia Dei diſp. 9. ſect. 2. probatúmque fuit plurimis teſtimoniis eiuſdem Hieronymi, rectè catholicéque ſenſiſſe de vniuerſalitate diuinæ ſcientiæ atque prouidentiæ circa res quaſcunque minimas, & viliſſimas; præſertim verò in commentariis ad Matth. cap. 11. ad illud: *Nonne duo paſſeres, &c.* & Epheſ. 5. *Gratias agentes ſemper pro omnibus.* & ad illud Zachar. 4. *Septem iſti oculi Domini ſunt, &c.* Sed magis apertè ad illud Hierem. 32. poſt med. *Nunquid mihi difficile.*

7. Dei prouidentia diſpenſari cuncta, licèt ſuperflua, contrariàque videantur, admonet Petrus apud Clemēt. 1. Recognit. propius ad med. quàm ad princ. Et libro tertio. Recognitionum pag. 3. fusè ſequitur aliquas diuinæ prouidentiæ partes, vt iuſtorum præmia, & iniquorum ſupplicia; rationéſque permittendi magorum prodigia. Idémque lib. 8. Recognit. pag. 4. de prouidentia dicit: *Generalis autem, & ſpecialis partium ſimul hoc modo eſt, quaſi ab initio omnia fecerit Deus: & vſque ad finem per ſingulos quoſque prouidentiam gerat, & vnicuique reddat pro actibus ſuis.* *Clemens* Totóque lib. 8. Nicetas & Aquila, præſente, & approbante Petro tanquam magiſtro, probant, Dei prouidentiam etiam circa *pulices, mures, & lacertas*, vt videre eſt inter med. & finem libri, & paulò poſt rationem reddunt ob quam affligantur iuſti cum impiis. Dionyſius de diuin. nom. toto ferè cap. 4. docet, amorem erga creaturas impuliſſe Deum, vt vnicuique pro ſuo captu ſuæ bonitatis participationem communicaret. Cui conſequentia ſunt, quæ ſcribit in eodem libro cap. 7. paulò poſt med. & alibi non raro.

Prouidentiam non tantum hominum, ſed etiam paſſerum, docet Iuſtinus q. 146. ad Orthodoxos paulò poſt med. Similitérque prouidentiæ generalitatem etiam ad res minimas docent Irenæus lib. 2. cap. 45. poſt med. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. pag. 3. ſub initium docet, *Ne minimum quidem relinquere cuius curam non gerat eius adminiſtratio*. Et paulò inferius: *Ad Vniuerſi ſalutem ab eo, qui eſt vniuerſorum Dominus, omnia ſunt ordinata & vniuersè, & ſigillatim.* De hac prouidentia ſcribit etiam lib. 5. pagina 12. Idem autem lib. 1. Pedagogi cap. 8. ſub initium ex profeſſo probat, Deum diligere quæcunque ſunt. Nazianz. probat eandem prouidentiæ generalitatem oratione 1. colum. 2. Fuſius autem orat. 3. num. 13. & ſequentibus, & orat. 15. in plagam grandinis num. 14. & orat. 16. de pauperum amore numero 44. & orat. 34. queſt. 2. de Theol. 8. *Clemens.*

9. Baſilius homil. 8. in diuites auaros tempore famis ante med. Vide etiam orat. de precatione colum. 5. Chryſoſt. ſex libris, ſeu orationibus de prouidentia. & homil. 4. ad populum Antiochenum ante med. Gregor. Nyſſenus lib. de infantibus, qui præmaturè abripiuntur propius ad princip. quàm ad med. & orat. Catechetica cap. 8. inter med. & finem. Athanaſius orat. contra Gent. longè poſt med. & orat. 2. contra Arianos propius ad med. quàm ad princip. vbi refert verba Euangeliorum de cura rerum minimarum & orat. contra gent. multo propius ad fin. quàm ad med. & lib. de Incarnat. Verbi & Aduentu col. 1. & 3. & in Synopſi lib. 15. Eccleſiaſtes: Cyrillus Alexand. aduerſus Platonem libro 2. in Iulian. parum à med. & lib. 3. poſt medium: Damaſcenus Dialogo contra Manichæos, & lib. 1. fidei cap. 12. à medio, & libro 2. cap. 29. Nyſſenus lib. 8. Philoſoph. vel potius Nemeſius lib. de animæ facultatibus cap. 42. 43. & 44. Athenagoras lib. de reſurrect. præſertim à medio: S. Maximus Serm. 43. de prouidentia: Dorotheus doctrina 17. de inſtitutione fratrum ad finem: Theodoret. ſermonibus decem de Prouident. & lib. 6. de Curandis Græcorum, &c. Cyrill. Hieroſolym. Catecheſi 8. circa med. & catecheſ. 18. non longè à principio Euſeb. de præparat. Euang. lib. 6. cap. 5. & lib. 12. cap. 28. & Ambroſius

broſius lib. 1. officior. ca. 13. & 14. copioſè & efficaciter. Auguſtinus lib. 5. de ciuit. multis capitibus præſertim c. 11. & lib. 10. de ciuit. ca. 14. ante med. & lib. 3. de Trinit. c. 4. & tractat. 104. in Ioan. circa med. ad illud Ioan. 17. *Pater venit hora clarifica Filium tuum.* & li. 1. & 2. de Ordine & toto libro 3. de libero arbitrio. Cyprian. ad Demetrianum præſertim pag. 2. Hilarius in Mat. can. 5. & can. 10. ſupponit potiùs, quam exponit prouidentiam omnium, quàm magis apertè docet Proſper. lib. ſent. ex Auguſt. ſent. 281. & 277. S. Paulinus epiſt. 36. de Prouidentia; Saluianus octo libris de Prouiden. Gaudẽtius Brixien. Ambroſij contemporaneus, tota ferè præfatione ad ſuos libros. Latiſſimè autem Æneas Gazæus in Theophraſto propius ad med. quàm ad princ. & Lactantius de diuinis inſtitut. li. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 8. & ſequentibus & lib. 7. de præmio & ira Dei cap. 9. & ſequentibus, & lib. de opificio hominis. Boetius lib. 5. de conſolatione. S. Th. lib. 3. contra gen. à cap. 71. vſque ad 75. Qui omnes, aliique Patres circa res omnes bonas non prouidentiam tantummodo permittentem, qualis exercetur circa peccata, ſed conſulentem illis & neceſſaria procurantẽ probare contendunt. Hæc autem prouidentia manifeſtè continet amorem & volitionem conferendi bona: Quin etiam Socrates apud Platonem in Phædone ſiue de anima inter med. & finem docet, intelligentiam gubernare omnia & ſingula. Cuius verba referemus diſp. 9. ſect. 9. versùs fin. Clarius autem prouidentiam de minimis docet in lib. 10. de legibus, prout referemus diſp. 10. ſec. 2.

10. *Ratio 1.*

Ratione demonſtratur eadem concluſio primò; quoniam, qui vult alieni rei conferre bonum, eo ipſo rem illam amat: Sed Deus cuilibet exiſtenti creaturæ, in qualibet differentia temporis, licèt viliſſima fuerit, ac minutiſſima, vult conferre bonum: idque non ſolum quoad rationem genericam, ſed etiam quoad rationem ſpecificam & numericam illius. Ergo Deus eaſdem res diligit quoad omnes gradus particulares illarum. Minor probatur, quoniam quicunque gradus communis aut particularis creaturæ cuiuſlibet, etiam viliſſimæ, participat eſſentialiter rationem entis creati; ac proinde participat dependentiam à creatore, cuius vis actiua tam latè patet vt vniuerſaliſſima ratio entis creati. Porro Deus nihil cauſat ad extra, niſi per intellectum & voluntatem: quare prius vult cauſare & conferre tam eſſe, quàm bonitatem, quæ inde ſequitur, cuicunque rei, & cuiuſcunque differentiæ illius.

Alieni velle bonum amare eſt.

Creatoris vis non minus latè patet, quam creati entis vniuerſaliſſima ratio.

11. *Limitatio valde notanda.*

In hac verò, ſequentibúſque probationibus erit ſubintelligenda limitatio, quæ non tantum excludat formalem rationem malitiæ, ne diligatur à Deo, ſed etiam excipiat ſpecificam rationem materialis actionis, quæ realiter & ab intrinſeco repugnauerit rectæ rationi, legique diuinæ. Quam exceptionem probabimus diſp. 27. & ſequentibus præſertim diſp. 33.

12.

Sequentes igitur rationes inſiſtunt fortius in amore rerum minimarum, ac viliſſimarum: hoc enim probato, conſtabit à fortiori perfectiorum rerum dilectio. Sit igitur ratio ſecunda. Quanto virtus actiua fuerit fortior, tanto ſuam operationem extendet ad obiecta remotiora; ſed diuina voluntas eſt infinitæ virtutis, & quaſi actiuitatis: concipit enim operationem infinitam. Suam igitur operationem extendit vſque ad remotiſſima obiecta. Rurſus nobiliora obiecta propinquiora ſunt perfectioni diuinæ: viliſſima tamen obiecta ſunt ab eadem perfectione remotiſſima. Ergo quantumcumque viliſſima fuerint, & minutiſſima entia, diuina voluntas ſuam virtutem & operationem, hoc eſt volitionem & amorem extendit ad ea complectenda.

Ratio 2.

Ad operationem ad obiecta extenditur remotiora quò virtus actiua fortior emiſſus.

Diuinæ perfectioni viciniora ſunt quæ perfectiora, remotiora verò, quæ imperfectiora.

13. *Ratio 3. Vilitas obiecti non formalis, ſed materialis minimè redundat in voluntatem amantem.*

Tertia ratio, quia vilitas obiectorum, quæ diliguntur non redundat in volũtatem amantem, dummodo non tanquam obiectũ primarium & formale, ſed tanquam obiectum materiale diligat, & tanquam medium ordinet ad præſtantiſſimum finem iuxta dictamen rectæ rationis. Antecedens probatur, quoniam talis amor eſt commenſuratus obiectorum omnium naturis & dignitatibus, eſtque ſuperior & abſtractior à rebus infimis, vt propterea nequaquam poſſit ſordes ab illis contrahere. Sapiẽtia námque complectitur non tantùm intellectionem, ſed etiam volitionẽ, de qua tamen Sap. 7. *Attingit autem vbique propter ſuam munditiam* id eſt, immaterialitatem, abſtractionem, ac ſimplicitatem, *Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis Omnipotentis Dei ſincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.* Sap. 7.

14. *Nemeſius.*

Illuſtrat hanc rationem, & exemplo confirmat Nemeſius epiſcopus Emiſſenus lib. de natura hominis cap. 44. §. 4. poſt med. ita contrarium errorem confutans: *Aut ob ſuperbiam Deus imperium, & gubernationem rerum ſingularum deſpicit, quod dictu abſurdiſſimum eſt; aut (vt ipſi loquuntur) quod inquinationem deuitet. Quod ſi cum radij ſolares vim habeant attrahendi humorem omnem, negant inquinari ſolem, cuiúſque radios, cum cœno lucem inferant, ſed integros, & ab omni ſorde puros manere dicunt; quomodo Deum rebus humanis profanari exiſtimant?*

Exemplo rem illuſtrat Nemeſius.

15. *Solũ peccati ſordes diuina abhorret mũditia.*

Præterea confirmatur, quoniam à diuina mũditie ſacræ literæ non alias ſordes abhorrere docent, niſi peccati malitiam, veluti Habacuc cap. 1. *Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Cui conſequens eſt odium aduerſus peccatum, quod frequenter occurrit in ſacris literis, cùm tamen odium propriè dictum nullibi referatur ad res alias. Sufficiat illud Sap. 14. *Similiter autem odio ſunt Deo, impius & impietas eius.*

Habacuc. *Sap. 14.*

16. *Ratio 4. Quantumuis minutiſſima videatur, & abiecta creatura.*

Quarta ratio, quia res quælibet, quantumcumq; minima, ſordidiſſima, viliſſimáque videatur, ſufficientem nobilitatem atque dignitatem habet comparatione diuinę volitionis & amoris. Etenim quantum habet entitatis, exiſtentiæ, potentiarum, & operationum; tantum participat diuinæ perfectionis, & cum ea cognationem acquirit. Quapropter Deus eo ipſo quod ſuam perfectionem diligit non poteſt dedignari ſuæ perfectionis participationes & communicationes, quantumcumque minimas, diligere.

17. *Res quæuis nobiliſſima plus à diuina perfectione quam viliſſima creatura à perfectiſſimis [illegible] diſtat.*

Confirmatur primò, quia res nobiliſſimę multo magis à diuina perfectione diſtant, quàm viliſſimæ diſtent à nobiliſſimis (eſt enim hæc diſtantia finita, cùm tamen illa ſit infinita) Quapropter, ſi diſtantia viliſſimarum rerum à nobiliſſimis prohiberet amorem illarum, à fortiori prohiberet amorem nobiliſſimarum rerum infinita diſtantia, qua recedunt à Deo, præſertim quoniam *omnes gentes tanquam non ſint, ſic ſunt coram eo, & tanquam nihilum & inane reputata ſunt ei.* Iſai. 40. Conſequenter igitur à Deo pro nihilo reputatur ea diſtantia creaturarum, quæ

Iſaia 40.

comparatione noſtræ puſillitatis videtur eſſe magna rerum viliſſimarum à nobiliſſimis.

Sæpe, in minimis, artificis ſapientia magis claret. Ariſtoteles.

18. Confirmatur ſecundò, quoniam artificis ſapientia, bonitas, & potentia multoties magis oſtenditur in rebus minimis atque viliſſimis, proptereáque ſunt ad eum finem magis amabiles, quàm aliæ res perfectiores. Quapropter Ariſtoteles lib. 1. de partibus animal. cap. 5. ad med. *viliorum*, inquit, *animalium diſputationem perpenſionémque puerili faſtidio ſpreuiſſe, dignum nequaquam eſt, cum nulla ſit res naturæ in qua non mirandum aliquid inditum habeatur.* Et poſt pauca: *Cum in omnibus natura numen, & honeſtum pulcherrimúmque ſit ingenium.* Hoc igitur dignum eſt vt ſuo artifici valde placeat tãquam honorificentiſſimum authori. Extat apud Plinium lib. 11. caput 2. de ſubtilitate naturæ in exiguis beſtiolis. Sapienter igitur Auguſt. lib. 11. de ciuit. cap. 22. à med. *Deus ita artifex eſt magnus in magnis, vt minor non ſit in paruis: quæ parua non ſua granditate, nam pene nulla eſt, ſed artificis ſapientia metienda ſunt.*

Præclarum Aug. dictum.

Minutiſſima piura computans digna vt contemplerit.

19. Confirmatur tertiò, nam Dei amatores, & contemplatiui vt mirantur ſtupefacti, prouocantúrque ad profundiorem diuinorum attributorum contemplationem, quãdo conuertunt oculos ad formicas, culices, apes, bombices, araneolas, pulices, ſimiléſque vermiculos: aduertúntque, ſe non poſſe capere, quomodo tã exiguum caput tot officinas capiat, quot requiruntur ad videndum, audiendum cæteráſque ſenſationes non modo ſenſuum exteriorum, ſed etiam interiorum: nec quomodo tam cito prodeant hæc animalia perfectiſſimè inſtructa de conuenientibus cibis, & potibus, de materia ſuis operibus apta, de modo & arte conſtruendi & fabricandi, de ſuorum armorum vſu per ſummam dexteritatem, de viribus inimicorum, quos aggredi poſſunt, aut quibus reſiſtere, quos autem fugere & quomodo in tuta loca ſe debeant recipere. Sunt id generis innumera non modo circa ſingularium conſeruationem, commoditatem, ornatum & lætitiam, ſed etiam circa ſpecierum propagationem, quæ tanto certius & euidentius enarrant Dei gloriam, quanto contemptibilioribus corpuſculis inſunt.

20. *Ratio 5.* Quinta ratio. Bonum ordinis vniuerſi nobilius eſt ſingulis partibus quantumcunque nobiliſſimis: cum ſingulæ partes ordinentur ad bonum vniuerſi, tanquam ad finem. Sic enim Ariſtoteles lib. 12. metap. text. 52. fine ait: *Non bene eſſe habet in hoc aut in hoc verum in toto quaddam, quod optimum eſt, aliud ab eo exiſtens.* & poſt pauca tex. 52. init. *Perſcrutandum*, inquit, *eſt hoc, quonam modo natura vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum, vtrum ſeparatum quaddam. & ipſum, an per ſe, an ipſo ordine. An vtroque modo, quemadmodum exercitus. Etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe eſt, ac magis ipſe, non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt. Cuncta autem coordinata quodammodo ſunt*, &c. Quod licet per dubitationis modum propoſuerit Ariſtoteles; tacitè probat atque ſignificat, quemadmodum ſinguli milites ordinãtur ad bonum totius exercitus; ſic etiam ſingulas partes ad bonũ totius vniuerſi, tanquam ad finem, deſtinari. Conſequens igitur eſt, vt ſi Deus non amaret bonum totius vniuerſi; prætermitteret amare, quod in creaturis eſt maximum & diuiniſſimum bonum. Hoc autem amare non poſſet, niſi partes ſingulas vniuerſi, quantumcunque viliſſimas, amaret,

Ariſtoteles.

Vniuerſi partes, ad ipſum tanquam ad finem ordinantur.

quia ſine illis vniuerſum non conſtaret integrum atque perfectum, præſertim cùm in diſtantiis & habitudinibus nobiliorum & viliorum entium conſiſtat ordo vniuerſi, quemadmodum ex acutis & grauibus euadit ſuauior conſonantia muſicorum.

21. *Auguſtinus.* Confirmatur ex Auguſtino lib. 11. de ciuitat. cap. 22. ſub init. Vbi Manichæorum errorem ita confutat: *Nec attendunt quam vel in ſuis locis, naturiſque vigeant, pulchróque ordine diſponantur: quantúmque vniuerſitati rerum pro ſuis portionibus decoris, tanquam in communem rempublicam conferant, vel nobis ipſis, ſi eis congruenter atque ſcienter vtamur, commoditates attribuant: ita vt venena ipſa quæ per inconuenientiam pernicioſa ſunt, conuenienter adhibita in ſalubria medicamenta vertantur.* Admonet autem in natura nihil eſſe malum, quoniam *à terrenis vſque ad cæleſtia, & à viſibilibus vſque ad inuiſibilia ſunt aliis bonis alia bona meliora, ad hoc inæqualia vt eſſent omnia.*

22. *Prima probatio.* Secunda concluſio. Res nunquam futuræ placent diuinæ voluntati, non ſolùm quoad rationes genericas, ſed etiam quoad rationes ſpecificas & numericas, quamuis res fuerint minutiſſimæ atque viliſſimæ. Hæc concluſio colligitur efficaciter ex ſuperiori, ſuppoſita doctrina tradita in ſect. 2. Quia ſi ſemel admittimus omnem bonitatem poſſibilem neceſſariò placere diuinæ voluntati, conſequens eſt vt etiam minima viliſſimáque bonitas ſiue vniuerſalis, ſiue particularis & numerica placeat. Cuius prima ratio eſt quia retinet naturam & vim bonitatis.

Secunda probatio. Secunda verò, quoniam participat ſuo modo bonitatem Dei, & conſequenter eius complacentia requiritur ad comprehenſiuum amorem Dei, ſicut eius cognitio requiritur ad comprehenſiuam cognitionem Dei.

Poſſibilia, quæ nunquã erunt, ſuo modo participant diuinã bonitatẽ.

23. *Tertia probatio.* Vnde ſequitur inſtauratio cæterarum omnium rationum, quibus probata fuit prima concluſio, vt præſentem etiam probent. Sit igitur tertia ratio, quoniam operatiua virtus quanto fortior, & perfectior eſt, tanto longius extendit operationem ſuam ad obiecta remotiora. Sed aliquæ res à diuina perfectione remotiſſimæ ſunt propter intrinſecam vilitatem, & multo magis, quoniam actualiter nunquam exiſtunt, ideoque nunquam ſunt actualiter bonæ & perfectæ. In hæc igitur remotiſſima obiecta diuinæ virtutis & operationis volitiuæ perfectio ſummáque præſtantia debet extendi.

24. *Quarta probatio.* Quarta, nam vilitas obiectorum non exiſtentium non redundat in Dei complacentiam propter eius abſtractionem, ſimplicitatem, ac ſinceritatem: imo comparatione Dei, quælibet res eſt vilis, & nihilominus nulla res eſt indigna Dei amore, licet vilis ſit, & nunquam futura: quoniam placere poteſt, ac debet, intrinſeca bonitas, imitatio, & participatio diuinæ bonitatis, quam res habere poteſt, ſi Deus vellet illam producere.

Si Deum attendas, cũcta vilia ſunt, non tamẽ indigna vt à Deo amẽtur.

25. *Probatio quinta.* Quinta, quia Deo placere poteſt, ac debet, per eaſdem res nunquam futuras, licet viliſſimas, potuiſſe certiùs & euidentiùs ſuam gloriam & attributa manifeſtari, potuiſſéque res eaſdem eſſe partes alterius vniuerſi, vel huius conferentes ad eius ordinem & perfectionem,

SECTIO V.

Vtrum Deus neceſſariò ſit omniuolens, ſicut eſt omnipotens, & omniſciens.

1. NEgant D. Bonauent. in 1. diſt. 45. art. 1. q. 2. Albertus 1. p. q. 79. memb. 2. art. 1. partic. 2. Carthuſianus cum S. Bonauentura 1. diſt. 45. q. 1. col. penult. & S. Thomas hoc art. 3. ad 6. & art. 6. ad 2. & 1. contra gent. cap. 81. in fine. Hęc ſunt eorum argumenta præcipua. Primum, quia ſi Deus non poſſet omne poſſibile, non eſſet omnipotens: ſimiliter; ſi Deus non ſciret omne ſcibile, non eſſet omniſciens: ergo ſi Deus non vult omne volibile, non eſt omniuolens. Sed volibilis eſt blaſphemia, hæreſis, homicidium, & reliqua obiecta turpia, quæ creata voluntas poteſt admittere: eadem tamen obiecta Deus non vult. Ergo Deus non vult omne volibile.

Pro parte negante 1. argumentum.

Plura volibilia, quæ Deus non vult.

2. *Soluitur.* Singulis argumentis expediet adhibere ſolutionem, quoniã ex illa colligere debemus iſtius difficultatis explicationem. Ad primum igitur reſpondetur. Sicut Deus non poteſt peccare, nec poteſt peccata cauſare, vel amare: nihilominùs tamen eſt omnipotens, quia poteſt quidquid imperfectionem non inuoluit Deo contrariam: ita Deus non vult blaſphemiã, hæreſim, neque aliquid aliud turpe, nihilominus omniuolens permanet, quia vult quidquid non inuoluit imperfectionem Deo contrariam.

Deus omniuolens eſt, etiam ſi peccata non velit.

3. *Difficultas augetur.* Vrget tamen adhuc S. Bonauent. quoniã poſſe peccare non eſt ſimpliciter poſſe, ſed potius eſt impotentia, proptereáque Deus omnia poteſt, quamuis non poſſit peccare. At verò velle peccare abſolutè eſt velle: ideóque ſi Deus non vult peccare abſolutè, non eſt omniuolens.

4. *Illi occurritur.* Veruntamen hoc diſcrimen non ſatisfacit, quoniam ſicut potentia peccandi non eſt potentia perfecta, ſed potentia admixta imperfectione & impotentia: ita voluntas peccandi non eſt perfecta voluntas, ſed admixta imperfectione, & inuoluntario: nam ſicut potentia peccandi de materiali dicit voluntatem creatam potentem amare quodcumque bonum, de formali verò dicit quod poſſit elicere amorem imperfectum deficientem à ſummo bono & à prima regula, cui proinde annexa ſit priuatio: ita etiam voluntas peccandi de materiali dicit volitionem creatam, de formali verò eius defectum à ſummo bono, & adiunctam priuationem. Quare non redditur ſufficiens ratio diſcriminis, ob quam velle peccare ſit appellandum velle ſimpliciter potiori iure, quàm poſſe peccare vocatur ſimpliciter poſſe.

Volũtas peccandi, non eſt perfecta voluntas ſicut neque potentia ad peccandum perfecta potentia.

5. Secundum argum. Voluntas diuina eſt actualis cauſa cuiuſque rei, quam vult: ſed non cauſat omnia poſſibilia: ergo non vult omnia poſſibilia. Reſpond. voluntas diuina eſt actualis cauſa cuiuſque rei, quam vult efficaci volitione: ſed non eſt actualis cauſa cuiuſque rei quam vult complacentia ſimplici.

Pro parte negante ſecundum argumentum.

Solutio.

Non ea omnia Deus actu cauſat, quæ amat, ſed, quæ efficaciter amat.

6. Tertium, quoniam Deus propterea eſt omnipotens, quia non poteſt plura poſſe quam poteſt: ſimiliter eſt omniſciens, quia nõ poteſt plura ſcire, quam ſcit. Sed Deus poteſt plura velle, quam vult; ergo non eſt omniuolens. Reſpond. Deus efficaci volitione poteſt velle plura, quàm vult, ſed ſimplici complacentia non poteſt plura velle, quàm vult. Hæc & alia argumenta S. Bonauentura.

Tertium argumentum.

Infringuntur vires illius.

Nequit Deus plura velle complacentia ſimplici quàm re ipſa vult.

Sanctus verò Thomas ſic argumentatur. Actus cognoſcitiuæ virtutis eſt, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente: actus autem appetitiuæ virtutis eſt ordinatus ad res, ſecundùm quod in ſe ipſis ſunt. Quidquid autem habere poteſt rationem en is & veri, totum eſt virtualiter in Deo, ſed non totum exiſtit in rebus creatis: & ideo Deus cognoſcit omne verum; non tamen vult omne bonum, niſi in quantum vult ſeipſum, in quo virtualiter omne bonum exiſtit. Verba ſunt D. Thomæ in art. 6. ad 2. Atque ex eodem principio in art. 3. ad 6. intulit, Deum neceſſariò ſcire, quæcumque ſcit, quoniã omnia ſcibilia habent in Deo neceſſarium eſſe. Et Deum non velle neceſſariò cuncta, quæ vult, quoniam res, ſecundùm quod ſunt in ſeipſis, non habent abſulutam neceſſitatem.

7. *Quartum argumentum. Inter mod. tendendi intellectiua potentia & volitiua aſſeritur...*

8. *Quæ Caietanus opponat.* Contra prædictum diſcurſum D. Thomæ obiicit ita Caietanus. Vel D. Thomas agit de creaturis poſſibilibus: & hæ, ſicut à Deo neceſſario cognoſcuntur notitia ſimplicis intelligentiæ, ſic etiam neceſſariò amantur ſimplici complacentia, vt in præcedentibus ſectionibus probatum eſt. Vel D. Thomas agit de creaturis futuris: & has, ſicut non neceſſariò Deus dilexit, ita etiam non neceſſariò eas videt, potuit enim eas vt futuras non videre, ſicut potuit decernere, vt non eſſent futuræ.

9. *Dico primò.* Ad explicandum mentem D. Thomæ & veritatem, Dico primò. Aliquo vero ſenſu dici poteſt, Deum neceſſario eſſe omniuolentem, ſicut eſt omnipotens & omniſciens. Primò, quoniam omnia poſſibilia neceſſariò vult amore complacentiæ ſicut probatum eſt ſect. præcedentibus. Hoc igitur ſenſu rectè Hugo Victorin. tomo tertio, in peculiari quodam libello probat Dei voluntatem non eſſe minorem potentia Dei; ſed æqualem illi, quia quidquid poteſt, vult ſe poſſe, licèt non velit omnia eſſe. Quibus ſimilia tradit in ſumma ſentent. tract. 1. cap. 13. circa med. Secundò, quoniam vt res ſint futuræ, neceſſarium eſt Deum illas velle, alioqui non eſſent futuræ. Tertiò quoniam circa res, quæ nunquam ſunt futuræ, Deus etiam vult vt nõ ſint: nam de quacumque re Deus decreuit alteram partem contradictionis, & circa nullum obiectum omittit Deus decretum: vt dicemus diſp. 8. ſect. 3. Quartò, quoniam circa materiales peccatorum actiones vult Deus, quidquid eſt volibile ſine deordinatione & malitia, vt explicabimus diſp. 50. ſect. 2. & 3.

Circa rem quamcumque Deus decreuit vnã contradictionis extremum.

10. *Dico 2. & probo, primo.* Dico, ſecundò, Abſolutè verum eſt illud diſcrimen volitionis à ſcientia, quod Deus neceſſariò ſciat quæcumque ſcit: attamen non neceſſariò, ſed liberè velit quæ vult volitione efficaci (de hac enim loquitur S. Thomas) Cuius prima ratio eſt, quoniam intellectus non eſt formaliter liber: at verò voluntas eſt formaliter libera: ideòque quidquid Deus ſcit, neceſſariò ſcit; at verò quæ vult, non neceſſariò vult.

Deus vult non neceſſariò vult amore efficaci...neceſſariò ſcit.

11. *Probo ſecundò.* Secunda ratio eſt; nam in ſciente nulla perfectio eſt poſſe non ſcire quidquam, etiam imperfectiſſimum, at verò in amante ea bona, quæ non ſunt neceſſaria ad finem, magna perfectio eſt poſſe non amare efficaciter. Tertia ratio eſt, quam attigit D. Thomas in ſupradicto argumento quarto, nam quæcumque ſcientia Dei dirigitur ad perficiendum ipſum Deum; non verò ad perficiendas res in ſeipſis. Amor autem abſolutus creaturarum dirigitur ad perficiendas

Probo tertiò.

creaturas

Digitized by Google

creaturas in ſeipſis. Hæc autem perfectio creaturarum non eſt neceſſaria, ſicus perfectio Dei.

12. *Sed oppones: vem, ex ſuppoſitione quod ſit, neceſſariò debere amari. Reſpondetur longum eſſe diſcrimen inter voluntatem, & ſcientiam.*

Quod ſi obiicias. Sicus, ſuppoſito quod res ſit futura, neceſſariò videtur à Deo, vt futura; ſic etiam, ſuppoſito, quod res ſit futura, neceſſariò ſequitur illam amari abſoluta volitione Dei. Ergo eadem eſt ratio neceſſitatis in præſcientia, & volitione abſoluta. Reſpond. adhuc eſſe manifeſtum diſcrimen: nam rei futuritio præſupponitur iam determinata ex parte obiecti independenter à ſcientia viſionis, qua ſuppoſitione facta, eſt ſimpliciter neceſſarium videri à Deo: cæterum, eadem fututitio non præſupponitur ad efficacem & abſolutam volitionem Dei; ſed potius Deus liberè determinat, vt res futura ſit, vel non ſit futura. Quare hoc velle, eſt formaliter liberum, ſed videre, quidquid fuerit efficaciter volitum, eſt ſimpliciter neceſſarium.

13. *Dico tertiò. Simpliciter loquendo nō eſt Deus omniuolens ea proprietate qua eſt omnipotens, & omniſciens.*

Dico tertiò. Abſolutè loquendo, Deus non eſt omniuolens tanta proprietate, quanta eſt omnipotens, & omniſciens. Probatur, quoniam potentia & ſcientia Dei circa ſua obiecta verſantur, qua iuſa plenitudine verſari poſſunt, itaut impoſſibilis ſit plenior modus verſandi circa illa. Cæterum volitio Dei circa infinita obiecta poſſibilia non verſatur, niſi quodam inchoato amore, qui eſt ſimplex complacentia: ſed plenitudo volutionis efficacis non verſatur, niſi circa futura.

SECTIO VI.

Vtrum in ſeipſis creaturas velit Deus.

1. *S. Thomas.*

NEgatiuæ parti fauet S. Thomas in art. 5. corp. dicens: *Deus, ſicut vno actu omnia in eſſentia ſua intelligit, ita vno actu omnia vult in ſua bonitate.* Idémque ſupra q. 14. art. 5. ex profeſſo probat, creaturas à Deo non in ſeipſis, ſed in eſſentia diuina cognoſci. Vnde videtur S. Thomas idem ſenſire de volitione creaturarum, non in ſeipſis, ſed in Deo samùm. Conſonátque S. Thomas in fine 2. articuli quæſti. præſentis.

E contrario, creaturas in ſeipſis amari à Deo, ſicut in ſeipſis cognoſcuntur, docet S. Thomas infra q. 20. art. 2. ad 2. dicens: *Per hoc quod res ab æterno in Deo fuerunt, Deus cognoſcit res in propriis naturis, & eadē ratione amauit: ſicut & nos per ſimilitudines rerum, quæ in nobis ſunt, cognoſcimus res in ſeipſis exiſtentes.* Idem ſentiunt multi neoterici, vt Valent. 1. p. q. 19. pun. 3. dub. 1. Suarez in [illegible] diſp. 30. ſect. 16 num. 19. & 1. p. lib. 3. de [illegible] num. 8. Imo potiori iure ac ma[illegible] creaturas in ſeipſis amari à Deo, quā[illegible] cantur in ſeipſis, probat ex profeſſo S. Thomas in præſenti q. 19. art. 3. ad 6. & [illegible] 2. & lib. 1. contra gent. cap. 81. fine. [illegible] Henricus 2. p. art. 45. q. 2.

[illegible] *ab D. T[illegible]* [illegible]us mens D. Thomæ cum veritate [illegible] clarabitur, diſtinguendo duas ac[illegible] illius præpoſitionis *in*. Quamuis enim [illegible] teles lib. 4. Phyſic. cap. 3. text. 23. retulerit [illegible] o modos, quibus aliquid dicitur eſſe in alio, quibus addit alios eodem lib. 4. c. 4. text. 24. 25. & 28. poſſent autem plures enumerari: cæterum in præſenti non tractamus, quomodo aliquid ſit in aliquo, ſed quomodo ſciatur aut ametur in aliquo. Duas igitur acceptiones habet præpoſitio *in*, quando refertur ad obiecta intellectus aut voluntatis.

Prima ac perfectiſſima acceptio eſt, qua notatur obiectum formale, quod ratione ſui, & non ratione alterius cognoſcitur vel amatur. Hanc vim habet Ioan. 17. dum orat Chriſtus D. pro charitate ac vnione ſuorum: *Sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Et 1. Cor. 1. *Gratia data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quod in omnibus diuites facti eſtis in illo.* Epheſ. 1. *Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* Et rurſus: *Fidem veſtram quæ eſt in Chriſto Ieſu.* & c. 2. *Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.* Ad Philemonem: *Fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi.* & infra: *Ego te fruar in Domino.* Tandem alibi paſſim Paulus & alij Apoſtoli monent, gaudium, gloriam, fidem, ſpem, & omnia bona noſtra debere eſſe in Deo, ſiue in Chriſto Ieſu. 4. *Quid ſit rem in alio intelligi, aut cognoſci. Ioan. 7. 1. Corinth. 1. Epheſ. 1. Epheſ. 2. Ad Philemonem.*

Ratio autem iſtius acceptionis eſt, quoniam obiectum formale eſt quaſi primum fundamentum, cui nititur omnis tendentia ad obiecta materialia, in quantum hæc habent connexionem cum obiecto formali. Vnde non tam in ſeipſis, quam in obiecto formali nituntur obiecta materialia, vt poſſint terminare cognitionem aut volitionem. Sub hāc igitur acceptione dico primò. Creaturæ non amantur à Deo in ſeipſis, ſed in Dei bonitate ſicut probatum fuit diſp. 3. ſect. 1. & 2. Hanc autem aſſertionem intendebat S. Thomas locis citatis in §. primo. 5. *Prima acceptio probatur. 1. Concluſio. Creatura nō amantur in ſe iuxta primam acceptionem.*

Secunda acceptio eſt, qua præpoſitio *in* denotat rem, cuius entitas verè attingitur, & penetratur à cognitione, vel ab amore, quamuis non propter ſe, ſed propter aliud obiectum formale attingatur, quomodo accipitur 1. Corinth. 1. *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis.* Et 1. ad Theſſalo. 5. *In omnibus gratias agite, hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.* & Rom. 16. *Gaudeo igitur in vobis.* & Ioan. 17. *Sicut & nos vnum ſumus, ego in eis, & tu in me.* 6. *1. Cor. 1. 1. ad Theſ. 5. Roman. 6. Ioan. 17.*

Iuxta præſentem acceptionem dico 2. Creaturæ in ſeipſis amantur à Deo, id eſt, non diligit Deus ſolummodo illud eſſe increatum, quod creaturæ habent in Deo, quodque non eſt aliud, quàm ipſamet omnipotentia & ars atque ideæ diuinæ: ſed diligit illud ipſum eſſe futurum & creatum, quod creaturæ habent extra Deum, & in ſeipſis, vel quod in ſeipſis haberent, ſi crearentur. Quantum ad hoc, ſicut creaturæ cognoſcuntur in ſeipſis, tāquam obiecta materialia, ita diliguntur in ſeipſis tanquam obiecta materialia. Hanc aſſertionem S. Thomas & alij doctores intendunt citati §. 2. Eius probatio conſtat ex diſp. 4. & 5. Quia ſi vera non eſſet hæc aſſertio; Deus nihil aliud diligeret quam ſeipſum: vnde non diligeret creaturas ſiue poſſibiles, ſiue exiſtentes; ac proinde non vellet illis conferre illud eſſe creatū, quod in ſeipſis habent. Quapropter illud eſſe creaturarum non foret creatum, ſed increatum: ideóq; nunquam in ſeipſis exiſterent. 7. *2. Concluſio. Iuxta ſecūdam acceptionē, creatura amantur in ſe. Probatio concluſionis.*

Dico tertiò, Peculiari quadam ratione volitio terminatur ad creaturas in ſeipſis, qua ratione non terminatur diuina cognitio: vt apertè docuit S. Thomas & Henric. citati in §. 3. Hæc aſſertio manifeſtior eſt in amore abſoluto & efficaci, quo Deus vult creare, & conſeruare aliquas res: nam hic amor ſeligit res ex ſe bonas, & accommodatas ad finem, quē Deus intendit & vult illis conferre, vt actu habeant in ſeipſis eam bonitatē, & vtilitatem, quam requirit earum natura. Cognitio autem non tendit ad hoc tribuendum, ſed 8. *Tertia concluſio. Volitio peculiari ratione in creaturas tendit, qua non tendit ſcientia.*

santum

Digitized by Google

tantum ad conſiderandum, quomodo res ſe habeant in ſeipſis, nihil curando vtrum bene vel malè ſe habeant; hoc enim nihil intereſt cognitioni præciſè vt cognitio eſt: de quo diximus diſp. 6. ſect. 3. ad 2. cum confirmationibus.

10\. *Huius aſſertionis doctrina creaturis poſſibilibus (in quibus obſcurior eſt) applicatur.*

Obſcurior autem eſt hæc aſſertio circa res poſſibiles nunquam futuras. Sed facilè colligitur ex dictis in eadem diſp. 6. ſect. 2. conc. 1. quoniam Deus ſibi complacet & gaudet, quod tales res haberent in ſeipſis bonitatem & perfectionem, ſi Deus illas creare voluiſſet, & quod poſſint hanc perfectionem à Deo recipere, quàm, ſi contradictionem implicarent in ſua eſſentia, nequaquàm poſſent accipere. Præterea Deus ſibi complacet & gaudet eas res in ſeipſis eſſe bonas per neceſſariam connexionem prædicatorum, & eſſe artificioſas, & dignas arte & potentia Dei, eſſéque in ſeipſis apta media, quibus Deus, ſi vellet, vti poſſet ad ſuos fines obtinendos.

Supponaturne res eſſe in ſeipſa, cuius eſſe amatur. Res, quæ diligitur, nō antecedit, ſed ſubſequitur amorem efficacem.

Obiicies primò. Vt aliqua res ametur ſecundùm eſſe, quod habet in ſeipſa, præſupponitur, quod actu habeat eſſe in ſeipſa, ſecundùm quod ametur: Sed ab æterno nulla creatura habebat eſſe actu in ſeipſa: Ergo nulla creatura ſecundùm eſſe, quod habet in ſeipſa, poterat amari ab æterno. Reſp. Vt aliqua res ametur amore efficaci, ſecundū eſſe, quod habet in ſeipſa, non præſupponitur, ſed cōſequitur quod in ſeipſa actu habeat eſſe pro aliqua differentia tēporis, & nō requiritur quod illud eſſe rei ſemper actu coexiſtat ſimul cum amore. Quapropter poteſt amor efficax, ab æterno exiſtens, terminari ad illud ipſum eſſe reale, quod in ſeipſa habet creatura in tempore; Nam & homines poſſunt hodie amare illud ipſum eſſe reale, quod in ſeipſo habebit artificium cras, quando fiat: ſicut architectus hodie vult ædificare ſequenti anno domum, quam vult in ſe ipſa prodire pulchram, firmam & accommodatam. Atque eodem modo poteſt ſimplici complacentia res nunquam futura amari ſecundum eſſe, quod in ſeipſa haberet actu, ſi crearetur; quamuis nunquam habitura ſit illud eſſe in ſeipſa.

11\.

Qua ratione bonū vnum in alio debeat contineri, vt in illo ametur?

Obiicies ſecundò, Vnum bonum non amatur in alio, niſi ſicut eſt in illo, ſed creaturæ non ſunt in Deo ſecundùm eſſe reale, quod in ſeipſis habent: ergo in Deo vt bono amat, non poſſunt amari creaturæ ſecundùm eſſe, quod habent in ſeipſis; ſed ſicut ſunt in Deo. Reſpond. Vnum bonum non amatur in alio, niſi ſicut eſt in illo formaliter, vel eminenter; at verò creaturæ ſecundùm eſſe reale, quod in ſeipſis habent ſunt in Deo eminenter; quamuis non ſint in Deo formaliter, quia illud ipſum eſſe poteſt Deus producere; ideòque ſecundùm eſſe reale, quod in ſeipſis habent, poſſunt in Deo amari.

12\. *Inſtabis vrgendo.*

Soluitur ratio, & eius æquiuocatio.

Quod ſi vrgeas: non ſunt in Deo formaliter; ergo non amantur formaliter; Reſpondeo, negando conſequentiam, quia in antecedente modus ille *formaliter* applicatur ad eſſe creatum: at in conſequente applicatur ad eſſe increatum. Paritas autem eſt in hoc. Sicut in Deo formaliter eſt omnipotentia & ideæ, ratione quarum creaturæ ſunt eminenter in Deo, ita in Deo eſt formaliter amor. Vide, quæ de Scientia Dei prout terminatur ad creaturas in Deo & in ſe ipſis cognitas docuimus tomo præcedenti tota diſp. 11.

ARTIC. III.

Vtrum quidquid Deus vult, ex neceſſitate velit.

Huic adiungendus eſt alter.

ARTIC. X.

Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.

DISPVTATIO VII.

Vtrum Deus arbitrio libero polleat circa creaturas efficaciter amandas.

SECTIO I.

Reſpondens affirmatiuè.

ARBITRARI libertatem Deo negauiſſe referuntur multi Peripateticorum, vt Ariſtoteles, Theophraſtus, Auerroes, Auicenna, & Porphyrius; vt videre eſt apud Albertum in libro de cauſis, cuius verba refert Carthuſian. lib. 1. ſent. diſt. 45. q. 1. colum. 3. prout retulimus etiam diſp. 1. in principio. Nec dubitari poteſt, quin Ariſtoteles multis in locis libertatem Deo negare videatur: quam tamen alibi concedit; quod indicium eſt ambigui & nutantis animi, qui paruo momento huc atque illuc impellitur contrariis argumentorum ponderibus: Sed de illius mente dicemus ex profeſſo ſec. 5. 1. *Qui Deo negauerint, arbitrij libertatē ex Philoſophis gentilibus. Pag. 133.*

Ex Chriſtianis autem in hoc errore fuit Petrus Abailardus, dicens, Deum non poſſe facere, niſi ea, quæ facit, apud Waldenſem lib. 1. doctrinalis. c. 10. Quod idem poſtea docuit Wiclef. in Trialogo ca. 10. & 11. quem refellit Waldenſis eodem lib. 1. c. 10. & ſequentibus. Subſcribit eidem errori Lutherus art. 36. dicens, Veram eſſe Wicleffi ſententiam, quæ habet, omnia ex neceſſitate abſoluta euenire. Bucerus item libro de concordia doctrinæ c. de libero arbitrio, Caluinúſque lib. 1. inſtitution. c. 16. §. 3. docent, Deum agere neceſſariò quidquid poteſt agere, nec poſſe ceſſare ab eo, quod facit, nec aliud facere poſſe: prout refert Bellarm. tomo 3. lib. 3. de gratia & libero arbit. cap. 15. verſus finem. 2. *Ex Chriſtianis.*

Nihilominus ſit concluſio. Deo conuenire liberum arbitriū circa creaturas efficaciter amandas, ac proinde non neceſſariò, ſed ſimpliciter liberè, Deum velle, quæcumque vult efficaciter extra ſe, prorſus eſt certum, ſed non æquali gradu certitudinis: nam de fide eſt, amorem efficacem creaturarum liberum eſſe Deo: nihilominus adhuc nō eſt de fide, libero arbitrio pollere Deū. Quoniam nomen liberi arbitrij apud aliquos antiquorum Theologorum ſignificabat poteſtatem indifferentem ad bonum, & ad malum, ſiue etiam vertibilem in vtramque partem contradictionis etiam poſt primam electionem: quæ duo Deo repugnant: vt oſtendemus infra diſp. 8. ſec. 1. & 2. & diſp. 16. De re tamen ipſa liberi arbitrij, quod aſſerimus, nemo Catholicorum poterit diſſentire. 3. *Authoris concluſio.*

Probatur primò plurimis Scripturæ teſtimonis 4. *Fundamentū*

primum ex ſcriptura. Pſalm. 93.

niis, quorum aliqua referemus ſect. ſequenti: nunc ſufficiat Pſal. 93. *Deus vltionum liberè egit*, vbi quamuis primariò ſignificetur libertas à timore & coactione, & acceptione perſonarum, ſupponitur tamen & virtualiter clauditur libertas ab impoſſibilitate & neceſſitate determinante ad vnam partem contradictionis. Talis enim neceſſitas, aut impoſſibilitas ſi Dei voluntatem & operationem alligaret ad vnam partem, non eſſet poſſibile timore, vel coactione, vel acceptione perſonarum ab vltionibus cohiberi: proptereáque laudaretur inaniter libertas à coactione, timore, & acceptione perſonarum.

5. *Sap. 12.* Clarior eſt hæc ratio Sap. 12. *Non quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare. Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ; non ignorans*; & quæ ſequuntur, præſertim verſu 12. *Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? &c.* & verſ. 18. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi cum volueris, poſſe.* Libertas autem formaliter conſiſtit in dominio voluntatis, cui ſubeſt potentia & operatio, vt determinetur ad opus quod voluerit, quando voluerit, & quomodo voluerit.

6. *Fundamentū ſecundū.* *Auguſtinus.* Probatur ſecundò, communi ſanctorum Patrum conſenſu, quorum aliquos citabimus ſectionibus ſequentibus, ſed plures ſequenti diſp. 8. ſect. 1. & 2. Nunc ſufficiat Auguſtinus 22. de ciuitat. Dei cap. vltimo ad med. dicens: *Deus ipſe, quoniam peccare non poteſt, nunquid liberum arbitrium habere negandus eſt?* Qui etiam lib. de natura & grat. cap. 46. *Nec audemus*, inquit, *dicere, ideo Deum non voluntatem, ſed neceſſitatem habere iuſtitiæ, quia non poteſt velle peccare.*

7. *Fundamentum tertiū. Quid reſpectu creata; quid etiā reſpectu increata operationis, liberū arbitriū ſit?* Tertiò probatur ratione; quoniam liberum arbitrium eſt perfectio ſimpliciter ſimplex: eſt enim dominium propriæ operationis. Quod ſi referatur ad operationem creatam ad extra, propriè dominium eſt ſuperioris in rem ſibi ſubiectam. Si verò dominium referatur ad increatas, & immanentes volitiones liberas, non eſt dominium ſuperioritatis, ſed eſt ſolummodo poſſibilitas volendi vnum & aliud. Quod dominium negatiuè facilius declaratur; eſt enim Deum non eſſe ſubiectum neceſſitati, neque impoſſibilitati volendi efficaciter creaturas: vt loquuntur Patres citandi ſeq. ſequenti.

8. *Fundamentū quartum.* Probat quartò S. Thomas in art. 3. quoniam creaturæ non poſſunt à Deo diligi tanquā finis, ſed tanquam mediū in ordine ad diuinā bonitatem (ſicut probatū eſt diſp. 3. ſect. 1. & 2.) Igitur neceſſitas amandi creaturas nequit aliunde prouenire, niſi ex neceſſaria connexione huius amoris cum amore vltimi finis, videlicet diuinæ bonitatis. At verò nulla eſt neceſſaria connexio inter hos amores. Finis enim, qui ſubſiſtit & perfectè poſſidetur ſine aliquo medio, poteſt perfectè amari, quamuis non ametur efficaciter illud mediū. Sed diuina bonitas ſubſiſtit, & perfectè poſſidetur à Deo, ſine quacumque creatura. Ergo poteſt perfectè amari à Deo, quamuis non ametur efficaciter vlla creatura. Quapropter efficax amor creaturæ non ſequitur neceſſario ex amore diuinæ bonitatis, ac ſubinde liber erit.

9. *Prima cōfirmatio. Id propter finem non neceſſario amatur, ſine quo finis exiſtere poteſt.* Confirmatur primò quoniā ideo equum non neceſſario volumus propter iter, ſed liberè, quoniam ſine equo poſſumus iter conficere. Ergo Deus non neceſſariò, ſed liberè amat creaturas propter diuinam bonitatem, quoniam ſine illis perfectè retinet ſuam bonitatem. Confirmatur ſecundò, quoniam indifferentia voluntatis naſcitur ex ea potiſſimum indifferentia iudicij, per quam bonum amabile iudicatur indifferens, id eſt, non ſimpliciter neceſſarium ad retinendum aliud bonum, quod neceſſariò amatur: vt videbimus ſectionibus ſequentibus. *Secunda confirmatio.*

SECTIO II.

Diuinæ libertatis indifferentia formaliter eſt poſſibilitas idem obiectum volendi & non volendi: nec conſiſtit in ſolo iudicio proponente indifferentiam obiectorum.

Recentiorum quorundam exiſtimatio eſt. In Deo non reperiri aliam rationem libertatis reſpectu eorū, quæ extra ſe vult, niſi quia iudicat, illa non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentia; iudicat tamen ordinabilia eſſe ad finē, & iudicat eſſe ordinãda. Hoc ideo dicunt, vt inferant, non auferri libertatem humanam quacumque phyſica prædeterminatione, licet noſtram volitionem inferat per antecedentem neceſſitatem, dummodo retineatur in intellectu iudicium de indifferentia mediorum ad finem. 1. *Nonnullorum recentiorum placitū contra diuinam libertatem.*

Ita docet expreſſè Bañez in præſenti q. 19. art. 10. dub. 2. poſt ſolutionem argumentorum in 3. documento & ſequenti §. *Primum eſt* & §. *Iam verò*. Cuius doctrina conferenda eſt cum iis, quę de humana libertate ſcribit in eadem q. 19. art. 8. conc. 2. fine & q. 23. art. 3. §. *De hac difficul.* & ſequenti, & aliis in locis, à me ponderatis alibi. In eandem ſententiam euadunt quæ de diuina libertate comparata cum humana docent Cabezudo in fine totius quæſt. 2. de Auxiliis, quam inſeruit 3. p. q. 62. in fine pag. 175. conferenda cum pag. 154. col. 2. Didacus Aluarez lib. 3. de Auxiliis diſp. 22. num. 36. fine pag. 206. iunctis quæ docet diſp. 92. num. 11. Ledeſma q. vnica de Auxil. art. 10. difficult. 1. pag. 210. & difficult. 2. pag. 212. 2.

Fundamentum huius opinionis eſt infinita perfectio Dei, qui eſt puriſſimus actus, nullam prorſus potentialitatem admittens, & cuius voluntas non potuit aliam perfectionem habere, niſi eam, quam de facto habet. Ergo diuina voluntas non fuit indifferens ad volendum creare mundum, & ad volendum non creare, niſi per ſolam indifferentiam ex parte obiecti creandi, & ex parte modi cognoſcendi illud, quaſi non neceſſariò eligibile, nec habens neceſſariam connexionem cum vltimo fine voluntatis. 3. *Huius opinionis fundamentum.*

Pro declaratione ſupponendum eſt primò, certiſſimum eſſe apud omnes intellectum eſſe radicem libertatis, quatenus proponit rationes boni repertas in vtraque parte contradictionis, à quibus voluntas allici poſſit. Cæterum huiuſmodi cognitionem non eſſe formalem rationem libertatis, nec ſuffire ad illam, oſtendemus in concluſionibus & earum probationibus. 4. *Suppoſitio prima. Intellectus radix eſt libertatis, non ipſa formalis libertas.*

Secundò ſupponendum eſt, increatam libertatem perfectionibus multis à libertate creata differre. Imprimis enim diuina voluntas non eſt indifferens ad realiter efficiendam, vel eliciendam realiter, nec ad realiter recipiendam volitionem ſuā: vt conſtat ex dictis diſ. 2. ſect. 1. & 2. 5. *Suppoſitio ſecunda. Multa, in quibus differt increata voluntas, à voluntate creata.*

Secundò

Secundò, Diuina voluntas etiam ab æterno non fuit indifferens ad varias perfectiones volitionum, etiam ſola ratione diſtinctas, prout explicabitur magis diſp. 53. Tertiò, Diuina voluntas non eſt indifferens vt in ea ſuccedant volitiones variæ. Quartò, nec vnquam fuit indifferens, vt careret omni volitione efficaci circa aliquod obiectum; vt videbimus ſequenti diſputat. 8. ſect. 3.

6. *Suppoſitio tertia.* Tertiò ſupponendum diuerſas eſſe difficultates duas, quæ propter nimiam ſimilitudinem atque connexionem ab aliquibus tanquam vna tractantur. Altera eſt, vtrum ſola denominatio extrinſeca, vel potius aliqua realis formalitas conſtituat liberam Dei volitionem, de qua dicendum erit diſp. 11. & duabus ſeq. Altera, quam in præſenti contra Bañez & alios ſuprà citatos, ſequentibus concluſionibus explicabimus.

7. *1. Concluſio. Libertas diuina nõ cõſiſtit formaliter in iudicio indifferentiã proponente. In quo conſiſtat formaliter.* Prima concluſio. Ratio libertatis diuinæ reſpectu eorum quæ extra ſe vult, non conſiſtit formaliter in iudicio, quo diuinus intellectus iudicat, creaturas non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentes, verumtamen ordinabiles ad Deum vt vltimum finem & eſſe de facto ordinandas. Sed diuina libertas formaliter & primariò cõſiſtit in volitionis indifferentia, in quãtum Deus ab æterno potuit velle creare mundum, & potuit non velle hoc, ſed velle nõ creare, ſimilitérque potuit velle, aut non velle cætera obiecta creata & creabilia.

8. *2. Concluſio.* Vnde infertur ſecunda concluſio. Indifferentia diuinæ libertatis non eſt ſolummodo ad operandum ad extra, producendo, aut non producendo creaturas; ſed etiam eſt indifferentia ad operandum ad intra, efficaciter volendo creare, aut non volendo creare in eo ſenſu, quo volitio dicitur eſſe operatio, ſupra diſp. 2. ſect. 2.

9. *Prima vtriuſque cõcluſionis probatio. Sentẽtia oppoſita contradictione implicatur.* Vtraque ſimul concluſio probatur primò, nam oppoſita ſententia contradictionem inuoluit, etenim foret impoſſibile Deum iudicare, creaturas non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundũ ſe indifferentes, ſi non eſſet in Deo alia ratio libertatis præter huiuſmodi cognitionem & indifferẽtiam obiectiuam.

10. *Aſſumpti probatio.* Claritatis gratia loqnar de Michaele, vt idem intelligatur dictũ de quibuſlibet aliis rebus creatis, & ita probo ſequelam. Si non fuit in Deo alia ratio libertatis præter illam cognitionem, conſequens eſt, ea cognitione præſuppoſita, non fuiſſe in Dei volitione poſſibilitatẽ, vt non vellet creare Michaelem: vnde neceſſarium etiam fuit de facto creare Michaelem, & impoſſibile non creare, quia ſuppoſita efficaci volitione Dei, neceſſariò ſequitur creatio: vnde tandem ſequitur, hanc veritatem fuiſſe cognitam à diuino intellectu, videlicet, abſolutè neceſſarium eſſe, vt Deus vellet creare, & de facto crearet Michaelem, cuius contradictorio iudicio deciperetur Deus, nimirum, ſi iudicaret Michaelem non habere neceſſariam connexionem cum Deo, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentem, vt Deus illum creare velit, aut non velit creare, ſed velit non creare illum.

11. *Ex contraria prima ſequela.* Confirmatur primò quoniam ex illa ſententia ſequitur, nullam prorſus indifferentiam eſſe in Deo, nec quantum ad increatas operationes ad intra, videlicet intellectiones & volitiones, nec quantum ad operationes ad extra, & obiecta, ſiue effectus creatos: quia nihil eſt vnde incipiat indifferentia. Imprimis enim diuinus intellectus neceſſariò determinatur ad iudicandum, creare Michaelem eſſe poſſibile, & dignum opus infinito artifice. Rurſus Michaelẽ eſſe de facto creandum iudicare, aut imperare non poteſt diuinus intellectus, niſi dependenter à diuina voluntate determinante ſe ad volendum creare. Quod ſi diuina voluntas non habet in ſe formaliter indifferentiam ad volendum, aut non volendum creare Michaelem ſuppoſita cognitione, quæ præcedit in intellectu, iam voluntas neceſſariò determinata eſt vt velit creare, & conſequenter intellectus diuinus neceſſariò determinatus eſt ad creationem imperandam & aſſerendam, & creatio neceſſariò erit. Quapropter omni ex parte determinatio eſt, & neceſſitas, & nulla prorſus indifferentia. vide quæ dicemus ſect. 6. *Iudicare nequit intellectus Michaelẽ eſſe creandum, niſ. voluntas diuina determinet.*

Confirmatur ſecundò, quoniam ex eadem ſententia ſequitur, voluntatem diuinam non poſſe continere intellectum diuinum, ne imperet creationem Michaelis, nam ſi poſſet, eo ipſo haberet aliam rationem indifferentiæ, præter cognitionem illam obiectorum non habentium neceſſariam connexionem cum fine. 12. *Secunda ſequela.*

Confirmatur tertiò ſimul euertẽdo fundamentum contrariæ ſententiæ: Si enim infinita perfectio, & puriſſimus actus, quia nullam prorſus potentialitatẽ admittit, ideo non fuit indifferens, vt eadem intellectione manente, vellet aut non vellet creare Michalem: propter eandem omnino rationem intellectus diuinus non fuit indifferens, vt iudicaret Michaelem non eſſe creandum, & vt imperium creationis omitteret. Quod ſi diuino intellectui, licèt actui puriſſimo, poſſibile fuit non imperare creationem Michaelis, nec iudicare illum eſſe creandum; potiori iure conuenier voluntati poſſibilitas non volendi creare Michaelem, ſed volendi non creare illum. 13. *Aduerſa partis fundamentum euelit. Quod puriſſimo actui repugnat, intellectus puritati repugnare debet.*

Probatur ſecundò, nam Geneſ. 1. & Eccleſiaſtici 17. *Deus creauit de terra hominem ſecundùm imaginem ſuam fecit illum.* Hæc autem imaginis ratio conſiſtit præcipuè in libera poteſtate, indifferente, vt velit & non velit, in qua fundatur dominium & imperium in animantia cætera, quod in eiſdem locis homini committitur. Vnde communiter Patres colligunt humanæ libertatis indifferentiam, vt velit & non velit abſque vlla præcedente neceſſitate, quæ voluntatem determinet ad vnam partem contradictionis. 14. *Eccleſiaſtici 17.*

Ita Irenæus, Macharius Senior, Cyrillus Hieroſolymitanus, Baſilius, Chryſoſtomus, Athanaſius, Gregorius Nyſſenus, Damaſcenus, Philo, Tertullianus, Hieronymus, Auguſtinus, Lactantius, Euſebius Cæſarienſ. Prudentius; quorum plurima teſtimonia ponderauimus tom. præcedenti de Scientia Dei diſput. 40. ſect. 1. & 2. Atque iidem Patres obſeruant, non verificari Dei imaginem; ſi voluntas hominis per neceſſitatem determinatur ad vnam partem, & non eſt indifferens ad volendum hoc vel illud, & faciendum quod voluerit, quemadmodum Deus. 15. *Patrum obſeruatio.*

Confirmatur primò, quoniam humanæ libertati non ſufficit cognitio intellectus, proponens rationes boni pro vtraque parte contradictionis, & iudicans vtramque poſſe eligi: ſed præterea requiritur in voluntate indifferentia, vt, poſita illa conditione, & cæteris omnibus requiſitis ad volendum tale obiectum, poſſit velle & non velle illud obiectum: vt probatum eſt tom. præcedenti de Scientia Dei diſp. 53. 16. *Solum iudicium indifferentia inſufficiens eſt ad libertatem.*

Confirmatur ſecundò, quia non modo ſuper- 17.

Digitized by Google

naturaliter, ſed etiam naturaliter contingit, aliquam volitionem eſſe ſimpliciter neceſſariã manente cognitione bonitatis & malitiæ in vtraque parte contradictionis, imò & manẽte iudicio dictante, ſecundùm ſe magis bonũ, & magis eligibilem eſſe contrariam partem, quam de facto voluntas non amplectitur: vt cõſtat in triſtitia damnatorũ, & in delectationibus & triſtitiis, quas viatores conãtur à ſe repellere, nec poſſunt: ideóque non imputãtur ad laudem, nec ad culpam. Quod fuſius probatum eſt in eadem diſp. 53. tom. præcedentis de Scientia ſect. 3. & ſequentibus.

Sæpe voluntas non amplectitur extremum vt magis eligibile propoſitum & neceſſario adhæret minus eligibili.

SECTIO III.

Eiuſdem indifferentiæ probationes aliæ quæ nituntur authoritate Scripturarum, & Patrum.

1\. *Eligi non poteſt bonum quod neceſſarium ſit abſolutè eligi.*

SIt in ordine probatio tertia, quoniam eligi non poteſt bonum, quod abſolutè neceſſarium ſit eligere: ſed illud tantùm bonum eſt obiectum electionis capax, quod poſſibile eſt eligere & non eligere: vt cõſtat ex Ariſtotele 3. Ethic. cap. 2. & 5. & lib. 5. Ethic. c. 8. & lib. 6. cap. 2. Nec non ex Damaſceno lib. 2. de fide c. 27. & 29. ac Nemeſio lib. de natura hominis cap. 40. & 41. S. Thoma 1. 2. quæſt. 13. art. 4. 5. & 6. Sed Deus verè & propriè eligit 1. Corinth. 1. prope finem: *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus*, &c. Epheſ. 1. *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti.* 2. Theſſal. 2. *Nos autem, debemus gratias agere Deo ſemper, quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem.* Iacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni?* & 1. Petr. 2. *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.* Alibi quoque non rarò Deo tribuitur electio.

1. Corinth. 1. Epheſ. 1. 2. Theſſal. 2. Iacobi 2. 1 Petri 2.

2\. Confirmatur primò, nam electionis indifferentiam Scriptura ſignificat, quoties obiecta, per Deum volita, non aliter determinat, niſi per volitionem Dei. Quemadmodum Roman. 9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, & iterum: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* 1. Corinth. 12. *Diuidens ſingulis prout vult*, id eſt, *pro libero voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio*: vt exponit Ambroſius 2. de fide cap. 3. Pſalm. 134. *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit*, Matth. 20. *Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi: an non licet mihi, quod volo, facere?* Ioan. 5. *Et Filius quos vult viuificat.* & cap. 3. *Spiritus vbi vult ſpirat.*

Rom. 9. 1 Corint. 12. Pſalm. 134. Matth. 20. Ioan. 5. Ioan 3.

3\. Confirmatur ſecundò, propterea quippe foret abſolutè falſum dicere, Patrem & Filium ſpirare perſonam quam vult: quoniam licèt ſpontaneè volendo ſpirent Spiritum ſanctum; cæterùm non eſt in poteſtate ſpiratoris, vt velit hanc perſonam ſpirare potius quàm aliam; ſed neceſſariò ſpirat hanc & non aliam: nec eſt in poteſtate ſpiratoris ſe cohibere à qualibet perſona ſpiranda, ſed neceſſariò ſpirat. Conſequenter igitur, ſi non eſſet in poteſtate Dei velle hæc opera, & non illa, vel nulla velle; vel non eſſet in poteſtate Dei non amare, vel amare perſonam hanc potius, quàm illam: forent abſolutè falſa, quæ nuper retulimus Scripturæ teſtimonia.

Confirmatur tertiò, nam idem modus loquendi quoties in Scriptura refertur ad homines, ſignificat indifferentiam volendi & non volendi: vt Ioan. 15. *Quodcumque volueris, pete.* 3. Reg. 3. *Poſtula quod vis, vt dem tibi.* 1. Corinth. 7. *Quod vult faciat, cui vult nubat*, Potiſſimum verò Eccleſiaſtici 15. *Ad quod volueris porrige manum tuam.* Quod Patrum teſtimoniis ponderauimus tom. præced. de Scientia Dei diſp. 39. tota ſect. 7. 4

Ioan 15. 3 Reg 3. 1. Corinth. 7. Eccleſiaſtici 15.

Probatur quartò, nam adiecta conditio *ſi volueris*, ſignificat poteſtatis indifferentiam vt velit & non velit, quod ex eodem teſtimonio Eccleſiaſtici 15. *Si volueris mandata ſeruare*, &c. & aliis teſtimoniis Scripturæ & Sanctorum Patrum, probatum eſt in eodem tomo præcedenti, eadémque diſp. 39. ſect. 5. & diſp. 45. ſect. 6. 5.

Hoc argumento diuinæ libertatis indifferentia vt velit aut non velit probatur ex Eccleſiaſtici 39. *Si enim Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum.* Eſther 3. *Si decreuerit ſaluare nos, continuo liberabimur.* Sapient. 12. *Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe.* vbi dictio *cum* eſt conditionalis. Iacobi 4. fine: *Pro eo vt dicatis, ſi Dominus voluerit*, &c. 1. Corinth. 16. *Spero me aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.* 6.

Eccleſiaſtici 19. Eſther 3. Sapien. 12. Iacobi 4. 1. Corint. 16.

Ne quiſpiam fortaſſe pro contraria ſententia reſpondeat, Deum poſſe, ſi velit, cæterum non poſſe velle; notandum eſt, hanc ſolutionem prius ab Witclepho fuiſſe excogitatam, vt defenderet, Deum, ſi velit, poſſe facere, quæ non facit, cæterum nõ poſſe velle, & ideo abſolutè non poſſe aliud facere, niſi quod facit. Quam euaſionem vt erroneam referunt & refutant Waldenſis lib. 1. doctrinalis fidei cap. 15. & 16. Caſtro verbo. *futurum contingens* paulò ante med. Bellarminus lib. 3. de gratia & lib. arbitr. cap. 16. §. *At inepta.* 7.

Vvitclephi error.

Confirmatur primò, quoniam hæc propoſitio: *Filius, ſi voluerit, faciet, quod non viderit Patrem facientem*, iure optimo cenſebitur hæretica, & repugnans verbis Ioan. 5. *Non poteſt Filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Similiter erit blaſphemia dicere: *Deus ſi voluerit mentietur*; quia licet ex eo quod vellet mentiri, per bonam illationem colligeretur, eum mentiri: cæterum id velle non poteſt. Ergo adiecta conditio *ſi voluerit* denotat indifferentem poſſibilitatem volendi & non volendi. Confirmatur ſecundò, nam Daniel 3. Deus de facto voluit liberare tres pueros de camino ignis: & tamen poterat nolle, ſi quidem dicunt: *Quod ſi nolueris notum ſit tibi, ô Rex, quia Deos tuos non colimus.* 8.

Prima confirmatio. Ioan 5. Secunda confirmatio. Daniel 3.

Quintò. Eadem poteſtatis indifferentia diuinæ voluntatis traditur, quoties homines dicuntur eſſe in manu Dei, ſicut lutum in manu figuli, quemadmodum Hierem. 18. *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.* & quæ ſequuntur. Breuius & obſcurius idem ſignificauit Iſaias cap. 45. *Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de Samiis terræ: nunquid dicet lutum figulo ſuo. Quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt.* Eccleſiaſt. 33. *Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere; Omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius, qui ſe fecit.* Roman. 9. *Annon habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem* 9.

Hierem 18. Iſai 45. Eccleſiaſt. 33. Rom. 9.

dem vas in honorem, aliud autem in contumeliam.

10\. *Epheſ. 1.* Probatur ſextò, Deus enim *operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* Epheſ. 1. Conſilium autem non eſt, niſi de rebus, quas poſſibile eſt velle, & non velle: vt ex Ariſtotele, Damaſceno, S. Thoma, & multis Patribus oſtendimus tomo præcedenti de Scientia diſput. 39. ſect. 3.

11\. *Exod. 19. Exod. 33. Ioſue 14. 1. Reg. 14. 2. Reg. 12. Matth. 5. Actor. 8. Daniel. 4.* Probatur ſeptimò, quoniam in ſacris literis illæ dictiones, quæ ſignificant ambiguitatem, veluti *forſitan* aut *fortè*, ponuntur ad denotandam indifferentiam libertatis, de qua loquuntur, ſiue fuerit creata, ſiue increata. Quod generale fundamentum ex profeſſo probatum fuit tom. præcedenti de Scientia diſp. 70. ſect. 2. Quapropter quoties ad diuinam voluntatem referuntur prædictæ dictiones dubitatiuæ; ſignificant indifferentiam diuinæ libertatis, vt faciat, vel non faciat, quemadmodum Exod. 19. in fine: *Sacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.* & cap. 33. *Non enim aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis eſt: ne fortè diſperdam te in via.* Ioſue 14. *Si fortè ſit Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut promiſit mihi.* 1. Regum cap. 14. *Veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus prò nobis: quia non eſt Domino difficile ſaluare vel in multis, vel in paucis.* lib. 2. Regum cap. 12. *Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui: dicebam enim: quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus?* Matthæi 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro.* Actor. 8. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Daniel 4. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum; forſitan ignoſcet delictis tuis.*

12\. *Qui extremũ aliquod negat, virtualiter cõtradictorium affirmat. Anſelmus.* Probatur octauò, quia iuxta Metaphyſicam & Dialecticam euidens eſt, vbi negatur alicuius neceſſitas conſequenter, ac virtualiter affirmari poſſibilitatem contradictorij. Quod obſeruauit Anſelmus lib. 2. cur Deus homo cap. 17. ad finem, dicens: *Quod neceſſe eſt eſſe: impoſſibile eſt non eſſe: & quod neceſſe eſt non eſſe; impoſſibile eſt eſſe: & conuerſim.*

13\. *Anſelm.* At Patres communiter & omnes Scholaſtici docent, Deum non ex neceſſitate velle cætera omnia extra ſe. Ergo potuit ea non velle. Ac proinde non ſolùm in intellectu diuino fuit obiectiuè indifferentia, ſed etiam formaliter in diuina voluntate fuit indifferens poſſibilitas efficaciter volendi, & non volendi creaturas. Sic Anſelmus lib. 2. *cur Deus homo*, cap. 5. prope finem: *Deus*, inquit, *nihil facit neceſſitate, quia nullo modo cogitur aut prohibetur aliquid facere.* Superius autem probauerat, merè gratis & liberè Deum præſtare bonum, quod homini confert. & cap. 11. propius ad finem quàm ad med. docet, omnipotentem potuiſſe non mori, & potuiſſe mori ſecundùm naturam humanã. Potuit itaque Deus non permittere mortem, quam permiſit. Idem fuſius confirmat cap. 16. à medio ſemper ſupponens nulla neceſſitate voluiſſe Deum mori ſecundùm humanitatem. Vnde ſequenti cap. 17. ſub init. *Quoniam*, inquit, *omnia quæ vult, & non niſi quæ vult facit, ſicut nulla neceſſitas, ſiue impoſſibilitas præcedit eius velle; aut nolle: ita nec eius facere, aut non facere*: vbi manifeſtè conſtituit indifferentiam, non tantùm circa res ad extra creandas, ſed etiam circa volitiones Dei ad intra.

Quibus omnibus conſequentia ſunt quæ ſcribit cap. 18.

14\. Athanaſius orat. 2. contra Arianos propè med. & orat. 4. fol. penult. fusè & frequenter docet Deum non neceſſitate operari; ſed quando voluit creaſſe mundum, cùm potuiſſet antea creare, nam *deliberare*, inquit, *& diligere in vtramque partem momenta ſua habet, & ea affectio in naturam rationalem cadit.* Ita declarat indifferentiam diuini arbitrij. Quam etiam ſuo, & Apoſtoli more, nomine *beneplaciti* & *voluntatis* intelligit oratione 4. contra Arian. ſex. colum. ante finem orationis. *Iuſtinus.* Iuſtinus quæſt. 114. ad Orthodoxos aſſerit, *actionis diuinæ potentiam non naturali neceſſitate, ſed proprio conſilio conſtare.*

Clemẽs Rom. Eadem eſt mens Clementis Romani lib. 3. Recognit. propius ad med. quàm ad princ. & conſtit. lib. 7. cap. 35. poſt med. dicentis: *Solus es omnipotens: quando enim vis, adeſt tibi, vt poſſis: tua enim æterna potentia flammam refrigerat*, &c.

15\. Gregorius Nyſſenus lib. 6. Philoſophiæ, qui eſt de facto cap. 40. ſiue cap. vltimo, vel potius Nemeſius, lib. de Animæ facultatibus cap. 38. à med. tom. 9. Bibliothecæ: *Non enim*, ait, *neceſſitati Deus paret* (ſiue vt alij legunt: *Non ſub neceſſitate eſt Deus*) *neque fas eſt dicere, eius voluntatem neceſſitati ſeruire: etenim neceſſitatis ipſe auctor eſt.* & poſt pauca: *Ipſe Deus non ſolùm extra omnem neceſſitatem locatus eſt; ſed etiam eius Dominus & author eſt. Cum enim ſit poteſtas & natura libera poteſtatis, nihil, neque naturæ neceſſitate, neque legis ſanctione facit, ſed omnia ſunt illi contingentia, etiam, quæ ſunt neceſſaria.* Id eſt, etiam illa, quæ neceſſariò ſequuntur ex cauſis naturalibus, & quæ neceſſariò perſeuerant, quoniam ſunt naturaliter incorruptibilia: comparatione tamen diuinæ voluntatis contingentia ſunt, quoniam poteſt illa non producere, & poteſt iam producta annihilare. Monet igitur continuo Nemeſius propter huiuſmodi libertatem oſtendendam, mutaſſe Deum in aliquibus rebus naturæ curſum; vt iubendo curſum ſolis aut lunæ conſiſtere.

16\. Auguſtinus neceſſitatem excludit, vt diuinam libertatem ſeruet lib. 6. de Geneſ. ad literam cap. 14. in fine dicens: *Reſtat igitur vt ad vtrumque modum habiles creaturæ ſint, ſiue ad iſtum, quo vſitatiſſimè temporalia tranſcurrunt, ſiue ad illum, quo rara & mirabilia fiunt, ſicut Deo facere placuerit quod tempori congruat.* Porrò creaturæ non eſſent ad vtrumque modum habiles, ſi Dei voluntas & potentia non eſſet ad vtrumque modum indifferens, ſiue ad ſeruandum ordinem communis prouidentiæ, ſiue ad facienda pro libito miracula.

17\. Sequenti verò cap. 15. fine: *Manifeſtum eſt*, inquit, *etiam ſic non factum eſſe hominem, contra quod erat in illa prima conditione cauſarum: quia ibi erat etiam ſic fieri poſſe, quamuis non ibi erat, ita fieri neceſſe eſſe: hoc enim non erat in conditione creaturæ, ſed in placito creatoris, cuius voluntas rerum neceſſitas eſt.* Quod ſi diuina voluntas fuiſſet neceſſariò determinata, vt vellet hominem ſic, & non aliter condere: in ea conditione cauſarum fuiſſet ita fieri neceſſe eſſe, nec hoc eſſet poſitum in placito creatoris.

18\. Et cap. 17. & 18. eiuſdem libri docet omnibus cauſis ſecundis non aliam eſſe neceſſitatẽ, præter eam quam diuina voluntas illis præſtituit, quæ liberè quandoque facit contrarium eius effectus,

Hilarius. ctus, ad quem naturaliter propendebant. Hilarius lib. de Synodis ante med. explicans ſextum canonem Syrmicæ Synodi ait: *Extra corporalis natura neceſſitatem liber manens, quod vult, & cùm vult, & vbi vult, id præſtat ex ſeſe.* *Fulgent.* Fulgentius lib. 1. ad Moninum cap. 13. initio: *Deus, inquit, nulla neceſſitate compellitur, vt aliquid promittat.* *Æneas Gazeus.* Æneas Gazeus Platonicus & Chriſtianus in Theophraſto, ſiue de animarum immortalitate propius ad med. quàm ad fin. ait: *Non neceſſitate vlla, verùm ſua liberali voluntate ductum eſſe Deum, vt immortalitatis munus concederet.*

SECTIO IV.

Scholaſticorum conſenſus, & aliæ rationes pro diuinæ libertatis indifferentia.

1\. SAnctus Thomas ſæpe repetit, Deum alia à ſe *non ex neceſſitate velle*, in præſenti q. 19. art. 3. ad finem corporis, & ad plura argumenta, & art. 10. corpore, & q. 46. art. 1. corp. & art. 2. corp. & 1. contra gent. c. 81. & c. 82. defendit voluntatem Dei eſſe ad vtrumlibet. & 2. contra gent. c. 23. & 26. Idem apertè ſupponit Magiſt. & cum eo communiter Scholaſtici lib. 1. ſent. diſt. 45. præſertim §. Hæc itaque & §. *voluntas*. & ſequenti diſt. 46. & 47. verùm magis expreſsè lib. 2. ſent. diſt. 25. *Magiſter.* præſertim §. *Sed aliter: Dei liberum arbitrium*, inquit, *dicitur eius ſapientiſſima & omnipotens voluntas: quæ non neceſſitate, ſed libera voluntate omnia facit prout vult.* Eidem ſententiæ tacitè, vel expreſsè ſubſcribunt omnes Scholaſtici: veluti S. Bonauentura 2. diſt. 25. part. 2. dub. literali vltimo, & ſequentibus quæſtionibus de lib. arbitrio.

2\. *Magiſter.* Magis autem ex profeſſo Magiſter lib. 1. tota diſt. 43. confutat errorem eorum, qui dicebant, nihil Deum poſſe facere, niſi quod facit & in cap. vltimo ante med. concludit: *Fateamur itaque, Deum plura poſſe facere, quæ non vult, & poſſe dimittere, quæ facit. Quod vt certius firmiúſque teneatur, Scripturæ teſtimonijs aſſeramus, Deum plura poſſe facere, quàm facit.* Quibus conſequentia docet tota diſt. 44. Alexander 1. part. q. 21. mem. 2. probat, Deum multa poſſe velle, & facere, quæ nec vult, nec facit: & ſequenti mem. 3. probat potuiſſe Deum meliores facere res, quas fecit. Eadem docet Albert. 1. parte q. 77. mem. 2. & 3. atque infra quæſt. 79. mem. 2. art. 1. particula 2. S. Bonauentura 1. ſent. tota diſt. 44. præſertim art. 2. & diſt. 45. art. 1. quæſt. 2.

3\. Magis copioſè diuinæ libertatis indifferentia, vt velit, aut non velit creare, tractat Henricus in ſumma art. 45. quæſt. 3. & 4. & quodlib. 5. q. 4. & quodlib. 8. q. 4. & 5. & 9. ſemper excludens neceſſitatem à diuina volitione producendi creaturas. Scotus item egregiè perſpicuéque declarat diuinæ libertatis indifferentiam, vt poſſet velle producere creaturas aut non velle abſque vlla alia ratione determinante voluntatem illius, præter voluntatem, quæ ſe ipſam determinat. Locus eſt dignus qui legatur à ſtudioſis lib. 1. ſent. diſt. 8. quæſt. 4. §. *Ad argumenta pro opinione.* verſ. *& cùm dicis.* & diſt. 44. q. vnica, & diſt. 45. q. vnica corpore. Videndus eſt etiam egregius locus diſt. 39. §. iuxta prædicta.

4\. Durandus 1. diſtinct. 43. quæſt. 4. præſertim num. 5. & ſequentibus, ex profeſſo probat, Deum non neceſſariò velle alia à ſe; quinimò, voluntatem eius eſſe indifferentem ad velle, & nolle. Quibus conſequentia docet diſtinct. 45. quæſt. 1. num. 7. Argentina 1. diſt. 44. q. 1. quatuor articulis probat Deum poſſe facere, quæ non fecit, & meliora, quàm fecit. Atque diſt. 45. q. 1. art. 2. ante conc. 2. docet, Deum potuiſſe non communicare cauſis ſecundis virtutem, quam communicauit. Carthuſianus ex profeſſo neceſſitatem excludit à diuina volitione creaturarum & productione, probans, potuiſſe facere quæ non fecit: veluti lib. 1. ſent. diſt. 8. q. 4. poſt med. §. *Ad vltimum dico.* & diſt. 43. quæſt. 3. & diſt. 44. q. 1. & 2. Marſilius 1. q. 42. 43. & 44. Gregorius 1. diſt. 42. q. 1. art. 1. & q. 3. art. 1. & 2. & diſt. 45. quæſt. 1. conc. 6. Ochamus & Gabriel 1. diſt. 43. q. 1. art. 3. & 4. & diſt. 44. quæſt. vnica. Ricardus 1. diſt. 45. art. 2. q. 3. corpore, clariùs autem ad argumenta docet, Deum non neceſſariò voluiſſe creaturas producere, ſed potuiſſe non velle. Vdalricus lib. 2. ſummæ, quem refert Carthuſianus 1. diſt. 45. q. 4. & Ægidius, quem refert ibidem colum. vltima. Maior 1. diſt. 44. q. 1. & 3.

Aureolus 1. diſt. 44. art. 5. propoſit. 2. probat, Deum potuiſſe facere res, quæ forent in ſe ipſis meliores. Heruæus quodlib. 2. q. 4. & in tractatu de æternitate mundi q. 4. Ferrari. 1. contra gent. c. 82. & 2. cõtra gent. c. 26. Capreolus lib. 1. ſent. diſt. 43. q. 1. art. 2. multis concluſionib. & diſt. 45. q. 1. art. 2. Caietanus & alij expoſitores S. Thom. in præſenti. q. 19. art. 3. & 10. & infra q. 25. art. 5. & 6. Suarez in metaph. d. 30. ſect. 16. Molina in præſenti q. 19. a. 3. & art. 4. diſp. 1. & 2. Vaſq. diſp. 79. & 80. Valẽtia ſua q. 19. punct. 4. aſſertione 2. 5.

Iuxta quorum omnium doctrinam ſit probatio nona (ſequendo numerorum ſeriem poſitam in præcedẽtibus ſectionibus) Deus poteſt facere, quæ non facit, & poteſt nõ facere, quæ facit. Ergo poteſt velle facere, quæ non vult facere. & poteſt velle non facere, quæ vult facere. Conſequentia eſt euidens, quia nihil facere poteſt, niſi volendo illud facere. Antecedens probatur Sap. 11. *Non erat impoſſibilis manus tua immittere illis multitudinem vrſorum, aut audaces leones:* nec tamen immiſit Ægyptiis. Matth. 3. *Potens eſt*, inquit, *Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Vbi Hieronymus, Chryſoſtomus, & Theophyl. nec non Ambroſius Lucæ 3. intelligunt ex inanimatis lapidibus poſſe Deum excitare filios Abrahæ, quamuis id numquam fecerit, & quamuis ſimul etiam ſignificauerit Baptiſta Deum poſſe ex infidelibus, lapideis & impolitis hominibus facere fideles. Idque non ſolùm aſſeruit de infidelibus, qui de facto erant conuertendi: ſed etiam de illis, qui numquam erant conuertendi, de quibus Apoſtolus vniuerſaliter pronũtiat: *Potens eſt Deus inſerere, ſtatuere, confirmare.* Rom. 11. 14. & 16. 6. *Ex citatis Doctoribus nona ſumitur probatio. Multa poteſt Deus nolle facere, quæ vult facere. Sap. 11.* *Matth. 3.* *Paulus.*

Rurſus Marci 14. & Lucæ 22. *Abba Pater omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me.* & iterum: *Si vis, transfer calicem hunc à me.* Itaque manifeſtè docet Chriſtus D. vtrumque potuiſſe velle & facere, videlicet, transferre & non transferre calicem. Præterea Matth. 26: *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Refert autem Magiſter 1. diſt. 43. cap. vltimo, tanquam verba Auguſtini in Enchiridio, *Omnipotentis voluntas multa poteſt facere quæ nõ vult, nec facit: potuit enim facere, vt duodecim legiones Angelorum pugnarent contra illos, qui Chriſtum ceperunt.* Habetur autẽ hæc ſententia lib. de Spiritu & liter. c. 1. 7. *Lucæ 22.* *Matth. 26.* *Aug. lib. de Spiritu & liter. c. 1*

Cæterum in Enchiridio cap. 91. poſt med. 8.

Tunc,

Digitized by Google

Tunc, inquit, *in clariſſima luce Sapientiæ videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifeſta cognitione videatur, quam certa & immutabilis, & efficaciſſima ſit voluntas Dei, quàm multa poſſit & non velit, nihil autem velit, quod non poſſit.* Deinde verò cap. 98. init. *Quis porrò tam impiè deſipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere?* Idem lib. de Spiritu & litera cap. 1. à med. *Abſurdum*, inquit, *ſibi videtur dici aliquid fieri poſſe, cuius deſit exemplum, cùm ſicut credo non dubites, numquam eſſe factum, vt per foramen acus camelus tranſiret, & tamen ille hoc quoque dixit Deo eſſe poſſibile.* Subintulit enim Chriſtus D. *Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Addit inſuper Auguſtinus: *Legas fieri potuiſſe, vt ſemel gentes exterminarentur a terra, quæ dabatur filiis Iſraël; Deum tamen id paulatim fieri voluiſſe: & alia ſexcenta poſſunt occurrere, quæ fieri vel potuiſſe, vel poſſe fateamur, & eorum tamen exempla, quod facta ſint proferre nequeamus.*

Matth. 19.

Videtur acceptum ex Sapientia 12.

9. Pertinent ad idem probandum multa quæ ſcribit Auguſtinus epiſtola 3. ad Voluſianum circa med. Illuſtriſſimum iſtius libertatis exemplum Patres & Scholaſtici tradunt in ſupremo Incarnationis opere. Potuit enim Deus abſque Incarnatione diuinæ perſonæ, lapſum hominem aliter reparare, licet non cũ tanta gloria & oſtenſione diuinorum attributorum. Sic expreſsè Nazianz. in priori epiſtol. ad Cledonium quæ eſt oratio 51. propius ad med. quàm ad finem illis potiſſimum verbis: *Vt interim non dicam, alio quoque modo fieri potuiſſe vt nobiſcum verſaretur, quemadmodum prius ignis, rubo & forma humana*, videlicet, hominis ſpecie, non verò natura ipſa perſonaliter vnita.

Abſque incarnatione hominis reparatio poſſibilis.

Nazianz.

10. Athanaſius orat. 3. contra Arian. multò propius ad fin. quam ad med. refert obiectũ Arianorum: *Poterat Deus, etiamſi ſaluator creatura exiſteret, vel loqui tantummodo, & ita ſoluere maledictionem.* Quod Athanaſius non ſolùm concedit, ſed etiam auget, reſpondens: *Iſtud etiam ab alio quopiam obtrudi poterit. Poterat ſine vllo aduentu Chriſti ſolummodo loqui Deus, & ſoluere maledictionem. Cæterum ſpectandum eſt hic quid hominibus ſit vtile, non quid ſitum in viribus Dei.* Euſebius Emiſſenus homil. 6. de Paſchate ait: *Potuit Filius Dei hoſtem humani generis & in oculis poſitum, nutu vſo ſuæ diuinitatis elidere: ſed ne quid tale diabolus conqueri poſſet, placuit Deo ſecundùm iuſtitiam ſuam pro humano genere offerre hominem purum & immaculatum.*

Athanaſ.

Euſeb. Emiſſ.

11. Auguſtinus lib. 13. de Trinit. cap. 10. *Parum eſt*, inquit, *ſic refellere, vt iſtum modum, quo nos per mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum Deus liberare dignatur, aſſeramus bonum, & diuinæ congruum dignitati; verum etiam, vt oſtendamus, non alium modum poſſibilem Deo fuiſſe:* Poſtrema verba nota. Idem docet cap. 13. & lib. de agone Chriſtiano cap. 11. initio ſtultos appellat eos, qui contrarium ſentiebant.

Idem apertè docuerunt Leo Mag. ſerm. 2. de natiuit. ante med. Gregor. lib. 17. Moral. cap. 18. & lib. 24. cap. 2. Author libri de operibus cardinal. apud Cyprian. ſerm. de paſſione longè à medio, illis præſertim verbis. *Sine hoc holocauſto poterat Deus tantùm condonaſſe peccatum.*

S. Leo Magn. S. Gregor. Magn. Author lib. de operib. card. S. Cyprian.

12. Bernardus Epiſt. epiſt. 109. ad Innocen. inter med. & fin. oſtendit, *Deo ad manum fuiſſe alios & alios modos noſtræ redemptionis*, nec vlla neceſſitate, ſed mera libertate modum elegiſſe, quem elegit. Idem exiſtimauit Anſel. ad Romanos cap. 5. ad illud: *Commendat autem Deus charitatem ſuam.* Nec oppoſitum docet in lib. *Cur Deus homo* vt videbimus diſp. 9. ſect. 6. Hugo Victor. lib. 1. de Sacramen. p. 8. c. 10. *Veraciter profitemur*, ait, *quod redemptionem generis humani alio modo Deus perficere potuiſſet, ſi voluiſſet.* Idem apertè colligitur ex Anſelmo lib 2. *Cur Deus homo*, c. 5. collato cum præceden. & ſequen. Auguſtinum & Hugonem in eiuſdem dogmatis aſſertione ſequuntur omnes Scholaſtici. Magiſt. lib. 3. diſt. 20. c. 1. Altiſiodor. lib. 3. ſummæ tract. 1. c. 8. Guillel. Pariſien. lib. *cur Deus homo* c. 7. quod eſt de auaritia Adami Alexan. 3. p. q. 1. mem. 3. & 4. S. Bonau. 3. ſent. diſt. 20. art. 1. q. 1. Vbi Ricar. q. 4. Scotus q. vnic. §. *iſtis dictis*. Duran. Palud. & Gabriel quæſt. 1.

S. Anſelm.

Hugo Victor.

Prædicto reparationis noſtræ myſterio ſunt affines aliæ res, quas Deus fecit, cùm potuiſſet omittere, vel non fecit, cùm facere potuiſſet. Sic enim Athanaſ. orat. 2. contra Arian. prope med. ait: *Sicuti enim poſſet ab initio ſub Adamo, aut Noë, aut Moſi Verbum ſuum mittere; non autem miſit, niſi in conſummatione ſeculorum; ita quoque creata cum voluit, & ipſis vtile fuit procreauit*, & dicta orat. 3. multò propius ad fin. quàm ad med. alia exempla congerit. Potuiſſe Deum aſſumere carnem aliunde, quam ex ſtirpe Adami, docet Auguſt. dicto lib. 13. de Trinit. c. 10. & 13. & 18. 13.

Athan.

Potuiſſe Deum vnico die vel vnico momento res omnes totius mundi producere, nota Chryſ. in Geneſ. c. 1. homil. 3. circa med. Potuiſſe Deum formare mulierem de terra, ſed noluiſſe, docet Cyrill. lib. 3. contra Iulian. col. 4. Potuiſſe Chriſtum Dominũ reſuſcitare Iudam à morte ſpirituali, tradit Auguſtin. lib. de natura & gratia c. 7. Potuiſſe facere Deum, vt omnes homines in gratia perſeuerẽt docet lib. de bono perſeu. c. 8. & 9. *Deum omnia quæcumque vult poſſe, non autem quæcunque poteſt, velle: nam poteſt quidem perdere mundum, non vult autem*, Damaſcen. ſcribit in fine totius libri primi de Fide. 14.

Chryſoſt.

Cyrill.

Auguſt.

Fuſius quàm cæteri, Hugo Victorin. ſummæ ſentent. tractatu 1. c. 14. multis exemplis probat, Deum potuiſſe velle & facere, quæ non vult, nec facit. Id quod euidentiſſima ratio naturaliter demonſtrat, quoniã alioqui Deus non eſſet omnipotens: etenim omnipotens eſt, qui poteſt omnia, quæ poſſunt habere rationem entis, qualia ſunt omnia, quæ nõ implicant contradictionem. Sunt autem infinita, quæ non implicant contradictionem, & tamen à Deo nunquam ſunt facta, neque fient. Quinetiam contradictionem implicat, omnipotentem facere quidquid poteſt ſimul & collectiuè: plurima quippe ſunt poſſibilia ſeparatim ac per ſe ſumpta, quæ tamen ſimul cum aliis ſunt incompoſſibilia, veluti cælum eodem tempore moueri & quieſcere, rotundum & quadratum eſſe diuidi & continuari. 15.

Euidẽs ratio pro Dei libertate.

Denique Deum non poſſe facere, niſi quod facit, nec potuiſſe velle, niſi quod vult, error fuit Abailardi & Witcleffi, vt videre eſt apud Waldenſem, Caſtrum, & Bellar. ſupra citatos ſect. 2. probat. 4. & dicitur fuiſſe damnatus in Concilio Senenſi, vel fortaſſe Senonenſi. 16.

Decima probatio ſit, quia ſi Deus non liberè, ſed neceſſariò vellet creaturas producere; neceſſariò produceret illas: vnde produceret quotum Deus producere poteſt. Conſequens autem implicat contradictionem. Sapienter enim Iuſtinus q. 2. Chriſtiana ad Gentiles inter med. & fin. ait, 17.

Si Deus vellet neceſſariò creaturas producere illas neceſſariò produceret.

Si quidem eſt Dei potentia infinita, eius autem opera finita: eſt omnino Deus ſecundùm eas, quas habet, & tamen non vtitur potentia. Vnde colligit agere Deum *quantum vult*, *non quantum poteſt*, & vti *actionibus quantum vult.*

18\. Conſequentis illius implicatio infinitis exemplis potuiſſet oſtendi, ex quibus pauca ſubiiciam. *Primum implicationis exemplum.* Primò, Si Deus neceſſariò produceret motum cæli quantum poteſt producere: cælum moueretur in non tempore, quod implicat contradictionem. Sequela probatur, quia ſi moueretur in tempore, quamuis exiguo; poſſet adhuc breuiori & breuiori tempore moueri; ac proinde non produxiſſet Deus, quantum velocitatem poteſt producere.

19\. *Secundum exemplum: Vrget Iuſtin.* Secundò ſequeretur, Deum creauiſſe plures mundos, imo & infinitos; ſi producit, quantum poteſt producere. Premit hanc rationem Iuſtinus quæſt. Chriſtiana ad Gentiles 3. paulù ante medium, & inter alia dicit. *Si Deus facit quia eſt; coactè facit quæ facit. Sin facit quia vult; ſponte facit. Sponte enim faciens, facit quantum vult, & qualia vult, & quando vult.*

Propius autem ad fin. quàm ad med. *Quemadmodum*, inquit, *accuſari non poteſt Deus infirmitatis potentiæ, quòd, cùm non plures, ſed vnum feciſſet Mundum, deſijt facere: ſic accuſari non poteſt imperfectionis virium, quod non ſimul, ac fuit mundum fecit, ſed cùm voluit.* Quibus ſimilia ſcribit in quæſt. 113. ad Orthod. fine. & quæſt. 2. Chriſtiana ad Gentiles prope finem ait: *Niſi cohibita fuiſſet actio quæ mundum fecit, innumerabiles facti fuiſſent mundi actione nunquam ceſſante.*

20\. Athanaſius orat. 2. contra Arian. prope med. *Opifex*, inquit, *& dici, & eſſe poterit, etiamſi nondum opera exiſtent: Pater verò nec eſſe, nec dici poterit, ſi non ſit ei Filius. Quod ſi autem curioſè inquirant, cur Deus, in cuius poteſtate eſt operari, non ſemper operatus ſit? furioſorum eſt iſta audacia.* Poſtea verò rationem reddit ex libera Dei voluntate, præter alia dicens: *Creata, cùm voluit, & ipſis vtile fuit, procreauit.*

21\. *Tertium implicationis exemplum.* Tertiò ſequeretur, Deum creauiſſe cælos maiores, & maiores in infinitum; creauiſſe mundum ab æterno, quoniam prius & prius ſine termino creare potuit. Atque ſimiliter ſequitur in omnibus ſpatiis, ſeu locis poſſibilibus fuiſſe collocatum hunc mundum; quoniam in omnibus æqualiter potuit collocari. *Auguſtinus.* Sapienter enim Auguſtinus lib. 11. de ciuit. cap. 5. init. *Ita quæritur*, inquit, *cur potius tunc & non antea factus ſit, quemadmodum quæri poteſt, cur hic potius vbi eſt, & non alibi? Nam ſi infinita ſpatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere ceſſare potuiſſe, ſimiliter ergo cogitent, extra mundum, infinita ſpatia locorum: in quibus ſi quiſquam dicat, non potuiſſe vacare Omnipotentem, nonne conſequens erit, vt innumerabiles mundos cum Epicuro ſomniare cogatur.* Quem diſcurſum toto capite proſequens, concludit prope finem: *Æqualiter anteriora tempora per infinitum retro ſpatium præteriſſe, nec fuiſſe aliquam differentiam vnde tempus tempori eligendo præponeretur.*

22\. *Vltimum* Poſtremò ſequitur in hoc mundo maiorem & maiorem terrarum vaſtitatem, maiorem & maiorem magnitudinem, altitudinem, multitudinem montium, maiorem & maiorem planitiem camporum, plures ac plures & magis redundantes fluuios, atque his ſimilia, Deum creauiſſe de facto; nam hæc omnia creare potuit.

Dicet aliquis: Dei operibus limitem neceſſarium imponi per intellectionem dictantem, has 23. *Euaſio.* res ſub hac menſura, & non ſub alia expedire ad finem intentum à Deo. Sed refutatur, quoniam *Refutatio.* intellectus diuinus dictat duos, aut tres mundos aptos eſſe, vt pluribus perſonis Deus manifeſtet ſua attributa, exerceátque varia genera prouidentiæ. Quare ſola libertas determinare potuit, vt non eligerentur plures mundi, ſed vnus, nec maior, aut minor, ſed tantus: nec velocior motus; & ita de reliquis.

Confirmatur primò, nam potuit Deus non creare hunc mundum, ſed alium ſolo numero diuerſum in quo manifeſtaret attributa non alio modo, quàm in hoc mundo manifeſtat. 24.

Confirmatur ſecundò, quia Deus potuit Adamum nunquam creare, ſed alium conſtituere primum hominem, à quo diuerſi filij procrearentur. Potuit alios Angelos perfectiores creare, in quibus magis manifeſtaret ſuam potentiam. Quapropter eiuſmodi rebus limitem præſcribere non poteſt dictamen, ſiue iudicium intellectus, niſi accedat electio libera determinans ad vnum ex infinitis obiectis, quæ per intellectionem proponuntur, vt eligibilia. 25. *Potuit Deus, Adamo relicto, alium primum hominem creare.*

Vndecima ratio ſit veluti confirmatio præcedentis, quia ſi Deus, ſuppoſito iudicio intellectus, non eſſet indifferens, vt vellet hoc potiùs, quàm illud; ſequeretur certam eſſe menſuram orationum, cui ſemper & neceſſariò Deus annueret, concedendo quod petitur. Hoc autem eſt manifeſtè falſum, nam aliquando paucioribus, atque minùs deuotis orationibus impetramus, ſicut etiam accipimus perſæpe ſine orationibus. 26. *Infertur abſurdum.*

Confirmatur: nam eadem ratione ſequeretur, ſemper ac neceſſariò propter æqualem grauitatem ac numerum peccatorum, homines ad inferos detrudi, nec amplius expectari ad pœnitentiam: itémque ſuppliciis æqualibus in hac vita puniri. Sequeretur etiam, homines æqualiter deditos vitiis per æqualem vim illuſtrationis & inſpirationis à Deo conuerti: conſequentérque nullum de facto conuerti, qui grauioribus peccatis obnoxius ſit, quàm ille qui de facto nunquam conuertitur. Sequitur tandem ex parte Dei nullam inæqualitatem eſſe diſtribuendi pro libito plura & excellentiora dona ſpiritualia; quapropter Spiritus ſanctus non diuidit ſingulis, prout vult: quod eſt manifeſtus error refutatus in materia de Prædeſtinatione. 27. *Alia ſequela non minus abſurda.* *Vlterius infertur.* *Vltimò infertur.*

Duodecimò probatur, quia ſi Deus neceſſariò & abſque libertatis indifferentia produceret quidquid operatur ad extra, nec potuiſſet velle tales operationes omittere: gratia funditus euerteretur, atque radicitus conuellerentur omnes rationes agendi gratias pro beneficiis gratuitis. Rectè ſi quidem Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo* cap. 5. ſub init. *Quomodo*, inquit, *noſtram imputabimus ſalutem eius gratiæ, ſi nos ſaluat neceſſitate? Eſt neceſſitas, quæ benefacienti gratiam aufert, aut minuit; & eſt neceſſitas, qua maior ex beneficio gratia debetur. Cum enim aliquis ea neceſſitate, cui ſubiacet, inuitus benefacit, aut nulla aut minor illi gratia debetur. Dum verò ipſe ſe ſponte neceſſitati benefaciendi ſubdit, nec inuitus eam ſuſtinet: tunc vtique beneficij gratiam meretur maiorem. Non enim hæc eſt dicenda neceſſitas, ſed gratia, quia nullo cogente, illam ſuſcipit, aut ſeruat, ſed gratis.* 28. *Gratia funditus euerteretur, ſi ad extra Deus ex neceſſitate operaretur.* *Anſelmus.*

Confirmatur, quoniam hac eadem ratione Richardus Victor. lib. 6. de Trinit. fine colligit in 29.

proceſ

In proceſſionibus Verbi & Spiritus ſancti nulla gratia interuenit. Ricardus Victori.

proceſſionibus Filij & Spiritus ſancti, nullam interuenire gratiam, ſiue gratuitam donationem: quamuis Spiritus ſanctus procedat per amorem ſummopere ſpontaneum & voluntarium, dicens: *In diuina natura nihil eſt vel eſſe poteſt ex operante gratia. Quod enim eſt ex ſola operatione gratiæ, pro authoris beneplacito poteſt eſſe, vel non eſſe. Sed tale aliquid non poteſt eſſe in ipſa diuinitate. Alioqui mutabilitas ei ineſſet, nec veram æternitatem haberet. Nihil itáque ibi eſt iuxta donum largientis gratiæ, ſed totum iuxta proprietatem exigentis naturæ.*

30\. Ad idem probandum adduci poſſent rationes infrà tractandæ diſp. 15. quatuor prioribus ſectionibus. E toto diſcurſu præſentis ſectionis, ac præcedentium, manifeſtè ſequitur, eſſe prorſus improbabile, quod Ocamus & Gabriel 1. diſt. 43. quæſt. 1. art. 2. in fine dixerunt, non poſſe demonſtrari ratione naturali, quod effectus non ſequantur naturaliter & neceſſariò ex perfectione Dei, ſicut ex perfectione Solis ſequuntur eius effectus. Quamuis enim aliquæ probationes adductæ ſupponant principia ſupernaturalia; multæ temen probationes ex dictis ſunt demonſtrationes ſubnixæ ſolo lumine naturæ non indigentes lumine fidei.

Improbabilitas opinionis Ocami, & Gabrielis.

31\. *Diluitur argumentum ſect. 2. propoſitum.*

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ poſitum ſect. 2. non procul à principio reſpondetur: Quamuis Deus ſit puriſſimus actus, nec potuerit aliam perfectionem habere, præter eam, quam de facto habet: nihilominus eius voluntas propter infinitam eminentiam indifferens fuit, vt verè realitérque fuiſſet voluntas non creandi mundum, ſicut fuit voluntas creandi mundum. Sed hoc explicare nimiùm operoſum eſt, ideóque differtur ad proprias diſputationes 11. 12. & 13.

SECTIO V.

Quid Plato & Ariſtoteles, aliique Philoſophi de libertate Dei ſenſerint.

1\. PLato in Timæo, ſiue de natura, inter princip. & med. introducit creatorem Deum talem orationem habuiſſe ad creatos à ſe Deos, id eſt, Angelos; *Non eſtis penitus immortales, neque penitus indiſſolubiles: non tamen ſoluemini, nec mortis ſortem ſequemini, quum mea voluntas maius adhuc & præſtantius vinculum vobis contigerit.* Quapropter exiſtimauit Plato liberam poteſtatem fuiſſe Deo annihilandi Angelos, quos creauerat. Exiſtimauit etiam potuiſſe Deum ſe ſolo producere omnia animalia: nihilominus eorum productionem Angelis commiſiſſe vt referemus diſp. 10. ſect. 2. Socrates item apud Platonem in Alcibiade primo, ſiue de natura humana in fine, ſignificat, eſſe Deo liberam poteſtatem diſponendi, vel impediendi noſtras operationes, quando præcipit, in faciendis eſſe præfandum, *Si Deus voluerit.*

Socrates apud Platonem.

2\. *Ariſtotelis inconſtantia.*

Ariſtoteles autem, licèt argumentorum procella vertiginem aliquando paſſus fuerit, atque iactatus ad neceſſitatem diuinæ voluntatis aſſerendam: nihilominus eam aliquando tandem agnouiſſe videtur. De cuius ſententia magna quæſtio eſt inter Philoſophos & Theologos. In qua prætermittendum nobis eſt illud membrum, quod ad rem præſenté non attinet: videlicet ſubſtantias ſeparatas, & omnes res incorruptibiles, eſſe ab intrinſeco neceſſarias eo gradu neceſſitatis, vt à Deo non pendeant in fieri, nec in conſeruari. Hunc enim abſurdiſſimum errorem Ariſtoteli, Commentatori, & Auicennæ tribuunt, & ex eorum verbis deducere conantur Henricus à Gandauo quodlib. 8. quæſt. 9. Aureolus 1. diſt. 8. part. 2. art. 3. colum. 3. & quidam alij. Aduerſùs quos ex profeſſo diſputant Scotus, & alij ex Authoribus infrà citandis.

Hoc igitur prætermiſſo, quaſcumque res Deus operatur, (ſiue operetur ſolummodo res corruptibiles, ſiue res etiam incorruptibiles, vt cælum & intelligentias) neceſſariò producere, nec poſſe non producere quæ de facto producit: fuiſſe mentem Ariſtotelis, & Commentatoris (quibus Authores aliqui addunt Auicennam (communior opinio eſt inter Scholaſticos. 3.

In hoc conueniunt cum cæteris Henricus & Aureolus nuper citati. Hanc verò fuiſſe mentem Ariſtotelis & Commentatoris, fusè probat Scotus 1. diſt. 8. quæſt. 4. ſub init. §. *Sed pars.* & duobus ſequentibus. Gregorius 1. diſt. 42. quæſt. 3. art. 1. col. 2. §. *Mihi autem.* Ocham. & Gabriel 1. diſt. 43. quæſt. 1. art. 2. & 3. Marſilius lib. 1. q. 42. art. 2. & q. 44, art. 1. concl. 3. Heruæus quodlib. 2. quæſt. 4. & in tract. de æternitate mundi q. 4. Ferrarienſis lib. 2. contra Gent. cap. 23. Iauellus lib. 12. Metaph. q. 10. Sonzinas eodem lib. 12. quæſt. 30, & 41. Soto lib. 8. Phyſicor. quæſt. 1. Suarez in metaph. diſput. 30. ſect. 16. num. 52. & ſequentibus. Molina in præſenti quæſt. 19. art. 4. diſp. 2. 4.

Idem videtur ſignificaſſe S. Thomas 2. contra Gen. c. 23. & Durandus 1. diſt. 43. quæſt. 4. n. 5. quãdo ſuppreſſo nomine dixerunt, aliquos Philoſophos poſuiſſe, Deum producere res ex neceſſitate naturæ, quia quidquid vult, vult de neceſſitate abſoluta. 5.

Quid ſupponatur?

Supponimus autem, Ariſtotelem crediſiſſe, Deum agere per intellectum & voluntatem, quandoquidem lib. 2. Phyſic. text. 49. oſtendit, naturam agere propter finem, & directione primæ cauſæ præſtituentis finem: quod verificari non poſſet, niſi Deus intelligeret finem & per volitionem intenderet.

Ariſtotelem igitur aſſeruiſſe naturæ neceſſitatem in diuinis operationibus, probatur primò, quoniam octauo lib. Phyſicor. text. 9. & 13. & text. 52. & 53. ex eo quòd primum mouens ſit incapax mutationis, ac proinde ſemper in ſe ipſo perſeueret in eadem diſpoſitione, colligit ſemper, ab æterno & in æternum mouere, ſempérque res omnes ab illo prorſus eodem modo procedere: ac proinde tam mundum, quàm cæli motum æternum eſſe: viuacitatem verò, quam in his rebus inferioribus cernimus, prouenire ex diſſimilitudine, ac diuerſitate partium orbium cæleſtium, quæ diuerſimodè per motum applicatæ diuerſos effectus cauſant. 6.

Mēs & placitū Ariſtot.

His omnino ſimilia ſunt quæ ſcribit lib. 2. De Cælo text. 21. & 35. & lib. 1. de generatione text. 16. & lib. 2. de Generat. text. 56.

Probatur ſecundò, quia lib. 9. metaph. text. 17. dicit, in æternis nil eſſe in potentia, ſed omnia in actu. Vnde infert non eſſe timendum quod cælum quieſcat, quia neque ipſum, neque motor eius eſt in potentia ad non mouendum. Et inde lib. 12. metap. cap. 6. concludit, non ſatis eſſe ponere ſubſtantiam æternam potentem mouere: ſed oportere, vt ſit actu mouens ex neceſſitate, ita vt motio eius ſit ſubſtantia eius. Multa repetiuntur alia in operibus Ariſtotelis ex quibus 7.

Primum circa mundi creationem diuinum dictamen.

diuina ſapientia. Primum eſt. Mundi productionem eſſe poſſibilem atque conſentaneam bonitati diuinæ: prætereáque neceſſariam eſſe; ſi Deus conſequi velit finem plenioris oſtenſionis ſuorum attributorum; nihil tamen dictando de abſoluta futuritione mundi. Iudicium igitur iſtud ex omni parte neceſſarium eſt, proptereáque pertinet ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ: quod aliunde nullam omnino neceſſitatem affert volendi producere mundum, niſi poſt quam illi ſuperuenit intentio libera, qua Deus decreuerit talem communicationem ſuæ bonitatis, ac talem oſtenſionem ſuorum attributorum.

18 *Secundũ dictamen.*

Secundum verò dictamen practicum diuini intellectus eſt, quo iudicat mundum eſſe de facto producendum: hoc autem ſupponit iam conſtitutum decretum liberum creandi mundum, & ab illo decreto determinatur dictamen, tanquam ab obiecto: quare dictamen iſtud ſecundum non poteſt determinare ad liberum decretum creandi mundum. Quod ſi tertium dictamen practicum fingas, quo iudicet intellectus, mundum eſſe neceſſarium ad Dei fœlicitatem, vel ad aliquod incrementum illius, & ideo neceſſariò volendum & producendum: illud iudicium erit falſum & repugnans diuinæ ſapientiæ.

Aliud tertium dictamen fictitiũ eſt.

19. *Nonnullorũ euaſio.*

Authores nonnulli reſpondent, iudicium diuini intellectus abſolutè neceſſarium eſſe, creaturarúmque volitionem in Deo neceſſariò ſequi ex illo iudicio: nihilominus eſſe liberam volitionem Dei, quoniam in ſenſu diuiſo potuit non velle Deus: quamuis in ſenſu compoſito cum illo iudicio, non potuerit non velle.

20. *Reijcitur. Suppoſitio an ex data, qua infallibiliter conſequens infert, libertatẽ penitus euellit.*

Hæc ſolutio refutatur, quoties enim ſuppoſitio ſimpliciter eſt neceſſaria, nullóque modo libera; ſimúlque conſecutio rei ex illa ſuppoſitione, ſimpliciter eſt neceſſaria: toties conſequens eſt etiam ſimpliciter neceſſarium: perinde vt neceſſarium eſt hominem eſſe riſibilem; quoniam eſt neceſſarium hominem eſſe diſcurſiuum; riſibilitas autem neceſſariò ſequitur ex diſcurſu.

21. Confirmatur primò, quoniam ſuppoſitio, videlicet, iudicium diuini intellectus, non potuit non eſſe: deinde conſecutio creatiuæ volitionis ex illa ſuppoſitione, non potuit non eſſe (iuxta prædictos Authores) ergo creatiua volitio non potuit non eſſe. Cuius argumenti robur fuſius ponderauimus tomo præceden. de Scientia Dei diſp. 33. & 34.

22. *Ad libertatem ſatis nõ eſt, voluntatẽ eſſe indifferentem, ſecluſo iudicio practico.*

Confirmatur ſecundò, quoniam vt voluntas diuina ſit libera, non eſt ſatis eam eſſe indifferentem, præciſa intellectione, quæ proponit obiectum volibile. Nam & brutorum appetitus, præciſa cognitione phantaſiæ & æſtimatiuæ ſentientis famem: & proponentis cibum vt conuenientem, indifferens eſt ad amandum aut non amandum, ſed repudiandum cibum.

23. *Libertatis quidditas.*

Tertiò, quoniam de eſſentia libertatis eſt, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, poſſe operari & non operari: vnum autem ex requiſitis eſt cognitio, proponens obiectum voluntati. Antecedens probatum eſt authoritate Philoſophorum & Theologorum communiter ita exiſtimantium, atque validis rationibus in eodem tomo præcedenti diſp. 50. ſect. 3. 4. & 5.

24. *Poſſent dici Beati liberè videre Deũ.*

Confirmatur quartò, quia (iuxta prædictam ſolutionem) non eſt maior libertas Dei, vt velit creare mundum, ſuppoſita cognitione mundi; quàm libertas hominis videntis Deum, vt ſuppoſita clara viſione, diligat Deum: Sicut enim Beatus præciſa viſione Dei & in ſenſu diuiſo poteſt non amare Deum, quem tamen non poteſt non amare ſuppoſita viſione clara, & in ſenſu compoſito cum illa: Sic etiam (apud hos Authores) diuina voluntas, præciſa ſcientia proponente bonitatem mundi, poteſt illum efficaciter non amare; quem tamen non poteſt non amare efficaciter, ſuppoſita prædicta ſcientia, & in ſenſu compoſito cum illa.

25. *Cõtrariæ ſententiæ fundamentum diluitur. Omnes cauſæ naturales, ab intrinſeco determinatæ, ab extrinſeco indifferentes.*

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ reſpondetur, diſtinguendo cauſarum determinationem duplicem, intrinſecam & extrinſecam. Omnes enim cauſæ naturaliter operantes, ab intrinſeco determinatæ ſunt ad operandum, poſitis omnibus requiſitis: nihilominus ab extrinſeco ſunt indifferentes & indeterminatæ, poſſunt enim non operari, quoniã poteſt illis deficere aliquod ex requiſitis ad operandũ: ad hoc tamen etiã in eo caſu determinantur ab intrinſeco, vt non operentur.

26. Extrinſecum verò determinans, vt iſtæ cauſæ operentur, eſt ea res, quæ tribuit illis vltimum requiſitum ad operandum: ſicut extrinſecum determinans ad non operandũ eſt impedimentum, auferens aliquid requiſitum. Cæterum cauſa libera eſt ab intrinſeco & quidditatiuè indifferẽs, & indeterminata, habens eſſentialiter vim, & poteſtatem determinandi ſe ipſam, nec indigens alio determinante; vt fusè probatum eſt tomo præcedenti dicta diſp. 50. ſect. 1. & 2.

Cauſa libera ab intrinſeco indifferens.

SECTIO VII.

Vtrùm contingentia poßit in diuinam voluntatem cadere.

1. *Ratio dubitationis.*

Occaſionem huic dubio præbet ea, quæ præcedentibus ſectionibus probata fuit, indifferentia diuinæ libertatis: quia contingens ad vtrumlibet eſt illud, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe: cum igitur Deus poſſit velle creare mundum, & poſſit hoc non velle, talis volitio creandi potuit eſſe, potuitque non eſſe. Quapropter contingenter Deus voluiſſe videtur creare mundum, & fuiſſe contingentem illius cauſam.

2. *Quid ſit eſſe contingens.*

Confirmatur, quia contingens ſpecialiter ſumptum eſt illud, quod neque neceſſarium eſt, neque impoſſibile: vt cum Ariſtotele lib. 1. Priorum cap. 3. ſentiunt omnes eius expoſitores, & cæteri dialectici. Sed volitio creandi mundum & ipſa creatio, nec fuit neceſſaria, nec impoſſibilis: ergo fuit contingens.

3. Propter hæc, voluntatem diuinam eſſe contingentem cauſam creaturarum, & primam omnium contingentium, exiſtimarunt graues Authores, vt Scotus 1. ſent. diſt. 8. §. *ad argumenta pro opinione, verſ. & cum dicis.* ac diſt. 39. quæſt. vnica, §. *iuxta prædicta*, versùs finem, & diſt. 45. q. vnica, corpor. in fine, Gregorius valde ex profeſſo lib. 1. ſent. diſt. 45. quæſt. vnica, conc. 7. colum. 6. & ſequentibus. Ochamus & Gabr. 1. diſt. 38. q. vnica, art. 3. dub. 6. fine, & diſt. 43. quæſt. 1. art. 3. Vaſq. 1. part. diſp. 79. num. 16. Bellarm. lib. 3. de libero arbit. cap. 17. ad 3. & 4. Salas 1. 2. tract. 3. diſp. 1. ſect. 7. num. 84. Quinetiam S. Thomas in præſenti quæſt. 19. art. 3. ad 4. & ad 5. admittit virtualiter & tacitè contingentiam ad vtrumlibet, quam in argumentis obiecerat; ſi quidem illi nullo modo contradicit, ſed tantum eam temperat, vt non defectu Dei, ſed defectu creaturarum, ſine quibus eſſe poterat diuina bonitas, ſit

contin

contingens volitio creandi, potueritque non eſſe volitio creandi. Huic ſententiæ conſonat Capreolus 1. diſt. 38. q. 1. ad argumenta Aureoli contra 3. & 4. concluſ.

4. *Aptior loquendi modus.* Prædictus igitur modus loquendi non eſt omnino reiiciẽdus tam propter authoritatem, quam propter rationem ſupradictam. Cautior tamen & proprior eſt oppoſitus modus loquendi, negans eſſe contingentem volitionem diuinam, aut eſſe cauſam contingentem creaturarum. Sic Albert. 1. p. q. 79. mem. 2. art. 1. partic. 3. inter med. & fin. dicit diuinam voluntatẽ non eſſe contingentem cauſam, ſed neceſſariã effectuum contingentium. Idem docuit Alex. 1. p. q. 23. mem. 3. art. 4. ad 3.

5. *Illi S. Thom. patrocinatur.* Magis apertè S. Thom. 1. diſt. 43. q. 2. art. 1. ad 4. docet, *non eſſe dicendum eſſe contingentem voluntatem, aut operationem Dei, quia contingentia mutabilitatem importat.* Idem exiſtimat Caiet. in præſenti q. 19. art. 3. & 8. Ferrarien. lib. 1. contra Gen. cap. 67. columna 7. & ſequentibus, cui conſonat cap. 81. & aliquibus ſequentibus. Bañez prima p. quæſt. 14. art. 13. dub. vlt. Aluarez de auxil. diſp. 27. Hunc modum loquendi magis probat Molina ſupra quæſt. 14. art. 13. diſp. 10. Suarez Metaphyſ. diſp. 30. ſect. 16. num. 43.

6. Ratio eſt, prima, quia *contingentis* nomen propriè ſonat caſum, quaſi fortuitum, qui præter intentionem euenit, & præter ſcientiam, & prouidentiam operantis. Secunda, quia contingentia propriè ſignificat talem indifferentiam ad eſſe, vel non eſſe, quæ ſubiecta ſit mutationi, ratione cuius, non modo ſemel exiſtere ſit contingens, ſed etiam in exiſtentia perſeuerare, vel ab exiſtendo deficere, ſit contingens. Sic enim Ariſtot. lib. 9. Metaphyſ. cap. 9. text. 17. parum à princip. dixit. *Quod eſt poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe: quod verò eſt poſſibile non eſſe, contingit non eſſe: quod autem contingit non eſſe, corruptibile eſt, aut ſimpliciter, aut hoc ipſum, quod dicitur contingere non eſſe, ſiue ſecundum locum, ſiue ſecundum quantum, ſiue ſecundum quale.*

7. *Quo ſenſu diuina volitio libera poſſit appellari contingens?* Poterit autem Dei volitio vocari cõtingens & contingens cauſa, ſi declaretur eo nomine ſignificari dumtaxat, non eſſe neceſſarium, nec impoſſibile Deum velle creare mundum: melius tamen Dei volitio appellatur cauſa libera ſuperiórque qualibet contingentia; ſicut de ſcientia diuina diximus tomo præced. diſp. 21. ſect. 1.

8. Poſtremò notandum eſt contingentiam multò magis repugnare diuinæ volitioni, quam eius cauſalitati: proptereáque durius eſſe dicere Deũ contingenter voluiſſe creare mundum, quàm dicere volitionem Dei fuiſſe contingẽtem cauſam mundi: quoniã actualis cauſatio, ſiue productio mundi potuit nunquã eſſe, & aliquando tranſiuit de nõ eſſe ad eſſe; proptereáque poteſt extrinſecã denominationem contingentis cauſæ tribuere. Volitio tamen creandi mundũ nec vnquam tranſiuit de non eſſe ad eſſe, nec potuit non fuiſſe quantum ad totam ſuã entitatẽ & perfectionem: quamuis eadem manẽs potuerit eſſe volitio non creandi mundum, vt dicemus diſput. 11. & 13.

SECTIO VIII.

De potentia contradictionis, & ſubiecto libertatis.

1. *Prima difficultas.* DVæ proponuntur difficultates. Prima eſt, vtrùm diuina voluntas ſit potentia contradictionis, vel potentia ad oppoſita. Affirmant enim Scotus & Vaſquez locis citatis in ſect. præcedenti, & Valentia ſua q. 19. punct. 4. aſſer. 3. Fauet autem nonnihil S. Thomas in præſenti q. 19. art. 7. ad 4. Probant Authores illi, quia Deus prius natura quam velit, poteſt velle hanc creaturam, & poteſt illam non velle. Ferrarienſis autem lib. 1. contra Gent. cap. 82. aſſerit non phyſicam & realem, ſed logicam potentiam ad oppoſita diuinæ voluntati conuenire: logicam autem potentiam explicat eſſe non repugnantiam. *Potentiam volitiuã qui concedant in Deo.*

2. Caietanus tandem in præſenti q. 19. art. 7. fine ſimpliciter negat potentiam contradictionis in voluntate diuina: probat autem, quoniam *omnis potentia contradictionis eſt cum mutabilitate aliqua, vt 9. Metaphyſ. habetur.* Potuit quidem Caietanus hanc ſententiam accipere ex lib. 9. Metaphyſ. præſertim textu 3. 4. & 10. Vbi tamen ab Ariſtotele non traditur expreſsè, verumtamen agitur de cauſa, ſeu potentia rationali & libera, quam in eo potiſſimum diſtinguit à potentia naturali, quoniam hæc eſt determinata ad vnum oppoſitorum, ſed potentia rationalis eſt indifferẽs ad oppoſita. His igitur in locis, vt demus Caietano mutabilitatem ab Ariſtotele fuiſſe poſitam in potentia contradictionis: facilis erit ſolutio, Philoſophum egiſſe tantùm de illa potentia, quæ poteſt aliquando eſſe ſine actu, & poteſt de potentia reduci ad actũ, qualis eſt ſola volũtas creata; minimè verò diuina. Quæ limitatio cõtinetur euidenter in ipſo diſcurſu Ariſtotelis locis citat. *Longe aliter Caiet.*

3. Probabilius autem eſt Caietanũ reſpexiſſe ad librum 9. Metaphyſ. c. 9. textu 17. parum à princ. vbi Ariſt. ait: *Omnis potentia ſimul contradictionis eſt. Quod enim non eſt poſſibile eſſe, non inerit alicui. Omne verò poſſibile contingit non agere. Quod igitur eſt poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe.* Vnde infert eſſe corruptibile ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundùm aliquod accidens, prout retulimus ſect. præcedenti. Verumtamen hic Ariſtoteles non agit peculiariter de potentia libera, ſed vniuerſaliter de qualibet potentia, quæ realiter & phyſicè potentia eſt non tantum ad producendum actum, ſed etiam ad recipiendum illum, vel ſaltẽ ad recipiendam aliquam perfectionem, aut imperfectionem defatigationis & laboris in ſuis operationibus. Vnde in eodem textu 17. prope fin. concludit: *Quare ſemper agit Sol & Stellæ totũmque Cœlũ. Neque timendum ne quandoque ſtet: nõ enim fatigantur cum hoc faciunt, eo quod motus eis non eſt circa contradictionis potentiam, quemadmodum corruptibilibus; ita vt laborioſa eis ſit motus continuatio. Subſtantia enim & materia & potentia exiſtẽs non actu, huius cauſa eſt.* Agit ergo Philoſophus de naturali potentia cõtradictionis, quæ ratione materiæ capax eſt recipiendi formas oppoſitas, ſiue ſubſtantiales, ſiue accidentales; & eo modo dicit cœlum & ſolem non habere potentiam contradictionis. *Ariſtoteles. Sic habet*

4. Quod ſi vrgeas non tam ex authoritate Philoſophi, quàm ex terminis ipſis, omnẽ potentiam ad oppoſita eſſe mutabilem, quia poteſt habere ſe taliter, & poteſt non ita ſe habere: ſolutio colligitur ex D. Thoma infra art. 7. ad 4. videlicet, illam potẽtiam ad oppoſita mutabilem eſſe, quæ poteſt alterũ oppoſitorũ poſtea recipere ex ſuppoſitione, quod prius receperit aliud oppoſitum. Cæterùm non eſt mutabilis potẽtia quæ ſimul ac ſemel vt extitit, fuit indifferẽs ad alterum oppoſitorũ accipiendum, qua ſuppoſitione facta, nunquã amplius fuit indifferẽs ad oppoſita recipiẽda. *Quæ potentia mutabilis appellanda.*

Dico

primum ex ſcriptura. Pſalm. 93. niis, quorum aliqua referemus ſect. ſequenti: nunc ſufficiat Pſal. 93. *Deus vltionum liberè egit*, vbi quamuis primariò ſignificetur libertas à timore & coactione, & acceptione perſonarum, ſupponitur tamen & virtualiter clauditur libertas ab impoſſibilitate & neceſſitate determinante ad vnam partem contradictionis. Talis enim neceſſitas, aut impoſſibilitas ſi Dei voluntatem & operationem alligaret ad vnam partem, non eſſet poſſibile timore, vel coactione, vel acceptione perſonarum ab vltionibus cohiberi: proptereàque laudaretur inaniter libertas à coactione, timore, & acceptione perſonarum.

5\. *Sap. 12.* Clarior eſt hæc ratio Sap. 12. *Non quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare. Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ; non ignorans*; & quæ ſequuntur, præſertim verſu 12. *Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? &c.* & verſ. 18. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi cum volueris, poſſe.* Libertas autem formaliter conſiſtit in dominio voluntatis, cui ſubeſt potentia & operatio, vt determinetur ad opus quod voluerit, quando voluerit, & quomodo voluerit.

6\. *Fundamentũ ſecundũ. Auguſtinus.* Probatur ſecundò, communi ſanctorum Patrum conſenſu, quorum aliquos citabimus ſectionibus ſequentibus, ſed plures ſequenti diſp. 8. ſect. 1. & 2. Nunc ſufficiat Auguſtinus 22. de ciuitat. Dei cap. vltimo ad med. dicens: *Deus ipſe, quoniam peccare non poteſt, nunquid liberum arbitrium habere negandus eſt?* Qui etiam lib. de natura & grat. cap. 46. *Nec audemus*, inquit, *dicere, ideo Deum non voluntatem, ſed neceſſitatem habere iuſtitiæ, quia non poteſt velle peccare.*

7\. *Fundamentum tertiũ. Quid reſpectu creata, quid etiã reſpectu increata operationis, liberũ arbitriũ ſit?* Tertiò probatur ratione; quoniam liberum arbitrium eſt perfectio ſimpliciter ſimplex: eſt enim dominium propriæ operationis. Quod ſi referatur ad operationem creatam ad extra, propriè dominium eſt ſuperioris in rem ſibi ſubiectam. Si verò dominium referatur ad increatas, & immanentes volitiones liberas, non eſt dominium ſuperioritatis, ſed eſt ſolummodo poſſibilitas volendi vnum & aliud. Quod dominium negatiuè facilius declaratur; eſt enim Deum non eſſe ſubiectum neceſſitati, neque impoſſibilitati volendi efficaciter creaturas: vt loquuntur Patres citandi ſeq. ſequenti.

8\. *Fundamentũ quartum.* Probat quartò S. Thomas in art. 3. quoniam creaturæ non poſſunt à Deo diligi tanquã finis, ſed tanquam mediũ in ordine ad diuinã bonitatem (ſicut probatũ eſt diſp. 3. ſect. 1. & 2.) Igitur neceſſitas amandi creaturas nequit aliunde prouenire, niſi ex neceſſaria connexione huius amoris cum amore vltimi finis, videlicet diuinæ bonitatis. At verò nulla eſt neceſſaria connexio inter hos amores. Finis enim, qui ſubſiſtit & perfectè poſſidetur ſine aliquo medio, poteſt perfectè amari, quamuis non ametur efficaciter illud mediũ. Sed diuina bonitas ſubſiſtit, & perfectè poſſidetur à Deo, ſine quacumque creatura. Ergo poteſt perfectè amari à Deo, quamuis non ametur efficaciter vlla creatura. Quapropter efficax amor creaturæ non ſequitur neceſſario ex amore diuinæ bonitatis, ac ſubinde liber erit.

9\. *Prima cõfirmatio. Id propter finem non neceſſario amatur, ſine quo finis exiſtere poteſt.* Confirmatur primò quoniã ideo equum non neceſſario volumus propter iter, ſed liberè, quoniam ſine equo poſſumus iter conficere. Ergo Deus non neceſſariò, ſed liberè amat creaturas propter diuinam bonitatem, quoniam ſine illis perfectè retinet ſuam bonitatem. Confirmatur ſecundò, quoniam indifferentia voluntatis naſcitur ex ea potiſſimum indifferentia iudicij, per quam bonum amabile iudicatur indifferens, id eſt, non ſimpliciter neceſſarium ad retinendum aliud bonum, quod neceſſariò amatur: vt videbimus ſectionibus ſequentibus. *Secunda confirmatio.*

SECTIO II.

Diuinæ libertatis indifferentia formaliter eſt poſſibilitas idem obiectum volendi & non volendi: nec conſiſtit in ſolo iudicio proponente indifferentiam obiectorum.

Recentiorum quorundam exiſtimatio eſt. In Deo non reperitur alia ratio libertatis reſpectu eorũ, quæ extra ſe vult, niſi quia iudicat, illa non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentia; iudicat tamen ordinabilia eſſe ad finẽ, & iudicat eſſe ordinãda. Hoc ideo dicunt, vt inferant, non auferri libertatem humanam quacumque phyſica prædeterminatione, licet noſtram volitionem inferat per antecedentem neceſſitatem, dummodo retineatur in intellectu iudicium de indifferentia mediorum ad finem. 1. *Nonnullorum recentiorum placitũ circa diuinam libertatem.*

Ita docet expreſsè Bañez in præſenti q. 19. art. 10. dub. 2. poſt ſolutionem argumentorum in 3. documento & ſequenti §. *Primum eſt* & §. *Iam verò*. Cuius doctrina conferenda eſt cum iis, quę de humana libertate ſcribit in eadem q. 19. art. 8. conc. 2. fine & q. 23. art. 3. §. *De hac difficul.* & ſequenti, & aliis in locis, à me ponderatis alibi. In eandem ſententiam euadunt quæ de diuina libertate comparata cum humana docent Cabezudo in fine totius quæſt. 2. de Auxiliis, quam inſeruit 3. p. q. 62. in fine pag. 175. conferenda cum pag. 154. col. 2. Didacus Aluares lib. 3. de Auxiliis diſp. 22. num. 36. fine pag. 206. iunctis quæ docet diſp. 92. num. 13. Ledeſma q. vnica de Auxil. art. 10. difficult. 1. pag. 210. & difficult. 2. pag. 212. 2.

Fundamentum huius opinionis eſt infinita perfectio Dei, qui eſt puriſſimus actus, nullam prorſus potentialitatem admittens, & cuius voluntas non potuit aliam perfectionem habere, niſi eam, quam de facto habet. Ergo diuina voluntas non fuit indifferens ad volendum creare mundum, & ad volendum non creare, niſi per ſolam indifferentiam ex parte obiecti creandi, & ex parte modi cognoſcendi illud, quaſi non neceſſariò eligibile, nec habens neceſſariam connexionem cum vltimo fine voluntatis. 3. *Huius opinionis fundamentum.*

Pro declaratione ſupponendum eſt primò, certiſſimum eſſe apud omnes intellectum eſſe radicem libertatis, quatenus proponit rationes boni repertas in vtraque parte contradictionis, à quibus voluntas allici poſſit. Cæterum huiuſmodi cognitionem non eſſe formalem rationem libertatis, nec ſuffire ad illam, oſtendemus in concluſionibus & earum probationibus. 4. *Suppoſitio prima. Intellectus radix eſt libertatis, non ipſa formalis libertas.*

Secundò ſupponendum eſt, increatam libertatem perfectionibus multis à libertate creata differre. Imprimis enim diuina voluntas non eſt indifferens ad realiter efficiendam, vel eliciendam realiter, nec ad realiter recipiendam volitionem ſuã: vt conſtat ex dictis diſ. 2. ſect. 1. & 3. 5. *Suppoſitio ſecunda. Multa, in quibus differt increata voluntas, à voluntate creata.*

Secundò

Secundò, Diuina voluntas etiam ab æterno non fuit indifferens ad varias perfectiones volitionum, etiam ſola ratione diſlinctas, prout explicabitur magis diſp. 13. Tertiò, Diuina voluntas non eſt indifferens vt in ea ſuccedant volitiones variæ. Quartò, nec vnquam fuit indifferens, vt careret omni volitione efficaci circa aliquod obiectum; vt videbimus ſequenti diſputat. 8. ſect. 3.

6. *Suppoſitio tertia.*

Tertiò ſupponendum diuerſas eſſe difficultates duas, quæ propter nimiam ſimilitudinem atque connexionem ab aliquibus tanquam vna tractantur. Altera eſt, vtrum ſola denominatio extrinſeca, vel potius aliqua realis formalitas conſtituat liberam Dei volitionem, de qua dicendum erit diſp. 11. & duabus ſeq. Altera, quam in præſenti contra Bañez & alios ſuprà citatos, ſequentibus concluſionibus explicabimus.

7. *1. Concluſio. Libertas diuina nō cōſiſtit formaliter in iudicio indifferentiā proponente. In quo conſiſtat formaliter?*

Prima concluſio. Ratio libertatis diuinæ reſpectu eorum quæ extra ſe vult, non conſiſtit formaliter in iudicio, quo diuinus intellectus iudicat, creaturas non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentes, verumtamen ordinabiles ad Deum vt vltimum finem & eſſe de facto ordinandas. Sed diuina libertas formaliter & primariò cōſiſtit in volitionis indifferentia, in quātum Deus ab æterno potuit velle creare mundum, & potuit non velle hoc, ſed velle nō creare, ſimilitérque potuit velle, aut non velle cætera obiecta creata & creabilia.

8. *2. Concluſio.*

Vnde infertur ſecunda concluſio. Indifferentia diuinæ libertatis non eſt ſolummodo ad operandum ad extra, producendo, aut non producendo creaturas; ſed etiam eſt indifferentia ad operandum ad intra, efficaciter volendo creare, aut non volendo creare in eo ſenſu, quo volitio dicitur eſſe operatio, ſupra diſp. 2. ſect. 2.

9. *Prima vtriuſque cōcluſionis probatio. Sententia oppoſita cōtradictione implicatur.*

Vtraque ſimul concluſio probatur primò, nam oppoſita ſententia contradictionem inuoluit, etenim foret impoſſibile Deum iudicare, creaturas non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundū ſe indifferentes, ſi non eſſet in Deo alia ratio libertatis præter huiuſmodi cognitionem & indifferētiam obiectiuam.

10. *Aſſumpti probatio.*

Claritatis gratia loquar de Michaele, vt idem intelligatur dictū de quibuſlibet aliis rebus creatis, & ita probo ſequelam. Si non fuit in Deo alia ratio libertatis præter illam cognitionem, conſequens eſt, ea cognitione præſuppoſita, non fuiſſe in Dei volitione poſſibilitatē, vt non vellet creare Michaelem: vnde neceſſarium etiam fuit de facto creare Michaelem, & impoſſibile non creare, quia ſuppoſita efficaci volitione Dei, neceſſariò ſequitur creatio: vnde tandem ſequitur, hanc veritatem fuiſſe cognitam à diuino intellectu, videlicet, abſolutè neceſſarium eſſe, vt Deus vellet creare, & de facto crearet Michaelem, cuius contradictorio iudicio deciperetur Deus, nimirum, ſi iudicaret Michaelem non habere neceſſariam connexionem cum Deo, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentem, vt Deus illum creare velit, aut non velit creare, ſed velit non creare illum.

11. *Ex contraria prima ſequela.*

Confirmatur primò quoniam ex illa ſententia ſequitur, nullam prorſus indifferentiam eſſe in Deo, nec quantum ad increatas operationes ad intra, videlicet intellectiones & volitiones, nec quantum ad operationes ad extra, & obiecta, ſiue effectus creatos: quia nihil eſt vnde incipiat indifferentia. Imprimis enim diuinus intellectus neceſſariò determinatur ad iudicandum, creare Michaelem eſſe poſſibile, & dignum opus infinito artifice. Rurſus Michaelē eſſe de facto creandum iudicare, aut imperare non poteſt diuinus intellectus, niſi dependenter à diuina voluntate determinante ſe ad volendum creare. Quod ſi diuina voluntas non habet in ſe formaliter indifferentiam ad volendum, aut non volendum creare Michaelem ſuppoſita cognitione, quæ præcedit in intellectu, iam voluntas neceſſariò determinata eſt vt velit creare, & conſequenter intellectus diuinus neceſſariò determinatus eſt ad creationem imperandam & afferendam, & creatio neceſſariò erit. Quapropter omni ex parte determinatio eſt, & neceſſitas, & nulla prorſus indifferentia. vide quæ dicemus ſect. 6.

Iudicare nequit intellectus Michaelē eſſe creandum, niſ. voluntas diuina determinet.

12. *Secunda ſequela.*

Confirmatur ſecundò, quoniam ex eadem ſententia ſequitur, voluntatem diuinam non poſſe continere intellectum diuinum, ne imperet creationem Michaelis, nam ſi poſſet, eo ipſo haberet aliam rationem indifferentiæ, præter cognitionem illam obiectorum non habentium neceſſariam connexionem cum fine.

13. *Aduerſa partis fundamētum euulſum. Quam puritati actus repugnat, intellectus puritati repugnare debet.*

Confirmatur tertiò ſimul euertēdo fundamentum contrariæ ſententiæ: Si enim infinita perfectio, & puriſſimus actus, quia nullam prorſus potentialitatē admittit, ideo non fuit indifferens, vt eadem intellectione manente, vellet aut non vellet creare Michalem: propter eandem omnino rationem intellectus diuinus non fuit indifferens, vt iudicaret Michaelem non eſſe creandum, & vt imperium creationis omitteret. Quod ſi diuino intellectui, licèt actui puriſſimo, poſſibile fuit non imperare creationem Michaelis, nec iudicare illum eſſe creandum; potiori iure conuenient voluntati poſſibilitas non volendi creare Michaelem, ſed volendi non creare illum.

14. *Eccleſiaſtici 17.*

Probatur ſecundò, nam Geneſ. 1. & Eccleſiaſtici 17. *Deus creauit de terra hominem ſecundùm imaginem ſuam fecit illum* Hæc autem imaginis ratio conſiſtit præcipuè in libera poteſtate, indifferente, vt velit & non velit, in qua fundatur dominium & imperium in animantia cætera, quod in eiſdem locis homini committitur. Vnde communiter Patres colligunt humanæ libertatis indifferentiam, vt velit & non velit abſque vlla præcedente neceſſitate, quæ voluntatem determinet ad vnam partem contradictionis.

15.

Ita Irenæus, Macharius Senior, Cyrillus Hieroſolymitanus, Baſilius, Chryſoſtomus, Athanaſius, Gregorius Nyſſenus, Damaſcenus, Philo, Tertullianus, Hieronymus, Auguſtinus, Lactantius, Euſebius Cæſarienſ. Prudentius; quorum plurima teſtimonia ponderauimus tom. præcedenti de Scientia Dei diſput. 40. ſect. 1. & 2. Atque iidem Patres obſeruant, non verificari Dei imaginem; ſi voluntas hominis per neceſſitatem determinatur ad vnam partem, & non eſt indifferens ad volendum hoc vel illud, & faciendum quod voluerit, quemadmodum Deus.

Patrum obſeruatio.

16. *Solum iudicium indifferentiæ inſufficiens eſt ad libertatem.*

Confirmatur primò, quoniam humanæ libertati non ſufficit cognitio intellectus, proponens rationes boni pro vtraque parte contradictionis, & iudicans vtramque poſſe eligi: ſed prætereà requiritur in voluntate indifferentia, vt, poſita illa conditione, & cæteris omnibus requiſitis ad volendum tale obiectum, poſſit velle & non velle illud obiectum: vt probatum eſt tom. præcedenti de Scientia Dei diſp. 53.

17.

Confirmatur ſecundò, quia non modo ſuper-

Digitized by Google

naturaliter, ſed etiam naturaliter contingit, aliquam volitionem eſſe ſimpliciter neceſſariã manente cognitione bonitatis & malitiæ in vtraque parte contradictionis, imò & manẽte iudicio dictante, ſecundùm ſe magis bonũ, & magis eligibilem eſſe contrariam partem, quam de facto voluntas non amplectitur: vt cõſtat in triſtitia damnatorũ, & in delectationibus & triſtitiis, quas viatores conãtur à ſe repellere, nec poſſunt: ideóque non imputãtur ad laudem, nec ad culpam. Quod fuſius probatum eſt in eadem diſp. 53. tom. præcedentis de Scientia ſect. 3. & ſequentibus.

Sæpe voluntas non amplectitur extremum vt magis eligibile propoſitum & neceſſario adhæret minus eligibili.

SECTIO III.

Eiuſdem indifferentiæ probationes aliæ quæ nituntur authoritate Scripturarum, & Patrum.

1\. *Eligi non poteſt bonum quod neceſſarium ſit abſolutè eligi.*

SIt in ordine probatio tertia, quoniam eligi non poteſt bonum, quod abſolutè neceſſarium ſit eligere: ſed illud tantùm bonum eſt obiectum electionis capax, quod poſſibile eſt eligere & non eligere: vt cõſtat ex Ariſtotele 3. Ethic. cap. 2. & 5. & lib. 5. Ethic. c. 8. & lib. 6. cap. 2. Nec non ex Damaſceno lib. 2. de fide c. 27. & 29. ac Nemeſio lib. de natura hominis cap. 40. & 41. S. Thoma 1. 2. quæſt. 13. art. 4. 5. & 6. Sed Deus verè & propriè eligit 1. Corinth. 1. prope finem: *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus*, &c. Epheſ. 1. *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti.* 2. Theſſal. 2. *Nos autem, debemus gratias agere Deo ſemper, quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem.* Iacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni?* & 1. Petr. 2. *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.* Alibi quoque non rarò Deo tribuitur electio.

1. Corinth. 2. Epheſ. 1. 2. Theſſal. 2. Iacobi 2. 1 Petri 2.

2\. Confirmatur primò, nam electionis indifferentiam Scriptura ſignificat, quoties obiecta, per Deum volita, non aliter determinat, niſi per volitionem Dei. Quemadmodum Roman. 9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, & iterum: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* 1. Corinth. 12. *Diuidens ſingulis prout vult*, id eſt, *pro libero voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio*: vt exponit Ambroſius 2. de fide cap. 3. Pſalm. 134. *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit*, Matth. 20. *Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi: an non licet mihi, quod volo, facere?* Ioan. 5. *Et Filius quos vult viuificat.* & cap. 3. *Spiritus vbi vult ſpirat.*

Rom. 9. 1 Corint. 12. Pſalm. 134. Matth 20. Ioan. 5. Ioan 3.

3\. Confirmatur ſecundò, propterea quippe foret abſolutè falſum dicere, Patrem & Filium ſpirare perſonam quam vult: quoniam licèt ſpontaneè volendo ſpirent Spiritum ſanctum; cæterùm non eſt in poteſtate ſpiratoris, vt velit hanc perſonam ſpirare potius quàm aliam; ſed neceſſariò ſpirat hanc & non aliam: nec eſt in poteſtate ſpiratoris ſe cohibere à qualibet perſona ſpiranda, ſed neceſſariò ſpirat. Conſequenter igitur, ſi non eſſet in poteſtate Dei velle hæc opera, & non illa, vel nulla velle; vel non eſſet in poteſtate Dei non amare, vel amare perſonam hanc potius, quàm illam: forent abſolutè falſa, quæ nuper retulimus Scripturæ teſtimonia.

Confirmatur tertiò, nam idem modus loquendi quoties in Scriptura refertur ad homines, ſignificat indifferentiam volendi & non volendi: vt Ioan. 15. *Quodcumque volueris, pete.* 3. Reg. 3. *Poſtula quod vis, vt dem tibi.* 1. Corinth. 7. *Quod vult faciat, cui vult nubat*, Potiſſimum verò Eccleſiaſtici 15. *Ad quod volueris porrige manum tuam.* Quod Patrum teſtimoniis ponderauimus tom. præced. de Scientia Dei diſp. 39. tota ſect. 7. 4.

Ioan 15. 3. Reg 3. 1. Corinth. 7. Eccleſiaſtici 15.

Probatur quartò, nam adiecta conditio *ſi voluerit*, ſignificat poteſtatis indifferentiam vt velit & non velit, quod ex eodem teſtimonio Eccleſiaſtici 15. *Si volueris mandata ſeruare*, &c. & aliis teſtimoniis Scripturæ & Sanctorum Patrum, probatum eſt in eodem tomo præcedenti, eadémque diſp. 39. ſect. 5. & diſp. 45. ſect. 6. 5.

Hoc argumento diuinæ libertatis indifferentia vt velit aut non velit probatur ex Eccleſiaſtici 39. *Si enim Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum.* Eſther 3. *Si decreueris ſaluare nos, continuo liberabimur.* Sapient. 12. *Subeſt enim tibi, cùm volueris, poſſe.* vbi dictio *cum* eſt conditionalis. Iacobi 4. fine: *Pro eo vt dicatis, ſi Dominus voluerit*, &c. 1. Corinth. 16. *Spero me aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.* 6.

Eccleſiaſtici 39. Eſther. 3. Sapien. 12. Iacobi 4. 1. Corint 16.

Ne quiſpiam fortaſſe pro contraria ſententia reſpondeat, Deum poſſe, ſi velit, cæterum non poſſe velle; notandum eſt, hanc ſolutionem prius ab Wiclepho fuiſſe excogitatam, vt defenderet, Deum, ſi velit, poſſe facere, quæ non facit, cæterum nõ poſſe velle, & ideo abſolutè non poſſe aliud facere, niſi quod facit. Quam euaſionem vt erroneam referunt & refutant Waldenſis lib. 1. doctrinalis fidei cap. 15. & 16. Caſtro verbo *futurum contingens* paulò ante med. Bellarminus lib. 3. de gratia & lib. arbitr. cap. 16. §. *At inepta.* 7.

Vuiclephi error.

Confirmatur primò, quoniam hæc propoſitio: *Filius, ſi voluerit, faciet, quod non viderit Patrem facientem*, iure optimo cenſebitur hæretica, & repugnans verbis Ioan. 5. *Non poteſt Filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Similiter erit blaſphemia dicere: *Deus ſi voluerit mentietur*; quia licet ex eo quod vellet mentiri, per bonam illationem colligeretur, eum mentiri: cæterum id velle non poteſt. Ergo adiecta conditio *ſi voluerit* denotat indifferentem poſſibilitatem volendi & non volendi. Confirmatur ſecundò, nam Daniel 3. Deus de facto voluit liberare tres pueros de camino ignis: & tamen poterat nolle, ſi quidem dicunt: *Quod ſi noluerit notum ſit tibi, ô Rex, quia Deos tuos non colimus.* 8.

Prima confirmatio. Ioan 5. Secunda confirmatio. Daniel 3.

Quintò. Eadem poteſtatis indifferentia diuinæ voluntatis traditur, quoties homines dicuntur eſſe in manu Dei, ſicut lutum in manu figuli, quemadmodum Hierem. 18. *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.* & quæ ſequuntur. Breuius & obſcurius idem ſignificauit Iſaias cap. 45. *Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de Samijs terræ: nunquid dicet lutum figulo ſuo: Quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt.* Eccleſiaſt. 33. *Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere: Omnes viæ eius ſecundùm diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius, qui ſe fecit.* Roman. 9. *Annon habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem* 9.

Hierem 18. Iſai 45. Eccleſiaſt. 33. Rom. 9.

Digitized by Google

dem vas in honorem, aliud autem in contumeliam.

10. Probatur ſextò, Deus enim *operatur omnia ſe-*
Epheſ. 1. *cundùm conſilium voluntatis ſuæ.* Epheſ. 1. Conſi-
lium autem non eſt, niſi de rebus, quas poſ-
ſibile eſt velle, & non velle: vt ex Ariſtotele, Da-
maſceno, S. Thoma, & multis Patribus oſten-
dimus tomo præcedenti de Scientia diſput. 39.
ſect. 3.

11. Probatur ſeptimò, quoniam in ſacris literis il-
læ dictiones, quæ ſignificant ambiguitatem, ve-
luti *forſitan* aut *fortè*, ponuntur ad denotandam
indifferentiam libertatis, de qua loquuntur, ſiue
fuerit creata, ſiue increata. Quod generale fun-
damentum ex profeſſo probatum fuit tom. præ-
cedenti de Scientia diſp. 70. ſect. 2. Quapropter
quoties ad diuinam voluntatem referuntur præ-
dictæ dictiones dubitatiuæ; ſignificant indiffe-
rentiam diuinæ libertatis, vt faciat, vel non faciat,
Exod. 19. quemadmodum Exod. 19. in fine: *Sacerdotes au-
tem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant*
Exod. 33. *ad Dominum, ne fortè interficiat illos.* & cap. 33. *Non
enim aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis eſt:*
Ioſue 14. *ne fortè diſperdam te in via.* Ioſue 14. *Si fortè ſit
Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut promiſit
mihi.* 1. Regum cap. 14. *Veni tranſeamus ad ſtatio-*
1 Reg. 14. *nem incircunciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus
prò nobis: quia non eſt Domino difficile ſaluare vel in
multis, vel in paucis:* lib. 2. Regum cap. 12. *Propter*
2. Reg 12. *infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui: dice-
bam enim: quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus?*
Matth 5. Matthæi 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum
es in via cum eo: ne fortè tradat te aduerſarius iudici,*
Actor. 8. *& iudex tradat te miniſtro.* Actor. 8. *Pœnitentiam
itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi for-*
Daniel. 4. *tè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Daniel 4.
*Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas
miſericordijs pauperum; forſitan ignoſcet delictis tuis.*

12. Probatur octauò, quia iuxta Metaphyſicam
Qui extremũ aliquod negat, virtualiter cõtradictorium affirmat. & Dialecticam euidens eſt, vbi negatur alicuius
neceſſitas conſequenter, ac virtualiter affirmari
poſſibilitatem contradictorij. Quod obſeruauit
Anſelmus lib. 2. cur Deus homo cap. 17. ad fi-
Anſelmus. nem, dicens: *Quod neceſſe eſt eſſe: impoſſibile eſt non
eſſe: & quod neceſſe eſt non eſſe, impoſſibile eſt eſſe: &
conuerſim.*

13. At Patres communiter & omnes Scholaſtici
docent, Deum non ex neceſſitate velle cætera
omnia extra ſe. Ergo potuit ea non velle. Ac pro-
inde non ſolùm in intellectu diuino fuit obie-
ctiuè indifferentia, ſed etiam formaliter in diuina
voluntate fuit indifferens poſſibilitas efficaciter
Anſelm. volendi, & non volendi creaturas. Sic Anſelmus
lib. 2. *cur Deus homo*, cap. 5. prope finem: *Deus*, in-
quit, *nihil facit neceſſitate, quia nullo modo cogitur
aut prohibetur aliquid facere.* Superius autem pro-
bauerat, merè gratis & liberè Deum præſtare
bonum, quod homini confert. & cap. 11. propius
ad finem quàm ad med. docet, omnipotentem
potuiſſe non mori, & potuiſſe mori ſecundùm
naturam humanũ. Potuit itaque Deus non per-
mittere mortem, quam permiſit. Idem fuſius
confirmat cap. 16. à medio ſemper ſupponens
nulla neceſſitate voluiſſe Deum mori ſecundùm
humanitatem. Vnde ſequenti cap. 17. ſub initi:
Quoniam, inquit, *omnia quæ vult, & non niſi quæ
vult facit, ſicut nulla neceſſitas, ſiue impoſſibilitas
præcedit eius velle; aut nolle: ita nec eius facere, aut
non facere*: vbi manifeſtè conſtituit indifferen-
tiam, non tantùm circa res ad extra creandas,
ſed etiam circa volitiones Dei ad intra.

Ruiz de Voluntate Dei.

Quibus omnibus conſequentia ſunt quæ ſcribit
cap. 18.

Athanaſius orat. 2. contra Arianos propè med. 14.
& orat. 4. fol. penult. fuſè & frequenter docet
Deum non neceſſitate operari; ſed quando vo-
luit creaſſe mundum, cùm potuiſſet antea crea-
re, nam *deliberare*, inquit, *& diligere in vtram-
que partem momenta ſua habet, & ea affectio in
naturam rationalem cadit.* Ita declarat indiffe-
rentiam diuini arbitrij. Quam etiam ſuo, & Apo-
ſtoli more, nomine *beneplaciti* & *voluntatis* intel-
ligit oratione 4. contra Arian. ſex. colum. ante
finem orationis, Iuſtinus quæſt. 114. ad Or- Iuſtinus.
thodoxos aſſerit, *actionis diuinæ potentiam non
naturali neceſſitate, ſed proprio conſilio conſtare.*

Eadem eſt mens Clementis Romani lib. 3. Re-
cognit. propius ad med. quàm ad princ. & con- Clemẽs Rom.
ſtit. lib. 7. cap. 35. poſt med. dicentis: *Solus es
omnipotens: quando enim vis, adeſt tibi, vt poſſis:
tua enim æterna potentia flammam refrigerat, &c.*

Gregorius Nyſſenus lib. 6. Philoſophiæ, qui 15.
eſt de facto cap. 40. ſiue cap. vltimo, vel po-
tius Nemeſius, lib. de Animæ facultatibus cap.
38. à med. tom. 9. Bibliothecæ: *Non enim*, ait,
neceſſitati Deus paret (ſiue vt alij legunt: *Non ſub
neceſſitate eſt Deus*) *neque fas eſt dicere, eius volun-
tatem neceſſitati ſeruire: etenim neceſſitatis ipſe au-
ctor eſt.* & poſt pauca: *Ipſe Deus non ſolùm extra
omnem neceſſitatem locatus eſt; ſed etiam eius Domi-
nus & author eſt. Cùm enim ſit poteſtas & natura
liberæ poteſtatis, nihil, neque natura neceſſitate,
neque legis ſanctione facit, ſed omnia ſunt illi contin-
gentia, etiam, quæ ſunt neceſſaria.* Id eſt, etiam illa,
quæ neceſſariò ſequuntur ex cauſis naturalibus,
& quæ neceſſariò perſeuerant, quoniam ſunt
naturaliter incorruptibilia: comparatione ta-
men diuinæ voluntatis contingentia ſunt, quo-
niam poteſt illa non producere, & poteſt iam
producta annihilare. Monet igitur continuo Ne-
meſius propter huiuſmodi libertatem oſtenden-
dam, mutaſſe Deum in aliquibus rebus, naturæ
curſum; vt iubendo curſum ſolis aut lunæ con-
ſiſtere.

Auguſtinus neceſſitatem excludit, vt diui- 16.
nam libertatem ſeruet lib. 6. de Geneſ. ad lite-
ram cap. 14. in fine dicens: *Reſtat igitur vt ad
vtrumque modum habiles creaturæ ſint, ſiue ad
iſtum, quo vſitatiſſimè temporalia tranſcurrunt, ſiue
ad illum, quo rara & mirabilia fiunt, ſicut Deo fa-
cere placuerit quod tempori congruat.* Porrò crea-
turæ non eſſent ad vtrumque modum habiles, ſi
Dei voluntas & potentia non eſſet ad vtrumque
modum indifferens, ſiue ad ſeruandum ordinem
communis prouidentiæ, ſiue ad facienda pro li-
bito miracula.

Sequenti verò cap. 15. fine: *Manifeſtum eſt*, 17.
inquit, *etiam ſic non factum eſſe hominem, contra
quod erat in illa prima conditione cauſarum: quia
ibi erat etiam ſic fieri poſſe, quamuis non ibi erat,
ita fieri neceſſe eſſe: hoc enim non erat in condi-
tione creaturæ, ſed in placito creatoris, cuius vo-
luntas rerum neceſſitas eſt.* Quod ſi diuina vo-
luntas fuiſſet neceſſariò determinata, vt vel-
let hominem ſic, & non aliter condere: in ea
conditione cauſarum fuiſſet ita fieri neceſſe eſ-
ſe, nec hoc eſſet poſitum in placito creatoris.

Et cap. 17. & 18. eiuſdem libri docet omnibus 18.
cauſis ſecundis non aliam eſſe neceſſitatẽ, præter
eam quam diuina voluntas illis præſtituit, quæ
liberè quandoque facit contrarium eius effe-

Hilarius. ctus, ad quem naturaliter propendebant. Hilarius lib. de Synodis ante med. explicans ſextum canonem Syrmicæ Synodi ait: *Extra corporalis naturæ neceſſitatem liber manens quod vult, & cum vult, & vbi vult, id præſtat ex ſeſe.* Fulgent. Fulgentius lib. 1. ad Moninum cap. 13. initio: *Deus,* inquit, *nulla neceſſitate compellitur, vt aliquid promittat.* Æneas Gazeus. Æneas Gazeus Platonicus & Chriſtianus in Theophraſto, ſiue de animarum immortalitate propius ad med. quàm ad fin. ait: *Non neceſſitate vlla, verùm ſua liberali voluntate ductum eſſe Deum, vt immortalitatis munus concederet.*

SECTIO IV.

Scholaſticorum conſenſus, & aliæ rationes pro diuina libertatis indifferentia.

1. SAnctus Thomas ſæpe repetit, Deum alia à ſe *non ex neceſſitate velle,* in præſenti q. 19. art. 3. ad finem corporis, & ad plura argumenta, & art. 10. corpore, & q. 46. art. 1. corp. & art. 2. corp. & 1. contra gent. c. 81. & c. 82. defendit voluntatem Dei eſſe ad vtrumlibet. & 2. contra gent. c. 23. & 26. Idem apertè ſupponit Magiſt. & cum eo communiter Scholaſtici lib. 1. ſent. diſt. 45. præſertim §. Hæc itaque & §. *voluntas.* & ſequenti diſt. 46. & 47. verùm magis expreſsè lib. 2. ſent. diſt. 25. Magiſter. præſertim §. *Sed aliter: Dei liberum arbitrium,* inquit, *dicitur eius ſapientiſſima & omnipotens voluntas: quæ non neceſſitate, ſed libera voluntate omnia facit prout vult.* Eidem ſententiæ tacitè, vel expreſsè ſubſcribunt omnes Scholaſtici: veluti S. Bonauentura 2. diſt. 25. part. 2. dub. literali vltimo, & ſequentibus quæſtionibus de lib. arbitrio.

2. Magiſter. Magis autem ex profeſſo Magiſter lib. 1. tota diſt. 43. confutat errorem eorum, qui dicebant, nihil Deum poſſe facere, niſi quod facit & in cap. vltimo ante med. concludit: *Fateamur itaque, Deum plura poſſe facere, quæ non vult, & poſſe dimittere, quæ facit. Quod vt certius firmiùſque teneatur, Scripturæ teſtimonijs aſſeramus. Deum plura poſſe facere, quam facit.* Quibus conſequentia docet tota diſt. 44. Alexander 1. part. q. 21. mem. 2. probat, Deum multa poſſe velle, & facere, quæ nec vult, nec facit: & ſequenti mem. 3. probat potuiſſe Deum meliores facere res, quas fecit. Eadem docet Albert. 1. parte q. 77. mem. 2. & 3. atque infra quæſt. 79. mem. 2. art. 1. particula 2. S. Bonauentura 1. ſent. tota diſt. 44. præſertim art. 2. & diſt 45. art. 1. quæſt. 2.

3. Magis copioſè diuinæ libertatis indifferentiã, vt velit, aut non velit creare, tractat Henricus in ſumma art. 45. quæſt. 3. & 4. & quodlib. 5. q. 4. & quodlib. 8. q. 4. & 5. & 9. ſemper excludens neceſſitatem à diuina volitione producendi creaturas. Scotus item egregiè perſpicuéque declarat diuinæ libertatis indifferentiam, vt poſſet velle producere creaturas aut non velle abſque vlla alia ratione determinante voluntatem illius, præter voluntatem, quæ ſe ipſam determinat. Locus eſt dignus qui legatur à ſtudioſis lib. 1. ſent. diſt. 8. quæſt. 4. §. *Ad argumenta pro opinione.* verſ. *& cum dicis.* & diſt. 44. q. vnica, & diſt. 45. q. vnica corpore. Videndus eſt etiam egregius locus diſt. 39. §. iuxta prædicta.

4. Durandus 1. diſtinct. 43. quæſt. 4. præſertim num. 5. & ſequentibus, ex profeſſo probat, Deum non neceſſariò velle alia à ſe, quinimò, voluntatem eius eſſe indifferentem ad velle, & nolle. Quibus conſequentia docet diſtinct. 45. quæſt. 1. num. 7. Argentina 1. diſt. 44. q. 1. quatuor articulis probat Deum poſſe facere, quæ non fecit, & meliora, quàm fecit. Atque diſt. 45. q. 1. art. 2. ante conc. 2. docet, Deum potuiſſe non communicare cauſis ſecundis virtutem, quam communicauit. Carthuſianus ex profeſſo neceſſitatem excludit à diuina volitione creaturarum & productione, probans, potuiſſe facere quæ non fecit: veluti lib. 1. ſent. diſt. 8. q. 4. poſt med. §. *Ad vltimum dico.* & diſt. 43. quæſt. 3. & diſt. 44. q. 1. & 2. Marſilius 1. q. 42. 43. & 44. Gregorius 1. diſt. 42. q. 1. art. 1. & q. 3. art. 1. & 2. & diſt. 45. quæſt. 1. conc. 6. Ochamus & Gabriel 1. diſt. 43. q. 1. art. 3. & 4. & diſt. 44. quæſt. vnica. Ricardus 1. diſt. 45. art. 2. q. 3. corpore, clariùs autem ad argumenta docet, Deum non neceſſariò voluiſſe creaturas producere, ſed potuiſſe non velle. Vdalricus lib. 2. ſummæ, quem refert Carthuſianus 1. diſt. 45. q. 4. & Ægidius, quem refert ibidem colum. vltima. Maior 1. diſt. 44. q. 1. & 3.

Aureolus 1. diſt. 44. art. 5. propoſit. 2. probat, 5.
Deum potuiſſe facere res, quæ forent in ſe ipſis meliores. Heruæus quodlib. 2. q. 4. & in tractatu de æternitate mundi q. 4. Ferrari. 1. contra gent. c. 82. & 2. cõtra gent. c. 26. Capreolus lib. 1. ſent. diſt. 43. q. 1. art. 2. multis concluſionib & diſt. 45. q. 1. art. 2. Caietanus & alij expoſitores S. Thom. in præſenti. q. 19. art. 3. & 10. & infra q. 25. art. 5. & 6. Suarez in metaph. d. 30. ſect. 16. Molina in præſenti q. 19. a. 3. & art. 4. diſp. 1. & 2. Vaſq. diſp. 79. & 80. Valẽtia ſua q. 19. punct. 4. aſſertione 2.

Iuxta quorum omnium doctrinam ſit probatio nona (ſequendo numerorum ſeriem poſitam in præcedẽtibus ſectionibus) Deus poteſt facere, quæ non facit, & poteſt nõ facere, quæ facit. Ergo poteſt velle facere, quæ non vult facere. & poteſt velle non facere, quæ vult facere. Conſequentia eſt euidens, quia nihil facere poteſt, niſi volendo illud facere. Antecedens probatur Sap. 11. *Non erat impoſſibilis manus tua immittere illis multitudinem vrſorum, aut audaces leones:* nec tamen immiſit Ægyptiis. Matth. 3. *Potens eſt,* inquit, *Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Vbi Hieronymus, Chryſoſtomus, & Theophyl. nec non Ambroſius Lucæ 3. intelligunt ex inanimatis lapidibus poſſe Deum excitare filios Abrahæ, quamuis id numquam fecerit, & quamuis ſimul etiam ſignificauerit Baptiſta Deum poſſe ex infidelibus, lapideis & impolitis hominibus facere fideles. Idque non ſolùm aſſeruit de infidelibus, qui de facto erant conuertendi: ſed etiam de illis, qui numquam erant conuertendi, de quibus Apoſtolus vniuerſaliter pronũtiat: *Potens eſt Deus inſerere, ſtatuere, confirmare.* Rom. 11. 14. & 16.

6. Ex citatis Doctoribus nona ſumitur probatio. Multa poteſt Deus nolle facere quæ vult facere. Sap. 11.

Matth. 3.

Paulus.

7. Luc. 22. Rurſus Marci 14. & Lucæ 22. *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me.* & iterum: *Si vis, transfer calicem hunc a me.* Itaque manifeſtè docet Chriſtus D. vtrumque potuiſſe velle & facere, videlicet, transferre & non transferre calicem. Præterea Matth. 26. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Refert autem Magiſter 1. diſt. 42. cap. vltimo, tanquam verba Auguſtini in Enchiridio, *Omnipotentis voluntas multa poteſt facere quæ nõ vult, nec facit: potuit enim facere, vt duodecim legiones Angelorum pugnarent contra illos, qui Chriſtum ceperunt.* Habetur autẽ hæc ſententia lib. de Spiritu & liter. c. 1.

Math. 26.

Aug. lib. de Spiritu & liter. c. 1.

8. Cæterum in Enchiridio cap. 95. poſt med.

Tunc,

Digitized by Google

Tunc, inquit, in clariſſima luce Sapientiæ videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifeſta cognitione videatur, quam certa & immutabilis, & efficaciſſima ſit voluntas Dei, quàm multa poſſit & non velit, nihil autem velit, quod non poſſit. Deinde verò cap. 98. init. *Quis porrò eam impiè deſipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere?* Idem lib. de Spiritu & litera cap. 1. à med. *Abſurdum,* inquit, *ſibi videtur dici aliquid fieri poſſe, cuius deſit exemplum, cùm ſicut credo non dubites, nunquam eſſe factum, vt per foramen acus camelus tranſiret, & tamen ille hoc quoque dixit Deo eſſe poſſibile.* Subintulit enim Chriſtus D. *Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Addit inſuper Auguſtinus: *Legas fieri potuiſſe, vt ſemel gentes exterminarentur à terra, quæ dabatur filys Iſraël; Deum tamen id paulatim fieri voluiſſe: & alia ſexcenta poſſunt occurrere, quæ fieri vel potuiſſe, vel poſſe fateamur, & eorum tamen exempla, quod facta ſint proferre nequeamus.*

Matth. 19.

Videtur acceptum ex Sapiētia 11.

9\. *Abſque incarnatione hominis reparatio poſſibilis.* Pertinent ad idem probandum multa quæ ſcribit Auguſtinus epiſtola 3. ad Voluſianum circa med. Illuſtriſſimum iſtius libertatis exemplum Patres & Scholaſtici tradunt in ſupremo Incarnationis opere. Potuit enim Deus abſque Incarnatione diuinæ perſonæ, lapſum hominem aliter reparare, licet non cũ tanta gloria & oſtenſione diuinorum attributorum. Sic expreſsè *Nazianz.* Nazianz. in priori epiſtol. ad Cledonium quæ eſt oratio 51. propius ad med. quàm ad finem illis potiſſimum verbis: *Vt interim non dicam, alio quoque modo fieri potuiſſe vt nobiſcum verſaretur, quemadmodum prius ignis, rubo & forma humana,* videlicet, hominis ſpecie, non verò natura ipſa perſonaliter vnita.

10\. *Athanaſ.* Athanaſius orat. 3. contra Arian. multò propius ad fin. quam ad med. refert obiectũ Arianorum: *Poterat Deus, etiamſi ſaluator creatura exiſteret, vel loqui tantummodo, & ita ſoluere maledictionem.* Quod Athanaſius non ſolùm concedit, ſed etiam auget, reſpondens: *Iſtud etiam ab alio quopiam obtrudi poterit. Poterat ſine vllo aduentu Chriſti ſolummodo loqui Deus, & ſoluere maledictionem. Cæterum ſpectandum eſt hic quid hominibus ſit vtile, non quid ſitum in viribus Dei.* *Euſeb. Emiſſ.* Euſebius Emiſſenus homil. 6. de Paſchate ait: *Potuit Filius Dei hoſtem humani generis & in cælis poſitus, nutu ipſo ſuæ diuinitatis eludere: ſed ne quid tale diabolus conqueri poſſet, placuit Deo ſecundùm iuſtitiam ſuam pro humano genere offerre hominem purum & immaculatum.*

11\. Auguſtinus lib. 13. de Trinit. cap. 10. *Parum eſt,* inquit, *ſic refellere, vt iſtum modum, quo nos per mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum Deus liberare dignatur, aſſeramus bonum, & diuinæ congruum dignitati; verum etiam, vt oſtendamus, non alium modum poſſibilem Deo fuiſſe:* Poſtrema verba nota. Idem docet cap. 13. & lib. de agone Chriſtiano cap. 11. initio ſtultos appellat eos, qui contrarium ſentiebant.

S. Leo Magn. S. Gregor. Magn. Author lib. de operib. card. S. Cyprian. Idem apertè docuerunt Leo Mag. ſerm. 2. de natiuit. ante med. Gregor. lib. 17. Moral. cap. 18. & lib. 24. cap. 2. Author libri de operibus cardinal. apud Cyprian. ſerm. de paſſione longè à medio, illis præſertim verbis. *Sine hoc holocauſto poterat Deus tantùm condonaſſe peccatum.*

12\. *S. Anſelm.* Bernardus Epiſt. epiſt. 109. ad Innocen. inter med. & fin. oſtendit, *Deo ad manum fuiſſe alios & alios modos noſtræ redemptionis,* nec vlla neceſſitate, ſed mera libertate modum elegiſſe, quem elegit. Idem exiſtimauit Anſel. ad Romanos cap. 5. ad illud: *Commendat autem Deus charitatem ſuam.* Nec oppoſitum docet in lib. *Cur Deus homo* vt videbimus diſp. 9. ſect. 6. Hugo Victor. lib. 1. de Sacramen. p. 8. c. 10. *Veraciter profitemur,* ait, *quod redemptionem generis humani alio modo Deus perficere potuiſſet, ſi voluiſſet.* Idem apertè colligitur ex Anſelmo lib. 2. *Cur Deus homo,* c. 5. collato cum præceden. & ſequen. Auguſtinum & Hugonem in eiuſdem dogmatis aſſertione ſequuntur omnes Scholaſtici. Magiſt. lib. 3. diſt. 20. c. 1. Altiſiodor. lib. 3. ſummæ tract. 1. c. 8. Guillel. Pariſien. lib. *cur Deus homo* c. 7. quod eſt de auaritia Adami Alexan. 3. p. q. 1. mem. 3. & 4. S. Bonau. 3. ſent. diſt. 20. art. 1. q. 1. Vbi Ricar. q. 4. Scotus q. vnic. § *iſtis dictis.* Duran. Palud. & Gabriel quæſt. 1. *Hugo Victor.*

Prædicto reparationis noſtræ myſterio ſunt affines aliæ res, quas Deus fecit, cùm potuiſſet omittere, vel non fecit, cùm facere potuiſſet. Sic enim Athanaſ. orat. 2. contra Arian. prope med. ait: *Sicuti cùm poſſet ab initio ſub Adamo, aut Noë, aut Moyſe Verbum ſuum mittere; non autem miſit, niſi in conſummatione ſæculorum; ita quoque creata cum voluit, & ipſis vtile fuit procreauit,* & dicta orat. 3. multò propius ad fin. quàm ad med. alia exempla congerit. Potuiſſe Deum aſſumere carnem aliunde, quam ex ſtirpe Adami, docet Auguſt. dicto lib. 13. de Trinit. c. 10. & 13. & 18. 13. *Athan.*

Potuiſſe Deum vnico die vel vnico momento res omnes totius mundi producere, nota Chryſ. in Geneſ. c. 1. homil. 3. circa med. Potuiſſe Deum formare mulierem de terra, ſed noluiſſe, docet Cyrill. lib. 3. contra Iulian. col. 4. Potuiſſe Chriſtum Dominũ reſuſcitare Iudam à morte ſpirituali, tradit Auguſtin. lib. de natura & gratia c. 7. Potuiſſe facere Deum, vt omnes homines in gratia perſeuerẽt docet lib. de bono perſeu. c. 8. & 9. *Deum omnia quæcumque vult poſſe, non autem quæcunque poteſt, velle: nam poteſt quidem perdere mundum, non vult autem,* Damaſcen. ſcribit in fine totius libri primi de Fide. 14. *Chryſoſt.* *Cyrill.* *Auguſt.*

Fuſius quàm cæteri, Hugo Victorin. ſummæ ſentent. tractatu 1. c. 14. multis exemplis probat, Deum potuiſſe velle & facere, quæ non vult, nec facit. Id quod euidentiſſima ratio naturaliter demonſtrat, quoniã alioqui Deus non eſſet omnipotens: etenim omnipotens eſt; qui poteſt omnia, quæ poſſunt habere rationem entis, qualia ſunt omnia, quæ nõ implicant contradictionem. Sunt autem infinita, quæ non implicant contradictionem, & tamen à Deo nunquam ſunt facta, neque fient. Quinetiam contradictionem implicat, omnipotentem facere quidquid poteſt ſimul & collectiuè: plurima quippe ſunt poſſibilia ſeparatim ac per ſe ſumpta, quæ tamen ſimul cum aliis ſunt incompoſſibilia, veluti cælum eodem tempore moueri & quieſcere, rotundum & quadratum eſſe diuidi & continuari. 15. *Euidēs ratio pro Dei libertate.*

Denique Deum non poſſe facere, niſi quod facit, nec potuiſſe velle, niſi quod vult, error fuit Abailardi & Witcleffi, vt videre eſt apud Waldenſem, Caſtrum, & Bellar. ſupra citatos ſect. 2. probat. 4. & dicitur fuiſſe damnatus in Concilio Senenſi, vel fortaſſe Senonenſi. 16.

Decima probatio ſit, quia ſi Deus non liberè, ſed neceſſariò vellet creaturas producere; neceſſariò produceret illas: vnde produceret quantum Deus producere poteſt. Conſequens autem implicat contradictionem. Sapienter enim Iuſtinus q. 2. Chriſtiana ad Gentiles inter med. & fin. ait, 17. *Si Deus vellet neceſſariò creaturas producere illas neceſſariò produceret.*

Si quidem eſt Dei potentia infinita, eius autem opera finita: eſt omnino Deus ſecundum eas, quas habet, & tamen non vtitur potentia. Vnde colligit agere Deum *quantum vult, non quantum poteſt, & vti actionibus quantum vult.*

18\. *Primum implicationis exemplum.* Conſequentis illius implicatio infinitis exemplis potuiſſet oſtendi, ex quibus pauca ſubiiciam. Primò, Si Deus neceſſariò produceret motum cæli quantum poteſt producere: cælum moueretur in non tempore, quod implicat contradictionem. Sequela probatur, quia ſi moueretur in tempore, quamuis exiguo; poſſet adhuc breuiori & breuiori tempore moueri; ac proinde non produxiſſet Deus, quantum velocitatem poteſt producere.

19\. *Secundum exemplum; Vrget Iuſtin.* Secundò ſequeretur, Deum creauiſſe plures mundos, imo & infinitos; ſi producit, quantum poteſt producere. Premit hanc rationem Iuſtinus quæſt. Chriſtiana ad Gentiles 3. paulò ante medium, & inter alia dicit. *Si Deus facit quia eſt; coactè facit quæ facit. Sin facit quia vult; ſponte facit. Sponte enim faciens, facit quantum vult, & qualia vult, & quando vult.*

Propius autem ad fin. quàm ad med. *Quemadmodum*, inquit, *accuſari non poteſt Deus infirmitatis potentiæ, quòd, cùm non plures, ſed vnum feciſſet Mundum, deſijt facere: ſic accuſari non poteſt imperfectionis virium, quod non ſimul, ac fuit mundum fecit, ſed cùm voluit.* Quibus ſimilia ſcribit in quæſt. 113. ad Orthod. fine. & quæſt. 2. Chriſtiana ad Gentiles prope finem ait: *Niſi cohibita fuiſſet actio qua mundum fecit, innumerabiles facti fuiſſent mundi actione nunquam ceſſante.*

20\. Athanaſius orat. 2. contra Arian. prope med. *Opifex*, inquit, *& dici, & eſſe poterit, etiamſi nondum opera exiſtent. Pater verò nec eſſe, nec dici poterit, ſi non ſit ei Filius. Quod ſi autem curioſè inquirant, cur Deus, in cuius poteſtate eſt operari, non ſemper operatus ſit? furioſorum eſt iſta audacia.* Poſtea verò rationem reddit ex libera Dei voluntate, præter alia dicens: *Creata, cùm voluit, & ipſis vtile fuit, procreauit.*

21\. *Tertium implicationis exemplum.* Tertiò ſequeretur, Deum creauiſſe cælos maiores, & maiores in infinitum: creauiſſe mundum ab æterno, quoniam prius & prius ſine termino creare potuit. Atque ſimiliter ſequitur in omnibus ſpatiis, ſeu locis poſſibilibus fuiſſe collocatum hunc mundum; quoniam in omnibus æqualiter potuit collocari. *Auguſtinus.* Sapienter enim Auguſtinus lib. 11. de ciuit. cap. 5. init. *Ita quæritur*, inquit, *cur potius tunc & non antea factus ſit, quemadmodum quæri poteſt, cur hic potius vbi eſt, & non alibi? Nam ſi infinita ſpatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere ceſſare potuiſſe, ſimiliter ergo cogitent, extra mundum, infinita ſpatia locorum: in quibus ſi quiſquam dicat, non potuiſſe vacare Omnipotentem, nonne conſequens erit, vt innumerabiles mundos cum Epicuro ſomniare cogatur.* Quem diſcurſum toto capite proſequens, concludit prope finem: *Æqualiter antecriora tempora per infinitum retro ſpatium præteriiſſe, nec fuiſſe aliquam differentiam vnde tempus tempori eligendo præponeretur.*

22\. *Vltimum* Poſtremò ſequitur in hoc mundo maiorem & maiorem terrarum vaſtitatem, maiorem & maiorem magnitudinem, altitudinem, multitudinem montium, maiorem & maiorem planitiem camporum, plures ac plures & magis redundantes fluuios, atque his ſimilia, Deum creauiſſe de facto; nam hæc omnia creare potuit.

Dicet aliquis: Dei operibus limitem neceſſarium imponi per intellectionem dictantem, has res ſub hac menſura, & non ſub alia expedire ad finem intentum à Deo. Sed refutatur, quoniam intellectus diuinus dictat duos, aut tres mundos aptos eſſe, vt pluribus perſonis Deus manifeſtet ſua attributa, exerceátque varia genera prouidentiæ. Quare ſola libertas determinare potuit, vt non eligerentur plures mundi, ſed vnus, nec maior, aut minor, ſed tantus: nec velocior motus; & ita de reliquis. 23. *Euaſio.* *Refutatio.*

Confirmatur primò, nam potuit Deus non creare hunc mundum, ſed alium ſolo numero diuerſum in quo manifeſtaret attributa non alio modo, quàm in hoc mundo manifeſtat. 24.

Confirmatur ſecundò, quia Deus potuit Adamum nunquam creare, ſed alium conſtituere primum hominem, à quo diuerſi filij procrearentur. Potuit alios Angelos perfectiores creare, in quibus magis manifeſtaret ſuam potentiam. Quapropter eiuſmodi rebus limitem præſcribere non poteſt dictamen, ſiue iudicium intellectus, niſi accedat electio libera determinans ad vnum ex infinitis obiectis, quæ per intellectionem proponuntur, vt eligibilia. 25. *Potuit Deus, Adamo relicto, aliū primum hominem creare.*

Vndecima ratio ſit veluti confirmatio præcedentis, quia ſi Deus, ſuppoſito iudicio intellectus, non eſſet indifferens, vt vellet hoc potiùs, quàm illud; ſequeretur certam eſſe menſuram orationum, cui ſemper & neceſſariò Deus annueret, concedendo quod petitur. Hoc autem eſt manifeſtè falſum, nam aliquando paucioribus, atque minùs deuotis orationibus impetramus, ſicut etiam accipimus perſæpe ſine orationibus. 26. *Infertur abſurdum.*

Confirmatur: nam eadem ratione ſequeretur, ſemper ac neceſſariò propter æqualem grauitatem ac numerum peccatorum, homines ad inferos detrudi, nec amplius expectari ad pœnitentiam: itémque ſuppliciis æqualibus in hac vita puniri. Sequeretur etiam, homines æqualiter deditos vitiis per æqualem vim illuſtrationis & inſpirationis à Deo conuerti: conſequentérque nullum de facto conuerti, qui grauioribus peccatis obnoxius ſit, quàm ille qui de facto nunquam conuertitur. Sequitur tandem ex parte Dei nullam inæqualitatem eſſe diſtribuendi pro libito plura & excellentiora dona ſpiritualia; quapropter Spiritus ſanctus non diuidit ſingulis, prout vult: quod eſt manifeſtus error refutatus in materia de Prædeſtinatione. 27. *Alia ſequela non minus abſurda.* *Vlterius infertur.* *Vltimò infertur.*

Duodecimò probatur, quia ſi Deus neceſſariò & abſque libertatis indifferentia produceret quidquid operatur ad extra, nec potuiſſet velle tales operationes omittere: gratia funditus euerteretur, atque radicitus conuellerentur omnes rationes agendi gratias pro beneficiis gratuitis. Rectè ſi quidem Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo* cap. 5. ſub init. *Quomodo*, inquit, *noſtram imputabimus ſalutem eius gratiæ, ſi nos ſaluat neceſſitate? Eſt neceſſitas, quæ benefacientis gratiam aufert, aut minuit; & eſt neceſſitas, qua maior ex beneficio gratia debetur. Cum enim aliquis ea neceſſitate, cui ſubiacet, inuitus benefacit, aut nulla aut minor illi gratia debetur. Dum verò ipſe ſe ſponte neceſſitati benefaciendi ſubdit, nec inuitus eam ſuſtinet; tunc vtique beneficij gratiam meretur maiorem. Non enim hæc eſt dicenda neceſſitas, ſed gratia, quia nullo cogente, illam ſuſcipit, aut ſeruat, ſed gratis.* 28. *Gratia funditus euerteretur, ſi ad extra Deus ex neceſſitate operaretur* *Anſelmus.*

Confirmatur, quoniam hac eadem ratione Ricardus Victor. lib. 6. de Trinit. fine colligit in 29.

proceſ

Digitized by Google

In proceſſionibus Verbi & Spiritus ſancti nulla gratia interuenit. Ricardus Victori.

proceſſionibus Filij & Spiritus ſancti, nullam interuenire gratiam, ſiue gratuitam donationem: quamuis Spiritus ſanctus procedat per amorem ſummopere ſpontaneum & voluntarium, dicens: *In diuina natura nihil eſt vel eſſe poteſt ex operante gratia. Quod enim eſt ex ſola operatione gratiæ, pro authoris beneplacito poteſt eſſe, vel non eſſe. Sed tale aliquid non poteſt eſſe in ipſa diuinitate. Alioqui mutabilitas ei ineſſet, nec veram æternitatem haberet. Nihil itáque ibi eſt iuxta donum largientis gratiæ, ſed totum iuxta proprietatem exigentis naturæ.*

30. Ad idem probandum adduci poſſent rationes infrà tractandæ diſp. 15. quatuor prioribus ſectionibus. Et toto diſcurſu præſentis ſectionis, ac præcedentium, manifeſtè ſequitur, eſſe prorſus improbabile, quod Ocamus & Gabriel 1. diſt. 43. quæſt. 1. art. 2. in fine dixerunt, non poſſe demonſtrari ratione naturali, quod effectus non ſequantur naturaliter & neceſſariò ex perfectione Dei, ſicut ex perfectione Solis ſequuntur eius effectus. Quamuis enim aliquæ probationes adductæ ſupponant principia ſupernaturalia; multæ temen probationes ex dictis ſunt demonſtrationes ſubnixæ ſolo lumine naturæ non indigentes lumine fidei.

Improbabilitas opinionis Ocami, & Gabrielis.

31. Ad fundamentum contrariæ ſententiæ poſitum ſect. 2. non procul à principio reſpondetur: Quamuis Deus ſit puriſſimus actus, nec potuerit aliam perfectionem habere, præter eam, quam de facto habet: nihilominus eius voluntas propter infinitam eminentiam indifferens fuit, vt verè realitèrque fuiſſet voluntas non creandi mundum, ſicut fuit voluntas creandi mundum. Sed hoc explicare nimiùm operoſum eſt, ideóque differtur ad proprias diſputationes 11. 12. & 13.

Diluitur argumentum ſect. 2. propoſitum.

SECTIO V.

Quid Plato & Ariſtoteles, aliique Philoſophi de libertate Dei ſenſerint.

1. PLato in Timæo, ſiue de natura, inter princip. & med. introducit creatorem Deum talem orationem habuiſſe ad creatos à ſe Deos, id eſt, Angelos; *Non eſtis penitus immortales, neque penitus indiſſolubiles: non tamen ſoluemini, nec mortis ſortem ſequemini, quum mea voluntas maius adhuc & præſtantius vinculum vobis contigerit.* Quapropter exiſtimauit Plato liberam poteſtatem fuiſſe Deo annihilandi Angelos, quos creauerat. Exiſtimauit etiam potuiſſe Deum ſe ſolo producere omnia animalia: nihilominus eorum productionem Angelis commiſiſſe vt referemus diſp. 10. ſect. 2. Socrates item apud Platonem in Alcibiade primo, ſiue de natura humana in fine, ſignificat, eſſe Deo liberam poteſtatem diſponendi, vel impediendi noſtras operationes, quando præcipit, in faciendis eſſe præfandum, *Si Deus voluerit.*

Socrates apud Platonem.

2. Ariſtoteles autem, licèt argumentorum procella vertiginem aliquando paſſus fuerit, atque iactatus ad neceſſitatem diuinæ voluntatis aſſerendam: nihilominus eam aliquando tandem agnouiſſe videtur. De cuius ſententia magna quæſtio eſt inter Philoſophos & Theologos. In qua prætermittendum nobis eſt illud membrum, quod ad rem præſenté non attinet: videlicet ſubſtantias ſeparatas, & omnes res incorruptibiles, eſſe ab intrinſeco neceſſarias eo gradu neceſſitatis, vt à Deo non pendeant in fieri, nec in conſeruari. Hunc enim abſurdiſſimum errorem Ariſtoteli, Commentatori, & Auicennæ tribuunt, & ex eorum verbis deducere conantur Henricus à Gandauo quodlib. 8. quæſt. 9. Aureolus 1. diſt. 8. part. 2. art. 3. colum. 3. & quidam alij. Aduersùs quos ex profeſſo diſputant Scotus, & alij ex Authoribus infrà citandis.

Ariſtotelis inconſtantia.

Hoc igitur prætermiſſo, quaſcumque res Deus operatur, (ſiue operetur ſolummodo res corruptibiles, ſiue res etiam incorruptibiles, vt cælum & intelligentias) neceſſariò producere, nec poſſe non producere quæ de facto producit: fuiſſe mentem Ariſtotelis, & Commentatoris (quibus Authores aliqui addunt Auicennam) communior opinio eſt inter Scholaſticos. 3.

In hoc conueniunt cum cæteris Henricus & Aureolus nuper citati. Hanc verò fuiſſe mentem Ariſtotelis & Commentatoris, fusè probat Scotus 1. diſt. 8. quæſt. 4. ſub init. §. *Sed pars.* & duobus ſequentibus. Gregorius 1. diſt. 42. quæſt. 3. art. 1. col. 2. §. *Mihi autem.* Ocham. & Gabriel 1. diſt. 43. quæſt. 1. art. 2. & 3. Marſilius lib. 1. q. 42. art. 2. & q. 44, art. 1. concl. 3. Heruæus quodlib. 2. quæſt. 4. & in tract. de æternitate mundi q. 4. Ferrarienſis lib. 2. contra Gent. cap. 23. Iauellus lib. 12. Metaph. q. 10. Sonzinas eodem lib. 12. quæſt. 30, & 41. Soto lib. 8. Phyſicor. quæſt. 1. Suarez in metaph. diſput. 30. ſect. 16. num. 52. & ſequentibus. Molina in præſenti quæſt. 19. art. 4. diſp. 2. 4.

Idem videtur ſignificaſſe S. Thomas 2. contra Gen. c. 23. & Durandus 1. diſt. 43. quæſt. 4. n. 5. quádo ſuppreſſo nomine dixerunt, aliquos Philoſophos poſuiſſe, Deum producere res ex neceſſitate naturæ, quia quidquid vult, vult de neceſſitate abſoluta. 5.

Quid ſupponatur?

Supponimus autem, Ariſtotelem credidiſſe, Deum agere per intellectum & voluntatem, quandoquidem lib. 2. Phyſic. text. 49. oſtendit, naturam agere propter finem, & directione primæ cauſæ præſtituentis finem: quod verificari non poſſet, niſi Deus intelligeret finem & per volitionem intenderet.

Ariſtotelem igitur aſſeruiſſe naturæ neceſſitatem in diuinis operationibus, probatur primò, quoniam octauo lib. Phyſicor. text. 9. & 13. & text. 52. & 53. ex eo quòd primum mouens ſit incapax mutationis, ac proinde ſemper in ſe ipſo perſeueret in eadem diſpoſitione, colligit ſemper, ab æterno & in æternum mouere, ſempérque res omnes ab illo prorſus eodem modo procedere: ac proinde tam mundum, quàm cæli motum æternum eſſe: viuacitatem verò, quam in his rebus inferioribus cernimus, prouenire ex diſſimilitudine, ac diuerſitate partium orbium cæleſtium, quæ diuerſimodè per motum applicatæ diuerſos effectus cauſant. 6.

Mès & placitū Ariſtot.

His omnino ſimilia ſunt quæ ſcribit lib. 2. De Cælo text. 21. & 35. & lib. 1. de generatione text. 16. & lib. 2. de Generat. text. 56.

Probatur ſecundò, quia lib. 9. metaph. text. 17. dicit, in æternis nil eſſe in potentia, ſed omnia in actu. Vnde infert non eſſe timendum quod cælum quieſcat, quia neque ipſum, neque motor eius eſt in potentia ad non mouendum. Et inde lib. 12. metap. cap. 6. concludit, non ſatis eſſe ponere ſubſtantiam æternam potentem mouere: ſed oportere, vt ſit actu mouens ex neceſſitate, ita vt motio eius ſit ſubſtantia eius. Multa reperiuntur alia in operibus Ariſtotelis ex quibus 7.

maniſeſtè colligitur, Deum agere neceſſitate naturæ determinatum. In eandem ſententiam deſcendiſſe videntur Auerroes lib. 8. Phyſic à text. 6. Simplicius lib. 6. Phyſic. text. 15. & Auicenoa lib. 9. ſuæ Metaphyſ. cap. 4.

8. *[Con]tradictorium enū ex [ip]ſo colligitur.*

Alionde tamen ſupperont loca non pauca, quibus Dei libertas, & poſſibilitas non operandi, quod operatur, poteſt efficaciter inſerri. Potiſſimus autem eſt liber ille de mundo ad Alexandrum (niſi ſuppoſititius fuerit & alienus) quia non longè ante finem Autborem mundi comperat Imperatori, cuius præſcripro gubernantor omnia, diſtribuuntúrque munera diuerſa: atque

Ariſtoteles.

ita concludit: *Ad ſummam quod in naui gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in ciuitate lex, in exercitu Imperator, hoc idem in mundo eſt Deus: niſi quod illis ipſis principatus laborioſus, perturbatus, & anxius eſt: Deo autem expers omnis mæſtitiæ, laboris, nullámque corporis afferens imbecillitatem, nam cùm in re immobili collocetur, omnia quo vult mouet, arbitratúque ſuo in diuerſis rerum generibus, & naturis verſat.* Obſeruentur potiſſimum verba poſtrema.

9. Secundò poteſt Dei libertas colligi, quoniam Deum nulla re prorſus egere, ſed ſibi ſatis eſſe, docet Ariſtoteles lib. 2. magnor. moral. cap. 15. & lib. 7. Ethicor. Eudemiorum propius ad med. quàm ad fin. Quod ſi Deus creaturas neceſſariò produceret, ita vt non poſſet non producere: foret genus indigétiæ neceſſitas illa, Deum ita creaturis annectens, vt ab illis non poſſet recedere.

10. Tertiò poteſt colligi ex lib. 8. Ethic. cap. 7. & clariùs lib. 10. cap. 8. vbi dicit, virum ſapientem & probum eſſe Deo amicum. Et lib. 2. magn. moral. cap. 8. Deo tribuit quod bona & mala pro meritis diſtribuat. Hæc autem ſine libertatis vſu non ſatis poſſunt intelligi.

11. *Philoſophi turpiſſimus error.*

Quartò, quoniam lib. 4. Topicor. cap. 5. ait: *Poteſt Deus & ſtudioſus praua agere, non ſunt autem praui, nam omnes praui ſecundum electionem dicuntur.* Turpiter errat Philoſophus Deo tribuens poteſtatem agendi praua; ſed libertatem diuinam in hoc manifeſtè fatetur.

12. Poſtremò, libertatis eſt proprium precibus flecti poſſe ad beneficia præſtanda: quocirca liberum eſſe Deum, ſuppoſuit Ariſtoteles, quando tempore mortis ſuæ miſericordiam implorauit à prima cauſa, teſte Laërtio in eius vita.

Confirmatio. Confirmatur, nam & Alexander in lib. de fato monet ex Ariſtotelis ſententia poſtulanda eſſe à Deo beneficia, quoniam ea poſſit concedere & non concedere.

13. Ex his omnibus, aliiſque non paucis, efficitur manifeſtum quod ſuperius aſſeruimus, Ariſtotelem in hac re non fuiſſe conſtantem. Auicenna Dei libertatem fatetur in Metaphyſ. tract. 9. cap. 1. in med. quando ſcribit, Primò principio non fuiſſe neceſſarium, ſed contingens creare, Auerroës etiā videtur rectè de libertate Dei ſentire in diſtinctione diſtinctionū d. 3. dub. 1. & 2.

SECTIO VI.

Num diuina libertas determinetur à ſcientia.

1. SVppono, tanquam certum id, de quo nulla controuerſia reperitur inter authores, videlicet, quantum ad ſpeciem actus liberè, ſi voluerit, eliciendam, diuinam libertatem à ſcientia determinari per iudicium practicum atque rationis dictamen. Huius euidens ratio, atque declaratio eſt, quia diuinus intellectus iudicat, omnes creaturas eſſe participationes quaſdam & ſimilitudines diuinæ eſſentiæ, & eſſe conuenientes, ſiue decentes infinitæ ſapientiæ & bonitati, ſed minimè neceſſarias ad illam, & niſi hoc iudicaret intellectus, non poſſet diuina voluntas liberè velle creaturas producere. Per hoc itaque iudicium aufertur impoſſibilitas producendi, & redditur libertas indifferens. Rurſus eodem iudicio determinatur ſpecifica ratio cuiuſque volitionis liberæ, quia ſiue Deus velit hanc creaturam producere, ſiue non producere, ſiue quodcumque aliud liberè velit, vult tanquam decens atque conueniens, ſed non neceſſarium ad ſuam bonitatem, ac ſubinde vult propter obiectum formale infinitæ bonitatis, à quo tribuitur ſpecies volitioni: vt vidimus diſp. 3. ſect. 1. & 2.

Per iudicium practicum diuina libertas determinatur, quoad ſpeciē actus, ſi voluerit, eliciendam.

Hic eſt genuinus ſenſus S. Thomæ. 1. contra gent. cap. 82. longè poſt med. & lib. 2. cap. 26. iuncto cap. 27. & Ferrarienſis in eiſdem locis. Quem magis explicuit Capreolus 1. diſt. 45. art. 2. reſpondens ad argumenta contra tertiam concluſionem in ſolutione ad 4. & ad 5. Quamuis igitur S. Thomas aſſerat *voluntatem Dei ad aliquid volendum per ſui intellectus cognitionem determinari:* ſimul tamen in prædictis locis exponit, hanc determinationem in eo conſiſtere, quod diuinus intellectus voluntati proponit infinitos effectus non habentes neceſſariam connexionem cum diuina bonitate, ſed eligibiles propter illam; voluntas autem hac obiectorum propoſitione facta non coarctatur, nec neceſſitatur ad vnum, ſed ad omnes eſt indifferens. 2.

Aliam determinationem diuinæ voluntatis addere poſſumus à diuina ſcientia prouenire: quoniam ea præſuppoſita, neceſſarium eſt diuinam voluntatem de quolibet obiecto decernere, & velle facere, aut velle non facere, aut permittere, aut impedire, vt videbimus diſp. 8. ſect. 3. 3.

Habet & aliam determinationē à diuina ſcientia volūtas.

Reſtat igitur difficultas ſolummodo, vtrùm etiam quoad exercitium diuina libertas determinetur à ſcientia, ſiue à iudicio intellectus. Affirmant ex recentioribus pauci, vt inde colligant, phyſicam prædeterminationem non repugnare libertati: ſi quidem illi non repugnat antecedens & phyſica neceſſitas illationis, per quam volitio conſequitur ex ſcientia, ſiue iudicio intellectus. Vnde aſſerunt manente eadem cognitione intellectus, non poſſe Deum velle indifferenter, hoc vel illud obiectum, ſed neceſſariò velle illud, quod ab intellectu proponitur volendum. Ita peculiariter de voluntate Dei exiſtimat Nauarretus tom. 2. controuerſ. 5. conc. 3. & generaliter de quacunque voluntate tota controuerſ. 10. Eodem ferè modo de quidditate libertatis in communi ratiocinatur Aluares diſp. 12. in arg. 2. & eius ſolutione: necnon Cabezudo & Ledeſma tractantes de libertate. 4.

Difficultatis punctū proponitur.

Affirmantiū ſententia

Verumtamen antiquorum prorſus nemo, cuius inueniantur ſcripta, tenuit hanc ſententiam; vt magis conſtabit in concluſionis probatione. Nec excipio Paludanum in 4. diſt. 49. quæſt. 3. colum. 2. nam & ille, quam indifferentiam eripit voluntati, conſtituit formaliter in intellectu, vt à ſe ipſo poſſit de rebus operabilibus aliter iudicare, quàm iudicat: quod non admittit prædicta ſententia. 5.

Haud fauet Palud.

Primarium autem fundamentum illorum Authorum 6.

Præcedentis ſententiæ vnicum fundamentum.

Authorum eſt, quoniam cauſa indifferens & indeterminata, non poteſt determinatè velle & operari, niſi determinetur ab aliqua re ſecundùm ſe determinata. Sed non poteſt Dei voluntatem determinare aliquid extra Deum; intra verò nihil aliud aptius determinat, quam ſcientia practicè dictans, quid expediat velle: ergo talis ſcientia determinat diuinam voluntatem. Alia plura argumenta prætermittuntur, quia facilè ſoluentur ex dicendis.

7. *Manente eodem iudicio, & ſcientia practica, potuit diuina voluntas ſe ad oppoſita determinare.*

Sit igitur concluſio. Quantum ad exercitium volitionis, diuina libertas non determinatur à ſcientia: quin potius, manente tota ſcientia practica, quæ requiritur ad liberè volendum, & non variato iudicio, potuit Deus velle creare eandem rem quam de facto voluit non creare. Itaque voluntas diuina ſe ipſam determinat, vt hoc, aut illud velit aut non velit, & non indiget alio determinante.

8. *Probatio ex Patribus deſumpta.*

Probatur auctoritate Patrum, quos retuli ſect. 2. 3. & 4. nec non ex pluribus Patribus, qui voluntati creatæ concedunt indifferentiam eligendi manente cognitione prorſus eadem, quorum teſtimonia reperies tom. præced. de Scientia diſp. 54. ſect. 3. ſimul cum teſtimoniis Ariſtotelis. Colligitur manifeſtè ex S. Thoma in præſenti art. 3. ad 4. & 5. & ſupra q. 14. art. 8. Vniuerſaliter autem ex aliis plurimis locis, in quibus de quacunque libertate etiam creata docet, non determinari totaliter per iudicium intellectus: quæ ponderauimus tomo præced. de Sciētia Dei in dicta quæſtione 54. ſect. 4. Multa videri poſſunt apud Capreolum 3. diſt. 36. q. 1. toto fere art. 3. & lib. 2. diſt. 39. ad argumenta contra 2. concluſionem, & lib. 1. diſt. 45. propius ad fin. quàm ad med. in ſolutione 4. & 5. argumenti contra tertiam concluſionem, vbi docet apertè, quod intendimus probare.

Colligitur ex D. Thom.

9. Denique de libertate generaliter idem ſentiunt omnes Scholaſtici. Singulorum teſtimonia reperies in eodem tomo præcedenti, eadémque diſp. 54. ſect. 4. & 5. Peculiariter autem de libertate Dei hoc docet Henricus 1. p. art. 36. q. 4. & art. 45. q. 3. & 4. & quodlibeto 8. q. 1. Durandus quoque 1. diſt. 45. q. 1. num. 7. notauit *diuinæ libertatis conditionem eſſe formaliter in voluntate.* Quibus concinunt plures Scholaſtici citati ſect. 4. ſub init.

10. *Prima ratio.*

Ratione probatur, primò quoniam creata voluntas non neceſſariò eligit, quod ſibi proponitur ab intellectu, quaſi melius hic & nunc, neque datur aliquod iudicium practicum intellectus antecedens liberam volitionem noſtram, ex quo iudicio neceſſariò conſequatur electio: ſicut probatum eſt in prædicta diſp. 54. præſertim ſect. 6. & 7. Quapropter neque in Deo dabitur neceſſaria conſecutio volitionis à ſcientia, per quam efficaciter amentur creaturæ.

11. *Secūda ratio.*

Probatur ſecundò, quoniam licèt voluntas creata neceſſario eligeret, quod ſibi per practicū dictamen intellectus proponitur vt melius; id tamen peculiari ratione abſurdiſſimum foret in Deo. Nàm in creaturis maneret aliqua, ſeu vera, ſeu apparens libertas eo quòd intellectus creatus potuiſſet aliud oppoſitum dictamē practicum elicere, ſiue ex imperio volūtatis, ſiue (vt Durandus, Paludanus & alij fingunt) ex propria ipſius intellectus indifferentia. At verò omne iudicium intellectus diuini, tam ſpeculatiuum quàm practicum (ſi rerum contingentiam antecedit) prorſus naturale, ac neceſſariū eſt: quippe quod ſemper adæquatur rerum veritati ſecundùm eſſe poſſibile, quæ veritas eſt ſimpliciter neceſſaria. Quod ſi, hoc iudicio poſito, neceſſariò ſequitur efficax volitio creandi mundum, illa non poteſt eſſe libera.

Omne intellectus diuini iudiciū, ſiue practicū ſiue ſpeculatiuū omnino naturale eſt.

12. *Confirmatio prima.*

Hoc fundamentum explicatur & confirmatur primò, quia nullum iudicium diuini intellectus eſt formaliter liberum, cùm de omnibus neceſſariò & euidenter iudicet, quod verum eſt, neque oppoſitum iudicare poſſit, imò neque vllus intellectus creatus eſt formaliter liber: vt aliis in locis tam in Philoſophia de anima, quàm in Thologia, tractari ſolet. Quamobrem ſi ex iudicio diuini intellectus neceſſariò ſequitur omnis volitio diuina; conſequens erit quamlibet volitionem Dei eſſe ſimpliciter neceſſariam.

Nullus intellectus formaliter liber.

13. *Confirmatio ſecunda.*

Confirmatur ſecundò, quia nullum iudicium diuini intellectus eſt liberum quaſi motum à libera voluntate Dei. Noſtrum enim iudicium poteſt hoc modo liberum eſſe, quoniam ſine euidentia & certitudine iudicamus, & quoniam poſſumus cogitationem auertere à quibuſdam rationibus, & aduertere ad alias: cæterum quando certò & euidenter, attentéque iudicamus aliquid eſſe verū, non poteſt voluntas humana iudicium illud mutare, nec efficere vt intellectus dictet oppoſitum. Sed diuinus intellectus nihil poteſt non cogitare euidenter, ac certò cum attentione ſumma; quamuis igitur imperaret voluntas; non poſſet intellectus diuinus mutare cognitionem. Quinetiam, ſi poſſet intellectus diuinus aliter de rebus iudicare propter imperium voluntatis, id non imperaret diuina voluntas; ne ſibi conſciſceret imperfectionem cognitionis, aut falſitatem, aut ignorantiam, aut inconſiderationem.

14. *Confirmatio tertia.*

Confirmatur tertiò, quoniam iudicium aliquod intellectus diuini liberum eſt extrinſeca denominatione proueniente ab obiectis liberè futuris; ſed hoc iudicium eſſentialiter ſupponit diuinam volitionem liberam, qua decreuit producere, aut permittere talem rem futuram. Quapropter hoc iudicium non determinat ad liberam volitionem Dei, ſed potius ab illa determinatur, tanquam ab obiecto & tanquam à cauſa contingentis obiecti.

15. *Confirmatio quarta.*

Confirmatur quartò, ſi enim, vt Durandus & Paludanus voluerunt, intellectus eſt formaliter indifferens; reſtat illi difficultas eadem, quæ voluntatis indifferētiæ ſolet opponi, videlicet, à quo determinetur intellectus indifferentia, vt dictet, creandum eſſe hunc mundum potius quā alium, & hoc tempore potius, quàm alio. Quapropter neceſſariò veniendum eſt ad aliquam facultatem, quæ ſe ipſam determinet, & non expectet determinationem alterius.

16. *Confirmatio quinta.*

Quintò. Si iudicium diuini intellectus eſt liberum propter liberam motionem voluntatis: peto, quodnam iudicium intellectus determinauerit Dei voluntatem ad illam priorem motionem liberam, quæ liberum iudicium præceſſit? Nam, aut infinitus proceſſus erit inter motiones voluntatis & iudicia diuina, quæ voluntatem determinant ad illas motiones: aut neceſſariò veniendum erit ad aliquam volitionem primam, quæ libera ſit, quamuis non præſupponat iudicium intellectus liberum, ſed merè neceſſarium & naturale.

17. *Sexta confirmatio.*

Confirmatur ſextò, quia circa mundi creationem duo tantùm practica dictamina ſunt in

diuina

Primum circa mundi creationem diuinum dictamen.

diuina ſapientia. Primum eſt. Mundi prodnctionem eſſe poſſibilem atque conſentaneam bonitati diuinæ: prætereáque neceſſariam eſſe; ſi Deus conſequi velit finem plenioris oſtenſionis ſuorum attributorum; nihil tamen dictando de abſoluta fututitione mundi. Iudicium igitur iſtud ea omni parte neceſſarium eſt, proptereáque pertinet ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ: quod aliunde nullam omnino neceſſitatem affert volendi producere mundum, niſi poſt quam illi ſuperuenit intentio libera, qua Deus decreuerit talem communicationem ſuæ bonitatis, ac talem oſtenſionem ſuorum attributorum.

18 *Secundū dictamen.*

Secundum verò dictamen practicum diuini intellectus eſt, quo iudicat mundum eſſe de facto producendum: hoc autem ſupponit iam conſtitutum decretum liberum creandi mundum, & ab illo decreto determinatur dictamen, tanquam ab obiecto: quare dictamen iſtud ſecundum non poteſt determinare ad liberum decretum creandi mundum. Quod ſi tertium dictamen practicum fingas, quo iudicet intellectus, mundum eſſe neceſſarium ad Dei fœlicitatem, vel ad aliquod incrementum illius, & ideo neceſſariò volendum & producendum: illud iudicium erit falſum & repugnans diuinæ ſapientiæ.

Aliud tertium dictamen fictitiū eſt.

19. *Nonnullorū euaſio.*

Authores nonnulli reſpondent, iudicium diuini intellectus abſolutè neceſſarium eſſe, creaturarúmque volitionem in Deo neceſſariò ſequi ex illo iudicio: nihilominus eſſe liberam volitionem Dei, quoniam in ſenſu diuiſo potuit non velle Deus: quamuis in ſenſu compoſito cum illo iudicio, non potuerit non velle.

20. *Reijcitur. Suppoſitio antecedens, quæ infallibiliter conſequens infert, libertatē penitus euellit.*

Hæc ſolutio refutatur, quoties enim ſuppoſitio ſimpliciter eſt neceſſaria, nullóque modo libera; ſimúlque conſecutio rei ex illa ſuppoſitione, ſimpliciter eſt neceſſaria: toties conſequens eſt etiam ſimpliciter neceſſarium: perinde vt neceſſarium eſt hominem eſſe riſibilem; quoniam eſt neceſſarium hominem eſſe diſcurſiuum; riſibilitas autem neceſſariò ſequitur ex diſcurſu.

21.

Confirmatur primò, quoniam ſuppoſitio, videlicet, iudicium diuini intellectus, non potuit non eſſe: deinde conſecutio creatiuæ volitionis ex illa ſuppoſitione, non potuit non eſſe (iuxta prædictos Authores) ergo creatiua volitio non potuit non eſſe. Cuius argumenti robur fuſius ponderauimus tomo præceden. de Scientia Dei diſp. 33. & 34.

22. *Ad libertatem ſatis nō eſt, voluntatē eſſe indifferentem, ſecluſo iudicio practico.*

Confirmatur ſecundò, quoniam vt voluntas diuina ſit libera, non eſt ſatis eam eſſe indifferentem, præciſa intellectione, quæ proponit obiectum volibile. Nam & brutorum appetitus, præciſa cognitione phantaſiæ & æſtimatiuæ ſentientis famem: & proponentis cibum vt conuenientem, indifferens eſt ad amandum aut non amandum, ſed repudiandum cibum.

23. *Libertatis quidditas.*

Tertiò, quoniam de eſſentia libertatis eſt, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, poſſe operari & non operari: vnum autem ex requiſitis eſt cognitio, proponens obiectum voluntati. Antecedens probatum eſt authoritate Philoſophorum & Theologorum communiter ita exiſtimantium, atque validis rationibus in eodem tomo præcedenti diſp. 50. ſect. 3. 4. & 5.

24. *Poſſent dici Beati liberè videre Deū.*

Confirmatur quartò, quia (iuxta prædictam ſolutionem) non eſt maior libertas Dei, vt velit creare mundum, ſuppoſita cognitione mundi; quàm libertas hominis videntis Deum, vt ſuppoſita clara viſione, diligat Deum: Sicut enim Beatus præciſa viſione Dei & in ſenſu diuiſo poteſt non amare Deum, quem tamen non poteſt non amare ſuppoſita viſione clara, & in ſenſu compoſito cum illa: Sic etiam (apud hos Authores) diuina voluntas, præciſa ſcientia proponente bonitatem mundi, poteſt illum efficaciter non amare; quem tamen non poteſt non amare efficaciter, ſuppoſita prædicta ſcientia, & in ſenſu compoſito cum illa.

Ad fundamentum contrariæ ſentētiæ reſpondetur, diſtinguendo cauſarum determinationem duplicem, intrinſecam & extrinſecam. Omnes enim cauſæ naturaliter operantes, ab intrinſeco determinatæ ſunt ad operandum, poſitis omnibus requiſitis: nihilominus ab extrinſeco ſunt indifferentes & indeterminatæ, poſſunt enim non operari, quoniā poteſt illis deficere aliquod ex requiſitis ad operandū: ad hoc tamen etiā in eo caſu determinantur ab intrinſeco, vt non operentur. 25.

Cōtrariæ ſententiæ fundamentum diluitur. Omnes cauſæ naturales, ab intrinſeco determinatæ, ab extrinſeco indifferentes.

Extrinſecum verò determinans, vt iſtæ cauſæ operentur, eſt ea res, quæ tribuit illis vltimum requiſitum ad operandum: ſicut extrinſecum determinans ad non operandū eſt impedimentum, auferens aliquid requiſitum. Cæterum cauſa libera eſt ab intrinſeco & quidditatiuè indifferēs, & indeterminata, habens eſſentialiter vim, & poteſtatem determinandi ſe ipſam, nec indigens alio determinante; vt fusè probatum eſt tomo præcedenti dicta diſp. 50. ſect. 1. & 2. 26.

Cauſa libera ab intrinſeco indifferens.

SECTIO VII.

Vtrùm contingentia poſſit in diuinam voluntatem cadere.

OCcaſionem huic dubio præbet ea, quæ præcedentibus ſectionibus probata fuit, indifferentia diuinæ libertatis: quia contingens ad vtrumlibet eſt illud, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe: cum igitur Deus poſſit velle creare mundum, & poſſit hoc non velle, talis volitio creandi potuit eſſe, potuitque non eſſe. Quapropter contingenter Deus voluiſſe videtur creare mundum, & fuiſſe contingentem illius cauſam. 1.

Ratio dubitationis.

Confirmatur, quia contingens ſpecialiter ſumptum eſt illud, quod neque neceſſarium eſt, neque impoſſibile: vt cum Ariſtotele lib. 1. Priorum cap. 3. ſentiunt omnes eius expoſitores, & cæteri dialectici. Sed volitio creandi mundum & ipſa creatio, nec fuit neceſſaria, nec impoſſibilis: ergo fuit contingens. 2.

Quid ſit eſſe contingens.

Propter hæc, voluntatem diuinam eſſe contingentem cauſam creaturarum, & primam omnium contingentium, exiſtimarunt graues Authores, vt Scotus 1. ſent. diſt. 8 §. *ad argumenta pro opinione*, verſ. *& cum dicis*, ac diſt. 39. quæſt. vnica, §. *iuxta prædicta*, versùs finem, & diſt. 45. q. vnica, corpor. in fine, Gregorius valde ex profeſſo lib. 1. ſent. diſt. 45. quæſt. vnica, conc. 7. colum. 6. & ſequentibus, Ochamus & Gabr. 1. diſt. 38. q. vnica, art. 3. dub. 6. fine, & diſt. 43. quæſt. 1. art. 3. Vaſq. 1. part. diſp. 79. num. 16. Bellarm. lib. 3. de libero arbit. cap. 17. ad 3. & 4. Salas 1. 2. tract. 3. diſp. 5. ſect. 7. num. 84. Quinetiam S. Thomas in præſenti quæſt. 19. art. 3. ad 4. & ad 5. admittit virtualiter & tacitè contingentiam ad vtrumlibet, quam in argumentis obiecerat; ſi quidem illi nullo modo contradicit, ſed tantum eam temperat, vt non defectu Dei, ſed defectu creaturarum, ſine quibus eſſe poterat diuina bonitas, ſit 3.

contin

contingens volitio creandi, potueritque non eſſe volirio creandi. Huic ſententiæ conſonat Capreolus 1. diſt. 38. q. 1. ad argumenta Aureoli contra 3. & 4. concluſ.

4. *Aptior loquendi modus.* Prædictus igitur modus loquendi non eſt omnino reiiciẽdus tam propter authoritatem, quam propter rationem ſupradictam. Cautior tamen & proprior eſt oppoſitus modus loquendi, negans eſſe contingentem volitionem diuinam, aut eſſe cauſam contingentem creaturarum. Sic Albert. 1. p. q. 79. mem. 2. art. 1. partic. 3. inter med. & fin. dicit diuinam voluntatẽ non eſſe contingentem cauſam, ſed neceſſariã effectuum cõtingentium. Idem docuit. Alex. 1. p. q. 23. mem. 3. art. 4. ad 3.

5. *Illi S. Thom. patrocinatur.* Magis apertè S. Thom. 1. diſt. 43. q. 2. art. 1. ad 4. docet, *non eſſe dicendum eſſe contingentem voluntatem, aut operationem Dei, quia contingentia mutabilitatem importat.* Idem exiſtimat Caiet. in præſenti q. 19. art. 3. & 8. Ferrarien. lib. 1. contra Gen. cap. 67. columna 7. & ſequentibus, cui conſonat cap. 81. & aliquibus ſequentibus. Bañez prima p. quæſt. 14. art. 13. dub. vlt. Aluarez de auxil. diſp. 27. Hunc modum loquendi magis probat Molina ſupra quæſt. 14. art. 13. diſp. 10. Suarez Metaphyſ. diſp. 30. ſect. 16. num. 43.

6. Ratio eſt, prima, quia *contingentis* nomen propriè ſonat caſum, quaſi fortuitum, qui præter intentionem euenit, & præter ſcientiam, & prouidentiam operantis. Secunda, quia contingentia propriè ſignificat talem indifferentiam ad eſſe, vel non eſſe, quæ ſubiecta ſit mutationi, ratione cuius, non modo ſemel exiſtere ſit contingens, ſed etiam in exiſtentia perſeuerare, vel ab exiſtendo deficere, ſit contingens. Sic enim Ariſtot. lib. 9. Metaphyſ. cap. 9. text. 17. parum à princip. dixit. *Quod eſt poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe: quod verò eſt poſſibile non eſſe, contingit non eſſe: quod autem contingit non eſſe, corruptibile eſt, aut ſimpliciter, aut hoc ipſum, quod dicitur contingere non eſſe, ſiue ſecundum locum, ſiue ſecundum quantum, ſiue ſecundum quale.*

7. *Quo ſenſu diuina volitio libera, poſſit appellari contingens?* Poterit autem Dei volitio vocari cõtingens & contingens cauſa, ſi declaretur eo nomine ſignificari dumtaxat, non eſſe neceſſarium, nec impoſſibile Deum velle creare mundum: melius tamen Dei volitio appellatur cauſa libera ſuperiórque qualibet contingentia; ſicut de ſcientia diuina diximus tomo præced. diſp. 21. ſect. 1.

8. Poſtremò notandum eſt contingentiam multò magis repugnare diuinæ volitioni, quam eius cauſalitati: proptereáque durius eſſe dicere Deũ contingenter voluiſſe creare mundum, quàm dicere volitionem Dei fuiſſe contingẽtem cauſam mundi: quoniã actualis cauſatio, ſiue productio mundi potuit nunquã eſſe, & aliquando tranſiuit de nõ eſſe ad eſſe; proptereáque poteſt extrinſecã denominationem contingentis cauſæ tribuere. Volitio tamen creandi mundũ nec vnquam tranſiuit de non eſſe ad eſſe, nec potuit non fuiſſe quantum ad totam ſuã entitatẽ & perfectionem: quamuis eadem manẽs potuerit eſſe volitio non creandi mundum, vt dicemus diſput. 11. & 13.

SECTIO VIII.

De potentia contradictionis, & ſubiecto libertatis.

1. *Prima difficultas.* DVæ proponuntur difficultates. Prima eſt, vtrùm diuina voluntas ſit potentia contradictionis, vel potentia ad oppoſita. Affirmant enim Scotus & Vaſquez locis citatis in ſect. præcedenti, & Valentia ſua q. 19. punct. 4. aſſer. 3. Fauet autem nonnihil S. Thomas in præſenti q. 19. art. 7. ad 4. Probant Authores illi, quia Deus prius natura quam velit, poteſt velle hanc creaturam, & poteſt illam non velle. Ferrarienſis autem lib. 1. contra Gent. cap. 82. aſſerit non phyſicam & realem, ſed logicam potentiam ad oppoſita diuinæ voluntati conuenire: logicam autem potentiam explicat eſſe non repugnantiam. *Potentiam volitiuã qui concedant in Deo.*

2. *Longe aliter Caiet.* Caietanus tandem in præſenti q. 19. art. 7. fine ſimpliciter negat potentiam contradictionis in voluntate diuina: probat autem, quoniam *omnis potentia contradictionis eſt cum mutabilitate aliqua, vt 9. Metaphyſ. habetur.* Potuit quidem Caietanus hanc ſententiam accipere ex lib. 9. Metaphyſ. præſertim textu 3. 4. & 10. Vbi tamen ab Ariſtotele non traditur expreſsè, verumtamen agitur de cauſa, ſeu potentia rationali & libera, quam in eo potiſſimum diſtinguit à potentia naturali, quoniam hæc eſt determinata ad vnum oppoſitorum, ſed potentia rationalis eſt indifferẽs ad oppoſita. His igitur in locis, vt demus Caietano mutabilitatem ab Ariſtotele fuiſſe poſitam in potentia contradictionis: facilis erit ſolutio, Philoſophum egiſſe tantùm de illa potentia, quæ poteſt aliquando eſſe ſine actu, & poteſt de potentia reduci ad actũ, qualis eſt ſola volũtas creata; minimè verò diuina. Quæ limitatio cõtinetur euidenter in ipſo diſcurſu Ariſtotelis locis citat.

3. *Ariſtoteles. Sic habet.* Probabilius autem eſt Caietanũ reſpexiſſe ad librum 9. Metaphyſ. c. 9. textu 17. parum à princ. vbi Ariſt. ait: *Omnis potentia ſimul contradictionis eſt. Quod enim non eſt poſſibile eſſe, non inerit alicui. Omne verò poſſibile contingit non agere. Quod igitur eſt poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe.* Vnde infert eſſe corruptibile ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundùm aliquod accidens, proot retulimus ſect. præcedenti. Verumtamen hic Ariſtoteles non agit peculiariter de potentia libera, ſed vniuerſaliter de qualibet potentia, quæ realiter & phyſicè potentia eſt non tantum ad producendum actum, ſed etiam ad recipiendum illum, vel ſaltẽ ad recipiendam aliquam perfectionem, aut imperfectionem defatigationis & laboris in ſuis operationibus. Vnde in eodem textu 17. prope fin. concludit: *Quare ſemper agit Sol & Stellæ, totúmque Cœlũ. Neque timendum ne quandoque ſtet: nõ enim fatigantur enim hoc facient, eo quod motus eis non eſt circa contradictionis potentiam, quemadmodum corruptibilibus; ita vt laborioſa eis ſit motus continuatio. Subſtantia enim & materia & potentia exiſtẽs non actu, huius cauſa eſt.* Agit ergo Philoſophus de naturali potentia cõtradictionis, quæ ratione materiæ capax eſt recipiendi formas oppoſitas, ſiue ſubſtantiales, ſiue accidentales; & eo modo dicit cœlum & ſolem non habere potentiam contradictionis.

4. *Quæ potẽtia mutabilis appellanda.* Quod ſi vrgeas non tam ex authoritate Philoſophi, quàm ex terminis ipſis, omnẽ potentiam ad oppoſita eſſe mutabilem, quia poteſt habere ſe taliter, & poteſt non ita ſe habere: ſolutio colligitur ex D. Thoma infra art. 7. ad 4. videlicet, illam potẽtiam ad oppoſita mutabilem eſſe, quæ poteſt alterũ oppoſitorũ poſtea recipere ex ſuppoſitione, quod prius receperit aliud oppoſitum. Cæterùm non eſt mutabilis potẽtia quæ ſimul ac ſemel vt extitit, fuit indifferẽs ad alterum oppoſitorũ accipiendum, qua ſuppoſitione facta, nunquã amplius fuit indifferẽs ad oppoſita recipiẽda.

Dico

5. *Prima concluſio.* Dico igitur primò. Diuina voluntas eſt quodammodo potentia contradictionis, ſiue potentia ad oppoſita, quatenus verè fuit ab æterno poſſibile mundum velle creare, nec minus poſſibile fuit non velle creare, ſed velle non creare. *Secunda concluſio.* Dico ſecundò. Propriè loquendo diuina voluntas non eſt potentia contradictionis, nec potentia ad oppoſita: quia non eſt realis potentia ad realiter producendam, vel realiter recipiendam volitionem; ſicut probatum fuit d. 2. ſect. 1. & 2. *Confirmatio.* Confirmatur, quia prioritas naturæ propriè dicta, non intercedit, niſi inter res diſtinctas ante opus intellectus: ac proinde non poteſt concedi inter Dei voluntatem & eius volitionem. Vnde ſoluitur ratio, cui nitũtur Authores primæ ſententiæ.

6. *Tertia concluſio.* Dico tertiò. Neque ſecũdùm rationem diuina voluntas eſt potentia contradictionis. Quamuis enim præſcindendo concipias diuinam voluntatem affectã ſolo amore neceſſario erga propriam bonitatem & omnes creaturas vt poſſibiles: & quamuis diuina voluntas, vt ſic præciſa, poſſit efficaciter velle creaturas producere, & poſſit velle non producere: adhuc tamẽ quælibet ex his volitionibus adfuit neceſſariò quoad totã ſuã intrinſecam & realẽ perfectionẽ; ita vt Deo nõ potuerit deeſſe niſi dumtaxat terminatio ad creaturas producẽdas, ſicut probandũ erit diſp. 11. 12. & 13.

Quocirca neque ſecundùm rationem Deus potuit non habere aliquam realem formalitatem, quam habuit ſecundùm illud reale totum, quod includit. *S. Thomas.* Rectè igitur S. Thom. lib. 1. cõtra Gent. c. 82. ante med. ſcribit: *Non oportet aliquam potentialitatem in diuina voluntate ponere.*

7. *Secunda difficultas.* Secunda difficultas ex præcedenti deciſione ſuboritur, eo quòd libertas formaliter non reperitur niſi in potentia volitiua. Sed in Deo nõ eſt potentia, vt probatũ eſt dicta diſp. 2. ſect. 1. Ergo non eſt in Deo formaliter libertas. Maior probatur, quoniam in actuali volitione libertas nõ inuenitur, niſi per extrinſecam denominationem à potentia volitiua, quæ potuit illam volitionem non elicere, ſicut potuit elicere; ſiue (vt alij malunt) libertas volitionis actualis eſt ordo realis ad potentiam, quæ potuit eam non elicere. Ratio eſt, quia volitio neceſſariò exiſtit ex ſuppoſitione, quod voluntas eam elicuerit: quapropter indifferentia libertatis, vt exiſtat vel non exiſtat volitio talis, in eo ſolùm conſiſtere poteſt, quod voluntatis potentia fuerit indifferens ad eam eliciendam vel non eliciendam.

8. *Libertatis diuinæ declaratio.* Reſpondeo. Libertas formaliter reperitur in poteſtate, quæ fuerit indifferens ad volendum & non volendum. Hæc autem poteſtas, licèt in creaturis ſit realis potentia, realiter productiua, & realiter receptiua volitionis ſuæ; non ita ſe habet in Deo, cui ſolummodo conuenit verè ac realiter potuiſſe velle non creare mundum, ſicut potuit velle creare, & de facto voluit. Talis enim poteſtas realiter Deo competit, vt oſtendimus dicta diſp. 2. ſect. 1. aſſert. 2.

9. *Alij aliter libertatem exponunt.* Aliter reſpondent alij Theologi, Dei libertatẽ non eſſe in ordine ad actus ſeu volitiones ſuas, ſed tantum in ordine ad obiecta creata: quemadmodum Suarez Metaphyſ. diſp. 30. ſect. 16. n. 34. Quibus negare non poſſumus, quin indifferentię vis clarior eluceat in obiectis creatis, quæ ſimpliciter poſſunt non eſſe, poſſuntque non produci à Deo; cæterùm quoniam huius indifferentiæ cauſa efficiens, & adæquata radix eſt, quia Deus potuit non velle creare, potuitque velle creare; conſequens eſt, vt quemadmodum in ordine ad conſtruendam domum, vel quodlibet aliud opus exterius humana libertas nõ conſiſtit niſi ſecundariò, tanquam in ordine ad exteriorem effectum & obiectum volitionis liberæ: ſic etiam in ordine ad obiecta creata diuina libertas non conſiſtat niſi ſecundariò propter primariam libertatem, quæ conſiſtit in poſſibilitate volendi, & non volendi producere creaturas.

Confirmatur, quia prædictus modus loquendi neceſſariò cohæret cum alia ſententia, quæ putat, intra Deum nihil reale diuinũmque dari, virtute cuius neceſſariò ſequatur, vt creaturæ producantur, ita vt tota determinatio ad creaturas producendas ſit totaliter extra Deum in tempore, nullâque determinatio ſit intra Deum ab æterno. Quod eſſe falſum, oſtendemus diſp. 11. 12. & 13. 10. *Cui ſententia cohæreat modus hic dicendi.*

Concedendum eſt igitur, libertatem Dei eſſe primariò & formaliter in ordine ad volitiones diuinas, quæ verſantur circa creaturas: ea tamen legẽ, vt quoad ſuam realem perfectionem non potuerint defuiſſe Deo, cui tamen potuerunt defuiſſe quoad terminationem ad obiecta creata, prout fuſiùs explicabitur dicta diſput. 11. 12. & 13. 11.

DISPVTATIO VIII.

Quam magna ſit diuina libertas, quæ non minuatur admixta neceſſitate quadam, aut impoſſibilitate.

SECTIO I.

Poſſibilitas peccandi non pertinet ad eſſentiam libertatis.

HVius dogmatis propugnationem exigunt plurima teſtimonia Patrum, qui contra Simonem Magum, contra Marcionem, aut alios hæreticos docent, fuiſſe melius homini permittere liberam poteſtatem peccandi, ne libero priuaretur arbitrio: atque ex eo quod homo fuerit libero arbitrio præditus, inferunt, illum potuiſſe peccare. Quinetiam eo vſque progrediuntur, vt aſſerere videantur, non potuiſſe Deum impedire peccatum hominis, ſaluo libero arbitrio. 1.

Sic Petrus apud Clementem lib. 3. Recognitionum propius ad princ. quàm ad med. Simoni Mago ſciſcitanti reſpondit: *Arbitrij poteſtas eſt ſenſus animæ, habens virtutem, qua poſſit ad quos velit actus inclinari.* Contextus autem agit de malis ſimul & bonis actibus. Vnde paulò inferius obiicienti Simoni: *Nonne poterat nos omnes facere tales, vt eſſemus boni, & aliud eſſe non poſſemus: Petrus reſpondet: Si nos inconuertibiles natura feciſſet, & immobiles à bono: non eſſemus verè boni, quia aliud eſſe non poſſemus, & non erat noſtri propoſiti quod eramus boni: nec noſtrum erat quod agebamus, ſed neceſſitatis naturæ.* 2. *Petrus apud Clementem.*

Ipſe verò Clemens Roman. epiſt. 3. de officio Sacerdotis & Clericorum, col. 4. nõ aliter exiſtimauit, cum ait: *Si quis ſanè audiens ſermonem veri Prophetæ, velit recipere, aut volit amplecti eius onus (id eſt, mandata vitæ) habet in ſua poteſtate: liberi enim ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea, iam non haberent in poteſtate aliud facere quam audierant; viuerat quadam natura, per quam liberum* 3. *Clemens.*

iam

tam non eſſet ad alteram migrare ſententiam: aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnino reciperet; hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum eſt animo, in quam velit partem declinare iudicium ſuum, & quam probauerit eligere viam: conſtat euidenter ineſſe hominibus arbitrij libertatem.

4. Irenæus lib. 4. cap. 72. initio: *Si naturaliter*, inquit, *quidam boni, quidam verò mali facti fuiſſent; neque hi laudabiles eſſent, quia boni ſunt, tales enim facti fuerant: ſed neque illi vituperabiles, & ipſi enim tales fuerant inſtituti. Sed quoniam omnes eiuſdem ſunt naturæ potentes retinere & operari bonum, & potentes rurſus amittere id, & non facere; iuſtè laudantur alij, alij verò accuſantur.* Poſt med. autem eiuſdem capitis 72. refert obiectionem hæretici dicentis: *Oportebat eum, neque Angelos tales feciſſe, vt poſſent transgredi, neque homines, qui ſtatim ingrati exiſterent in eum.* Reſpondet autem huius rationem fuiſſe; *Quoniam rationabiles & examinatores facti ſunt non quemadmodum irrationabilia, quæ ſua voluntate nihil poſſunt agere; ſed cum neceſſitate & vi ad bonum trahuntur.* Totúmque caput illud atque præcedens videtur in hac ſententia probanda verſari.

5. Iuſtinus apologia 1. ad Senatum prope med. *Eſt autem*, ait, *genitarum omnium rerum hæc natura, vt virtutis & vitij capaces ſint. Nulla enim laude quicquam eſſet dignum, niſi eſſet ad vtrumlibet flexibile.* Ruſus in apologia 2. ad Imperatorem Antoninum paulò poſt med. *Hominem*, inquit, *longè alia, quam arbores & quadrupedes, diſcernendi, eligendíque facultate carentes, conditione creauit Deus. Alioqui nullam laudem mereri potuiſſet, ſi non ſponte virtutem prætuliſſet vitio, ſed vt virtute natus.* Probat autem Dei verbis ad hominem: *Ecce ante faciem tuam bonum & malum, tu bonum eligito.* aliiſque ſimilibus Scripturæ teſtimoniis.

6. *Athenagoras* Similiter autem Iuſtini contemporaneus Athenagoras in alia apologia ad eundem Imperatorem Antonin. ait: *Liberi arbitrij ipſis quoque* (videlicet Angelis) *in vtramque partem voluntatem conſtituerat Deus: ſicut & in hominibus liberam & prauitatis & virtutis deligendæ poteſtatem cernere eſt.*

7. Baſilius homil. 9. *Quod Deus non eſt author malorum*, paulò poſt med. *Vnde autem omnino mali capax eſt?* inquit, *Quoniam libero facta eſt arbitrio, quod creaturæ rationis participi maximè conueniebat. Soluta enim hac omni neceſſitate, & vitam in ſua poteſtate conſtitutam ex Deo accipiens, propterea quod ad eius imaginem creata eſt, poteſtatem habet in ſpiritualium fruitione manendi: habet autem & à bono deflectendi quandoque facultatem.*

8. Athanaſius orat. contra Gentes, ſiue contra idola col. 4. de humana mente ſic loquitur: *Res nihili, eáſque veras ac ſolidas arbitrata eſſentias, iis ad ſuas voluptates abutitur ideo quod libera ſit & ſui arbitrij. Poteſt enim vt ad bona ſe inclinare, ita bona quoque auerſari.* Perpende cauſalem *ideo.* Quam libertatis indifferentiam ad bonum & malum ſequenti contextu magis explicat.

9. Gregor. Nyſſen. Oratione de mortuis multò propius ad med. quàm ad fin. *Inconſideratius*, inquit, *forſaſſe rem expendentibus videretur vtile vt à malo diſcederemus inuiti, coactique ad bonum reuerteremur. At humanæ naturæ effectori inutile viſum eſt atque iniquum, vt ob eam diſpoſitionem naturæ maximi boni iacturam faceret. Nam cùm Deo ſimilis, beatúſque ea re eſſet homo, quod libera præditus erat voluntate: ſi neceſſitate illum, & vi ad aliquid impuliſſet, ea ſpoliaſſet ipſum dignitate.* Aliiſque verbis eadem ſententia magis explicata, ſubiungit: *Quamobrem vt ſimul & humanæ naturæ relinqueretur dignitas liberæ voluntatis & ipſum auferretur malum, hanc diuina ſapientia rationem excogitauit, vt in iis hominem eſſe ſineret, quæ ſibi ipſe elegiſſet, quo guſtatis malis, &c.*

10. Eandem ſententiam de neceſſitate permittendi peccatum, vt ſeruaretur liberum arbitrium, tradit Nyſſenus orat. Catechet. cap. 5. in poſteriori parte illius diffusè: breuius autem cap. 31. initio proponens & refutans obiectionem: *Dicunt*, ait; *Deum poſſe, ſi velit, eos etiam qui reſiſtunt, neceſſario compellendo attrahere ad ſuſcipiendam prædicationem. Vbi eſt ergò in eis liberum arbitrium? Vbi eſt virtus?*

11. *Nyſſenus.* Omnes iſti Patres ſupponere videntur, impoſſibile fuiſſe determinare homines ad bonum ſublata poteſtate peccandi; niſi liberum eis arbitrium adimeretur, aut ligaretur abſoluta neceſſitate. *Methodius.* Methodius in eo fragmento, quod contra Origenem refert Epiphanius hæreſi 64. ante medium fragmenti, quæſtionem ita proponit: *Quomodo liberum arbitrium habere in hoc mundo appareat.* Reſpondet autem: *In nobis enim ſitum eſt, credere & non credere, in nobis rectè facere & peccare.* Et poſt med. eiuſdem fragmenti: *Ego in medio mali ac boni conſtitutus, velut libero arbitrio præditus. vt in me eſſet eligere quod volo.*

12. Epiphanius autem hæreſi 16. poſt med. *Omnibus*, inquit, *eſt manifeſtum, ac minimè ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus, per ſe ipſum locutus: Si volueritis, & nolueritis.* *Iſaia 1.* *Quare circa hominem eſt bona operari, & malas res appetere.* *Origenes.* Origenes lib. 1. Periarchon. capit. 1. à med. ait: *Eſt illud definitum in Eccleſiaſtica prædicatione omnem animam rationabilem eſſe liberi arbitrij & voluntatis.* Et poſt pauca: *Vnde & conſequens eſt intelligere non nos neceſſitati eſſe ſubiectos, vt omnimodo, etiam ſi nolimus, vel mala vel bona agere cogamur.*

13. Euſebius Cæſarien. Demonſtration. Euang. lib. 4. cap. 6. prope finem. *Hominem*, ait, *liberum, & ſua ipſius poteſtatis dimiſit, qua & ad boni contrarium ferri poſſet.*

Senior Maccharius. Maccharius Senior Ægyptius homil. 15. prope med. *Quemadmodum*, inquit, *Deus ſui iuris eſt, & quod vult facit: ſic & tu tui iuris es, & mutabilis naturæ. Itaque ſi perire libeat, ſi velis blaſphemare, venena conficere, hominem occidere: nemo tibi repugnare poteſt.*

14. Damaſcenus lib. 2. fidei cap. 12. prope med. *Poteſtatem*, inquit, *habet & manendi & proficiendi in bono diuina cooperante gratia; identidem & mutari ex bono, & in malum prolabi, Deo id permittente, propter liberam ipſius poteſtatem. Nam non virtus eſt quod violentia ſit factum.* Sunt in eadem ſententia Moyſes Barcepha Syrus commentario de Paradiſo parte 1. capit. 8. à medio & Philo Carpathiorum Epiſcop. in catena, ad illud; *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* *Moyſes, Barcepha. Philo, Carpath.*

15. *Hieronymus.* Eandem doctrinam legimus apud Latinos Patres: Hieronymus enim ad Philemonem in commentario ad illa verba: *Sine conſilio autem tuo nihil volui facere.* Sic ſcribit: *Hoc quod à pleriſque ſæpiſſime retractatur, quare Deus hominem faciens, non eum bonum rectúmque condiderit: de præſenti loco ſolui poteſt. Si enim Deus voluntariè & non ex neceſſitate bonus eſt, debuit hominem, faciens ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, facere, hoc eſt, vt ipſe voluntariè, & non ex neceſſitate bonus eſſet. Qui autem aſſerunt, ita eum debuiſſe fieri, vt malum recipere non poſſet, hoc dicunt: Talis debuit fieri, qui neceſſitate bonus eſſet & non voluntate. Quod ſi talis fuiſſet effectus, qui bonum non voluntate, ſed neceſſitate perficeret, non eſſet Deo ſimilis, qui ideo bonus eſt, quia vult, non quia cogitur.* Fuſius autem inſiſtit in eiuſdem ſententiæ declaratione.

16. Idē Hieronymus epiſt. 146. ad Damaſum prope finem ait: *Solus Deus eſt, in quem peccatum non cadit: cætera cùm ſint liberi arbitrij, iuxta quod homo ad imaginem Dei factus eſt, in vtramque partem poſſunt ſuam flectere voluntatem.* Probat autem, quia *ſydera non ſunt munda in conſpectu eius; & in Angelis ſuis reperit prauitatem.* Iob. 15. & Pſal. 14. *Non iuſtificabitur in conſpectu suo omnis viuens.*

17. Rurſus lib. 3. contra Pelagianos longè poſt med. docet, *In noſtra poſitum eſſe poteſtate, vel peccare vel non peccare, & vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, vt liberum ſeruetur arbitrium.*

Auguſt. Atque lib. 2. aduerſus Iouinianum col. 3. vel 4. dicit: *liberi arbitrij nos condidit Deus. Nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur; alioquin vbi neceſſitas, nec corona eſt.* Quod teſtimoniū ſibi à Pelagio obiectum Auguſtinus referens in libro de natura & gratia cap. 65. commendat, & probat ſuæ doctrinæ non repugnare.

18. Atque iterum Auguſtinus lib. de vera religione cap. 14. in medio concludit ex præcedētibus probationibus: *Voluntate ergo peccatur. Et quoniā peccari non dubium eſt, nec hoc quidem dubitandum video, habere animas liberum arbitrium. Tales enim ſeruos ſuos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirent liberaliter. Quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruirent.*

19. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 5. refert illius calumniam, obijcientis, ſi Deus præнouit hominis peccatum, quare non impediuit. Reſpōdet autem cap. 6. rationem fuiſſe, ne libertas homini tolleretur. & ca. 7. ſub init. ait: *Si enim ſemel homini permiſerat arbitrij libertatem & poteſtatem; vtique fruēdas eas ex ipſa inſtitutionis authoritate permiſerat.* Et poſt pauca: *Quis enim hoc non præſtat ei, cui quid ſemel frui præſtat, vt pro animo & arbitrio ſuo fruatur? Igitur conſequens erat, vti Deus ſecederet à libertate ſemel cōceſſa homini, id eſt, contineret in ſemetipſo & præſcientiam & potentiam ſuam, per quas intercesſiſſe potuiſſet, quominus homo malè libertate ſua frui aggreſſus in periculum laberetur. Si enim interceſſiſſet, reſcidiſſet arbitrij libertatem, quam ratione & libertate permiſerat.*

20. Bernardus ſerm. 81. in Cant. prope med. *Non minus*, inquit, *ſimilem Verbo animam facit arbitrij libertas. Ex hac nempe ineſt illi inter bonum & malum, necnon inter vitam & mortem, ſed & nihilominus inter lucem & tenebras & cognitio iudicij & optio eligendi.* Similitérque tract. de gratia & libero arbit. poſt med. docet, *libertatem pugnare cum neceſſitate, quæ tollat indifferentiam tranſgrediendi, & non tranſgrediendi præcepta.*

21. *Prima concluſio.* Nihilominus prima concluſio certa & euidens eſt. Ad eſſentiam libertatis in communi non pertinet poſſibilitas peccandi. Hanc concluſionem perſpicuis verbis tradit, & ex profeſſo probat Anſel. toto ferè Dialogo de libero arbitrio, præſertim cap. 1. 13. & 14. *Demonſtratio concluſionis.* Demonſtratur autem, quoniam in Deo libertas eſt primariò & principaliter, tanquam in exemplari libertatis, ad cuius imaginem & ſimilitudinem inſtituta fuit hominum & Angelorum libertas; vt fatentur Patres in eiſdem verbis quæ retulimus in obiectione præcedenti, & alij plures, quorum teſtimonia, rationéſque ponderauimus præcedent. diſput. 7. quatuor prioribus ſectionibus. Poſſibilitas autem peccandi repugnat diuinæ voluntati: vt oſtendemus diſput. 26. Igitur ad eſſentiam libertatis non pertinet poſſibilitas peccandi. Conſequenter autem non pertinet ad eſſentiam liberi arbitrij. Quoniam ſine libero arbitrio non eſt poſſibilis libertas. Liberum enim arbitrium eſt potentia, quæ, duce ratione, poteſt eligere, quod maluerit ex obiectis ſibi propoſitis.

Confirmatio Confirmatur, quia maior eſt libertas Dei, quàm ſi peccare potuiſſet; ideóque peccandi poſſibilitas abeſt tantum ab eſſentia libertatis, vt eam potius minuat, quàm conſtituat.

22. *Secunda cōcluſio.* Secunda concluſio. Ad eſſentiam libertatis creatæ, pertinet intrinſeca poſſibilitas peccandi: pertinet autem non tamquam eſſentia, nec tamquam pars eſſentiæ, ſed tamquam defectus conſequens libertatem, eo quòd creata & imperfecta ſit. *De quo intelligenda præſens concluſio.* Notandum eſt præſentem concluſionem agere de intrinſeca poſſibilitate peccandi: nam ab extrinſeco poteſt impediri, vel potius ſanari & corroborari per ſupernaturalia dona gratiæ & gloriæ: ſicut in beatis manet libertas circa bonum, abſque poſſibilitate peccandi; manet tamen intrinſeca poſſibilitas peccandi, quæ niſi prædictis donis contineretur, prodere poſſet in actum. Ita docent communiter Patres, quando notant, creaturam, eo ipſo, quod ex nihilo facta ſit, poſſe deficere à vera entitate, quod eſt bonum, ad nihil quod eſt peccatum, & quia non eſt prima regula poſſe deficere à regula: propteréaque peccatum procedere à cauſa, non prout eſt efficiens, ſed prout eſt deficiens. Quorum teſtimonia referemus diſp. 28. ſect. 2. Videri poteſt Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 27.

23. Ex vtraque concluſione colligitur verus & genuinus intellectus ad citata teſtimonia Patrum, cætcráque ſimilia, qui tribus propoſitionibus continetur.

Prima propoſitio: prorſus impoſſibile eſt hominem creari ſuapte natura impeccabilem, ſalua eius libertate. Prima. Saluo libero arbitrio, ſaluáque libertate, ſimpliciter impoſſibile fuit hominem fieri ſuapte natura impeccabilem, Quia libertas hominis eſſe non poteſt increata, ſed creata; libertatem verò creatam ab intrinſeco ſequitur eſſe defectus, vt concluſione præcedenti dictum fuit. Vnde neque poterat ſalua relinqui eſſentia hominis vel Angeli; ſi per impoſſibile produceretur impeccabilis ab intrinſeco: foret enim Deus & non creatura.

24. *2. Propoſitio: impoſſibile eſſet hominis meritum, aut demeritum eiuſmodi homine.* Secunda propoſitio ſequitur ex prima, videlicet, non fuiſſe poſſibilem homini virtutem aut meritum, neque peccatum aut demeritum; ſi non crearetur homo cum prædicta poſſibilitate peccandi, quæ ſibi intrinſeca eſt. *Tertia propoſitio.* Tertiam etiam propoſitionē intendunt aliqua teſtimonia citata, videlicet, de potentia ordinaria non potuiſſe hominem

Digitized by Google

hominent produci abſque poſſibilitate peccandi ſoluta & expedita. Quoniam non expediebat hominem in patria comprehenſorem produci, ſed in via, per quam tenderet ad patriam. At in via de lege ordinaria non datur tam perfecta dona gratiæ, quibus acceptis, ſit impoſſibile peccare: quamuis dentur talia, quibus viatores poſſint non peccare.

25. *Difficilis Hieron. locus elucidatur.*

Ex hac generali Patrum expoſitione deducitur ſpecialis intellectus ad difficiliorem locum Hieronymi epiſtola ad Philemonem in commentario ad illud: *Sine conſilio, &c.* quod ſupra retulimus. Mens igitur illius hæc eſt. Si produceretur homo talis, vt ab intrinſeco & ſuapte natura non poſſet malum recipere: ſequeretur eo ipſo carere libero arbitrio, quemadmodum probatum eſt nuper, ideóque neceſſitate bonus eſſet, non voluntate; conſequentérque careret imagine Dei ac ſimilitudine, quæ conſiſtit in arbitrij libertate. Sed libertas Dei quoniam eſt perfectiſſima & prima regula, peccare non poteſt; quælibet autem iſtius libertatis imago, quoniam fit ex nihilo, peccare poteſt, quantum eſt ex ſua natura.

SECTIO II.

Maior eſt libertas Dei, quàm ſi peccare potuiſſet.

1. *Diſtinctio extenſionis & intenſionis libertatis.*

ALiqui Theologi diſtinguendum exiſtimant, atque dicendum, extenſiuè maiorem eſſe libertatem creatæ voluntatis, quoniam peccare poteſt: minorem vero libertatem increatæ voluntatis, quoniam peccare non poteſt; quamuis intenſiuè ſit hæc infinitè maior quam illa. Ita Suarez in opuſc. 4. de libertate diuina, diſput. 2. ſect. 1. fine. Vaſquez autem ad præſentem quæſt. 19. art. 10. in eius commentario.

2. *S. Thomas.*

Probant, quia poſſe peccare pars libertatis, & verè libertas quædam eſt ex D. Thoma præſenti q. 19 art. 10. ad primum, vbi ait: *Hieronymus videtur excludere à Deo liberum arbitrium, non ſimpliciter, ſed ſolum quantum ad hoc, quod eſt deflecti in peccatum.* Verumtamen intentio Sancti Doctoris non fuit excludi liberum arbitrium, quantum ad aliquam partem libertatis, ſed quantum ad defectum qui ſignificatur illo verbo *deflecti in peccatum.* Quæ declaratio conſtat ex eodem infra q. 62. artic. 8. ad 3. vt referemus infra probatione quinta.

3.

Præterea ſuam ſententiam authores prædicti confirmant authoritate Damaſceni lib. 2. de fide cap. 27. Cæterum ex eo loco nihil amplius colligi poteſt, quam ideo peccare poſſe libertatem creatam, quoniam eſt ex nihilo producta: nihilominus libertatem ex eo præciſè prouenire, quod perſona ſit rationalis & intellectu prædicta.

Clarius fauere viderentur huic ſententiæ Patres, quos retulimus, & explicuimus ſectione præcedenti: ſed illorum mentionem nullam faciunt illius authores.

4. *Tam extenſiuè, quam intenſiuè maior eſt libertas Dei, quã ſi peccare poſſet.*

Sit igitur vnica concluſio. Tam extẽſiuè, quam intenſiuè maior eſt libertas Dei, quam ſi peccare potuiſſet.

Probatur primum ex Auguſtino, nam Enchirid. cap. 15. de beatitudinis ſtatu tractans ait: *Poſtea verò ſic erit, vt male velle non poſſit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippè liberum erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato.* Quę verba recipiunt Magiſter & Scholaſtici libro 2. ſent. diſt. 7.

Prima probatio ex Auguſt.

Idem lib. 22. de Ciuitate cap. 30. prope med. *Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe liberum erit à delectatione peccandi, vſque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. Nam primum liberum arbitrium, quod homini datum eſt, quando primum creatus eſt rectus, potuit non peccare, ſed potuit & peccare: hoc autem nouiſſimum eo potentius erit, quo peccare non poterit.* Eandémque ſententiam inferius ſemel & iterum repetit.

5. *Secunda ex Anſel.*

Secundò probatur ex Anſelmo (cuius ſententiam recipiunt communiter Scholaſtici locis infra citandis) nam in Dialogo de libero arbitrio cap. 1. poſt med. ait: *Quoniam liberum arbitrium diuinum & bonorum Angelorum peccare non poteſt; non pertinet ad diffinitionem libertatis arbitrij poſſe peccare. Denique nec libertas, nec pars libertatis eſt peccandi poteſtas.* Quod ita confirmat poſt pauca: *Qui ſic habet quod decet & quod expedit, vt hoc amittere nequeat, liberior eſt, quam ille, qui ſic habet hoc ipſum, vt poſſit perdere, & ad hoc quod dedecet & non expedit, valeat adduci.* Ac tandem ita demõſtrat, poteſtatem peccandi nec eſſe libertatem, nec partem libertatis, quia pars addita non minuit, ſed auget totum, cuius eſt pars: ſublata verò minuit idem totum. E contrario tamen addita poteſtas peccandi, libertatem minuit, auget verò ſublata. *An putas*, inquit, *quod additum minuit & ſublatum auget libertatem, id aut libertatem eſſe, aut partem libertatis? Non hoc putare poſſum. Poteſtas ergo peccandi, quæ addita voluntati minuit eius libertatem; & ſi dimdatur, auget: nec libertas eſt, nec pars libertatis.*

6. *Prima confirmatio. Auguſtinus.*

Hæc eadem ratio primò declaratur & corroboratur à ſimili; quoniam, vt Auguſtinus admonuit lib. 5. de Ciuitate cap. 10. *Neque poteſtas Dei minuitur, cùm dicitur, mori, fallique non poſſe: ſic enim hoc non poteſt, vt potius ſi poſſet, minoris eſſet vtique poteſtatis. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult: quod ſi accideret, nequaquam eſſet omnipotens. Unde quædam non poteſt, quia omnipotens eſt.*

Ex quo principio ſapienter Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap. 15. prope initium intulit: *Magna diuini Verbi potentia eſt non poſſe mentiri; quia non poteſt eſſe illic eſt, & non, ſed eſt eſt, non non.*

7. *Impoſſibilitas mentiendi, nulla ex parte libertatem diuinam minuit.*

Conſpirant in eodem dogmate communiter Patres, cùm docent, impoſſibilitatem mentiendi nulla prorſus ex parte minuere Dei poteſtatem, veluti Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 4. verſus fin. & cap. 8. circa med. Nazianzen. orat. 2. de Filio Dei, quæ eſt 4. de Theolog. prope med. Anſel. in Proſolog. cap. 7. & in commentar. epiſtolæ ad Timoth. ad illa verba capitis 2. *Negare ſe ipſum non poteſt.* S. Thomas ibidem in commentario, Magiſter & communiter Scholaſtici libro 1. ſententiarum diſtinct. 42. §. 2. & 3. Quorum omnium teſtimonia ponderabimus diſput. 30. ſect. 1.

8.

His ſuppoſitis, ſic argumentor. Propter ſupra dicta teſtimonia Patrum & Scholaſticorum, nemo Theologorum audebit concedere, quod omnipotentia Dei foret extenſiuè maior; ſi Deus

Neque eſſet extenſiuè maior Deo omnipotentia, ſi ſe poſſet destruere.

poſſet deſtruere ſe ipſum, vel negare, mentiendo, vel qualibet alia ratione reddere deteſtabilem, aut infœlicem, vel ſuam omnipotentiam deponere. Libertas ergo non foret extenſiuè maior; ſi Deus peccare potuiſſet. Conſequentia probatur, quia libertas quidditatiuè conſiſtit in poteſtate indifferenti ad vtramque partem contradictionis: quapropter ea pars, cuius non eſt propriè poteſtas, ſed potius impotentia, nullo modo libertatem auget. Quam rationem attigit Anſel. verbis ſupra citatis.

9. *Secūda confirmatio.*

Confirmatur ſecundò, quia ſicut omnipotentia dicit formaliter veram & realem potentiam; ideóque non eſſet extenſiuè maior, licèt adderetur ei, quæ fictè tantum appellatur potentia, ſed verè eſt impotentia (veluti mentiendi aut deſtruendi ſeipſum) ita libertas dicit veram & realem potentiam; ideóque non eſſet extenſiuè maior, licèt ei adderetur peccandi potentia, quæ potius eſt realiter & verè impotentia.

10. *Tertia confirmatio.*

Confirmatur tertiò, quia peccatum procedit à voluntate, nō quatenus eſt perfecta, & cauſa efficiens; ſed quatenus eſt deficiens & imperfecta (ſicut probatum fuit 1.2.q.75. art.2. dicemúſque diſp.28. ſect.1.) iuxta communem ſententiam Patrum & Scholaſticorum. Ergo poſſibilitas peccandi non eſt propriè potentia, ſed impotentia. Conſequentiæ bonitas probatur hoc principio per ſe noto. Potentia, quæ propriè potentia eſt, conſtituit cauſam perfectam & potentem efficere; quæ verò conſtituit imperfectam & non potentem efficere, ſed deficere à vera & perfecta efficientia; non eſt propriè potentia: ſicut Dionyſius ait cap.4. de diuin. nomin. non valdè procul à fine: *Non tamen efficientes ſunt malorum rationes atque facultates, ſed imbecillitas & infirmitas, &c.*

Dionyſius.

11. *Tertia probatio ex ratione.*

Tertia concluſionis probatio ſit, quoniam in diuina perfectione non poteſt alia extenſio conſiderari, niſi in ordine ad plura obiecta: ſed libertas Dei non extenderetur ad plura obiecta, licèt potuiſſet peccare; non igitur foret extenſiuè maior Dei libertas, licèt potuiſſet peccare. Probatur Minor, quia peccare ſicut non eſt obiectum potentiæ, ſed impotentiæ; ſimiliter non eſt obiectum libertatis, prout libertas eſt, ſed prout ad ſeruitutem poteſt deficere, & prout eſt capax & obnoxia ſeruituti. Etenim peccare ſeruitutem eſſe, veram autem libertatem in virtute iuſtitiáque conſiſtere, frequenter in nouo Teſtamento docemur, vt Ioan. 8. *Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Si Filius vos liberauerit,* verè liberi eſtis. 2. Petri 2. *Libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis; à quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.* 1. Petri 2. verſus finem. *Quaſi liberi, non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.* 2. Corinth. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* Quibus conſonant quæ ſcribit Apoſtolus ad Roman. 6. & ad Galatas cap. 5. & 6.

Ioannis 8.
2. Petri 2.
1. Petri 2.
2. Corinth. 3.

Plura de ſeruitute peccati & libertate iuſtitię reperies apud Bernardum lib. de gratia & libero arbit. colum. 3. & ſequentibus.

12. *Quarta probatio. Admixtione inuoluntarij, voluntarium minuitur.*

Quarta probatio vim accipit ex prædictis verbis Scripturæ, præſertim 2. Petri 2. quoniam inuoluntarium admixtum minuit libertatem, & auget ſeruitutem, cæteris paribus: ſed cuicunque peccato neceſſarium eſt inuoluntarium admiſceri: ergo quicumque peccare poteſt, eo ipſo poteſt habere diminutam libertatem & admixtam in voluntariam ſeruitutem: at verò qui non poteſt peccare, non poteſt habere prædictam diminutionem libertatis, per admixtam ſeruitutem: Maior probatur, quia de ratione libertatis eſt voluntarium; ideóque voluntario penitus ablato, libertas omnino tollitur. Ergo cæteris paribus, imminuto voluntario, minuetur etiam libertas; minuitur autem voluntarium admixtione inuoluntarij, ſicut frigus minuitur admixtione caloris.

Minor autem probatur, quia nemo intendens ad malum operatur, ſed intendens & amans aliquod bonum particulare, deuorat, & quaſi coactus tolerat malitiam, quam non poteſt ab illo particulari bono ſeparare; ergo cuicumque peccato neceſſarium eſt inuoluntarium admiſceri, deuorando malitiam, quam perditiſſimus quiſque vellet ab illo bono ſeparare ſi poſſet. Antecedens traditur à Dionyſio de diuinis nomin. cap.4. non valdè procul à fine dicente: *Malorum etiam omnium principium & finis eſt bonum. Boni enim cauſa ſunt omnia quæ bona ſunt, & quæ mala: quippe cum hæc quoque boni deſiderio agamus. Nemo enim propoſito ſibi malo facit, quæ facit.* Ex quo principio corollaria deducit ſequenti contextu. 13.

Dionyſius.

Confirmatur primò, libertas enim eſt indifferentia: minor eſt autem indifferentia voluntatis illius, quæ rapitur à ſuo affectu, quantumuis libero, deprimitúrque ad tolerandum malum, quod nollet tolerare, præoptarétque cauere: maior autem indifferentia foret, ſi ſe potenter contineret, ne toleraret vnquam tale malum. Confirmatur ſecundò, quia libertas eſt dominium: foret autem etiam extenſiuè dominium maius, quod etiam ſibi dominaretur, ne ſe ipſum dederet in miſeram ſeruitutem. 14.

Prima confirmatio.
Secunda confirmatio.

Quintam probationem à priori docuit S. Thomas infra q.62. artic.8. ad 3. dicens: *Quod liberum arbitrium diuerſa eligere poſſit, ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis: ſed quod eligat aliquid diuertendo ab ordine finis (quod eſt peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Vnde maior eſt libertas in Angelis, qui peccare non poſſunt; quam in nobis, qui peccare poſſumus.* 15.

Quinta probatio ex S. Thoma.

Cùm igitur impoſſibilitas peccandi ſupernaturaliter & accidentaliter perficiens libertatem Angelorum, eam reddit ſimpliciter maiorem libertate quæ poteſt peccare: multo potiori iure naturalis & eſſentialis impoſſibilitas peccandi perficiet libertatem, & eam reddet ſimpliciter maiorem alia libertate, quæ fingeretur poſſe velle quæcumque Deus poteſt velle, atque inſuper poſſe peccare.

Confirmatur vnanimi conſenſu Scholaſticorum, qui non diſtinguendo *intenſiuè* nec *extenſiuè*, ſimpliciter & abſque limitatione pronunciant eſſe maiorem libertatem. Quod enim Auguſtinus de futura beatitudine dixerat in Enchirid. capite 105. *Multo liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato*, recipitur à Magiſtro lib. 2. diſtinct. 25. Vbi S. Bonauent. part. 2. in expoſition. literæ, dub. 3. & articul. 1. q. 1. concludit, perfectiſſimam eſſe libertatem Dei, nec aliquam libertatis partem illi deeſſe, quamuis peccare non poſſit. 16.

Auguſtinus

Eadem

Eadem fere docent Alexand.2. part.q.74.mem.6.Albert.1.p.trac. 20.q.79.mem.1.Henric.par.2.artic.45.q.3. & 4. Scotus 1.diſt.10.q.1. poſt med.Duran.2.ſenten.diſt.25.q.3.

Sexta probatio.
Eò magis libertas minuitur, quo obiecti cognitio minor exiſtit.
Peccata committentes perfectiſſima carent cognitione.

17\. Sextò probatur, minuitur quippe libertas ratione minoris ac imperfectioris cognitionis, & ratione minùs perfectæ voluntatis: vt colligitur ex Ioan.8.*Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos:* & conſtabit, ſi pueros cum adultis, fœminas cum viris, homines cum Angelis conferamus, ſed qui peccare poſſunt, propterea ſic poſſunt deficere, quoniam carent perfectiſſima cognitione infiniti boni, plene ſatiantis appetitum, nec perfectiſſimam habent voluntatem. Ergo potentia peccandi quidditatiuè ſupponit minus perfectam libertatem. E contrario Deus quoniam perfectiſſima cognitione ſuę bonitatis plenè ſatiatur, ne prauum aliquid appetat: eo ipſo perfectiſſimè liber erit, eo vel maximè, quoniam eius voluntas eſt perfectiſſima.

18\. Obicies Bernardum lib.de gratia & libero arbit.colum.3. ſequentibúſque probantē, in omnibus ratione vtentibus æqualem eſſe libertatē, neque bonos eſſe liberiores, quam ſint mali. (Quam ſententiam ſequuntur aliqui Scholaſticorum 2.ſent.diſt.25.)ergo libertas Dei non eſt perfectior, quàm libertas hominis aut Angeli.

Eſſentialis perfectio libertatis, iuſto & peccatori æqualis eſt.

19\. Reſp. Ex contextu Bernardi manifeſtè conſtat, hanc fuiſſe mentem illius. Eſſentialis perfectio cuiuſque libertatis nihil minuitur ratione malitiæ, ita vt hominis praui libertas eſſentialis ei, non ſit minor, quàm libertas eſſentialis homini ſancto; licèt minor ſit, quam libertas eſſentialiter conueniens Angelis. Eadémque ratione libertas eſſentialis inferioribus Angelis eſt minor, quã libertas eſſentialis ſuperioribus & perfectioribus Angelis. Apertè tamen concedit Bernardus, accidentalem libertatem, quam appellat libertatem à peccato & à miſeria, minorem eſſe in hac vita, quam in Patria. Vnde manifeſtè ſequitur, Deo, cui eſſentialis eſt libertas à ſeruitute peccati & corruptionis, conuenire perfectiorem libertatem eſſentialem. Aliter reſpondent Alexander, Bonauent. & Duran. citati probatione 5.

SECTIO III.

Libertas quoad exercitium & ſpecificationem, ſimul cum abſoluta neceſſitate decernendi per volitionem poſitiuam de quocunque bono partem alteram contradictionis.

Dictum 1.

1\. AD maiorem explicationem diuinæ libertatis, dico primò. Diuina volitio eſt libera, non ſolùm quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpecificationem. Quoad exercitium quidem, quia ſicut decreuit producere Mundum, potuit non decernere producere Mundum. Quoad ſpecificationem verò, quia ſicut Deus decreuit vnionem hypoſtaticam & incarnationem, potuit illam non decernere: ſicut decreuit Angelos producere talis, aut talis ſpeciei, potuit illos non producere: ſicut decreuit homines ad gratiam & gloriam prædeſtinare, potuit eoſdem, quos prædeſtinat, reprobare, permittendo illorum peccata & finalem impœnitentiam. Quin etiam poſſibilitas & libertas decernendi non creare Mundum, aut non creare Michaēlē, eſt ſatis vt inſit Deo libertas quoad ſpecificationem: quia decretum non creandi Mundum, foret poſitiua volitio; ſicut decretum creandi Mundum eſt poſitiua volitio illi repugnans. Libertas autem quoad ſpecificationem ab authoribus illa vocatur, ratione cuius voluntas non ſolùm poteſt non velle aliquod obiectum, per meram ceſſationem à tali volitione, ſed etiam poteſt poſitiua volitione velle contrarium aut contradictorium illius obiecti.

Libertas quoad ſpecificationem quæ?

Dictum 2.

2\. Dico ſecundò. Non ita Deus eſt liber quoad exercitium, vt poſſit ab omni volitione libera ceſſare per puram omiſſionem circa bonum aliquod obiectum: ſicut poteſt creata voluntas. Quin potius circa quodlibet bonum creabile, Deus habet aliquod poſitiuum & abſolutum decretum, quo decernit ad illius boni productionem concurrere, vel poſitiuè decernit non concurrere: idque quandoque prædefiniendo concurſum cauſæ liberę, quandoque nõ prędefiniendo, ſed permittendo, ſicut concurſum creatæ voluntatis ad materiales actiones peccatorum, de quo diſp.27.& ſequentibus. Ita ſentire videtur Scotus 1.diſt.45.q.vnica.in corp. Magis expreſsè & ex profeſſo Vaſquez 1.p.diſput.79.à num.17. Suarez Metaphyſ.diſp.30.ſect.9.num.59.Fonſeca lib.7.Metaphy.cap.8.q.5.ſect.3.ante med. Salas 1.2.tomo 1.tract.3.diſput.1.ſect.7.fine.

Circa quodlibet bonum creabile Deus habet poſitiuum decretū

Diſcrimen notandum inter futura entia & nūquam futura.

3\. Probationes quorũdam ex his authoribus prętereo, quoniam ſupponunt falſam doctrinam de actu libero, refutandam diſp.11.& 12. Diſtinguenda verò ſunt entia futura ab entibus nunquã futuris: quia circa ſingula in particulari, quę futura ſunt in aliqua differentia temporis, quatenus entia, bonáque ſunt, opus eſſe poſitiuo decreto Dei, dubitari non poteſt; quamuis hoc declarationem ac veluti limitationem requirat circa materiales actiones peccatorum; de quibus dicemus diſp.50.ſect.2.& ſequent.

Qualiter circa non futura ſe habeat Deus?
Aſſertionis ratio prima.

4\. Cæterum circa entia nunquam futura, neceſſariũ eſſe poſitiuum decretũ, quo Deus ſtatuerit ea nõ producere, nec ſatisfieri præſtãtiſſimę perfectioni voluntatis diuinæ, ſi merè negatiuè ſe habuerit circa illa, probatur, quia talem rem nõ creare bonum eſt, quatenus deſeruire poteſt ad oſtenſionem attributorum, ac præcipuè liberrimi dominij, pro libito creãtis hæc, & omittentis illorum creationem: manifeſtationẽ quoque infinitæ ſufficientiæ, propter quam Deus omnino nulla re indiget: ac denique deſeruire poteſt ad pulchritudinem, ornatum, & bene conſtitutam diſpoſitionem Vniuerſi; ne ſit redundans, & inordinatè ſupereffluens coaceruata rerum cõgerie, ſed omnia contineat aptè diſpoſita in numero, pondere & menſura. Ergo prædicta negatio productionis talium rerum eſt obiectum proportionatum & dignum, vt illud amplectatur Deus decreto poſitiuo & abſoluto.

Ex eo quòd potuerit Deus velle nõ creare rem, quam re ipſa non creauit, ſequitur habuiſſe poſitiuum decretũ non creandi.

5\. Rurſus ex eo, quòd poſſit Deus poſitiuo decreto velle non creare talem rem, ſequitur habuiſſe poſitiuum decretum non creandi quamcunque rē, quam de facto non creat. Hæc autem conſecutio probatur primò, quia nulla ratio boni Deum mouere poteſt, vt affectet purã omiſſionem, ſuſpendens omnem poſitiuam volitionem circa tale obiectum. Aliunde verò diuinus intellectus proponit omnes rationēs deliberãdi, propter quas ſumma cum facilitate volũtas actu poſitiuo poteſt eligere talem rē nõ creare: igitur actu poſitiuo prædictũ obiectũ de facto eligit.

Ratio 2.

6\. Probatur ſecũdò, ſic enim omnia melius, ſiue

Digitized by Google

quæ ſunt, ſiue quæ non ſunt, diuino ſubiiciũtur arbitrio. *Ratio 3.* Tertiò, quoniam ſic etiam ipſa negatio productionis perfectiori modo, videlicet, per actum poſitiuum dirigitur ad vltimum finem diuinę bonitatis; ad quem tamen non formaliter & expreſsè dirigeretur per omiſſionem puram, ſed tantùm interpretatiuè.

7\. *Ratio 4.* Quartò probatur, quia ſecundùm ſe perfectior eſt modus exteriorem actionẽ cohibẽdi aut limitãdi quãdo poſitiuum decretum interius de hoc ſtatuitur. Alter enim modus purè negatiuus, ſuſpendens expreſſam huius obiecti volitionem, eſt imperfectus, ac ſimilis oſcitantibus & dormitantibus.

8\. *Ratio 5.* Quintò iuxta præſentem doctrinam melius defenditur, nullam perfectionem deeſſe Deo, quamuis deſit liberum decretum creandi hanc rem: quoniam eius loco neceſſariò ponendum fuit aliud poſitiuum decretum non creandi eandem rem, quod eſt æqualis, vel potius eiuſdem perfectionis cum decreto creandi rem illam: de quo dicemus diſp. 13.

9\. *Non eſſe rei ſolù eſt malum in genere entis.* Obiicies primò. Non eſſe cuiuſque rei eſt abſolutè malum: ergo non poteſt à Deo amari, vel eligi poſitiuo actu; nec enim amplecti poteſt niſi bonum. Reſp. Non eſſe malum, eſt abſolutè in genere entis; atque vt ſic præcisè nõ poteſt amari: Cæterum idem nõ eſt malum turpe, nec contrarium rationi; quin potius ſecundum rectam rationem deſeruire poteſt ad pulchritudinem & aptam conſtitutionẽ Vniuerſi, & ad oſtenſionem ſupremi dominij, & ſufficientiæ non indigentis aliqua re. Sub his ergo rationibus bonitatẽ participat ipſum non eſſe rerum, ratione cuius eſſe poteſt obiectum materiale diuinæ volitionis poſitiuæ.

10\. *Ex eo quod circa negationem rei debeat verſari poſitiuũ decreto nõ minuitur libertas.* Obiicies ſecundò, quoniam ex aſſertione 2. ſequeretur, eſſe minus liberam volitionem Dei; ſiquidem nõ eſt libera, vt in neutram partẽ contradictionis tendat; ſed neceſſariò tendere debet in alteram. Reſp. Hac de cauſa nihil minuitur de libertate cuiuſque volitionis in particulari: quælibet enim potuit non eſſe, & potuit eſſe contraria volitio cuiuſque volitionis liberæ: hoc autem eſt ſumma perfectio libertatis. Nam poſſe carere quolibet actu libero circa quodlibet obiectum creabile, non eſt libertatis perfectio, ſed deſidioſa inertia, ſomnolentiæ ſimilis; vt ſupra dicebam.

SECTIO IV.

Libertas quoad ſpecificationem, non ſolum circa ſingulas creaturas in particulari, ſed etiam circa illas in communi & vagè.

1\. *Vbi Deum non indigere.* SVpponimus ex præcedenti diſp. 7. quinque prioribus ſectionibus, & ex præſenti diſp. ſect. proximè præcedenti, Deum eſſe liberum, vt potuerit poſitiuo decreto voluiſſe non creare Mundum, aut non creare Michaëlem. *Punctum difficultatis proponitur.* Reſtat autem difficultas, vtrum ſaltem in Deo neceſſaria ſit volitio creandi aliquam creaturam vagè, hanc, vel illam, vel aliam.

2\. *Primum pro parte affirmatiua fundamentum.* Pro parte affirmatiua arguitur primò, quoniam ad perfectionem Dei pertinet ſuam bonitatem communicare (ſicut ex Dionyſio, S. Thoma, & communi Theologorum conſenſu diximus diſp. 5. ſect. 2. poſt med.) ergo ſi voluntas communicandi ſuam bonitatem omnino defuiſſet Deo: defuiſſet ei aliqua perfectio.

Secundum arg. Deus nihil poteſt velle ſuæ inclinationi contrarium: ſed naturalis inclinatio Dei fertur ad communicandam, ac veluti fundendam extra ſe bonitatem (vt oſtendimus in eadem diſp. 5. ſect. 2.) ergo Deus non poteſt velle ſe continere ab omni communicatione ad extra. 3. *Secundum fundamentum.*

Confirmatur primò, quia ſi dicas, inclinationi Dei non eſſe contrarium omittere prorſus quamlibet communicationem ſuæ bonitatis ad extra: concedere teneris vt minimum eidem inclinationi magis conſonum eſſe ſuam bonitatem extra ſe diffundere. Deus autem agere nihil poteſt, neque velle, niſi quod ſuæ inclinationi magis conſonum eſt. 4. *Prima confirmatio.* Confirmatur ſecundò, diuina quippe propenſio fruſtraretur prorſus, & in æternum careret eo bono, ad quod inclinatur; ſi nunquam ſuam bonitatem communicaret. *Secũda confirmatio.*

Tertium argum. Neceſſariò Deus ſe ipſum diligit amore perfectiſſimo. Hic autẽ amor Deo vult non ſolùm intrinſeca bona, ſed etiam extrinſeca, videlicet, attributorum manifeſtationẽ, gloriam nominis, cultum & honorem à creaturis exhibitum: ergo Deus hæc neceſſario vult. 5. *Tertium fundamentum.* Confirmatur, voluntas enim creata, quando vera charitate Deum proſequitur, illi vult nõ modò diuina & intrinſeca illius bona, ſed etiam extrinſecam gloriam, manifeſtationem ſapientiæ, bonitatis, & potentiæ, cultum & honorem ab Angelis & hominibus exhibendum. *Confirmatio.* Igitur hæc eadem velle, pertinet ad perfectionem amoris Dei; quocirca deeſſe non poterit amori diuino.

Quartum, Deus ſibi neceſſariò vult ſuas virtutes & honeſtates intrinſecas, cuiuſmodi ſunt miſericordia, liberalitas, magnificẽtia, veracitas, fidelitas, iuſtitia: ſed omnes iſtæ virtutes Deo nõ conuenirent, niſi produceret creaturas: ergo Deus neceſſariò vult producere creaturas. 6. *Quartum fundamentum.* Si reſpondeas, eiuſmodi virtutes per eſſentiam Deo conuenire, quatenus eſſentialiter eſt potens earum virtutum actus exercere, ſi velit creaturas producere; nihilominus adhuc argumentum vrgere videtur, quoniam iſtarum virtutum actus ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices; ergo nõ poſſunt Deo deficere, ſed illi neceſſariò conueniunt. *Præoccupatur euaſio.* Confirmatur, nam circa perfectiſſimam & optimam honeſtatem obiectorum, melior eſt actus ſecundus, quàm actus primus, ſiue potentia ſine actu ſecundo. *Confirmatio.*

Quintum argu. Si volitio Dei amplecteretur obiectum aliquod turpe, rationique cõtrarium, ab illo malitiam acciperet; etiamſi foret obiectum materiale. 7. *Quintũ fundamentum.* Eadem ergo ratione bonitatem accipere debet volitio Dei ab honeſtiſſimo & perfectiſſimo bono, maioremque bonitatem à maiori, quam à minori bono. Conſequens igitur erit, vt Deus neceſſariò velit optima ſummaque bona, quæ ſunt in creaturarum productione ac gubernatione; ſicut neceſſariò vult quamlibet bonitatem ſuæ volitionis.

Nihilominus ſit concluſio. Deus liberè potuit ab æterno poſitiua volitione decernere, nihil prorſus ad extra producere in æternum, ſed per totam æternitatem omnino nihil facere. 8. *Authoris reſolutio.* Quapropter voluntas creandi libera fuit quoad ſpecificationem, non tantum circa creaturas ſingulas determinatè & in particulari, ſed etiam circa creaturas in communi & vagè.

Hæc concluſio proximè ad fidei certitudinem 9.

Digitized by Google

nem accedit, quoniam ex fidei principiis efficaciter colligitur. Videtur autem fuiſſe mens ſanctorum Patrum & Scholaſticorum, quando tradunt, omnino nihil creaturis indiguiſſe Deum. Clarius autem explicuere excluſionem præſentem Patres & Scholaſtici, quos retulimus diſp. 7. ſect. 3. poſt med. & ſect. 4. Perſpicuè ſatis Iuſtinus q. 2. Chriſtiana ad Gentiles initio ait: *Quiſquis poſſibile negat, Deum eſſe qui nihil fecerit, abſurdè loquitur*, idque rationibus efficaciter confirmat. *Iuſtinus.*

10. Ad eandem concluſionem probãdam accommodari poſſunt rationes, quibus præced. diſp. 7. quatuor prioribus ſectionibus probata fuit indifferentia diuinæ libertatis.

11. *Prima Ratio.* Prima ſit, quoniã diuina bonitas eſt ſibi ſufficientiſſima, nimirum vt ſimpliciter infinita in omni genere perfectionis & entitatis: ergo non indiget creaturis, etiam vagè & in communi. Conſequentia probatur, quia ſi Deus indigeret aliqua creatura vagè & in communi; perinde foret indigeus & imperfectus, ac ſi determinatè & in particulari creaturis indigeret; vel certè non aliter eſſet indigens Deus, quam nos ſumus indigentes. Nemo ſiquidem indiget hoc cibo determinato in ſingulari; ſed in communi & vagè indiget cibo aliquo, hoc vel illo pane, hoc vel illo piſce, vel ouo, vel carne, vel oleribus aut radicibus. Idem intellige de indigentia potus, veſtium, domus, equorum aut aliarum rerum. Vnicus & ſingularis eſt Deus, quo determinatè quælibet creatura indiget.

Confirmatur primò, nam *Vbi nulla indigentia, nulla neceſſitas: vbi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus autem defectus in Deo, nulla ergo neceſſitas.* Sicut ratiocinatur Auguſt. lib. 83. quæſtionũ q. 22. & in lib. 1. Contra aduerſarium legis ca. 7. ad finem. Quapropter nec creaturarum in communi & vagè neceſſitas, ſed omnimoda libertatis indifferentia Deo conueniet. *Auguſtinus.*

12. Confirmatur ſecundò, Deum quippe non indigere creaturis, nec aliquam vtilitatem ſibi ex illis decerpere, fides docet, & ratio naturalis demonſtrat. Quod attinet ad fidem. Pſal. 15. *Dixi: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* In cuius commentario Auguſtinus & Theodoretus hoc dogma probant, luculentius Idiota in contemplationibus ad Pſal. 15. Præterea lib. 2. Machabæor. cap. 14. *Tu domine vniuerſorum, qui nullam habes indigentiam.* Actorum 17. *Nec manibus humanis colitur indigens aliquo.* Lucæ 17. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus.* Quod ponderabimus infra diſp. 55. ſect. 4. Denique Prouer. 9. *Si ſapiens fueris, tibimet ipſi eris: Si autem illuſor, ſolus portabis malum* Iob 22. *Quid prodes Deo, ſi iuſtus fueris, aut quid confers, ſi immaculata fuerit via tua?* & Iob. 35. *Si iuſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet?* Quam ſententiam ponderat Gregor. lib. 26. Moral. cap. 8. *Pſalm. 15.* *2. Machab. 14.* *Actorum 17.* *Luc. 27.* *Prouerb. 9.* *Iob. 22.* *Iob. 35.*

13. Cæteri quoque Patres idem dogma profitentur, vt Clemens Roman. Conſtitution. Apoſtol. lib. 6. cap. 20. ſub init. & lib. 7. cap. 35. verſus finem, & Recognit. lib. 5. non longè poſt med. Irenæus lib. 3. contra hæreſ. cap. 8. ad finem, Iuſtinus reſponſione 113. & 114. ad Orthodoxos, Clemens Alexand. lib. 7. Stromat. pag. 4. Chryſoſt. Epheſ. 4. ſerm. 22. ante med. & c. 5. ad Epheſ. ſerm. 29. circa med. & in cap. 1. Geneſ. homil. 5. circa med. & ſequenti cap. 4. homil. 18. paulò poſt med. & in cap. 7. Actorum Apoſt. col. 2. & homilia 10. ad populum Antiochen. poſt med. ac homil. de ferendis reprehenſionibus & conuerſione Pauli colum. 2.

Baſilius Iſaiæ 1. inter princip. & med. ponderans illud *Plenus ſum holocauſto*, Vnde etiam Hieronymus in comment. §. *Quo mihi.* colligit Deum nulla re indigere; Sicut etiam Athanaſius ad hanc plenitudinem alludens oratione contra Gent. ſiue contra idola circa med. Cyrillus lib. 2. de fide ad Reginas ſub med. & lib. 8. Theſauri cap. 1. ante med. Auguſtinus, vltra duo loca, quæ retulimus in prima confirmatione, docet idem lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 31. & lib. 12. de ciuit. cap. 17. in fine, & lib. 4. de Geneſi ad liter. cap. 16. Hilarius latè lib. 11. de Trinitate propè fin. & ad illud Pſal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua.* Anſelmus in Proſolog. capit. 22. fine, Hugo Victorin. lib. 1. de ſacramentis par. 4. cap. 21. 14. *Hieronymus.* *Athanaſ.* *Cyrill.*

Quin etiam Ariſtoteles lib. 1. Priorum cap. 37. propius ad fin. quàm ad med. ait, *Nihil eſſe Deo conferens*, & li. 7. Ethicor. Eudemiorum propius ad med. quàm ad fin. & lib. 2. Magnor. Moral. cap. 18. aliàs cap. 15. *Deus, inquit, ſibi ſatis eſt, & nullo indigens.* Similia ſcribit Plato in Euthyphrone, ſiue de ſancto, verſus finem; atque ita ſenſiſſe Platonem & Euripidem refert Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromat. in medio. 15.

Probatur ſecundò, nam diuina bonitas perfectiſſimè ſubſiſteret, atque ſine vllo defectu vel diminutione completiſſimè poſſideretur ab ipſo Deo: licet omnino nulla creatura produceretur in æternum. Ergo dilectio efficax & abſoluta creaturæ in communi & vagè, non habet neceſſariam connexionem cum amore, quo Deus ſuam infinitam bonitatem diligit: ſicut in præced. diſp. 7. ſect. 1. probat. 4. dicebamus ex S. Thoma. 16. *Secunda ratio.*

Tertiò probatur, quia Dei perfectio eſt ſuum amorem commenſurare cum perfectione obiecti. Sed bonitas creaturæ in communi & vagè non eſt bonitas neceſſaria; ſicut nec bonitas creaturæ in particulari & determinatè. Ergo maxima Dei perfectio fuerit non neceſſariò, ſed liberè diligere creaturam, non modò in particulari & determinatè, ſed etiam vagè & in communi. 17. *Tertia ratio.*

Quartò probatur, quia ſi Deus neceſſariò diligeret creaturas in communi & vagè, conſequens eſſet, vt earum aliquas determinatè & in particulari neceſſariò diligeret eodẽ abſoluto & efficaci amore, quo diligit in communi & vagè. Ita námque deberet diligere meliores creaturas, & quæ magis oſtendunt attributa Dei: vnde præterea ſequeretur neceſſariò dilexiſſe maximam extenſionem, intenſionem, multiplicationem, durationémque maximam earundem creaturarum quoad ſpeciem & indiuidua. Cuius cõſequentiæ abſurditatem oſtendimus diſp. 7. ſect. 4. probatione 10. Sequela verò probatur, quia ſi contra diuinam inclinationem & perfectionem eſt prorſus abſtinere à productione cuiuſlibet creaturæ: propter eandem rationem erit contra partem inclinationis diuinæ cohibere inclinationem ad meliores creaturas & magis oſtenſiuas attributorum: hæc enim inclinatio maior ſequitur ex illa generali inclinatione. Quod ſi reſiſtere priori inclinationi foret ſimpliciter impoſſibile: propter eandem rationem eſſet ſimpliciter impoſſibile poſteriori reſiſtere. 18. *Quarta ratio* *Si Deus creaturas aliquas in communi & vagè neceſſariò diligeret, diligeret etiam aliquas determinatas, neceſſariò.*

Digitized by Google

SECTIO V.

Soluuntur argumenta, poſita initio ſectionis præcedentis.

1. AD primum reſpondetur, Ad perfectionem
Dei pertinet ſe communicare, non actu, ſed
poteſtate & inclinatione, id eſt, ſumma Dei per-
fectio eſt eius poteſtas & propenſio ad ſui com-
2. municationem. Talis autem poteſtas & propen-
ſio non eſſet prorſus libera, proindéque non re-
tineret totam ſuam perfectionem; niſi potuiſſet
decernere nulli prorſus creaturæ ſe communi-
care. Faciunt ad eandem rem quæ dicemus tota
diſp. 11. 12. & 13.

3. *Naturalis inclinatio Dei, non ad ſe communicandum neceſſariò, ſed liberè, creaturis.*

Ad ſecundum reſpondetur, Naturalis incli-
natio Dei non eſt ad ſe communicandum vt-
cumque, ſed eſt inclinatio ad ſe communican-
dum liberè: quia neceſſitas abſoluta ſe com-
municandi ad extra ſine libertate ac poſſibilitate
totaliter omittendi communicationem, foret in-
digna Deo, ſicut præcedenti ſect. probatum eſt.
Conſequens igitur eſt, vt hæc eadem inclinatio
propendeat in vtramque partem libertatis, & eo
ipſo propendeat ad non communicandum ſi li-
buerit pro mera voluntate Dei. Quamobrem
non contra naturalem inclinationem ſe com-
municandi, ſed potius ſecundùm illam foret vo-
litio libera nunquam ſe communicandi in æter-
num. Hac enim ratione S. Thomas in præſenti q.
19. art. 3. ad 3. & lib. 1. contra gent. cap. 82. fine
docet, volitionem communicandi ſuam bonita-
tem creaturis, nec eſſe naturalem, & neceſſariam
Deo, neque eſſe violentam aut contra naturam,
ſed eſſe voluntariam & liberam.

4. *Prima ſoluitur confirmatio.*

Vnde reſpondetur ad primam confirmatio-
nem. Abſolutè loquendo, volitio continendi ſe,
vel omittendi quamlibet communicationem ad
extra, non eſt minùs conſona diuinæ inclinatio-
ni; ſi quidem ad hãc volitionem propenſio clau-
ditur in eadem numerica inclinatione commu-
nicandi ſe ad extra: neque enim perfectio ſim-
pliciter ſimplex foret inclinatio ad communica-
tionem, niſi quidditatiuè clauderet hanc pleniſ-
ſimam indifferentiam inclinationis ad oppoſi-
tum, & vtraque volitio, nimirum volitio com-
municandi, & volitio non communicandi foret
æqualis perfectionis. Quodam modo tamen, &
non ſimpliciter, Deus inclinatur magis ad ſe
communicandum, & minus inclinatur ad tota-
lem omiſſionem communicationis: quatenus
communicatio eſt obiectum extrinſecum Deo,
quod in ſeipſo maiorem bonitatem continet,
magiſque decet Deum, vt magis oſtenſiuum
omnium attributorum, vt dicemus diſp. 9. ſect.
3. & ſequentibus, & diſp. 10.

Certo quodam modo magis inclinatur Deus in ſui communicationem.

5. *Soluitur ſecunda confirmatio.*

Ad ſecundam confirmationẽ reſpõdetur, Non
rectè diceretur, fruſtrari diuinam inclinationem;
nec propriè diceretur carere bono, ad quod in-
clinatur; licet nũquam ſuam bonitatem ad extra
communicaret. Quia nihilominùs Deo non de-
eſſet aliquod bonum ipſi neceſſarium, aut vtile,
nec deeſſet aliquis actus debitus Deo, vel quo
Deus perficiatur magis, quàm eius oppoſita vo-
litione: atque inſuper qua parte prędicta propen-
ſio inclinat ad liberam communicationem cum
pleno dominio & indifferentia; ſatisfieret eidem
inclinationi per actuale exercitium huius liber-
tatis, ſuam potentiam cohibendo à qualibet
communicatione.

Ad 3. reſp. Amor Dei erga ſeipſum foret 6.
perfectiſſimus; etiam ſi non vellet efficaciter ex-
trinſeca ſibi bona, videlicet, manifeſtationem at-
tributorum, gloriam & honorem: quoniam (vt
dictum eſt) Deus eſt ſibi ſufficientiſſimum ac
totale bonum, totaliſque perfectio, nullo mo-
do dependens à creaturis: ac peculiariter Deus à
ſeipſo habet ita ſolidam & perfectam laudem,
per ſuam intellectionem & amorem infinitæ
appretiationis, vt pro nihilo ſit illi laudem à qui-
buſlibet creaturis accipere.

Ad confirmationem reſp. Deo velle gloriam, 7.
laudem, cultũ, manifeſtationẽ attributorum, &
quælibet extrinſeca bona, pertinet ad perfectio-
nem creatæ charitatis: quoniam hunc honorem
& cultum creatura debet Deo, tanquam digniſ-
ſimo, cui omnis honor exhibeatur. Propterea
huic dignitati, iuriſque diuino, ſicut & illi crea-
turarum debito, neque Deus cedere poteſt, nec
omittere volitionem efficacem, vt ſibi tribuatur
honor & gloria ex ſuppoſitione, quod creatu-
ras produxerit. Cæterum ab hac ſuppoſitione
præſcindendo, Deus pro ſuo ſupremo dominio,
ac libertate poſtponere poteſt extrinſecam glo-
riam & laudem, omittendo prorſus creaturarum
productionem, qua ſuppoſitione facta, non per-
tinet ad perfectionem creatæ charitatis, velle
Deo gloriam & honorem reſultantem ex pro-
ductione creaturarum, ſed potius complacere in
ſupremo dominio Dei, ſummáque ſufficientia,
qui ſine creaturarum gloria & honore non mi-
nus glorioſus & fœlix permanet.

Quarti argumenti ſolutio pendet ex dicen- 8.
dis infra diſp. decima tertia ſect. 1. & 2. Nunc
anticipata ſolutione reſpondeo, realiter eſſe in
Deo non tantùm poteſtatem, ſed etiam actum
vltimum & liberum miſericordiæ, liberalitatis,
magnificentiæ, veracitatis, ac cæterarum virtu-
tum: nihilominus tales actus Deo potuiſſe deeſ-
ſe, non quoad realem perfectionem ſuam, quæ
ſimpliciter eſt neceſſaria, ſed quoad terminatio-
nem ad creaturas producẽdas potius quam non
producendas; & quoad terminationem ad has
creaturas producendas potius, quàm alias crea-
turas; quæ terminationes ſi defuiſſent earum
loco neceſſariò exiſterent in Deo terminationes
ad oppoſita obiecta, quarum prorſus eadem fo-
ret perfectio diuinæ volitionis liberæ propter
eius eminentiam infinitam.

Si Deus creaturis non ſe communicaret ſolum illi deeſſet extrinſeca terminatio.

Vnde ſoluitur confirmatio diſtinguendo. 9.
Circa perfectiſſimam & optimam bonitatem
obiectorum actus ſecundus eſt melior, quam
actus primus, quando actus primus eſt finitæ
perfectionis, & indiget, vel capax eſt augendi
ſuam perfectionem; ſicut voluntas creaturarum.
Attamen quoniam Dei actus primus, id eſt poſ-
ſibilitas volendi creaturas, eſt infinitæ perfe-
ctionis, ſibi ſufficiens, & non indigens, nec ca-
pax augendi perfectionem ſuam; propterea ſe-
cundus actus, id eſt, actualis volitio creandi
creaturas, non eſt melior, quàm actus primus;
id eſt poſſibilitas volendi creare creaturas, dum-
modo copuletur iſta cum actu libero decernen-
te non creare; ſicut dictum eſt ſupra ſect. 3.

Actus ſecundus quando melior ſit actu primo.

Ad 5. Antecedenti conceſſo, negatur conſe- 10.
quentia; deficit enim propter duas rationes. Al-
tera, quoniam bonitas ex integra cauſa, malum
autem ex ſingularibus defectibus: & conſequen-
ter, vt malitiam tribuat volitioni ſufficit obie-
ctum materiale malum: at verò bonitatem vt
tribuat

Digitized by Google

tribuat, vel angeat, non ſufficit obiectum materiale bonum comparatione volitionis, cuius eſſentialis bonitas ab obiecto fnrmali prouueniens, eſt ſimpliciter infinita.

8. Vnde prouenit ratio ſecunda, qnoniam ſi volitio Dei amplecteretur obiectum aliquod turpe, rationique contrarium: eo ipſo non eſſet infinitæ bonitatis, & conſequenter eſſet capax ab obiecto materiali recipiendi bonitatem aut malitiam: attamen ex eo, quod Dei voluntas amplectatur honeſtiſſimum & perfectiſſimum bonum, tanquam nbiectum materiale, nihil infertur aduerſus infinitudinem bonitatis, conuenientis volitioni diuinæ, prnptereáque non ſequitur bonitatem accipere, vel augere, quoties amplectitur materiale obiectū perfectiſſimum.

SECTIO VI.

Perpetua diuina voluntatis immutabilitas nihil obeſt libertati.

1. NOn eſt in præſenti probandum, Dei volitionem ſemel ſtatutam, eſſe prorſus inflexibilem & immutabilem, vt quod ſemel decreuecit, nunquam poſſit retractare: hoc enim probandum eſt diſp. 16.

2. Hoc igitur dogmate præſnppnſito, præſentis ſectioois munus erit obiectiones diſſoluere, quæ contendont; hac inflexibilitate diuini decreti, libertatem Dei vel minui vel penitus auferci.

3. Prima obiectio eſt hæc. Prnpter immutabilitatem volitio Dei eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, quod aliquando fuerit: Sed tam volitio, qnàm eius immntabilitas eſt ab æterno: ergo volitio Dei ab æternn fuit neceſſatia: Quod autem ab æterno fuit neceſſarium, ſemper fuit neceſſarium: ergn nunquam fuit libera Dei volitio.

4. *Volitio diuina, ex ſuppoſitione quod fuerit neceſſariò eſt ab æterno.*

Reſpondeo negando priorem illationem; niſi in concluſinne ponatur eadem limitatio, quæ præmiſſa fuerat in mainti: tunc enim & illatio bona, & concluſio vera reddetur, videlicet; dicendo: Volitio diuina fuit ab æterno neceſſaria ex ſuppoſitione quod aliquando fuerit. Atque eadem ſuppoſitione facta, nunquam fuit libera volitio diuina. Cæterum eadem volitio fuit libera prius ratione, quàm ſupponeretur exiſtere determinata ad vnam partem. Quoniam Deus vt Deus ſapientiſſimus & omnipotens, præſcindendo à volitione creandi Mundum, indiffetens erat, vt vellet illum creare, aut vellet non creare: ſicut probatum eſt ſect. præcedenti, & diſp. 7. quatuor prioribus ſectionibus.

5. *Eadem eſt in creatis difficultas.*

Quod attinet ad hoc punctum, eadem eſt difficultas humanæ libertatis, atque diuinæ: ſiquidem noſtra voluntas in ipſo inſtanti, in qun volt, poteſt oon velle: cæterum non poteſt non velle ex ſuppoſitione, qnod vult. Omne quippe quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe, vt eum Ariſtotele lib. 1. perihermen. cap. vlt. pro certo recipiunt omnes Philnſophi & Theologi. Sic ergo Deus ex ſuppoſitione quod vult, non poteſt nnn velle, nec poteſt non voluiſſe; vt notant Magiſter, & communiter Scholaſtici lib. 2. ſent. diſt. 25. cap. 2. & 3. S. Thomas in præſenti q. 19. art. 3. in fine corp. & ad 1.

6. Contra verò quemadmodum noſtra voluntas, plenè conſtituta in actu primo cum omnibus cequiſitis ad volendum, ac præſcindendo ab actuali volitione, poteſt velle mercaturam, v.g. ſimulque poteſt non velle mercaturam, ſed agriculturam, aut aliud obiectum mercaturæ repugnans: Sic etiam Dei arbitrium, conſideratum in actu primo cum ſua infinita ſcientia, & neceſſario amore ſui, cæteriſque perfectionibus neceſſariis, atque præſcindendo ab actuali volitione creandi mundum; potuit velle creare, & potuit velle non creare mundum.

Obiicies ſecundò, quoniam in noſtra voluntate datur primum inſtans, in quo volitio concipitur, & in eo temporis inſtanti præintelligitur prius natura voluntas potens non elicere talem volitionem: attamen toto ſequenti tempore iam eſt ſimpliciter neceſſarium vnlitionem illam fuiſſe cnoceptam, & impoſſibile eſt non fuiſſe. Verum in Deo non datur primum inſtans, in qun volitionem conceperit, ſed in quocunqoe inſtanti verum eſt dicere, iam prius elicitam fuiſſe volitionem Dei. Ergo in quocunque inſtanti ſimpliciter neceſſarium eſt Dei volitionem fuiſſe: quapropter ſi Deus ceuocare non poteſt volitionem, quæ ſemel ſuit: nunquam fuit poſſibile non velle, quod de facto vult, ac ſubinde nunquam libera fuir volitio diuina. 7.

Reſp. diſtinguendo poſterius membrum antecedentis. In Deo nullum datnr primum ioſtans temporis veri, vel imaginarij: quoniam ante quodlibet inſtans imaginarium pnſſibile fuit tempus aliud imagioarium, & in eo fuere poſſibilia plura inſtantia; prior autem his omnibus præfuit exiſtentia Dei, & exiſtentia volitionis creandi mundum, quoniam fuit ab æterno. Quapropter in oullo inſtanti temporis veri vel imaginarij Deus fuir in ſtatu exercendi libertatem; ſed in qnolibet inſtanti fuit in ſtatu neceſſitatis ſimpliciter, proprer iam prius poſitam ſuppnſitionem volitionis diuinæ, ratione cnius iam eſt ſimpliciter neceſſarium Deum voluiſſe creare Mundum, nec eſt poſſibile retractare volitionem. 8.

Dei exiſtentia præextitit ante inſtans quodlibet veri, vel imaginary temporis.

Nihilominus in Deo datur æternitas tota ſimul, comparatione cuins, ante quodlibet determinatum inſtans temporis diuina voluntas ex ſe fuit iodifferens, vt vellet creare Mundum, aut vellet non creare: atque ſimul duratinne cum hac indifferentia concepit actualem volitionem creandi Mundum. Quocirca quod in noſtra volitione eſt primum inſtans temporis, in diuina volitione eſt æternitas, non quatenus coëxiſtit inſtantibus aut partibus temporis, ſed quatenus ante quodlibet determinatum inſtans præintelligitur æternitas, & in eadem æternitate prius ordine rationis præcedit libertas Dei, quaſi in actu primo, deinde verò libera volitio decernitur, quam oeceſſariò conſequitur immutabilis conſtantia. 9.

Dico primo.

Quod in humana voluntate inſtans, in diuina, æternitas.

Vrgebis tertiò, quoniam ex dictis infertur vt minimum, Deum iam non eſſe liberum, nec fuiſſe liberum in vllo inſtanti determinatn etiam ante mundi conſtitutionem ac per totam, quæ præceſſit; æteroitatem. Conſequens autem videtur inconueniens; quoniam perfectio ſimpliciter ſimplex nunquam poteſt deeſſe Deo; ſed libertas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex (vt probatum eſt diſp. 7. ſect. 1. & ſequentibus) ergo Deo nunquam poteſt deeſſe libertas. 10.

Reſp. Libertas intrinſeca diuinæ voluntati conuenit nunc, & ſemper, & in quolibet determinato inſtanti, ſeu parte temporis: Verum ea libertas non reſpicit inſtantia temporis, aut illius partes, 11.

Digitized by Google

partes, vt exerceatur in illis nunc, vel antea; ſed reſpicit ſolam æternitatem, vt in ea exerceatur eo modo, quem explicuimus obiectione præcedenti. Concedendum eſt igitur, Dei libertatem coëxiſtere cuilibet inſtanti noſtro; negandum tamen eſt ita coëxiſtere, vt diuina libertas reſpiciat partes, aut inſtantia temporis, tanquam in illis exerceri poſſit. Imo tunc etiam, quando Dei libertas coëxiſtit noſtro tempori vel inſtanti, reſpicit ſuam indiuiſibilem æternitatem, comparatione cuius indifferens eſt diuina voluntas, vt in ea voluerit creare Mundum, vel non voluerit creare: quamuis prout inſtanti noſtro coëxiſtit eadem libertas, iam ſit extra ſtatum exercendi ſuam indifferentiam, quia ſupponitur eius libera determinatio.

Dei libertas cuilibet coëxiſtit inſtāti, ſed nō ita, vt in eo valeat exerceri.

12. Sed inſtabis quartò, quoniam æternitas eſt tota ſimul indiuiſibilis ac ſemper præſens cuicumque temporis inſtanti: ſed indifferentia diuinæ libertatis reſpicit æternitatem, comparatione cuius potuit non velle prius, quàm voluiſſet: ergo eadem indifferentia reſpicit tempus & quamlibet partem, aut inſtans illius, vt in eo poſſit ſecundum conſiderationem intellectus præſcindi arbitrium Dei prius ratione, quam liberam volitionem conceperit, & in eo priori ſit potens non velle creare Mundum, nec aliam volitionem liberam habere.

13. Reſpondeo, negando conſequentiam. Quamuis enim æternitas Dei tota ſimul coëxiſtat cuilibet inſtanti, partique noſtri temporis: ipſæ tamen partes & inſtantia ſibi inuicem non coëxiſtunt, ſed ſingulæ partes ſupponunt præceſſiſſe alias partes, ſaltem poſſibiles, & ſingula inſtantia ſupponunt alia ſaltem poſſibilia præceſſiſſe. Inde fit, vt comparatione cuiuſque partis temporis atque cuiuſlibet inſtantis, iam ſupponatur eſſe conſtitutum irreuocabiliter diuinum decretum.

Eſto cuilibet inſtanti tota coëxiſtat æternitas, ipſa inſtantia ſibi nō coëxiſtūt.

14. Obiicies quintò, nam in hoc inſtanti, in quo Deus creat hanc animam rationalem, & conſeruat vniuerſum iam creatum, liberè creat, & liberè conſeruat cum poteſtate non creandi & non conſeruandi. Nunc igitur in hoc inſtanti poteſt non velle creare hanc animam, quam voluit creare; Similitérque poteſt non velle conſeruare Mundum, quem ab æterno decreuit conſeruare.

15. Reſp. in hoc inſtanti temporis Deus liberè creat quæcumque creat, & liberè conſeruat quæcumque conſeruat; ſed operationes iſtæ non ſunt liberæ per libertatem formaliter in illis receptam: quippe quæ cùm ſint operationes tranſeuntes & imperatæ, non poſſunt eſſe liberæ, niſi per extrinſecam denominationem ab immanente operatione formaliter libera, videlicet à volitione creandi & conſeruandi. Talis autem volitio Dei etiam in hoc temporis inſtanti permanet libera, quatenus etiam in hoc inſtanti reſpicit tale obiectum, quod potuiſſet non reſpicere, nec amplecti, ſi Deus ab æterno voluiſſet non creare, vel non conſeruare. Concedo nihilominus, Deum non ita liberè nunc creare & conſeruare, vt in hoc inſtanti temporis poſſit omittere creationem aut conſeruationem, ex ſuppoſitione, quod eam ab æterno decreuerit.

Nō ita Deus liberè vult creare in hoc inſtanti, vt in eodem poſſit omittere creationem.

16. Sextò, ſoluitur ex dictis illa quæſtio, Vtrum adhuc maneat in Deo potentia volendi oppoſitum eius, quod de facto voluit: de qua dicemus infra diſp. 13. ſect. 3. & 4.

Septimò contendet aliquis, Dei libertatem eſſe minorem creata libertate, ſaltem ex eo capite mutabilitatis. Creata namque voluntas non ſolùm eſt indifferens, vt ſemel eligat, vel non eligat; ſed etiam eſt indifferens vt priorem volitionem retractet, vel ab illa deſiſtat, præſertim humana voluntas. Hæc autem indifferentia Deo conuenire non poteſt propter immutabilitatem. 17.

Reſpondeo cum Henrico 2. par. art. 45. q. 3. & dico primò. Variabilitas non eſt perfectio libertatis, ſed potius imperfectio, cùm ſit infirmitas & inconſtantia liberi arbitrij. Prouenit autem hæc ex aliis tribus imperfectionibus: imprimis enim prouenit ex imperfectione cognitionis, qua non comprehenduntur omnia motiua, quæ poſtea poſſunt occurrere, & ad mutandam volitionem inducere. Vel ſaltem ignoramus futuram noſtræ voluntatis mutationem; quam ſi præuideremus à principio; ſimul etiam à principio voluiſſemus, quod poſtea per mutationem volitionis, præuidebamus, nos eſſe volituros; ac ſubinde nulla foret mutatio volitionis. Porro quanto perfectior eſt cognitio, tanto perfectior eſt libertas circa bona particularia & indifferentia: quamobrem erit perfectiſſima libertas Dei ex hoc capite comprehenſiuæ cognitionis præoccupantis omnem mutationem futuram; cui perfectioni repugnat mutabilitas volitionis. 18.

Variabilitas non eſt libertatis perfectio.

Primò prouenit ex imperfectione cognitionis, libertatis mutabilitas.

Eo perfectior libertas circa particularia bona, quo perfectior cognitio.

Secundò, volitionis mutabilitas prouenit in hominibus ex mutatione paſſionum appetitus, & diſpoſitionis totius corporis, quæ mutationes in Deo ſunt impoſſibiles. Tertiò prouenit ex naturali inclinatione percurrendi plura bona, & attēdendi ad alia obiecta volēda, quādo non poſſumus ad omnia ſimul perfectè attendere, nec omnia ſimul velle. Confirmatur, Angelorū enim arbitrium eſt minùs mutabile, quàm humanum, eò quod perfectius eſt, tam quoad intellectum, quam quoad voluntatem: ergo mutabilitas eſt imperfectio, & infirmitas liberi arbitrij, ſicut oſtendimus tractantes de Angelis 1. pag. q. 64. art. 2. Deus igitur, quia comprehenſiuè penetrat omnia motiua deliberandi, quæ per totam æternitatem poſſunt occurrere, præuidétque ſeipſum ſemper idem eſſe voliturum: ſemel ac ſimul apud ſe decernit omnia, quæ per temporum varietates mutanda ſunt extra Deum, ita vt nihil opus ſit denuo decernere. 19.

2. Prouenit in homine, ex diſpoſitione, paſſionibus, & appetitu.

3. Prouenit ex inclinatione plura bona percurrendi.

Vnde infero, & dico ſecundò. Maius exercitium libertatis diuinæ fuit vnico illo actu ſimul & ſemel omnia prorſus decernere, quæ libere decernenda erant, quam exercitium omnium voluntatum creatarum, etiam ſi fuiſſent infinitæ multitudinis, & ab æterno durarent in æternum, ſemper ac celerrimè mutantes liberas volitiones. Probatur, quoniam omnes illæ voluntates toto illo tempore infinito non decernerent liberè de quibuslibet obiectis poſſibilibus, imo de infinitis nihil decernere poſſent propter eorum ignorationem. Deus autem de quibuſlibet obiectis poſſibilibus liberè decreuit ſiue vt fierent, aut permitterentur, ſiue vt non fierent. 20.

Dico ſecūdò.

Vnde præterea colligo, & dico 3. Non ſolùm intenſione perfectionis, ſed etiam extenſione obiectorum, diuina libertas infinitè ſuperat libertates omnium creaturarum rationalium collectiuè ſumptas. 21.

Dico tertio. Tam extenſiuè, quā intēſiuè, maior eſt diuina libertas infinito exceſſu, quam libertatis omniū creaturarum collectiuè ſumptarum.

Octauò poterit aliquis vrgere, quoniam, vt minimùm, ex immutabilitate colligitur, non 22.

eſſe

Infinitè minor eſſet Dei libertas, ſi ſuas poſſet volitiones mutare.

eſſe maximam Dei libertatem: ea ſiquidem maior eſſet; ſi Deus potuiſſet quocumque inſtanti mutare volitiones. Reſp. Non maior, ſed infinitè minor eſſet libertas Dei; ſi potuiſſet mutare volitiones; quoniam hoc ipſum foret poſſe deponere ſuam immutabilem conſtantiam, & conſequenter poſſe deponere præſcientiam omnium, quæ per totam æternitatem poſſunt in deliberationem venire. Vnde præterea deponeret Deus ſuam Diuinitatem. Quæ illationes magis conſtabunt diſp. 16. At verò non eſſet libertas maior, ſed infinitè minor; ſi Deus poſſet deſtruere ſeipſum: vt probatum eſt ſect. 2. præſertim tota probat. 2.

Illatio ex ſupra dictis.

23. Ex dictis igitur in hac, & in prædicta ſect. 2. colligitur, Dei libertatẽ eſſe maximam, non tantum intenſione veluti quadam, ſed etiam extenſione ad obiecta omnia. Minima tamen, vel potius nulla eſt extenſio diuinæ libertatis ad plures actus realiter diſtinctos, imò nec ad plures actus ſecundum rationem ſpecificam differentes: quoniam realiter & ſpecificè ſingularis, & vnica duntaxat eſt irreuocabilis illa volitio, qua ſimul & ſemel Deus decernit quidquid de quolibet obiecto decernendum eſt in æternum.

SECTIO VII.

Vtrum Deus liberè decreuerit omnia, quæ foret ipſe conditionaliter facturus ſub quibuſlibet circumſtantiis poſſibilibus.

1. PRæcedenti tomo de Scientia tota diſp. 71. tractatum eſt fusè de conditionalibus decretis diuinis; quoniam illa potiſſimum inuenta ſunt ad defendendam ſcientiam conditionaliter futurorum, quæ non ex obiectis & libera determinatione voluntatis creatæ, quæ foret ſub talibus circumſtantiis, ſed ex libero decreto Dei totam determinationem accipiat. Erit igitur ſuperfluum ibi tractata repetere; ſed expediens erit eorum aliquod breue compendium hic ponere, ne lector ex hoc loco recedat omnino ieiunus, & in eo deeſſe putet aliquod membrum diuinæ volitionis liberæ.

Aliquot decreta Deus habet nō purè cōditionata ſed mixta, in aliqua volitione efficaci contenta.

2. Dicendum igitur eſt primò, quædam Dei decreta ſunt non purè, ſed mixtè conditionalia, quę nimirum continentur in aliquo efficaci & abſoluto decreto Dei, pertinente ad regimen actualiter exequendum. Huiuſmodi conditionalia decreta non implicitè & virtualiter, ſed explicitè & formaliter continentur in volitione diuina, ſicut dicemus tractantes de voluntate antecedenti ſaluandi omnes, ſi Dei legem ſeruauerint infra diſp. 20. Sic nimirum Deus voluit Adamum in paradiſo retinere, ſi non peccaret; voluitque Iudam ab Apoſtolatu non deponere; ſi non fuiſſet fur, nec proditor, nec aliis criminibus obnoxius. Cuiuſmodi exempla quàmplurima ex ſacris literis attulimus dicta diſp. 71. ſect. 2.

Decreta merè cōditionata, nec in abſoluto aliquo, & efficaci decreto contenta fictitia ſūt.

3. Secundò dicendum eſt, alia decreta fingi poſſe merè conditionalia, quæ videlicet nullatenus claudantur in aliquo decreto Dei abſoluto & efficaci, ac pertinente ad regimen actualiter exequendum: hæc igitur decreta ſunt impoſſibilia: proptereàque diuinæ perfectioni repugnat decernere quidquid Deus facturus eſſet ſub quibuſlibet circumſtantiis poſſibilibus, vel decernere quas operationes liberas in voluntatibus creatis fuiſſet prædeterminaturus. Itaque nihil omnino decreuit Deus circa gubernationem, nunquam de facto exercendam, veluti circa gubernationem alterius mundi, ſi produceret illum, quoſnam homines in eo prædeſtinaret aut reprobaret, & finaliter peccare permitteret, vel potius iniret aliam rationem gubernandi.

Prima ratio. Superfluum omne, otioſū & inutile Deo omnino repugnat.

Huius prima ratio eſt, quia diuinæ perfectioni non minùs repugnat aliquid habere ſuperfluum, otioſum & inutile, quàm aliquid habere mancum aut diminutum. Superfluitas autem, & otioſitas cuiuſlibet decreti merè conditionati cernitur euidentius in obiectis, quæ nullam omnino habẽt inæqualitatem, propter quam vnum alteri præferatur. Verbi gratia, foret otioſum & inutile decernere, quod ſi Mundum iterum obruiturus eſſet diluuio, in eo caſu talis pars aquæ operiret Græciam, potius quàm Italiam; cum æqualiter poſſent obrui quibuſlibet partibus aquæ. Quod ſi conditionalia decreta ſunt in eiuſmodi rebus inutilia, conſequens eſt, & in cæteris rebus eſſe reiicienda; cùm apud Deum eadem ſit omnium ratio. 4.

Confirmatio prima.

Non exigit diuinæ voluntatis perfectio, liberè velle omne volibile.

Declaratur amplius & confirmatur primò, quia licèt intellectus diuini perfectio requirat omne ſcibile ſcire; diuinæ tamen voluntatis perfectio non requirit liberè velle, atque decernere quodlibet volibile, ſed tantùm requirit neceſſariam & ſimplicem complacentiam in omni volibili. Eadem autem eſt ratio de conditionali decreto, quæ de abſoluto & efficaci decreto, ſuppoſito, quod illud conditionale decretum eſt non minùs liberum Deo, quàm decretum abſolutum & efficax. 5.

Confirmatio ſecunda.

Confirmatur ſecundò, quia licèt Deus de quacumque re nunquam futura poſitiuum decretum habeat, quo decreuerit illam nunquam producere: nihilominus hæc volitio verè conſequitur quod intendit, & actualiter gubernat Vniuerſum & illum perficit: quemadmodum probatum eſt ſect. 3. Conditionalia verò decreta de quibus agimus, nihil re ipſa conſequuntur, non gubernant actualiter Vniuerſum, & nihil conducunt ad illius perfectionem; ideóque nec ad perfectionem Dei conducunt, quia liberæ volitiones Dei non habent aliam rationem Deo dignam, niſi creaturarum vtilitatem & perfectionem, ex qua Dei gloria reſultet. 6.

Cōfirmatio 3.

Etiā ab hominibus, qui prudētes ſūt, inutilia cenſentur decreta purè conditionalia indignáque viro prudente.

Confirmatur tertiò, quia nec ab hominibus prudentibus eliciuntur conditionalia decreta de rebus, quas nihil intereſt ſic, vel aliter diſponere, veluti quod ex duobus lapidibus prorſus ęqualis aptitudinis ad ædificandum, poneres iſtum in pariete dextro, & illum in pariete ſiniſtro, ſi domum ædificares, & quod iſtam arenam, potius quam illam eiuſdem aptitudinis, miſceres prius calci, vel in fundamenta iaceres. Alia namque decreta laudabiliter eliciuntur à viris prudentibus, licèt cōditionalia ſint; quia virtualiter continentur in decretis abſolutis obſeruandi præcepta vel conſilia Euangelica: veluti ſi quis apud ſe conſtituat pallium etiam dare, ſi quis voluerit ab eo tunicam auferre. At verò nulla Dei electio libera pertinet ad ſubſtantiam, nec ad perfectionem diuinæ virtutis; ſed æquè bonus & perfectus permanet volens hoc, vt volens eius contradictorium, aut non volens, quod nihil attinet ad actualiter exercendam gubernationem. 7.

Secūda ratio.

Secunda probatio principalis eſt, quia ſi darentur in Deo conditionalia decreta de quibuſlibet rebus; 8.

Digitized by Google

Præoccupatetur libertas efficaciũ omnium diuinarum voluntatum.

bet rebus; per illa præoccuparetur libertas omnibus volitionibus abſolutis & efficacibus, ita vt, nulla volitio efficax eſſet in ſe formaliter libera, ſed abſolutè neceſſaria (foret autem libera ſolum per extrinſecam veluti denominationem à volitionibus conditionatis) conſequens autem eſt contra communem ſententiam Theologorum, qui diuinis volitionibus efficacibus & abſolutis potiſſimum attribuunt libertatem, indifferentiam & dominium, quaſi ſubiectis, quibus ratione ſui formaliter conuenit illud prædicatum, & illæ quidem volitiones ex modo tendendi ſunt digniores, & aptiores ad libertatem habendam ratione ſui. Sequela verò probatur, quoniam ex conditionalibus decretis de quacumque conditione, vel operatione poſſibili, neceſſariò ſequuntur efficaces volitiones. Etenim ſi Deus decreuit, ſi ego ſum bonus, creabo Angelos; ſi creauero, permittam eorum peccatum; ſi peccauerint, creabo mundum corporeum, &c. cuncta neceſſariò ſequuntur ex decretis eiuſmodi, quæ niſi reuocentur, non poterit Deus non creare Angelos, nec poterit non permittere peccatum eorum, nec poterit non creare mundum corporeum.

9. *Tertia ratio.* Tertia probatio ſit, quoniam eadem ratione ſequitur, homines, qui de facto prędeſtinati ſunt, fuiſſe neceſſariò prædeſtinatos, ſuppoſitis conditionalibus decretis faciendi, vt tales homines conuerterentur & perſeuerarent, ſi crearentur in talibus circunſtantiis. Vnde præterea ſequitur, bonum vſum gratiæ conditionaliter præcognitum fuiſſe cauſam prædeſtinationis, non congruitatis modo, ſed etiam neceſſitatis: quod videtur abſurdum. Hanc & alias probationes fortius ponderauimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 71. ſection. 5. & multis ſequentibus.

10. *Quarta ratio* Probatur quartò, quia nulla ſufficiens ratio perſuadet in Deo volitiones purè conditionales. Imprimis enim non deſeruiunt, vt Deus præſciat quid quælibet voluntas faceret ſub quibuſlibet circunſtantiis. Omnia quippe conditionaliter futura de facto præſciri à Deo ante quamlibet volitionem liberam Dei & independenter ab illa, probatum eſt ſatis in tomo præcedenti de Scient. diſp. 62. & ſequentibus vſque ad diſp. 78. peculiariter autem diſp. 71. ſect. 2.

11. Deinde falſitas & inconſequentia viriaret rationes diuinæ prouidentiæ, quæ vel reuelantur in ſacris literis, vel à Patribus traduntur; ſi præſupponerentur conditionalia decreta; quam, & alias rationes proſecuti ſumus dicta diſp. 71. ſect. 3. 4. & 5. Nunc autem attingere ſatis eſt præſenti compendio.

DISPVTATIO IX.

Quod optimum eſt, an Deus ſemper & infallibiliter velit.

SECTIO I.

Quidnam ſit optimum, de quo dubitari poſſit.

1. Dico primò, Nõ agimus de ea perfectione & conuenientia, quæ volitis obiectis additur ex volitione diuina, ratione cuius illud omne dicetur optimum, quod Deus voluerit ex eo præcisè, quod optimum eſt Dei volitionem impleri; & nulla bonitas obiectorum eſt tanta, quæ præponderare, nec adæquare poſſit bonitatem implendi volitionem Dei. Iuxta quem ſenſum Damaſc. in Dialog. contra Manich. ſæpe repetit, quidquid Deus vult, eo ipſo eſſe bonum, præſertim prope medium Dialogi, & in medio & multò propinquius ad finem, quàm ad med.

Anſelmus in Proſologio cap. 10. & 11. docet, *illud eſſe iuſtum, quod Deus vult, & non iuſtum, quod non vult*. Quod etiam ex Auguſtino docet Albertus 1. pag. tract. 20. quæſt. 79. memb. 2. art. 1. fine. 2.

Agimus ergo de illa perfectione, quæ rebus volitis conuenit ſecundùm ſe, quatenus terminare poſſunt diuinam volitionem, abſtrahendo ab hoc, quod actualiter Deus illas velit, aut non velit. Nam quemadmodum ex parte obiecti ſupponitur honeſtas & conformitas cum ratione recta, vt diuina voluntas poſſit illud amplecti, vt videbimus diſp. 26. & ſequentibus; ſic etiam ex parte obiecti ſupponitur maior honeſtas, maiórque conformitas cum ratione recta, quæ dignior ſit efficaci amore Dei. 3. *De quo quæſtio procedat.*

Dico ſecundò. Certum & extra controuerſiam eſt, Deum ſemper velle & facere quod optimum & conuenientiſſimum eſt ad conſequendum finem efficaciter intentum, ſub ea menſura & modo, ſub quo efficaciter intentus eſt finis. Inſuper ſub hoc ſenſu velle optimum eſt phyſicè, atque ſimpliciter neceſſarium, & non liberum: quapropter oppoſitum eſt ſimpliciter impoſſibile. Demonſtratur, quia vel medium adhibitum non habet vim infallibiliter obtinendi finem ſub ea menſura, quam Deus intendit; & ſic diuina voluntas fruſtrabitur; ſiue quia de fine intento nihil obtinetur, ſiue quia obtinetur pars, & non totum, quod Deus intendit, ſiue quia plus obtinetur, quàm Deus intendit. Quæ omnia & ſingula repugnant efficaciati diuinæ voluntatis, ad quam pertinet non modò, vt fiat quod vult, ſed etiam vt non fiat, quod non vult, nec vltra nec citra menſuram, quam vult. Vel medium habet vim infallibiliter obtinẽdi quantum Deus obtineri vult, & nihil amplius, neque alio modo, niſi prout Deus efficaciter vult: & huiuſmodi medium eſt optimum comparatione talis finis ſub tali menſura voliti. Hoc igitur medium velle, ſimpliciter & phyſicè neceſſarium erit; ſicut phyſicè neceſſarium eſt, non fruſtrari voluntatem efficacem Dei, nec quantum ad ſubſtantiam finis, nec quantum ad modum & menſuram. 4

Semper Deus vult quod optimum eſt ad finem à ſe intentũ conſequendum.

Immo id velle & ſimpliciter neceſſarium, & oppoſitum omnino impoſſibile.

Demonſtratur.

Obiicies. Vis obtinendi hunc finem ſub tali menſura & modo conuenit pluribus mediis, quorum vnum eſt melius & perfectius, ac proinde eſt conuenientius: & tamen Deus quandoque eligit illud medium, quod minùs perfectum eſt. Reſpond. diſtinguendo: Nam ſi plura media habent vim infallibiliter obtinendi finem ſub tali mẽſura & modo; omnia ſunt æqualia, quantum ad formalem & præciſam rationem medij, ac proinde omnia ſunt optima negatiuè, quia nullum eſt melius alio. Cæterum poteſt vnum medium eſſe perfectius, quoad ſuam intrinſecam bonitatem, vel aliam bonitatem accidentalem. De hac, vtrum infallibiliter eligatur à Deo diſputabimus ſect. 4. & ſequẽtibus. Illud certum eſt, non neceſſariò eligi, vt videbimus ſect. 3. 5.

Solutio.

Si plura media æqualis virtutis ſint ad finis melius conſecutionẽ negatiuè, optima ſunt.

Demonſtrano

6. *Præcedentis demonſtrationis prima confirmatio.*

Demonſtratio præcedens declaratur & confirmatur primò; nam quandoque Deus, tanquam partem finis liberè eligit, quod obtineatur per medium perfectius & conuenientius; eo quod iſtum honorem & dignitatem finis Deus intendit, tanquam partem finis. In eo caſu nullum aliud medium minùs perfectum, & minùs conueniens ſufficiet ad obtinendum totum finem à Deo intentum. Si verò Deus non intendat prædictam dignitatem & honorem finis; tunc ſecundùm rectam prudentiam, nihil curabit de medio, quod fuerit perfectius & conuenientius ſecundùm materialem entitatem & bonitatem.

7. *Secunda cõfirmatio.*

Confirmatur ſecundò, nam licèt aliquando media, quod ex ſe eſt, contraria ſint conſequendo fini, ea tamen ratione ſunt magis proportionata, quatenus magis oſtenditur diuina ſapientia, bonitas & potentia, dum colligit de malis optima, de vilibus & imperfectis perfectiſſima.

8. *Tertia confirmatio.*

Confirmatur tertiò: Nam propter has rationes ſapienter Patres tradiderunt, ad mundi reparationem fuiſſe neceſſariam, non modò Incarnationem, ſed etiam permiſſionem peccati originalis, proditionis Iudæ, & crudelitatis Iudæorum, videlicet, vt hominum reparatio fieret cum tanta Dei gloria, oſtenſione attributorum, hominum vtilitate atque ſuauitate accommodata rerum naturis.

9. *Quarta confirmatio. Eccleſiaſtes 3. Olympiodorus.*

Confirmatur quartò. Nam ideo Eccleſiaſtes c. 3. *Non poſſumus*, inquit, *eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeretur.* In cuius commentario Olympiodorus tom. 1. Bibliot. *Sciendum*, inquit, *eſt hæc, quæ videntur eſſe veluti ſymbola ſpiritualium rerum. Quare ſi finem ſpecies, ob quem facta ſunt, omni prorſus carent defectu, &c.*

10. *Sæpe Deus non facit, quod optimũ foret, ſi à partibus reliquis vniuerſi ſepararetur.*

Dico tertiò. Certum etiam, & extra controuerſiam eſt, Deũ perſæpe non facere illud opus, quod optimum foret, ſeparatum à reliquis partibus vniuerſi, & à ſerie operũ diuinorum. Quapropter quando dixerimus, ſemper & infallibiliter Deum velle & facere optimũ, intelligimus illud, quod eſt optimum prout cõparatũ cum tota ſerie diuinorum operum præſentium, præteritorum & ſubſequentium. Probatur, ſic enim

Concluſionis fundamentũ.

Auguſt. lib. 3. de lib. arb. c. 5. & lib. 11. de Geneſ. ad lit. à cap. 6. vſq; ad 10. fatetur, voluntatem humanam, quæ peccare nequeat, ſecundum ſe meliorem eſſe, voluntate, quæ peccare poteſt. Cæterum in ordine ad totam ſeriem diuinorũ operum melius eſt, in hoc mundo voluntates hominum conſtitui cum poteſtate peccandi, vt ex peccatis non modo reproborum, ſed etiam prædeſtinatorum Deus colligat vtilitates plurimas, quas breuiter enumerabimus ſtatim.

11. *Primũ exemplum, pro re declaranda.*

Hunc perfectionis exceſſum Auguſtinus declarat exemplis. Primò; licèt viſus ſit perfectior ſenſus, quàm auditus, nihilominus animal, præditum duobus oculis & duabus auribus, perfectius eſt, quam foret animal quatuor oculis præditum & auribus deſtitutum. Sed audiamus Au-

Auguſtinus.

guſtinum qui prædicto lib. 11. de Geneſ. ad lit. poſtquam in cap. 7. initio, & in medio *conceſſit, meliorem eſſe naturam, quæ omnino peccare nolit*, ſequenti ca. 7. ſub init. eorum ſtoliditatem, qui dicebãt: *talem faceret hominem, qui nollet omninò peccare*, ita redarguit inter alia: *Cum æquare volunt genera, bonorum numerum minuunt, & immoderatè augendo vnum genus, alterum tollunt. Quis autem hos audiret, ſi dicerent, quoniam excellentior ſenſus eſt videndi, quam audiendi; quatuor oculi eſſent, & aures non eſſent? Ita ſi excellentior eſt creatura rationalis, quæ Deo ſubditur, &c. Quis rectè intelligens dicat, talis eſſet iſta qualis illa, nec videat, ſe nihil aliud dicere, quam, non eſſet iſta, ſed ſola eſſet illa?* Subiungit autem alios ſapientiſſimos fines creandi, quos Deus præſcit peccaturos. Et in c. 10. repetit prædictum inconueniens: *Velut aucta numeroſitate excellentioris generis, ipſorum generum bonorum numerus minueretur.*

12. *1. ad Cor. 12.*

Valet ad hoc exemplum confirmandum fere totum cap. 12. prioris Epiſtolæ ad Corinthios: *Si totum corpus oculus, vbi auditus? &c. Quod ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus?* Quibus

Secundum exemplum.

verbis notatur implicationem contradictionis inuolui deſideriis & querelis eorum, qui volebant omnes æquali gratia & honore præditos

Chryſoſtomus.

eſſe. Rectè namque Chryſoſtomus ad illa verba 1. Cor. 12. homil. 30. in med. ait: *Si non eſt quædam inter vos certa diuerſitas, ne corpus quidem eſtis: ſi porro non eſtis corpus, nec vnum eritis: Si non vnum, quomodo par fuerit omnium dignitas? Contra igitur, ſi æque omnes polletis, corpus non eſtis; ſi non eſtis corpus, nec vnum: ſi non vnum, quomodo æque eritis honorabiles?*

13. *Ambroſius Tertium.*

Concinit Ambroſius in eundem locum Pauli, potiſſimum illis verbis: *Diuerſitas hæc in vnum concurrit, vt corporis vtilitas expleatur: ſicut & ea, quibus mundus ipſe conſtat, cùm ſint diuerſa, non ſolum officiis, ſed etiam naturis, ad vnius tamen mundi proficiunt perfectionem.* Conſequenter igitur idem

Quartum.

Ambroſius lib. de Paradiſo ca. 10. circa med. *Si conſideres*, inquit, *quia Deo vniuerſitatis eſt cura; inuenies, plus placere Domino debuiſſe, in quo eſſet cauſa vniuerſitatis, quàm condemnandum fuiſſe illud, in quo eſſet cauſa peccati.* Agit de productione mulieris, quæ præſciebatur futura cauſa peccati.

14. *Quintum Iuſtinus.*

Non diſſimile præcedentibus exemplum accipitur ex Sole, de quo Iuſtinus in q. 3. Chriſtiana ad Gentiles: *Quemadmodum* ait: *expediebat rerum naturis eſſe vnum Solem, non duos, voluit Deus quod expediebat, quod non expediebat, non item.*

15. *Sextum*

Præterea, Cælum eſt melius quam terra; nihilominus concauum intra Cælum relinquere, quod elementis & terræ ſufficiat, meliùs fuit, quàm totum ſpatium vniuerſi ſolido cælo re-

Auguſtinus.

plere. *Non eſt enim vera ratio, ſed inuidia infirmitas, cùm aliquid melius faciendum fuiſſe cogitauerit, iam nihil aliud inferius velle fieri: tanquam ſi perfecto cælo, nolles terram factam eſſe nunquam omnino:* vt ſcribit Auguſt. lib. 3. de libero arbit. cap. 5. parùm à princip. quò probet, fuiſſe melius eas etiam animas producere, quę præſciebantur eſſe peccaturæ. Diſcutit autem inferius per varias terræ partes, quæ licèt inæquales ſint vtilitate & perfectione, requiruntur tamen ad vniuerſi perfectionem. Sic etiam lib. 83. qq. q. 41. rationem reddit ob quam Deus non æqualia cuncta fecerit: *Quia non eſſent omnia, ſi eſſent æqualia: non enim eſſent multa rerum genera, quibus conficitur vniuerſitas.*

16. *Septimum.*

Aliud exemplum ex inæqualibus pulchritudinibus diuerſarum ætatum ita ponderat in proximè ſequenti quæſt. 42. *Sicut ergo abſurdus eſt qui iuuenilem tantum ætatem vellet eſſe in homine temporibus ſubdito: inuideret enim cæteris pulchritudinibus, quæ cæteris ætatibus ſuas vices atque ordinem gerunt; ſic abſurdus eſt, qui in ipſo vniuerſo genere humano vnam tantum ætatem deſiderat: nam & ipſum tanquam vnus homo*

ætates ſuas agit. Nec oportuit venire diuinitùs magiſtrum, cuius imitatione in mores optimos formaremur, niſi tempore iuuentutis. Ad hoc valet quod dicit Apoſtolus, ſub lege tanquam ſub pedagogo paruulos cuſtoditos,&c. Galat. 3.

Galatas 3.

17. Magis directè pertinet ad præſens intentum quod ſtatim adiungit: *Aliud eſt quod diuina prouidentia, quaſi priuatim, cum ſingulis agit; aliud, quod generi vniuerſo tanquam publicè conſulit.* Inferius tandem in eodem libro 83. qq. q. 53. eadem analogia noſtrarum ætatum confirmat, congruentiſſimè fuiſſe diſtributas diſpenſationes Dei à temporibus Adami vſque ad finem ſæculi; quamuis aliæ fuerint meliores aliis.

18. Quamuis igitur voluntas, quæ peccare non poteſt, ſit melior, ſecundùm ſe conſiderata, verumtamen in ordine ad totam ſeriem diuinorum operum ſuauitatémque diuinæ prouidentiæ, melius fuit viatorum voluntates relinqui ſub poteſtate peccandi; non modo propter peculiarem rationem honeſtatis & laudis, quæ accreſcit hominum meritis ex cohibita poteſtate peccandi, & ex reſiſtentia tentationum, ac propter oſtendendam ſublimitatem diuinæ virtutis, quæ ſeruat theſaurum in vaſis fictilibus: ſed etiam propter illuſtriora virtutum opera, quæ ſupponunt propria vel aliena peccata. Sic ergo plura genera perfectionum & ſuauiùs à Deo producuntur, quàm ſi voluntates omnium viatorum ita confirmarentur in gratia, vt peccare non poſſent.

Voluntas humana omnino impeccabilis non eſſet melior in ordine ad vniuerſi ſeriē, quam ſi peccare potuiſſet.

19. Sic vniuerſitatis bonum ſemper à Deo præponi bono partis, docuerunt etiam Philoſophi, vt Plato & Plotinus, vt paulò inferius dicemus & Auicena 9. Metaph. cap. 6. referendus ſequenti diſp. ſect. 2. Idem docent Hugo Vict. in ſumma ſent. tract. 1. cap. 13. fine, & fuſius libro primo de ſacramentis fidei par. 4. capit. 20. à med. & capit. 23. à princip. S. Thom. 1. p. q. 47. art. 2. ad 1. Magiſter & communiter Scholaſtici 1. diſt. 46. vbi S. Bonauent. quæſt. vltima, Carthuſ. q. 3. Albertus 1. p. q. 80. memb. 2. art. 3. Alexander 1. p. q. 38. memb. 2. & q. 40. memb. 2. & 3.

20. Confirmatur primò, nam vt moneamur rerum creatarum perfectionem præcipuè conſiſtere in debita proportione & commenſuratione ad vniuerſam ſeriem præteriti, præſentis, atque futuri temporis. Eccleſiaſtes cap. 3. enumeratis operationum generibus, quæ à Deo inſtitutæ ſunt pro diuerſis temporibus, ſubiungit: *Cuncta fecit bona in tempore ſuo.* Cui ponderationi conſonant commentaria Hieronymi, & Olympiodori.

Eccleſiaſtes 3.

21. Confirmatur ſecundò, nam propterea Geneſ. 1. de ſingulis rebus creatis dicitur fuiſſe bonas: ſed die ſexto de tota rerum collectione dicitur: *vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* quoniam ex omnibus conſiſtit vniuerſi admirabilis pulchritudo, vt Auguſtinus notat in Enchiridione capit. 10. & 11. receptus à Magiſtro & communiter Scholaſticis 1. diſt. 46. cap. *Eſt enim.* Quibus ſimilia docet Chryſoſtomus homil. 10. in primum cap. Geneſ. & S. Thomas nuper citatus. Explicat autem Auguſtinus analogia corporis humani lib. 1. de Geneſ. contra Manichæos cap. 21. à principio ponderans: *Cum de ſingulis ageret, dicebat tantum: vidit Deus quia bonum eſt; cùm autem de omnibus ageretur parum fuit dicere bona; niſi adderetur* & valde. *Si enim ſingula opera Dei inueniuntur habere laudabiles menſuras, & numeros, & ordines, in ſuo quaque genere conſtituta; quanto magis omnia ſimul, id eſt, ipſa vniuerſitas; quæ iſtis ſingulis in vnum collatis completur. Omnis enim pulchritudo, quæ partibus conſtat, multò eſt laudabilior in toto, quàm in parte. Sicut in corpore humano, ſi laudamus oculos ſolos, ſi ſolum naſum aut ſolas genas, &c. quanto magis totum corpus.* Quam comparationem proſequitur toto capite. Eadémque valde bona Dei opera comprobat eſſe lib. 3. de Geneſ. ad lit. ca. 24. quod eſt vltimum & lib. 11. c. 21. & lib. 13. Confeſſionum c. 28. & quatuor ſequentibus.

Geneſis 1.

Auguſtinus.

Sapienter igitur Auguſtinus Manichæorum & Martionis calumnias aduerſus opera Dei, quæ videbantur illis eſſe mala, retundit, oſtendens vniuerſale bonum ex illis reſultans lib. 11. de ciuit. c. 22. *Nec attendunt, ait, quàm vel ea ſuis locis naturiſque vigeant, pulchróque ordine diſponantur; quantúmque vniuerſitati rerum pro ſuis portionibus decoris, tanquam in communem rempublicam conferant, vel nobis ipſis, ſi eis congruenter atque ſcienter vtamur, commoditatis attribuant: ita vt venena ipſa conuenienter adhibita, in ſalubria medicamenta vertantur.* 22.

Auguſtinus.

Manichæorū calumnia repelluntur.

Paucis autem interpoſitis adiungit: *A terrenis vſque ad cæleſtia, & à viſibilibus vſque ad inuiſibilia ſunt aliis bonis alia bona meliora, ad hoc inæqualia, vt eſſent omnia.* Conſtans igitur permanet in hac ſententia, quam locis etiam ſupra citatis notauimus, & ſubdit: *Deus autem ita eſt artifex magnus in magnis, vt minor non ſit in paruis: quæ parua non ſua granditate, ſed artificis ſapientia metienda ſunt: ſicut in ſpecie viſibili hominis, ſi vnum radatur ſupercilium, quàm propemodum nihil corpori, & quàm multùm detrahitur pulchritudini: quoniam non mole conſtat, ſed paritate ac dimenſione membrorum.* Vix poterat elegantius aliud & euidentius exemplū afferre, quā vtriuſq; ſupercilij neceſſitatē ad hominis pulchritudinē. Plura tamē exempla nobis occurrent in ſect. ſeqq. præcipuè diſp. 10. ſect. 8. 23.

Aptiſſima Auguſtini comparatio.

Tale eſt quod accipitur ex inæqualitate magnitudinis & altitudinis, ac eminentiæ, non ſolùm in partibus terræ, ſed etiam animalium, aut aliarum rerum, inde námque totius pulchritudo conſurgit; vt Nazianzenus obſeruat orat. 16. dē pauperum amore poſt num. 42. vnde aliqua verba referemus ſect. 4. Eandem optimi conſiderationē in ordine ad vniuerſum præcipiebat Plato & Plotinus, vt refert Theodoretus li. 6. de Græcorum affectionibus & referemus ſect. 4. longè poſt med. Eámque primariò reſpexit Ariſt. li. 12. metaphyſ. c. 10. ſub initium: cuius verba referemus ſequenti diſp. 10. ſect. 2. Plato verò dialog. 10. de legibus fere inter med. & finem: *Perſuadeamus*, inquit, *eum, qui toti prouidet, ad virtutem ſalutémque totius omnia ordinare, cuius pars quæque pro viribus, quod ſibi conuenit agit, & patitur.* & poſt pa[illegible] *Medicus enim & artificioſus opifex omnis [illegible] gratia ſingula facit, & ad communem perfectionē dirigit omnia, nō totū ad partē, ſed partes ad totā ſingulas referens. Tu autem moleſtè fers, quia ignoras quo pacto; quod tibi optimū eſt, vniuerſo ſimul & tibi pro communis generationis viribus conuenit.* 24.

Alia ex altitudine & magnitudine deſumpta.

Plato.

Confirmatur 3. Nā infinitum, etiā ſi ſecundū ſe foret melius, nō foret melius in ordine ad vniuerſum: quocirca productū non eſt, infra ſect. 2. 25.

Infinitum.

Ex eiſdem fundamentis colligitur, quando dicimus Deū feciſſe, quod optimū eſt, intelligendū eſſe optimū, quod eſt congruentius, & ſuauius, 26.

&

Comparatione naturæ humanæ poſt originale peccatum, rationabilius eſt hominem nõ eſſe incorruptibilem.

& rationabilius, comparatum cum natura & exigentia rerum & operationũ: quamuis enim melior ſit homo incorruptibilis: at verò cõparatione naturæ humanæ poſt originale peccatũ rationabilius, & congruentius eſt, corruptibilem eſſe aliquo tempore, atque ex laboribus & ærumnis aſpirare ad æternam & incorruptibilem vitam.

27. Contrarium aſſertionis tertiæ ſenſiſſe videtur Hugo Victor. lib. 1. de ſacramentis fidei part. 2. c. 22. quod eſt vltimum inter med. & finem. Impugnat enim eos, qui dicunt, ſingulas creaturas per ſe conſideratas à perfecto minùs habere, vniuerſitatem autem rerum omnium non poſſe eſſe meliorem, quam eſt. Nihilominus, vt ex contextu conſtat, Hugo ſolummodo contendit, vniuerſi perfectionẽ poſſe in infinitũ à Deo fieri meliorẽ, & meliorẽ ſine termino: & ea de cauſa non eſſe poſſibilem mundum optimum: vt videbimus ſect. ſequenti. Aliàs verò indicãdum eſſe de perfectione diuinorum operum, non ſecundùm ſe tantum, ſed potiſſimum in ordine ad vniuerſum, Hugo docuit locis paulò ſuperiùs citatis.

SECTIO II.

De generibus perfectionum, in quibus optimum eſt impoſſibile.

1. *In quibuſdã verũ generibus, optimũ impoſſibile eſt.*

SIt vnica concluſio. Certum eſt, in quibuſdam generibus perfectionis, Deum non velle id quod optimum eſt: quoniam in eis nihil eſt optimum; ſed potius, quacumque perfectione data, poſſibilis eſt perfectio maior & maior in infinitum. Ratio demonſtrans eſt, quia Dei amor efficax non poteſt velle producere effectum impoſſibilem; ſed in iis rerum generibus impoſſibile eſt optimum & ſummum; Ergo non poteſt Deus illud efficaciter velle. Imo neque amore complacentiæ Deo placeot impoſſibilia: ſunt enim non entia & mala.

2. *Perfectio infinita, ſi daretur, foret optima in ſe conſiderata, ſecus tamen in ordine ad vniuerſum.*

Obiicies: In his generibus perfectionis poſſibilis eſt perfectio infinita, & illa erit optima. Reſpondetur 1. licèt perfectio infinita, ſi daretur, foret optima, quoad ſuam realem entitatem præciſè conſideratam; cæterum non eſſet optima, prout eſſet pars vniuerſi; quoniam non ſeruaret debitam commenſurationem & proportiooem, cum reliquis partibus vniuerſi; hanc enim bonitatem conuenientiæ & proportionis ad vniuerſitatem mundi, præcipuè intentam eſſe à diuina bonitate vidimus ſection. præcedenti aſſertione 3.

3 *Sol infinitus, imperfectiſſimus eſſet in ordine ad vniuerſum, & valde nociuus.*

Exemplum ſit, Sol infinitus; huius enim perfectio maior eſſet entitatis extenſione; ſed in ordine ad vniuerſum eſſet imperfectiſſimus, & valde nociuus; quia neque elementis neque hominibus locum relinqueret, neque poſſet accedendo & recedendo variare tempora, & mixtorum & animalium generationes cauſare. Quapropter longè deterius eſſet vniuerſum, ſi omnes illius partes forent infinitæ extenſionis, aut multitudinis; ſiquidem confunderetur earum locus & actiuitas. Hanc imperfectionem & incongruentiam, vt minimùm demonſtrant argumenta, quibus Ariſtoteles 3. Phyſic. à textu 40. vſque ad 56. & 1. de cælo à textu 36. vſque ad 76. & S. Thom. 1. p. q. 7. articul. 3. & 4. & alij Philoſophi atque Theologi probant, tam in extenſione, quàm in multitudine infinitum in corporibus eſſe impoſſibile.

4. *Neque congruum fuit infinitas animas procreari.*

Deinde, quantum ad ſpiritus, Animarum rationalium infinita multitudo creari non poterat, iuxta ſuauem atque naturalem prouidentiæ ordinem; niſi generationes hominum ab æterno fluxiſſent: earum autem æternitas, ſi poſſibilis fuit (quod multi Patres cum æternitate mundi negant) ſaltem non fuit expediens ob varias rationes, quas attigit S. Thom. 1. p. q. 46. articul. 1. ad 6. & ad 9. & quæſt. 3. de potentia articul. 17. ad 8.

5 *Neque etiã infinitã Angelorũ multitudinẽ decuit creari.*

Rurſus Angelorum infinita multitudo nõ expediebat commenſurationi & proportioni cum hominibus beatificandis. At homines & Angeli partes ſunt vnius corporis Eccleſiæ triumphantis; ideóque proportionem inter ſe habere debẽt. Inſuper Angelorum infinitudo non ſeruaret debitam proportionem cum Chriſto capite; quoniam eorum omnium gratia & gloria collectiuè ſumpta foret maior, quàm accidentalis gratia & gloria Chriſti Domini, quoad phyſicam realitatem. Deeſſent ob eandem rationem aliæ plurimæ proportiones partium, quas Deus nouit.

6. *Hierarchia perturbationẽ pateretur.*

Præterea perturbaretur hierarchia & ordinata gubernatio. Nam ſi forent in infinitum perfectiores vno Angelo determinato; nullus foret ſupremus & caput cæterorum, quoad naturalia, nec quoad illuminationem à Deo recipiendam & tranſmittendam ad inferiores. Deinde verò, ſi forent infiniti Angeli imperfectiores vno determinato; nullus eorum eſſet infimus immediatè gubernans & tangens humanam hierarchiam & communicans illuminationem à ſupremo Angelo deriuatam.

Nullus foret ſupremus, & cæterorum caput.

7. *Angeli ſe excedentes in perfectione.*

His addi poſſunt rationes S. Thom. 1. p. q. 7. art. 4. propter quas non expediret etiam infinita multitudo Angelorum, ſe inuicem excedentium per partes, quaſi proportionales perfectionis. Præterquam quod eam collectionem eſſe impoſſibilem, probari poteſt, quoniam cuiuſlibet Angeli exceſſus ab altero foret determinatus: vnde inter extrema determinata daretur infinita multitudo determinatorum exceſſuum: ſic enim probauimus alibi, non eſſe poſſibiles infinitas partes proportionales continui ſeparatas & determinatas, quoniam inter extrema determinata daretur infinita multitudo quantitatum determinatarum. Sic etiam de reliquis infinitis excogitare licet ſimiles aut diſſimiles rationes incongruitatis & inconuenientiæ in ordine ad vniuerſum.

8. Reſpondetur ſecundò, Quamuis daretur infinitus effectus, adhuc non eſſet optimus: poteſt enim infinitus effectus eſſe melior; ſi eidem addatur aliqua perfectio; niſi ſupponas, eſſe tale infinitum, quod exhauriat totam diuinam potentiam, quod creari non expediret, etiam ſi foret poſſibile. Veruntamen eſſe impoſſibile, probat ex profeſſo Hugo Victor. lib. 1. de ſacramentis fidei part. 2. capit. 22. colum. vltima, & in ſumma ſententiarum tractatu 5. capit. 14. ad finem.

9. *Infinita intenſio gratiæ & gloriæ cõtradictionem inuoluit.*

Reſp. 3. Saltem infinitum gratiæ & gloriæ quoad intenſiooem, implicat contradictionem, vt oſtendimus diſp. 9. de charitate q. 12. & 1. p. q. 12. de Viſione art. 7.

10. *Cõfirmatio 1. Poſſibilitas alterius mũdi tã numero quàm ſpecie diſtincti.*

Nunc explicatur concluſio initio poſita, & confirmatur primò, nam poſſibilem eſſe alium mundum perfectiorem, ſpecie diuerſum ab hoc mũdo, cum pluribus ſpeciebus ſubſtantiarũ ſiue ſpiritualiũ ſiue materialium; inſuper poſſibilem)

eſſe alium mũdum ſolo numero diuerſum cum pluribus & melioribus indiuiduis & maiori perfectione accidentali, probat magis in vniuerſali loquurus Hugo Victor. lib.1.de ſacrament.p.2. cap.22.col.vltima & ſentent.tractatu 1.cap.14. nuper citatis. Magis diſtinctè atque expreſsè S. Thomas, Caietan. & communiter expoſitores infra q.25.art.6.Alexander 1.p.q.21.membr.3. art.1.2.& 7. Albertus 1.p.q.67.memb.3. tribus articulis S. Bonauent. 1. diſt. 44.art.1.q.1.& 2. vbi Gab.q.vnica art.1.& 2.Maior q.1.Marſilius in 1.q.43.art.2. Capreolus 1. diſt. 43.q. vnica, art.2.conc.2. Valent.1.p.q.25.puncto 3. corol. 4.& 5. Molina q. 25. art.6. Suarez 1.p.lib.3.de attributis ca.9.ad finem. Et ſaltem, quoad maiorem perfectionem accidentalem poſſe fieri meliorem mundum, ſentiunt Durand.1.diſt.44.q. 3.& Vaſquez 1.p.diſp.107.cap.2.& 3.Quamuis de aliis rerum ſpeciebus producendis aliter ſentiant. *Magiſter.* Conſonat Magiſter 1.diſt. 44. dicens; *Poteſt Deus eorum quæ facit quædam alio meliori modo facere, ſi modus referatur ad qualitatem creaturæ, non ad ſapientiam & potentiam Creatoris.*

11. *Mundus antequã creatus eſt potuit creari.* Secundò idem conſtat in tempore creandi mundum (ſuppono enim mundum creari potuiſſe prius, quàm creatum eſt, quamuis oppoſitum probare contendat D.Bonauent. 1.diſt.44. art.1. q. 4.) Nam quamuis ſecundùm ſe, & ex obiecto, melius fuiſſet creare mundum prius; ſed in hoc genere perfectionis non datur optimum, ſicut non datur prima duratio, in qua creari potuerit, niſi crearetur mundus ab æterno (quod ſuppoſui non expedire ob infinitatem animarum, aliáſque rationes.) Quapropter rectè Auguſtinus lib.11.de Ciuitat.cap.5.à medio & lib.12.toto cap.12.ait; ſtultam eſſe interrogationem, cur Deus non antea creauerit mundum: nam idem potuiſſet interrogari, etiam ſi antea creatus fuiſſet. Quibus conſonat lib.1.de Geneſi contra Manichæos cap.2.

12. Tertiò idem conſtat, ſi rationem quæras, ob quam non fuerint creati plures mundi, neque duplo plures homines in hoc mundo, neque plures prædeſtinati fuerint, & ſic de aliis innumeris interrogationibus, in quibus, ſicut nihil eſt ſummum & optimum, ita impoſſibile eſt Deum velle ſummum & optimum; ſed pro ſua libera voluntate debet limitare menſuram; alioqui non poterit aliquid producere.

13. *S.Thom.* Ideo S.Thom. 1.p.q.47.art.3.ad 2. ait: *nullum agens intendit pluralitatem materialem vt finem, quia materialis multitudo de ſe tendit in infinitum: infinitum autem repugnat rationi finis. Cum autem dicitur plures mundos eſſe meliores, quàm vnum, hoc dicitur ſecundum multitudinem materialem: tale autem melius non eſt de intentione Dei agentis, quia eadem ratione dici poſſet, quod ſi feciſſet duos, melius eſſet, quod eſſent tres, & ſic in infinitum.*

SECTIO III.

Licèt Deus abſolutè liber fuerit vt non vellet optimum; in omnibus tamen atque infallibiliter optimum voluit.

1. SEctionis titulus, & concluſiones ſequentes intelliguntur iuxta ſenſum expoſitum duabus ſectionibus præcedentibus. Sit igitur prima concluſio. *Prima concluſio.* Omnino certum eſt, Deum liberrimè potuiſſe in quolibet rerum genere creatum obiectum illud eligere, quod ex ſe minus bonum eſſet, relicto obiecto meliori aut optimo. *Ratio prima.* Probatur 1. quia non ſolùm Deus potuit nullum creare mundum (vt oſtendimus diſp. 8. ſect. 4.) ſed etiam ex ſuppoſitione quod mundum creaſſet, & peccatum Adami permiſiſſet, potuit Incarnationis remedio prætermiſſo, aliam inire rationem minùs accommodatam ſuæ gloriæ & hominum ſaluti. Inſuper potuit omnium hominum æternam damnationem permittere, nullo ſalutis remedio adhibito. Quæ poſſibilitates negari non poſſunt ſine temeritate atque fidei periculo, vt communiter ſentiunt Patres & Scholaſtici, diſputantes de neceſſitate Incarnationis 3.p.q.1.art.2.vt oſtendimus diſp.7.ſect.4. circa med.

2. *Ratio ſecunda.* Probatur ſecundò, quia ſi Deus neceſſariò faceret quod optimum eſt, nihil aliud potuiſſet facere, quàm quod fecit, ſaltem quoad rerum ſpecies aut genera: vnde non potuiſſet non producere genus Angelorum & hominum, ſupernaturales actus, & habitus gratiæ & gloriæ, atque vnionem hypoſtaticam. Quapropter hæc ipſa amitterent rationem gratuiti doni, ſaltem in cõmuni & vagè, itavt comparatione intellectus & voluntatis creatæ, vt ſic, nulla eſſet gratuita Dei liberalitas, ſed ſolummodo foret comparatione huius, aut illius perſonæ, videlicet, quoniã huic perſonæ daretur potius quam alteri donũ, quod neceſſariò tribuendum erat alicui. Quam rationem Anſelmi teſtimonio corroboratam dedimus diſp.7. ſect. 4. probatione 12. Denique ad hoc probandum adduci poſſunt omnes rationes, quibus refutatus eſt error Abailardi & Wiclephi, dicentium, Deum non poſſe melius, neque aliud facere, niſi quod facit. Quas ponderauimus diſp. 7. quinque prioribus ſectionibus, & diſp.8.ſect. 3.4.& 5.

3. *Secunda concluſio.* Ex his manifeſtè colligitur ſecunda concluſio. Abſolutè loquendo non fuit neceſſarium Deum eligere magis bonum & magis conueniens; nec fuit ſimpliciter impoſſibile Deum eligere minùs bonum atque minus conueniens. *Prima obiectio. Hugo Victorinus.* Obiicies 1. quoniam Hugo Victorinus in ſententiis apud Alexandrum 1.p.q.21.memb.3.art. 2.ait: *Quicquid facit Deus, ſi melius poteſt facere, quam facit, in hoc ipſe non benè facit, quod non optimè facit, quod facit.* *Soluitur.* Reſpondeo, licèt Alexander hoc acceperit, quaſi dictum ex propria ſententia: nihilominus Hugo retulit hoc, quaſi aliorum errorem & ex profeſſo refutauit; vt conſtat lib.1.de Sacramentis fidei part.2. c.vlt.quod eſt 22. longè poſt med. & in Summa ſententiarum tractatu 1.cap.14.ad finem.

4. *Secunda obiectio.* Obiicies 2.Ex ſuppoſitione quod Deus decernit rem aliquã producere, genus erit imprudentiæ, vel auaritiæ non producere perfectã & abſolutam omnibus partibus, infinitáque ſapientia dignã. v.g. ex ſuppoſitione quòd creat homines, imprudẽtiæ foret illos omnes producere cæcos, ſurdos, membris omnibus captos, languentes, rationis incapaces & intra menſẽ aut diem morituros. Nec non imprudentiæ foret & auaritiæ cunctis hominibus & brutis animantibus potũ, cibum & cætera omnia vitæ ſubſidia denegare, ſiue ad conſeruationẽ indiuidui, ſiue ad propagationẽ ſpecierũ. Huiuſmodi infinita exẽpla poſſunt excogitari, ex quibus omnibus infertur, Deũ ſuæ prouidentiæ atque magnificentiæ debere, vt ex ſuppoſitione quod creare decreuerit, rem optimam

Digitized by Google

optimam, perfectiſſimámque producat, eique conſulat optima ratione prouidentiæ & maximè accommodata rerum naturis.

5. Reſpondeo. Id quidem infallibiliter colligitur ex Dei ingenio infra ſect. 9. & multis ſequentibus, & diſp. 10. ſect. 4. Cæterom non eſt neceſſarium, quin potius ſumma facilitate atque libertate Deus potuiſſet oppoſitum velle ad oſtenſionem ſupremi dominij, neque id foret imprudentia, vel auaritia. Sicut enim occiſio innocentis peccatum eſt hominibus, quia carent vniuerſaliſſimo, atque pleniſſimo dominio, quo Deus gaudet, qui proinde nullam cõmitteret culpam, licèt omnes ſanctos & probos annihilaret; ſic etiam imprudentia & auaritia erit reſpectu noſtri, quod Dei comparatione longè diſtat ab imprudentia & auaritia. Diſcriminis ratio eſt, quoniam nos indigemus fine & mediis, & tenemur illa conſequi optimo modo, aut ſaltem perficimur magis eorum meliori conſecutione: Deus verò nullius eget, nulliuſve rei conſecutione perficitur, vllo modo, neque vlla obligatione tenetur. Vnde fit vt citra imprudentiam & auaritiam, Deus pateretur creaturas omnes egere, eſurire, languere, vexari & interire.

Ratio diſcriminis inter creatorem Deũ & eius creaturas in ordine ad eligendum optimum.

6. Confirmatur, creata námque voluntas ſemper deſtinatur, quaſi ad finem & propriam beatitudinem ad ſuas operationes; & inſuper ordinatur ad bonum cõmunitatis, quoniam eſt pars illius; ideóque voluntas creata perficitur, quando melius ordinat ſuas operationes ad ſuã beatitudinem & ad bonum communitatis. E contrariò Deus non ordinatur ad alium finem extrinſecum, niſi ad cognitionem & amorem propriæ bonitatis; ideóque cætera omnia ſine vlla imprudentia aut auaritia negligeret, ſi vellet.

7. *Tertia concluſio.* Tertia concluſio. Deus ſemper, atque infallibiliter vult illud bonum, quod in ordine ad vniuerſitatem rerum eſt ſimpliciter optimum. Huius concluſionis declaratio deducitur ex hac & præcedentibus ſectionibus. Eſt enim intelligenda in eo tantum genere perfectionis, in quo poſſibile eſt optimum, quoniam in illo non datur proceſſus in infinitum. In hoc igitur Deus ſemper eligit optimum finem creatum, ita vt finis ille creatus, qui per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ proponitur eſſe perfectiſſimus, & quod ex ſe eſt accommoditiſſimus ad maiorem Dei gloriam, & oſtenſionem omnium attributorum, & attentis omnibus circunſtantiis præteritis, præſentibus & futuris, rationi maximè conſentaneus, idem ſemper alliciat diuinam voluntatem, vt eum velit executioni mandare: proptereáque, quamuis illius electio ſit phyſicè & abſolutè libera; nihilominus ſit infallibilis & moraliter neceſſaria: quæ neceſſitas eſt ſecundùm quid, & non ſimpliciter, vt dicemus diſp. 10. ſect. 4.

8. Exemplum ſit Incarnatio, quæ inter fines creatos eſt optimus ex genere: huius igitur electionem dicimus, fuiſſe infallibilem, etiam præſciſo libero decreto incarnandi. Quapropter à fortiori reiicimus aliquorum ſententiã, aſſerẽtium quòd diuina voluntas ita fuerit indifferens, vt præſciſo libero decreto incarnandi, nulla maiori inclinatione propenderit ad Incarnationem producendam potius, quam omittendam. Poteſt etiam exemplum eſſe productio humani generis, vel Angelici, creatio animalium, prædeſtinatio aliquorum hominum, permiſſio peccatorum & his ſimilia: quæ genera bonorum optima ſunt cum eorum oppoſitis comparata. Ad hanc aſſertionem probandam & defendendam diriguntur omnes ſectiones ſequentes.

SECTIO IV.

Communis Patrum conſenſus pro electione optimi, & optima prouidentia.

AVguſtinus lib. 3. de lib. arb. cap. 5. parum à princ. ait: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, hoc ſcias feciſſe Deum, tanquam bonorum omnium conditorem.* & propius ad medium quàm ad princ. *Cùm dicit melius hoc fieret, quam illud, ſi verum dicit, & videt; quod dicit; in illis, quibus connexa eſt rationibus, videt. Credat ergo, Deum feciſſe, quod vera ratione ab eo faciendum eſſe cognouit, etiamſi hoc in rebus factis non videt.* Quod fuſiùs explicat ibi. Rurſus libro de quãtitate animæ ca. 33. explicans quartum gradum animæ in fine: *Dei iuſtitia factum eſt*, inquit, *vt non modo ſint omnia, ſed etiam ſic ſint, vt omnino melius eſſe non poſſint.* Id autem eſt optimè, quod melius eſſe non poteſt. Præterea lib. 4. de Geneſ. ad lit. c. 16. circa med. ait: *Bona facere, ſi non poſſet, nulla eſſet potentia: ſi autem poſſet, nec faceret, magna eſſet inuidentia. Quia ergo eſt omnipotens & bonus, omnia valde bona fecit.* Inuidentiam explicabimus ſect. 17. nunc verò nota, non ſolum bona, ſed etiam valde bona Deum feciſſe, rectè ſequi ex eo quòd ſit omnipotens & bonus. 1.

Ex eodem generali principio deducit homini concedendam fuiſſe libertatem lib. 83. qq. q. 2. dicens: *Hominem Deus cùm fecit, optimũ fecit. Melior autem homo eſt, qui voluntate, quam qui neceſſitate bonus eſt. Voluntas igitur libera danda homini fuit.* Eodem ſenſu nonnunquam Auguſtinus dicit, neceſſarium eſſe, vt Deus faciat aliquid, eo quod illud ſit melius & rationabilius, non intelligens eã, quæ ſimpliciter eſt neceſſitas, ſed moralem infallibilitatẽ, quæ ſecundùm quid eſt neceſſitas: Quemadmodum in id Pſal. 76. *Nunquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? Neceſſe eſt*, inquit, *vt reuocet ad ſe ſeruos ſuos, neceſſe eſt vt recipiat fugitiuos redeũtes ad Dominũ, neceſſe eſt vt exaudiat vocẽ compeditorũ.* 2.

Neceſſitas moralis ad optimum in Deo.

Pſalm. 76.

Huic neceſſitati cõſequens eſt alia ſimilis impoſſibilitas oppoſiti, iuxta quã Auguſtinus ſerm. 7. in natali Dom. qui eſt 11. de tẽpore: *Sicut non poterat caro, niſi de carne naſci, ita non poterat Dei caro de fœmineo vtero, niſi ſine generante prodire.* Nempe ſicut de potentia ordinaria & iuxta leges & ordinem naturæ, non poterat caro, niſi de carne naſci, licèt poſſet de potentia abſoluta: ita de potẽtia ordinaria & iuxta ſupernaturalis prouidentiæ ordinẽ rationabiliorẽ, non poterat Dei caro de fœmineo vtero, niſi ſine generãte, prodire: licèt poſſet de potẽtia abſoluta. Idẽ colligitur ex aliis eiuſdẽ locis, adducẽdis ſect. ſeq. Maximè verò ex li. 3. de Geneſ. ad lit. ca. 24. & li. 1. de Geneſ. cont. Manichæ. cap. 21. & lib. 13. confeſſionum c. 28. & ſequentib. nam in bis tribus libris, probat ea, quæ Deus fecit, eſſe non tantum *bona*, ſed etiam valde bona, ſicut retulimus ſect. 1. 3.

Impoſſibilitas moralis ad oppoſitũ.

Inſignior eſt locus Auguſtini lib. 1. contra Aduerſarium legis & Prophetarum c. 14. poſt med. quem integrum & cohærentem cum ſuperiori cõtextu, referre viſum eſt, vt facilius excludatur explicatio, quæ contra mentem Authoris nuper in lucem prodiit. Ait igitur Auguſtinus: *Quibus autem videtur ſic hominem fieri debuiſſe, vt peccare* 4.

Noua excluditur explicatio.

Sic habet. *nollet, ſi non eis diſpliceat ſic eſſe factum, vt non poſſet peccare, ſi nollet. Nunquid enim, ſi melior eſſet qui non poſſet peccare, ideo non bene factus eſt qui poſſet & non peccare? Aut verò vſque adeo deſipiendum eſt, vt homo videat melius aliquid fieri debuiſſe, & hoc Deum vidiſſe non putet aut putet vidiſſe, & credat facere noluiſſe; aut voluiſſe quidem, ſed minimè potuiſſe? Auertat hoc Deus a cordibus piorum.*

5\. *Auguſtini verba detorquet.* Ex priori membro prædictæ ſententiæ recens explicatio colligit, Auguſtinum planè fateri, melius bonum à Deo fieri potuiſſe; proptereáque poſterioris membri verba detorquet, vt ſolummodo ſignificent; Deum nihil facere quod indecentiam contineat in ordine ad Deũ. *Refutatur 1.* Refutatur autẽ hæc expoſitio primò, quoniã violenter detorquetur comparatiuum *melius*, vt nihil amplius ſignificet, quam ſuũ poſitiuum, videlicet, *bonum*: tale námque eſt quod indecentiam nõ continet.

6\. *Refutatur 2.* Secundò ac præcipuè refutatur, quoniam vtriuſque membri prædicti teſtimonij mens & concordia manifeſtè fuit tradita multis aliis in locis Auguſtini quæ ponderauimus ſect. 1. & ponderabimus etiam ſect. 5. & 11. quibus Auguſtinus expreſsè fatetur, ſecundùm ſe conſideratam voluntatem, quæ peccare nequeat, eſſe meliorem voluntate, quæ poteſt peccare: nihilominus efficaciter probat, in ordine ad totam vniuerſitatẽ diuinorum operũ, fuiſſe melius & magis oſtenſiuum diuinorũ attributorũ producere vtramque voluntatẽ. Atque hoc ipſum eſt quod intendit Auguſtinus toto ſequenti cõtextu illius capitis 14. dum rationes reddit, non tantũ excuſantes à malitia, ſed etiã probantes maius bonũ.

7\. *Refutatur 3.* Refutatur 3. quoniam in rigore logico, qui conditionalem negat, non ideo cenſendus eſt concedere antecedens illius. Merito námque falſa iudicaretur hæc conditionalis: *Si melius eſt plumbum quam aurum; malum eſt aurum.* Nec propterea cenſeretur verum illius antecedens, *Melius eſt plumbum, quam aurum.* Auguſtinus igitur ſolummodo negauit illationem, quia colligebat aduerſarius, non eſſe benefactum hominem, qui poſſet peccare & non peccare, quia melior eſt qui non poteſt peccare: tunc autem non explicuit an eſſet melius, ſed contextu ſequenti.

8\. Nazianzenus orat. 34. quæ eſt 2. de Theolog. col. 6. nu. 19. & 20. quæſtione propoſita: Quare Deus apertam ſui viſionẽ, prout eſt in ſeipſo, nõ conceſſerit in hac vita: reſpondet, hoc non fuiſſe factũ eo quod Deus hominibus in hac vita noluerit concedere maius bonum (hoc enim reputat indignum Deo) ſed quia maiora bona colliguntur ex eo, quod clara Dei viſio differatur ad aliam vitam. *Viſionẽ Dei in futurum differri vtile.* Longus eſt & obſcurus contextus; inde tamen aliqua decerpam. *Non ob inuidia (longè enim abeſt à diuina natura inuidia liuor) vtpote quæ omni perturbatione vacat, ſoláque bona & domina eſt: ac præſertim erga id, quod ex omnibus rebus à ſe conditis maximo in pretio habet. Quid enim apud Verbum priore loco ac numero eſt, quam quæ rationẽ ac ſermonis facultatem acceperunt?* Atque nõnullis in eandẽ ſententiam interpoſitis adiungit: *ſophiſticum planè atque alienum eſt, non dicam à Deo, ſed ab homine mediocri probitate, candoréq; prædito, prohibendis aliis principatũ ſibi arrogare.* Quod dicit, vt oſtendat, alienum & indignũ Deo fuiſſe denegare ſui viſionẽ ſola ratione oſtentandi ſupremũ dominiũ & ſingularẽ excellentiã, ſi nõ acceſſiſſét rationes boni maioris, quas explicat è veſtigio.

9\. Idem oratione 16. quæ eſt de pauperũ amore propius ad finẽ quàm ad med. poſt num. 42. defendit maius bonũ, maiorémq; pulchritudinem vniuerſi reſultare ex inæqualitate rerũ huius ſeculi; quãuis ſingulæ, per ſe conſideratæ, videantur minùs ſapienter gubernari. *Varietas vniuerſi pulchra.* *Tametſi omnia eò conferam* (videlicet ad premiom vel pœnã futuri ſæculi) *atque apud Deũ æquabile quiddã proculdubio habeat id, quod nobis inæquale eſſe videtur: haud aliter atque in corporibus eminentes ac demiſſæ partes, magnitudines item & paruitates, atque in terra, tã eæ quæ altè ſe efferunt, quã quæ ſubſidunt: ex quibus pulchritudo mutua inter ſe æqualitudine conſtatur atq; perſpicitur.* Confirmat autem à ſimili, nã & materia cuiuſlibet artificij videtur eſſe rudis & incondita, quouſque cernimus operis elegantiã perfectã & abſolutam. Vnde plura referemus ſect. 12. verſus finem. Rurſus orat. 3. aduerſus Iulian. nu. 47. eos reprehendit, qui *Nec opifici gubernatione cedere ſuſtinent ſua & quò, & quæ vult, ratione ducenti; non dubium autem, quin ad id quod melius eſt, atque ad morborum ſanationem.* Idem ſequitur Elias Cretenſis in comment. num. 47.

Chryſoſtomus 1. Cor. 12. homil. 30. prope medium ponderãs illud: *Deus mẽbra poſuit, vnũquodq; quidẽ in corpore, ſicut voluit*; ait: *Nã ſi in rationum vias ingrediaris mille, multã inuenies, quæ tã verè, tam appoſitè habere iſta omnia rectè demonſtret, quam ſi ita placuiſſe rerum opifici confiteare. Certè enim quod optimum rectiſſimúmque factu fuit, hoc illum voluiſſe conſentaneum eſſe debet.* Multáque ſubiungit ad confirmationem eiuſdem veritatis. 10. *1. Corint. 12.*

Concinit Ambroſius in cõmentario eiuſdem capitis 12. Corinth. exponens dixiſſe Apoſtolum, *voluntatem Dei, quia prouida & rationalis, membra corpori aptaſſe, vt nihil deſit multis mẽbris perfectũ.* Alia ex libro de Paradiſo c. 10. retulimus ſect. 1. 11. *Ambroſius.*

Athanaſius de Incarnatione Verbi & eius aduẽtu pag. 5. *Indignũ erat*, inquit, *bonitate Dei, ſi quæ ab ipſo creata eſſent in interitum abirent, ob diaboli aduerſus homines fraudẽ. Quinimo indecentiſſimum erat Dei artem in hominibus extingui.* Et paucis in eandem ſententiã additis, explicat magis comparationẽ maioris boni cum minori, quum ait: *Præſtabat eos non genitos, quam genitos neglectim dari & intercidere. Nam ex iſtiuſmodi incuria magis imbecillitas Dei, quam bonitas appareret.* Additq; futurũ fuiſſe *abſurdum & indecorum*, ſi genus humanum interiret in conſpectu ſui opificis. Hinc autem colligit Athanaſius Incarnationis neceſſitatem. *Incarnationis neceſſitatem colligit Athanaſius.* Cùm igitur certum ſit apud Athanaſium & alios Patres, Deo liberũ fuiſſe prætermittere Incarnationẽ, & permittere mortem æternam totius humani generis poſt lapſũ primi parẽtis: conſequẽs eſt, vt prædictis nominibus, *indignum indecentiſſimum abſurdũ & indecorũ*, nihil aliud ſignificatum fuerit, niſi tanta carẽtia maioris bonitatis, maioríſque conformitatis cum diuina ſapiẽtia & cæteris attributis, vt propter illam fuerit infallibile, quod Deus liberè detrectaturus erat illũ minùs decentem modum prouidentiæ, & electurus oppoſitũ excellentiorẽ ſaluandi genus humanum. 12.

Amplius hoc ipſum explicat in pag. 10. eiuſdẽ opuſculi de Incarnatione Verbi, dicens: *Quid cõmodi Deo creatori, aut quæ inde illi gloria, ſi homines creati ab eo, non eũ, ſed alios adorarent, perſuaſi ſe ab illis eſſe conditos, quaſi Deus homines non ſibi, ſed aliis architectatus eſſet? Quod ſi Rex aliquis ex mortaliũ numero loca à ſe munita, minimè permittat per deditionẽ aliis ſeruire, vel ad alios deficere, &c. an nõ multo auidius tenaciúſque Deus tuebitur omnes res à ſeipſo creatas,* 13.

Digitized by Google

Deus vehementer propendet.

creatas, ne à ſe aberrent? Obſerua vehementiã propenſionis & appetitus, quã ſignificat illa vox *auidus*, ex qua prouenit infallibiliter, licet liberè, tenacitas retinendi genus hominum à ſe conditum. Idem Athanaſ. oratione contra Gent. ſiue contra idola multò propius ad finem, quàm ad med. indo probat, Deum optima ratione prouidere rebus omnibus, quia bonus & pluſquàm bonus eſt natura. Quapropter infallibilem eſſe putat illationem talis prouidentiæ liberæ ex tali bonitate naturali. Verba referemus ſect. 17. fine.

14. Valent ad idem probandum alia, quæ ex oratione ſecunda contra Arianos prope med. referemus ſect. 5. Ac demum orat. 3. contra Arian. multò propius ad finem quàm ad med. recenſitis aliquibus Dei operibus, quorum oppoſita Deus facere potuiſſet, adiungit: *Quod enim facit id ipſum & vtile hominibus, & aliter fieri non decuit. Porro quod vtile & decorum eſt, id ſua cura & prouidentia inſtituit.* Ideóque ſubiungit rationes, quibus perſuadeat, ea quæ Deus diſpoſuit, eſſe meliora, quàm eorum oppoſita.

15. Nicetas Petri diſcipulus, eodem Apoſtolo præſente & approbante, apud Clement. Rom. lib. 8. recognit. pag. 5. dixit: *Quod ergo immenſum eſt, bonitate pater eſt, virtute conditor. Neque ergo condendi virtus in immenſum ceſſare potuit, neque bonitas otiari: ſed ad ſubſtituenda ea, quæ ſunt bonitate: ad componenda & firmanda virtute prouocatur.* Perpende prouocationem diuinæ bonitatis & virtutis ad prouidendum, eſſe tam vehementem, vt contineri *non potuerit*; quam impoſſibilitatem intellige ſecundùm quid propter infallibilitatem eligendi ſui communicationem. Cui conſequens eſt quod in eodem lib. 8. poſt med. notat, occultaſſe Deum rationes, propter quas hoc & non alio tempore mundum condiderit. Supponit ergo fuiſſe hoc magis expediens, & ideo bonitatem non prouocaſſe, vt prius, ſed vt hoc tempore conderet.

16. Gregor. Nyſſenus orat. catechet. cap. 1. inter med. & finem aſſerit; *Verbum Dei, quod bonum eſt & ſapiens omnino eligere, & ſi quid præſtantioris eſt ſignificationis.* Quod ſignificat optimum, & quo nihil melius: hoc enim ſolùm eſt præſtantioris ſignificationis. Et cap. 20. ad med. *Cui deeſt,* inquit, *id quod eſt melius, quemadmodum in bonis numeraueris? Si igitur hæc omnia oportet concurrere in iis, quæ de Deo ſunt opinionibus, conſideremus, an in ſuſcepti à Deo hominis diſpenſatione deeſt aliqua ex his, quæ piè de Deo animis inſident exiſtimationibus. &c.* Perpende primò, Dei operibus deeſſe nihil, quod melius ſit: ſecundò deeſſe nihil, quod piæ de Deo exiſtimationes poſſint excogitare: tertiò tales exiſtimationes inſidere animis, nimirum à Deo inſpiratas, quod Dei operibus nihil excogitari poſſit melius.

17. Idem in orat. de infantibus, qui præmaturè abripiuntur, pag. penult. colligit concluſionem, quam tota oratione probare conatus eſt, videlicet: *Siue igitur ſecundùm iam dictas cauſas, præmaturè & ante tempus aliqui abripiuntur, ſiue quid etiam aliud, præter ea quæ dicta ſunt, eſt: aſſentiri conuenit, hæc intentione atque prorſus conſilio fieri meliore.* Quod virorum ſpiritualium & intimo ſenſu & frequenti ſermone circumfertur, *Quodlibet propter melius.*

18. Poſtremò Nyſſenus lib. de Opificio homin. cap. 22. parum à princip. ſcribit: *Cum omnia certa ratione ac ſapientiâ gubernentur, omnino fateri neceſſe eſt, nihil eorum, quæ accidunt, ſine ratione, & quæ in ipſa ratione eſt, ſapientia fieri.* Vnde rationem ordirur, propter quam non ſtatim à morte reſurgamus, ſed in diem ſupremum reſurrectio differatur, confirmans, hoc eſſe magis rationi conſentaneum, quam eius oppoſitum.

19. Baſilius homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*, non procul à princ. ait: *Vnum hoc habere in mentibus noſtris præſumptum oportet, quod cum ſimus boni Dei opificium, & ab illo conſeruemur, omnia circa nos tam modica, quàm magna diſpenſante, nihil nobis accidat illo non volente, & quod nihil eorum, quæ nobis accidunt, malum ſit, aut tale, vt melius illo aliquid excogitare queamus.* Itaque ſiue modica ſint, ſiue magna, quæ Deus diſpenſat, omnia ſunt optima, vt nihil eis melius excogitari poſſit in ordine ad diſpenſationem, id eſt, regimen vniuerſale. Baſilius idem epiſt. 165. ad Euſtathium Philoſophum in fine: *Deus,* inquit, *omnino prouidentia ſua res noſtras diſpenſat melius, quàm nos optare poterimus.* Agit autem de ſingularibus pertinentibus ad eundem Baſilium & Euſtathium.

20. Quantum ad res naturales attinet, Baſilius homil. 1. Hexæmeron colum. 5. & ſequentibus probat, mundum ita fuiſſe productum, vt eſſet aptiſſimum & conuenientiſſimum domicilium erudiendis animabus hominum. Ac propius ad med. quàm ad finem eiuſdem homiliæ, poſtquam docuit, mundum eſſe artificioſiſſimum opus, quod excitet admirationem diuinæ ſapientiæ, ſubiungit: *Fecit vt bonus, quod vtile eſt; vt ſapiens quod pulcherrimum eſt: vt potentiâ præditus, quod maximum eſt.* Pulcherrimum autem & maximum non eſſet, niſi foret optimum. Tantam denique pulchritudinem & dignitatem eſſe mũdi, quæ ſuperet humanam cognitionem & admirationem, eleganter oſtendit in fine eiuſdem homiliæ primæ magis vniuerſaliter: deinde verò magis in particulari, circa varias partes Vniuerſi diſcurrendo, plurimis ſequentibus homiliis totius Hexæmeron.

21. Peculiariter notanda ſunt, quæ homilia 9. eiuſdem operis obſeruat circa varias perfectiones diuerſorum animalium, conuenientes vniuſcuiuſque naturæ, & vniuerſi vtilitatibus. Atque non longè poſt med. de omnibus generaliter ait: *Nihil eſt in eis, quæ ſunt, cui non ſit bene prouiſum, cui non data ſit opera, curáve ſua naturæ accommodata. Quod ſi perſcrutari perſpeséque parteis animalium velis; nihil profectò opificem adiunxiſſe, quod addendum non eſſet, nihil non attuliſſe, quod neceſſarium ſit, inuenerie.* Præterea in caput 2. Iſai. circa med. ad illud: *Quia repleta eſt terra eorum augurijs*, admonens ſapientiam Conditoris ſuſpicere & admirari propter varias perfectiones auium, concludit. *Nihil vſquam eſt non plenum ſapientia Dei, ſiquidem omnia in ſapientia fecit.* Pſalm. 103. Denique circa perfectiſſimum opus æternæ ſalutis in regulis fuſius diſputatis, reſpondens ad interrogationem ſecundam, non procul ante finem ait: *Ea enim diuina eſt bonitas, vt neutiquam nos potuerit deſtituere: neque illud ardentem eius erga nos charitatem reſtinxit, quod optimè de nobis meritum, ſpretis delatis ab ipſo nobis honoribus, in contumelia habueramus.*

22. Perpende impoſſibilitatem deſtituendi, quæ ſequitur ex bonitate diuina, & intellige mo-

ralem impoſſibilitatem, quæ ſit idem quod infallibilitas ſubueniendi per Incarnationem, quam ſtatim explicat Baſilius ibidem.

23. *Etiam de minimis cura eſt Deo.* Glemens Alexandrinus lib.7.Stromat.pag.2. latè probat, Deum accuratiſſima prouidentia procurare bonum, vtilitatem & profectum omnium, etiam minimorum, hoc argumento; quoniam vt ſapientiſſimus nouit modum optimè conſulendi, & tanquam omnipotens à nullo impediri poteſt, & tanquam optimus eſt bene affectus ad bonum, nec vlla ſiniſtra affectione impeditur, ne velit ita prouidere. Peculiariter notentur illa verba: *Aut quod nolit, cùm poſſit: non eſt autem boni affectio*, hoc eſt, quanta decet diuinam bonitatem, affectio boni non erit, ſi nolit curam hominum gerere, & poſt pauca: *Nec ergo vnquam aliquibus inuiderit, qui omnes quidem ex æquo vocauit.* Quomodo ſit intelligenda inuidia, declarabimus ſect.17.ad finem.

24. *Optima mūdi adminiſtratio ex Dei bonitate deducitur.* Atque poſt alia nonnulla: *Neque proprium opus vnquam neglexerit, quod ſoli ex aliis animalibus homini notio & mentis perceptio indita ſit à creatione. neque alia melior & conuenientior hominum adminiſtratio Deo fuerit, quam quæ eſt ordinata.* Vides optimam adminiſtrationem deductam ex Dei bonitate & humanæ mentis excellentia. Nec longè inferius ait: *Ad Vniuerſi ſalutem ab eo, qui eſt vniuerſorum Dominus, omnia ſunt ordinata & vniuerſè & ſigillatim. Eſt ergo officium iuſtitiæ ſalutaris vnumquodque ſemper deducere ad id, quod eſt melius prout contingit & conceditur; ad ſalutem enim & permanſionem eius, quod eſt præſtantius, conuenienter ſuorum morum proportione adminiſtrantur etiam quæ ſunt minora.* Conſtat igitur prouidentiam Dei ſemper intendere quod eſt melius & præſtantius.

25. Prætetea lib.1. Pedagogi paulò poſt princip. *Deum*, inquit, *eſſe bonum in confeſſo eſt, Deus ergo prodeſt in omnibus. Et non homini quidem in aliqua re prodeſt, non autem eius curam gerit: neque curam eius gerit, non autem eſt etiam de eo ſolicitus. Eſt enim præſtantius quod ſua ſponte prodeſt, quàm quod non ſua ſponte: Deo autem nihil eſt præſtantius. Nec eſt aliud ſponte prodeſſe, quam eſſe de homine ſolicitum. Deus ergo curam gerit de homine, & de eo eſt ſolicitus.* Perpende, quantam eſſe putauerit Clemens infallibilitatem illationis, per quam ex ſumma Dei bonitate colligitur, illum eſſe ſolicitum de rebus, quibus homini proſit.

26. *Dei bonitas infinita non eſſet, ſi à ſui communicatione ceſſaret.* Vrgentius eſt adhuc quod ſcribit lib.6. Stromat. propiùs ad fin. quàm ad med. *Cùm Deus ſit bonus, ſi ceſſarit vnquam bene facere; Deus quoque eſſe ceſſabit, quod nefas quidem eſt dicere.* Quaſi diceret: Si Deus non eſſet ſuapte natura propenſus ad benefaciendum ita vehementer & infallibiliter, vt nunquam de facto ceſſet benefacere (licet poſſit liberè ceſſare) non eſſet eius bonitas infinita, ſubindéque non eſſet Deus: vt magis explicabitur infra diſp.10.ſect.5. Denique longè inferius quatuor paginis ante finem lib.6.tractans de creatione hominis & communicatione Philoſophiæ ait: *Prout erat capax vniuſcuiuſque natura, factum eſt, & ſit vnumquodque ad ipſum, quod eſt melius proficiens.*

27. Damaſcenus Dialogo contra Manichæos multò propiùs ad med. quàm ad princip. concludit ex præcedenti ratiocinatione: *Deus itaque omnia valde bona fecit, ſingula nimirum iuxta naturam ſuam, vt ipſius voluntas tulit, non enim lege ſubiectus eſt.* Quæ autem ſunt valde bona iuxta naturam ſuam, quæ dirigitur eſſentialiter ad totum vniuerſum, ea ſunt optima in ordine ad illud.

Iuxta ſententiam hanc redarguit calumnias Manichæorum; quamuis enim illi contenderent, eſſe mala quædam opera Dei, & profecta ex libidine nocendi: Damaſcenus tamen ſibi, Catholiciſque ſatisfeciſſe non putauit, ſi tantum probaret eſſe bona; niſi probaret eſſe ſimpliciter meliora, quàm eorum oppoſita, quæ Manichæi præferenda dicebant. Sic enim inter principium & medium Dialogi, longè ante ſuperiorem ſententiam, defendens fuiſſe melius creare Diabolum, etiamſi præſciretur illius peccatum, ait: *Naturali enim ratione præſtat, vel tantummodo eſſe, atque hactenus boni participem eſſe, quàm non eſſe.* Et poſt pauca: *Quod ſi ſatius fuiſſe ei non ortum eſſe, quam ortum eſſe & æternis pœnis affici dixeritis, &c.* Ac præter alia reſpondet paulò inferiùs: *Deus igitur eum potiùs eſſe, ac vel minimam boni partem habere maluit, quam vt ob malum, hoc eſt, ob iniquam eius cupiditatem, hac quoque exigua boni parte priuaretur.* 28. *Solum Dei optimū opus Damaſceno ſatisfacit.*

Idem Damaſcenus lib.2. de fide cap.29. initio, ait: *Si Dei voluntas prouidentia eſt; omnino neceſſe eſt, omnia, quæ prouidentia fiunt ſecundum rectam rationem optima & Deo decentiſſima fieri, vt non ſit ea melius fieri.* Hoc eſt, non ſit poſſibile. Et infra: *Vt autem ſapiens optimè eorum, quæ ſunt curam gerit.* 29.

Hanc ſicut alias plurimas ſententias ex Damaſceno mutuatus, Nemeſius libro de animæ facultatibus cap.43. *Quod ſi Dei voluntas*, inquit, *eſt prouidentia; neceſſe eſt, recta ratione & optimè & diuiniſſimè, & quæ ſola ratione rectè ſe habent, fieri, quæ fiunt, neque melioris ordinis eſſe capacia.* Impoſſibilis igitur eſt melior ordo rebus, ſiquidem ſunt incapaces illius. Præterea, Deum prouidere quibuſlibet ſingularibus rebus, etiam viliſſimis & infimis, tanquam euidenter illatum ex eo, quod Deus non ignoret res infimas, nec ignauus ſit, nec ſuperbia elatus reputet hoc indecorum eſſe ſibi, vel indignum, confirmat in ſequenti capit.44. quod eſt penultimum §.4. cica medium. Supponit igitur eſſe infallibile, quòd ſola libertas diuinæ voluntatis non eligeret oppoſitum huius perfectæ prouidentiæ, niſi prædictis vitiis, aut defectibus impediretur: alioqui facilè totus eius diſcurſus eneruaretur, & caderet, ſi reſpondere liceret, Deum ſola ratione ſuæ libertatis abſque alio quopiam impedimento, voluiſſe non prouidere rebus minimis & infimis. 30. *Nemeſius*

Theodoretus lib.6. de Græcor. affectionibus, qui eſt de prouidentia poſt med. ex Platone, Plotino & aliis Philoſophis probat, omnes partes Vniuerſi, & totam adminiſtrationem illius nō debere conſiderari ſecundùm rationem particularem ſibi, ſed inquantum ſunt partes Vniuerſi. Atque ſub hac ratione, omnia eſſe conuenientiſſima & optima. Vnde propius ad med. quàm ad finem cum Plotino ait: *Vniuerſum hoc fecit perpulchrum, ſibique ſufficiens, amicum ſibi, ſuiſque portionibus tum principalibus, tum minoribus, ipſi quàm maximè congruentibus, &c.* Et prope finem eiuſdem libri dicit; *inſignem, eſſe audaciam atque inſaniam, ſi arbitremini,* 31.

Digitized by Google

Iniurioſum Deo negare optimum.

mini, melius quod agendum ſit, inuenire vos poſſe. Loquitur autem de ſalutis noſtræ remedio atque ratione. Itaque retinet illud dogma, nihil excogitari poſſe melius, quàm quod Deus facit, & oppoſitum eſſe iniurioſum Deo.

32. Epiphanius hæreſi 70. prope med. *Potens eſt*, inquit, *facere, quæ vult, ſed facit quæ decent ipſius Deitatem. Nihil eſt omnino, quod voluntati illius reſiſtat, vt non poſſit facere quæ vult, velut decet ipſius Deitatem.* Loquitur ergo Epiphanius, non de malis operibus: hæc enim velle non poteſt Deus, ſed de bonis, quæ poteſt velle, ſed non decent ipſius Deitatem, quia minus participant de illius bonitate, ſapientia & potentia, non modò ſecundùm ſe conſiderata, ſed etiam in ordine ad vniuerſum.

33. Cyrillus Alex. Dialog. de Trinit. lib. 4. in med. ita redarguit Eunomianos: *Si Filius habet eximium & excellenter meliorem modũ factionis, quam ille* (Pater) *huiuſque & ſolius gratia ſcitus eſt, quod ſolus à ſolo factus eſt Patre: dicant illi, nam diſcere velim, num creaturis poſt Filium, & per illum factis, inuiderit Pater, ne ad faſtigium beatitudinis peruenirent*; & poſt pauca confirmat teſtimonio Platonis dicentis: *Bonus erat, bono autem inuidia nulla erga nullum ineſt. Quando igitur bonus eſt Pater, imo ipſamet bonitas, cur non creaturis omnibus, in ſummum peruenire, vt rem communem citra inuidiam protulit, vt bonus in admiratione eſſet, quum id ſola voluntate, & operatione poſſet: conceſſit autem alteri condendi officium, priuans reliquam creaturam re incomparabiliter meliore?* Sed de inuidia dicemus infra ſect. 17. Quod nunc attinet, obſeruetur Cyrillum in eo probare ſententiam Platonis, quod æternus Pater omnibus creaturis communicauerit ſummum perfectionis faſtigium: intelligendo illud modo explicato ſection. 2. & 3.

34. Præterea lib. 3. contra Iulian. non longè poſt med. §. *Confirmat autem.* refert Philoſophorum in hac lite ſententiam, dicens: *Chryſippus autem, qui Socratem ſequebatur, nolebat ad ea, quæ fiebant, dici; Quis ſcivit? ſed: Hoc omnino erat melius. Nam cùm nequeant res melius diſpenſari, quàm vt Deus diſpenſat: decet omnino in his, quæ fiunt, exiſtimare, quod ſic erat melius habere, vt habet.* Hoc idem probare conatur eodem toto lib. 3. contra Iulianum, ac peculiariter inter princip. & med. col. 8. fine, refert & approbat Porphyrij doctrinam, præcipientis, vt etiamſi rationes ignoremus diuinæ prouidentiæ, credamus tamen optimam & ſapientiſſimam fuiſſe rationem cuiuſlibet operis: vt referemus ſect. 12. versùs finem. Aliud ex lib. 2. Theſauri ponderabimus ſect. ſequenti à principio.

SECTIO V.

Voluntas melioris boni quomodo cohæreat generationi conſubſtantialis Filij, & alia quædam teſtimonia Patrum.

1. QVæ poſſent imprimis afferre difficultatem, ſunt teſtimonia Cyrilli, & Auguſtini, quibus probant, Dei Filium eſſe conſubſtantialem & æqualem Patri, quoniam Deus omnia poteſt, & meliora ſemper vult. Contra quod argumentum obiicitur, quoniam Dei Filius generatur independenter ab electione voluntatis diuinæ; quin etiam prius ratione, quam Dei voluntas aliquid velit, productus eſt Filius per intellectionem. Ergo volitio melioris boni non potuit aliquid conferre ad generandum Filium conſubſtantialem. Vnde videtur ex obliquo detrahi, vel minui authoritatem doctrinæ

Obiectio.

de voluntate optimi boni. Reſpondeo nihilominus, firmiter cohærere ratiocinationem Cyrilli & Auguſtini, vt oſtendimus tom. de Trinit. diſp. 93. ſect. 5. à princ. Tum quoniam argumentabantur ex conceſſis ab Arianis, qui dicebant, Filium eſſe productum, per liberam voluntatem & conſilium Dei. Quo falſo ſuppoſito, veriſſimum aliud principium adiungunt illi Patres, nimirum, *Meliora ſemper velle Deum.* Indéque ſequitur, velle Filium conſubſtantialem ſibi: tum etiam, quoniam hoc argumentum intelligi poteſt, quaſi procedens à poſteriori vel ab inconuenienti; quaſi Patres iſti dicerent: Si Deus omnia poteſt, & meliora ſemper vult: contra ſuam voluntatem pateretur, & doleret, ſibi non eſſe natum Filium conſubſtantialem: at è contrariò per voluntatem concomitantem ſibi complacet in eo, quod optimus & perfectiſſimus Filius ſibi natus eſt. Voluntas enim Dei, ſiue præcedens, ſiue concomitans, ſemper meliora vult.

Solutio.

Doleret Deus, ſi filius patri conſubſtantialis nõ eſſet.

Hoc ſuppoſito, veritatem, quam præcedenti ſect. probare cœpimus, valde corroborant ſequentia teſtimonia. Cyrillus lib. 2. Theſauri ſub init. inter alia dicit: *Quia & omnia Pater poteſt, & meliora ſemper vult, conſubſtantialis ſibi ex Deo naſcitur Filius.* Hoc quamuis Cyrillus primariò referat ad ea, quæ Deus ſibi neceſſariò vult ad intra: nihilominus ſimul etiam comprehendit ea bona, quæ liberè vult ad extra: nam hoc ſignificat illa dictio diſtributiua *ſemper*. Et confirmatur, nam & prior propoſitio: *Pater omnia poteſt*, vniuerſaliter comprehendit, non ſolùm quæ poteſt ad intra producere, ſed etiam quæ liberè poteſt ad extra facere: ſimiliter ergo poſterior propoſitio non minùs vniuerſalis: *Meliora ſemper vult*: intelligetur, non tantum de bonis internis Deo, ſed etiam de bonis, quæ vult ad extra producere. 2.

Tradita doctrina corroboratur.

Cyrillus.

Auguſt. lib. 3. contra Maximinum cap. 7. prope finem: *Prorſus*, inquit, *ad hunc articulum res colligitur, vt Deus Pater æqualem ſibi gignere Filium, aut non potuerit, aut non voluerit. Si non potuit, infirmus: ſi noluit inuidus inuenitur. Sed vtrumque hoc falſum eſt. Patri ergo Deo Filius verus æqualis eſt.* Eodem dilemmate inferius cap. 15. non multum ante finem: *Deus*, inquit, *cur non æqualem genuit Filium? cui nec omnipotentia defuit? An fortè noluit? Ergo, quod abſit, inuidit. Sed non inuidit; æqualem ergo genuit.* Celebrior autẽ eſt inter Scholaſticos infra citandos alter ſimilis locus ex eodẽ Auguſt. lib. 83. qq. q. 50. vbi: *Deus*, inquit, *quem genuit, quoniam meliorem ſe generare non potuit, nihil enim Deo melius: generare debuit æqualem. Si enim voluit, & non potuit, infirmus eſt: ſi potuit, & non voluit inuidus eſt.* 3.

4. Aduerſus præcedentem diſcurſum aliquis potuiſſet opponere doctrinam grauiſſimorum Scholaſticorum, qui perſpicuè reddunt rationem diſcriminis, propter quam committeret crimen inuidiæ, ſi Pater noluiſſet æqualem gignere; quia, videlicet, naturaliter ac neceſſariò tenetur, ac debet, æqualem Filium generare: nihilominus inuidia procul abeſſet; quamuis Deus voluiſſet nullã creaturã producere, vel productis negare

Obiectio.

Digitized by Google

negare perfectionem, cuius ſunt capaces: quia Deus creaturis nihil omnino debet, nec eis indiget. Hoc diſcrimē primus attigit Magiſter 1. diſt. 44. ca. 1. quem ſequuntur Scholaſtici cōmuniter, vel expreſsè, vel tacitè. Deinde S. Thom. 1. p. q. 25. art. 6. ad 2. Fuſiùs Alex. prima p. q. 21. mēb. 3. art. 1. ad 1. Albertus 1. p. q. 77. mēb. 3. art. 1. ad 1.

5. *Dico primò.* Reſpondeo & dico primò: Mēs iſtorum Scholaſticorum eò præcipuè dirigitur, vt oſtendant, in eo genere rerum, quarum perfectio creſcere poteſt in infinitum, liberam Dei voluntatem ſapientiæ conſilio præfigere terminum abſque inuidia. Præterea quoque ſimpliciter poſſibile, ac liberum Deo fuiſſe nihil omnino producere; nec in eo formaliter & præcisè contineretur aliquod inuidiæ veſtigium: vt fuſius dicemus ſect. 17.

6. *Dico ſecundò.* Dico ſecundò. Quamuis non velle generare Filium æqualem ſibi, foret in Patre vitium inuidiæ; ſi cōſideretur, prout eſt à Patre in Filium, cui naturaliter debetur æqualitas: aliunde tamē non eſſet inuidia propriè dicta; ſi cōſideretur, prout illa generatio potuit gubernari per liberā volūtatem, ita vt, ſi nollet, nō generaret æqualem. Quoniā igitur Auguſtinus diſputabat aduersùs Maximinum & alios Arianos, expreſsè dicentes, Filium non natura, ſed voluntate & conſilio fuiſſe productum ſeu factum: idcirco magnas vires habet noſtrū argumentum. Quia ſi Pater non debebat naturaliter ęqualitatē, nec producebat neceſſariò Filiū: ſed ſua libertate & cōſilio producēs, limitabat perfectionem illius, ne prodiret ęqualis Patri, cùm poſſet ęqualem generare: nihilominus inuidiæ notaretur, quia negabat æqualitatem: eadem ratione notandus eſſet inuidiæ, ſi creaturis liberè denegaret eam perfectionem, cuius capaces ſunt, & quam illis conferre foret rationabilius. Quia nullus labor, nulláque ratio alia continere poſſet inclinationem Dei, ſublato vitio inuidiæ: vt fuſius explicabitur ſect. 17.

Inuidus eſſet Deus ſi creaturis negaret perfectionē, cuius ſunt capaces.

7. Hactenus de illo argumento, quod accipitur à generatione Filij. Nunc proſequamur alia teſtimonia Patrum. *Hieronymus.* Hieronymus ad id Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundùm conſiliū voluntatis ſuæ*, docet, *Deum velle quæcumque ſunt plena rationis & conſilij*. Quæ tamen non eſſent plena, ſed ex parte vacua; ſi deeſſet illis aliqua perfectio, cuius eſſent capacia in ordine ad Vniuerſum. Conſonat idem Hieronym. quando poteſtatem peccandi permittere, probat, optimam eſſe prouidentiæ rationem, ad illa verba epiſtolæ ad Philemonem: *Vt non quaſi ex neceſſitate bonum tuum eſſet.*

8. Euſebius de præparat. Euang. lib. 6. cap. 5. inter med. & finem ait: *Si fortuna & caſu abſque aliqua prouidentia fieri omnia opinatur: impietatis crimine reus, mente captus quoque videbitur, quoniā pulcherrimum rerum omnium ordinem non perſpiciat. Sin verò, prouidētia Dei & optima ratione cuncta gubernari fatetur.* Obſerua duo ſuperlatiua, *Pulcherrimum*, *& optima ratione*. Præterea li. 12. de præparatione Euangelica ca. 28. quod eſt vltim. parum à princip. refert, & approbat hæc verba Platonis ex lib. 11. de legibus, vel potius ex lib. 10. propiùs ad med. quàm ad finem. *Non eſt negandum, omnia Deo poſſibilia eſſe: optimum autem eſſe, omnes concorditer iam conceſſimus. Nonne igitur deſidia quadam, otióque pernicioſo Deus videbitur; ſi cùm poſſit, & ſciat Vniuerſum gubernare, negligit. Deum igitur putare debemus, quanto melior potentiórque cæteris eſt, immo vero potentiſſimus atque optimus & ſapientiſſimus, omnibus ſimul prouidere. Non enim fas eſt aliter omnino opinari.* Quapropter ſecluſa qualibet reuelatione de libero decreto, quo Deus ſtatuit omnibus prouidere; & attento ſolo naturæ lumine (quod ſolum affulſit Platoni) ex eo quod Deus ſit omnipotens, ſapientiſſimus & optimus, deducitur, eum prouidere rebus omnibus tanta certitudine, vt nefas ſit aliter exiſtimare: quamuis liberè potuerit non prouidere: quod tamen erat minùs conſonum ſapientiæ & bonitati Dei.

9. Proſper lib. 1. de vocat. Gent. cap. 17. in med. *Certiſſimum*, inquit, *eſt, nihil aliter Deum facere debuiſſe, quàm fecit.* Vbi iuxta phraſim aliorum Patrum, quos ſupra retulimus, & referemus ſtatim, verbo, *debuiſſe*, ſignificatur, non modò bonum & licitum fuiſſe quidquid Deus fecit; ſed etiam, nihil melius & rationabilius fuiſſe faciendum, omnibus penſatis in ordine ad Vniuerſum. Quem ſenſum intentum à Proſpero fuiſſe, conſtat ex præcedenti, ſequentíque contextu. Rationem quippe reddit ob quam melius & conuenientius fuit, diuerſis hominibus gratiam diuerſis temporibus ac diſpoſitionibus, inæqualique menſura diſtribui.

10. S. Maximus ſermone 48. de Prouidentia poſt med. ex Didymo ſumpta ſententia dicit: *Omnium cogitationum abſcondita cognoſcens opifex, omnibus prouidet, non ſolum ex his quæ cogitantur & aguntur, ſed etiam ex ijs quæ ipſe prænoſcit, & meliora quæuis & auctiora reddens.*

11. Æneas Gazæus in Theophraſto circa med. *Peruerſum*, inquit, *auaritia ordinem, Deus in ordinem atque in viam rectam reducit: idque ceu artifex optimus, qui communi vtilitati ſui operis bene conſulturus, quicquid eſt eius quod temere effluat, ſitque alijs inutile totum expurgat, & vt cæteris ſit accommodatum cogit, inque totius operis complementum adducit.* Et longè inferius in ipſo fere medio totius operis: *Solet*, inquit, *Prouidentia non ſolum bene res conſtituere, verum etiam optimè quæ conſtituta fuerant, quocunque par eſt transferre. Terminum enim ſuo loco fixum manere, videtur eſſe neceſſitatis, non prouidentiæ. Interdum autem, vt fixum terminum tranſiliant aliqui, permittit, nempe vt eos, qui ingenio valent, edoceat: ſolere ſeſe, ex libera quadam ac nullis legibus aſtricta poteſtate, non autem vlla coactam neceſſitate, in ordinem rectum, quæ fiant, cogere, atque ad id quod optimum ſit, transferre, &c.*

12. S. Paulinus epiſt. 36. de Prouidentia circa med. docet, ex eo quod Deus ſit Author vniuerſi *hanc eſſe conſequentiam, vt omnia Dei facta pulcherrima ſint, & non ſit malum, quod bonum habeat auctorem, qui cuncta per mundum noſtris vſibus præparauit, & noſtris vtilitatibus agit, & ita ſtatum Vniuerſitatis opus condidit, vt alia ad ſeruiendum, alia ad exercendum, alia ad dominandum crearerit.*

13. Lactantius lib. de Opificio hominis cap. 3. ſub initium tom. 9. Bibliot. *Conſiderans*, inquit, *conditionem rerum, intelligo, nihil aliter fieri debuiſſe, quàm factum eſt: & non dicam potuiſſe: quia Deus poteſt omnia. Sed neceſſe eſt quod illa prouidentiſſima maieſtas id effecerit, quod erat melius & rectius.* Obſerua ſignificationem verbi, *non debuiſſe*, quam nuper in Proſpero notauimus. Significat enim genus quoddam impoſſibilitatis moralis propter minus bonum: ideóque ſubditur: *Vt non dicam potuiſſe.*

14. Præterea neceſſitatis nomen hic à Lactantio nō ſimpliciter & abſolutè, ſed quodāmodo neceſſarium denotat, hoc eſt, moraliter infallibile: ſiquidem præmiſerat, Deum potuiſſe aliter facere: nihilo

te,nihilominus addit,eſſe neceſſe,vt id effecerit, quod erat melius & rectius. Denique totus ille liber de Opificio hominis dirigitur ad refutãdos errores Philoſophorum;aut hæreticorũ,qui ſomniabãt, alter melius & conuenientius cõſtituendas fuiſſe hominum, & cæterorum animantium partes,potentias,ſenſus,qualitates & affectiones. Supradicto teſtimonio Lactãtij aduerſus Witheleffum vtitur Waldenſis lib. 1. Doctrinal.art. 1. cap. 16.col. 2. Conſequenter itaq; Lactantius li. 7.de Ira Dei c. 10. propius ad fin. quàm ad med. probat, nullam aliam fuiſſe mundi cauſam, niſi Deum,quoniam hoc opere *nihil eſſe poteſt nec diſpoſitius ad ordinem, nec ornatius ad pulchritudinem,nec aptius ad vtilitatem, nec maius ad molem.*

15. Concilium Francofordien. ſub Adriano Primo tom. 3.Concilior.epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ ad finem:*Credamus*,inquit,*Deum omnia velle, quæ meliora ſunt.*

SECTIO VI.

Mens Anſelmi probatur, & vtriuſque Victorini ſententia refertur.

1. ANſelmus lib. 1. & 2. *Cur Deus homo*,plurimis capitibus euidentiſſimè teſtatur, tanquam indubitabile,Deũ eligere ſemper, & in omnibus quod melius eſt, ac magis liberum ab inconuenientibus.Sed quoniam eius mens quibuſdam in locis obſcurior latet,propterea quorundam Authorum expoſitionibus torquetur: oſtendemus, quænam fuerit illius mens, ita vt negari non poſſit, quin fuerit in hac ipſa ſententia, quam probamus.

2. Anſelmus igitur locis infra citandis cenſuit, imprimis neceſſarium fuiſſe numerum Angelorum,qui ceciderũt,ex aliqua rationali natura reſtaurari. Secundò,neceſſarium fuiſſe nõ ex Angelis,ſed ex hominibus reſtaurari. Tertiò,neceſſarium fuiſſe Dei Verbum incarnari, ſuppoſita creatione hominis,& permiſſione peccati Originalis. Ac denique neceſſarium fuiſſe Chriſtum Dom.ſatisfacere pro peccato. Sunt igitur inter recentiores Authores,qui putent, Anſelmum aſſeruiſſe neceſſitatẽ illam, quæ ſimpliciter eſt neceſſitas contraria libertati; vt quemadmodum Deus non poteſt mentiri: ſic etiam non potuerit non incarnari:ex ſuppoſitione creationis,& permiſſi peccati. Hoc probare contendit Vaſquez 3.p.tom. 1.de Incarnat. diſp. 1.cap. 2.& 4. Circa quem intellectum duo notanda ſunt. Primum,

Primum notandum.

quamuis Anſelmus aſſeruiſſet illã neceſſitatem ſimpliciter libertati contrariam; adhuc fauebat plurimum noſtræ ſententiæ, quia tã intrinſecam Deo putabat inclinationem ad melius bonum;vt non eſſet contentus infallibilitate morali;ſed vlterius exeederet vſque ad neceſſitatẽ. Secundum

Secundum notandum.

autem eſt,Anſelmum non aſſeruiſſe neceſſitatem ſimpliciter libertati contrariam, ſed infallibilitatem moralẽ,quæ eſt neceſſitas ſecundùm quid:vt oſtẽdemus ſtatim per varia loca illius diſcurrẽdo.

3. Aliorum expoſitio fuit, Anſelmum aſſeruiſſe non aliam neceſſitatem, niſi eam, quæ prouenit ex immutabilitate diuini decreti: quæ tribuitur Alexandro & Bonauenturæ, locis infra citandis. Verè tamen nec Anſelmus ita intellexit ſuã ſententiam; nec illum ita exponunt Alexander & Bonauentura; præterquam illud lib. 1. *Cur Deus homo*.cap. 10.in med.ſcribit: *Non potuiſſe calicem tranſire niſi biberet illum,dixit, non quia non poſſet mortem vitare,ſi vellet; ſed quoniam Mundum erat impoſſibile aliter ſaluari, & ipſe indeclinabiliter volebat potius mortẽ pati,quã vt Mũdus nõ ſaluaretur.*

4 Nunc igitur alia loca per ordinẽ excutiamus. Primò. Dicto lib. 1. & cap. 10. longè poſt med.

Primus Anſelmi locus.

Quoniam, inquit, *accipis in hac quæſtione perſonam eorum,qui credere nihil volunt niſi præmonſtrata ratione; volo tecum paciſci, vt nullum vel minimum, inconueniens in Deo à nobis accipiatur, & nulla vel minima ratio,ſi maior non repugnat,reijciatur. Sicut enim in Deo quantumlibet paruum inconueniens ſequitur impoſſibilitas: ita quantumlibet paruam rationem,ſi maiori non vincitur,comitatur neceſſitas.*

Sic habet:

Perpende primò neceſſitatem amplectẽdi quidquid eſt rationabilius,ſaltem negatiuè,quia videlicet, eius ratio non vincitur maiori alia ratione, quæ illi repugnet.Hæc igitur eſt neceſſitas amplectẽdi optimũ, eſt enim idẽ quod irrationabiliſſimũ.

Ponderãdum primò

Secundò,manifeſtũ eſt in his verbis & ſequentibus capitibus non agere de neceſſitate, quæ prouenit ex irreuocabilitate diuini decreti; ſed agere de neceſſitate, quæ prouenit ex intrinſeca conuenientia & decentia obiectorum, propter quam eſt rationabilius illa facere,nec non de inconuenientibus,propter quæ Deo eſt impoſſibile facere contrarium eorũ,quę ſunt rationabiliora.

Ponderãdum ſecundò.

5. Tertiò, quando igitur Anſelmus in prædicto 10. & ſequentibus capitibus ex illo præſuppoſito fundamento deducit,Deũ neceſſariò voluiſſe, Chriſtum Dom. pro peccatis hominum per paſſionem & mortem ſatisfacere; non intelligit neceſſitatem ſimpliciter,quæ libertati repugnat,ſed neceſſitatem ſecundùm quid,quæ eſt moralis infallibilitas,quam tractamus.

Ponderãdum tertiò.

Hoc autem probatur primò, quoniam abſurdiſſima foret ſentẽtia, & indigna quolibet infimo Theologo, nedum Anſelmo,putare fuiſſe ſimpliciter neceſſariũ Deo creare muſcas in Mundo, nec fuiſſe ſimpliciter liberum Deo producere Mundum ſine muſcis, quoniam rationabilius fuit etiam minima ratione muſcas producere ad complementum Vniuerſi. Hoc autem euidentiſſimè continetur in fundamento quod ex Anſelmo retulimus: ſi neceſſitatem intelligamus ſimpliciter, & eam, quæ libertati repugnat, Idem argumentum fieri poteſt de rebus aliis infinitis,vnde fiet, vt nihil fuerit Deo ſimpliciter liberum.

Prima traditæ expoſitionis probatio.

6. Secundò probatur,quoniam ex profeſſo & apertè paulò ſuperius in eodẽ c. 10. probat Anſelmus,Chriſtum Dominũ,tãquam omnipotentem potuiſſe non mori,*nullãq; neceſſitate ſed libera voluntate* mortem elegiſſe. Quod ſi reſpõdeas,ideo fuiſſe hoc liberum,quia potuit hominẽ non creare, potuitq; non permittere ruinam humani generis:inſtauratur idem argumẽtum;quia ſine dubio fuit rationabilius hominem creare, rationabilius quoq; fuit permittere ruinam humani generis:ſed hac maiori ratione nõ obſtãte,fuit ſimpliciter liberum Deo non creare hominem, vel non permittere ruinam humani generis. Ergo neceſſitas illa, quam Anſelmus infert ex qualibet maiori ratione,non eſt neceſſitas, quæ libertati repugnet,excludatque poſſibilitatem oppoſiti; ſed eſt neceſſitas ſecundùm quid. Eadẽ mens Anſelmi colligitur aliis argumentis, quæ ponderabimus tota fere ſectione præſenti.

Secunda expoſitionis probatio.

7. Secundus locus eſt cap. 12.& 13. eiuſdem libri primi,quibus probat,indecens,inordinatum, iniuſtum & repugnans dignitati Dei genus benignitatis eſſe, dimittere impunitum, & abſque vlla

Secundus locus.

vlla ſatisfactione peccatum. Vnde colligit neceſſarium fuiſſe, peccatorum noſtrorum ſatisfactionem exigere. Quæ neceſſitas intelligenda eſt, ſicut præcedens. Quamuis enim Anſelmus in cap. 12. rem explicet exemplo voluntatis mentiendi, quę repugnat Deo; adducitur tamen iſtud ad explicandum, quomodo ex parte obiecti requiratur honeſtas, vt à diuina voluntate diligatur; non autem adducitur ad oſtendendam æqualitatem repugnantiæ & turpitudinis, vel indecentiæ in vtroque obiecto.

8. *Tertius locus.* Tertius locus eſt capite 16. eiuſdem libri primi, in cuius medio dicit: *Rationalem creaturam, quæ Dei contemplatione beata vel eſt, vel futura eſt, in quodam rationabili & perfecto numero præſcitam à Deo, ita vt nec maiorem, nec minorem illum eſſe deceat, non eſt dubitandum. Aut enim neſcit Deus, in quo numero melius deceat eam conſtitui, quod falſum eſt: aut, ſi ſcit, in eo illam conſtituet, quem ad hoc decentiorem intelliget.* Vides igitur manifeſtè, quam certò ſupponat ſemper Anſelmus, Deum in omnibus eligere ſemper decentius, rationabilius & melius. Obiter etiam vide, hanc electionem decentiſſimi numeri prædeſtinatorum non fuiſſe conſecutam ex alia priori intentione finis, cum quo neceſſariam connexionem haberet, ſed ex intrinſeca decentia numeri.

9. *Quartus locus.* Quartus ſit 18. caput eiuſdem lib. 1. nam ex inconuenientibus, quæ ſequerentur demonſtrare ſe putat, eſſe impoſſibile pauciores, aut totidem eſſe prædeſtinatos homines, quàm ſint Angeli reprobi: cōnſequentérque neceſſarium eſſe contendit, eſſe maiorem numerum hominum prædeſtinatorum. Atque in fine capitis eiuſdem probat, fuiſſe impoſſibile, vt Deus hominem peccato contaminatum abſque omni ſatisfactione & expiatione reuocaret in paradiſum. Tales impoſſibilitates, & oppoſitas neceſſitates intelligere ſimpliciter, vt repugnent libertati prædeſtinandi pauciores homines, aut reuocandi hominem in paradiſum, ſine ſatisfactione peccati; foret adeo craſſus error, vt non potuerit in mentem Anſelmi cadere.

10. *Quintus locus.* Quintus locus eſt caput 25. quod eſt vltimum eiuſdem lib. 1. cuius prope mediū; ex præcedentibus capitibus infert: *Neceſſe eſt aliquos homines ad beatitudinem peruenire; nam ſi Deo inconueniens eſt hominem cum aliqua macula deducere ad hoc ad quod illum ſine omni macula fecit: ne, aut boni incepti pœnitere, aut propoſitum implere nō poſſe videatur: multò magis propter eandem inconuenientiam, impoſſibile eſt, nullum hominem ad hoc prouehi, ad quod factus eſt.* Huius ſententiæ mens magis conſtabit ex ſequentibus.

11. *Sextus locus.* Sextus locus lib. 2. *Cur Deus homo* cap. 4. Vbi ex ſupra iactis fundamentis infert: *Si nihil pretioſius agnoſcitur Deus feciſſe, quàm rationalem naturam ad gaudendum de ſe, valde alienum eſt à Deo, vt illam rationalem naturam penitus perire ſinat. Neceſſe eſt ergo, vt de humana natura perficiat, quod incepit*, videlicet, ſatisfaciendo pro illius peccato.

22. Huius & cæterorum capitum explicatio traditur ab eodem Anſelmo in proximè ſequenti cap. 5. ad finem, ait enim: *Cùm dicimus Deum aliquid facere, quaſi neceſſitate vitandi inhoneſtatem, quam vtique non timet, potius intelligendum eſt, quod facit neceſſitate ſeruandæ honeſtatis: quæ neceſſitas non eſt aliud, quàm immutabilitas honeſtatis eius, quam à ſe ipſo, & non ab alio habet, & idcirco impropriè dicitur neceſſitas. Dicimus tamen, quia neceſſe eſt, vt bonitas Dei propter immutabilitatem ſuam perficiat de homine quod incepit: quamuis totum ſit gratia quod facit bonum.* Perpende primò, neceſſitatem *impropriè* dictam eſſe, quam dixerat Anſelmus; ergo non eſt neceſſitas ſimpliciter, quæ libertati repugnet. Secundò perpende, *totum eſſe gratiam.* Neceſſitas autem ſimpliciter dicta repugnat gratiæ, vt ſub initium eiuſdem cap. conceſſerat, ac ſubdit: *Dum ipſe ſe ſponte neceſſitati benefaciendi ſubdit, nec inuitus eam ſuſtinet: tunc vtique beneficij gratiam meretur maiorem.* Quod probat exemplo liberè promittentis.

Non concedit Anſelmus neceſſitatem ſimpliciter ad optimum, ſed moralem. Neceſſitas ſimpliciter gratiæ repugnat.

Tertiò reſtat *immutabilitatem* explicare, nam ex hac voce deſumpta eſt occaſio putandi, quod Anſelmus in hoc, & ſuperioribus locis, egerit de neceſſitate ſeruandi, & opere complendi, quod Deus ſemel decreuit abſolutè & irreuocabiliter. 13.

Verus tamen intellectus eſt, *immutabilitatem* honeſtatis, apud Anſelmum, eſſe conſequentiam, & congruentem cohærentiam, per quam poſteriores operationes aptè correſpondeant prioribus, nec ab incepto deficiant, vnde dicitur quis conſtanter operari. Hæc autem immutabilitas non continet neceſſitatem ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid, quæ ſimul manet cum libertate ſimpliciter. 14.

Immutabilitas cohærentiæ congruentia, ſolū importat neceſſitatem ſecūdùm quid.

Ita intellexit Alexander 3. p. q. 1. membr. 4. Nam poſtquam præcedenti memb. 3. corpore retulerat ex Anſelmo, *non eſſe propriè neceſſitatem &c.* membro 4. corpore dicit, oppoſitum eſſe impoſſibile de potentia ordinaria, non de potentia abſoluta. At verò contra certitudinem abſoluti decreti facere, non eſt impoſſibile tantum de potentia ordinaria, ſed abſolutè eſt impoſſibile de potentia abſoluta. Conſequens igitur eſt, vt immutabilitatis huius nomine ſolam infallibilitatem rerum, quæ fiunt de potentia ordinaria, prout magis decet diuinam ſapientiam, intellexerit Alexander. 25.

Veriſimilius eſt igitur eodem ſenſu accepiſſe verba, quæ refert ex Anſelmo Bonauent. lib. 3. ſent. diſt. 20. art. 1. corpore, cui conſonant ſolutiones argumentorum, præcipuè, cùm in q. 6. ad 4. defendat potuiſſe Deum relinquere peccatum impunitum, quod Anſelmus dicebat impoſſibile. 16.

Confirmatur hæc expoſitio primò, quoniam in vtroque cap. 4. & 5. ratio Anſelmi deſumpta videtur ex Apoſtolo Philippen. 1. *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet.* Vbi non phyſica neceſſitas, ſed voluntatis & operationis liberæ certitudo traditur, prout explicabimus magis ſect. 14. verſus finem. 17. *Philippen. 1.*

Sed quoniam exemplum ab Anſelmo poſitum cap. 5. de promittente, videbatur probare neceſſitatem ſimpliciter ex ſuppoſitione creationis: aduerte, voluiſſe Anſelmum, vt Dei gratia liberaretur etiam à debito decentiæ, atque à neceſſitate impropriè dicta, quam cauſat; ideóque recurriſſe ad creationem, ad quam Deus non obligabatur eo debito decentiæ, quo poſtea, vt perficeret opus inchoatum. 18.

Confirmatur ſecundò, nam ad Rom. 5. ad illa verba: *Commendat autem Deus charitatem ſuam,* Anſelmus apertè fatetur, innumerabilibus modis abſque Incarnatione vel paſſione, potuiſſe Deum redimere genus humanum: igitur quando dicit impoſſibilem fuiſſe aliū modum, & neceſſarium 19. *Roman. 5.*

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe incarnari & mori, non intelligit neceſſitatem, & impoſſibilitatem ſimpliciter dictam, quæ libertati repugnet.

20. Confirmatur tertiò, quoniam Athanaſius, Auguſtinus & Damaſcenus, vſi ſunt eodem neceſſitatis nomine circa Incarnationem & redemptionem, cùm tamen ex eiſdem conſtet, fuiſſe liberam; vt vidimus ſect.4. Vbi etiam Baſil.& Clemens Rom. vſus eſt verbo impoſſibilitatis. Lactantius autem & Proſper vſi ſunt nomine debiti & impoſſibilitatis; vt vidimus ſect.5. prope finem. Alij quoque Patres vtuntur eiſdem, aut ſimilibus modis explicandi, quàm fuerit diuinæ bonitati, ſapientiæ que conueniens incarnari & ſatisfacere. Cuius neceſſitatem expreſsè dicit Hugo Vict. lib.1. de Sacram. part.8.c.4. prope finem: nihilominus in eadem p.8. cap.10. fatetur, hominem aliter potuiſſe liberari.

21. Hactenus de ſententia Anſelmi, reſtat de vtroque Victorino dicere. Nam à quibuſdam Authoribus citatur Ricardus Vict. lib. de Incarn. cap.8. ſententiam eandem Anſelmi tenuiſſe. Cæterùm in eo cap.8. poſt med. ſolummodo dicit oportuiſſe; & neceſſarium fuiſſe, mediatorem, & ſatisfactorem eſſe Deum & hominem.

22. *Hugo.* Magis ad rem præſentem attinet Hugo Vict. nam lib.1. de Sacram. p.4. cap.10. præcipuè à medio demonſtrat, bonum totius eſſe præferendum bono partis, vt inde colligat optimam eſſe Dei prouidentiam, quæ talem ordinem ſeruat. Vnde cap.13. ſub init. *Non debet*, ait, *in compenſatione minoris boni impediri quod maius eſt bonum, ab illo, qui optimus eſt.* Et in ſumm. ſent. tract. 1. cap. 13. prope med. & infrà ſemper ſupponit, quod clarius explicat ad finem eiuſdem capitis dicens: *Quia maius bonum eſt, quod totius, quam quod partis eſt: & minùs malum quod vnius partis, & maius, quod totius: ideo quod bonum eſt vni, & non vniuerſitati non vult eſſe: & quod malum eſt vni, & bonum vniuerſitati, vult eſſe, ne bonũ vniuerſitatis impediatur, nihil enim fit quod vniuerſitati bonum non ſit.*

SECTIO VII.

Quando Patres de prouidentia diſputant aduerſus calumniatores illius, melioris boni fructum intendunt ſemper elicere.

1. MVlta Dei opera vel imperfectionis, vel inuidiæ, vel nocendi libidinis, vel inordinationis, vel turpitudinis, aut iniuſtitiæ vitiis accuſabant Simon Magus, Manichæi, Marcioniſtæ, Iulianus, Aduerſarius legis & Prophetarum, aliique ſimiles hæretici: qui omnes, vt minimum, contendebant, fuiſſe melius quaſdã res non producere, quæ de facto productæ ſunt; alias verò res alio meliori modo conſtituendas, & gubernandas fuiſſe. Patres igitur aduerſus horum calumnias differẽtes, non ſolum Dei opera cuncta defendunt à quolibet vitio, turpitudine, vel inordinatione; ſed etiam conſtanter probare nitũtur, longè melius & rationabilius fuiſſe quod à Deo factum eſt, quam quod ab aduerſariis proponebatur, vt melius. Atque ita procedunt Patres quos iam referimus.

Hæreticorũ calumniæ in Dei opera.

Patres retorquent; eáſque repellunt.

2. Clemens Rom. lib.3. recognit. à princ. refert Apoſtoli Petri diſputationem aduerſus Simonem, qua defendit bonitatem & iuſtitiam Dei, reddentis præmia & ſupplicia: & à medio eiuſdẽ libri rationes reddit maioris boni, propter quas Deus Simoni Mago, & Ægyptiis olim permiſerit tanta prodigia facere: quibus excæcarentur & indurarentur plurimi. Idemque lib. 8. recognitionum non procul à principio refert Nicetæ & Aquilæ diſputationes, quibus Petrus Apoſtolus præerat, probantes optimam prouidentiam ſpheræ cœleſtis, aſtrorum, partium terræ, maris, pluuiarum, ſeminum; maximè verò partiũ hominis & totius conſtitutionis humanæ. Atque inter med. & finem oſtẽdit, optima ratione productos eſſe pulices, mures, lacertas, cæteráque nociua, vel vilia. Demúmque rationẽ reddit, ob quam in hoc ſæculo cum impiis etiam affligantur iuſti.

Dionyſius lib. de diuinis nominib. c.4. verſus fin. *Vanam* inquit, *non recipiemus rationem eorum, qui oportere dicunt, prouidentia & inuitos nos ad virtutem agere etenim corrumpere naturam, non prouidentia.* Negat igitur, fuiſſe melius inuitos ad virtutem agere ſolius determinatione Dei, abſque libera cooperatione voluntatis humanæ. Rurſus in c.8. paulò poſt med. refutat eos, qui tanquam melius, *aiunt, mortalibus ineſſe oportere immortalitatem; & iis quæ minimè perfecta, & abſoluta ſunt, perfectionem; & iis, quæ liberos ſuos appetitus & motus habent, neceſſitatem, qua ab alijs moueantur, &c.* 3.

Defendit autem in hoc ipſo veram eſſe iuſtitiam, ac ſubinde maiorem perfectionem diuinæ prouidẽtiæ, *quod ſua omnibus & accommodata tribuit, pro cuiuſque dignitate, ac vniuſcuiuſque naturam in ſuo ordine, viíque conſeruat.* Docet itaque fuiſſe melius & rationabilius ſimpliciter, comparatione totius vniuerſi, non tribuere maiorem perfectionem iis rebus, quæ ſunt imperfectæ, nec mortalibus tribuere immortalitatẽ. Præterea propius ad med. quàm ad fin. eiuſdem 8. cap. oſtendit, ad iuſtitiam & æquitatem Dei pertinere, *ſinere Sanctos viros, ſine auxilio à malis affligi*, atque, *iuſtitia magis proprium eſſe non moliri & deſtruere eptimorum animaſitatem materialium donatoribus, &c.*

Iuſtinus q. 13. ad Gentiles rationibus congruentiæ probat infantiũ reſurrectionẽ: *Quoniam,* ait, *ſi non ſit reſurrectio, inuenietur Deus fruſtra finxiſſe eos. Quod ſi Deus nihil facit fruſtra; neceſſe eſt etiam infantes adduci in eſſe per reſurrectionem.* Neceſſitatis vocabulum mitigare debes eodem temperamento, quod adhibuimus ſect.6. De cætero perpende quantam illationis vim exiſtimauerit eſſe Iuſtinus, qua rationabilius & melius opus eſſe faciendum infertur, ex congruentia, decentiáque ſapientioris prouidentiæ. 4.

Clemens Alexand. lib.1. pedagogi cap.8.& 9. probat impiorum punitionem in hoc & futuro ſæculo eſſe rationem optimam prouidendi, ex Dei bonitate & amore profectam. Alia ex Clemente Alex. vidimus ſect.4. 5.

Nazianz. orat.16. de pauperũ amore inter med. & fin. demonſtrat, ſapiẽtiſſimas fuiſſe rationes, ob quas Deus non rarò iuſtos, vult ægritudinibus, egeſtate, aliiſque ærumnis laborare: cùm interdũ improbi proſperitatib. intumeſcãt, & illis inſultẽt. 6.

Chryſoſtomus copioſus, frequens & acutus fuit ad exponendas rationes operum Dei, quibus oſtenderet fuiſſe melius & rationabilius ea facere, quàm omittere, vel contraria facere. Sic in Geneſ. homil. 3. poſt. med. reddit rationem ob quam Deus pluribus diebus produxerit mundum, quẽ totum potuit vnico die, vel vnico momento producere. Multo plura reperies tribus in libris de Prouidentia, & in prioribus orationibus eiuſdem tituli de Prouidentia; præcipuè verò 7.

lib. 1. Nam in eius col. 5. *Videtur*, inquit, *eiectio illa paradiſi, ligníque vitalis inhibitio, mortiſque mulcta-tio cruciantis eſſe atque punientis: ſunt autem profe-cto iſta omnia ſigna clementiæ, & quidem non minus, quam priora.* Priora numerauerat. Adami creationem in ſtatu fœliciſſimo, cum rerum omnium dominio, & adiutorio fœminæ.

8. Conſequenter col. 6. ponderat rationes melioris boni circa modum corripiendi & puniendi Cainum: inter principium & med. eiuſdem libri, rationes, ob quas dæmon permittitur tentare, & ſæuire in homines. Circa medium libri magnas vtilitates, quæ prouenerunt ex generali diluuio, & ex modo prædicendi & cõminandi illud. Paulò poſt medium oſtendit, fuiſſe melius: Adamo in paradiſo dare mandatum ſub cõminatione mortis. Propius ad med. quam ad fin. eiuſdem lib. 1. de prouidentia rationes adhibet, propter quas homines in eodem ſtatu æqualiter conſtitutos, facit inæqualiter certare diuerſis laboribus exercitationibus, ac tentationibus. Ac demum inter med. & finem, cur homines multis vitiis inuoluti, quandoque nulla tribulatione vexentur: ſed iuſti premantur laboribus: & è contrario nonnunquã iuſti vitã in requie & honore degant, impij vero tribulationib. vexẽtur. Itaque rationẽ reddit huius diuerſitatis & varietatis in modo prouidẽtiæ.

9. Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulian. col. 5. multíſque ſequentibus probat, fuiſſe melius & rationabilius mulierem Adæ in adiutorium dari: quamuis eis futura fuiſſet occaſio peccandi. Simul etiam colum. 5. & ſequentibus probat, fuiſſe rationabilius prohibere lignum poſitum in medio paradiſi. Atque præter alia inter princip. & medium libri dicit: *Abſit quod lex primis parentibus à Deo data in damnum data ſit (vt ait)* videlicet Iulianus, *imo ad ſummam vtilitatem, & ad eximia bona illis concilianda.* Quæ continuò exponit. Deinde verò circa medium libri reiicit aliam blaſphemiam Iuliani, dicentis: *Æmulari, ne vitæ particeps, immortalis ex mortali fiat, vtique inuidi & maleuoli eſt*, nimirum quando Deus

Geneſ. 3. dixit: *Ne fortè ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*, &c. Atque inter alia reſpondet Cyrillus: *Melius autem, quis dixerit, eſſe illos, qui peccarant, non ſemper & perpetuò videri malos: deſinere verò aliquando ac coacernare ſibi etiam, vel miſericordiæ alicuius ſpem per hoc, quòd, quaſi pro pœna ferant mortem.* Aliiſque rationibus probat, fuiſſe melius homini poſt peccatum prohibere remedium immortalitatis.

10. Theodoretus inter libros de curandis Græcorum affectionibus, ſextum ſcripſit de prouidentia Dei. Propius igitur ad med. quàm ad princip. illius ex Platone ſimul ex ſacris literis oſtendit, ſapientiſſimè tolerari ſceleratos & crudeles homines, & ſapientiſſimè puniri etiam illos, qui ſuppliciis non emendantur. Deinde circa medium eiuſdem libri ex Platone probat, iuſtiſſimam & ſapientiſſimam eſſe prouidentiam, qua virtutis ſtudioſi, paupertate, morbis, aliiſque laboribus exercentur; quando perditiſſimi homines vtuntur proſpera fortuna. Poſt medium acutè demonſtrat, nullum hominem futurum fuiſſe diuitem, niſi fuiſſent alij pauperes, qui eis inſeruirent. Maccarius ſenior Ægyptius homil. 15. prope medium: *Deus*, inquit, *ſui iuris eſt, & quod vult, facit, ita vt, ſi viſum ſit ei, per potentiam ſuam mittere poſſit iuſtos in gehennam, peccatores autem in regnum cœlorum: licèt hoc minimè velit, nec ei gratum ſit, quia Dominus iuſtus eſt iudex.* Datur itáque libertatis obiectum aliquod, Deo ſimpliciter poſſibile: quod tamen euidens ſit, non eſſe Deo gratum, nec ab eo volitum: quia non eſt conforme iuſtitiæ, ſed abſoluto dominio, ratione cuius non eſt contra iuſtitiam, nec contra rationem.

Cyrill. Hieroſolym. Catecheſi 8. circa med. ait: *Quos dilexit, cum his ſic permittit diabolum luctari, vt vincentes coronentur; & facta victoria, maior quidem victus a minore confundatur, homines autem magnificè probentur, cùm eum, qui aliquando fuerat Archangelus, vincunt.* Et Catecheſi 18. colum. 2. *Iniuſtitiamne Dei arguis? Verum nihil mireris dilationem damnationis omnis qui certat, poſtea quàm abſoluit certamen, coronatur, aut contumelia afficitur. Sic & Deus, durante adhuc in hoc mundo certamine, hactenus iuſtis ex parte auxiliatur, deinceps autem vnicuique perfectum præmium reddet.* Æneas Gazæus in Theophraſto propius ad med. quam ad princ. latiſſimè rationem reddit melioris boni quod Deus intendit multis effectibus prouidentiæ, qui reprehenduntur ab infidelibus, veluti quare Deus toleret tamdiu ſceleratorum contumaciam; quare multoties non patitur bonos diuitiis, potentia, & voluptatibus abundare; econtra verò ſceleratos his naturalibus bonis amplificet, & ſanctis hominibus præferat in vita præſenti; cur innocens aliquis cœcitate, alter vulnere, vel alia calamitate prematur. 11.

Olympiodorus in Eccleſiaſten. cap. 6. fine illud: *Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius.* Ita exponit: *Oſtendit omnium rerum, quæ facta ſunt, rationes cur ita facta ſunt, repoſitas eſſe apud authorem Deum, qui tanta ſapientia eſt*, &c. Et poſt pauca: *Quum itáque multo ante preſciret quæcumque homini vtilia eſſent futura? ita demque vnumquemque produxit in vitam; cum preſciret (inquam) omnes hominis conditiones, quod mutabilis, quod mortalis, quod imbecillis erat futurus. Nullus itáque auſit efferre verba contra illum, qui nouit omnia antequam fiant, & conuenienti loco ſingula ſtatuit iuxta ſibi vni cognitas rationes.* Plurimas verò rationes & vtilitates oſtendit Gaudentius Brixien. Epiſc. Ambroſij contemporaneus in præfatione ad ſua opera, quæ inſcribitur *ad Beneuolum*, propter quas peccantribus ſæpe diuitias, ſanitatem, proſperitates; è contrario tamen iuſtis hominibus aduerſitates & ærumnas diuina prouidentia diſpenſet. Similiter etiam Paulinus epiſtola 36. de prouidentia multas vtilitates enumerat, quas hominibus Iuſtis Deus procurat per aduerſos caſus & tribulationes vitæ præſentis. Cyprian. itẽ ad Demetrianũ tota apologia reddit rationes calamitatum & afflictionũ, quibus totus ferè mundus, & inter alios etiam Chriſtiani premebãtur eo tempore magis, abſque religionis fauore tẽporali, quo peculiariter à Deo liberarẽtur. 12.

Damaſcen. dialogo contra Manichæos propius ad med. quam ad princip. eorum calumnias diſiicit, oſtendens rationes melioris prouidentiæ, propter quas Deus, licet bonus ſit, infert malum pœnæ, permititque dæmonis tentationes, & ipſe bonas tentationes infert. Lactantius lib. de opificio hominis cap. 3. & ſequentibus tanquam blaſphemos refutat eos, qui non turpiter & malè, ſed minùs bene factum fuiſſe hominem arguebant, eo quòd eſſet infirmior cæteris animantibus; atque multoties 13.

opprime

opprimeretur immatura morte: quique partes aliquas hominum, aut affectiones eorum minùs bene coostitutas eſſe contendebant. Quocirca non longè à principio prædicti capitis quinti, *libet, ait, interrogare iſtos diuinorum operum reprehenſores, quid in homine deeſſe credant?* Exiſtimat ergo Lactaorios, eſſe teprehenſionem diuinorum operum, ſi perfectionis aliquid illis deeſſe credatut.

14. *Auguſtinus.* Illuſtriora ſunt in hoc genere Auguſtini teſtimonia. Nam lib. 1. de Geneſi contra Manichæos cap. 7. ait: *Reprehendere mordaciter ſolent, quod de limo hominem finxerit: dicunt enim: An defuiſſet ei melior & cœleſtis materia, vnde hominem faceret*, &c. Quam blaſphemiam, vt confutet rationes adducit maioris conuenientiæ, propter quas fuerit perfectionis prouideotiæ de minùs perfecta materia hominem facere.

15. Rurſus lib. 1. contra Aduerſatium legis & prophetarum c. 14. & 15. probat, maioris charitatis Dei erga hominem, & illius fœlicitati melius conſulentis fuiſſe prohibere, ne comederet de ligno dignoſcentiæ boni & mali; quam prohibitionem aduerſarius accuſabat. Inſuper lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 12. rationes reddit, cur Deus per ſerpentem potiſſimum tentare diabolum permiſerit, non verò per aliud animal.

16. Illud autem in his & cæteris Auguſtini diſputationibus eſt ponderandum, illi parum fuiſſe defendere bonum eſſe quod Deus fecit, niſi defenderet etiam, fuiſſe melius & rationabilius: vt in omnibus operibus intelligendum ſit quod circa myſterium Incarnationis & redemptionis expreſſit lib. 13. de Trinit. cap. 10. ſub init. *Parum eſt ſic refellere, vt iſtum modum, quo Deus nos liberare dignatur, aſſeramus bonum & diuinæ congruum dignitati; verum etiam vt oſtendamus, non alium modum poſſibilem Deo defuiſſe, cuius poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent. Sed ſananda noſtra miſeria conuenientiorem modum alium non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe.* *Auguſtinus.*

17. Idem lib. 11. de Geneſi ad liter. cap. 4. & multis ſequent. refutat errorem eorum, apud quos fuiſſet melius & ratiooabilius, ſi Deus non crearet, aut certè non permitteret eos tentari, quos ſciebat eſſe peccaturos, ſi tentarentur. Præcipuè ootandum eſt caput 6. 7. & 8. in cuius initio, *Quis*, inquit, *ſobria conſideratione dicat: Melius non crearet, quem praſciebat ex alterius iniquitate poſſe corrigi, quam crearet, quem praſciebat pro ſua iniquitate debere damnari?* Vbi ſequentibúſque capitibus rationum pondere concludit, fuiſſe melius eos homines creare, tentationes eorum & peccata permittendo, non obſtante prædicta præſcientia. Sed de hoc iterum ſect. ſequenti: rationem melioris boni propter quam Deus permiſit teotari hominem, quem ſciebat eſſe caſurom, ex Auguſtino loco citato recipiunt Beda in Geneſim cap. 3. ſub init. & Hugo Victor. ſummæ ſentent. tract. 3. cap. 6. fine. Anſelmus

18. io Elucidario ſparſim accuratè rationem reddit multorum operũ diuinæ prouidẽtiæ.

SECTIO VIII.

Quatuor eiuſdem argumenti exempla ex eiſdem aliiſque Patribus.

1. PRimom exemplum cohæret cum fine præcedentis ſectionis, conſtanter enim Patres docent, melius & conducibilius hominibus eſſe creari, licèt præſciantur eſſe caſuri. Contrariúmque tanquam errorem Manichæorum refutat Nyſſenus orat. catechetica cap. 7. & ſequentibus. in cap. 8. inter medium & finem dicens: *Quid ergo erat melius an noſtram naturam non omnino ad ortum deducere, quoniam videbat futurum, vt à bono aberraret: an cum aberraſſet, & morbo laboraſſet, reuocare ad gratiam, quam habuit ab initio.* & paulò poſt ad finem eiuſdem capitis defendit, fuiſſe melius & rationabilius homini poſt peccatũm inferre dolores & mortem. Priori ſententiæ de creatiooe, non obſtante præſcientia peccatorum, concordant Patres alij referendi ſect. 12. exemplo tertio. *Nyſſenus.*

2. His eſt cognatum & conſequens, quod Aquila Petri diſcipulus, Apoſtolò præſente & approbante, diſputauit, rationem reddens melioris boni, propter quam productus fuerit Mundi princeps, qui malis gaudet, apud Clemen. Roman. lib. 8 Recognit, pag. penult. Origenes quoque homil. 13. in cap. 22. Numerorum inter med. & finem inter alias rationes hanc reddit: *Ob hoc neque diabolum remouit à principatu ſeculi huius, quia adhuc opus eſt opera eius ad perfectionem eorum, qui coronandi ſunt ad exercitia certaminum, ad victorias beatorum.*

3. Secundum exemplum in eo cum præcedenti conuenit, quod ſupponit conditiooatam præſcientiam futurorum peccatorum: ſed valdè differt, quoniam agit de pluribus aliis actionibus diuinæ prouidentiæ. Patres igitur communiter defendunt, fuiſſe melius & rationabilius libertatem hominis conſeruare, abſtinentiæ præcepto prohibere lignum ſcientiæ boni & mali, dæmonis tentationem, mulieris deceptionem, & Adami tranſgreſſionem permittere: necnon fuiſſe melius Iudam in Apoſtolum, ac Saulem in Regem eligere, aliáſque res diſponere: quamuis Deus prænoſſet, quam grauia peccata forent illarum omnium rerum occaſione committenda, neque vnquam patiuntur Patres abſque refutatione præterire blaſphemos, etiamſi tantùm aſſererent, meliorem fuiſſe futuram oppoſitã rerom gubernationẽ. Multos ex his Patribus retuli ſupra diſp. 8. ſect. 1. plures autem tom. præced. de Scientia Dei diſp. 65. ſect. 3. 4. 5. 9. 10. & 11. *Rationabilius fuit libertatem hominis conſeruare, cùm prauideretur eſſe caſurus.*

4. Tertium exemplum pertinet ad tempus Incarnationis & Redemptionis. Etenim Patres commuoiter perfectioni diuinæ bonitatis & ſapientiæ, deſideriòque procurandi ſalutẽ homioum, ſe ſatisfeciſſe non putant, niſi Philoſophis & hæreticis quærẽtibus, quare Chriſtus Dominus tot retro ſæculis pereuntibus hominibus ſalutẽ non attulerit, ſed expectauerit conſummationem ſæculorum; rationes reddant, quibus probetur, ita melius hominum ſaluti conſultum, meliúſque Dei gratiam & miſericordiam fuiſſe manifeſtatam. In hac igitur controoerſia nolla difficultas erat de crimine vel malitia ſiue crudelitate Dei; retardantis remediũ & redemptiooem: ſola quippe difficultas erat aduerſariis oſtendere, quanto rationabilior & vtilior mundo fuerit illa mora. *Vtilior mũdo fuit mora Incarnationis.*

5. Poſuimus horum Patrum teſtimonia tomo præcedenti de Scientia Dei diſp. 66. ſect. 2. quibus adde quod Athanaſius orat. 2. contra Arian. prope med. ait: *Quum poſſet ab initio ſub Adamo, aut Moyſe Verbum ſuum emittere, non tamen miſit, niſi in conſummatione ſeculorum: tum enim id vtile eſſe nouerat vniuerſe creatura.* Aliam rationem ex *Athanaſius.*

Auguſtioo lib.83. quæſtionum quæſt.53. retulimus ſect.4.

6\. Quartum exemplum erit æqualitas penportionis comparatione naturalis capacitatis. Nam Patres inde quoque Dei bonitatem & eius effuſionem commendant, quoniam omnibus creaturis tantùm bonitatis & perfectionis largitur, quantum ſingulæ ſunt capaces. Vnde conſequens eſt, ſingulas creaturas à Deo procedere perfectiſſimas in ſuo genere & ordine comparatione totius vniuerſi. Conſequentia probetur, quia ſi poſſibilis eſſet maior perfectio creaturarum illarum, eo ipſo capaces eſſent maioris perfectionis: ac ſubinde non fuiſſet eis collatum perfectionis & bonitatis tantum, quantum earum eſſentia capere potuiſſet. Loquor autem in præſenti non de obedientiali capacitate in ordine ad ſupernaturalem perfectionem gratiæ, ſed tantum de naturali capacitate in ordine ad perfectionem ordinis naturalis; & de hac quidem, non abſolutè conſiderata, ſed in ordine ad maiorem perfectionem, quæ reſultet in vniuerſo, iuxta doctrinam traditam ſect.1.

Tãtum perfectionis Deus creaturis largitur, quantũ ſingulæ ſũt capaces.

7\. Antecedens magis ex profeſſo tradit variis in locis Dionyſ. quamuis enim videatur in eorum aliquibus ſimul agere de ſupernaturali Dei communicatione, quam liberum arbitrium poteſt impedire: præcipuè tamen agit de naturali communicatione, quam limitat naturalis capacitas, & quantum ad hoc facit plurimum ad rem præſentem. Dionyſ. igitur de cœleſti Hierarc. cap.4. *Eſt enim*, ait, *hoc omnium authoris, & bonitatis, quæ ad omnia pertinet, proprium naturas ad ſui communionem vocare, vt cuiuſque captus, modaſque poſtulat*, Atque in eodem lib. cap.9. poſt med. ait: *Oculorum meatus diſſimilitudo facit, vt effluens paternæ benignitatis lucis largitio, vel omnino communicari capique non poſſit, & propter eorum obſtaculum ac repugnantiam infandi: aut communiones facit diſſimiles paruas, aut magnas, obſcuras aut claras cùm vnus ſit & ſimplex, eodémque modo ſemper habeat, & valde explicatus, fuſuſque ſit diuini fontis radius.*

Dionyſius.

8\. Deinde verò eiuſdem libri cap.13. non longè à princip. *Omnibus*, inquit, *naturis, quæ ratione intelliguntur, pro earum capta apparet, lumenque ſuum ſummis illis naturis permittens, per eas vt primas ſe ipſam inferioribus rectè & ordine, pro cuiuſque ordinis in contemplando Deo modo & captu diſtribuit.* Subiicit autem ſimile non pro dignitate Dei, ſed pro tenuitate noſtri captus. *Radij Solis diſtributio recta aptáque diuiſione in primam materiam incidit, quæ ſit omnium clariſſima & limpidiſſima, ac per eam euidentius ſplendorem ſuum diffundit: cùm autem incidit in craſſiorem materiam, obſcurior eius ſplendor apparet, propterea quod materia illuſtrata minùs apta ſit ad diffuſionem luminis.*

9\. Eadem analogia Solis libro de diuinis nominibus cap. 4. ſub initium oſtendit, quod *Ipſum bonum per ſe ipſáque eſſentia ſua in, quæ ſunt, omnibus pro eorum captu, totius bonitatis radios emittit.* Alia demum ſimilitudine ſigilli prædictam æqualitatem ex parte Dei, accommodatam diuerſimodè iuxta diuerſas capacitates, explicuerat capite ſecundo de diuinis nomin. immed.

Eadem ex Dionyſio recipiunt Maximus, & Gregor. Nyſſenus lib. 1. confutationum Eunomij, quos refert & ſequitur Cypariſſiotus decade 7. cap. 8. & 9. ac 10.

Clemens Alexand. lib.6. Stromat. quatuor paginis ante finem aſſerit, *Prout erat capax vniuſcuiuſque natura fieri vnumquodque, ad id quod eſt melius proficiens*, vt ſuprà ſect.4. retulimus. Sequenti verò lib.7. pag. 2. poſt med. de prouidentia Dei ſcribit: *Pro ea quam vna quiſque habet, aptitudine, ſuum diuiſit beneficium.* 10.

Damaſcen. lib.1. fidei cap.1. ad fin. *Bonum cùm ſit Deus*, ait, *omnis boni largitor eſt, non inuidiæ, aut perturbationi cuipiam obnoxius.* Quod magis explicat 19. cap. quod eſt vltimum inter princip. & med. dicens: *Ipſa diuina natura ſuppeditatrix eſt omnis boni proprij facturis ſuis ſecundum vniuſcuiuſque virtutis capacitatem.* Obſerua ſignum diſtributiuum *omnis*, ita vt impleat vniuſcuiuſque capacitatem, quod eſt illi tribuere optimum. 11.

Idem dogma recipitur ab expoſitoribus Dionyſij locis citatis. ij ſunt Hugo Victorin. de cœleſti Hierarc. cap.9. poſt med. Alber. Magnus, Abbas Vercelen. & Carthuſian. ad idem cap. 19. art. 45. S. Thomas de diuinis nominib. cap. 2. lect.3. & cap.4. lect 1. 12.

Vnde q.6. de Veritate art.2. argum.5. & eius ſolutione concedit & exponit, Sanctos & Prophetas communiter dicere, quod Deus æqualiter ſe habet ad omnia, quamuis non omnia æqualiter ſe habeant ad participãdam bonitatem ipſius; ſicut Sol æqualiter lumen diffundit, ſed non æqualiter participatur à corporibus illuminatis. Plures alios Patres omitto, quoniam potiſſimum agere videntur de ſupernaturalibus donis, in quibus quam æqualitatem & quomodo debeamus intelligere, tractauimus in alio libro, ſingulorum verba notantes, & ex parte referemus infra diſp.53. ſect.3. & ſeq. 13.

Dei æqualitas ad omnia.

SECTIO IX.

Non ſolùm in ordine ad finem, à Deo libere præfixum, ſed etiam ſimpliciter comparatione Vniuerſi, eſt optimum, quod Deus vult.

TRes potiſſimum ſolutiones aut explicationes adhibent aliqui Theologi paucis quibuſdam teſtimoniis Patrum ex his, quæ retulimus ſect.4. & ſequentibus hucuſque: verumtamen cum diſcrimine. Nam antiqui Scholaſtici ſolum intendunt defendere id, quod certum eſt aduerſus Abailardum & Wicleffum, poſſe Deum plura melioráque facere, licèt ea non faciat: non explicantes verùm hoc verificandum ſit etiam in eo genere rerum, cuius perfectio terminum habet, iuxta ea, quæ declarauimus ſect.2. Scholaſticorum loca citabimus infra diſput. 10. ſect.1. 1.

Recentiores autem aliqui perſpicuè dicunt, etiam in eo genere rerum cuius perfectio terminum habet, Deum non ſemper eligere quod eſt ſimpliciter optimum; ſed tantum quod in ordine ad finem, à Deo præfixum cum tali modo & menſura fuerit optimum medium ex ſuppoſitione talis intentionis: & conſequenter adiungunt, ex ſuppoſitione talis intentionis electionem optimi medij conſequi per phyſicam & abſolutam neceſſitatem abſque vlla libertate impediendi ſequelam illius. 2.

Recentiorum ſolutio.

Solutionem hanc incipit refutare ſectio præſens, quod ipſum proſequentur aliæ ſectiones. Suppoſuimus autem, ac demonſtrauimus ſect.1. 3.

aſſert.

aſſert. 2. nullo modo liberum, ſed ſimpliciter & phyſicè neceſſarium eſſe Deum velle ſemper & facere quod optimum, & conuenientiſſimum eſt ad conſequendum finem ſub eo modo & menſura ſub quo fuit à Deo efficaciter intentus. In hoc ergo nihil à nobis & à veritate diſſidet prædicta ſolutio.

4. *Vnica concl. Non tantum in ordine ad finem intentum, ſed ſimpliciter Deus eſt ad optimum infallibiliter.*

Nihilominus aduerſus alterum membrum illius ſit vnica concluſio. Non ſolùm in ordine ad finem, à Deo præfixum cum tali modo & menſura, ſed etiam ſimpliciter & abſolutè comparatione totius vniuerſi, cunctarúmque partium prouidentiæ, Deus ſemper, & infallibiliter vult & facit quod eſt optimum, in eo rerum genere, cuius perfectio terminum habet. Ad hanc concluſionem probandam ſufficere potuiſſent, quæ ponderauimus quatuor ſectionibus præcedentibus; verumtamen rei dignitas & difficultas poſtulat, eam reddi tutiorem à nebulis, quas poſſunt contrariæ declarationes offundere.

5. Sit igitur probatio prima, quia niſi vera ſit noſtra concluſio, penitus euaneſcunt laudes diuinorum operum, quas hactenus ex Patribus retulimus: ac nulla vel prope nulla gloria conciliatur ex illis diuinæ prouidentiæ; quoniam illis non obſtantibus, poſſent omnia Dei opera eſſe imperfectiſſima. Huius autem inconuenientis ſequela probatur, quia cuiuſlibet hominis, aut dæmonis opera, quantumcumque imperfectiſſima, dicerentur eſſe perfectiſſima; ſi conſultò & dedita opera ſciens & prudens vult talem menſuram & modum operis, non maiorem neque minorem, volens nimirum, vt opus illud ſit imperfectiſſimum, & in ordine ad illum finem eligit imperfectiſſima media quibus illud opus ſortiatur effectum. Diceretur enim talia opera fuiſſe perfectiſſima in ordine ad finem intentum cum tali modo, & menſura: quoniam opus illud viliſſimum & imperfectiſſimum non potuit ſub illo modo & menſura melius fieri.

Inconueniens ex oppoſito illatum.

6. *Tugurium diceretur magnificum ædificium.*

Res hæc declaratur exemplis. Tugurium arundineum, luteum, anguſtum, incommodum potuiſſet laudari tanquam optimum & magnificum ædificium, ſi architectus nihil amplius perfectionis & commoditatis intendiſſet, quàm illius tugurij. Quapropter etiamſi canetet Pſalmus 91. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti.* & licèt Scriptura ſacra & Patres toties commendent magnificentiam operum diuinorum, inde nihil amplius probari poterit, quàm magnificentia tugurij.

Pſal. 91.

7. *Imperfectiſſima ſanitas, tanquã perfectiſſima laudaretur.*

Eadem ratione ſanitas, licèt imperfectiſſima, cauſata per dæmonem, laudari debuiſſet, aut certè potuiſſet quaſi perfectiſſima ſanitas & optima: quoniam dæmon non intendit veriorem, aut meliorem ſanitatem tribuere, nec intendit alium modum, ac menſuram illius.

8. *Quaſi optimæ extollerentur gubernationes, quæ ex Superiorum incuria imperfectæ intenduntur.*

Deberent etiam eodem ſenſu, quaſi optimæ, rationabiliſſimæ, conuenientiſſimæque laudari doctrinæ, conciones, gubernationes bellorum & pacis, & cæteræ operationes, quoties propter voluntariam ignauiam, negligentiam, aut alios inordinatos affectus voluntariè priuantur ſua perfectione: tunc enim earum omnium operationum authores re ipſa, & cum effectu conſequuntur intentum finem ſub eo modo & menſura perfectionis, quam intendunt, nec maiorem perfectionem intendunt, & ad eum finem conuenientiſſima ſunt media; quæ adhibent ignauiter & negligenter operando.

9. Confirmatur primò; quia ſi perfectioni diuinorum operum ſatisfaceret ſola perfectio medij conuenientis ad obtinendum finem cum tali modo & menſura; quamuis ille finis ſub eo modo & menſura fuiſſet imperfectus: ſequeretur, vt quamuis Deus primos parentes ac cæteros homines produxiſſet cæcos, ſurdos, membris omnibus captos, languidos, rationis vſu carẽtes, & quàm citiſſimè morituros: inſuper quãuis omnia animalia deſtituiſſet cibo, potu, rebúſque cæteris ad vitæ conſeruationem opportunis: & ſimiliter licèt Cœlum produxiſſet multò magis anguſtũ, Solémque multò magis obſcurum, & ſine ordine motum, aut in eodem loco ſemper manentem: ac denique licèt Angelos Deus priuaſſet perfectionibus ſibi naturaliter debitis: adhuc his non obſtantibus, verificaretur, cuncta quæ Deus fecerat eſſe *valde bona.* Quapropter ex talibus verbis Scripturæ Geneſis 1. nullam maiorem perfectionem & laudem diuinorum operum poſſemus colligere quàm illam, quæ prædictis in caſibus verificaretur: eodemque ſenſu & modo Patres ſupra citati debuiſſent defendere, Dei opera fuiſſe optima & perfectiſſima. Sequela probatur, nam in prædictis caſibus homines & animalia cætera, Cœli, Sol & cæteræ partes Vniuerſi, & ipſi etiam Angeli perfectiſſimè attingerent modum & menſuram finis efficaciter intenti, nec plus, nec minùs perfectionis habentes, quàm requirebat finis intentus à Deo.

Sequela ex præcedentibus.

Probatur.

10. Quocirca, ne ſequatur prædictum conſequens abſurdiſſimum; opus eſt concedere, Deum de facto non eligere viliſſimum finem immediatum cum perexigua menſura manifeſtandi ſua attributa, & ad ſuam gloriam deſeruiendi; ſed intendiſſe manifeſtationem attributorum & gloriam in menſura ſuprema & maxima, quæ potuit obtineri per hunc mundum, optimè conſtitutum, & optimè gubernatum quoad omnes ſui partes in ordine ad bonum vniuerſitatis, & maximè prædeſtinatorum. Denique ſi Patres citati præcedentibus ſectionibus, hoc non affirmant; nihil affirmant, niſi quod affirmare ſine falſitate potuiſſent, licèt mõſtruoſiſſima, & imperfectiſſima foret mundi, & omnium partium eius conſtitutio & gubernatio, ſicut explicatum eſt nuper.

11. Confirmatur ſecundò, nam ex eadem menſura & limitatione perfectionis, quam impugnamus euidenter infertur, nullius laudis & gloriæ diuinæ commendationem eſſe quæ pro maxima laude gloriáque defertur Eccleſiaſtes 3. *Didici quod omnia, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus. vt timeretur.* Iſte timor potiſſimum intelligendus eſt cultus & obſeruantia diuinæ legis, à qua iuſti vocari ſolent timentes Deum. Ad hunc timorem & reuerentiam, exterioribus obiectis prouocandam, deſtinauit Deus opera ſua, quæ niſi magnificentiſſima fuiſſent & perfectiſſima, non ſufficerent ad eum affectum dignè prouocandum. Ideo Deus ea fecit ita perfecta, quibus nihil *addere* poſſimus, id eſt, nihil excogitando reperire, quo ſuperaddito, vel mutato, perfectiora redderentur: eiſdémque nihil poſſimus *auferre*, id eſt, inueſtigare nihil, quo ſublato rationabilius atque perfectius fuiſſent con-

Eccleſiaſtes 3.

ſtituta: quia nihil habent ſuperfluum, aut diminutum. Ita exponit Olympiodorus in eius loci comment. tomo 1. Bibliotecæ.

12. *Abſurdum ex oppoſita opinione.*

Porrò ſi potuiſſet iſtud intelligi comparatione cuiuſque finis, quantumcunque diminuti & perexiguæ perfectionis: ſequeretur, prædictam Dei laudem poſſe verificari, quamuis mundus totus foret confuſus & perturbatus, tanquam æternum chaos, & quamuis omnes ſubſtantiæ carerent potentiis & operationibus ſibi naturaliter debitis. Quæ conſecutio præcedenti confirmatione probata fuit.

13. *2. Probatio.*

Inde naſcitur ſecunda probatio, quia conſiderando perfectionem creatam & intrinſecam, quæ poteſt Dei operibus in ſe ipſis conuenire, petimus ab Authoribus contrariæ ſolutionis, vtrùm ſit maior Dei laus & gloria defendere cunctis Dei operibus fuiſſe conceſſam perfectionem maximam, quæ poterat eis in ordine ad vniuerſum conuenire? Nam ſi conceſſerint, iſtud eſſe maiorem laudem & gloriam Dei: non recuſabunt eam deferre Deo nobiſcum: neque enim amplius intendimus. Si verò dixerint, maiorem laudem & gloriam Dei eſſe, quotuſlibet, eligere per exiguam menſuram perfectionis in ſuis operibus & non intendere maiorem ſui gloriam, quàm eam, quæ ſequitur ex operibus diminutis, puſillis, & indigentibus perfectione maiore: conſequens eſt, Patres non modò fruſtrà laboraſſe, verùm etiam ſuppoſuiſſe falſum dogma, diminuens Dei laudem, quando diligenter inueſtigant rationes maioris vtilitatis, & perfectionis, atque ſapientioris prouidentiæ, quæſitas ex parte rerum ipſarum, iuxta naturam illarum, & proportionem ad vniuerſum, diuerſas congruentias aperiendo pro rerum varietate, refutandóque vituperationes, quibus infideles conantur, vt contemptibilia & imperfecta Dei opera traducere.

Fruſtra Patres laboraſſent, & falsũ ſuppoſuiſſēt.

14. *Facilior eſſet euaſio.*

Verius enimac facilius vno verbo ſimul omnibus quorumlibet operum obiectionibus ſatiſfeciſſent Patres, dicentes: Deus non intendebat ex talibus operibus maiorem gloriam colligere, quam eam, quæ poteſt ex illis ſub ea menſura diminutæ perfectionis, & cum illis defectibus redundare: ideo talibus mundi partibus negauit perfectionem ſibi naturaliter poſſibilem, ac debitam; negauítque perfectum gubernationis modum, conſulto volens eas eſſe confuſas & perturbatas. Hæc autem reſponſio, quantum abhorreat à doctrina Patrum, quam præcedentibus quatuor ſectionibus retulimus, eſt manifeſtum. Quocirca non eſt admittenda ſolutio, quæ tenetur hanc reſponſionem pro Dei operibus dare. Sed de hoc magis in particulari dicendum erit ſect. 12.

15. *Scriptura loquutiones limitanda non ſunt, neque detorquẽda, vbi rationis pondus non vrget.*

Probatur tertiò, nam Scripturæ ſacræ, cunctorúmque Patrum locutiones non ſunt limitandæ, & contrahendæ ad ſenſum minùs proprium, minùs vſitatum, ac minùs ſimplicem & planum; niſi vehementer ad hoc præponderent momenta rationum & authoritatum. At verò magis proprius, magis vſitatus, magíſque ſimplex & planus ſenſus, quem ſonant Scripturæ, cunctorúmque Patrum locutiones, Dei operibus, conſideratis in ordine ad vniuerſum, concedit maximam perfectionem poſſibilem; nec patitur, aliqua ex parte diminutam fuiſſe à Deo perfectionem illorum, nec patitur Deum intendiſſe limitare gloriam, quæ per ſua opera poterat obtineri, ne foret tanta, quanta reſultaret ex operibus, ſi forent conſummata, & omnibus numeris abſoluta.

16. *Sophiſticè Patres argumentarẽtur.*

Confirmatur, quia ſophiſticè diſputarent Patres, & per calumniam traducerent ſuos antagoniſtas; ſi diſſerendo refutarent aliud, quam quod illi affirmabãt. At hæreticorum, aut Ethnicorum nullus aſſeruit, in ordine ad finem à Deo intentum cum tali modo & menſura Dei opera eſſe imperfecta, potuiſſéque fieri meliora, vel debuiſſe meliora fieri comparatione talis finis, ſub tali menſura: ſed potius Ethnici & hæretici, quos amentia fecit diuinorum operum cenſores & correctores, vituperabant menſuram bonitatis & perfectionis præſcriptam diuinis operibus; vt anguſtam & perexiguam; & eo ipſo vituperabant finem à Deo immediatè intentum ſub tali modo & menſura. His igitur aduerſariorum aſſertionibus Patres non contradixiſſent, niſi dixiſſent, menſuram bonitatis & perfectionis præſcriptam diuinis operibus fuiſſe maximam, plenam, coagitatam & circumfluentem; & eo ipſo finem à Deo immediatè intentum, ſub tali modo & menſura, fuiſſe ſimpliciter perfectiſſimum.

Probatur quartò, quoniam (vt vidimus ſect. 17.
præcedenti poſt med. ex ſententia grauiſſimorum Patrum) Deus omnibus creaturis tantum bonitatis & perfectionis effudit, quantum earum capacitas poterat recipere. Hoc autem ſi reſtringendum foret ad eam dumtaxat menſuram capacitatis, quam Deus promera libertate præſcripſit, quamuis rerum eſſentia caperet menſuram longè maiorem: conſequens erit, euaneſcere prorſus, & captioſam aut illuſoriam reddi prædictam ſententiam Patrum. Nam illi ſatis apertè docent, vniuſcuiuſque rei naturam ex ſe capacem eſſe perfectionis vſque ad certam menſuram, & totam menſuram fuiſſe cumulatam. id quod minimè verum foret, ſi Deus omnes ſubſtantias, tam ſpirituales, quàm corporeas deſtituiſſet omnibus potentiis naturalibus & omnibus præſidiis ad ſuos fines obtinendos: cùm tamen in hoc ipſo caſu verificaretur impletam fuiſſe menſuram capacitatis, quam libera Dei voluntas pro ſuo libito præſcripſerat.

Illuſoria redderetur Patrum ſententia.

Confirmatur, nam ſimilitudo Solis illuminantis materiam, quantum capax eſt luminis, ita vt 18.
defectus luminis non niſi ab incapacitate corporis proueniat, & aliud exemplum ſigilli (quæ retulimus ſect. præcedenti ex Dionyſio) non poſſunt aptè conuenire communicationi diuinæ perfectionis; ſi Deus ipſe limitat, & minuit perfectionem, quam rei natura capere potuiſſet.

Quintò probatur, quia ſi Dei opera, prout de 19.
facto conſtituta ſunt & gubernata, non attingunt menſuram & modum rationabiliorem & meliorem: euidenter ſequitur, aliam menſuram & modum conſtituendi & gubernandi Dei opera, ſecundùm ſe conſideratum ex parte obiecti, eſſe meliorem & rationabiliorem. Igitur neque blaſphemus erit, neque reprehenſione dignus, qui dixerit, aliquem alium modum conſtituendi & gubernandi Dei opera, quem excogitauerit ipſe, meliorem & rationabiliorem eſſe. Conſequens autem eſt contra Patres citatos quatuor ſectionibus præcedentibus, ex quibus ſufficiat Auguſtini verba recolere lib. 1. contra Aduerſarium Legis & Prophetarum cap. 14. poſt med. *An verò vſque adeo deſipiendum eſt, vt homo videat, melius aliquid fieri debuiſſe, & hoc Deum vidiſſe non putet;* *Auguſt.*

Digitized by Google

puſet: aut putet vidiſſe, & credas facere noluiſſe: aut voluiſſe quidem, ſed minimè potuiſſe? Auertat hoc Deus à cordibus piorum.

20\. Confirmatur generali regulâ, quam naturæ lumen offert excitatum amore Dei, vt de illo ſentiat in bonitate: *Quidquid vera ratione melius occurrit, hoc ſcias feciſſe Deum*, vt Auguſtinus docuit ſupra ſect. 4. initio. Vnde conſequens eſt quod in eadem ſect. retulimus ex Chryſoſtomo, Si rationum vias ingrediatur homo mille, nullam inueniet, quæ tam verè, tam appoſitè habere Dei opera demonſtret, ſicut Deo placuiſſe, quoniam voluit quod eſt optimum & rectiſſimum. Cum igitur vera ratione melius occurrat, & homo facilè diſcurrens inueniat, eſſe melius, non eligere tanquam immediatum finem opera diminuta, & carentia perfectionibus ſibi connaturalibus; nec eligere minùs ſapientem ac minùs vtilem gubernationem vniuerſi, ſed hæc velle ſub ea menſura & modo, qui ſit optimus & Deo glorioſiſſimus: conſequens eſt, vt ſcire debeamus, hoc ipſum voluiſſe Deum atque feciſſe.

21\. Sextò probatur, nam efficax coniectura, quæ probet, aliquod opus à Deo fuiſſe volitum & factum, eſſe ſolet oſtendere, ſimpliciter rationabilius & melius in ordine ad vniuerſum, & in ordine ad naturam vniuſcuiuſque rei, vel ſtatum cuiuſque perſonæ fuiſſe tale opus velle & facere. Nec Theologi ſolùm vtuntur hac coniectura, ſed etiam illam docuerunt Antiqui Philoſophi. Socrates enim apud Platonem in Phædone ſiue de anima, inter med. & fin. *Arbitratus ſum*, inquit, *intelligentiam ſanè gubernantem omnia gubernare, & ſingula hoc modo ponere, quo optimè ſe habeant. Si igitur quis cauſam inuenire velit de vnaquaque re, quo fit, aut perit, aut eſt, eum hoc de ipſa inuenire oportere quod optimum eſt ipſi, aut eſſe, aut aliud quodcumque pati, aut facere: & ex hac ratione homini conuenire, vt nihil aliud conſideret, tum de ſe ipſo, tum de alijs, quam quod optimum & praeſtantiſſimum eſt.* (So. rates.)

Et poſt pauca: *Non enim putabam, ipſum, qui aſſereret ab intelligentia omnia gubernari, aliam vllam vnquam cauſam ipſis adducturum eſſe, quam quod optimum eſſet, ipſa ita ſe habere, vt habent.* Conſequenter igitur adiungit, hanc eſſe optimam rationem ſciendi, quid Soli & Lunæ, quid aſtris, terræ, vel homini de facto conueniat; ſi prius inueſtigaueris, quid ſit illis optimum; & hoc exiſtimes illis ab intelligentia fuiſſe de facto tributum.

22\. *Sine robore eſſet Socratis ratio, ſi de ſolo optimo in ordine ad finem interpretetur.*

Huiuſmodi argumento nihil poſſet neque minima probabilitate concludi: ſi Socrates & Plato intellexiſſent dumtaxat optimum in ordine ad menſuram finis à Deo liberè præſcriptam. Nemo quippe naturali ratione poſſet conijcere, quæ menſura finis liberè fuiſſet à Deo præſcripta circa bonitatem & perfectionem hominis, aut terræ, vel Solis & aſtrorum: niſi prius ſupponatur, Deum ſemper velle & facere quod vniuſcuiuſque naturæ conuenientiſſimum & optimum eſt; (vt expreſsè docuit Socrates in prioribus verbis) nec vnquam Deum intento fini præfigere minorem, aut minùs perfectum modum atque menſuram, quam eam, quæ confert ad maiorem perfectionem vniuerſi.

SECTIO X.

Multis exemplis oſtenditur eneruari Theologorum rationes; niſi ſupponant voluiſſe Deum optimum finem ſub optima menſura.

1\. Eodem prope principio, quo nitebatur poſtrema ratio ſectionis præcedentis, conſtat probatio præſentis ſectionis, exemplorum varietate conglobata. Quia nimirum rationes & congruentiæ, quibus Patres & Scholaſtici probare ſolent plurima Dei opera, principium peterent, ſupponentes id ipſum, quod probare debuiſſent: ac proinde forent omnino fallaces; niſi ſupponerent tanquam principium, non ſolùm à fidelibus, ſed etiam ab Ethnicis naturali rationis lumine recipiendum, ſemper & in omnibus Deum velle & facere id, quod eſt optimum & rationabiliſſimum, attentis rerum naturis, & earum proportione cum vniuerſo. *Patrum & Scholaſticorum rationes principiũ peterent, niſi que ſupponerent, quod probandum ſuſcipiebant.*

2\. *Prima ſequela probatio.* Sequela probatur primò, quoniam omnes concluſiones Theologicas, enumerandas ſtatim in ſequentibus exemplis, maximè verò Dei prouidentiam circa libertatem hominum & permiſſionem peccatorum atque illorum remedium, ſcilicet Incarnationem; hæc, inquam, omnia Patres rationibus congruentiæ atque decentiæ melioris prouidẽtiæ perſuadere nituntur, etiam infidelibus, qui nullam admittunt reuelationem diuini decreti liberi; proptereàque non poſſunt aduertere quid melius & rationabilius ſit in ordine ad finem, à Deo liberè præſcriptum, ſed tantum poſſunt aduertere, quidnam ſit melius & rationabilius ſimpliciter & ſecundùm ordinem ad vniuerſum, abſtrahendo à libero decreto Dei, & menſura quam præſcripſerit. Sic Anſelmus lib. 1. *Cur Deus homo*, cap. 10. inter med. & finem introducit diſputatorem, qui *accipit perſonam eorum, qui nihil credere volunt, niſi præmonſtrata ratione*; proptereàque ſequentibus capitibus & libro ſecũdo procedit ſemper ex vi decẽtiæ, quam oſtendit naturæ lumen. Confirmatur, quia niſi Patres ita intelligamus, eos ferè cunctos ſubijcimus reprehenſioni, qua *Cyprianus, vir eloquentia pollens, & martyrio. Firmiano narrante mordetur, cur aduerſus Demetrianum ſcribens, teſtimonijs vſus ſit Prophetarum, & Apoſtolorum quæ ille commentitia eſſe dicebat, & non potius Philoſophorum & Poëtarum*: vt ſcribit Hieronym. epiſt. 84. ad Magnum Orator. probans aduerſus Ethnicos non eſſe ſatis proferre ſacras literas. & Cyrill. Hieroſolym. catech. 18. col. 3. *Qui ſcripturas non recipiunt, non ſcriptis eos armis oppugna, at ſolis ratiocinationibus, & demonſtrationibus.*

3\. *Secunda probatio.* Eadem ſequela probatur ſecundò, quamuis enim Patrum & Scholaſticorum rationes limitarentur, vt ſolùm apud fideles haberent probabilitatem: hanc ipſam obtinere non poſſent; ſi tractarent de bono, quod eſt optimum & rationabiliſſimum in ordine ad menſuram à Deo præſcriptam. Quia vel illæ rationes ſupponunt, talem menſuram finis & perfectionis à Deo fuiſſe præſcriptam: & tunc id ipſum ſupponunt, quod probandum ſibi proponunt, ac proinde Theologicis concluſionibus nihil augent lucis & probabilitatis. Vel non ſupponunt, talem menſuram finis & perfectionis à Deo fuiſſe præſcriptam: & tunc antecedens illarum omnium rationum laborat eadem ambiguitate, qua conſequens

ſequens illarum ; ſi tractet de meliori & rationabiliori bono, comparato tantùm cum menſura finis & perfectionis à Deo præſcripta. Si verò tam antecedens quàm conſequens agant de bono,quod eſt ſimpliciter melius & rationabilius, abſtrahendo à quacumque menſura , quam potuerit Deus præſcribere:tunc antecedens eſt lumine naturæ vel euidens,vel multò probabilius: ideóque poteſt inferre conſequens.

4 *Exemplum primum probatione accommodatū.* Iſte diſcurſus explicatur magis & corroboratur exemplis.Primum & generaliſſimum ſit probatio diuinæ prouidentiæ. Nam ex eo, quod ſiquis opus Dei, qui circa nos vniuerſa diſpenſat ſua prouidentia,Patres colligunt optimè cuncta diſpenſari, nec debuiſſe vel potuiſſe melius gubernari : cum autem ad hoc intelligendum non ſupponant reuelationem fidei ; ſi quidem cum Ethnicis diſſerebant;conſequens eſt,ſola ratione naturali probari volitionẽ eius prouidentiæ,quæ ſit ex parte obiecti optima, nec ſolùm ſit optima comparatione limitatæ cuiuſdam mẽſuræ,quam Deus ſuæ gloriæ præſcripſerit. Videndæ ſunt præcipuæ rationes apud S. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 111. præcipuè verò cap. 140. & ſeq. vbi non ex principiis reuelatis, quibus Gentes non adhibent aſſenſum , ſed ex naturali lumine rationis præcipuè diſputat.

5. *Secundum exemplum.* Secundum exemplum accipi poteſt ex Auguſtino lib. 83. qq. q. 2. Vbi ſi non ſupponit , quod *hominem Deus fecit optimum* , ſecundùm ſe, & in ordine ad vniuerſum, ſed tantùm intelligit optimum in ordine ad menſuram à Deo præſcriptam pro libito ; conſequens eſt, vt ex eo, quod Deus hominem fecerit optimum, non poſſit inferri, *voluntatem liberam dandam homini fuiſſe.* ſicut intulit Auguſtinus. Quoniam aduerſarius reſpondebit , Deum liberè voluiſſe minorem menſuram bonitatis & perfectionis , in ordine ad quam melior eſt homo , qui neceſſitate bonus eſt,eo quod ille, qui libera voluntate bonus eſſet,excederet menſuram finis,à libera Dei voluntate præſcriptam , quamuis ſecundùm ſe foret melior.

6. *Tertium exemplum.* Tertium & illuſtriſſimum exemplum continet congruentias Incarnationis. Patres enim & Scholaſtici perſuadent, aſſumpſiſſe Deum naturam humanam , vt daretur ſumma communicatio Dei,ac ſupremus gradus entis , inſuper vt non periret tota humana natura, ſed inſtauraretur per ſatisfactionem perfectiſſimam de rigore iuſtitiæ , per quam tribueretur oſtenſio ſumma cunctorum attributorum ; ac denique propter excellentiam doctrinæ, & exempli;aliáſque vtilitates innumeras.

7. *Poſſet infidelis hīs rationibus, & difficultatem effugere.* His congruentiis omnibus reſpondere potuiſſet infidelis (ſi vera foret optimi limitatio, quam impugnamus) concedendo , Incarnationem ſecundùm ſe conſideratam, optimum opus eſſe , ſummopere oſtenſiuum diuinorum attributorum:negando tamen illationem,qua deducitur,Incarnationem à Deo fuiſſe de facto volitam & executioni mandatam : quia Deus longè minorem, imò minimam bonitatis & perfectionis menſuram præfixit ſuis omnibus operibus: aut certè ſummam & maximam perfectionis menſuram voluiſſe , non eſt magis probabile, quam voluiſſe aliam longè minorem. Hoc igitur ſi reſponderet infidelis ; eneruaret omnino prædictas omnes rationes congruentiæ , ita vt nullam prorſus probabilitatem afferrent ; niſi ſupponendo dictamen naturalis luminis, oſtendens, ſemper Deum velle & facere quod ſecundùm ſe melius & rationabilius eſt, & ideo magis oſtenſiuum infinitæ ſapientiæ & bonitatis.Quo dictamine ſuppoſito conualeſcunt, & vires recuperant omnes illæ rationes congruentiæ.Si volueris recolere quæ ſuprà ſect. 4. protulit Athanaſius ad probandam neceſſitatem Incarnationis; & maiori cum exaggeratione Anſelmus relatus ſect. 6. manifeſtè conſtabit, hanc fuiſſe mentem illorum.

Quartum exemplum continere poterit rationes, quibus oſtendunt Patres , naturam humanam potiùs , quàm Angelicam , fuiſſe aſſumendam à Verbo , & reuocandam ad pœnitentiam. Quintum alias congruentias continet , quibus iidem Theologi probant, perſonam Verbi & Filij potiùs,quàm Patris aut Spiritus ſancti perſonam aſſumere debuiſſe naturam humanam , & redemptionis myſterium explere. De quo Magiſter & Sholaſt. lib. 3. ſentent. diſtinct. 1. cap. 2. S. Thom. 3. p. q. 3. art. 8. Sextum exemplum exhibent rationes, quibus probari ſolet, Chriſtum Dominum ab inſtanti conceptionis fuiſſe præditum viſione Dei perfectiſſima, nec non ſcientiis omnibus, tam per ſe infuſis , quàm per accidens infuſis ; omnibuſque virtutum habitibus non modò ſupernaturalibus , ſed etiam naturalibus , qui non repugnabant eius ſtatui , cæteriſque præcellentibus animi dotibus fuiſſe exornatum. 8. *Quartum exemplum.* *Quintum exemplum.* *Sextum exemplum.*

Septimum quæ probant , corpus Chriſti D. retinuiſſe toto vitæ mortalis tempore ſanitatem, integritatem membrorum,& optimam conſtitutionem humorum ac potentiarum. 9. *Septimum exemplum.*

Octauum exemplum ea præbent , quibus optimum & rationabiliſſimum fuiſſe non incarnari Verbum à principio mundi , ſed differri redemptionem vſque ad conſummationem ſæculorum , Patres probant locis , quæ citauimus tomo præcedent. de Scientia Dei diſputat. 66. ſection. 2. & in præſenti diſputat. 9. ſection. 8. exemplo 3. *Octauum.*

Sit nonum quod perſuadet , Chriſtum Dominum non debuiſſe niſi de Virgine naſci, quod ex Auguſtino retulimus ſect. 1. parum à principio. 10. *Nonum.*

Decimum eſt totum , quo Patres & Scholaſtici perſuadent non modò ſibi , ſed etiam omnibus prope fidelibus, Beatiſſimam Virginem ab Originali culpa fuiſſe præſeruatam , eo quod iſtud opus rationabilius ſit, & conuenientius dignitati Matris & Filij. Quamlibet enim rationem conuenientiæ pro nihilo ducere deberet , quicumque putaret,Dei voluntatem æqualiter propendere ad minorem & minùs perfectam menſuram ſuæ gloriæ,ſicut ad maiorem : inde namque ſequitur ex vi prædictarum rationum omnino nullam maiorem probabilitatem afferri præſeruationis ab originali , quantumcumque ſupponeretur præſeruationem futuram fuiſſe rationabiliorem & digniorem Dei ſapientia & bonitate. At verò non ſolùm aſſertores immaculatæ conceptionis,ſed etiam qui maculam originalem in ea defendunt , communi conſenſu pro certo ſupponunt , id fuiſſe factum,quod eſt rationabilius & melius in ordine ad dignitatem Chriſti Domini & gubernationem totius Eccleſiæ: proptereáque rationes quærunt , ob quas magis expediens , magiſque rationabile fuerit *Decimum.*

Beatiſſi

Beatiſſimam Virginem fuiſſe ſubiectam generali legi contrahendi culpam originalem.

11. *Vndecimū.* Vndecimum exemplum eſt congruentia, qua probatur, Beatiſſimam Virginem fuiſſe primam, quæ Ieſum Chriſtum Dominum viderit rediuiuum & glorioſum. *Duodecimū.* Duodecimum, quæ probat, Beatiſſimam Virginem reſurrexiſſe poſt triduum, atque donatam fuiſſe præſtantiori gradu gloriæ, quàm omnes homines & Angeli.

12. *Decimum tertium.* Decimum tertium eſt naturalis ratio, qua ſuadetur, Angelos de facto fuiſſe productos, nimirum vt vniuerſum conſtaret perfectiſſimo gradu ſubſtantiæ intellectualis.

Decimum quartum. Decimum quartum eſt ratio probans, innatas ſpecies intelligibiles Angelis fuiſſe conceſſas, & perfectioribus Angelis vniuerſaliores ſpecies eſſe congenitas. *Decimum quintum.* Decimum quintum eſt congruentia perſuadens, Angelis gratiam fuiſſe diſtributam iuxta proportionem naturalis perfectionis, ita vt perfectioribus Angelis data fuerit gratia copioſior. *Decimum ſextum.* Decimum ſextum; ratio, propterquam Patres & Scholaſtici docent peccantibus Angelis pœnitentiæ locum debuiſſe negari.

13. *Decimum ſeptimum.* Decimum ſeptimum exemplum validiſſimum, eſt ratio, qua Patres etiam Ethnicis & infidelibus perſuadent animæ rationalis immortalitatem; eo quod in vita præſenti multoties homines ſceleratiſſimi diuitĳs affluunt, honoribus & rebus ſecundis gaudent, ideóque premunt pauperes iuſtos & innoxios, nec vllam Dei vindictam experiuntur in hoc ſæculo. Dignum eſt autem optimo gubernatore ſapientiſſimo, clementiſſimo, & iuſtiſſimo non ita perturbatam relinquere rempublicam vniuerſi; ſed cuncta reducere in ordinem, iuſtis præmia, peccatoribus autem reddendo ſupplicia.

14. *Clemens.* Sic Clemens Roman. lib. 3. Recognit. prope med. ratiocinatur: *Cùm certum ſit Deum iuſtum eſſe; neceſſarium & conſequens eſt aliud eſſe ſæculum, in quo quiſque pro meritis recipiens, iuſtitiam Dei probet.* Et poſt pauca: *Hoc ipſum quod in præſenti vita non redditur vnicuique pro actibus ſuis, fidem indubitabilem facit ſcientibus, Deum eſſe iuſtum, quod iudicium erit.* Obſerua quid ſit illud, quod *fidem indubitabilem facit*, & quare, videbíſque nullam omnino vim eſſe faciendi fidem futuri iudicij, niſi ſupponatur, ex eo quod Deus ſit eſſentialiter iuſtus, infallibiliter inferri, quod aliquando reddet vnicuique pro actibus ſuis, licèt hoc ſit ei liberum.

15. Hilarius lib. 1. de Trinit. inter princ. & med. *Suberat*, inquit, *omnibus his naturalis adhuc ſenſus, vt pietatis profeſſionem ſpes aliqua incorrupta beatitudinis aleret: quam ſancta de Deo opinio & boni mores, quodam victricis iuſtitiæ ſtipendio emererentur. Neque enim fructus aliquis eſſet bene de Deo opinari: cum omnem ſenſum mors perimeret, & occaſus quidam naturæ deficientis aboleret. Porrò autem non eſſe hoc dignum Deo, ratio ipſa ſuadebat: deduxiſſe eum in hanc participem conſilij, prudentiaque vitam, hominem ſub defectione viuendi & æternitate moriendi*, &c. Naturalis ergo ſenſus & ratio ipſa perſuadet non omittere Deum prouidentiam præmiorum, quoniam id non eſſet Deo dignum, licèt eſſet abſolutè poſſibile. Fuſius hoc argumentum *Chryſoſtom.* premit Chyſoſtom. tomo 3. orat. 4. de prouidentia, ſiue de fato, vbi eo vſque progreditur, vt dicat: *ſi nihil eſt poſt hanc vitam, neque Deus eſt. Sin Deus eſt, iuſtus eſt; quod ſi iuſtus ſit, pro dignitate retribuet vnicuique.* Idem tractat Chryſoſtom. lib. 1. de prouiden. propius ad fin. quàm ad med. & 2. ad Timoth. cap. 3. homil. 8. in morali ſub init. Nazianzen. carmine Iambico de ſe ipſo aduerſus inuidos, quod eſt primum, poſt med. & Iambico 2. de prouidentia.

Conſonat Plato in dialogo de animæ immortalitate, Cicero lib. 1. Tuſculan. & alij Philoſophi, ex quibus multa congerit Eugubin. lib. 9. de perenni philoſoph. per multa capita. Omnes autem hæc didiciſſe videntur ex ſacris literis. Veluti Iob. c. 21. verſu 7. & multis ſequen. Pſalmo 72. à princip. Ieremiæ 12. à princ. Habacuc. cap. 1. à med. & cap. 2. 16.

Decimum octauum exemplum eſt illud indicium, vnde Patres & alij Theologi colligere ſolent, naturam humanam infectam fuiſſe peccato Originali; complectitur autem hoc indicium concupiſcentiæ corruptionem, mortem, morbos & cæteras omnes ærumnas, præcipuè dæmonis vexationes, quibus aliqui torquentur infantes, priuſquam perſonale peccatum poſſint admittere. Vtitur eiuſmodi coniecturis Auguſtinus lib. 3. contra Iulian. c. 3. & 4. cui conſonat lib. 4. cap. 12. poſt med. Necnon S. Thom. S. Bonauent. & grauiſſimi Scholaſticorum citandi ſeq. diſp. 10. ſect. 1. Nullius verò probabilitatis eorum rationes eſſent; niſi ſupponerent, Deum, quantum ex ſe eſt, infallibiliter fuiſſe facturum opus perfectum, & optimè conſtitutum; ideóque à principio feciſſe hominem rectum, liberum à prauis inclinationibus, & à corruptione, cæteriſque miſeriis, ſed ſua culpa liberè defeciſſe à perfectione, ac fœlicitate prius accepta, & in pœnam incurriſſe prædictas miſerias. 17. *Decimum octauum.*

Decimum nonum eſt concors ſententia ſacrorum expoſitorum, qui pro certo ſupponunt, prodiiſſe perfectam omnem rem, à Deo immediatè factam, non ſolùm quando productus eſt mundus, ſed etiam poſtea, veluti quando Chriſtus Dominus viſum, auditum, & loquelam cæcis, ſurdis, ac mutis contulit, vel quoties miraculosè cibum aut potum ſubminiſtrauit; vt obſeruare licet in optimo vino nuptiarum ex aqua facto. Quapropter expoſitores ſacri ſupponere videntur eſſe infallibile Deum eſſe facturum, quod eſt dignius ſua magnificentia, non verò quod eſt minùs dignum, iuxta illud Deuteronom. 32. *Date magnificentiam Deo noſtro, Dei perfecta ſunt opera.* 18. *Decimum nonum.* *Deuter 32.*

Vigeſimum exemplum exhibent congruentiæ, quibus Scholaſtici probant, gratiam iuſtificantem infundi ſubſtantiæ animæ, realiter diſtinctam ab habitu charitatis: deinde primum actum contritionis & charitatis non procedere ex habitu: præterea virtutum moralium ſupernaturales habitus infundi cum gratia; denique gratia per mortalem culpam amiſſa prædictos habitus amitti. Quorum omnium rationes eo tandem euadunt, nec amplius procedere valent, quam vt oſtendant, ita rationabilius & melius eſſe diſpoſitam iuſtificationem, & res ſupernaturales, magis conformiter ad earum eſſentias, & meliori proportione cum rebus naturalibus. 19. *Vigeſimum.*

Vigeſimum primum. Homini, ſi crearetur in puris naturalibus, auxilia naturalia, quæ ſufficerent ad obtinendam fœlicitatem naturalem cognitionis & naturalis amoris Dei, concedenda fuiſſe, docent pro certo communiter Scholaſtici. Quibus nec eſt, nec eſſe poteſt alia ratio certitudinis, 20. *Vigeſimum primum.*

titudinis,niſi quoniam talibus auxiliis hominem deſtituere, licet de potentia abſoluta foret Deo poſſibile; nihilominus deceret multominus diuinam ſapientiam, bonitatem, & miſericordiam, forétque multo minùs perfectus prouidentiæ modus.

21. Poſtremò ne longiùs procedamus, ſed plura breuiter ſtringamus. Eiuſmodi ſunt aliæ plurimæ rationes circa beatitudinem naturalem, ac ſupernaturalem animæ & corporis, variáſque circumſtantias & conditiones illius: circa ſtatum puerorum limbi poſt diem iudicij; circa ſtatum & operationes omnium hominum; ſi non peccaſſet Adamus: circa primam rerum omnium conditionem & ordinem ac modum, quo creatæ fuerunt: circa miracula edita ſiue in veteri, ſiue in Nouo teſtamento: circa plurimas actiones Chriſti Domini tam in vita mortali, quàm poſt mortem, & poſt reſurrectionem: circa merita & augmenta gratiæ: circa Sacramentorum diſpoſitiones & effectus: & circa quæſtiones alias, quibus finem imponit illud, quod probatur eſſe melius, rationabilius, & congruentius: quamuis Deus liberè potuerit illud omittere, contrarium verò facere.

SECTIO XI.

Credibilitatis euidentia, bonorúmque fructus colligendus ex malis, refutat eandem ſolutionem.

1. DVas rationes præcedentibus addit ſectio præſens, ad eandem ſolutionem refutandam. Prima ſit, quia myſteria fidei non erunt euidenter credibilia; ſi prædicta ſolutio recipitur. Quia ſi non ſolùm phyſicè, ſed etiam moraliter eſt poſſibile, imò contingens eſt ad vtrumlibet, & æque probabile; fines immediatos, à Deo volitos & factos, eſſe bona minùs rationabilia, minúſque congruentia infinitæ bonitati atque ſapientiæ: continuo vires amittunt præſtantiſſimæ quæque rationes, quibus Patres & Scholaſtici demonſtrant, myſteria fidei eſſe euidenter credibilia, & quibus copioſiſſimus infidelium numerus conuictus eſt, & ad fidem adductus. Harum quippe rationum caput & ſumma nititur in eo, quod nullomodo ſit veriſimile, nec ſapientia, bonitate, iuſtitiáque infinita credibile tam imperfectam prouidentiam exercuiſſe, qua religionem veram reuelauerit Authoribus & prædicatoribus ſceleratiſſimis, ignorantiſſimis, ac rerum terrenarum cupidiſſimis: celauerit autem illam innumerabilibus hominibus ſapientiſſimis, ſingulari vitæ probitate, & omnium virtutum exemplo conſpicuis, quique tam ardenti Dei amore flagrabant, vt libentiſſimè pro religione tolerarent acerbiſſima, diuturnáque tormenta, mortémque ſubire pro nihilo ducerent.

Vires amitterent robuſta quæque rationes myſteriorum fidei credibilitatem demonſtrantes.

2. Quo ſuppoſito, ſequela probatur, quoniam ſi ex vi diuinæ ſapientiæ, bonitatis, & iuſtitiæ non eſt infallibile, nec magis probabile Deum eligere de facto quod eſt rationabilius & melius: conſequens erit, vt quantum eſt ex vi prædictæ rationis, probabiliter dubitari poſſit, vtrùm de facto Deus elegerit minùs rationabilem, & minùs perfectam prouidentiam reuelandi veram religionem hominibus ſceleratiſſimis & ſtultiſſimis, voluptatum, honorum ac pecuniarum auidiſſimis: occultandi verò religionem eandem ſapientiſſimis, & virtutum ſtudioſiſſimis viris, permittendo vt tam grauia tormenta, mortémque ſubirent pro falſa doctrina.

Probatur ſequela.

Confirmatur primò, quando námque millia Gentilium conuertebantur ad fidem, adducti Chriſtianorum patientia, conſtantia, & charitate, quam etiá erga ſuos perſecutores exercebant: illuſtratio diuina, & inſpiratio mentem illorum inclinabat, vt iudicarent, eſſe tutiſſimum eorum adhærere ſententiæ, quibus potiſſimum veritatem & viam ſalutis à Deo reuelandam fuiſſe putabant; propter heroïcos & admirabiles actos virtutum. Quam exiſtimationem Theologorum, & totius Eccleſiæ conſenſus confirmat. Omnes igitur ſupponunt, eſſe infallibile, quod Deus veram religionem reuelaturus erat iis potiſſimum perſonis, quibus erat rationabiliſſimum reuelari. 3.

Confirmatur ſecundò, nam idem argumentum fieri poteſt circa rationes alias credibilitatis, veluti quoniam ſacra doctrina propagata fuerit à pauciſſimis hominibus, non armatis potentia vel diuitiis, non ſæculari Philoſophia vel eloquentia vel nobilitate ſulgentibus: item quoniam eadem doctrina fuerit antiquiſſima, diuturna, nec vnquam interrupta: deinde quoniam aptiſſimam membrorum omnium conſpirationem & concordiam eadem doctrina ſeruauerit, nulla ſui parte ſibi repugnans: præterea quoniam eorum, qui fidem oppugnarunt, infœlix fuerit exitus; ſed temporalis fœlicitas diuinitus collata fuerit multis Eccleſiæ propugnatoribus. Suppono quippe, certum eſſe, Deum de potentia abſoluta potuiſſe vel facere, vel permittere, vt ex his multa contingerent in fauorem falſæ doctrinæ. Ad melius ſentiendas vires iſtius argumenti proderit credibilitatis rationes recolere apud earum tractatores, veluti quoſdam expoſitores S. Thomæ ſecunda ſecundæ quæſt. 1. art. 4. Vbi Valentia diſp. 1. q. 1. punct. 4. Bellarm. tom. 1. lib. 4. de notis Eccleſiæ, Bozium viginti quatuor libris de ſignis Eccleſiæ. 4.

Secunda ratio ſit, quoniam apud Patres & Scholaſticos eſt certum, quod Deus nequaquam permitteret fieri mala; niſi diſponeret ex his eligere maiora bona. Igitur apud eoſdem eſt certum, quod Deus nequaquam vellet ac faceret minus bonum, & minus dignum infinita ſapientia & bonitate. Conſequentia probatur, quia permittere mala, non eſt malum; ideóque ſimpliciter & abſolutè loquendo, fuit Deo liberum & poſſibile permittere mala, quamuis nulla bona colligenda forent ex illis. Deus enim nulla lege conſtringitur, vt impediat mala, nec vt cohibeat à peccando libertatem hominum aut Angelorum: dummodo non impellat & moueat ad peccandum, ſed, quod ex ſe eſt, magis inclinet ad bonum. De quo dicemus diſp. 27. ſect. 5. & 6. & diſp. 28. ſect. 1. 2. & 3. 5.

Quapropter non ex malitia, nec ex impoſſibilitate talis gubernationis colligunt Patres & Scholaſtici, quod Deus non permitteret mala, niſi propter maiora bona, Reſtat igitur, vt nullo alio fundamento nitantur, niſi quoniam foret minùs bona gubernatio, minúſque rationabilis permittere mala; ſi non forent ex eis colligenda maiora bona. 6.

Rurſus hic bonitatis exceſſus intelligi non poteſt ſolummodo comparatione qualiſcumque 7.

finis

Non reſpectu cuiuſque finis, intelligitur eſt bonitatis exceſſus.

finis immediati, cuius bonitas & perfectio fuiſſet exigua & diminuta. Talis enim intellectus penitus cohuelleret prædictum fundamentum & rationem Sanctorum Patrum. Quia ſi Deus pro mero libito tanquam immediatum finem eligeret illud qualecumque bonum, quod eſſet in exercenda diuina libertate, permittendo peccata, ſine fructu maiorum bonorum; atque præſcriberet eam menſuram & limites, vt ex peccatorum permiſſione non colligeretur maior Dei gloria, & oſtenſio attributorum, ſed minor: in eo caſu foret maius bonum in ordine ad finem à Deo præfixum, permittere mala ſine fructu maiorum bonorum. Aſt è contrario Patres & Scholaſtici certò ſciunt & docent, quod Deus iſtum prouidentiæ modum nequaquam eligeret. Ergo ſupponunt, quod Deus infallibiliter & ſemper eligit eum prouidentiæ modum, qui ſecundùm ſe & ex parte rerum ipſarum, ſit melior & rationabilior; nec pro ſuo libito diminuit menſuram perfectionis & rationabilitatis in ſuo modo prouidentiæ.

8. *Auguſtinus.* Fundamentum initio propoſitum Auguſtinus vt firmiſſimum ſtatuit multis in locis, Enchiridij cap. 11. *Nec enim Deus*, inquit, *cum ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali aliquid eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Similia ſcribit etiam cap. 96. & cap. 100. fine. *Nec ſineret*, inquit, *bonus mala fieri, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* Quam ſententiam eiſdem verbis ex Auguſtino recipiunt Anſelmus lib. de Voluntate Dei poſt med. *Hugo.* Hugo Victor. in ſumma ſentent. tract. 1. cap. 13. longè poſt med. Quod etiam confirmat lib. 1. de ſacramentis fidei part. 4. cap. 23. vbi notanda ſunt illa verba: *Non debuit impedire maius bonum vniuerſitatis.*

9. Eandem quoque ſententiam ex Enchiridio cap. 11. & 96. recipiunt Magiſter & communiter Scholaſtici lib. 1. diſt. 46. cap. *Qui enim* & cap. *Quod verò.* Ex illis aliquid accipit S. Thomas in præſenti quæſt. 19. art. 9. plures autem Scholaſticos citabimus diſp. 26. ſect. 6.

10. *Auguſtinus.* Confirmatur primò, nam Auguſt. in eodem Enchirid. cap. 27. clarius expreſſit, iſtius prouidentiæ motiuum eſſe maius bonum, dicens: *Melius enim iudicauit de malis bona facere, quàm mala nulla eſſe permittere.* Prætereàque lib. 11. de Ciuitate cap. 18. initio. *Nec enim*, ait, *Deus vllum, non dico Angelorum ſed nec hominum crearet, quem malum futurum eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum vſibus commodaret, atque ita ordinem ſæculorum tanquam pulcherrimum carmen etiam ex quibuſdam quaſi antitheſis honeſtaret.* Quibus ſimilia ſcribit lib. 3. de Geneſi ad literam cap. vlt.

11. *Dionyſ.* His conſonat Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 4. non procul ante finem, inquirit enim: *Quomodo extante prouidentia, mala ſunt omnino?* Reſpondet autem imprimis prouidentiam non eſſe cauſam malorum, quia nihil ſunt, res autem tantummodo prouidentia cauſat; & adiungit: *Quin etiam ijs, qui mali euaſerunt, ad eorum, vel aliorum priuatum, aut communem vſum prouidentia benignè vtitur.*

12. *Clemens.* Clarius autem Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromatum in med. *Eſt igitur*, ait, *maximum diuinæ prouidentiæ argumentum, non ſinere, vt vitium, quod ex voluntaria defectione ortum eſt inconducibile maneat & inutile, ſed nec ſit omnino noxium, diuina enim ſapientiæ & virtutis & potentiæ eſt officium non ſolum bona facere, ſed illud quoque maximè, vt id, quod per malos aliquos excogitatum eſt, ad bonum aliquem finem & vtilem deducat.* Sic etiam lib. 4. Stromat. circa medium: *Perſuaſum*, inquit, *habere conuenit, ad bonum vti audacibus cœptis aduerſariorum.* Petrus Chryſolog. ſermone 97. qui eſt 2. de parabola zizaniorum poſt med. *Chryſolog.* *Quare*, inquit, *hoc cùm videres, Domine permiſiſti? Quia timere fraudes non poteſt, cui nihil poteſt deperire: & quia maius eſt reparare perdita, quam illæſa reſeruare. ſimul quia oportet zizania eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Quas rationes ſtatim pluribus exemplis illuſtrat. *1. Corint. 11.*

13. Leo Primus ſerm. 1. de Aſcenſione cap. 1. *Quam*, inquit, *heſitationem, humana infirmitate nutantem, nequaquam permiſiſſet Spiritus veritatis, prædicatorum ſuorum ineſſe pectoribus; niſi illa trepida ſollicitudo, & curioſa cunctatio noſtra fidei fundamenta ieciſſet.*

14. *Mala non permittuntur, niſi propter maiora bona.* Confirmatur ſecundò, nam alij plerique Patres, licèt expreſsè nõ aſſerant, Deum non fuiſſe permiſſurum peccata, niſi propter colligenda bona maiora: nihilominus hoc ipſum tacitè ſupponunt, quando tàm ſtudiosè Dei prouidentiam inde commendant, quod de facto mala non permittat, niſi propter maiora bona colligenda. Nec dubitari poteſt, quin iſti Patres exiſtiment, iſtud opus eſſe magis honorificum Deo, magiſque dignum ſapientiſſima prouidentia, proptereàque de illa credendum. Ita procedit Petrus apud Clement. lib. 1. Recognit. pag. 7. cuius potiſſimum illa verba ponderanda ſunt. *Clement.* *Meliori ſententia certum habens, quod diſpenſatione boni Dei etiam quod contrarium videatur, vertatur in melius.*

15. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſ. cap. 72. poſt med. Peculiariter notentur prope finem illa verba: *Præſiniente Deo omnia ad hominis perfectionem, vti & bonitas oſtendatur, & iuſtitia perficiatur.* Multas vtilitates quas Deus ex malitia colligit, enumerat Theodoretus lib. 6. de prouiden. propius ad med. quàm ad finem teſtimonio Plotini Philoſoph. & Roman. 9. ad illud: *Deus volens oſtendere iram.* Chryſ. homil. 1. de prouiden. col. ante penult. & homil. 36. in Matth. prope init. Proſper ex Auguſtino in commentario Pſalm. 110. ad illum verſ. *Pſalm. 110* *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* Et ad excepta Genuenſium defendens eandem ſententiam Auguſtini ex lib. de prædeſt. ſanctorum. cap. 16.

16. Baſilius homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum* inter princ. & med. & homilia in Pſal. 28. *Pſalm 28* ad illud: *Vox Domini præparantis ceruos.* & Iſai. *Iſaiæ 13.* 13. ad illud: *Dominus Sabaoth mandauit genti bellicoſæ*, Cyrillus Hieroſolym. catecheſ. 8. de prouiden. circa medium. Damaſcenus libr. 2. fidei cap. 29. ante med. Fulgen. lib. 1. ad Monim. cap. 26. prope initium & ſequen. cap. 27. initio, Gregor. lib. 6. Moral. cap. 12. initio & lib. 33. cap. 10. & 13. & lib. 34. cap. 4. prope med. & cap. 6.

Æneas Gazæus in Theophraſto multò propius ad med. quàm ad princip. Leo Mag. ſerm. 2. de Epiphania. Bernard. tract. de gratia & libero arbitr. inter med. & finem, & ſerm. 17. in Cantica inter med. & fin. Beda Romanorum 11. ad illud. *Rom. 11.* *Secundùm Euang. inimici propter vos*, tranſcribens Auguſtini verba lib. de prædeſt. Sanctorum c. 16. Anſel. lib. 1. *Cur Deus homo*. cap. 15. in med. & in Elucidar. prope med. Quorũ omniũ verba referemus infrà diſp. 18. ſect. 2. & 3. & diſp. 44. ſect. 6.

SECTIO

SECTIO XII.

Ad fallendum magis, quàm ad veritatem confirmandam deſtinarentur multæ laudes diuinorum operum: ſi Deus non eligit quod eſt ſimpliciter melius.

1. *Inconueniẽs ex ſolutione aduerſariorum elicitur.* GEneraliter de hoc argumento diximus ſupra ſect.9. probatione ſecunda. Nunc verò peculiaria quædam exempla ponderaturi, prætermittimus inconueniens, quod ſequitur ex ſolutione, quam impugnamus: ſi enim, præſcindendo à reuelatione ſupernaturali de libera Dei electione, non eſt maior probabilitas, quod Deus elegerit maiora bona, quam quod elegerit minora, & minùs perfecta: conſequens eſt, euaneſcere probabilitatem earum omnium rationum, propter quas Deus tale opus & tali modo facere voluerit, potiùs quã aliud aut aliomodo; in quibus deſudant Patres, vt oſtendant hoc eſſe melius & rationabilius: quin etiam ad fallendum magis, quàm ad veritatem confirmandam comparatæ fuiſſent illæ rationes. Quia tantus labor, & tam ardens ſtudium defendendi maius & rationabilius bonum in quibuſlibet Dei operibus, re ipſa, practicéque ſignificat, hoc eſſe magis glorioſum Deo, ſempérque ſentiendũ ita de illius operibus.

2. *Primũ exemplum doctrinam praiactam confirmans Auguſtinus.* Primum exemplum ſit optimus ordo diuinæ prouidentiæ circa peccatorum inordinationes reducendas ad ordinem per ſupplicium in loco ſibi congruentiſſimo. De quo Auguſtin. lib.2. de moribus Manichæorum cap.7. initio: *Dei bonitas*, inquit, *omnia deficientia ſic ordinat, vt ibi ſint, vbi congruentiſſimè poſſint eſſe.*

3 *Secundum.* Secundum Deus ſupplicia quædam non per ſe ipſum, neque per Angelos bonos, neque per homines iuſtos, ſed per dæmones, aut iniquos homines infert; quoniam hic ordo decentior eſt, & perſonis congruentior: ſicut Rex latronem ſuſpendit non per ſe ipſum, neque per ſuum filium, aut per nobiles viros, ſed per viliſſimum quendam reipublicæ malefactorem. Quod & alia nonnulla in quibus congruentiorem prouidentiæ rationem Deus retinet, Auguſtinus obſeruauit lib. 83. qq. q. 53.

4. *Tertium.* Tertium exemplum ſit ea prouidentiæ pars, quam Ethnici vituperabant, quoniam Deus tam multos homines egeſtate, morbis, bellis, aliiſque calamitatibus torqueret, & quoniã infantes prærnatura morte præriperet: Quorum rationes maioris boni exponunt Nazianz. orat. 16. de pauperum amore inter med. & fin. & Iambico 2. de Prouidentia, Nyſſen. orat. de infantibus, qui immaturè abripiuntur: Theodoret lib.6. de Græcorũ affect. qui eſt de Prouid. circa med. ex Platone Æneas Gazæus in Theophraſto multò propius ad med. quã ad princ. Anſelm. ſtatim citãdus.

5. *Quartum.* Quartum, vt Deus ſapientiſſimè iuſtiſſiméque permittat, iuſtos homines ab iniuſtis opprimi, rationes reddit Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 8. propius ad medium, quam ad fin. Chryſoſt. lib. 1. de Prouid. inter med. & fin. Auguſt. ad illud Pſalm. 91. *Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.* Nazianz. Iãbico 2. de Prouidentia. Anſelm. in Elucidatio prope med. valde copioſè. Sumuntur autem præcipuæ rationes ex Pſalm. 72. & Ierem. cap. 12. & Habacuc cap. 1. & 2. *Pſalm. 91.*

6. *Quintum.* Quintum exemplum exhibent rationes, ob quas Deus vult vt petamus, & orando impetremus, quæ nouit eſſe neceſſaria nobis, cùm tamen antequam oremus conferat multa bona. De his rationibus Chryſoſt. lib. 2. de orando Deum, non procul à princip. S. Thomas 2. 2. quæſt. 83. art. 2. præſertim ad 3.

Sextum rationes continet, propter quas differre ſolet quod in oratione petimus, & non ſubuenire continuo. De quibus Baſilius homil. 8. in diuites auaros non longè poſt medium. Chryſoſtom. epiſt. ad Cyriacum ſub initium. Auguſt. in Ioan. tract. 102. parum à principio. Quem ſequitur S. Thomas in catena Ioan. 16. propius ad finem quàm ad med. 7. *Sextum.*

Septimum conſtat ex rationibus, propter quas Deus creauit illos homines & Angelos, quos ſciebat eſſe damnandos. Nec enim Patribus eſt viſum diuinæ ſapientiæ bonitati, gloriæque ſatisfieri, ſi pro ratione reddatur mera libertas, aut ſupremum & abſolutum dominium creatoris; ſed ex parte rerum creatarum oſtendunt plures vtilitates & congruentias. De quo diſſerit Petri diſcipulus eo probante, apud Clementem lib. 8. Recognit. verſus finem. Gregorius Nyſſe. orat. catechet. c.7. Cyrillus Alexan. lib. 9. in Iuan. c.10. à medio & lib. 1. in Geneſim, col. 3. & lib. 3. in Iulian. à principio vſque ad med. Chryſoſt. homil. de Adam & Eua, col. 2. 8. *Septimum.*

Damaſcenus lib. 4. fidei c. 22. & in dialogo aduerſus Manichæ. prope med. & inter med. & finẽ. Moyſes Barcepha comment. de Paradiſo part. 3. cap. 4. à princ. Zacharias Mytilenen. lib. de mundi creat. prope finem. Hierony. lib. 3. aduerſus Pelagian. col. 5. & ſeq. Ambroſ. lib. de Paradiſo c. 10. ad med. Multo copioſior & frequentior in hoc argumento fuit Auguſtinus, veluti lib. 3. de libero arbit. c. 6. 7. & lib. 2. de Geneſi cõtra Manich. c. 28. ſub init. & lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 6. 8. & 9. & cap. 22. & 26. & lib. de catechizandis rudibus, cap. 18. & lib. 1. de anima & eius origine, cap. 12. & lib. 2. cap. 13. aliiſque multis in locis Proſper dũ reſpondet ad varia capita Gallorum. Beda Rom. 9. ad illud: *Quod ſi Deus volẽs oſtendere irã.* Colligens alia loca Auguſtini Iſidorus lib. 1. ſent. de ſummo bono c. 11. & 3. Anſelmus in Elucidar. col. 5. Hugo Victor. Erudit. Theolog. ſummæ ſentent. tract. 3. c. 6. fine, tranſcribẽs Auguſtini verba ex lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 9. 9.

Octauum pertinet ad viliſſima quædam animalia partim inutilia, partim importuna, vel nociua, & venenata, quæ produxiſſe, & conſeruare conueniens fuiſſe iuxta ſapiẽtiſſimam prouidentiam ad maius bonum & perfectionem vniuerſi, defendit Auguſt. li. 11. de Ciuitate c. 22. & lib. 3. de Geneſi ad lit. cap. 13. & ſequentib. & lib. 1. de Geneſi contra Manichæos c. 16. & lib. 2. de moribus Manichæorum c. 9. & ſequentib. & in Pſal. 148. poſt med. Clemens Rom. lib. 8. Recognit. inter med. & finem, & ex Platone Thodoret. de curandis Græcor. affectionibus lib. 6. qui eſt de Prouidentia, paulo poſt med. Baſilius Hexamer. hom. 9. inter med. & fin. Anſel. in Elucidar. col. 5. 10. *Octauum.*

Nonum exemplum tãto maioris eſt efficaciæ, quanto plura complectitur ſub generali regula. Nam pro certo habendum eſt, tunc etiã, quando rationes maioris boni meliorisque prouidentiæ nobis ſunt ignotæ; nihilominus Deo fuiſſe cognitas; & eas reuelaſſe quibus & quando fuit conuenientius; occultauit autem quando propter alias rationes expediebat occultari. Ita docet Chryſ. in Gen. hom. 4. in medio tractãs illud: *Vidit Deus quod bonum.* & fuſiùs hom. 10. poſt med. tractans illud; 11. *Nonum.*

Digitized by Google

illud: *Erãt valdè bona* & Epheſ.5.ſerm.19.à med. & lib.1.de prouid.inter med.& fin. Vnde ſufficiet pauca decerpere: *Hoc ipſum, quod non omnia apertè ſcimus, diuinæ ſapientiæ atque prudentiæ eſt. Si enim omnium, quæ fiunt causa & ratione cognita, ita demum Deo ... magni momenti eſſet, neque fides eſſet ... tur.* Et paucis interpoſitis: *Hoc enim ſol... perſuadere debemus, omnia nobis vtiliter à Deo inferri, non iam modum inquirentes, neque huius ignorationes grauiter vel cum mœrore ferentes.* Idem docet orat.1.aduerſ.Iudæos col.2.& 3. *Chryſoſtomus.*

12\. Nazianzenus orat.16. de pauperum amore propius ad finem, quam ad med.num.43. *Nec res,* inquit, *huius vitæ propterea temerè atque inconditè gubernantur, quia exploratas earum rationes non habemus. Quia potius vt animi noſtri affectum imagine quadam exprimam, non multum ijs qui nauſea & vertigine laborant, diſſimiles ſumus, qui omnia ſurſum deorſúmque verti putant, cùm ipſi vertantur.* & num.45.ad fin. *Noſtris præſertim rebus noſtrum factorem præeſſe credamus, etiam ſi vita noſtra per contraria gubernetur, ob id fortaſſe nobis ignota, vt quia eorum cognitionem vix omnino conſequi poſſumus, rationem omnia ſuperantem magis admiremur.* Similia canit Iambico 2.de Prouidentia propius ad med.quam ad princip.

13\. Methodius concione de Reſurrect. apud Theodolum in Collectaneis ad Roman.cap.9. poſt med.tractans illud: *Annon habet poteſtatem figulus, &c. Omnia,* inquit, *pulchrè, & probè, decentérque facit; etiam ſi nos non intelligamus, rationémque ignoremus.* Cyrillus lib.3.contra Iulian.propios ad med.quàm ad princip. in hac ſuffragium Porphyrij refert, & approbat: *Quum mens ſit Deus omnibus præſideat, & ſapientiæ excedens magnitudine: ignoret autẽ multas cauſas humana mens: pia tamen erit ſi non curet dubia ad exquirendum difficilia.* Aliáque ſubdit in eandem ſententiam. Dixerat autem in præcedenti §.Cyrillus: *Satietas quidem ageretur, ſi et, Deo, ſolis tribueretur, quod ſciat omnia diſpenſétq; res noſtras quocunque modo velit; & certo etiam ſciretur, quod omnia rectè & inculpatè habeant.*

14\. Damaſcenus Dialogo contra Manicheos duobus foliis ante medium. *Si Deum*, inquit, *in hoc benè, in hoc malè feciſſe dixeris: aut ſciſcitatus fueris, cur hoc fecerit, illud non fecerit: iudex nempe Dei es, atque ille ſapientior. Quocirca Deus quodlibet faciendi poteſtatem habet, atque id bonum eſt: ac poteſtatem item habet, eorum quæ facit, quas vult cauſas nobis patefaciendi, & quas vult occultandi.* Atq; duobos foliis poſt med.eiuſdem Dialogi confirmat hoc ipſum

Iſaia 40. Iſaiæ 40. *Quis nouit mentem Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? neque enim conſilia ſua nobis patefecit, ſed ea demum, quæ noſtra ſcire intererat; quæ autem ſcire nihil vltra referebat, ea occultauit.*

15\. *Damaſcenus.* Idem libro 1.fidei cap.1.ad finem: *Bonus cum ſit Deus*, ait, *omnis boni largitor eſt, non inuidiæ aut perturbationi cuipiam obnoxius. Procul enim à diuina natura (quæ impaſſibilis, & ſola bona eſt) faceſſit inuidia. Vt igitur nihil neſciens, & quodcumque conducibile eſt, prouidens, quodcunque conducit nobis agnoſcere, ipſe reuelauit: quorum autem pondus ferre non valemus, illa ſilentio occuluit.* Cui conſequens eſt quod præcipit lib.2.de fide cap.29. *Decet igitur nos omnia mirari, laudare, & abſque ſcrutatione acceptare quæ ſunt prouidentiæ opera, tametſi appareant multis iniuſta.* De inuidia quo ſenſu remoueatur à Deo, dicemus ſectione 17.

16\. Auguſtinus lib.11.de Ciuit.cap.22.prope medium. *Nos,* inquit, *admonet diuina prouidentia, non res inſipiẽter vituperare, ſed vtilitatẽ rerum diligẽter inquirere: & vbi noſtrũ ingenium vel infirmitas deficit ita credere occulta, ſicut erãt quædam, quæ vix potuimus inuenire: quia & ipſa vtilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio eſt, aut elationis attritio.* Ad eundem ſcopum diriguntur quæ ſcribit lib.1. de Geneſi contra Manichæ.cap.16.ad med.

Videat nunc prudens rerum æſtimator, quas rationes ignorãs homo miratur, inquirit, aut inuenit, item quomodo cunctę rationes dirigũtur ad noſtrã vtilitatem licet ignorentur: quænã rationes vtilius ſciuntur, & ideo reuelantur à Deo; deinde quæ rationes vtilius ignorantur, proptereáque à Deo occultãtur: ſi poſſumus citra vllam iniuriam diuinæ prouidentiæ ſentire, ac dicere, nullã rationẽ melioris boni fuiſſe ex parte obiecti; quę Deũ allexerit ad tale opus faciẽdum, ſed tantum meræ libertatis exercitium elegiſſe quod erat minùs bonũ, minùs conueniens, minùs vtile hominibus, & minùs Deo glorioſũ: quod abſit. 17.

SECTIO XIII.

Sola denominatio à volitione Dei, non confert eam perfectionem, quam Scriptura & Patres affirmant diuinis operibus conuenire.

Qvatuor ſectionibus proximè præcedentibus refutata manet prior illa ſolutio, quæ propoſita fuit ſect.9.initio, videlicet, quæ limitat operis diuini perfectionem comparatione menſuræ, quæ præſcripta ſit à Deo. Quin etiam ſequentes ſectiones aduerſus eandem militabunt. Præſentis autem ſectionis erit eaſdem refutationes extendere ad alias duas ſolutiones, quæ in præcipuo falſitatis puncto cum priori conueniunt, licet in aliis differant. 1. 2.

Secunda igitur ſolutio reſpondet ad pauca quædam teſtimonia Patrum, voluiſſe Deum atq; feciſſe quod eſt melius ea tantum ratione, quoniam ab optimo Deo volitum eſt, & propter optimum bonum quod eſt ipſe Deus; ita vt præſcindendo à volitione diuina, non ſit melius, ſed minus bonum, at verò conſtituatur in ratione melioris ex hoc ipſo, quod volitum eſt à Deo. 3. *Alia ſolutio.*

Parum à præcedenti differt ſolutio tertia, quę Patres eoſdẽ exponit, de illo bono, quod eſt optimum ex parte Dei volentis: quoniam per infinitam ſapientiam & bonitatem, ac ſubinde ſine vlla malitia vel imprudentia Deus vult quæcunque vult, licet ex parte rei volitæ non ſint meliora. Vtraq; ſolutio traditur à Magiſtro 1.diſt.44.ca.3.Alex.1.p.q.21.mem.3.art.1. & 2.Alber.1.p.q.77.mem.3.art.1.ad 2.& 3.& art.3.Gabriele li.2.diſt.23.q.1.art.3.dub.1.De quorum mente dicemus diſp.10.ſect.1. 4. *Tertia ſolutio*

Vtriq; ſolutioni fauent aliquãdo Patres, & illi potiſſimũ, quos retulimus ſect.1.initio. Veruntamen in eiuſmodi teſtimoniis Patrum duo ſunt aduertenda. Primum eſt, Patres multoties dicere quidquid Deus vult, eo ipſo bonum eſſe: nihilominus his verbis nõ excludunt intrinſecam bonitatẽ, quæ requiritur in obiectis. Nec enim exiſtimãt, mendaciũ reddi poſſe bonũ, ſi volitum ſit à Deo, (vt oſtendemus diſp.15.ſect.3.& ſeq.) ſimiliter ergo, quãdo Patres dicunt, id eſſe melius, quod Deus vult, non excludũt exceſſum intrinſecæ bonitatis, atque, vt ita dicam, intrinſecam melioritatem, quæ requiritur in obiecto, iuxta ſapientiorem & perfectiorem modum volendi. 5. *Notãdum 1.*

Secundò notandũ eſt, illos Patres agere multoties comparatione voluntatis humanę, comparatione cuius eſt ſimpliciter melius, quidquid 6. *Notãdum 2.*

Deus vult, vt homo velit; quamuis ex parte obiecti non eſſet melius. Quando tamen Patres loquuntur comparatione diuinæ voluntatis, quærunt in obiecto rationes melioris boni, propter quas Deus illud elegerit.

7. Vtriuſque prætera ſolutionis falſitas facilè conſtabit ex dictis & dicendis aduerſus primam ſolutionem; ſi conuertamus oculos ad illud, in quo ſecunda & tertia ſolutio conueniunt cum prima. Nam tribus iſtis ſolutionibus eſt commune, nihil curare de maiori perfectione, quam ex parte ſua preſcindendo à quolibet libero decreto Dei, ſibi vendicet obiectum volendum & exequendum. At verò quæcunque ponderauimus quatuor ſectionibus proximè præcedentibus, probant oppoſitum, videlicet, præſcindendo à quolibet libero decreto Dei, & conſiderando propriam & realem perfectionem obiectorum comparatione totius vniuerſi, melius & rationabilius eſſe quodlibet obiectum, quod Deus de facto vult, & exequitur.

In quo tres præcedentes ſolutiones conueniant.

8. Addo inſuper illas omnes rationes ideo maiorem vim habere contra ſecundam & tertiam ſolutionem, quia nihil omnino perfectionis intrinſecæ requirunt in obiectis, ſed meram denominationem extrinſecam à volitione Dei, quæ eſt infinitæ bonitatis ac ducitur infinita ſapientia. Nam prima illa ſolutio non parum intrinſecæ perfectionis requirit in obiectis, quandoquidem requirit eſſe media optimè proportionata comparatione finis immediati, quem Deus ſtatuit conſequi ſub certo modo & menſura.

SECTIO XIV.

Scripturarum ratiocinationes multæ penitus corruerent, niſi Deus ſemper quod eſt optimum eligeret.

1. Generalis ratio ſumitur ex illis teſtimoniis Scripturæ, quæ vim illationis continent, ad probandam aliquam veritatem, pendentem à libero decreto Dei. Quoniam hæc non poſſunt conuenienter intelligi, nec in illis poteſt vis illationis firma conſiſtere; niſi ſupponant, Deum liberè velle, ſempérque facere quod eſt ſimpliciter melius & rationabilius comparatione vniuerſitatis. Vrget autem hæc ratio potiſſimum iis in locis, quibus expreſsè reprehenditur eorum ignorantia, vel ſomnolentia, qui talem illationis vim non animaduerrunt, cùm eam debuiſſent agnoſcere.

2. Primum iſtius illationis & reprehenſionis exemplum docuit Chriſtus D. Matth. 22. Marci
Lucæ 20. 12. & Lucę 20. ponderans verba Moſis Exodi 3. *Quod verò reſurgent mortui, & Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dixit, Dominum Deum Abraham, Deum Iſaac, & Deum Iacob: Deus autem non eſt mortuorum ſed viuentium: omnes enim viuunt ei.* Hæc illatio, quæ ſummę firmitatis eſt, ac certitudinis, redditur prorſus inualida: ſi Deus nõ facit optimum infallibiliter ac ſemper.

3. Etenim hac infallibilitate ſublata, cuilibet legiſperito, & Scripturarum interpreti dubitare liceret, vtrum Deus eſſet Deus mortuorum, id eſt, animarum, quæ fuiſſent in æternum remanſuræ in eodem ſtatu ſeparationis à corpore: proptereáque reſurrectionem mortuorum non inferrẽt ex prædictis verbis Moſis.

Licitò dubitarent ſcripturarum interpretes.

4. Quin etiam Sadducæis dubitare licuiſſet, vtrum Deus eſſet Deus eorum hominum, qui licet in præſenti tempore nihil eſſent, quoniam anima periiſſet cum corpore. (vt ferebat Sadducæorum hæreſis) olim [illegible] tamen coluere Deum, & propter eorum merita Deus [illegible]uliari protectione & prouidentia foret Deus [illegible] populi, in quo eius progenitores [illegible] viuunt, iuxta illud Eccleſiaſtici 30. *Mortuus eſt Pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Conſequens [illegible] eſt, vt, quantum eſt ex viribus & ſignificatione verborum Moſis, non eſſent [illegible]ter culpabiles, nec reprehenſione digni Sadducæi, aut alij, qui neſciunt ex illis reſurrectionem inferre mortuorum.

Saducæi rectè poſſent dubitare.

Eccleſiaſtici 30.

At verò Chriſtus Dom. eos acriter reprehẽdit tãquam ignorantiæ culpabilis & ſtultæ, dicens: *Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.* *Marci 12.*
Matth. 22. & Marci 12. poſito prædicto argumento: *Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.* continuo concludit: *Vos ergo multum erratis.* Huius autem illationis tota vis & forma redditur validiſſima; ſi ſupponas Deum infallibiliter eligere quod optimũ eſt in vnoquoq; genere prouidentiæ: proindéque voluiſſe Abrahami, Iſaaci, & Iacobi Deum eſſe modo perfectiſſimo & optimo, nimirum, vt etiam in præſenti tempore ſit Deus eorum, tanquam actu exiſtentium, quantum ad animam, & per illam actualiter colentium Deum, & inſuper ſit Deus eorum tanquam viuentium in diuino decreto reſuſcitandi illos, in æternum victuros. Hoc fuſius explicare & corroborare non eſt inſtituti præſentis. Videri poſſunt quæ de prædicta illatione ſapienter diſſerit Salmeron tomo 8. tract. 61. à med. & Maldonat. Matt. 22. n. 32.

Quomodo vim habeat argumẽtum.

Confirmatur primò, quia non poteſt ad prędictam intelligentiam præſupponi liberum decretum, quo voluiſſet Deus eorum Patriarcharum eſſe modo perfectiſſimo Deus. Etenim hoc liberum decretum nullo alio teſtimonio veteris Teſtamenti conſtabat: ideóque reprehenſione digni non erant Sadducæi propter ignorantiam talis decreti. Reſtat igitur, ea ſolum ratione fuiſſe reprehenſione dignos, quoniam dictante naturæ lumine tenebantur, quæcunque de diuina prouidentia legerent in Scripturis, intelligere & exponere ſecundùm optimum & perfectiſſimum prouidendi modum. 6.

Confirmatur ſecundò, quia lib. 2. Machabçor. 7.
12. ad finem legimus: *Niſi eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret; ſuperfluum videretur, & vacuũ orare pro mortuis.* Sed non eſt ſuperfluum & vacuum animas à pœna Purgatorij liberare; licet nunquam forent ad corpora rediturę per reſurrectionem. Ergo nõ videretur ſuperfluum & vacuum orare pro mortuis, etiam ſi nunquam fuiſſent reſurrecturi; nec illius conditionalis illatio bona foret: niſi ſupponendo, Deum perfectiſſimè prouidere. Ceterum ſuppoſita ſumma perfectione diuinæ prouidentiæ, rectè colligitur, eos qui ceciderant, eſſe reſurrecturos ex eo, quod eorum animæ reſeruãtur à cruciatibus liberandæ per eleemoſynas & orationes viuorũ. Foret enim minùs rationabile, minúſq; conueniẽs infinitæ ſapientię ac bonitati, animas fideliũ & filiorũ Dei, iã à peccatis omnino purgatas, in æternũ priuare corporibus, quorum vnionem naturaliter appetunt, & quibus etiam Deo miniſtrarunt in vita mortali. Hac enim priuatione diminuta remaneret & incõpleta beatitudo ſanctorum; & eorum

2. Machab. 12.

Minùs rationabile foret, animas fidelium à peccatis purgatas in æternum priuare.

corpora

Digitized by Google

corpora proportionato ſuorum laborum præmio frandarentur.

Nulla ineſſet illatio Apoſtoli argumentis.

8. Confirmatur tertiò, nam & Paulus 1. Corint. toto ferè cap. 15. de reſurrect. diſſerit argumentis, quorum illatio nulla fuerit, niſi ſupponant, Dei prouidentiam in ſuis operibus ſeruare rationabiliſſimam & optimam proportionem, & coaptationem membrorum eum ſuo capite, nec minorem proportionem præmiorum cum laboribus & meritis. Hoc enim ſolo fundamento verificari poſſunt illæ conditionales: *Se reſurrectio mortuorum non eſt; neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt, ergo prædicatio noſtra.* & iterum atque iterũ ait Apoſtolus: *Si mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.* & longè inferius: *Si omnino mortui non reſurgunt, vt quid baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi; quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt?* Quibus ſententiis Apoſtoli debetur eadem ponderatio, quam verbis Machabæorum adhibuimus paolò ſuperius. Lectori videndas relinquo proportiones alias de diſcrimine præmiorum, quas in eodem capite ſubiicit Apoſtolus.

1. Corint. 15.

9. Secundum exemplum accipitur ex cap. 6. Matthæi & Lucæ 11. 12. & 18. vbi Chriſtus D. ita ratiocinatur: *Si vos, cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit Spiritum bonum petentibus ſe.* Hic ſi reſpondeas, præſupponi liberum decretum, quo Deus ſtatuerit dare petentibus Spiritum bonum: conſequens erit, prædictum argumentum Chriſti Domini laborare vitio, quod vocatur petitio principij: ſupponeret enim hoc ipſum quod probare intendit, videlicet, Deum velle dare ſuis filiis Spiritum bonum.

Lucæ 11.

Refutatur euaſio.

10. Confirmatur, nam in hoc argumento Chriſti Dom. vel ſupponitur liberum decretum, quo Deus voluerit filiationem iuſtorũ vſque ad eam menſuram, vt daret Spiritum bonum petentibus ſe: atque hoc ſuppoſito, nullam certitudinem aut claritatem auget argumentum, quod illi fundamento nititur, & ſine illo nullam vim habet. Vel ſupponitur, à Deo volitam fuiſſe filiationem iuſtorum, non ſupponendo menſuram, diuino decreto præſcriptam, vt daret petentibus Spiritum bonum: & in eo caſu tenebitur negare illationẽ, quam Chriſtus Dominus accipit à parẽtibus duris & auaris ad cœleſtem Patrem, quicunque putauerit, nullam eſſe maiorem probabilitatẽ, quod Deus elegerit optimos & rationabiliſſimos prouidendi modos, ſed æquè probabilem eſſe volitionem minùs perfectæ prouidentiæ, reuelatione præciſa. Quia Deum de potentia abſoluta potuiſſe, Spiritum bonum petentibus denegare; licet parentes filiis petentibus liberaliter concedant quæ neceſſaria ſunt, nemo dubitabit. Reſtat igitur, vt illud argumentum ex eo tantum vim habeat, quoniam quanto Dei bonitas excedit bonitatem hominum, tanto fortior & firmior eſt infallibilitas moralis, quod filiis petentibus dabit Spiritum bonum.

Ex eo tãtum vim habet argumentum Chriſti, quoniam eo infallibilius dabit petentibus filiis quo Dei bonitas, excedit hominum bonitatem.

11. Tertium ſit applicatio parabolæ Lucæ 18. *Audite, quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis?* Quaſi dicat. *Minimè.* Nam Dei bonitas & iuſtitia tanto certius & infallibilius propendebit ad faciendam vindictam electorum ſuorum; quanto ſuperat iuſtitiam iniqui iudicis, qui ſòla mouetur importunitate viduæ, petentis vindictam.

Lucæ 18.

Quartum exemplum ſumitur ex cap. 6. Matthæi. *Nonne anima plus eſt, quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum? Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?* Aliis ſimilibus argumentis adiungit: *Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit; quanto magis vos modicæ fidei?* 12.

Matth. 6.

Quibus in verbis, (quemadmodum & in exemplis proximè præcedentibus) continetur argumentum à minori ad maius. Quamuis enim Deus abſque dubio potuiſſet de potentia abſoluta, negare minora beneficia, poſtquam maiora conceſſiſſet; & conſequenter potuiſſet eſcam & veſtimenta negare, poſtquam cõceſſiſſet animam & corpus viuum & ſanum: ſimilitérque potuiſſet de vita & alimentis rerum irrationabilium curare magis, quã de vita & alimentis hominum: nihilominus efficax & infallibile debet eſſe argumentum, quod Chriſtus Dominus in præſenti proponit, ac ſi diceret, Deus animam, corpus, & eius incrementum vobis, nondum petẽtibus dedit: ergo à fortiori vobis petentibus concedet alimenta & veſtimenta. Rurſus: Capillos veſtros Deus numerat, vt ſeruet: ergo non negliget veſtram vitam. Et iterum: auiculis, & herbis cõtemptibilibus Deus perfectiſſimè conſulit (ita vt *Nec Salomon in omni gloria ſua coopertus ſit ſicut vnum ex iſtis:*) maiorem ergo curam geret hominum, præcipuè iuſtorum. Quæ omnia argumenta nullas habebunt vires ad inferendum, niſi ſupponendo propenſionem diuinæ bonitatis & ſapientiæ, propter quam infallibiliter abſtineat à minùs perfecto, minúſque rationabili modo prouidentiæ; qualis foret, alimenta veſtimentáque negare iuſtis petentibus, poſtquam illis non petentibus animam corpus & incrementum conceſſiſſet. Idem intellige de cæteris argumentis. 13.

A minori ad maius Chriſtus efformat argumẽtum.

Confirmatur primò, quoniam illa omnia proponuntur à Chriſto Dom. tanquam ſufficientia, vt in ſpem erigant etiam eos homines, qui propter ignorantiam, vel diffidentiam exiſtimabant, non ita perfectam à Deo curam haberi de illorũ ſalute corporali & ſpirituali. Ergo huiuſmodi argumenta non ſupponunt, à Deo factum eſſe liberum decretum de tam perfecta prouidentia, ſed potius illius decreti cognitionem ac fidem facere, volebat illorum author. Quocirca ſolummodo ſupponebat rerum naturas, & perfectiſſimam Dei ſapientiam, bonitatem ac liberalitatem. 14.

Argumenta Chriſti rectæ prouidentiæ decretũ probabant, non ſupponebant.

Confirmatur ſecundò, nam Auguſtinus lib. 5. de Geneſi ad literam cap. 22. poſt medium iſtud genus argumenti, quo Dei libera volitio & prouidentia melioris boni probatur, tãtæ putauit infallibilitatis ac certitudinis, vt abſurdiſſimum & ſtultiſſimum eſſe dicat illius euidentiam non videre, cùm ait: *Quid ergo abſurdius, quid inſulſius ſentiri poteſt, quam eam totam* (hominis vitam) *eſſe vacuam nutu & regimine prouidentiæ, cuius extrema & exigua videas tanta diſpoſitione formari, vt aliquando attentius conſiderata ineffabilem incutiant admirationis horrorem? Et cum anima naturà corporis antecellat, quid eſt dementius, quam putare, nullum eſſe diuinæ prouidentiæ iudicium de moribus hominum, cum in eorum carne tanta eius ſolertia clareant, & demonſtrentur indicia.* 15.

Euidentiſſimũ reputat Aug. argumentum id, quo melioris boni prouidentia probatur.

Auguſtinus.

Sic habet.

Quod ſi Deus pro ſua libertate ſupremóq; dominio non inclinatur infallibiliter ad illud, quod 16.

Digitized by Google

eſt melius & rationabilius, ſed æqualiter inclinatur ad minus rationabile: nulla prorſus dementia fuerit in eo præcisè, quod ex prouidentia Dei circa corpus humanum, non inferat prouidentiam de moribus animorum. Dicet enim ille qui talem illationem non admittit: Quid ego ſcio, num Deus, pro ſua libera voluntate & abſoluto dominio, voluerit tantam curam gerere minoris rei, negligendo, ſicut potuit, curam & iudicium rei perfectioris & melioris?

17. Quintum eadem ratione ponderandum eſt, qua præcedens exemplum. Ionam quippe cap. 4. fine ſic Deus redarguit: *Tu doles ſuper hedera, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret; & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt plus quam centum viginti millia hominum, qui neſciunt, quid ſit inter dexteram & ſiniſtram, & iumenta multa.* Quaſi diceret, multo rationabilius eſt, vt ego parcam, & ideo veniam infallibiliter daturus eram, ſuppoſita pœnitentia.

18. *1. Corint. 10.* Sextum, præcedenti ſimile, ſcribit Apoſtolus 1. Corinth. 10. *Nunquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos hæc vtique dicit?* nimirum Deuteronom. 25. *Non alligabis os boui trituranti.* Nec enim rationabilius & melius eſſet, propter boues tantum, & non propter Euangelij miniſtros Deum imperaſſe, facultatem dari laborantibus, vt cibos inde colligant, vbi laborant. Quod ſi Deus aliquando ſoleret minus perfectum & minus rationabilem prouidendi modum eligere iuxta limitationem alicuius menſuræ, quam liberè præſcripſiſſet: eo ipſo maneret ambiguum, vtrum illud præceptum dediſſet Deus ſolummodo propter boues, non autem propter miniſtros Euangelij.

19. *Lucæ 23.* Septimum eſt argumentum, probans grauiora ſupplicia ſceleratorum hominum, ex calamitatibus, quas in vita præſenti patiuntur homines iuſti. Lucæ 23. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* *Prouerb. 11.* *1. Petri 4.* Prouerb. 11. *Si iuſtus in terra recipit; quanto magis impius & peccator.* 1. Petri 4. ad fin. *Si autem primum à vobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? & ſi iuſtus vix ſaluabitur; impius & peccator vbi parebunt?*

20. *Præcedens argumentum omnino eneruatur, ſi non eſt infallibile Deum eligere optimum.* Hæc autem argumenta penitus eneruantur; ſi nõ eſt infallibile Deum eligere meliorem prouidentiæ modum: quia certum eſt non eſſe malum, & ideo non eſſe ſimpliciter impoſſibile prætermittere punitionem peccatorum, ita vt impunitas duret tam in hoc ſæculo, quam in futuro: quamuis Deus iuſtos exerceat in hac vita laboribus, vel puniat pro leuioribus peccatis: & quamuis in atrociſſima Chriſti Domini morte ſatisfactionem acceperit Deus pro peccatis totius Mundi. Nulla quippe reſultat inde obligatio, qua Deus teneatur punire peccatores. Nihilominus quoniam multo minus rationabile, minúſque conueniens diuinæ bonitati, propter quam *odio eſt Deo impius, & impietas eius*, minúſque conſentiens iuſtitiæ gubernatoris optimi; propterea vim accipiunt illa argumenta, ſuppoſita infallibilitate optimæ prouidentiæ.

21. *Rom. 5.* Octauum exemplum habemus Roman. 5. *Cum adhuc peccatores eſſemus, ait, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.* Quam illationem iterum confirmat Apoſtolus: nec in illa poteſt alia bonitatis ratio reperiri: niſi quoniam multo melius, & incomparabiliter rationabilius eſt conſequentiam & conſtantiam in operibus ſeruare. Cuius contrarium fieret, ſi Deus non conferret quæ neceſſaria ſunt ad conſeruandam ſpiritualem vitam & amicitiam ſuorum, quos tantis laboribus & cruciatibus à morte ad vitam, & ab inimicitia tranſtulit ad amicitiam, præſertim cum ad illa vitæ ſubſidia præbenda nullis iam laboribus indigeat. Eſſet enim multo minùs rationabile tanti laboris & pretij fructum nolle colligere.

Nonum ſit illud, Roman. 8. *Qui etiam proprio* 22. *Rom. 8.*
Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Siue de præterito legas, ſiue de futuro *donabit*; omnino nihil minuitur vis argumenti. Quam clarioribus verbis reddit Chryſoſt. Roman. 8. homil. 15. prope med. *Chryſoſtomus.* *Qui & proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, qui fieri poteſt, vt non & cum eodem omnia nobis donet?* & poſt pauca magis explicat dicens: Quod autem dicit, *tale eſt. Si Filium largitus eſt, idque non ſimpliciter, ſed occiſioni tradidit, quid amplius de aliis dubitas, cum Dominum ipſum receperis? Quid de opibus dubitas, cum herum habeas? Nam qui quod maius eſt inimicis adhuc exiſtentibus dedit; quomodo quæ minora ſunt negaret amicis?*

Ambroſius autem de Iacob & vita beata lib. 1. 23. *Ambroſij ponderatio.*
cap. 6. poſt med. eundem Apoſtoli locum ita ponderat: *Pro quibus igitur quod ſuper omnia eſt, dedit, poteſt fieri, vt non in illo vniuerſa donauerit? Nihil enim excepit, qui omnium ceſſit Authorem. Nihil eſt igitur quod negari nobis poſſe vereamur, nihil in quo munificentiæ diuinæ diffidere perſeuerantia debeamus.*

Impoſſibilitatem non immerito prædicti Pa- 24.
tres intelligunt, nam illam denotat illa interrogatio. *Quomodo non etiam cum illo, &c.* Cæterum ſolummodo moralem impoſſibilitatem ſignificare volunt, quæ ſecum patitur phyſicam & abſolutam libertatem. *Solum intendunt Patres impoſſibilitatem moralem.* Fuit enim Deo liberum, Filio pro nobis tradito, nihilominus plurima negare, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria. Verumtamen quoniã hic prouidentiæ modus ſummopere deficeret à maxima perfectione liberalitatis, quę rationabiliter & cõſequenter correſpondere debebat niniæ charitati tradendi Filiũ; ideo fuit moraliter impoſſibilis, & oppoſitus modus prouidentiæ fuit moraliter neceſſarius, hoc eſt infallibilis.

Decimũ exemplum eſt infallibilitas, qua Deus 25.
vult perficere quodlibet opus, quod cœperit, aliud quidẽ quantum ex ſe eſt, niſi per hominem ſteterit, aliud verò prorſus independenter ab humano arbitrio. Infallibilitas perficiendi, quod Deus cœpit, niſi per hominem ſteterit, traditur Philipp. 1. *Confidens hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.* *Philippen. 1.* Quæ perſeuerantiæ perfectio, quo ſenſu ſit infallibilis & certa, docuit Tridentinum ſeſſ. 6. ca. 13. *Tridentinum.* dicens: *In Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent: Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere.*

Infallibilitas autem perficiendi opus, quod ab 26.
alieno arbitrio nullo modo dependet, notatur à Bernardo ſerm. 1. in die Paſchæ inter princip. & med. ad illud improperium Crucifixi Domini: *Deſcendat de Cruce, & credimus ei.* Quod ſtultitiæ redarguit, quia ſi deſcenderet de Cruce, tunc potius deberent homines illius negare Diuinitatem, eo quod ſalutis opus relinqueret imperfectum: *legimus enim*: Dei perfecta ſunt opera,

quando

Deuter. 32. *quando ſatis emuar Deum, qui ſalutem opus rel quis imperfectauit?* Quod argumentum enectuatur omnino; ſi Dei opera non ſunt infallibiliter perfecta ſimpliciter & ex parte obiecti, ſed ſolummodo ſunt perfecta comparatione menſuræ cuiuſdam à Deo conſtitutæ, quamuis ea ſit diminuta & minùs perfecta. Nam hoc perfectionis genus conueniret operi ſalutis; quamuis Chriſtus Dominus de Cruce deſcendens, inchoatam reliquiſſet redemptionem, eo quòd Deus eam menſuram immediati finis elegiſſet, non aliam ſimpliciter perfectam.

27. Poſtremò poſſunt ad idem probandum afferri tanquam exempla pluſimæ parabolæ, quibus nos Chriſtus Dominus inſtruxit, de liberis decretis ſeu volitionibus, prouidentiis & operibus Dei præſumere, ſiue coniicere quæ rationabiliora ſcimus eſſe Regibus, pugnatoribus, conuiuatoribus, judicibus, patribusfamilias, ſponſis, paſtoribus, medicis, creditoribus, ſeminatoribus, agricolis, villicis & aliis eiuſmodi. Earum vero parabolarum vtilitas nulla foret, ſi non deberemus perſuadere nobis, id voliturum fuiſſe Deum atque facturum, quod parabolarum circunſtantiæ poſtulant, & naturalis ratio dictat eſſe rationabilius & melius iuxta exigentiam illarum.

Parabolarũ ceſſaret vtilitas, ſi ſemel ſtatuatur, Deum non facturum, quod melius eſt iuxta exigentiam earum.

28. *Matth. 9.* Eſt in hoc genere quod Matthæi 9. legitur: *Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit: neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, &c.* Nam illa vniuerſalis *nemo*, falſa foret; niſi ſubintelligeretur, *rationabilius & prudentius operando.* Quid enim prohibet, aliquos minus prudenter operando, mittere commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus, & vinum nouum in vtres veteres. Hoc igitur exemplo prudentioris operationis humanæ, Chriſtus Dominus oſtendit, meliorem eſſe Dei prouidentiam, quæ non obligabat Apoſtolos ad ieiunia Phariſæorum, durante Veteri Lege.

29. Tantum verò roboris & efficaciæ collatum huic argumento fuit, vt veritatis præſagium ac veluti diuinationem ab ipſis inimicis & proteruis extorſerit aliquando, Veluti Matth. 21. nam *Matth. 21.* poſt vineæ locatæ parabolam interrogauit: *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* Quam reſponſionem vt veram & conſentientem diuinæ prouidentiæ diſpoſitioni probauit Chriſtus Dominus.

SECTIO XV.

Quoniam Scriptura dicit, quædam decere Deum, alia impoſſibilia eſſe, vel aliena, vel coacta, probationes aliæ.

1. PRima probatio ſit, quoniam Scriptura ſacra nonnullis in locis ea ratione perſuadet, aliquam actionem à Deo fuiſſe volitam, quia magis decebat; vel è contrario non fuiſſe volitam, quia minùs decebat. Supponit ergo, Deum ſemper & infallibiliter velle quod magis decet, magiſque dignum eſt diuina ſapientia & bonitate. Antecedens probatur Matth. 3. *Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Hebræ. 2. *Decebat enim eum, propter quem omnia, &c. per paſſionem conſumare.* & eiuſdem epiſt. cap. 7. *Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex.*

Matth. 3.
Hebræo. 2.

Clariorem autem in hoc genere vim habent Abrahami verba Geneſ. 18. *Abſit à te, vt rem hanc facias, vt occidas iuſtum cum impio: non eſt tuum hoc, qui iudicas omnem terram. nequaquam facies iudicium hoc.* Obſerua concluſionem de nunquam faciendo actu, quem liberè potuiſſet Deus facere. Potuiſſet enim Deus abſque vlla turpitudine & iniuſtitia cunctos homines, etiam innocentes, aut iuſtos annihilare vel occidere ſimul cum peccatoribus, vt dicemus probat. Nihilominus Deum non eſſe facturum hoc iudicium, Abrahamus infert ex illo antecedenti: *Non eſt tuum hoc, qui iudicas omnem terram.* 2. *Geneſ. 18.*

Confirmatur, quoniam hæc ratiocinatio non ſupponebat, Abrahamo reuelatum fuiſſe liberum decretum Dei, non interficiendi iuſtos, habitantes Sodomis. Quod probatur primò, quoniam ex hiſtoria ſacra facilè colligitur, nullam huius decreti reuelationem Abrahamo fuiſſe factam prius, quàm illas preces funderet? Secundò quoniam Abrahami ratio non ſumit pro antecedente decretum Dei liberum, ſed quod non eſt liberum, quoniam eſt merè naturale, videlicet, minùs decere iudicem vniuerſaliſſimum. Tertiò probatur, quia neque tanta ſollicitudine, neque tot gradationibus & præcaſtigationibus vrgeret Deum; ſi præſciret Abrahamus, iam fuiſſe conſtitutum decretum, vt fieret quod ipſe poſtulabat. Niſi fortè quis dicat, Abrahamum ad inſtar Chriſti Domin. petiiſſe, quod certo ſciebat ſuis orationibus eſſe impetrandum. Verumtamen hæc eminentia non eſt concedenda puris viatoribus. Poſtremò probatur, quoniam ex ignoratione talis decreti conſurgit maior laus fiduciæ in Deum, quam Abrahamus conceperat ex familiaritate, & notitia infinitæ bonitatis, vt ex ea tantum inferret, Deum non eſſe facturum, quod erat minùs bonum & minus ei conſentaneum. 3.

Secunda probatio principalis eſt, quoties enim Deus ſignificat ſibi eſſe impoſſibile prætermittere, quod alioqui liberum eſt facere vel non facere: debemus intelligere moralem impoſſibilitatem, omittendi, & infallibilitatem faciendi, quoniam eſt melius & rationabilius. Sic Iſaiæ 49. *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui: & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Quaſi diceret eſſe magis impoſſibilem Deo miſericordiæ obliuionem, qua prætermittat Eccleſię, iuſtiſque ſubuenire, quam eſt impoſſibilis matribus obliuio ſuorum infantium. 4.

Quoties ſignificat Deus, ſibi eſſe impoſſibile, permittere, quod liberũ eſt facere, intelligendum eſt de impotẽtia morali. Iſaia 49.

Similis impoſſibilitas ſignificatur Marci 6. *Non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum.* Quam ita declarat Nazianz. orat. 2. de Filio Dei, quæ eſt 4. de Theol. prope med. *Quarta ſignificatione hoc fieri non poſſe dicitur, à quo noſtra voluntas abhorret: cuiuſmodi eſt illud: Non poterat illic ſigna facere propter incredulitatem eorum. Quoniam enim ad morborũ depulſiones vtrunque accidere neceſſe eſt, vt & ægroti fidem, & medici vim facultatémque medendi afferant: idcirco alterum, altero deficiente, minimè contingebat. Quanquam haud ſcio, an hoc quoque genus tertiò adiungendum ſit, quo impoſſibile nihil aliud ſignificat, quam quod minimè rationi conſentaneum eſt. Nec enim rationi conuenit, vt iis medicina afferatur, quibus incredulitas perniciem allatura eſt.* In hoc tertio genere impoſſibilitatis poſuerat paulò ſuperius Nazianzen, illud *Marci 6.* *Nazianzenus.*

Matth. 9. Matth. 9. *Non poſſunt filij thalami ieiunare, quamdiu præſens eſt ſponſus*, quia videlicet, iſtud eſſet minus conſentaneum rationi, quamuis non eſſet abſolutè malum, nec rationi repugnans.

6. *Geneſ. 18.* *Rupertus.* *Geneſ. 19.* Talis eſt etiam impoſſibilitas ex rationibus proueniens, quæ ſignificatur Geneſ. 18. *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum, cum futurus ſit in gentem magnam, &c.* Vbi Rupertus ſcribit: *Nam potero, ſubaudit tantis repugnantibus cauſis* & cap. 19. *Dixit Dominus ad Loth: Feſtina, & ſaluare ibi; quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.*

7. *Voluntas diuina miſerendi, antecedens; puniendi verò conſequens nuncupatur.* Tertia probatio, nã opera miſericordiæ communicatióque bonitatis, Dei propria ſunt, ab eius intrinſeco ingenio, & quaſi naturali propenſione venientia; licet ad ea nullum ab extrinſeco motiuum prouocet, imo licet creata voluntas reſiſtat. Vnde prouenit vt dicatur *primaria & antecedens voluntas Dei*, qua vult miſereri, ſuámque bonitatem communicare. Sed è contrario Iuſtitiæ opera, mors & quæcumque mala triſtia ſunt aliena reſpectu Dei; quoniam ea non vult, niſi prouocatus & quaſi compulſus noſtris ſceleribus. Ideóque voluntas inferendi mala triſtia, vocatur *ſecundaria & conſequens*, prout ex Chryſoſt. Damaſc. & aliis Patribus oſtendemus diſput. 19. & 20. & 21. Nunc ſufficiat illud Iſaiæ 28. *Sicut in valle Gabaon iraſcetur: vt faciat opus ſuum alienum opus eius ab eo, vt operetur opus ſuum peregrinum eſt opus eius ab eo.* Quod ad rem præſenté appoſitè Hieronymus ponderat in Commentario. Conſequens igitur eſt, non modò probabilius, ſed etiam eſſe infallibile, quod Deus homines miſeriis & calamitatibus nunquam affligeret, ac multominùs morte conficeret; coactus noſtris criminibus.

8. *Sapien. 1.* Confirmatur. Sapien. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum*, & reliqua, quibus Dei laudem ab infidelium obiectionibus & calumniis Salomon liberat, tam in eo, quàm in ſequen. cap. Nam ex illis Patres communiter inferunt, mortem nullis hominibus à Deo fuiſſe permittendam; niſi peccatores *manibus & verbis accerſiſſent illam*, vt videbimus diſput. 35. ſect. 7.

9. *Geneſ. 3.* Confirmatur, quia rationes maioris vtilitatis & miſericordiæ erga homines inueniunt Patres, ob quas Deus homini peccanti mortis pœnam inflixerit, quas expoſitores tractant ad illud Geneſ. 3. *Ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Præcipuè Chryſoſtom. ibi homil. 18. colum. 3. & lib. 1. de prouident. colum. 5. Nyſſen. orat. Catechetica cap. 8.

Vniuerſalius autem, quod Deus mala triſtia numquam intuliſſet hominibus, niſi tanquam medicinam & remedium deordinationis peccatorum, defendunt Patres referendi in eadem diſput. 35. ſect. 6. & diſp. 21. ſect. 1. & 2.

10. *Aliquid proprium & verum Deus ſub metaphoricis locutionibus indicare contendit.* Quarta probatio naſcitur ex præcedenti, quoniam affectus doloris, triſtitiæ, pœnitentiæ, ſimiléſque alij nõ niſi metaphoricè poſſunt in Deum cadere. Verumtamen ea metaphora quoties in Sacris literis inuenitur, aliquid verum & proprium ſignificat, quod nos intelligere debeamus & credere. Nihil autem ita conuenienter ſignificat, vt inſitam auerſionem à malis triſtibus, quæ prouenit ab inſita propenſione tribuendi fœlicitatem hominibus: quæ tanta ſit, vt infallibiliter abſtineret à quolibet malo triſti, niſi homines ad illud ſuis peccatis quaſi compellerent.

11. *Geneſ. 6.* *Chryſoſtomus.* *Sapientia 12.* Sic Geneſis 6. *Videns Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra; & tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominem, &c.* Vbi Chryſoſtom. homil. 22. colum. ante penultim. *Nam volebam, inquit, tanta illos pœna plecti? Ipſi me peccatorum immanitate ad tantam indignationem compulerunt.* Erat igitur ex vi lenitatis & miſericordiæ diuinæ infallibile, non fore delendum genus humanum diluuio, niſi tanta malitia compuliſſet: quamuis ſecundùm potentiam abſolutam Dei, eſſet ſimpliciter poſſibile cunctos homines annihilare, licèt eſſent iuſti; quod Sapientiæ 12. traditur illis verbis: *Quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti? Non enim eſt alius Deus quam tu.*

12. *Ezechiel. 20.* *Iſaia 7.* *Iudicum 10.* *Iſaia 1.* Confirmatur, quia ſimilis affectus Diuinitatis legitur Ezechiel. 20. *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.* Iſaiæ 7. *Quia moleſti eſtis & Deo meo.* Iudicum 10. ad finem: *Deus doluit ſuper miſerijs eorum.* & potiſſimum Iſaiæ 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Dolentis enim interiectio, quæ præmittitur, ſignificat, primarium Dei affectum, quod ex ſe eſt, contrarium eſſe ſuppliciis, vt notat ibi Hieronym.

13. *Lucæ 19.* *Matth. 15.* *Ioannis 11.* Atque prædictum affectum ſuæ diuinitatis per humanitatem ſignificauit multoties Chriſtus Dominus, quando *Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam*. Lucæ 19. & quando ſurdum & mutum ſanaturus, *Suſpiciens in cœlum ingemuit*. Matt. 15. & Marci 7. & quando Ioan. 11. Videns plorantes, *Infremuit ſpiritu, & turbauit ſemet ipſum, & lachrymatus eſt Ieſus.*

14. Talibus ergo teſtimoniis adducuntur Patres, vt exiſtiment, aliquam veluti coactionem opus eſſe præcedere, qua Dei voluntas detorqueatur, vt velit mala triſtia cauſare, quos referemus diſp. 21. ſect. 4. Exiſtimant igitur, ex vi diuinæ bonitatis & benignitatis fuiſſe infallibile, quod Deus nihil malorum triſtium afferret hominibus, niſi peccatis exigentibus.

SECTIO XVI.

Ex inclinatione diuinæ voluntatis, aliæ rationes infallibilitatis.

1. *Volũtas quælibet magis propendit ad volendum efficaciter ea, quæ ſimplici complacentia magis diliguntur.* PRima ratio, Quælibet enim voluntas inclinatur magis ad volendum efficaciter illud obiectum, quod ſibi complacentia magis diligitur, & quod eſt magis proportionata materia gaudij: minùs autem inclinatur quælibet voluntas ad volendum efficaciter obiectum, quod ſimplici complacentia minus diligitur, imò, quantum ex ſe eſt, potuiſſet afferre triſtitiam, proptereáque non placet propter ſe ipſum. Sed bonitatem ſuam creaturis omnibus communicare, præcipuè rationalibus, eſt obiectum, Deo magis arridens complacentia ſimplici, magiſque proportionata materia gaudij, quàm eius oppoſitum. Ad hoc igitur efficaciter volendum inclinatur magis diuina voluntas: vnde infallibiliter id vult. Deus enim nunquam reſiſtit ſuæ maiori inclinationi, vt dicemus ratione ſequenti.

Minor

Deuterono. 30.

Minor probatur Deuteronomij 30. *Reuertetur Dominus, vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis, ſicut gauiſus eſt cum Patribus tuis.* Gaudium itaque Dei eſt hominibus bona conferre, non mataphoricè gaudium, licèt ſit metaphoricè dolor & triſtitia bona ſubtrahere, ſicut oſtendimus ad finem præcedentis ſectionis. *Pſalm. 103.* Præterea Pſalm. 103. *Lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Quorum primariis generibus enumeratis, Prouer. 8. *Prouerb. 8.* ſapientia Dei adiungit: *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Vbi ludus ſignificat opus lætum, gratum ac delectabile. Cui conſonat annotatio Bedæ ad eum locum. Ideo Septuaginta legunt: *Quotidie iucundabar in facie eius, cum lætaretur orbe perfecto.* Sed quoniam præcipua ratio lætitiæ veniebat ex productione ac gubernatione iuſtorum; adiungit: *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.*

3. Propenſionem autem & inclinationem ad hoc opus, Eccleſiaſticus ſignificauit cap. 24. ſapientiæ nomine dicens, in cæteris omnibus operibus non potuiſſe quieſcere, quemadmodum elementum non quieſcit, quouſque perueniat ad *Eccleſiaſtici 14.* locum ſibi connaturalem: *Et in his omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor*, in ea tanquam in centro quieſcam.

4 Denique propenſionem eandem & lætitiam de ſalute hominum apertiſſimè ſignificant duæ parabolæ, altera de oue centeſima perdita & inuenta Lucæ 15. & Matth. 18. altera de drach*Drachma.*ma diligenter quæſita & inuenta Lucæ cap. 15. Quarum alteram ponderans Dionyſ. epiſt. 8. ad Demophilum Monachum multò propius ad *Dionyſius.* princip. quàm ad med. *Quomodo enim*, inquit, *non debebat is, qui bonus eſt, ex eorum, qui perierant, ſalute, & eorum, qui mortui erant, vita lætari.* Et lib. de diuin. nominib. cap. 12. ſub finem ait, Diuinitatem *gaudere vno, eodémque aptè, rectéque diſpoſito ordine.*

5 Confirmatur primò, quia propenſionem ſupradictam ex inſito Dei amore prouenire, teſtatur Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 4. propius ad med. quàm ad princip. dicens: *Ipſe enim bonus author eorum, quæ ſunt, amor, cum prius in ipſo bono excellenti præſtantique ratione eſſet, non paſſus eſt ipſum in ſe ſterilem, & infœcundum manere, ſed eum impulit ad agendum ſingulari abundantia, quæ eſt procreatrix omnium.* Perpende prius illud. *Non eſt paſſus*, quaſi contrarium quid paſſurus eſſet, ſi maneret ſterilis. Deinde illud: *impulit*, ac denique, non impuliſſe ad agendum quomodocumque, ſed *ſingulari abundantia*, quod eſt optimè agere.

6. Sed multò vehementiorem impulſum & inclinationem ſignificauit in eodem cap. 4. circa med. vbi, *Audendum*, inquit, *eſt etiam pro veritate dicere, ipſum quoque rerum omnium authorem, honeſto bonóque omnium amore ductum, pro ſingulari bonitate amatoria, extra ſe fieri rerum omnium procuratione, & quaſi bonitate, charitatéque & amore deliniri, atque ex ſtatu, quo ſuperat omnia, & ab omnibus ſecretus eſt, ad eum, quo in omnibus eſt, demittitur*, &c. Multáque ſubiungit ad ſignificandam huius amoris efficaciam ex ſuauitate prouenientem, vt quod *ipſe ſibi lenocinatur & ſe mouet*, quemadmodum apud Cypariſſiotum legimus decade 8. cap. 5. tam ex Dionyſ. quam ex Maximo centuria 8. cap. 87. vbi exponit etiam honeſtam ſignificationem *Lenociny*.

Confirmatur ſecundò, quia *Natura boni eſt proferre in lucem, & conſeruare*, vt ſemel & iterum repetit Dionyſ. in eodem cap. 4. de diuin. nomin. paulò poſt med. Nulla verò vehementior eſt inclinatio, quam vt vnaquæque natura connaturalem ſibi operationem exerceat. Rationem verò quaſi à priori docuit S. Thomas lib. 1. contra Gen. cap. 75. ſub init. dicens: 7. *S. Thomas*

Quæ propter ſe amamus, volumus eſſe optima, & ſemper meliora, & multiplicari quantum poſſibile eſt. Ex quo generali principio ſimilem volitionem meliorãdi & multiplicandi ſuam eſſentiam, colligit continuo ſubiungens: *Ipſe autem Deus ſuam eſſentiam propter ſeipſam vult, & amat: non autem ſecundùm ſe eſt augmentabilis & multiplicabilis: ſed ſolùm multiplicabilis eſt ſecundùm ſuam ſimilitudinem, quæ à multis participatur: Vult igitur Deus rerum multitudinem ex hoc, quod ſuam eſſentiam vult & amat.* Perpende primò, quàm certa ſit illatio liberæ volitionis creandi rerum multitudinem, ex neceſſario & naturali amore Dei erga ſuam eſſentiam.

Secundò Ferrarien. ibi §. *ad primum, & §. reſpondetur* inde meritò deducit, Deum velle participari à creaturis, quantum eſt poſſibile, ſuppoſita directione diuinæ ſapientiæ. Quod idem ſumitur ex præſenti q. 19. art. 2. corp. & Caietano ibi §. *ad hoc breuiter.* Hoc autem ipſum eſt velle quod eſt optimum & rationabiliſſimum. 8.

Tertiò propenſionem Dei ad creandam teſtatus eſt Clemens Roman. lib. 8. Recognit. cuius verba poſuimus ſec. 4. longè à princip. Quartò, Maior inclinatio Dei ad maius bonum colligitur ex D. Thoma ſequenti q. 20. art. 3. & 4. præſertim in *ſed contra.* 9.

Secunda ratio progreditur vlterius, quam præcedẽs, & ex inclinatione colligit infallibilitatem moralem. Quã illationem probo 1. quoniã moralis infallibilitas alicuius operationis prouenit ex vehementia, & magno exceſſu propenſionis ad illam: ſed vehemẽtiſſimam eſſe propenſionem Dei ad communicandam ſuam bonitatem abundantiſſimè, probatum eſt ratione præcedenti, tantúmque eſſe illius exceſſum, vt Deum extra ſeipſum quodammodo rapiat. Ergo moraliter infallibilis fuit Deo volitio communicandi ſuam bonitatem abundantiſſimè. Confirmatur, quia ſi ſemel admittitur inclinatio ad bonum; inde ſequitur maior inclinatio ad maius bonum, cuius potuit eſſe tanta dignitas, vt infallibiliter alliciat. 10. *Prima probatio* *Cõfirmatur.*

Secundò probatur, quia cum inclinatio diuinæ voluntatis ſemper ſit rationabiliſſima, minùs conueniens eſt Deum illi reſiſtere, conuenientiùs autem eſt illam ſemper ſequi. Tertiò probatur, quoniam inconuenientia, quæ timentur, & nobis obiiciuntur, ſi Deus infallibiliter eligat aliquod obiectum, videlicet, indigentia creaturarum, violentia illata propriæ inclinationi, diminutio libertatis, & his ſimilia, prorſus eadem imminent in qualibet maiori propenſione Dei, maioríque probabilitate volẽdi aliquod bonum, (quamuis in hac indigeant acutiori diſcurſu.) Quapropter ſi prædicta inconuenientia ſolutionem habent ad defendendam maiorem inclinationem, ac maiorem probabilitatem: eandem ſolutionem habebunt ad defendendam moralem infallibilitatem: vt oſtendemus diſp. 10. ſect. 3. & ſequentibus. 11. *Secunda probatio.* *Tertia probatio*

Tertia ratio fit, nam Scriptura præſcribit formam orandi, quæ validior eſt ad impetrandum, 12.

 proponendo,

proponendo rationes maioris glorię diuinæ, maioriſque oſtenſionis diuinorum attributorum: igitur ad obiecta, quæ maiorem gloriam afferunt & magis oſtendunt attributa, maiorem inclinationem habet libera voluntas Dei. Antecedens conſtat Exodi 32. Numer. 14. Deuteron. 9. Pſal. 29. & 78. & 87. præcipuè vero Chriſti Domini oratione Ioan. 17. Quorum verba poſuimus diſp. 3. ſect. 1. Confirmatur, nam è contrario diuinam voluntatem à minori bono, minúſque rationabili cohibet priuatio maioris gloriæ, ſecundum orationem Ioſue cap. 7. *Quid facies magno nomini tuo.* *Ioſue 7.*

13\. Quarta ratio, quia minus bonum, prout excludit maius bonum, vt ſic formaliter non eſt bonum reſpectu diuinæ voluntatis: non ita vt ſit abſolutè impoſſibile amplecti minus bonum; ſed tamen vt ſit moraliter impoſſibile. Quod probatur Geneſis 2. Vbi, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, non ſignificat aliquam turpitudinem rationi contrariam; ſed ſolam priuationem boni maioris in ordine ad vniuerſum: & ea proponitur vt ratio, Deum impellens ad decretum, quod ſubiungitur: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* *Geneſis 2.*

14\. *Nyſſenus. Ambroſius.* Vnde Nyſſenus orat. catechet. ca. 20. ad med. ait: *cui deeſt id, quod eſt melius, quemadmodum in bonis numerauerit?* quaſi dicat, nullo modo. Ambroſius autem lib. de paradiſo cap. 10. circa med. notat, *Plus placere Domino debuiſſe id, in quo eſt cauſa vniuerſitatis, quam condemnandum fuiſſe illud, in quo eſt cauſa peccati. Et ideo quia ex viro ſolo non poterat humani eſſe generis propagatio, pronunciauit Dominus, non eſſe bonum ſolum hominem. Maluit enim Deus plures eſſe, &c.* Quibus in verbis perpende, ſolitudinem Adami tanquam non bonam ita proponi, quaſi non fuerit digna, vt per diuinam volitionem de facto prę poneretur Vniuerſitatis bono, quod reſultabat ex mulieris conſortio. Ideo dicit: *Plus placere Deo debuiſſe*, & infra: *Maluit Deus.* Vnde generaliter infertur, quidquid eſt melius in ordine ad vniuerſitatem, plus Deo placere, ideóque magis ad illud inclinari tanta infallibilitate, vt nunquam de facto velit oppoſitum perinde ac ſi non eſſet bonum.

15\. *Dignū optima voluntate, quod vt melius proponitur, ſemper eligere.* Quinta ratio. Dignum eſt optima voluntate, nunquam diſcordare ab eo, quod optimus intellectus dictat eſſe optimum & rationabiliſſimum, omnibus penſatis. Dictat autem intellectus diuinus eſſe rationabiliſſimum & optimum ſemper facere, quod eſt ſimpliciter melius in ordine ad vniuerſitatem. Ergo diuina voluntate dignum eſt nunquam ab hoc diſcordare, conſequenterque facere ſemper quod eſt ſimpliciter melius.

16\. *Eccleſiaſtici, 1.* Confirmatur, quia Deus *operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, id eſt, *ſecundum voluntatem quæ eſt ex ratione*, vt S. Thomas exponit ibi lect. 4. Vnde Hieronym. ibidem notat, opera Dei eſſe plena ratione & ſapientia, quam *effudit Deus ſuper omnia opera ſua*. Eccleſiaſtici 1. At verò non eſſet effuſa ſapientia ſuper opera, ſi defuiſſet aliquid eorum plenitudini & perfectioni, quod illis rationabilius & ſapientius conferri potuiſſet.

SECTIO XVII.

Nec vlla bonitas, nec inuidia potuit ad minùs bonum impellere.

1\. *Prima ratio.* DVæ tantum rationes reſtant; Prima, quia nullū motiuum ſufficiēs poterat ab intellectu diuino proponi, propter quod diuina voluntas reſpueret maius bonum, & amplecteretur minùs bonum. Quia ſi dicas (exempli cauſa, motiuum ſufficiens fuiſſe, vt Deus exerceret ſuam libertatem, ſupremum dominium, & omnimodam ſufficientiam, nulla re prorſus indigentem: hoc refutatur, interrogando, num melius & rationabilius fuerit, per omiſſionem boni maioris oſtendere ſupremum dominium & exercere libertatem? Nam ſi reſpondeas, id fuiſſe rationabilius, aut ſaltem æquè rationabile: hoc ipſum eſt, quod ſolùm probare intendimus, videlicet Deum exequi de facto bonum illud, quo nihil ſit rationabilius omnibus penſatis. Atque ita S. Thomas 1. p. q. 46. art. 1. ad 6. & 9. & de potentia q. 3. art. 17. ad 8. probat, oportuiſſe mundum non ab æterno, ſed in tempore creari, vt Deus manifeſtaret ſuam libertatem, dominium & ſufficientiam, nulla creatura indigentem. Cui ſimilis eſt ratio permittendi, numerum ſtultorum pereuntium eſſe infinitum (vt loquitur Eccleſiaſtes cap. 1. quam reddit Auguſtinus referendus infra diſp. 10. ſect. 8. fine. *Nullum motiuū eſſe poſſet Deum retrahens à melioris boni electione.*

2\. Contra verò ſi minùs conueniens ac minus rationabile fuit exercere libertatem, & oſtendere dominium ac ſufficientiam in omiſſione talis boni, quod ex parte ſui melius erat; conſequens eſt, per intellectum diuinum non proponi rationem & motiuum, quod ſufficiat cohibere propenſionem diuinæ voluntatis ad effundendam ſapientiam & bonitatem ſuper omnia opera ſua. Confirmatur primò, quia minor eſſet laus diuinæ ſufficientiæ atque non indigentiæ, ſi nulla bona feciſſet, quam aliqua faciendo, & alia non faciendo. Vnde Auguſt. lib. 4. de Geneſi ad liter. cap. 16. circa med. tractans ex profeſſo non indigentiam, ait: *Quibus autem bonis laudabiliter non egeret, ſi nulla feciſſet?* quaſi dicat, nullis. Et poſt pauca: *Niſi autem diceretur requieuiſſe a factis, non eis egere, quæ fecit, minùs commendaretur*, minus, inquit, quam ſi diceretur requieuiſſe nihil faciendo. *Auguſtinus*

3 Confirmatur ſecundò, quia ſimpliciter infinita ſunt bona poſſibilia, quorum omiſſione Deus exercet ſatis ſuam libertatem, & oſtendit abundè ſupremum dominium & ſufficientiam, nulla re indigentem. Foret autem minus rationabile, minúſque dignum infinita ſapientia & bonitate, prædictam oſtenſionem præbere per omiſſionem cuiuſlibet boni maioris; quin etiam eo ipſo minùs exerceretur libertas & dominium; nam vtriuſque partis faciendi & non faciendi poteſtatem habet, ideóque minus exercetur per ſolam omiſſionem maioris boni, nunquam eligendo maius bonum. Quod ſi maius bonum eligitur quoties rationabilius eſt illud eligere, conſiderata manifeſtatione cunctorum attributorum: nihil amplius nos intendimus probare.

4\. *Secunda ratio.* Secunda ratio declarationem & vires accipit ex præcedentii, fundamentum habens in Scriptura & Patribus. In eorum quippe ſententiis hoc argumentum virtualiter continetur. Inuidia procul

Digitized by Google

procul abeſt à diuina voluntate:ergo ſemper & omnibus largiter & effusè, vult ſuam bonitatem & ſapientiam communicare. Quæ conſequentia propterea plurimum valet; quia licet Deus omittere potuiſſet communicationem ſuæ bonitatis largam & effuſam; idque nullo modo participaret inuidiæ turpitudinem: nihilominus ſublato vitio inuidiæ (quod eſt impoſſibile diuinæ bonitati) nullum reſtat motiuum ſufficiens, quod diuinam propenſionem contineat, ne referatur ad illud, quod omnibus penſatis eſt rationabilius, prout præcedenti ratione probatum eſt.

5. Accipi poteſt prædictum argumentum ex Sapientiæ cap. 6. & 7. ſupponendo, Salomonem ibi loqui tanquam organum Spiritus ſancti. Quapropter quam ipſe reddit rationem, vt non abſcondat ſacramenta Dei, ſed potius largiter & effusè communicet ſapientiam, eandem intelligere principaliter debemus de Spiritu ſancto qui per illud organum communicat ſapientiam & non

Sapien. 6. abſcondit. Ait igitur cap. 6. *Non abſcondam vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem; neque cum inuidia tabeſcente iter habebo.* Deinde vero capit. 7. de ſapientia ſic loquitur: *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.* Quaſi diceret, inuidia ſublata, nihil reſtat, quod me contineat, ne liberaliter & copiosè communicem ſapientiam, quantum fuerit magis expediens & rationabile.

6. *Athanaſius.* Sic Athanaſ. lib. de Incarnat. Verbi Dei & eius corporali aduen. col. 3. *Deus*, inquit, *bonus eſt, vel potius fons bonitatis. Bonus autem nullius inuidia tangitur: vnde nulli eſſentiam inuidens, ex non entibus vniuerſa creauit.* Similiter orat. contra Gentes, ſiue contra idola, multò propius ad finem, quàm ad med. inde probat, Deum optimè, liberaliſſiméque prouidere rebus omnibus, ne decidant in nihilum, ſed conſeruentur, quia *bonus & plus quàm bonus eſt natura, ac quia humanus eſt, nemini vnquam inuiderit: liber eſt enim bonus ab inuidentia: & quia liber, ideo nulli ſuum eſſe inuidet, ſed omnia eſſe & exiſtere concupiſcit.* Quæ ratiocinatio magnam diuinæ libertati contumeliam irrogaret, niſi prædicto ſenſu foret intelligenda.

Auguſtinus. Auguſt. lib. 4. de Geneſi ad liter. c. 16. circa med. ait: *Bona facere ſi non poſſet, nulla eſſet potentia: ſi autem poſſet, nec faceret, magna eſſet inuidentia.* Quod bene declaratur à S. Bonau. 1. diſt. 44. art. 1. quæſt. 2. ad 2. Sed magis limitatur ab Alexan. & Alberto referendis ſequenti diſp. ſect. 1.

7. Eodem igitur ſenſu Nazianz. oratione 34. ex eo, quod Deus liber ſit ab inuidia, probat fuiſſe melius non communicare ſui viſionem in hac vita, ſed tantum in futura; cuius verba retulimus ſect. 4. vbi etiam poſuimus teſtimonium ex Clemente Alexandrino, nec non ex Cyrillo Alexandrino, qui remouendo inuidiam, ſignificant melioris boni communicationem. Valet etiam ad eandem rem egregiè, quod ex Damaſceno lib. 1. fidei cap. 1. retulimus ſection. 12. prope finem & quod ex Platone in Timæo referemus diſp. 10. ſection. 2.

8. *Ariſtoteles.* Nec omnino prætermiſit eandem rationem Ariſtoteles in procœmio Metaph. ca. 2. inter medium & finem, dicẽs: *Neque diuinam naturam inuidam eſſe conuenit; poëtaque (ſecũdum prouerbium) multa mentiuntur*; dicebant enim, Diuinitatem inuidere hominibus, ideóque negare communicationem Metaphyſicæ.

Tandem Vdalricus lib. 2. ſummæ ſcribit: *Bonitas voluntatis aquè non poteſt eſſe ſine beneficentia, per quam communicat bonitatem ſuam omnimodo, quo communicari poteſt. Aliter eſſet in eo inuidia, cum non diffunderet, & communicaret bonum, quod poſſit ſine detrimento multiplicari.* Hæc verba refert, & notat eſſe malè ſonantia Carthuſian. lib. 1. ſent. diſp. 45. q. 1. poſt med. §. *cuius verba.* Nihilominùs piè poſſunt explicari iuxta mentem prædictorum Patrum: Verumtamen ille modus loquendi non eſt vſurpandus ita crudus, ſed condiendus eſt grano ſalis, quod nuper adhibuimus. Præterea recolenda ſunt quæ diximus ſect. 5. parum à principio. 9. *Vdalricus.*

DISPVTATIO X.

Quid Scholaſtici & Philoſophi de prædicta infallibilitate ſenſerint, & quomodo ſoluenda ſint argumenta.

NE præcedens diſputatio plus nimio cæteras numero ſectionum excederet, viſum eſt nouam aliam inſtituere, quaſi præcedentis appendicem, vt ea ſuppleat, quæ dicenda reſtant ad maiorem firmitatem ac certitudinem illius concluſionis, quam poſuimus diſp. præcedenti ſec. 3. & probauimus in cæteris omnibus ſectionibus. 1.

SECTIO I.

Scholaſticos de optima prouidentia ſenſiſſe non aliter, quàm Patres, præcedenti diſp. citatos.

NEc apud antiquos nec apud recentiores authores reperitur ex profeſſo, propriiſque terminis agitata quæſtio præſens de naturali propenſione diuinæ voluntatis, propter quam infallibiliter & liberè quibuſlibet in rebus velit quod optimum eſt & rationabiliſſimum in ordine ad vniuerſum, iis tantum rebus exceptis, quarum perfectio poſſibilis non habet terminum, ideóque nihil in illis eſt optimum. Multoties autem Authores abſque prædicta diſtinctione tractantes de potentia Dei abſoluta, num meliores res aut meliorem mundum facere potuerit, vel de quæſtionibus aliis, incidenter profe- runt ſententias, ex quibus non obſcurè colligitur affirmatiua pars infallibilitatis, quam tractamus. 1.

Ex incidenter ab antiquis doctoribus & Philoſophis tractatu, optimi electio colligitur.

Imprimis enim S. Thomas 1. p. q. 47. art. 3. arg. 2. dicit: *Natura facit quod melius eſt, & multo magis Deus.* Quod axioma ſumitur ex Ariſtotele variis in locis, referendis ſect. ſequenti. Atque S. Thomas in ſolutione ad 2. exponit eſſe intelligendum de bono, quod eſt melius non ſecundùm multitudinem materialem, ſed quantum ad bonitatem formalem, quæ cõſiſtit in eo, quod melius deſeruiat ad finem à Deo intentum, videlicet, vt oſtendat ſuum authorem. Deum autem non plures, ſed vnicum eſſe, mundus vnicus 2. *S. Thomas.*

melius

melius oſtendit, quam plures. Vnde concludit, vnicum mundum & non plures à Deo faciendos fuiſſe: vt videre eſt tam in corpore illius articuli, & in ſolut.argumentorum, quam in eadem 1.p.q.11.art. 3.corp.

3. Confirmatur 1.quia dicta q. 47.art.3.in fine corp.infert quod, *Illi tantum potuerunt ponere plures mundos, qui cauſam mundi non poſuerunt aliquam ſapientiam ordinantem, ſed caſum.* Ergo ſupponit, ex eo, quod Dei ſapientia ſit cauſa mundi, tanta certitudine colligendum eſſe, quod non produxerit plures mundos, vt hoc nullatenus ab aliquo Philoſopho potuerit affirmari: cùm tamen euidens ſit de potentia abſoluta plures mundos fuiſſe poſſibiles.

4. Confirmatur ſecundò, quia prædictam doctrinam S. Thomæ communiter eius expoſitores ad illam quæſtionem 47. art.3. recipiunt vel expreſsè vel tacitè, nihil refutando, nec in dubium vocando, ſicut Caietan. Molina, Bañez, Zumel, Valeotia & Vaſquez.

5. Secundò colligitur efficaciter eadem veritas ex S.Thoma præſenti q. 19. art. 2. corpore, ſed magis apertè lib.1.contra Gen. cap.75.& 1.p.q. 20.art. 3. & 4. prout exponitur à Ferrarienſi dicto cap. 75. & à Caietano hic art.2. ponderauimus autem fuſiùs diſp.præceden. ſect.16.orat.1. confirmat. 2.

6. Tertiò colligitur ex D. Thoma 1.p.q.25.art. 6.ad 3.quoniam docet, vniuerſum hoc, eiſdem rebus conſtans, non potuiſſe melius ordinari, quàm actualiter eſt ordinatum. Collectionis autem ratio eſt, quia S.Thomas nequaquam comprehendere potuit omnes modos Deo poſſibiles ordinandi res eaſdem iſtius Vniuerſi: ergo non potuit perſuadere ſibi prædictam impoſſibilitatem melioris ordinationis; niſi ſuppoeeret, Deum ſemper velle optimum in eo genere perfectionis in quo poſſibile eſt optimum. Propterea námque limitationem adhibuit vniuerſi, conſtantis eiſdem rebus; nam aliis rebus conſtans vniuerſum poterat maiorem & maiorem perfectionem accipere ſine termino.

Mens exponitur D. Thomæ.

7. *S.Thomas.* Quartò S. Thomas 1.p.q.47.art.2. ad 1.ait: *Optimi agentis eſt producere totum effectum ſuum optimum, non tamen quod quamlibet partem totius faciat optimam ſimpliciter, ſed optimam ſecundum proportionem ad totum.* & ſequenti q.48.art.2.ad 3. *Deus*, inquit, *& natura, & quodcunque agens facit quod melius eſt in toto: ſed non quod melius eſt in vna quaque parte, niſi per ordinem ad totum.* Quintò denique 3. parte q.1.art.3.ad 3.docet, *Capacitatem humanæ naturæ, ſecundum ordinem potentiæ naturalis, a Deo ſemper impleri, qui dat vnicuique rei ſecundùm ſuam capacitatem naturalem.* Deus igitur, vt eſt author naturæ, ſemper facit optimum, alioqui non impleret naturalem capacitatem, S.Bonau.1. diſt.44.art.1.q.1.2.& 3.ſcribit, nullam rem huius mundi potuiſſe produci meliorem in ordine ad totum Vniuerſum, cuius pars eſt, quamuis ſecundum ſe conſiderata, potuerit eſſe melior.

Nulla huius mundi creatura potuit melior produci in ordine ad vniuerſum.

8. Atque in eodem art.1.q.2.ad 2.fatetur, habere vim probabilis perſuaſionis quod Plato & Auguſtinus (relati diſp. præced. ſec. 17.) dixerunt: ſi Deus poſſet, & non vellet bona facere; magna eſſet inuidentia. Præterea ſequenti q. 3. ſub initium proponit ſecundum argumentum ex Auguſt.lib.13.de Trinitate, cap.10.quoniam Deus elegit optimum modum reparandi genus humanum: ergo ſimiliter circa res alias eligit optimum in ordine ad Vniuerſum, & in fine corporis concedit hoc argumentum rectè probare. Eandem generalem doctrinam confirmat lib. 2. ſent.diſt.23.art.1.tota q.1.& 2.

Denique receptum illud axioma ex mente Dionyſij de diuinis nominibus cap. 4. fere toto præſertim à principio videlicet: *Optimi eſt optima adducere*, declarat eſſe verum de illo, quod eſt optimum ſecundum ordinem partium ad Vniuerſum, dicta diſt. 44. art. 1.qu.2.ad 1.& lib.2. ſent.diſt.23.art.1.q.1.ad 1.& lib.4.diſt.44.parte 1.art.3.q.2.ad 3. A quo parum differt expoſitio quam tradit lib.3.ſent.diſt. 20.articulo vnico q. 6.ad 3. optimi eſſe adducere quod eſt optimum ſecundùm genus; quamuis in eodem genere detur melius, & melius ſine termino. 9.

Altiſiodorenſis libro 1.ſummæ ca.11.de prouiden. refert & ſequitur quod ſuprà ſect.4.verſus finem retulimus ex Damaſceno: *Neceſſe eſt optima & Deo decentiſſima fieri, ita vt non ſit ea melius fieri.* 10.

Guilielmus Pariſien.in prima parte primę partis de mundo, poſt decem folia à principio, ſub titulo: *Vtrum creator meliores creare potuerit res, quam creauerit.* Reſpondet, res non potuiſſe creari magis conuenienter ad ſuas naturas & ad proportionem totius Vniuerſi. Concedit nihilominus eſſe proceſſum infinitum incrementi poſſibilis quarundam rerum; de quibus rectè dicit, quod neceſſarium fuit aliquam determinatam quantitatem à diuina ſapientia deſignari. 11.

Alexander licet externo verborum cortice durior eſſe videatur aduerſus infallibilitatem optimi; ſed tamen intimo ſenſu verè pro illa pugnat. Etenim 1. parte q. 21. mem.3.art.1.& 2. quamuis aſſerat, fuiſſe poſſibile res mundi meliores & meliori ordine fieri: nihilominus in eiuſdem membri art. 3.4.5. & 6.defendit fuiſſe factum illud quod eſt optimum circa redemptionem humani generis, circa productionem Adami, circa perfectionem Chriſti D. & Beatiſſimæ Virginis, & 1.part.quæſt. 26. argumen.1. & ſolutione defendit, Deum ſemper feciſſe quod eſt optimum comparatione vniuerſi. Magis vniuerſaliter 2.p.q.96.mem.2.art.2.in corp.ait: *Etſi diuina operatio non indigeat approbatione, pro eo quod quidquid Deus facit, optimè facit: veruntamen ad excitandam deuotionem in mentibus fidelium, &c. multiplex poteſt aſſignari ratio, quia Deus fecit hominem vertibilem in malum.* Deinde verò ad argumenta reſpondens maximè ad 5.6.7.& 8. Conſtanter defendit, fuiſſe optimum prouidendi modum facere hominem vertibilem ad malum, & ita procedit quaſi neceſſarium ſit idem in omnibus Dei operibus defendere. Præterea 3. p.q.1. mem. 3. & 4. docet eandem infallibilitatem incarnandi & ſatisfaciendi pro peccato propter rationes melioris boni, quam ex Anſelmo ponderauimus ſect.6. 12.

Denique prædictum axioma Dionyſij ſic exponit tam 1.p.q.21.mem. 3.art.1.ad 3.quam 2. p.q.96.mem.2.art.2.ad 6.vt optimi agentis, ſcilicet Dei ſit adducere quod eſt optimum ſimpliciter in proceſſionibus perſonalibus; deinde quod eſt *optimum in genere*, & ſtatu cõditionis, vt in productione Chriſti Domini; ac deniq; quod eſt optimum in ordine, vt in productione vniuerſi. Vnde colligit Alexander, hominem non debuiſſe creari in eo ſtatu, qui fuiſſet optimus ſimpliciter 13.

Digitized by Google

ſimpliciter ac ſecundùm ſe conſideratus, ſed in eo ſtatu, *in quo optimè ſaluaretur vniuerſitatis ordo & pulchritudo.* Ex quibus tandem exponitur quod loco citato dixerat, res mundi potuiſſe fieri meliores, & meliori ordine. Nec enim poteſt intelligi niſi de perfectione procedente in infinitum; vel de perfectione rei in ordine ad ſeipſam, non verò prout deſeruit ad perfectionem vniuerſi.

14. *Albertus.* Eodem ſenſu conceſſit Albertus, meliùs aliquid fuiſſe poſſibile 1. parte q. 77. mem. 3. art. 1. & 3. Nam art. 1. in ſolutione ad 2. explicat exemplo plurimarum rerum, quæ requiruntur ad pugnam, & licèt aliæ ſint aliis inferiores & imperfectiores: nihilominus, *Vnumquodque iſtorum,* ait, *in ordine exercitus optimum eſt in ſtatu ſuo, nec poſſet eſſe melius: ſine quolibet enim iſto perit boni ducis exercitus. Et ita eſt in ordine vniuerſi. Vnumquodque enim optimum eſt ſuo loco, & ſuo ordine poſitum, nec poſſet eſſe melius, quam eſt ſecundum ordinem illum.*

15. Cui conſequens eſt, quod in articulo ſecundo defendit, in ordine ad vniuerſum melius & rationabilius fuiſſe producere hominem vertibilem ad malum, & in art. 3. defendit optimum fuiſſe modum reconciliationis, & optimam fuiſſe gratiam Chriſti D. comparatione redemptionis; & optimam fuiſſe gratiam Beatiſſimæ Virginis comparatione ſuæ dignitatis & muneris. Prædictum etiam axioma Dionyſij declarat in prædicto mem. 3. art. 1. in fine, optimi eſſe adducere, quod eſt optimum ſecundum capacitatem rerum, quæ fiunt; quamuis non ſit optimum ſimpliciter. Denique Albertus in eadem 1. p. q. 67. mem. 1. col. 2. & 3. planè docet, prouidentiam omnia diſponere propter optimum bonum vniuerſi.

16. Prædictam ſententiam S. Thomæ, Bonauenturæ, Alberti & Alexandri de optimo bono vniuerſi comparatione cuius partes illius non potuerint eſſe meliores, nec melius ordinatæ; quamuis ſimpliciter ac præciſo reſpectu ad vniuerſum, potuerint eſſe meliores & melius ordinatæ: recipiunt alij plurimi Scholaſticorũ, Capr. 1. diſt. 44. q. vnica art. 2. conc. 2. Caiet. 1. p. q. 25. art. 6. & q. 47. art. 2. tacitè recipiens doctrinam S. Thomæ, quam ſupra retulimus, vbi magis expreſsè tradunt hoc expoſitores alij.

17. Eiuſdem ſententiæ ſunt Maior 1. diſp. 44. q. 1. Argent. diſt. 44. art. 3. fine, Carthuſ. 1. diſt. 44. q. 1. nam & aſſentitur argumentis *ſed contra*, quæ ponit ſub initium, & approbat doctrinam Alexandri, S. Thomæ & S. Bonauenturæ, ſupra relatam: vnde recipiunt explicationem, quę videntur eſſe contraria ſequenti diſt. 45. q. 1. poſt medium. Denique rationabiliſſimum & optimum in ordine ad vniuerſum fuiſſe permittere tentari homines, quos Deus prænouerat eſſe vincendos, defendit libro 2. diſt. 23. ante quæſtionem primam.

18. Durandus in 1. diſt. 44. q. 3. exiſtimat, omnes rerum ſpecies poſſibiles, eſſe de facto productas, ſi multitudo ſpecierum poſſibilium eſt finita. Quæ concluſio ſupponit à Deo fieri optimum & perfectiſſimum in eo genere perfectionis, in quo poſſibile eſt optimum, quia non procedit in infinitum.

19. Ricardus 1. diſt. 41. q. 2. dum refutat ſecundam opinionem, *inconueniens,* inquit, *eſt, Deum facere factum minus rationabile, dimiſſo facto magis rationabili.* Confirmátque teſtimonio Anſelmi li. 1. *Cur Deus homo* cap. 10. (quod retulimus ſect. 6.) & diſt. 46. art. 1. q. 3. ad 3. concedit Deum, vt potè ſummè liberalem, velle omnibus communicare ſua bona, quantum poſſibile eſt, vt decens. Henricus quodlib. 8. q. 1. ſub finem recipit vt veram Auicenæ ſententiam de optimo, quam referemus ſect. ſequen. verſus finem.

20. *Ex communibus Theologorum opinionibus efficaciter colligitur electio optimi.* Præterea multæ ſunt communes opiniones Theologorum, ex quibus efficaciter colligitur infallibilitas optimi. Nam imprimis quando diſputant, vtrum Deus incarnaretur, etiam ſi non peccaret Adamus: tam illi, qui affirmant, quàm illi, qui negatiuè reſpondent, omnes communi conſenſu præſupponunt, Deum in eo caſu facturum fuiſſe, quod optimum, id eſt, rationabiliſſimum ac decentiſſimum foret comparatione diuinæ ſapientiæ, bonitatis, & cæterorum attributorum. Hoc autem fundamento præiacto, diſſident in eius applicatione dumtaxat: quoniam alij Theologi contendunt, melius & rationabilius eſſe tunc non incarnari: alij contra rationabilius putant, etiam tunc incarnari, aut certè defendunt, non eſſe rationabilius oppoſitum. Propterea nonnulli antiquorum, vt ipſo quæſtionis titulo cardinem illius & ſtatum difficultatis aperirent, non inquirebant, vtrum Deus incarnaretur: ſed, vtrum eſſet magis conueniens & magis congruum incarnari; licèt non peccaſſet Adamus. Quemadmodum Alexan. 3. p. qu. 2. mem. 13. & Ricar. lib. 3. ſent. diſt. 1. art. 2. q. 4. quæſtionem hanc proponunt.

21. Secundò colligitur ex D. Thoma, & plurimis Scholaſticorum, affirmantibus, originale peccatum aduerſus Gentiles probari ex corruptione concupiſcentiæ, ignorantia, morbis, morte, cæteriſque miſeriis humanæ naturæ. Quorum rationes nullam omnino probabilitatem afferrent; niſi ſupponendo, Deum ſemper facere, quod eſt magis conſonum miſericordiæ bonitati, liberalitati & affectui communicandi ſuam perfectionem: quoniam hoc eſt melius & dignius infinita ſapientia, quando non obſtat aliqua ratio iuſtitiæ. Ponderauimus etiam ex Patribus idem argomentum diſp. 9. ſect. 10. verſus finem.

22. *S. Thom.* Ita procedit S. Thomas lib. 4. contra Gent. capite 52. à principio, cuius obſeruanda ſunt potiſſimum illa verba: *Poſſet tamen aliquis dicere, huiuſmodi defectus tam corporales, quàm ſpirituales, non eſſe pœnales, ſed naturales defectus, &c.* Cui obiectioni poſt pauca reſpondet: *Si quis rectè conſideret, ſatis probabiliter poterit æſtimare, diuina prouidentia ſuppoſita, quæ ſingulis perfectionibus congrua perfectibilia coaptauit, quod Deus ſuperiorem naturam inferiori ad hoc coniunxit, vt ei dominaretur: & ſi quod huius dominij impedimentum ex defectu naturæ contingeret, eius ſpeciali & ſupernaturali beneficio tolleretur.* Quibus verbis de prouidentia Dei nihil aliud præſupponitur, niſi quod mera ratione naturali probatur abſque ſupernaturali reuelatione: dirigitur enim iſte diſcurſus, vt per illum concipiat probabilem exiſtimationem ille, qui nondum per fidem certo credit, hominem fuiſſe productum à prædictis miſeriis liberum, ſed propter peccatum fuiſſe deuolutum ad illas. Quapropter non ſupponitur liberum decretum Dei, quo finem ſub certo modo atque menſura ſtatuiſſet.

Eiſdem coniecturis, tanquam valdè efficacibus ad

bus ad probandum originale peccatum, vtitur Guiliel. Pariſien. tract. de vitiis & peccatis c.2. Alexan.2.par.q.122.mem.1.argumentis *ſed contra* Albertus 2.p.q. 107.mem.1.argumentis, *ſed contra*. S.Bonau.lib.2.diſt. 30.art.1.q.2.non obſcurè ſignificans, originale peccatum à Philoſophis potuiſſe cognoſci naturali ratione; ſi modum animaduerterent, quo debuiſſet anima ſubordinari Deo, ſuper omnia illuminando. Ricardus item in eadem diſt. 30. art. 1.qu. Ægidius Rom. in ſpeciali tractatu de peccato Originali, quem refert, & cum aliis ſequitur Carthuſianus lib.2.ſent.dicta diſt.30.q.1.ad finem. Sed in hoc genere probandi nimium exceſſit Ambroſius Catherinus lib. de peccato originali diſputatione, quæ incipit: *Venio ad rationes.*

24. Tertiò colligitur ex omnibus Scholaſticis in 1.ſent.diſt.46.cum Auguſtino ſentiẽtibus, quod Deus non permitteret peccata, niſi propter colligenda maiora bona. Nam in hac doctrina neceſſariò præſupponi, quam infallibiliter Deus eligat optimum prouidentiæ modum, ſatis probatum fuit diſp.9.ſect.11.

25. *Reſpectu diuinæ ſapientiæ ſufficiens ratio eſt, quare aliquid faciat, quia melius eſt.*

Quartò colligitur ex omnibus Scholaſticis, quoniam plurimis in locis, quando probant, aliquid tali modo fuiſſe factum à Deo, vel tali modo gubernari; rationibus vtuntur, quæ ſuadeant id eſſe rationabilius & decentius comparatione diuinæ ſapientiæ & bonitatis; nam hoc probato, putant ſe cauſam obtinuiſſe: quemadmodum de Patribus antiquis ponderatum eſt fuſius diſp. 9. tota ſectione 10. Sic S. Thomas lib. 3. contra Gen.cap.71.& 115.& 114. atque 141. de diuina prouidentia circa creaturas rationales & irrationales, de legibus, de differentia & ordine præmiorum atque pœnarum: nihil alia ratione probat aduerſus eos, qui ſolo naturæ lumine ducuntur, niſi quoniam hic modus prouidendi melior eſt, maiorem perfectionem creaturis confert, & magis dignus eſt infinita Dei ſapientia & bonitate.

26. *Intellectus ad eos Scholaſticos qui ſæpe aſſerunt, non ſemper Deum facere quod ſecundum ſe optimum eſt.*

Corollarium igitur ex opinionibus communibus, quas proximè retulimus, illatum, eſt intellectus ad eos Scholaſticos, tã antiquos, quam iuniores, qui ſimpliciter abſque maiori declaratione pronunciarunt, Deum non ſemper facere, quod ſecundum ſe optimum eſt, ſed quandoque facere quod per conſilium intellectus diuini proponitur, quaſi minùs perfectum. Hoc enim propterea nihil obſtat veræ doctrinæ de optimo.

Recurrũt ad ea in quibus optimum non eſt.

Primò quoniam ad hoc probandum iidem authores recurrunt ad perfectiones, in quibus optimum eſt impoſſibile; quoniam proceſſus in infinitum datur maioris & maioris perfectionis ſine termino.

27. *Vuitheleffum oppugnant.*

Secundò, quoniam ſolũm oppugnant aliquando errorem Withcleffi, qui dicebat, Deum non poſſe facere melius, quam fecit: aut certè prędicti Doctores non diſtinguunt genera perfectionis in quibus datur optimum.

Loquũtur de bono ſecundùm ſe meliori, non tamen in ordine ad vniuerſum.

Tertiò, quia quandoque loquuntur de bono, quod entitatiuè maius eſt, licèt in ordine ad vniuerſam ſeriem diuinorum operum, non fuerit rationabilius & conuenientius illud producere.

28. *Nemo reperitur ſcriptor, qui Deũ aliquando feciſſe, quod rationabilius forer non feciſſe, aſſeras.*

Quartò, quia nemo reperitur, qui ſcripſerit, Deum aliquando feciſſe, quod foret rationabilius & honorificentius Deo non feciſſe, conſideratis omnibus circunſtantiis, & attenta proportione ad vniuerſum. Quod ſi aliquis hoc ſcriberet, ipſe ſibi contradiceret, toties defendens, optimum & rationabiliſſimum eſſe quod Deus fecit, & quod in aliis caſibus eſſet facturus; vt vidimus in quatuor communibus ſententiis nuper enumeratis. Quintò denique prædictus intellectus aliis vrgentioribus argumentis probatus eſt ſupra fuiſſe mentem Alexandri & Alberti.

Inter recentiores, maiori diſtinctione, quam alij, procedit Vaſquez 1. p. diſt. 107.cap.2.& 3. nam expreſsè declarat, Deum ex parte ſua ſeruare ſemper, vt illud eligat, quod rationabiliſſimum eſt eligere, conſideratis omnibus circunſtantiis: quamuis ſecundum ſe non ſit perfectius. & 1.2.diſp.43. cap.3. num. 17. loquitur de potentia eligendi minùs bonum, potius quam de actu eligendi illud. Denique contra optimum falsò citatur Vaſquez 3. par. diſp.1. ſect.2.& 4. Suarez autem 1.p.lib.3.de attribut.ca.10.§.12. manifeſtè tradit, Deum liberè conferre quædam beneficia prouidentiæ, quæ non potuit omittere, quia conſentanea ſunt eius ſapientiæ bonitati, ſemper autem operatur conſentaneè ad ſapientiam & bonitatem. *Et hæc neceſſitas, inquit, ſufficiens eſt ad naturalem demonſtrationem.* 29.

30. *Doctores qui oppoſitũ videntur aſſerere, exponẽdi ſunt.*

Cæteri doctores, abſque diſtinctione dicentes, Deum aliquando facere quod eſt minùs bonum, ac minùs perfectum, potuiſſeque melius facere, ſuo iure poſtulant intellectum, quem in præſenti corollario probauimus. Inter quos ſunt Bellarmin.tomo 3.de gratia & libero arb.ca.17. arg. 2. Suarez relect. de libertate diuina diſp. 1. ſect.5.num.8.& 3.par.tomo 1.diſp.4 ſect.2. fine, & Metaphyſ.diſp.30.ſect.vlt.num.23.Azor. lib.5.ſummæ cap.25.q.7.(fine (licèt obiter tantum & generaliter loquatur) Valentia 1 p.q.25. puncto 3. corol. 4. & 5. ſupponere videtur, in nullo perfectionis genere dari optimum. Salas 1. 2.tomo 1.tract.6.diſp.1.ſection.5.num.53.ſolummodo dicit, poſſe Deum eligere minùs bonum.

Contrariæ ſententiæ fauet Marſilius lib. 1.q. 43.art.2.poſt concluſ.4. aſſerit enim, quod ſimpliciter melius fuiſſet omnes creaturas rationales in gratia confirmari: ſed tamen hoc intellexit fortaſſis quantum ad bonitatem intrinſecam rationalium creaturarum; non verò quantum ad meliorem prouidentiæ modum & rationabiliorem oſtenſionem diuinorum attributorum, nec quantum ad exercitium quarundam perfectiſſimarum virtutum. 31.

Gabriel in vtramque partem ambiguus hæret. Nam lib. 1.ſent.diſt.44.q. vnica art. 1.& 2. docet, etiam ſi deſignari poſſet à Deo aliqua ſubſtantia, quæ inter creabiles eſſet ſuprema: nihilominus manere dubium æquale in vtramque partem, vtrum de facto fuerit producta talis ſubſtantia perfectiſſima: & problematicè defendit, potuiſſe Deum meliorem mundum producere; licèt ſupponatur dari ſtatum, hoc eſt, poſſibilem eſſe mundum optimum, cuius perfectio non poſſit eſſe maior. Idémque libr. 2. ſent. diſt.23.q.vnica art. 3. dubio 5.ſub diſiunctione defendit, fuiſſe melius ex parte obiecti, vel non fuiſſe melius producere naturam impeccabilem. 32.

Tandem Valentinus de Herice 1. p. diſp. 20. de Voluntate Dei ca.5. quod eſt vltimum probare contendit, Deum non ſemper velle quod eſt optimum phyſicè, nec quod eſt optimum moraliter. Veruntamen ille nititur eo fundamento, 33.

quod

quod nihil ſit optimum ; ſed quocunque bono melius aliud ſit poſſibile : vt conſtat ex eodem cap.5.num.31. Aliunde tamen noſtræ ſententiæ fauet,quoniam diſp.16.ſect.2.num.11.& 12. fatetur , Deum vehementer propendere & inclinari ad liberam ſuæ bonitatis communicationem. Magis autem propendere ad perfectiorem communicationem,infertur ex maiori gaudio de Incatnatione , quam de illius oppoſito , quod concedit diſp.20.capite 5.oum.28.

SECTIO II.

Philoſophi quoque docuerunt , optimum ſemper à Deo,& à natura fieri.

1. PHiloſophorum in canſa præſenti teſtimonium ideo magis apertè probat, quod intendimus , quoniam illi ſupernaturalia Dei opera penitus ignorantes , oulláque Dei reuelatione ducti , ſed ſolo naturæ lumine , pro comperto tradideruor, nptimum ſemper à Deo & à natura fieri. Quapropter boc non aliunde colligebant,quàm ex ſapientia & bnnitate Dei.

2. Ariſtoteles itaque lib.8. Phyſicor.tex.48.fine ait: *In iis, quæ ſunt natura , finiunm ſit potius, & id quod melius eſt , oportet , ſi modo eſſe poſſit.* Vbi S. Thomas ſect.12. prope fin. *In iis*, ait, *quæ ſunt ſecundùm naturam , ſemper eſt magis accipiendum illud quod eſt melius, ſi ſit poſſibile : quia ea , quæ ſunt ſecundùm naturam,ſunt optimè diſpoſita.* Quod elarius iterum in eodem lib.8.textu 56.docuit Philoſophus, dicens: *Dignius ſemper accipimus in natura eſſe,ſi tamen poſſibile eſt.*

S. Thomas. Ariſtoteles.

3. Præterea lib. 12. Metaphyſ. eap.10. quod eſt vltimum, ioitio: *Præſerutandum eſt*, inquit, *etiam hoc , quomodo natura Vniuerſi habeat ipſum bonum & ipſum optimum : vtrum ſeparatum quiddam , & ipſum an per ſe , an ipſo ordine , an vtroque modo, quemadmodum exercitus:etenim bene eſſe eius in ordine , & dux ipſe eſt , ac magis ipſe : non enim ipſe propter ordinem , verum ordo propter ipſum eſt.* Familiare eſt Ariſtoteli , quæſtionis propoſitæ ſolutionem , quaſi dubitando vel interrogando proponere. Sic igitur in præſenti docet exemplo exercitus & dueis,bonum & optimum formaliter

4. exiſtens in Vniuerſo, eſſe ordinem ac diſpoſitionem omnium rerũ ; at vero bonum & optimum principium & finem , à quo & ad quem prædictus ordo dirigitur, eſſe Deum. Sequenti verò contextu pergit oſtendere , quo pacto in vniuerſo res omnes apto & conuenienti ordine diſponantur, vt imperfectiores ſiot propter perfectiores.

4. Libro 2. de cælo tex. 34. *Si enim* , ait , *natura ſemper facit eorum , quæ fieri poſſunt , quod optimum eſt, &c.* Rurſus de generatione & interitu lib.2. tex. 59. dè perpetua & nuoquam intermittente ſucceſſione corruptionis & generationis ita philoſophatur : *Atque id optima ratione accidit. Cum enim affirmemus , naturam omnibus in rebus ſemper id , quod melius ſit,expetere , meliúſque ſit eſſe,quam non eſſe;id autem omnibus ineſſe nequit,quoniam longè ab ipſo principio abſunt ; idcirco Deus modo deficienti conſulens, vniuerſum complenit , eùm generationem inſtituiſſet continuam.*

5. Atque lib. de iuuentute & ſeneꝃ. à medio: *Nemini dubium erit , quin natura in omnibus , quæ fieri poſſint , pulcherrimum quodque fingat & moliatur.* Siue vt habet alia tranſlatio: *Naturam videmus in omnibus ex poſſibilibus facientem optimum.*

Libro 2.de partibus animalium eap. 14. ante med. *Semper natura rei melioris author eſt , quoad eius fieri poteſt.* & lib. 4.de partibus animal.capit. 10. inter princip. & med. ait: *Natura ex his, quæ fieri poſſunt, facere ſolet quod melius eſt.* Deinde libro primo , de generatione animalium capit. 4. ſub init. *Natura rem quamcunque facit , aut quia neceſſaria eſt , aut quia melius ita eſt.* Deoiqne libro de communi greſſu animaliom inter med. & fin. dicit : *Natura ſemper in iis, quæ fieri poſſint, ad id reſpicit, quod potius ſit & melius.* 6.

Reſpondebit aliquis fortaſſe primum , apud Ariſtotelem melioris & optimi boni non eſſe anthorem Deum , ſed collectionem cauſarum naturalium , quam intelligit nomine naturæ. Veruntamen hæc ſolutio licet aliqua veriſimilitudine ſatisfacere potuiſſet aliis locis ſupra citatis : manifeſtè refutatur ex illis duobus teſtimoniis lib.12. Metaphyſ. eap.10. & lib.2.de generatione textu 59. Nam in illis expreſsè Deum facit principium & finem optimi boni ; quod in rebus naturalibus reperitur. Confirmatur primò , quoniam opus naturæ Philoſophus aſſerit eſſe opus Dei lib.1.de cœlo cap.4.in fine dicens: *Deus & natura nihil prorſus faciunt fruſtra.* Et libro de Mundo ad Alexand. (niſi fortè liber ſit alienus) *Vetus* inquit , *fama eſt & quidem hæreditaria mortalium omnium , vniuerſa a Deo, & per Deum eſſe nobis conſtituta.* 7. Solutio. Impugnatur. Cõfirmatio 1.

Confirmatur ſecundò , nam lib.1.de partibus animal. capit. 5. in medio viliora quæque ſine pudore aggredi monet; *cum in omnibus natura numen, & honeſtum pulchrúmque ſit ingenium. Quippe cum natura operibus iunctum illud præcipuè ſit, vt nihil temerè vicéque fortuita committatur , ſed alicuius gratia omnia agantur. Numen* autem propriè Diuinitatem ſignificat apud Latinos. 8.

Secundò reſpondebit alter, Ariſtotelem ideo tribuiſſe Deo gubernationem optimam & optimos effectus , quoniam exiſtimabat, Deum non liberè ſed naturaliter agere ; proptereáque tota ſua potentia conferre quantam perfectionem capere poſſunt effectus. 9. Alia ſolutio.

Hæc tamen ſolutio refutatur primò,quoniam Ariſtoteles aliquando ſaltem exiſtimauit, Deum operari liberè , ſicut probauimus ſupra diſp. 7. ſect. 5.verſus finem: & quamuis aliquando vel contra libertatem Dei ſcripſerit , vel de illa dubitauerit : nihilominùs optimum à Deo ſemper fieri , tam conſtanter ac tam multis in libris docuit, vt eo ipſo lectorem monuiſſe videatur,non eſſe dubitandum, quin Deus optima ſemper faciat , ſiue neceſſariò , ſiue liberè creaturas producat. Refutatur 1.

Refutatur 2.quia lib.4.Topicor.c.5.licet abſurdiſſimè conceſſerit, Deum poſſe praua agere: nihilominus aſſerit de facto nunquam eligere praua:Igitur multò facilius concederet Ariſtoteles,Deum poſſe agere minùs bona :,quamuis retineret prædictum axioma : *Deus & natura ſemper meliora facit.* 10. Refutatur 2.

Refutatur 3.quoniam locis ſupra citatis Philoſophus agit de bono , quod eſt optimum ſecundùm commenſurationem ac proportionem cum aliis rebus , & ſecundùm diſpoſitionem & ordinem vniuerſi. Hoc autem genus optimi non fieret , ſi Deus abſque libertate produceret 11. Refutatur 3.

produceret creaturas, & in illas effunderet totam magnitudinem & perfectionem ſibi poſſibilem. Nec ad hoc limitandum ſufficeret ſolum dictamen intellectus, quoniam ille dictat in quibuſdam rebus proceſſum in infinitum eſſe poſſibilem maioris & maioris perfectionis, in aliis rebus dictat æqualem perfectionem. Saltem igitur in iis ſola voluntas libera determinare poterit vnum aliquid, ad cuius commenſurationem, proportionem & ordinem cætera fiant optima. Hæc de Ariſtotele.

12. *Platonis teſtimonia.* Platonis hac de re teſtimonia ſunt illuſtriora, & ex illis aliquid citatum ab Alexandro, Alberto, Bonauentura, & aliis antiquioribus Scholaſticis. In Timæo, ſiue libro de natura, multo propius ad princ. quàm ad medium. *Dicamus*, inquit, *quam ob cauſam ille rerum author generationem, & hoc Vniuerſum conſtituit. Bonus erat. Bonus autem nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi, quantum fieri potuit, ſimillima fieri voluit*, & paucis interpoſitis adiungit: *Quidquid erat temerè agitatum & fluitans, ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat eſſe præſtantius. Fas autem neque erat, nec eſt, quidquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſt optimus.* Et poſt pauca: *Totum ita Mundum conſtituit, vt pulcherrimum natura opus, optimúmque foret.*

13. Præterea inter principium & medium eiuſdem dialogi hanc introducit partem concionis, quam ſupremus Deus omnium creator habuit ad Deos creatos, id eſt Angelos: *omnia animantium genera ſuo ambitu contineat, oportet, ſi eſt mundus omnino perfectus futurus. Hac verè ſi à me fiant ſolo, vitáque donentur, diis adæquabuntur. Quapropter accedite vos ſecundum naturam ad animalium generationem, &c.* Errauit, vt expers fidei, faciens Angelos authores animalium: cæterum oſtendit euidentiſſimè, quàm infallibile ſit Deum communicare ſuis operibus perfectionem maximam. Nec propterea putet aliquis, Platonem attuliſſe diuinæ voluntati neceſſitatem, libertati contrariam: ſiquidem potuit Deus ſolus facere, quod faciendum commiſit Angelis, potuítque illos annihilare, ſed ſua voluntate præſtitit eis æternitatem; vt ex ſuperiori contextu conſtat.

14. Deinde multò propiùs ad medium, quàm ad principium eiuſdem dialogi: *Ea*, inquit, *apud nos ſententia ſemper rata indubiáque præ cæteris habeatur, quod Deus illa, cùm talia non eſſent, quam pulcherrimè optiméque fieri poterant, ordinauit.* & iterum: *Hæc igitur omnia ſunt cauſæ adiuuantes, quibus Deus miniſtris vtitur ad optimi ideam, quantum fieri poteſt, abſoluendam.* Totus denique dialogus impenditur ad commendandam eximiam perfectionem diuinæ prouidentiæ tam in partibus hominis & facultatibus, quàm in primariis partibus totius Vniuerſi.

15. Idem in dialogo 10. de legibus propius ad med. quàm ad finem ait: *Ambo aſſeruit. deos ſcire, videre audiréque omnia: nihilque eos effugere poſſe eorum, quæ aut ſenſu aut intellectu percipiuntur: deinde omnia eos poſſe quæcunque mortales, immortaléſve poſſunt, abſque dubio concedent. Bonos etiam, imo optimos eſſe omnes, quinque confeſſi ſumus. Nulla ergo pigritia, nulla mollitie capi eos poſſibile: quandoquidem tales ſunt, quales eſſe conſenſimus. Nam à timiditate in nobis otium naſcitur, pigritia verò ab otio atque mollitie. Nullus ergo Deorum otio, pigritiáque corruptus quicquam negligit. Nullus enim timiditatis Deus eſt particeps.* Subiungit autem, deos ſcire, non eſſe contemnandas res paruas in Vniuerſo, nec voluptate, aut dolore fractos, omittere quæ ſciunt eſſe meliora, & paulò inferius: *Opifices*, inquit, *quanto periciores ſunt, tanto arte vna in propriis ipſorum operibus & parua ſimul & magna exquiſitius abſolutiúſque perficiunt. Deus vero, qui ſapientiſſimus eſt, & curare poteſt, ac vult, parua, quæ facilius gubernari poſſunt, propter pigritiam & ignauiam negliget? nullo modo.* Ac poſtquam docuit, omnia dirigi ad perfectionem Vniuerſi, monet: *Tu autem moleſtè fers, quia ignoras quo pacto quod tibi optimum eſt: vniuerſo ſimul & tibi pro communis generationis viribus conueniat.*

Præterea Socrates apud Platonem in Phædone, ſiue de anima inter med. & fin. monet, certiſſimam eſſe viam aſſequendi, quid Deus voluerit & fecerit, ſi prius inueſtigauerimus, quid ſit abſolutè rationabilius & melius in ordine ad vniuerſitatem; cuius verba retuli diſp. 9. ſect. 9. probat. 6. 16.

Denique quod à Deo fit, eſſe optimum & congruentiſſimum docuit Socrates, & ex illo Chryſippus apud Cyrillum Alexandrin. libr. 5. contra Iulianum, vt retulimus diſp. 9. ſection. 4. fine. Plotinus quoque Platonicus idem docuit apud Theodoretum libr. 6. de Græcorum affectionibus, vt vidimus in eadem ſect. 4. verſus finem. 17.

Auicena tract. 9. Metaphyſ. cap. 6. de Deo ſic diſſerit. *Sua eſſentia eſt cauſa bonitatis & perfectionis, ſecundum quod eſt poſſibile rebus, & placent ei. Intelligit igitur ordinationem bonitatis, ſecundum quod poſſibile eſt eſſe melius: vnde ex hoc quod intelligit ordinem & bonitatem, quæ melior eſſe poteſt, ſecundum quod ipſe intelligit eam, fluit ipſa talis fluxu, quo perfectius peruenitur ad ordinem ſecundum poſſibilitatem.* Quam ſententiam vt veram recipit Henricus quodlib. 8. q. 1. ſub finem. 18.

Ad confirmationem eiuſdem ſententiæ toto illo cap. 6. declarat Auicena, quibuſdam indiuiduis aliqua eſſe mala, quæ tamen permittere fuit melius propter bonum Vniuerſi. Notandum eſt potiſſimum quod ait propius ad med. quàm ad finem eiuſdem capitis: *Non fuit ſapientiæ diuinæ dimittere ſummas bonitates, quæ ſemper, & ſæpe ſunt propter mala aliquorum indiuiduorum, quæ non ſunt ſemper.* 19.

Ne fortè reſpondeat aliquis, hæc ita ſenſiſſe Auicenam, quoniam exiſtimauit, Deum agere ex neceſſitate naturæ, recolendum eſt quod in eodem tractatu 9. cap. in medio dixerat, primo principio non fuiſſe neceſſarium, ſed contingens creare. 20.

Ex multis præterea Philoſophis efficaciter colligitur, Deum infallibiliter ſequi meliorem gubernationis modum; quoniam ſolo naturæ lumine perſuadent immortalitatem animarum; ne grauiſſimorum ſcelerum impunitas, & nullum virtutis præmium, Deo gubernatore, credatur: quod argumentum ponderauimus diſp. 9. ſect. 10. exemplo 10. 21.

Tandem omnes Philoſophi qui de naturalibus rebus, ac naturali prouidentia ſentiebant ita magnificè, multò magnificentius ſentirent de ſupernaturalibus, ſi per fidem agnouiſſent. 22.

SECTIO

SECTIO III.

Soluuntur argumenta, deſumpta ex Patribus, qui neceßitatem omnem à Dei voluntate reiiciunt.

1. PRo ſolutione argumentorum, in hac & ſequentibus ſectionibus exponenda, tria fundamenta præmitto, quæ tanquam ſolidæ petræ ſuſtineant, & frangant impetus aduerſariorum: eos denique ſuo pondere compellant procurare ſolutionem, quæ noſtræ veræque ſententiæ ſufficiat.

2. *Non pauca ſunt, quæ diuina voluntas eligeret infallibiliter. Primum.*

Primum fundamentum eſt, apud omnes Patres & Scholaſticos, imo etiam apud Philoſophos eſſe non pauca, quæ diuina voluntas infallibiliter eligeret euiuſmodi citra controuerſiam ſunt quæ ſequuntur, Primum. Si nemo peccaſſet; Deus non ſubiret crucem, nec mortem, nec ex vi præſentis decreti, nec ex vi alterius decreti. *Secundum.* Secundum. Ex ſuppoſitione, quod Deus creat homines, infallibile eſt, iuſtis pręmia, peccatoribus autem decreuiſſe ſupplicia; vel certè eſt infallibile non decreuiſſe, iuſtos in æternum vexate tormentis, & peccatores in cœlo clara ſui viſione donate. *Tertium.* Tertium & generaliſſimum eſt, ſaltem hoc eſſe infallibile, quod Deus minimam menſuram perfectionis & rationabilitatis non ſemper, nec in omnibus operibus eliget; nec ſemper affectabit facere minùs bonum & minùs rationabile; ſed aliquando ſaltem in aliquibus operibus liberè decernet conſequi perfectionem maiorem, quàm ſit minima & infima perfectio illius generis. Alia exempla poſuimus præcedenti diſp. 9. ſect. 3. obiect. 2. & ſec. 10. & 11.

3. Quod ſi vel vnicum exemplum admittitur, quod voluntati diuinæ ſimul ſit & liberum & infallibile: tenebuntur etiam ſuas omnes rationes & obiectiones diſſoluere nonnulli Theologi, qui contendunt, infallibilitate morali deſtrui, vel minui libertatem, vel afferri moleſtiam, triſtitiam, indigentiam, aut poſſibilitatem deſtruendi Deum, vel alia inconuenientia reſultare, quæ tamen non inferuntur ex peculiari ratione boni optimi, ſed ex generali ratione infallibilitatis, ſeu moralis neceſſitatis.

4. Secundum fundamentum eſt humanæ voluntati plurimas actiones eſſe moraliter infallibiles, ſalua libertate phyſica, quæ ſimpliciter eſt libertas. Duplex autem eſt infallibilitatis genus.

Duplex infallibilitatis genus.

Alianámque infallibilitas vagatur per diuerſa tempora, vel per diuerſas actiones: alia verò determinate ad vnam actioné hoc tempore & hoc loco producendam impellit. Exempla pro vaga infallibilitate ſat multa vidimus tomo præcedenti de Scientia Dei diſp. 80. ſect. 1. & 2. Vnde recolimus pauca. Lucæ 11. *Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget ei ſcorpionem?* Eſt enim infallibile, quod pater ſanæ mentis, & non iratus contra filium, habénſque ſufficiens alimentum, egenti petentique filio dabit nunc aut poſtea. Exod. 4. *Si nõ crediderint tibi, nec audierint ſermonem ſigni prioris; credent verbo ſigni ſequentis. Quod ſi nec duobus his ſignis crediderint, nec audierint vocem tuam; ſume aquam fluminis, &c.* quaſi diceret: credent poſterioribus ſignis: vt conſtat ex ſequenti contextu & fine capitis. Pręterea

Vaga infallibilitas.

Lucæ 12.

Exodi 4.

lib. 1. Regum cap. 22. *Sciebam,* inquit, *Dauid, quod cùm ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli.* *1. Reg. 22.*

5. Diuerſorum autem peccatorum vagas infallibilitates Fides docet, aut Theologia, Prima certiſſimáque infallibilitas eſt committendi veniale peccatum aliquod diuturno tempore, niſi ſpeciali priuilegio diuina prouidentia protegat ab illo. Secunda eſt infallibilitas peccandi mortaliter longo tempore, niſi iuſtus ſpeciali auxilio muniatur, maximè verò ſi voluntariè verſetur inter occaſiones peccandi, nec adhibeat diligentiam euitandi venialia. Maior infallibilitas eſt plura mortalia committendi, ſi peccator in gratiam redire contemnat.

Infallibilitas ad veniale peccatum committendum.

Ad mortaliter peccandū longo tempore.

6. Determinatæ verò infallibilitatis exempla ſint. Primum Iudith capit. 14. ſub init. *Accipiat vnus quiſque arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes. Tunc exploratores neceſſe erit, vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam, &c.*

Determinata infallibilitas.

Iudith 14.

7. Deinde ſunt homines innumeri, ſic animo & corpore affecti, vt infallibiliter & liberè reciperent cum gratiarum actione magnam pecuniæ vim gratis, ac ſine labore conceſſam. Alij pingue beneficium, aut epiſcopatum infallibiliter admitterent, ſuppoſitis circunſtantiis in quibus verſantur.

8. Omnes homines ſanæ mentis quam citiſſimè fugam arripientes ſe collocarent in loco tuto, ſi ſubitò illis occurreret leo vel alia fera, vulneribus irritata. Iam vero quis eccleſiaſticorum aut ſæcularium eſt qui non abnueret protinus, ac repelleret cum faſtidio vel irriſione quemlibet extraneum & ignotum hominem, à ſe poſtulantem, vt in eius fauorem reſignaret ſuas omnes præbendas, & ei tribueret omnes ſuas facultates gratis, & abſque alia ratione dandi, quam ſua petitione? Poſſunt in hoc genere multa plura exempla excogitari, de quibus aliqua vidimus tomo præcedenti diſp. 80. ſect. 4.

9. Tertium fundamentum eſt manifeſta demonſtratio, ex præcedentibus deducta, qua probatur, infallibilitatem, licet appelletur moralis neceſſitas, non eſſe ſimpliciter neceſſitatem, ſed tantùm ſecundùm quid. Nam ea quæ ſimpliciter eſt neceſſitas, è diametro pugnat cum libertate, quoniam excludit omnino poſſibilitatem oppoſiti. Contra verò moralis neceſſitas relinquit abſolutè poſſibilitatem oppoſiti, proptereáque ſimpliciter libertatem cuſtodit illæſam. Quocirca præcedenti diſp. 9. ſect. 3. probatum fuit, abſolutè poſſibile Deo fuiſſe, atque abſolutè liberum velle & facere minùs bona, minúſque rationabilia, prætermiſſis bonis optimis ac rationabiliſſimis, quamuis ad illa bonitas infinita propenderet infallibiliter.

Moralis neceſſitas nõ eſt neceſſitas ſimpliciter.

10. Ex tertio fundamento ſoluitur argumentum primum, acceptum ex Patribus, qui neceſſitatem excludunt à diuinis volitionibus & operationibus, affirmantes, Deum poſſe facere quæ non facit, & poſſe non facere quæ facit. Quorum teſtimonia poſuimus ſupra diſp. 7. ſect. 3. & 4. & diſp. 8. ſect. 4. Potiſſimum autem vrgent verbis Auguſtini lib. 83. quæſtionum, quæſt. 22. *Vbi nulla indigentia, nulla neceſſitas. Vbi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus autem defectus in Deo, nulla ergo neceſſitas.* Sed moralis infallibilitas eſt aliqua neceſſitas, appellatur enim neceſſitas mo-

argumenti 1.

Auguſtinus.

Digitized by Google

ralis : ergo moralis infallibilitas non eſt in Deo.

11. Confirmant 1.quoniam Auguſtin. lib. 13.de Trinit. cap. 10. initio dicit, *Dei poteſtati cuncta æqualiter ſubiacere.* Igitur non minùs ſubiacet diuinæ poteſtati facere minus bonum, quàm facere maius bonum;ac proinde ſicut maius boonum poteſt facere potentia morali, quæ videlicet reducetur ad actum, ita poteſt facere minus bonum potentia morali; conſequentérque non erit infallibile nunquam eſſe faciendum minùs bonum.

12. *Cõfirmatio 2.* Poteſt addi ſecunda confirmatio , nam Hugo Victorin.lib. 1.de Sacramentis fidei par. 2.c.22. quod eſt vlt. longè poſt med. & in ſumma ſeotentiar.trac.1.c.14.ad fi.ex profeſſo refutat eos, qui dicunt, Deum non poſſe melius aliquid facere, quoniam optimum eſt quod facit.

13. *Soluitur principale argumentũ* Ad principale argumentum reſpondetur.Moralis infallibilitas non eſt ſimpliciter neceſſitas, ſed tantum ſecundùm quid & quadam ſimilitudine, quia ſemper ſortitur effectum : quapropter licèt in Deo nulla ſit neceſſitas ſimpliciter; non ſequitur nullam eſſe neceſſitatem ſecundùm quid. Quapropter illius argumenti fallaciam imitaretur rectè , qui contenderet , canem pictum excludendum eſſe à templo , quoniam ab illo exeludendus eſt omnis canis:vel qui probaret, argentum viuum conſtare anima vegetatiua, quoniam omne corpos viuum conſtat anima vegetatiua.

14. Quam ex mente Patrum ſit hæc ſolutio,conſtat ex eorundem teſtimoniis,adductis tota fere diſp.præcedenti , præſertim ſec. 4. 5. & 6.quoniam Athanaſius,Auguſtinus, Damaſcenus,Anſelmus & Hugo Victorin. vſi ſunt vocabulo *neceſſitatis* ad ſignificandam infallibilitatem Incarnationis, Redemptionis & optimæ prouidentiæ: Baſilius autem & Clemens Roman. Lactantius & Proſper vſi ſunt nomine *impoſſibilitatis* , quæ ſequitur ex neceſſitate ſui contradictorij. Quorum teſtimonia poſuimus diſp. 9. dicta ſect. 4. 5. & 6.

15. *S. Thomas.* Quin etiam S. Thomas 1. p.q.47.art.3.corp. dicit. *Quæcunque ſunt à Deo ordinem habent ad inuicem,& ad ipſum Deum. Vnde neceſſe eſt, quod omnia ad vnum mundum pertineant.* Cum tamen hæc non ſit neceſſitas ſimpliciter , potuit enim Deus plures mundos ſimul producere.Conſultius tamen erit hoc tempore circa volitionem optimi boni , neceſſitatis & impoſſibilitatis euitare vocabula ; ne vel apparentes vires obiectionibus aduerſariorum addere videamur.

16. Ad primam confirmationẽ reſpondetur.Quæ fuerit mens Auguſtini lib. 13.de Trinit.cap.10. manifeſtat ipſe contextus. Primò quoniã æqualitatem non refert ad voluntatem & inclinationem Dei,ſed ad ſubiectionem creaturarum,quæ in omnibus æqualis eſt,quantum eſt ex parte illarum. Secundò, quoniam expreſsè teſtatur ibidem,eſſe parum ita refellere vituperationes medij,quo Deus nos liberauit,vt defendamus fuiſſe bonum , niſi præterea probauerimus , *conuenientiorem alium modum non fuiſſe.* Supponit ergo, Deum ſemper eligere bonum,quo nihil ſit conuenientius in eo genere : ſicut ponderauimus diſp.9.ſect.7.ad finem.

17. Ad 2.confirmationẽ reſp.Hugonem Victorinum perſpicuè docuiſſe,quam aſſerimus infallibilitatem optimi boni,conſtat ex locis,quæ retulimus diſp.9. ſection. 6. ad finem. Conſequens igitur eſt,vt in locis,quæ citantur in hac confirmatione , nihil aliud intendat , quàm aduerſus Abailardum & Withcleſſum docere , Deus facere poſſe melius aliquid, quod non fecit. Etenim ſaltem in iis generibus rerum,quarum perfectio poteſt in infinitum augeri , ſemper poteſt aliquid melius fieri,quia nihil eſt poſſibile,quod ſit optimum : inſuper in aliis rerum generibus perſæpe Deus non facit quod ſecundùm propriam entitatem eſt perfectius; quoniam non eſt conuenientius, & rationabilius in ordine ad totam ſeriem & vniuerſitatem rerum & operationum , ſicut diſp. præcedent. ſection. 1. probarum eſt.

Secundum argumentum eſt, quoniam Abailardus & Withcleſſus aſſerebant, Deum neceſſariò velle & facere quod eſt optimum,nec poſſe melius facere,quàm facit;imo nec poſſe aliud facere , quàm facit , nec alio modo, quàm facit. Cuius contrarium docent Antiqui Patres, videlicet, Deum poſſe alia facere, quæ non facit,ſiue meliora ſiue minùs bona ; poſſéque facere alio modo,quàm facit:vt oſtendimus diſp. 7. ſect. 3. & diſp.8.ſect.4. 18.

Sed quoniam nos vltro, libentiſſiméque fatemur , abſolutè ac ſimpliciter Deum poſſe facere alia etiam meliora & alio modo ; ſubiungunt iſtius argumenti authores aliquas confirmationes. Prima nam ex infallibilitate optimi, quam aſſerimus, ſequitur ſaltem, eſſe moraliter impoſſibile, Deum aliud , aut alio modo facere, quam facit ; eo quod moraliter impoſſibile non facere optimum , aut non facere optimo modo. 19. *1. Confirm.*

Confirmant ſecundò,quoniam contraria ſententia longius diſtat à prædicto errore Abailardi & Witbcleſſi : noſtra verò ſententia minùs diſtat. Tertiò confirmant , quoniam ex noſtra ſententia propter vim argumentorum , quæ referemus ſectionibus ſequentibus , probabiliter infertur error prædictus. Eſt autem fugienda tanquam periculoſa ſententia,ex qua probabiliter error poſſit inferri. 20. *2. confirmatio.* *3. Confirmatio.*

Ad principale argumentum, manifeſta ſolutio dicta fuit ante primam confirmationem, itaque ſolum reſtat confirmationes diluere. Ad primam confirmationem Reſp.primò. Nec moraliter eſt impoſſibile , Deum facere aliud,aut idem alio modo in illis rerum generibus,quarum perfectio poteſt in infinitum augeri. Reſp. 2. Nec moraliter impoſſibile eſt , Deum facere aliud, aut alio modo in illis rerum generibus,quę poſſunt æqualiter cum rerum vniuerſitate congruere , atque ad perfectionem illius æqualiter ordinari. Proinde moralis impoſſibilitas hoc eſt, non ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid impoſſibilitas , quæ ſequitur ex noſtra ſententia, non adeò generalis eſt,ſicut illa phyſica , & abſoluta neceſſitas,quam in omnibus Dei operibus aſſerebant Abailardus & Withcleſſus. 21. *Soluitur 1. prima confirmatio.* *Soluitur ſecundò.*

Tertiò ac principaliter Reſp. impoſſibilitatem , quæ ſequitur ex noſtra ſententia.tantum ſecundùm quid eſſe impoſſibilitatem (vt ad primum argumentum diximus) Abſolutè tamen fatemur,Deum poſſe non velle, nec facere optimum;vt probauimus diſp.9.ſec.3. 22. *Soluitur tertiò.*

Ad ſecundam confirmationem reſpondetur. Scilæum fretum non ille tutior à naufragio pertranſit, qui longius recedit à Carybdi; ſed qui temperat ita receſſum , ne in Scilam incidat , cupiens vitare Carybdim. Non ſunt 23. *Soluitur ſecunda confirmatio.*

ab errore

Non ſunt ab errore tuti, qui imaginũ adorationem negant, eſto magis ab idololatria recedant.

ab errore tuti, qui negant adorationem imaginum; licèt eo ipſo recedant longius ab idololatria ſimulacrorum. Nec huius ætatis hæretici negantes cooperationem liberi arbitrij, & neceſſitatem bonorum operum, propterea tutiores ſunt, quàm Catholici, quoniam illi recedunt longius à Pelagio, per quem tota ſalutis ratio conſtituebatur in libero arbitrio. Neque Mahumetani negantes, realiter diſtinctas tres perſonas, quæ ſint vnus Deus, propterea creduntur ſentire prudentius & cautius, quoniam recedunt longius à pluralitate Deorum. Coaceruari poſſent eiuſdem formæ plures inſtantiæ. Noſtra quidem ſententia, ſi minùs recedit ab Abailardo & Withcleffo: recedit multo magis à Manichæis, Marcioniſtis, & aliis hæreticis, qui Dei opera quædam vt mala, quædam vt imperfecta & diminuta vituperabant. Nihil autem recedit à communi ſenſu Patrum & Scholaſticorum, defendentium, diuinorum operum perfectionem & conuenientiam eſſe tantam, vt nihil melius, & rationabilius potuerit excogitari. Genuinum autem ſenſum Scripturæ plurimis in locis retinet ac ſequitur: ſicut probatum eſt diſp. 9. à ſect. 4. vſque ad 17.

24.
Soluitur tertia confirmatio.

Ex quibus euidenter infertur ſolutio ad tertiam confirmationem, quia nimirum propter efficaciores probationes, ponderatas diſp. 9. ſec. 4. & tredecim ſequentibus, errores vituperantium Dei opera, vel ſiniſtrè declarantium Scripturas, & eneruantium earum vires, ex ſententia negante infallibilitatem optimi, ſequuntur multo probabilius, quam ex noſtra ſententia ſequatur error Abailardi, ſi fortè poſſet aliqua probabilitate deduci. Prudentioris igitur conſilij fuit maius & probabilius periculum euitare. Veruntamen ego cõſuluiſſem potius hoc genus arguendi deuitare, quoniam eſt generale quibuſlibet fere diſputationibus Theologicis, quarum opiniones contrariæ ſemper recedunt ab extremis quæ probabilius putant eſſe magis periculoſa: aliunde verò compellit reſpondentem, vt dicat quæ multo libentius reticeret, magis honorificè cum ſuis diſputatoribus agendo.

SECTIO IV.

Soluuntur argumenta, quæ contendunt, infallibilitatem optimi cum diuina libertate pugnare.

1.
1. argumentum.

PRimum argumentum. Si diuina voluntas allicitur infallibiliter ab optimo bono; ſequitur in Deo non manere phyſicam libertatem circa illud obiectum, ſed induci neceſſitatem abſolutam. Sequela probatur, quia voluntas creata propterea phyſicam libertatem retinere poteſt ſimul cum infallibilitate ſeu neceſſitate morali; quoniam phyſicè poteſt inclinationi propriæ reniti, poteſtque ſibi vim inferre, vt ſequatur illud obiectum, ad quod minùs inclinatur: at verò Deus non habet phyſicam potentiam renitendi propriæ inclinationi, nec inferendi vim ſuæ voluntati: ergo ſi Deus infallibiliter inclinaretur ad obiectum optimum: non haberet phyſicam potentiam cohibendi ſeipſum ab eius amore efficaci: proindéque non eſſet libera volitio efficax illius obiecti.

2.
Dico primò.

Reſpondeo & dico 1. magnum eſſe diſcrimen diuinæ voluntatis à creata, quantum ad poſſibilitatem omittendi quod eſt moraliter infallibile. Creata quippe voluntas, niſi poſſit propriæ inclinationi reſiſtere, ſibique coactionem ac vim aliquam inferre; non poterit omittere bonum, ad quod infallibiliter inclinatur. Hoc enim prouenit ex indigentia voluntatis creatæ, quæ ad nullum bonum infallibiliter inclinatur, niſi quoniam illo indiget ad complendam ſuam perfectionem, ac fœlicitatem verè, vel apparenter; vnde prouenit, aliquam triſtitiam pati, quando ſeipſam cohibet ab illo, ad quod magis inclinatur. Deus verò nullam omnino triſtitiam pateretur, nullámve lætitiæ partem amitteret; etiamſi cohiberet ſuam inclinationem ad optimum bonum eligendum; quoniam nullo prorſus creabili bono indiget ad ſuam perfectionem & fœlicitatem (vt oſtendimus diſp. 8. ſect. 4.) Quapropter electionem optimi boni Deus potuit prætermittere; licet non potuerit propriæ inclinationi reniti, nec ſibi coactionem aliquam aut vim afferre.

Vnde proueniat triſtitia in homine, quãdo ſe ab illo bono cohibet, in quod maximè inclinat.

Deus nequit propria inclinationi reniti; poteſt tamẽ optimi electionẽ prætermittere.

3.
Confirmatur 1.

Declaratur & confirmatur 1. quia per libertatem perfectiſſimam inclinatur Deus ad volendum optimum; & conſequenter ad hoc inclinatur per dominium operationis ſuæ pleniſſimum & perfectiſſimum, quod ſolum eſt potens indefectibiliter & liberè retinere, quod ſapientiſſimus intellectus dictat eſſe rationabilius & conuenientius eius bonitati. Pertinet autem ad perfectionem dominij poſſe voluntatem & operationem flectere quocunque voluerit abſque vlla prorſus renitentia, coactione, ſeu violentia etiam ſecundùm quid. Ex eodem igitur principio Deo prouenit infallibilitas optimi, & illius contrarium fieri poſſe abſque vlla renitentia coactione aut violentia.

4.
Confirmatur 2.
Sap 12.

Confirmatur 2. quia propter ſummam perfectionem libertatis *ſubeſt Deo, cùm voluerit, poſſe.* Sapien. 12. Subeſt autem perfectiſſimè. Foret autem minor perfectio ſubiectionis; ſi repugnaret aliquo modo. Quocirca licet Deus decreuiſſet nihil vnquã producere, vel prætermiſſis maioribus bonis, creauiſſet minùs perfecta duntaxat; nihil feciſſet, quod propriè diceretur eſſe cõtrarium eius inclinationi, vt vidimus diſp. 8. ſect. 5.

5.
Confirmatur 3.

Confirmatur 3. quoniam eſt magis exploratum ex ſacris literis & Patribus, innatam eſſe diuinæ bonitati propenſionem vehementem communicandi ſeipſam largiter & effusè; vt probatum eſt diſp. 9. tota ſect. 16. Huic autem propenſioni coactionem, violentiam, aut renitentiam propriè dictam Deus non inferret, licet liberè ſe contineret à qualibet communicatione ſui ad extra. Ergo continere propenſionem inſitam, in Deo non infert renitentiam, coactionem, ac violentiam propriè dictam.

6.
Confirmatur 4.

Confirmatur 4. nam & beati, quantum ex ſe eſt, inclinantur ad ſalutem & fœlicitatem æternam omnium hominũ, maximè verò parentum, filiorum, & qualibet neceſſitudine ſibi coniunctorum: nihilominùs abſque vlla repugnantia vel contradictione, aut renitẽtia propriæ voluntatis, ſe ſe diuinæ contrariũ ordinanti ſubiiciunt. Multóque ſuauius humana voluntas Chriſti D. quandiu mortalem vitam agebat, diuinæ voluntati ſe ſubiiciebat: nec ad hoc pateretur vllam difficultatem, aut repugnantiam, niſi propria ſponte voluiſſet eam ſuſcipere, ſicut alias moleſtias humanæ vitæ, vt copioſior eſſet redemptio. Naturalem igitur inclinationem ab efficaci

ab efficaci volitiune cuntinere ſuauitate tanta, quæ nullam admittat coactionem, repugnantiam, violentiam aut triſtitiam, moltu potiuti iure concedendum erit voluntati diuinæ: cuius amor erga ſeipſam, & ſui dominium eſt multò perfectius, quàm humanæ cuiuſlibet voluntatis amur erga Deum, & dominium ſupra ſeipſam.

7. *Dico 2.* Dicu 2. Si coactionem & violentiam accipias metaphoricè: concedendum eſt, potuiſſe Deum afferre ſibi coactiunem & violentiam, id eſt, putuiſſe cohibere impetum inclinationis, vehementiſſimè erumpentis ad effuſionem bonitatis: iuxta illud Pſal. 76. *Aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas.* *Pſalm. 76.* *Auguſtinus.* Vbi Auguſtinus: *Facilius*, inquit, *iram, quàm miſericordiam continebit.* Non quia miſericordiam continere ſit difficile, ſed quia maior eſt & vehementior inclinatio ad miſereodum. Hoc nimirum ſenſu clementiæ ſuccumbere, & pietate cugi Deus dicitur in hymno aſcenſionis: *Quæ te vicit clementia &c. Ipſa te cogat pietas*, Sed quoniam hæc veluti coactio procedit ab intrinſeca & perfectiſſima propenſione; ideo eſt ſummopere voluntaria: cùm tamen ab extrinſecu prueniat, proptereàque quodammodu ſit inuoluntaria coactiu altera, ſecundùm quam Deum quaſi coactum & inuitum concurrere ad actiones peccatorum, & inferre ſupplicia plerique Patres aſſerunt; vt videbimus diſp. 21. ſect. 2. & diſp. 50. ſect. 4.

8. *2. arg.* Ex his facilè deducitur ſulutio ad alias ubiectiunes, quæ ſunt veluti cunfirmationes argumenti præcedentis. Sit igitur ſecundum argumentum, quia neceſſitas moralis tunc datur, quandu potentia voluntatis debilitatur, vincitur & rapitur à veteribus & efficacitate obiecti, vel ab habitibus valde intenſis.

9. *Nobilis infallibilitatis modus.* Reſp. Non eo tantummodo cuntingit moralis neceſſitas: eſt enim alter modus longè perfectior & infallibilior, videlicet, quando potentia corroboratur magis ad ſuum obiectum cognoſcendum & amandum. Qui modus infallibilitatis fuit in voluntate humana Chriſti D. & in voluntate Beatiſſimæ ſemper Virginis, ſed infinitè perfectior præfuit in voluntate diuina. *Poteſt etiam quodāmodo dici Deū rapi à bonitate obiecti, & ab illa vinci.* Nihilominus quodammodo dici poteſt Deus vinci & rapi efficacitate obiecti: quandoquidem Geneſ. 32. Iacub *Contra Deū fortis fuiſſe* dicitur, & Oſeæ ca. 12. *inualuiſſe ad Angelum*, vice Deū; & Exodi 32. quaſi alienis viribus impeditus atque detentus Duminus ait: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus.* *Geneſ 32. Oſea 12. Exod. 32.* Iterum autem uratiunibus iram Dei cohibuiſſe Muſem, legimus Numerorum 16. de quibus Sapientiæ 18. *Sap. 18.* *Properans*, inquit, *homo ſine querela deprecari pro populis* (vbi græcum exemplar habet *propugnauit*) *proferens ſeruitutis ſuæ ſcutumorationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ.* *Iſaia 64.* Quo eodem ſenſu queritur Iſaias c. 64. *Non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te.* Vniuerſaliter autem piis orationibus, feruentibus & perſeuerantibus Deum ſuperari, tradunt aliquandu Patres.

10. Quod autem aliquo modo rapiatur Deus à pulchritudine optimi obiecti, manifeſtè probat exthaſis, per quam *extra ſeipſum fieri* rerum omnium procuratiune Deum, atque à *ſuo ſtatu dimitti*, ſcribit Diunyſ. lib. de diuin. nomin. capit. 4. circa med. vt retulimus diſp. præcedent. ſection. 16. *Dionyſius.*

11. *3. Argumentum.* Tertium argumentum, parum à præcedenti differt, quoniam ea eſt, inquiunt, natura neceſſitatis moralis, vt illud, vnde pruuenit premat voluntatem, & catenis, ac ſeruitute voluntatem ſibi quaſi ſubiectam teneat, eàque ratione quaſi nolentem trahat.

12. Reſp. Tales imperfectiones creatæ voluntati contingunt, quando vel obſcurata ratione labitur ad vitia, vel paſſionibus, aut habitibus vehementer impellitur. Contingunt etiam hominibus imperfectis, quando à prauis affectibus reuocantur ad bonos; vt cernere licet in conuerſione Sauli. Cæterum imperfectiones eiuſmodi procul abſunt, quandu voluntas plena & pacificu dominio præſidens ſuis operationibus, ex vehementiſſimu amure ſummi boni, muuetur, vt infallibiliter eligat ea bona, quæ melius cunſonant cum ſummo bono, magiſque illud oſtendunt. *Imperfectio qualibet longè amouenda à diuina infallibilitate.* Quodam modu tamen, concedi poteſt, etiam in eu caſu catenis ac ſeruitute veluti quadam teneri ſubiectam vuluntatem; ſicut ad præcedens argm. dicebamus.

13. *4. argumentum. Diluitur.* Quartum argumentum, quia moleſtum ac difficile Deo foret nun velle, nec facere optimum; ſi ad illud infallibiliter inclinaretur. Reſpond. negando ſequelam, quod attinet ad laborem & muleſtiam Dei, quæ etiam nomine difficultatis communiter intelligitur. Cæterum aliquando *difficile* vocatur, quod minùs probabiliter exiſtimatur eſſe futurum. Hoc ſenſu non velle nec facere optimum eſt difficile non Deo, ſed intellectui creatu, bene conſideranti propenſionem Dei.

14. Sed quoniam obiectionis huius authores adiungunt, inauditum eſſe apud Patres aliquid eſſe difficile Deo, recolendum eſt, quod paulò ſuperius in hac ipſa ſection. retulimus ex Auguſtino; *Auguſtinus.* *Facilius iram, quàm miſericordiam continebit*, & quæ diſp. 9. ſection. 15. & 16. ponderauimus ex Sacris literis & Patribus, metaphoricè concedentibus Deo eſſe impoſſibile contrarium optimi, vel triſtitiam afferre: plus autem aliquid eſt impoſſibilitas & triſtitia, quàm difficultas.

15. *5. argumentum.* Quintum argumentum, nam Scriptura & Patres propter nimiam difficultatem bene operandi, & infallibilitatem peccandi, conſuetudine contractam, dicere ſolent, quoſdam homines ex neceſſitate peccare, nec poſſe vitare peccatum, ſed coactos illi ſeruire. Cuius locutionis teſtimonia videbimus diſp. 38. ſection. 6. 7. & 8.

16. Reſpond. In eiuſmodi peccatis admiſcetur plurimum inuoluntarij propter ignorantiam, infirmitatem, paſſiones, & conſuetudines: ideo ſeruituris, neceſſitatis coactiunis, ac velut impoſſibilitatis admixtum habent plurimum: quamuis abſolutè ſint libera. Cæterum diuinæ vulitioni, quando bonum optimum infallibiliter eligit, nihil admiſcetur inuoluntarij: quoniam ignorantia, infirmitas, paſſio, conſuetodo, ſicut & alij defectus in Deum cadere nequeunt.

17. *6. argumentum.* Sextum argumentum, qoia ſaltem extenuabit & minuet Dei libertatem infallibilitas optimi, cùm ipſa ſit moralis neceſſitas, quæ libertatem moralem excludit: eſt autem moralis libertas maior, quàm ſula libertas phyſica. *Cōfirmatur.* Cunfirmatur, quia libertas in ratiune libertatis eſt indifferentia & indeterminatiu ad oppoſita: ergo maiur indifferentia & indeterminatio,

Digitized by Google

minatio, maior libertas erit, ac ſubinde mainr perfectio Dei.

18. Reſp. Imprimis, qui nnn reputant inconueniens, libertatem Dei eſſe minorem extenſiuè, quam ſi peccare poſſet: non deberent inconueniens reputare, quod moralis Dei libertas ſit etiam extenſiuè minor, eo quod non extendatur ad minora bona, quoniam deficiunt à maiori bono & optimo.

19. *Maior eſt libertas Dei, quã ſi foret moraliter liber ad minora bona eligenda.*

Nihilominùs abſolutè dicendum eſt, maiorem eſſe libertatem Dei, quam ſi foret moraliter liber ad eligenda bona, quæ ſunt minùs rationabilia & minùs conuenientia io ordine ad Vniuerſum. Cuius ratio à priori conſurgit ex dictis ſupra diſp. 8. ſect. 1. & 2. Nam poſſe velle malum non eſt libertas, nec pars libertatis, nec libertatem auget etiam extenſiuè: quoniam minuit intrinſecam quidditatem potentiæ & quidditatem voluntarij. Conſequens igitur eſt, vt voluntatis indifferentia moralis ad minùs bonum, excludens infallibilem inclinationem ad optimum, eo ipſo minuat intrinſecam quidditatem potentiæ, ac voluntarij. Sicut enim perfectio potentis velle conſiſtit in eo, quòd poſſit amplecti bonum; ſic etiam ſumma perfectio ſummè potentis velle perfectiſſima ratione voluntarij, conſiſtit in eo qood poſſit conſtanter & infallibiliter amplecti maius bonum. Denique moralis illa libertas ad minùs bonum minueret perfectionem dominij, quod eſt de ratione libertatis. Dominij nàmque ſumma perfectio eſt habenas liberè laxare inclinationi ad obiecta meliora, & liberè ſe continere ab oppoſitis.

20. *Reſpondetur confirmationi.*

Vnde ad confirmationem Reſp. Libertas in ratione libertatis non dicit indifferentiam & indeterminationem, tranſcendentaliter acceptam, ſed indifferentiam ſui potentem, voluntariam, dominatioam. In quo genere melior eſt ea indifferentia, quàm Deo concedit infallibilitas optimi.

21. Quod autem diuinæ voluntatis indifferentia non poſſit eſſe tranſcendentaliter maxima, demonſtratur, quia redundaret vſque ad imperfectiooes colligendas. Sic enim traoſcendentaliter maior eſſet indifferentia, ſecundùm propriam lineam indifferentiæ; ſi poſſet velle creare Angelos propter creatam & intrinſecam illis bonitatem, tanquam propter obiectum formale. Quod licet diuina voluntas nullo modo poſſit; nihilominus non eſt imperfecta eius indifferentia ad volendum creare Angelos. Sicut oon eſt imperfecta indifferentia Dei, licèt ſit moraliter infallibile; quod non crearet ſubſtantiam Angeli priuatam potentiis intellectus & voluotatis, & priuatam ſpeciebus intelligibilibus: nec crearet hominem & omnia animalia membris capta, ſenſibus externis & interioribus deſtituta, vel carentia cibo & potu, cæteriſque rebus ad vitam neceſſariis: nec ita diſponeret aſtra cœlorum, vt omnibus terræ viuentibus interitum afferrent.

SECTIO V.

Potentiam deſtruendi ſe ipſum, opponunt alia argumenta contra infallibilitatem optimi.

1. PHyſicam potẽtiam, qua Deus poſſet deſtruere ſe ipſum, ex hac infallibilitate, ſeu neceſſitate morali deducere, contraria ſententia tentar hoc argumento. Si Deus de facto vellet minùs bonum, poſtpoſito maiori bono; Deus non eſſet Deus, ergo ſi phyſicè poteſt velle minus bonum, poſtpoſito maiori bono; phyſicè poteſt non eſſe Deus. Sequela probatur, quia ſi Deus vellet minus bonum, poſtpoſito maiori bono; ſequeretur, Deo non eſſe optimam inclinationem, quę vehementius propendeat & impellat ad optimum bonum, magis participans Dei bonitatem. Hanc autem inclinationem, qui non habet, non eſt Dens.

An ſi Deus eligeret minus bonum poſtpoſito maiori, Deus nõ eſſet Deus.

2. *Dico 1. Nõ ſequitur abſolute. Vnũ ex tribus disiunctiuè ſequitur & indeterminatè. Primum.*

Reſpondeo & dico primò. Abſolutè non ſequitur, Deum non eſſe Deum. Etenim ex eo, quòd Deus de facto vellet minùs bonum, optimo prætermiſſo, nihil determinatè ſequitur, ſed indeterminatè ſeu diſiunctiuè ſequitur vnum ex tribus, quntum ſingula ſunt incomparabiliter minora, quàm Deum non eſſe Deom. Primo namque ſequitur, illud quod appellatur minùs bonum, eſſe optimum quantum ad intrinſecam & ſibi propriam perfectionem: & conſequenter eſſe ſimul optimum & non optimum, quod implicat contradictionem. Secundum, quod diſiunctiuè ſequitur, eſt non eſſe infallibilem Deo volitionem optimi. Tertium membrum iſtius diſiunctiui conſeqoentis, eſt, id quod eſt moraliter infallibile, aliquando non euenire, nec eſſe volitum de facto. Hoc poſtremum eſt illud, ad quod rationabilius deberet illatin determinata deuenire. Quoniam hoc non includit abſolutam & phyſicam neceſſitatem, quam includũt priora duo membra, quibus negatis, veritas diſiunctinæ deuoluitur ad tertium & poſtremum membrum.

Secundum.

Tertium.

3. Sed quoniam aliquibus Theologis, inconueniens eſſe videtur phyſica poſſibilitas efficiendi, vt id quod eſt moraliter infallibile, non eueniat, nec ſit volitum de facto: quoniam erit infallibile ſimul & non infallibile: propterea recolenda ſunt quæ fuſius explicuimus tomo præcedenti de Scientia diſput. 8. ſect. 9. probantes, cuilibet voluntati creatæ eſſe phyſicè poſſibile facere, vt de facto non ſit volitum, nec eueniat illud, quod alioqui moraliter infallibile fuiſſet. Nam ſi phyſica potentia creatæ voluntatis hoc poteſt efficere: potiori iure poterit hoc ipſum phyſica potentia voluntatis diuinæ. Præſertim quoniam tota ratio difficultatis, aut poſſibilitatis cnnſiſtit in quidditate moralis infallibilitatis, abſtrahendo à creata vel increata; & eadem omninn ratio impugnationis & ſolutionis reperitor in Deo quæ in Angelis & hominibos, quantum ad hunc articulum.

Cuilibet voluntati creata poſſibile & phyſicè facere oppoſitum illius, quod moraliter eſt infallibile.

4. *Circunſtãtia moralem infallibilitatẽ inferentes.*

Loquamor igitur, exempli cauſa, de peccato mortali, quod ſequatur infallibiliter ex vehementiſſima & repentina tentatione, ſuppoſito ardore paſſionum & praoa conſuetudine, occaſione propinqua & cæteris circumſtantiis in homine relicto ſub communi prouidentia ſub qua relinqui ſolent, quos appellant Theologi obdoratos & obcæcatos. Vel ſi malueris cogita militẽ, honoris mundani amantiſſimum, Dei autem & ſuorum nouiſſimorum oblitum, qni publicè percutiatur alapa, vel alia grauiſſima contumelia ab homine ſortis inferioris, à quo poſſit ſumere vindictam. Huius autem peccati infallibilitatem moralem, præſcindamus à qualibet prædefinitione permiſſionis & à præſcientia Dei, perinde, ac ſi Deus eam non ſciret, nec ex vi ſcientię præ-

definiret permiſſionem. Sic enim præſens difficultas non inuoluetur alia longe diſtincta, quæ diuerſam poſtulat ſolutionem.

5. *Ad hominẽ argumentatio.*

Nunc ita poſſumus argumentari. Peccatum illud euitare eſt fruſtrare infallibilitatem illius; & conſequenter eſt facere, vt infallibilitas non ſit infallibilitas, & facere vt id quod eſt moraliter infallibile, aliquando non fiat. Sed hic homo ſub prædictis circumſtantiis phyſicè atque abſolutè poteſt illud peccatum euitare (alioqui non imputaretur ad mortalem culpam:) ergo hic homo phyſicè & abſolutè poteſt fruſtrare infallibilitatem, & poteſt efficere, vt infallibilitas non ſit infallibilitas, & vt aliquando noo fiat, quod eſt moraliter infallibile.

6. Reſp. Maiorem abſolutè falſam eſſe, quoniam illius duo priora membra ſunt falſa; licèt vltimum membrum ſit verum, ſi rectè intelligatur. Etenim facere vt illud peccatum, quod alioqui ratione circumſtantiarum erat moraliter infallibile, iam non ſit moraliter infallibile, ſed actualiter euitetur & nõ fiat, hoc totum eſt phyſicè poſſibile. Verumtamen hoc ipſum non eſt facere, vt infallibilitas non ſit, infallibilitas, nec efficere, vt peccatum manens infallibile ſimul ſit etiam non infallibile, (quę duo contradictionem implicant, & ideo ſub nullam potẽtiam cadunt:) nec illud eſſet fruſtrare infallibilitatem, dummodo fieret ex vi ſolius potentiæ phyſicæ, ratione cuius tantum eſt poſſibile.

7. Sed inſtabis primò: poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur inconueniens. Sed poſito in eſſe, quod tale peccatum euitetur, ſequitur illud peccatum amittere, quam habebat, infallibilitatem: hoc autem eſt inconueniens: ergo non eſt poſſibile cauere peccatum moraliter infallibile.

8. *Poſſibili poſito in re nullũ inconueniens ſequitur, in eodem poſſibilitatis genere.*

Reſp. Poſſibili poſito in eſſe nullũ inconueniẽs ſequitur in eodẽ genere poſſibilitatis. Quapropter poſito in eſſe illo actu, qui non ſolum phyſicè, verum etiam moraliter eſt poſſibilis, nihil omnino ſequitur, quod ſit inconueniens phyſicè nec moraliter. Cæterum poſito in eſſe actu, qui moraliter erat impoſſibilis, quamuis ſit poſſibilis phyſicè; poteſt inferri aliquid quod ſit moraliter inconueniens, non autem inconueniens phyſicè. Huiuſmodi autem inconueniens foret peccatum illud amittere, quam habebat infallibilitatem, vel potius quam fuiſſet habiturum.

9. Inſtabis ſecundò, Sui peccati infallibilitas moralis non eſt in huius hominis poteſtate: igitur hic homo non poteſt facere, vt non ſit infallibile peccatum, quod ex vi circumſtãtiarum omnium futurum erat infallibile. Reſp. Diſtinguendo

Soluitur replica.

Antecedens. Quantum ad circumſtantias ex quibus oritur infallibilitas, & quantũ ad exiſtentiam ipſius infallibilitatis in actu primo, nõ eſt in hominis poteſtate ſui peccati moralis infallibilitas

Circũſtantia infallibilitãtis nõ ſunt in hominis poteſtate ſemper, ſemper tamen & in poteſtate phyſica cõſequentis effectus ad quẽ datur infallibilitas.

in caſu præſenti. Cæterum conſecutio peccati ex illa infallibilitate, & exercitium illius in actu ſecundo, poſitum eſt in poteſtate phyſica iſtius hominis. Quocirca, quantum eſt ex hoc capite phyſicè poteſt hic homo tollere infallibilitatem ab hoc peccato, euitando illud. Hæc enim eſt quidditas infallibilitatis moralis, vt libera voluntas phyſicè poſſit eam tollere, ſed de facto nunquam tollat: prout fuſius diſſeruimus præcedenti tomo de Scientia diſp. 80. ſect. 8. & 9.

10. Redeamus igitur ad libertatem diuinam, & à fortiori concedamus illi phyſicam poteſtatem, quam voluntati creatæ conuenire probatum eſt, ratione cuius Deus ſimpliciter ac phyſicè poſſit eligere minùs bonum, prætermiſſo optimo bono. Ex qua electione (ſi de facto fuiſſet à Deo conſtituta) ſequeretur, Deum feciſſe vt bonum illud optimum, quod alioqui foret infallibile, iam non ſit moraliter infallibile: quapropter ex eo quod Deus phyſicè poſſit eligere minùs bonum, relicto maiori bono, ſequitur, Deum phyſicè poſſe facere, vt non ſit infallibile ſibi bonum optimum, quod alioqui foret infallibile. Sed non eſt poſſibile vt manens infallibile non ſit infallibile, nec vt infallibilitas non ſit infallibilitas. Inſuper quamuis Deus ſibi non poſſit adimere ſuam bonitatem, nec optimo bono poſſit intrinſecam bonitatem adimere: ex quibus circumſtantiis prouenit infallibilitas in actu primo; nihilominus huius infallibilitatis exercitium in actu ſecundo, ſubiacet phyſicæ potentiæ diuinæ libertatis; & ideo phyſicè poteſt efficere, vt non ſit infallibile in actu ſecundo.

Dico ſecundò. Quodammodo, per illationes mediatas, & propter quaſdam ſuppoſitiones inferri poteſt, Deum non eſſe Deum; ſi non velit & faciat ſemper quod eſt optimum. Declaratur & probatur, quia ſi ſupponas, Deum numquam efficere, vt id, quod eſt moraliter infallibile, aliquando non fiat, ac ſubinde numquam efficere, vt nõ ſit infallibile quod alioqui foret infallibile: hac ſuppoſitione facta, ſequitur, Deo nunquam fuiſſe infallibilem electionem optimi boni; ſi de facto aliquando minùs bonum elegit, optimo prætermiſſo. Rurſus ex eo, quod electio optimi non fuerit infallibilis Deo, ſequitur defuiſſe ſummam perfectionem intellectionis diuinæ, ſummámque perfectionem amoris erga ſuam infinitam bonitatem. Vnde per alias conſequentias inferri tandem poterit, Deum non eſſe Deum. 11.

Dico 2. Per illationes mediatas & ex quibuſdã ſuppoſitionibus, ſequitur Deum non eſſe Deum.

Mirabitur aliquis hanc illationem: attamen admirationem temperabit, ac veritati manus dabit, qui rectè perpenderit tria, quæ conſiderandа ſunt. Primum eſt, aliqua teſtimonia Sanctorum Patrum, probare, prædictas illationes eſſe concedendas ſano & legitimo ſenſu. Nam Chryſoſt. orat. 4. de prouiden. ſiue de fato dicit: *Si nihil eſt poſt hanc vitam; neque Deus eſt.* Vbi ex eo, quod Deus nec in hac vita, nec in futura bonis præmia, peccatoribus autem iuſta ſupplicia tribuat, Chryſoſtomus aſſerit, inferri nõ eſſe Deum: non quidem quia per abſolutam neceſſitatem ex Diuinitate ſequatur prouidentia, reddens vnicuique ſecundùm opera ſua; ſed quoniam rationabilior eſt, ac ſummopere decet infinitam ſapientiam & bonitatem ſupremi gubernatoris. 12.

Primò conſiderare oportet.

Chryſoſtomus.

Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromat. propius ad fin. quam ad med. ait: *Deus cum ſit bonus, ſi ceſſarit vnquam benefacere, Deus quoque eſſe ceſſabit.* Cùm tamen indubitabile ſit phyſicè poſſe ceſſare à beneficiis conferendis. Damaſcen. lib. 2. de fide cap. 29. ſub init. *Deus, inquit, vt bonus prouidet, non prouidens enim non bonus. Nam & homines & muta animalia, ratione capta, proprijs natis naturaliter prouident, & ſi non prouident, vituperantur.* Quod ſi Deus non eſt bonus; non eſt Deus. Sed ex negatione prouidentiæ ſequitur Deum non eſſe bonum; ergo ſequitur etiam non eſſe Deum. Alioqui tamen certum eſt phyſicè poſſibile fuiſſe Deum oon prouidere quæ neceſſaria ſunt ad vitam hominum & animalium, de quibus hic loquitur Damaſcenus 13.

Damaſcenus.

maſcenus. His ſimilia ſcribit Lactan.lib.7.de ira Dei cap.4.& 9.& nonnulli Patres alij quos referemus romo ſequen. de prouidentia diſp.1.ſect. 3. Bernardus item ſerm.1. in die Paſchæ inter
Deuter 32. princ.& med. *Legentes*, inquit, *Dei perfecta ſunt opera, quando faterentur Deum, qui ſalutis opus reliquiſſet imperfectum.* Quod ponderauimus præcedenti diſp.9.ſect.14.verſus finem.

14. *Secundò cõſiderari oportet. Adde Hebræ 6.* Secundò conſiderandum eſt in ſacris literis inueniri fundamentum ſufficiens talium locutionum. Apoſtolus enim ad Hebræ.6.dixit: *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, &c.* Quod S.Thomas ibi lect.3.ad med. & alij nobiles Theologi putant eſſe dictum de iuſtitia, quæ reſpicit meritum congrui ad reuiuiſcentiam meritorum: hæc enim ſi defuiſſet Deo; minùs perfecta foret diuina iuſtitia, & in eo ſenſu diceretur iniuſtus.

15. Inſuper illa propoſitio Chriſti D.Matth.22.& Marci 12. *Deus non eſt mortuorum, ſed viuentium* (quam ponderauimus diſputatione 9.ſect.14. à principio) per logicam regulam ſimplicis conuerſionis inferr hanc propoſitionem: *Deus mortuorum non eſt Deus.* Nihilominus de potentia abſoluta fuit Deo phyſicè poſſibile Deum eſſe mortuorum, & non viuentium in eo ſenſu, quo loquitur Chriſtus D. potuit enim Abrahami, Iſaaci,& Iacob animas annihilare, vel nunquam reunire corporibus, ſed in æternum relinquere ſeparatas.

16. *Pſalm.49.* Præterea verſus illi Pſalmi 49. *Qui plantauit aurem, non audiet; qui finxit oculum non conſiderat? &c. Exiſtimaſti, iniquè, quod ero tui ſimilis? Arguam te, &c.* manifeſtè ſupponunt, eum, qui putauerit, Deum omnino negligere correptionem ac punitionem peccatorum; eo ipſo exiſtimare, Deum carere cognitione atque conſideratione peccatorum, aut eſſe peccatoribus ſimilem, quantum ad affectum malum: ex quibus defectibus & eorum ſingulis euidenter ſequitur, Deum non eſſe Deum. Aliunde tamen eſt certum de potentia abſoluta Deum phyſicè potuiſſe, nullum ſupplicium peccatoribus inferre.

17. Poſtremò, ſunt alia Scripturæ loca, quibus ex Dei iuſtitia & odio peccatorum, infertur, fore tandem aliquando, vt Deus iuſtos à ſuis perſecutoribus & tyrannis vindicet, & peccatorum pœnas exigat. Quod ſi conſequentia hæc eſt bona; non erit minùs bona conſequentia, quæ ducitur à contradictorio conſequentis ad contradictorium antecedentis hoc modo: Deus non vindicat iuſtos à ſuis perſecutoribus, & nunquam exigit debitas pœnas peccatorum, ergo Deus non eſt iuſtus, nec odio habet peccata. Vnde præterea ſequitur non eſſe Deum. Illa verò Scripturæ loca ſunt Iob caput 21. Pſalmus 72. Ieremiæ caput 12. & Habacuc cap.1. & 2. Hic diſcurſus corroboratur ex dictis præced. diſp.9. ſect.10.exemplo 17.

18. *Etiam qui negant electionem optimi, tenentur argumentum, ſoluere, ſi aliunde concedunt infallibilitatẽ moralem.* Tertiò conſiderandum eſt iterum, ac recolendum, omnibus Theologis (etiam ſi negauerint infallibilitatem optimi boni) neceſſitatem & onus incumbere ſoluendi argumentum, quod in ſect. præſenti nobis objicitur. Quoniam vt ſect.3. fundamento primo probatum eſt, apud omnes Sapientes, ſiue Theologos, ſiue Philoſophos ethnicos, notata ſunt quędam opera, quæ diuina voluntas infallibiliter eligeret, abſque vlla controuerſia. Quod ſi vel vnicum infallibilitatis exemplum admittas, in illo teneris ſoluere argumentum, inferens, Deum poſſe deſtruere ſeipſum, ſi phyſicè poteſt omittere quod eſt moraliter infallibile.

SECTIO VI.

Indigentiam, appetitum, inclinationem, inæqualitatem perfectionis in volitionibus diuinis, exagitant alia argumenta.

PRimum argumentum eſt, quia per infallibilitatem moralem creaturis Deus alligatur magis,& conſtituitur indigens illis; ita vt quamuis phyſicè potuerit Deus in æternum ſe continere à productione cuiuſlibet creaturæ: moraliter tamen non potuerit, perinde vt homines, quorum ferè omnes moraliter non poſſunt agere vitam ſine ludo, vel ſine amicorum colloquiis, vel abſque negotiis aut aliis occupationibus ruris, aut vrbis. Confirmatur primò teſtimoniis Scripturæ, Sanctorúmque Patrum, quæ ſupra diſput.8. ſection.4. poſuimus, quia nullius indigentiam, ſed omnimodam ſufficientiam Deo tribuunt tanquam certiſſimum fidei dogma. Confirmatur ſecundò, nam homo & Angelus indigent illis bonis, ad quæ infallibiliter inclinantur: ergo ſimiliter indigeret Deus optimis bonis, ſi ad illa infallibiliter inclinaretur. 1. *1. Confirmatio.* *2. Confirmatio.*

Reſp. Fateor, Deum fuiſſe quodammodo creaturis alligatum, quatenus illi non fuit moraliter poſſibile, ſe continere in æternum à productione creaturarum. Cæterum inde non infertur indigentia: quoniam illa infallibilis & abſolutè libera coniunctio creaturarum cum Deo, non prouenit ex perfectione creaturarum, nec ex vtilitate, vel aliquo fœlicitatis augmento, quod afferant Deo: ſed prouenit ex ſupereffluentia, & redundantia diuinæ bonitatis. Quemadmodum Dionyſius de diuinis nominib. cap.4.circa med. *Per abundantiam*, inquit, *amatiua virtutis extra ſe ipſum fit, trahitur, & depenitur* (quæ retulimus præceden.diſp 9.ſect.16.) Prouenit etiam ex neceſſario amore propriæ bonitatis infinitæ, propenſio ad efficaciter & liberè diligendas meliores & ſimiliores ſibi participationes illius,& quibus melius & magis multiplicatur extra ſeipſam diuina bonitas, vt cum S.Th. libro 1.contra Gen.cap.75.dicebamus diſput.9. ſect.16.ratione 1.confirmat.2. 2. *Dionyſius.*

Quin imo tantùm abeſt, ne moralis infallibilitas inferat indigentiam, vt potius applicata Deo contrarium indigentiæ probet euidenter. Quia ſi Deus indigentia propriè dicta creaturis egeret; non morali neceſſitate ſiue infallibilitate, ſed abſoluta & phyſica neceſſitate moueretur ad efficacem amorem & decretum illas producendi: ergo ſi morali tantum infallibilitate, cum phyſica & abſoluta libertate Deus ad creaturas producendas inclinatur; non indiget illis. 3. *Longiſſimè abeſt, vt in Deo infallibilitas moralis arguat indigentiam*

Fuit igitur prudentiſſima cautio, qua periculum iſtud declinauit Auguſtinus infallibilitatem ſimul cum non indigentia coniungens, lib.4.de Geneſ.ad liter.cap.16. circa med. & vtramque colligens ex verbis Geneſis 2. *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Peculiariter notentur illa verba: *Nullo, præter ſe, alio bono eget, qui bono, quod fecit non eget. Hæc eſt requies eius ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit. Quibus autem bonis* 4. *Geneſis 2.* *Auguſtinus.*

Digitized by Google

bonis laudabiliter non egéret, ſi nulla feciſſet? Nam etiam ſic dies poteſt,nullis egens bonis,non à factis in ſe ipſo requieſcendo , verum omnino nulla faciendo. Sed bona facere, ſi non poſſet,nulla eſſet potentia: ſi autem poſſet,nec faceret,magna eſſet inuidentia. Quia ergo eſt omnipotens & bonus , omnia valde bona fecit: quia verò ſe ipſo bono perfectè beatus eſt , à bonis,quæ fecit, in ſe ipſo requieuit, ea ſcilicet requie, à qua nunquam receſſit. Quod hic de inuidia tangitur,explicatum eſt diſp.9.ſect.17.

5. Secundum argumentum: Vbi nullus eſt appetitus naturalis alicuius boni,nulla eſt moralis infallibilitas illud efficaciter volendi: ſed Deo nullius boni creati appetitus naturalis ineſt,propriè loquendo; ſicut probatum eſt diſp.1.ſect.2. verſus finem: igitur ad nullum bonum creatum infallibiliter inclinatur.

1. Confirmatio.

Cõfirmatur primò,nam inclinatio quælibet eſt ad connaturale bonum: ideóq; ſi voluntati bonum aliquod non eſt magis connaturale,quàm eius oppoſitum; voluntas non magis inclinatur ad illud, quàm ad eius oppoſitum. Sed nullum bonum creatum eſt voluntati diuinæ magis connaturale,quam eius oppoſitum; ergo ad nullum inclinatur magis, quàm ad eius oppoſitum: & conſequenter ad nullum infallibiliter inclinatur.

6. Confirmatur ſecundò , nam Athanaſius , vel Theophil.in commentario ad illud Epheſ.1. *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ*,ait: *Dicet aliquis: Eſt ergo gloriæ cupidus Deus. Nequaquam: nam nullius indiga eſt Deitas.*

2. Confirmatio. Athanaſius.

7. Tertiò confirmatur,quia Triſmegiſtus in Pimandro cap.6. initio de Deo ſic loquitur: *Non enim cuiuſque rei indiget , vt illud poſſidendi libidine miſerè poſſideat & miſer ſit.* Ergo proprium eſt appetitus naturalis miſerè affligere appetentem.

3. Confirmatio. Triſmegiſtus.

4. Confirmatio.

Quartò,quia Deus æquè bene,& æquè fœliciter ſe habet,non poſſeſſo quolibet bono creato, ſicut eo poſſeſſo:ergo non magis inclinatur ad illius exiſtentiam & poſſeſſionem , quàm ad eius oppoſitum.

8. Quintò confirmatur ratiocinatione S. Thomæ in præſenti q.19.art.3.corp.ad finem & lib. 1.contra Gent.cap.81.& 82. *Quia non ex neceſſitate volumus ea,ſine quibus finis eſſe poteſt: cùm bonitas Dei ſit perfecta,& eſſe poſſit ſine aliis,cùm nihil ei perfectionis ex aliis accreſcat: ſequitur , quod alia à ſe eum velle non ſit neceſſarium abſolutè.* Nam inde præterea colligitur , neque ſecundùm quid neceſſarium,aut infallibile eſſe Deum efficaciter velle alia à ſe , licèt fuerint optima; quia neque ſecundùm quid neceſſaria ſunt ad perfectionem Dei; nec diuina bonitas cum illis habet vllam connexionem,etiam ſecundùm quid.

5. Confirmatio. S. Thomas. Non neceſſario amantur ea, ſine quibus finis inuentus obtineri poteſt.

9. Ad principale argumentum Reſp. Infallibilitas, ſeu moralis neceſſitas creatæ voluntati prouenit ex appetitu naturali propriè dicto:ſed Deo prouenit ex minùs propriè dicto appetitu naturali, videlicet, ex infinita perfectione diuinæ eſſentiæ , perfectiſſima comprehenſione cuiuſque boni per intellectum & perfectiſſimo propriæ bonitatis amore. Nam in his contineri naturalem & intrinſecam propenſionem ad bona creata, & maiorem propenſionem ad maiora bona; quoniam magis participant diuinam bonitatem , & magis decent infinitam ſapientiam & infinitum amorem ſummi boni.probatum eſt diſp.præced. ſect.16.& diſp.1.ſect.2.

10. Ad 1.Confirmationẽ Reſp. Melius opus creatum eſt magis cõnaturale diuinæ voluntati, non quaſi perficiens illam , vel aliquo modo conducens ad augmentum fœlicitatis; ſed quaſi Deo ſimilius,meliúſque participãs eius perfectionem; proindéque magis decens,congruum,dignum & honorificum Deo. Nam punire , & ad actiones peccatorum præbere generalem concurſum , eſt Deo quaſi coactum & violentum,& alienum ab eo: ſed miſereri, cumulare beneficiis, ad opera virtutis concurrere propriũ eſt Dei,& ideo connaturale,quia prouenit ab intrinſeco , nec indiget extrinſeco prouocante, ſicut indiget punitio vel concurſus ad actiones peccatorum: vt explicatum eſt fuſius diſp.9.ſect.15.

Quo pacto meliora bona creata magis ſit connaturale diuinæ voluntati?

Nunc autem ad hominem retorquetur argumentum,quoniam illi Theologi,qui Deo negant omninò appetitum optimi boni,ſub eodem contextu fatentur expreſsè , Deo conuenire naturalem appetitum ad ſuos interiores actus liberos, velut ad volitionem miſerendi. Quem appetitum probant Iſaiæ 30. *Expectat Dominus,vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur parcens vobis.* Quod ſi Deus naturaliter appetit ſuam interiorem ac liberam volitionem efficacem miſerendi , conſequens eſt,vt illam infallibiliter cõcipiat,ne ſuum appetitum naturalem cohibeat; quod ſi infallibiliter concipit volitionem hanc; infallibiliter etiam faciet exterius opus miſerendi. De hoc igitur appetitu ſolo , & de illius infallibilitate proponantur omnes præcedentes confirmationes eadem forma, vt ab earum authoribus ſoluãtur. 11.

Retorquetur ad hominem.

Ad ſecundã confirmationẽ Reſp. Athanaſius vel Theophil. ibi nõ tractat de appetitu naturali & inſito,ſed de cupiditate gloriæ,quæ ſit volitio elicita (nam & verba Pauli , quæ declarat, apertiſſimè tractant de libera & elicita volitione,qua Deus ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ prędeſtinatos dirigit in laudem gloriæ gratiæ ſuæ) cùm igitur ex his verbis Apoſtoli conſtet , & ſit de fide,volitione libera Deum de facto velle laudem & gloriam: euidenter ſequitur,ab Athanaſio neque negari volitionem hanc , neque negari appetitum inſitum & naturalem ad hanc volitionem, vt dixi. Reſtat igitur tantummodo negari cupiditatis affectum , prout verſatur circa rem vtilem aut neceſſariam habens pro ratione formali & motiuo primario neceſſitatem illam ſiue vtilitatem:quem Theologi vocant amorem concupiſcentiæ. Quem intellectum apertè monſtrauit ratio,quam reddidit: *Nullius indiga eſt Deitas.* 12.

Ad tertiam confirmationem Reſp.eodem ferè modo. Neque enim Triſmegiſtus negare potuit liberam volitionem poſſidendi res totius Mundi; vnde neque negare potuit naturalem appetitum ad hanc volitionem habendam;maximè quoniam miſeria , quæ comitatur libidinem poſſidendi,non ſequitur ex appetitu naturali,niſi quatenus erumpit in appetitum & volitionem elicitam. Quocirca ſi Deus non eſt miſer ex eo, quod elicita volitione poſſidere velit vniuerſa, quæ creauit: multo minùs eſt miſer ex eo,quod naturali appetitu propẽdeat ad hanc volitionem. Triſmegiſtus itaque negat libidinem,quæ ſignificat inordinatum affectũ, non ex ratione honeſtatis,ſed ex paſſione venientem. Hic eſt,qui ſupponeret indigentiam,& cauſaret miſeriam. 13.

Non Deus miſer eſt, ex eo quod propendeat appetitu naturali in bona à ſe creata.

Ad quartam confirm. Reſp. negando conſequentiam,quoniam(vt ſæpe diximus)maioris inclinationis ratio nõ eſt,vt Deus vllo modo ſuam perfectionem aut fœlicitatem augeat;ſed tantum maior ſimilitudo & melior participatio diuinæ

perfectionis,

perfectionis,& maior decentia,dignitas & rationabilitas obiectorum.

15. Ad quintam confirmationẽ. Conſequentia negatur. Quamuis enim creaturarum amor Deo non poſſit eſſe ſimpliciter neceſſarius,niſi diuina bonitas habeat connexionem cum creaturis ita ſimpliciter neceſſariam,vt non poſſit exiſtere niſi creaturis exiſtentibus:nihilominus eſſe poteſt infallibilis, & ſecundum quid neceſſarius amor creaturarum,licèt neq; ſecundũ quid neceſſariæ ſint ad perfectionem & fœlicitatem Dei,neq; diuina bonitas cum illis habeat vllam cõnexionem ſecundùm quid. Quoniam hęc infallibilitas prouenit potiſſimum ex infinita perfectione diuinæ eſſentiæ, & diuinæ ſcientiæ & amoris erga propriam bonitatem, reſpicit autem in obiectis meliorem participationem bonitatis,maiorémq; decentiam & rationabiliorem oſtenſionem attributorum.

16. Tertium argum. Nihil fingi poteſt,inquiunt,ratione cuius diuina voluntas intelligatur eſſe magis inclinata ad volendum vnum obiectum, potius,quàm eius oppoſitum. Nam hæc maior inclinatio non conſiſtit in volitione libera; ſi quidem eſt inclinatio ad ipſam volitionem liberam, ac ſubinde prior eſt volitione libera: nec inclinatio conſiſtit in voluntate Dei, prout eſt prior qualibet volitione libera. & præſcinditur ab illa: quia voluntas,vt ſic,nullam importat inclinationem,ſed tantum potentiam indifferentem, vt inclinetur liberè.

17. Reſp. Inclinatio minùs propriè dicta(quæ ſola conceditur in Deo ſupra diſp.1.ſect.2.) concipitur in voluntate diuina, prout præſcinditur à qualibet volitione libera; ſed non præſcinditur ab amore neceſſario ſui & creaturarum. Nam in amore neceſſario conſiſtit maioris inclinationis ad maius bonum,ratio duplex. Prima, quoniam diuina voluntas,etiam prout pręſcinditur à qualibet complacentia creaturarum poſſibilium, eſt optima voluntas,habens omnia bona optimè ſibi propoſita per optimam intellectionem, & neceſſariò diligens ſuam bonitatem: vnde inclinatur magis ad diligendas meliores participationes ſuæ perfectionis & ſibi magis congruentes atq; decentes. Secunda ratio eſt,quia diuinæ voluntati neceſſariò conuenit maior complacentia ſimplex melioris boni (prout colligitur ex dictis diſp.6.ſect.2.& ſequentibus) Complacentia verò maior eſt eſſentialiter ipſa maior inclinatio ad volitionem liberam: vt vidimus diſp.9.ſect.16. à princip. Denique prima & quaſi mediata totius inclinationis origo, vel quaſi radix, eſt entitatiua perfectio diuinæ eſſentiæ.

In amore neceſſario conſiſtit inclinatio maior

Prima ratio.

Secunda ratio.

18. Quartum argum. Quando plures volitiones ſunt æqualiter bonæ,nõ eſt maior ratio, propter quam optima voluntas inclinetur ad vnam volitionem potius quàm ad aliam: ſed omnes volitiones,quibus Deus creaturas amat,ſunt æqualiter bonæ ſiue creaturam perfectiſſimam & optimam,ſiue viliſſimam & imperfectiſſimam amet: ergo non eſt maior ratio, propter quam Dei voluntas inclinetur magis ad volendam creaturam perfectiſſimam quàm ad volendam creaturam imperfectiſſimam. Minor probatur,quia volitio creaturarum omnino nullam perfectionem accipit à creaturis, ſed totam haurit à ſuo obiecto formali, videlicet diuina bonitate. Alioqui Dei aliqua perfectio penderet à creaturis,vt vidimus diſp.3.ſect.1.& 2.

Confirmatur primò, quod enim eſt ſimpliciter infinitum, incapax eſt augmenti vel decrementi: ſed quælibet diuina volitio ſimpliciter eſt infinita: ergo eſt incapax augmenti,vel decremẽti;ſubindéque non poteſt eſſe magis perfecta & minùs perfecta. Secundò,quia ſi vna volitio foret aliqua ratione perfectior,quàm alia;maius gaudium afferret Deo;quod eſt abſurdum. Tertiò quia nec intenſiuè,nec extenſiuè vna volitio Dei eſt perfectior,quã alia;vt oſtendemus diſp.13.ſect.1.& 2. 19.

Confirmatio 1.

Cõfirmatio 2.

Cõfirmatio 3

Ad argumentum & omnes illius confirmationes reſpondeo Quamuis omnes volitiones diuinæ ſint æquales,quoad totã intrinſecã entitatem & perfectionem,vel potius omnes ſint eadẽ numero ſimpliciſſima volitio, (vt vidimus diſput.5. ſect.6.)proptereáq; ſint vnica ſimpliciſſima perfectio, per intellectum diſtributa in plures quaſi partes extenſionis materialis prorſus æquales quoad perfectionem intrinſecã: nihilominus diuinarum volitionum obiecta materialia ſunt inæqualia. Quorum inæqualitas ſufficit, vt diuina voluntas inclinetur magis ad vnum obiectum, quàm ad aliud. Volũtas enim ad volitionem non inclinatur, niſi quatenus inclinatur ad obiectum amplectẽdum per volitionem. Vnde ſi magis inclinatur ad obiectum; conſequens eſt, etiam ad volitionem illius magis inclinari. Eadem igitur ratione non poteſt vna volitio afferre Deo gaudium maius quoad intrinſecam entitatem, ſed tantum erit maius gaudium,quantum ad extrinſecam obiecti perfectionem maiorem.

Æqualitatẽ ſeruãt quoad intrinſecum diuinæ volitiones, non tamen quoad extrinſecum

Gaudium.

SECTIO VII.

De liberalitate Dei & gratia,non habente connexionem cum natura,quatuor argumenta.

PRimum. Si Deus morali neceſſitate determinatus eſſet ad faciendum optimum; ſequeretur,Dei beneficia in homines collata, multò minora eſſe,minúſq; digna gratiarum actione: quoniam forent minus gratuita, vtpote procedentia ex minori liberalitate ac beneuolentia & beneficentia. Sequela probatur,abſoluta quippe neceſſitas producendi creaturas, ſi daretur in Deo; prorſus excluderet rationem gratuiti & liberalis: ergo neceſſitas moralis producẽdi creaturas,aliquo modo minuit rationem gratuiti & liberalis. 1.

Beneficia à Deo collata multò eſſent minora.

Confirmatur primò, nihil enim eſt gratuitum & liberale,niſi quod eſt liberum: ergo quod eſt minùs liberum, eſt minus gratuitum & liberale. Foret autem minus libera collatio beneficij,quæ fuiſſet moraliter neceſſaria. Confirmatur ſecundò, quoniam admixta neceſſitas moralis efficit,vt gratuita liberalitas & beneficentia non ſit mera propter admixtum aliquid oppoſitum: ideòque non eſſet merè gratuita liberalitas vnionis hypoſtaticæ,Redemptionis,gratiæ iuſtificantis,& primæ gratiæ excitantis:quod eſt abſurdum. Tertiò, nam & ratio debiti deprimit rationem liberalitatis:foret autem aliqua ratio debiti,ſi Deus neceſſitate morali deberet ſibi velle,ſempérque facere quod eſt rationabilius. 2.

1 Confirmatio.

2 Confirmatio.

3 Confirmatio.

Quartò confirmatur,quia maior ratio gratias agendi, creaturas obligaret; ſi Deus non ſolùm phyſicè, ſed etiam moraliter potuiſſet nulla beneficia conferre. Quintò denique, quia Regis, qui regnum amiſſurus eſſet,niſi conferret beneficia, minor eſſet liberalitas, quàm ſi non eſſet amiſſurus: Deus autem, ſi morali neceſſitate determinatur ad conferenda beneficia, diuinitatem 3.

4. Confirmatio.

5. Confirmatio.

Digitized by Google

tatem amirteret, ſi beneficia non conferret.

4. Ad principale argum. Sequela negatur: & ad eius probationem ſimiliter negatur conſequentia. Quoniam neceſſitas moralis prouenit ex perfectiſſimo principio gratuiti & liberalis, qood eſt perfectiſſimus amor Dei erga ſe ipſum, vnde liberè procedit vehementiſſima charitas etiam erga creaturas rationales.

5. Ad primam confirmationē reſp. Propriè loquendo, magis liberum eſt, magiſque voluntarium, quod moralem infallibilitatem ſortitur non aliunde, quàm ex infinita ſcientia comprehendente diſcrimen inter bona maiora & minora, & ex infinito amore infinitæ bonitatis, cum ſimplici complacentia cuiuſlibet bonitatis createꝫ ſecundùm illius perfectionem. Conſequenter igitur beneficij collatio, quæ moralem neceſſitatem accipit tantum ex iſto capite, ſicut eſt magis voluntaria & libera, ſic etiam eſt magis liberalis & gratuita.

6. *Moralis neceſſitas liberalitatē eleuat ad gradum altiorē.* Ad 2. Confirm. Reſp. Moralis neceſſitas nihil obſtat, quo minus ſit mera gratuita liberalitas & beneficentia, quin potius eleuat illam ad altiorem gradum perfectionis intra lineam gratuitæ liberalitatis, triboens perfectiorem rationem voluntatij & liberi; ſicot nuper eſt dictum; alias verò perfectiones explicabūt ſequētes ſolutiones.

7. *Prima ſolutio. S. Thomas.* Ad 3. Confirm. Reſp. primò cum S. Thoma 2. 2. q. 117. art. 5. ad primum. *Liberalitas, etſi non attendat debitum legale, quod attendit iuſtitia; attendit tamen debitum quoddam morale, quod attenditur ex quadam ipſius decentia, non ex hoc, quod ſit alteri obligatus: vnde minimum habet de ratione debiti.* *Quale debitum in Deo.* Huiuſmodi verò debitum ſolum conuenit ſoli Deo. Solus enim ille nulli debet, niſi tantum ſibi liberalitatem ſibi congruentem exercere, Propterea tantum abeſt, ne debitum iſtud minoat perfectionem liberalitatis, vt potius ad peculiarem conſtitutionem ſummæ liberalitatis eſſentialiter requiratur. Rectè námque Caietanus in præſenti q. 19. art. 2. ad finem admonet, liberalitatem non minui, quamuis motiuum communicandi ſua bona, ſit, quia decet ipſum Deum. Etenim ita decet, vt oppoſitum non dedeceat, & communicando nihil propriæ vtilitatis acquirat, ſed nobis tantum conferat.

8. Hac ratione Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 8. longè poſt med. & cap. 9. à medio. Dei iuſtitiam non ſolum io præmio & pœna, ſed etiam in omnium rerum adminiſtratione conſtituit, eo quòd *Dionyſius.* *Omnibus tribuit propria ſecundum vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatē; & vniuſcuiuſq; naturā in proprio ſaluat ordine & virtute.* Quē ſequitur S. Thomas in ſequenti q. 21. art. 1. corp. & art. 4. corp. *Vbi iuſtitia eſt, & debitum.* Aſt vbi fulget aliqua ratio iuſtitiæ, reperitur etiā aliqua ratio debiti; quin potius primaria ratio iuſtitiæ eſt debitum condecētiæ, prout diuinam ſapientiam bonitatem & potentiam decet, & conueniens eſt. Quod egregiè declarat S. Thomas eadem q. 21. art. 1. ad 3. & art. 4. corp. & ad 4. Deboiſſe tandem facere non aliod, nec aliter, quàm fecit Deus, docent Proſper & Lactantius locis, quæ retulimus diſp. præced. ſect. 5. verſus finem. Frequentius autem & rigidius hoc dicit Anſelmus, cuius varia teſtimonia declarauimus eadem diſp. 9. ſect. 6. iuxta debitum decentię rationabilioris, & quod caput eſt Paulus Hebræ. 6. iuſtitiam Dei allegans ad reuiuiſcentiam meritorum, eo ipſo dicit aliquod debitum, vt vidimus ſect. 5. longè poſt med. Denique debitum iſtud non in Deo propriè, ſed in rebus creatis eſſe, videbimus diſp. 56.

Secunda ſolutio eiuſdē confirmationis ſit doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 117. art. 5. ad 3. & articulō 6. ad primum. *Datio diuina prouenit ex eo, quod amat homines, quibus dat, nō autē ex eo, quod afficiatur ad ea, quæ dat: & ideo magis videtur pertinere ad charitatem, quā ad liberalitatem.* 9. *S. Thomas. Liberalitatis motiuum in Deo.* At verò ſibi ſoli debere Deum, & propter ſe ipſum infallibiliter affici creaturarum amore, non minuit rationem charitatis, ac ſubinde non minuit propriiſſimam rationem beneficij, quæ reperitur in Deo. Sed de liberalitate diuina dicemus infra diſp. 55. ſect. 2.

Quartæ confirmationis antecedens eſt falſum, 10.
quod ſi verum foret; ſequeretur, maiorem rationem agendi gratias oriri ex eo, quod benefactor beneficia conferat cum defectu liberalitatis, nimirum cum dolore conferendi, & ſine delectatione dandi: ac ſine habitu virtutis. At verò perfectè liberalis *dabit cum voluptate, & ſine vllo dolore; id enim, quod per virtutē efficitur, afficit voluptate, &c.* *Ariſtoteles.* vt Philoſophus ait lib. 4. Ethicor. cap. 1. non multum à principio. Sequeretur etiam ex eodem antecedenti, nos omnes debere minùs humanitati Chriſti D. Beatiſſimæ Virgini & Apoſtolis, *Prima ſequela ex oppoſito.* quoniam infallibiliter inclinabantur ad conferenda nobis beneficia. Propter eandem quoque rationem filij deberent minus illis parētibus, qui *Secunda ſequela.* propenſiori affectu vehementius afficiuntur ad eorum fœlicitatem procurandam: plus autē deberent illis parentibus quos parùm aut nihil ſollicitat ea cura. Contra verò Patres ſentiūt, quando nos ad redamādum ardentius & maiores gratias agendas vrgent ex eo, quod diuina bonitas, quaſi extaſim paſſa, non potuerit ſe continere: vt ſæpe retulimus ex Dionyſio.

Ad 5. confirmat. Primaria ſolutio conſtat ex 11. *Inter humanum Regem & diuinum gubernatorē notandum diſcrimen.*
dictis ſupra ſect. 5. ad 1. qua ſuppoſita ſolū reſtat oſtendere rationem diſparitatis in eo ſimili. Terrenum quippe Regem in eo caſu ad conferenda beneficia moueret amor ac deſiderium ſeruandi, & timor amittendi regnum; qui affectus vterque pertinet ad concupiſcentiam propriæ vtilitatis. Deum autem ad producendū illud bonum, quod eſt melius & rationabilius, nō mouet timor amittendi, nec amor conſeruandi ſuam diuinitatem, aut ſupremum dominium; ſed mouet amor, quo ſuam bonitatem neceſſariò amat, cum neceſſaria complacentia ſimplici creaturarum poſſibilium. Quem amorem conſequitur infallibiliter propenſio maior ad maiora bona, magis ſimilia meliùſque participantia ſuam bonitatem.

Secundum argum. Communicatio gratiæ eſt 12.
optimum opus Dei: ſed non eſt infallibilis communicatio gratiæ: ergo non eſt infallibile, Deum eſſe voliturum atque facturum opus, quod eſt optimum. Minor probatur, quia non eſt infallibilis connexio inter ordinem gratiæ & ordinem naturæ; ergo non eſt infallibile gratiam eſſe communicandam naturæ.

Reſp. Diſtinguendo connexionē ordinis gra- 13.
tiæ cum ordine naturæ. Nulla quippe connexio, *Connexio inter ordinem gratiæ & ordinem naturæ.* non modo infallibilis, ſed neq; probabilis eſt, quę proueniat ex meritis & exigentia naturæ, vel ex viribus aut diſpoſitione vel alia quauis ratione, quam ex ſe habeat ipſa natura. Cæterum ex infinita Dei Charitate, miſericordiaque propenſiſſima ad communicanda ſua dona, connexio eſt infallibilis inter ordinem gratiæ, ratione cuius infallibiliter ſit communicanda naturæ.

Sed hæc

Digitized by Google

Sed hæc infallibilitas rebus naturalibus eſt merè extrinſeca, ſoli Deo intrinſeca: reſpicit autem nullam omnino naturam in ſingulari & determinatè, ſed tantùm aliquam vagè. Fuit enim non modò phyſicè, ſed etiam moraliter poſſibile quamlibet perſonam creatam, & quamlibet naturam prorſus deſtituere communicatione gratiæ.

14. Tertium argumentum, quia non eſt moraliter infallibile gratiam eſſe tribuendam facienti quod in ſe eſt ex viribus naturæ: Sed melius eſſet gratiam tribuere facienti quod in ſe eſt ex viribus naturæ: ergo non eſt infallibile Deum velle & facere ſemper quod melius eſt. Reſp. Siue faciat quod in ſe eſt ex viribus naturæ, ſiue facere negligat, eſt infallibile tribuendam eſſe cuilibet adulto gratiam aliquam excitantem ſaltem remotè & imperfectè, virtute cuius poſſit vlteriores gratias vſque ad iuſtificantem obtinere, ſi voluerit illis diligenter cooperari. Quapropter ex eo, quòd homo faciat quod in ſe eſt per ſolas vires naturæ, nulla cauſa, nec diſpoſitio, nec ratio datur, ad recipiendam gratiam, quantumcunque minimam (quod fuſius probatum eſt in peculiari libro de iuſtificationis exordio diſp. 9. & Deo dante dicemus de prædeſtinationis initio tractantes) Gratia tamen efficax nemini tribuitur infallibiliter, ſiue faciat quod in ſe eſt per ſolas vires naturæ, ſiue negligat hoc facere. Melioris autem & rationabilioris gubernationis eſt vterque ordo diſtribuendi gratiam: cuius rationes exponimus in libro citato.

Solutio.

Gratia efficax nemini tribuitur infallibiliter.

15. Quartum argumentum. Si Deus vellet infallibiliter optimum; ſequeretur, Philoſophos, ſolo naturalis rationis lumine ductos, potuiſſe per moralem euidentiam cognoſcere myſterium Incarnationis, gratiam iuſtificantem, viſionem beatificam, cum cæteris omnibus entibus ſupernaturalibus, non ſolùm eſſe poſſibilia, ſed etiam actualiter à Deo volita fuiſſe atque producta; quoniam illa producere eſt optimum.

16. Reſp. negando ſequelam. Solum quippe naturæ lumen, quantumcumque perſpicax, acutum, & philoſophiæ ſplendore illuſtratum, non eſt ſufficiens, vt poſſibilitas Incarnationis, aut aliorum entium ſupernaturalium, cognoſcatur. Præterea quamuis eorum poſſibilitas cognoſceretur euidenter, & ſciretur, illa entia, ſecundùm ſe multò perfectiora eſſe rebus naturalibus: adhuc naturalis rationis lumen, deſtitutum illuſtratione fidei, dubitare deberet, vtrùm omnibus penſatis, eſſet rationabilius & magis deceret diuinam ſapientiam, bonitatem, & potentiam illa ſupernaturalia dona communicare humano generi, per ſe quidem ſatis indigno, ſed maiorem indignitatem & impedimenta cumulanti per ſcelera grauiſſima, propter quæ videretur eſſe rationabilius æterno ſupplicio damnare.

17. Quod autem nihil amplius, quam iſtud, aſſequi potuiſſet ſola ratio naturalis, colligitur ex offenſione, ſcandalo, & irriſione, quibus Philoſophi, & Iudæi proſequebantur Euangelicam doctrinam, quoniam proponit, Deum hominem factum & crucifixum. Imo multi Theologi exiſtimant, quod rationabilius foret, Deum non incarnari, ſi homo non peccaret.

18. Confirmatur, quia rationabilitas & decentia maior conſurgit ex proportione ad vniuerſa Dei opera, præterita, præſentia & futura (vt vidimus diſp. 9. ſect. 1. dicto 3.) Talis autem proportio tot atque tam diſtantium extremorum, nulla probabilitate poteſt inueſtigari ſolo naturæ lumine: quippe quod neque minima ſuſpicione poteſt oſtendere, quid Deus fecerit, & factum occultauerit hominibus, quid deinceps facturus ſit, quid homines facturi ſint liberè, Deo vel impellente, vel permittente. Nunc verò quibus fides illuxit, etiam naturalis ratio perſuadet, ſupernaturalia myſteria magis congruere rationi rectæ, magiſque decere ſapientiam, bonitatem & potentiam infinitam, vt inde *credibilia facta ſint nimis*: de quo plura diſp. 9. ſect. 11.

SECTIO VIII.

Poſtremum argumentum de multis operibus, quæ numquam fient, licèt optima videantur.

OBiicit contraria ſententia multiplex ac varium genus operum, quod foret optimum, ſed nunquam fiet. Singulis autem reſpondebibus ſigillatim. Primum eſt Angelorum vel animarum rationalium infinita multitudo. Reſp. Si fortè poſſibilis eſt illa multitudo; non eſt rationabilior, nec expedit ad bonum regimen vniuerſi, prout diſput. 9. ſect. 2. notauimus. Secundum exemplum eſt infinita intenſio gratiæ ac gloriæ. Reſp. impoſſibilem eſſe talem infinitatem, vt probauimus 2. 2. de charitate tractantes diſp. 9. & de viſione beatifica tractantes 1. part. quæſt. 12. art. 7. 1.

Primum argumentum. *Eius ſolutio.*

Secundũ argumentum. *Eius ſolutio.*

Tertium exemplum eſt rationale animal, quod eſſet eſſentialiter perfectius homine, vel quod ab intrinſeco foret incorruptibile: vel animal irrationale, quod ab intrinſeco foret incorruptibile. Reſp. Tria hæc animalia ſunt impoſſibilia; ſicut probari poteſt phyſica ratione, deſumpta ex diſpoſitionibus; quæ requiruntur in organis exteriorum ſenſuum, & in phantaſia, quæ deſeruit intellectui rationali, quamdiu corpori manet vnitus. Verumtamen data poſſibilitate prædictorum animalium, nihil infertur contra veritatem, quam defendimus. Si quidem libenter admittimus, eſſe poſſibiles aliquas perfectiores rerum ſpecies, quæ de facto creatæ non ſunt: cæterùm in exceſſu prædictarum perfectionum itur in infinitum, quia qualibet ſpecie data, poſſibilis eſt alia perfectior: & conſequenter in illis nullum eſt optimum opus iuxta dicta diſp. 9. ſect. 2. 2.

Tertium argumentum.

Eius ſolutio

His adde rationem aliam, propter quam animal incorruptibile atque irrationale producere in hoc vniuerſo, foret minùs perfecta, minúſque rationabilis prouidentia; quoniam hominibus, & cæteris animantibus nocere potuiſſet plurimum, aut ſaltem prodeſſe nihil ad cibum nec ad laborem aut onera: nullius quippe doloris eſſet capax, ſi foret incorruptibile; nulloque cibo vel alia commoditate indigeret; ideoque nihil eſſet, quo ſubiugari, vel allici, aut cicurari potuiſſet. Eiuſmodi ſunt alia multa quæ huic exemplo accumulantur, quæ vel impoſſibilia ſunt etiam ſupernaturaliter; vel ſaltem inutilia ſunt & commoda gubernationi vniuerſi, quia nullum connexionis ordinem 3.

Vel inutile, vel nociuum eſſet reliquis incorruptibile animal.

cum cæteris illius partibus habere poſſent.

4. *Quartũ argumentum.* *Soluitur.*

Quartum exemplum. Melius fuiſſet inquiunt, tres perſonas diuinas hypoſtaticè vniri tribus naturis intellectualibus. Quo nihil euidentius eſſe iactant. Reſp. Licèt entitatiuè melius opus foret hypoſtatica vnio trium perſonarum: abſolutè tamen foret minùs rationabile, minúſque bonum comparatione totius vniuerſi. Quemadmodum enim vnico animali melius eſt vnicum caput, quàm triplex, maximè verò ſi caput illud ſit ſufficientiſſimum ad omnia munera capitis præſtanda quibuſlibet membris: Sic in ordine ad vnicam Eccleſiam, & vnicum mundum, melius eſt vnicam naturam aſſumi ab vnica perſona diuina, quæ conſtituatur vnicum caput; maximè cùm iſtud ſit infinitæ virtutis, vt influat in omnia membra, nec maior virtus influendi poſſet addi per alias naturas hypoſtaticè vnitas aliis perſonis. Propterea quamuis tres perſonæ, ſubſiſtentes in tribus naturis aſſumptis, non impedirent ſe inuicem: adhuc ſuperfluerent ad ordinem vniuerſi. Deinde verò duæ vniones hypoſtaticæ, duæque naturæ aſſumptæ non haberent inter ſe conuenientem ordinem, quem in omnibus Dei operibus ſeruari S. Thomas ſupponit vt certum, quando ratione probat vnitatem mundi ſuprà ſect. 1. initio.

In ordine ad vniuerſum melius eſt vnicam naturã humanam ab vna perſona diuina, quam triplicem à tribus perſonis aſſumi.

5. *In rebus gratuitis conuenientior eſt raritas.*

Accedit alia ratio, quoniam in rebus perfectiſſimis & ſummopere gratuitis, qualis eſt vnio hypoſtatica, rationabilior & conuenientior eſt raritas, aut ſingularitas: multiplicitas autem & effuſio totius communicationis, quæ poſſibilis eſt de potentia abſoluta, minus rationabilis, ac minùs conueniens eſt, maximè quando fit abſque neceſſitate. Hoc ſupponunt omnes, qui defendunt, quod Deus non incarnaretur, ſi non peccaret Adamus: exiſtimant enim, eo caſu rationabilius & conuenientius eſſe non incarnati, quoniam ceſſaret præcipua neceſſitas Incarnationis. Denique prudentiores principes exiſtimant, beneuolentiæ & humanitatis officia quædam eximia, conuenientius eſſe rarius exhiberi.

6. *Quintũ argumentum.* *Reſpondetur.*

Quintum eſt præcedentis appendix. Aſſerunt enim, fuiſſe melius tres perſonas diuinas ſimul aſſumere eandem numero naturam humanam. Verùm hoc eandem ferè ſolutionem habet, quam præcedens. Vnica namque perſona totam dignitatem Trinitatis, totúmque redemptionis fructum præſtat cumulatiſſimè. Nam *in ipſo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.* Aliunde verò multi fructus Incarnationis impedirentur aut minùs commodè colligerentur; ſi tres perſonæ ſimul aſſumpſiſſent eandem humanitatem. Hoc enim non iuuaret, ſed aliquomodo impediret humanam ruditatem, ne per Incarnationem veniret in cognitionem diſtinctionis realis trium perſonarum diuinarum. Nec id eſſet opportunum, vt ille homo nos doceret, ſui principium per generationem eſſe Patrem, & ab illo ſe accepiſſe omnia, ab illo miſſum eſſe, ab illo veniſſe, & ad eum redire; nec vt nos doceret circum inseſſionem trium perſonarum, per quam Pater eſt in Filio & Spiritu ſancto, & Filius viciſſim in Patre & Spiritu ſancto, atque Spiritus ſanctus in vtróque.

Si tres diuinæ Perſonæ eandem humanitatem aſſumpſiſſent, Incarnationis fructus impediretur.

7. Nec eſſet ita oportunum ad ſignificandam diſtinctionem offerentis ſatisfactionem ab eo, cui debetur, & à quo recipitur ſatisfactio; nec ad docendam obedientiam & ſubiectionem & orationem, quam toties docuit Chriſtus Dominus erga Patrem, nec ita conueniens eſſet, vt ille homo, qui eſſet etiam Spiritus ſanctus, recederet ad mittendum Spiritum ſanctum. Eiuſmodi plures aliæ conuenientiæ tollerentur per vnionem trium perſonarum. Quibus omnibus addi poſſunt rationes, propter quas minùs conueniens erat Patrem vel Spiritum ſanctum eſſe Redemptorem: ac multò conuenientius fuit, Filium incarnari & redimere, quas Patres communiter aſſignant, & videri poſſunt apud Magiſtrum & Scholaſticos lib. 3. ſentent. diſt. 1. S. Thomam & eius expoſitores 3. part. quæſt. 3. art. 8.

8. *Sextum argumentum* *Diluitur.*

Sextum exemplum addunt vnionis hypoſtaticæ alicuius perſonæ diuinæ cum Angelica natura, quæ foret melior, quàm eius negatio, ſed tamen facta non eſt. Reſp. licèt entitatiuè foret perfectior Angelica natura hypoſtaticè vnita, quàm humana: fuiſſet tamen multò minus conueniens & rationabilis ea vnio. Quia vel aſſumenda ſimul foret humanitas, vel non. Si foret aſſumenda ſimul humanitas ab alia perſona diuina, vel ab eadem; recurrunt inconuenientia plurium capitum, quæ ponderata ſunt ad quartum exemplum. Si verò ſola natura angelica foret aſſumenda: hoc non eſſet conueniens ad docendos homines, & ſubeundam crucem pro illis. Angelos autem redimere non ita expediens & rationabile fuit iuxta communem doctrinam Patrum, de qua videri poſſunt S. Thomas & eius expoſitores 3. part. quæſt. 4. art. 1.

9. *Septimũ argumentum.* *Cõfirmatur.*

Septimum. Homines in gratia confirmari, melius eſſet quam abſque confirmatione relinqui. Nam, vt Auguſtinus docet lib. 3. de libero arbit. cap. 5. & lib. 11. de Geneſi ad literam c. 6, & ſequentibus, creatura, quæ perſeuerantiſſima voluntate non peccat, nec peccare poteſt, melior eſt, quàm illa, quæ peccare poteſt. Confirmatur, quia ſi non omnes homines, ſaltem multò plures in gratia confirmari, melius erat; & pauciores homines dimitti ſub periculo peccandi.

10. *Soluitur*

Reſp. Homines in gratia confirmari melius eſt, quantum ad entitatem operis ex genere, præſcindendo ab ordine ad vniuerſum: nihilominus in ordine ad totam ſeriem diuinorum operum, & attentis rerum naturis, & ſuauitate diuinæ prouidentiæ, rationabilius & melius eſt, multò plures homines in mundo relinqui ſub periculo & poſſibilitate peccandi. Quin etiam (excepta Beatiſſ. ſemper Virgine, & Ioanne Baptiſta) cunctos homines prius carere confirmatione in gratia, & poſtea confirmari, rationabilius fuit & conuenientius, vt ex profeſſo probant Auguſtinus & alij Theologi, citati diſp. 9. ſect. 1. poſt dictum 3. Ad idem autem faciunt rationes melioris boni, propter quas fuit rationabilius permittere mala; de quibus diximus diſp. 9. ſect. 11. à medio: præterea rationes melioris boni, propter quas Deus creauit homines & Angelos, quos ſciebat eſſe damnandos: de quibus tractant Patres citati diſp. 9. ſect. 12. exemplo ſeptimo; deinde rationes, propter quas fuit rationabilius tot ſæculis differri aduentum Redemptoris, de quibus teſtimonia Patrum poſuimus præced. tomo de Scientia Dei diſp. 66. ſect. 2. & diximus aliquid præced. diſp. 9. ſect. 8. exemplo 3.

11. Breuiter autem iudicando potius, quàm exponendo

Digitized by Google

ponendo, rationes, propter quas non fuit rationabilius & conuenientius plures homines in gratia confirmari, quæ ſequuntur ita poſſunt enumerari. *Prima ratio quare non oportuerit plures in gratia confirmari.* Prima ratio fuit, quoniam originalis peccati, & negligenter cuſtoditæ Iuſtitiæ originalis, maximè proportionata pœna fuit fragilitas, infirmitas & periculum peccandi; vt per quæ peccauit in capite tota natura, per hæc puniretur etiam ferè tota, patiens deſtitutionem fortitudinis, quam contempſit.

12. *2. Ratio.* *3. Ratio.* Secunda ratio, conformitas maior ad naturales vires hominum, ex ſe debiliſſimas ad bonum. Tertia, maior oſtenſio neceſſitatis gratiæ, profundius deiiciens iactantiam & fiduciam in viribus naturæ. *4. Ratio.* Quarta, *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei.* 2. Corint. cap. 4. *5. Ratio.* Quinta, prauorum & infidelium hominum maior multitudo prærequiritur, ac præſupponitur ad perſecutiones & martyria Sanctorum, & ad alias difficultates virtutis, & ad eam maximè, quæ conſurgit ex ſingularitate quam multoties compelluntur tenere, videntes, totam fere communitatem hominum ſuis ſtudiis imo quandoque ſuæ fidei eſſe contrariam; ſicut Noë contigit & Abrahamo & multis Catholicis inter hæreticos vel idololatras, vel inter homines mũdanos, licèt Chriſtianos. Quæ laus heroïcæ virtutis commendatur Exodi 23. *Exodi 23.* *Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero devies.* Inde commendatur eximia conſtantia Ioſue & Caleb, Numerorum 13. & 14 & Eccleſiaſtici 46. necnon perſeuerantia Tobiæ cap. 1. Iudith. cap. 7. & aliorum tam in Veteri quàm in Nouo teſtamento.

13. *6. Ratio.* Sexta demum ratio ſit congruentia cum ſtatu viatorum. Huic enim ſuppoſita natura voluntatis creatæ, magis congruit, ac magis conueniens, ſiue proportionatus eſt prouidentiæ modus, relinquens poteſtatem peccandi. Nam illud excellentiſſimum priuilegium confirmationis in gratia, proximè accedit ad ſtatum termini, proptereáque pauciſſimis viatoribus illud concedere, fuit rationabilius.

14. *Sextum argumentum.* Sextum exemplum diuerſimodè obiicitur à diuerſis, Alij námque dicunt; Melius eſſet omnes homines & omnes Angelos attingere perfectiſſimum gradum fœlicitatis & æternæ ſalutis. Alij magis temperant iudicium, dicentes: Melius foret pauciores homines & Angelos reprobari; plures autem prædeſtinari.

15. *Soluitur & efficaciter cõfutatur 1.* Huius non modò ſolutio, ſed etiam efficax confutatio facilè conſtare poterat ex præcedentibus allegationibus. Primò, quia Patres omnes, aduerſus blaſphemos hæreticos defendentes, fuiſſe melius & rationabilius Incarnationem & redemptionem differri vſque ad conſummationem ſæculorum, & omnes homines concludi prius ſub peccato, vt Deus omnium miſereatur, & fuiſſe rationabilius permittere peccatum Angelorum, Adami, & alia peccata, nec vlla permitti, niſi propter maiora bona; fuiſſéque rationabilius creari homines & Angelos, quos Deus præcognouerat eſſe damnandos, omnes inquam, Patres, qui hæc conſtanter defendunt, eo ipſo teſtantur, non fuiſſe melius & rationabilius prædeſtinari omnes homines, imò nec prædeſtinari plures, quàm de facto prædeſtinantur.

16. *2. Confutatur.* Secundò, Si forent omnes prædeſtinati, non ita perfectè Deus oſtendiſſet attributa ſua, nec tanto ſplẽdore luceret miſericordia collata prædeſtinatis; de quibus Apoſtolus Roman 9. *Reman, 9.* *Quod ſi Deus, volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.*

17. *3 Vrgentius confutatur.* Tertiò preſſius vrgendo prædictas & alias rationes, contraria ſententia conuincitur falſitatis & inconſtantiæ. Quia ſi Deus neminem creauiſſet eorum hominum & Angelorum, quos præſciebat eſſe conditionaliter damnandos, ſi crearentur: eo caſu omnes homines & omnes Angeli de facto creati perueniſſent ad ſupremum gradum fœlicitatis æternæ: nihilominus omiſſio creationis aliorum hominum & Angelorum non eſſet melior; vt eſt concors & expreſſa ſententia Patrum & Scholaſticorum locis adductis diſp. 9. ſect. 12.

18. *Praeoccupatur ſolutio.* Si verò reſpondeas; Melius fuiſſet omnes eſſe creatos, qui de facto creati ſunt, & omnes etiam peruenire ad æternam fœlicitatem: peto rurſus, vtrùm velis ſimul cum illis creati alios homines reprobandos, qui de facto creati non ſunt. Quia ſi velis hoc, ibitur in infinitum, & numquam dabitur optimum: eadem quippe ratione tunc alter diceret eſſe melius, vt omnes in eo caſu creati prædeſtinarentur. Si verò nolis alios homines creari, qui reprobentur; ceſſant vtilitates eximiæ, quas Deus ex reprobis colligit ad virtutem & gloriam prædeſtinatorum, de quibus aliquid diximus ad præcedens exemplum.

19. *4. Refutatur.* Vnde refutatur quartò, quoniam in multitudine prædeſtinatorum, abſolutè loquendo, non eſt poſſibile optimum, quia quacunque multitudine data, poſſibilis eſt alia maior, infinitam verò multitudinem produci foret minùs rationabile (ſicut oſtendimus diſp. 9. ſect. 1. & 2.) Dabitur autem fortaſſis optimum proportione atque ordine ad tale corpus Eccleſiæ triumphantis conſtituendum ex tanto, nec maiori, nec minori numero prædeſtinatorum ſimul conſiderata magnitudine capitis, quod eſt Chriſtus Dominus & conſiderata varietate membrorum, & propriis gradibus & muneribus illorum.

20. *5 Refutatur.* Quintò refutatur, quia ſiue poſſibile, ſiue impoſſibile ſit optimum in multitudine prædeſtinatorum; adhuc ſuppoſito certo ac definito numero perſonarum, quem liberè Deus elegerit ad gloriam: melior prouidentiæ modus fuit, ad eorum prædeſtinationem ſuauius exequendam, ſimul creare alios homines reprobandos, vt eſſent progenitores eorum, conditores ciuitatum, legiſlatores, artium inuentores; ac potiſſimum vt mille modis augerent virtutem & gloriam prædeſtinatorum, illis ſubtrahendo vitiorum materiam, fomites & occaſiones, miniſtrando ſimul quàm plurimas opportunitates exercendæ virtutis atque conſtantiæ.

21. *Auguſtinus.* Fuit tandem rationabilius & melius, *Vt ipſa reiectorum multitudine oſtenderetur, quod nullius momenti ſit apud Deum iuſtum quamlibet numeroſitas iuſtiſſimè damnatorum.* vt loquitur Auguſtinus lib. 21. de Ciuit. cap. 12. & epiſtola 157. ad Optatum & Beda Roman. 9. ad illud: *Quod ſi Deus, volens oſtendere iram.* Quas & alias rationes olim fuſius tractatas 1. part. quæſt. 23. dabimus in tomo de prædeſtinatione, ſi Dominus illuc peruenire conceſſerit.

* * *

DISPVTATIO XI.

Vtrùm volitio libera ſit realis perfectio, intrinſeca Deo.

SECTIO I.

Sine metaphora, verè & propriè Deo conuenit libera volitio efficax.

1. *Difficultas pes tractada.* RÉs in hac & duabus ſequentibos diſputat. ttactanda, ſupet omnia, quæ oatutalis ratio demonſtrat, inexplicabilis, ſapientiſſimos quoſque compellit, ſuam ignorantiam & tarditatem agnoſcere. Nullius enim animus tranquilla pace quieſcit ſolutionibus huc vſque inuentis, nec aliis ſe ſatisfeciſſe putat, qui nec ſibi ſatisfecerit. Quamobrem ea tantùm prudenriæ pars nobis dcber ante oculos obſeruati, ne minores, iamque notas & tritas difficultates, vel inconuenientia deuitantes, incautè deuoluamur ad maiora pericula: cum in negotio præſenri nulla ſit via declinandi, quio aliqua duta difficiliáque deuorentur.

2. *1. Opinio. Effica. em voluntatem ſolum per metapherā concedunt in Deo.* Prima ſententia dicit, efficaeem volitionem eteaturarum (quæ ſola eſt libera in Deo) non eſſe in ipſo propriè, ſed metaphoricè: nam propriè in Deo eſt ſolummodo neceſſaria complacentia ereatorarum. Quaptoptet, ait, volontas efficax Dei eſt ſolummodo eſſentia, & volitio neceſſaria in recto, addito conniotato extrinſeco, videlicet, creaturis. Vnde conſequens eſt, vt quando Deus ad extra producit ereaturas, dicatur eas velle; quando non producit, dicatur nolle, non quia Dei volitio aliter ſe habeat, ſed quoniam res producta ſe habet alitet. Motdicus itáque defendit Dei voluntatem pet nullum intrinſecum velle, atque adeo per nihil omnino intrinſecum Deo determinari ad ptoducendum exterius, ſed ſola voluntare complacenriæ producere, licèt illa ſit indifferens; ptoinde ſe habere Deum, ſicut ſe haberet ignis ad comburendam ſtupam ſibi etiam applicatam, ſi poteſtatem haberet, eam comburendi, & non comburendi.

3. Sententiam hanc ſæpe repetit Aureolus lib. 1. ſentent. præſertim diſtinct. 40. art. 1. propoſ. 1. & 2. & diſtinct. 46. art. 2. propoſir. 2. & 3. & diſtinct. 47. quæſtion. 1. artic. 1. §. *ex præmiſſis.* & propoſit. 3. & ſequentibus. & artic. 2. Significauit eaodem Altiſiodoren. lib. 1. ſentent. cap. 13. col. 1. Plurimum ei fauet Vaſquez 1. part. diſp. 80. cap. 2. nom. 8. & Arrubal. diſp. 54. cap. 3. Sed Herice diſput. 16. de voluntat. cap. 9. 10. 11. & 12. temperatam prius, & explicatam defendit.

4. *Quo fundamento prædicta ſententia fundamenta nitantur.* Omnia argumenta, quæ poſſunt pro hac ſententia proponi, volountur in præcipuo controuerſiæ cardine, videlicet, hæc duo conciliandi: Primum eſt, liberam volitionem potuiſſe non eſſe. Secundum eſt, nihil diuinum & increatum potuiſſe non eſſe. Quæ comitantur alia duo, videlicet volitionem Dei eſſe perfectiooem; at verò nullam perfectionem Dei potuiſſe non exiſtere.

5. *2. Opinio.* Magna ex parte cum præcedenti concordat ſecunda ſeotentia, diuerſo tamen fundamento ſubnixa: putat enim, Dei voluntatem nullo modo diſtingui ab eſſeutia; & conſequenter eodem modo eſſentia diuina cauſat contingenter effectus, ſicut eos cauſat voluntas, nec eſt in Deo aliqua volitio præcedens actum productionis ad extra, ſed quidquid eſt in Deo omnibus modis, vel eſt eſſentia, vel perſona, vel relatio, ita docer Ochamus 1. diſtinct. 45. quæſt. vnica & diſt. 46. quæſt. vnica. Gabriel autem in eiſdem diſtinctionibus ſui doctoris Ocbami ſententiam, quaotum ad hoc, non aſſetit expreſſè; videtur aotem eam ſupponere diſtinct. 46. qoæſt. vnica ſub init.

Tribuitur eadem ſeotentia Lycheto, & aliis Nominalibus & Scotiſtis lib. 1. ſent. diſt. 45. Aduerſus id, quod habet peculiare ſecunda ſententia nihil opus eſt in præſenti dicere; quoniam ratione ratiocinata diſtinctum eſſe ab eſſentia Dei amotem neceſſarium probatum eſt ſupra diſp. 1. ſect. 3. Peculiariter autem amorem liberum eſſe ratione ratiocinata diſtinctum ab amore neceſſariò & ab eſſentia, oſtendemus diſp. 13. ſect. 2. 6.

Nunc igitur aduerſus vtrámque ſententiam, quantum ad id, quod haber commune, ſit concluſio prima. Sine metaphora, verè & propriè Deo conuenit libera volitio efficax, qua verè ac realiter voluerit creare tales res; cùm tamen potuerit voluiſſe nunquam creare illas: & verè ac realiter voluit alias res ounquam creare: cùm tamen potuerit voluiſſe ereare illas. 7. *Concluſ. 1.*

Hæc concluſio non poteſt ſioe errore negari. Nam Scripturarum & Patrum aothoritate, rationéque demonſtratur, Deo conuenire volitionem efficacem creandi ſupra diſp. 5. ſect. 2. Rurſus haoc volitionem eſſe propriè ac verè liberam, demonſtratum eſt tota diſp. 7. & 8. præcipuè verò diſp. 7. ſect. 1. 2. & 3. Quod ipſum manebit abundaorius confirmatum probationibus ſequentis cooclusionis, atque aliis adducendis in ſectionibus ſequentibus. 8.

Confirmatur primò, quia non licet Scripturæ verba, Patrúmque teſtimonia trahere ad ſignificatum improprium, vel ſecundùm quid & quodammodo verificatum: quando conſtanter & vniformiter plurimis in locis repetuntur, & eorum libri, vel contextus non ſunt prouerbiales, ſed doctrinales, nec præbent indicium impropriæ locutionis: Hæc autem omnia reperiuous in teſtimoniis, aſſerentibus, Denm voluiſſe facere aliquid quod potuit oon facere: & in aſſerentibus Dei voluntatem eſſe liberam. 9. *Scriptura verba, ad improprios ſenſus nō detorquenda.*

Confirmatur ſecuodò, quia quod non propriè, ſed impropriè, ſeu metaphoricè dicitur, negare poſſumus, abſolutè loquendo, veriúſqoe loquemur negantes, quàm affirmantes. Sicut verius eſt Deum non dolere, nec pœnitere, quia non niſi metaphorice dolet & pœnitet. Quapropter ſi Deus nonniſi metaphoricè vel impropriè vult has creaturas, & non illas producere; negare poſſumus hoc, abſolutè loquendo, & verius loquemur dicentes, Deum non velle creaturas producere, nec liberum eſſe vt velit eas producere, aut velit noo producere. Vnde coofirmatur tertiò, quoniam amorem liberum & efficacem creaturarum eſſe in Deo propriè; ſed tamen in Deo non eſſe propriam triſtitiam, pœnitentiam aut alios affectus, docent omnes Scholaſtici, apud quos improprietas & metaphora, notata in prædictis affectibus iræ, vel triſtitiæ, conuincit talem improprietatem aut metaphoram 10. *Quod ſolum per metaphoram dicitur, poteſt abſolutè negari, veriúſque loquemur negantes.*

in

in libero Dei amore non reperiri. Potiſſimum hoc conſtat ex S. Thoma infta quæſtion. 20. artic. 1. & lib. 1. contra Gen. cap. 90. & ſequent. & lib. 3. ſentent. diſtinct. 32. vbi cæteri Scholaſtici, referendi diſput. 52. & duabus ſequentibus.

12. *2. Concl. Aureoli error.* Ex quibus infero, & ſit ſecunda concluſio. Proptetea manifeſtior eſt ettor in Aureoli doctrina, quoniam omnino negat, Dei cognitionem ad creaturas terminari neque tanquam ad obiectum ſecundatium; ac ptoinde nec in communi, nec in particulari creaturas à Deo intelligi, niſi eo formaliter, & præciſè, quod Deus ſuá eſſentiam intelligit, in qua continentur eminentet. Hoc autem de poſſibilibus creaturis dicit, & à fottioti de creaturis actu exiſtentibus aut futuris: vt conſtat apud Aureol. lib. 1. ſenten. diſt. 35. part. 1. attic. 4. verſus finem & part. 2. artic. 4. poſt. med. §. *nec valet.* & propoſit. 3. & ad argum. 6. & 7.

13. Cum igitur volitio non poſſit terminari, niſi ad rem intellectam: conſequens eſt Dei volitionem ad creaturas, non terminari, neque tanquam ad obiectum ſecundarium; ac proinde nec in communi, nec in particulari creaturas à Deo diligi, ſiue volitione efficaci, ſiue ſimplici tantum & inefficaci complacentia, niſi eo formaliter & præciſè, quod Deus ſuam eſſentiam amat, in qua continentur eminenter.

14. *Reijcitur 1.* Refutatur autem primò, quoniam eadem ratione dicere debuiſſet, Deum identificare ſecum omnes creaturas ſiue poſſibiles, ſiue actu exiſtentes, & eas realiter identificatas communicare Filio & Spiritui ſancto quatenus illis communicat eſſentiam, in qua creaturæ omnes continentur eminenter. Quaptopter apud Aureolum non magis propriè datur cognitio & volitio creaturarum, quam identitas & communicatio creaturarum per generationem & ſpirationem.

15. *Reijcitur 2.* Refutatur ſecundò, quoniam intellectionem Dei terminari ad ipſum eſſe reale creatum, realiter à Deo diſtinctum, quod accipiunt creaturæ, probatum eſt tomo præcedenti tota diſp. 9. 10. & 11. peculiariter autem ſcire futura contingentia probatum eſt in eodem tomo diſput. 22. Prætetea Deum velle & amare creaturas etiam minimas & viliſſimas in particulati probatum eſt ſupra diſp. 5. ſect. 2. & tota diſp. 6. Dogmatibus iſtis apertè reſiſtit Aureoli doctrina, maximè verò diſtat à perfectiſſima prouidentia rerum omnium in particulati, & ab amore hominum, aliiſque concluſionibus fidei.

SECTIO II.

Non eſt ſatis complacentia ſimplex omnium poſſibilium, abſque volitione determinante futura.

1. *Vnica concluſio.* AD extirpandum radicitus quidquid falſitatis in Aureoli ſententia continetur, vel ex illa deducitur, ſit vnica concluſio. Non plenè ſatisfacit prædictis dogmatibus opinio, quæ ſolam complacentiam ſimplicem omnium rerum poſſibilium in Deo, concedit, eſſe realem & intrinſecam ac diuinam: & illam fatetur eſſe ſimpliciter neceſſariam in ſe formaliter; cæterùm ait, in eius poteſtate libera poſitum eſſe producere, vel non producere.

2. Hæc ſententia refutatur primò, quia licèt profiteatur, ſe concedere volitionem actualem omnium rerum, quas Deus producit, quæ ſit prior productione, ſitque cauſa producendi: verè tamen non concedit, niſi verbo tenus. Etenim Scriptura & Patres affirmant volitionem determinatam & in particulari rerum, quæ fiunt, potiùs quàm rerum, quæ nunquam fiunt: cuiuſmodi volitio determinata vnius rei potius quàm alterius, expreſsè negatur in prædicta ſententia vnde ſic arguitur. Talis volitio, quod ex ſe eſt, & prout præſcinditur ab actuali productione, tranſeunte in creaturas, vt ſic, non magis vult hunc mundum & hos homines producere, quam producere alium mundum, & alios homines, qui nunquam ſunt producendi, licèt eos amet tantummodo vt ſunt poſſibiles. Sed realiter & verè Deus non vult producere alium mundum & alios homines, qui nunquam ſunt producendi. Ergo realiter & verè non vult hunc mundum, & hos homines producere; ſi volitio prædicta præſcindatur ab actuali productione. *Impugnatur 1.*

Conſequentis huius falſitas oſtenditur pluribus locis Scripturæ, quæ non volitionem complacentiæ indifferentem ad omnia poſſibilia. Sed volitionem & decretum determinatum ad ea, quæ fiunt, affirmant. Potiſſimum autem de Chriſti Domini paſſione dicitur Iſaiæ 53. *Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Lucæ 22. *Filius hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit.* Actuum 2. *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemiſtis.* & cap. 4. *Conuenerunt Herodes & Pilatus,* &c. *facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.* 3. *Iſaia 53. Lucæ 22. Actuum 2. & 4.*

Porrò prædefinitione ſignificari conſtitutum eſſe decretum determinatum ad vnum, & non indifferens ad illud & eius oppoſitum, foret otioſum probare, niſi præſens neceſſitas vrgeret ad præcludenda ſubterfugia falſitatis. Primo Reg. 20. *Intellexit Ionatas, quod definitum eſſet à patre ſuo, vt interficeret Dauid.* Et cap. 30. *Conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael.* 1. Machabæot. 1. prope finem: *Multi de populo Iſrael definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori.* Galatas 4. *Sub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus a Patre.* Sic etiam tempus eſſe præfinitum à Deo quibuſdam euentibus, conſtat Danielis 11. *Vſque ad tempus præfinitum.* & infrà: *In tempore præfinito prælabitur aduerſus eum Rex Auſtri.* Similiaque repetuntur cap. 12. Atque Ezechiel. 21. *Venit dies in tempore iniquitatis præfinita.* 4. *1. Reg 20. & 30. 1. Machab 1. Ad Galatas 4. Daniel. 11. Ezechiel. 21.*

Hæc & ſimilia non poſſunt per ſolam complacentiam ſimplicem rerum poſſibilium verificari, quoniam ex vi illius diuina voluntas non magis complacuit, nec magis voluit, vt hæc humanitas eſſet vnita Verbo, quàm vt eſſent vnitæ infinitæ aliæ humanitates, quæ poterant æqualiter vniri: & conſequenter non magis complacuit, nec magis voluit, vt mortem Crucis pateretur hic homo, per hanc humanitatem, quàm vt paterentur aliæ infinitæ humanitates. Quin etiam iuxta ſententiam, quam impugnamus, Deus non magis determinatè voluit, nec magis præfiniuit paſſionem Chriſti Domini quam paſſionem poſſibilem Alexandri Magni; vel Cæſaris, aut cuiuſlibet alterius, qui potuit etiam crucifigi, & cuius poſſibilem paſſionem, quatenus bona erat, Deus voluit voluntate complacentiæ ſimplicis. 5. *Per ſolã poſſibilium cõplacentiam vera nõ euadunt ſcripturæ teſtimonia.*

Sequitur præterea Deum non præfiniuiſſe 6.

Abſurda inferuntur ex cõtraria doctrina.

tempus Incarnationi, nec paſſioni, Chriſti Domini. nec illis prælijs & punitionibus, de quibus agunt Daniel & Ezechiel ſupra citati. Quia quantum eſt ex parte diuinæ voluntatis & præſcientiæ non magis determinatè complacuit ea fieri tali tempore, quàm alio tempore poſſibili. ſed non præfiniuit hæc fieri temporibus aliis, ergo nec præfiniuit hoc tempore fieri.

Dilemma.

7. Confirmatur primò, quia vel ſola complacentia ſimplex ſufficit, vt Deus voluiſſe dicatur aliquam rem, vel non ſufficit Si ſufficit; conſequens eſt, Deum iam feciſſe omnia poſſibilia, quoniam *Omnia quæcumque voluit, fecit in cælo & in terra.* Pſalm. 113. & 134. Voluit autem ſimplici complacentia cuncta poſſibilia. Si verò non ſufficit: conſequens eſt, Deum feciſſe quæ non voluit, quia quæ fecit non aliter voluit, quàm per ſimplicem complacentiam, quæ non ſufficit vt ea voluiſſe dicatur. (*Pſal. 134.*)

8. Eadem argumentandi forma colligere poterimus, Deum ſua prædeſtinatione miſereri omnium hominum, etiam eorum, quos indurat; & ſimul indurare omnes homines, etiam eos, quorum miſeretur: quia Roman. 9. *Cuius vult, miſeretur, & quem vult indurat.* (*Rom. 9.*) Atque ſecundum prædictam doctrinam, quam impugnamus, Dei miſericordia, (quantum ex ſe eſt) per ſimplicem complacentiam æqualiter vult omnium miſereri, & æqualiter vult omnes indurare, per eandem complacentiam ſimplicem. Quod ſi non ſufficit illa, vt dicatur velle miſereri, nec velle indurare Deus; conſequens eſt, Deum miſereri quorum non vult miſereri, & indurare quos non vult indurare.

Per ſimplicẽ complacentiam, æqualiter Deus vult omniũ miſereri.

9. Dilemmate prorſus eodem licebit vti verbis 1. Corinth. 12. *Diuidens ſingulis, prout vult*, colligendo Spiritum ſanctum omnibus hominibus poſſibilibus dare ſimul omnia dona poſſibilia, quoniam omnia per ſimplicem complacentiam tanquam poſſibilia complacent: vel dare dona, prout non vult, ſi complacentia ſimplex non ſufficit, vt voluiſſe dicatur. Idem intellige de verbis Ioan. 3. *Spiritus vbi vult, ſpirat.* & Ioan. 5. *Filius quos vult viuificat.* Matth. 20. *Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi: aut non licet mihi, quod volo facere?* & Sapien. 12. *Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe.* Iudith. cap. 9. *Hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti, & tua iudicia in tua prouidentia diſpoſuiſti.*

1. Corint. 12. Ioan 3. Ioan. 5. Matth. 20. Sap. 12. Iudith. 9.

10. Confirmatur ſecundò, quia Dei voluntatem verſari determinatè circa res, quas operatur de facto, non autem eodem modo verſari, nec eandem habere tendentiam in eas res, quas nunquam operatur, probant efficaciter non ſolùm teſtimonia prædicta, ſed etiam alia, quæ denotant cauſalitatem & illationem effectuum ex voluntate Dei, quæ præcedit illos effectus, quæ ponderabimus ſect. 4. probat. 4.

Impugnatur 2.

11. Secunda refutatio deducit ad aliud euidentius inconueniens, videlicet negandi Deo ſcientiam futurorum, quæ fuerit ab æterno in Deo, iudicans determinatè, fore vt talis res in tali tempore producatur, & non producatur in alio tempore: & aliæ res non producantur. Sequela probatur, nam inconueniens, quod timet contraria ſententia; ponendi volitionem, quæ potuerit non eſſe in Deo; non minùs vrget, ſi ponatur ſcientia, quæ potuerit non eſſe in Deo. Quod ſi Dei æterna ſcientia determinatè iudicauit, Adamum eſſe producendum tali tempore; iam fuit in Deo ſcientia futuritionis Adami, quæ ſcientia, prout circa prædictam futuritionem verſatur, non fuiſſet in Deo, ſi Deus liberè non produxiſſet Adamum, ſed eius loco alium hominem, vel nullum produxiſſet. Quo circa prædicta ſententia, negans in Deo realiter exiſtere volitionem, qua determinatè voluerit Adamum, potius quam alium hominem; & ſolam admittens complacentiam omnium poſſibilium: tenetur eo ipſo præter ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, quæ verſatur circa omnia poſſibilia, nullam aliam ſcientiam concedere, quæ determinatè verſetur circa rem, quæ futura eſt potiùs, quàm circa rem, quæ non eſt futura. Quod ab errore nullo prætextu liberari poterit.

Sequela probatur euidentius abſurdis.

12. Confirmatur primò, nam inde ſequitur, omnes prædictiones futurorum, à Deo reuelatas, fuiſſe mendaces; quoniam earum Author non ſciebat, res illas eſſe futuras, determinatè, ſed æqualiter ſciebat poſſibilitatem illarum rerum, & omnium poſſibilium. Vnde ſequitur aliud admirabilius, tot prædictiones fortuito caſu veras euaſiſſe præter ſententiam authoris illarum.

Omnes prædictiones futurorũ à Deo factas mendaces fuiſſe conuincitur. Vera euadere fortuitò.

13. Confirmatur ſecundò, nam citrà controuerſiam omnes Theologi concedunt, ea futura, quæ ſolus Deus erat facturus, vt Angelorum & hominum & totius mundi creationem, fuiſſe Deo cognita in ſuo libero decreto creandi: Similiter autem in libero decreto producendi cauſas naturales, fuiſſe cognita quæcumque futura, ſolo concurſu cauſarum naturalium, abſque dependentia vllius cauſæ liberæ naſcuntur. Vtraque vero futurorum cognitio funditus conuellitur, negando decretum in Deo realiter exiſtens, quo determinatè voluerit has res producere potiùs, quàm non producere, & potius quàm producere res alias, quas nunquam producit. Prædictum modum ſciendi futura in decreto, tractaui tomo præcedenti de Scientia diſp. 25. ſect. 1.

Duplex modus cognoſcẽdi futura in decreto à Deo penitus auferitur.

14. Confirmatur tertiò, quoniam homines ſciunt, plurimas res eſſe poſſibiles: quarum nihilominus futuritionem penitus ignorant, licèt fortaſſis ad illas producendas efficienter concurrere debeant. Sic enim ſcimus noſtram iuſtificationem & glorificationem eſſe poſſibilem; ignoramus autem, vtrùm ſit futura necne: & qui terram fodit, efficienter concurrit ad manifeſtationem theſauri, licèt ignorauerit, an eſſet futura, tãtummodo ſciens eius poſſibilitatẽ. Igitur ſola ſcientia poſſibilium, licèt concurrat efficienter ad res producendas, non eſt ſufficiens, vt per illam formaliter & preciſè Deus cognoſcat, quæ nam res ſint futuræ, niſi cum ea concurrat ſcientia realiter exiſtens in Deo, quæ determinatè iudicet, & oſtendat, talem rem eſſe futuram tali tempore, alias verò res non eſſe futuras.

Sola ſcientia poſſibilium non eſt ſufficiens vt futura in illa cognoſcantur.

15. Fundamentum confirmationis ſecundæ ſimul & tertiæ docuit Auguſtinus lib. 26. contra Fauſtum cap. 4. cùm ait: *Si mihi dicatur, fieri poſſe, vt caro huius hominis, vel illius hominis in corpus cæleſte mutetur; concedo fieri poſſe, ſed vtrùm futurum ſit neſcio, & ideo neſcio, quia quid habeat de hac re voluntas Dei, me latet: illud autem non me latet, ſine dubio futurum, ſi hoc Dei voluntas habet.* Et poſt pauca: *Deus quod facturus erat vtique ſciebat; & ideo ſimul ſciebat, illud futurum non fuiſſe, quod ne fieret, facturus erat.* Hic manifeſtè docuit Auguſtinus Deum in ſuo decreto & voluntate ſcire quædam eſſe futura, & alia non eſſe futura: atque inſuper ſolam ſcientiam poſſibilitatis, abſque

Auguſtinus.

Digitized by Google

abſque eognirione diuinæ voluntatis, non eſſe ſaris, vt futura ſeiantur.

16. *Abſque determinata volitione, & cognitione rei facienda, nõ eſt poſſibile præceptum.*

Tertia refutatio fundamentũ babet in duabus præcedentibus; etenim abſque dererminata volitione reifaciendæ, & abſque dererminata illius eognitione, non eſt poſſibile præceptum ſiue mandatum, quo Deus dicat, vt fiant. Erenim mandatum ſiue præceptum neceſſariò ſupponit determinatam motionem voluntatis, qua determinetur indifferentia cognitionis, vt dicat & præcipiat, talem rẽ, & non aliam, tali rempore, & non alio, talique modo atque menſura fieri. Sine quibus actibus non poteſt eſſe vêrum: *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt: ſtatuit ea in æternum, præceptum poſuit & non præteribit.* Pſalm. 148. nec illud Threnorum 3. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fierent, Domino non iubente?* nec illud 3. Reg. 17. *Coruis præcepi, vt paſcam te:* nec illud Iob. 9. *Qui præcipit Soli, & non oritur.* Similiáque præcepta ponuntur cap. 36. 37. & 38.

Pſal 148. Threno 3. 3 Reg. 17. Iob. 9.

17. Confirmatur, nam ex vi ſolius ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ rerum omnium, prout ſunt poſſibiles, & ex vi ſolius complacenriæ ſimplicis earumdem rerum ſub eſſe poſſibili, non magis dixit Deus: *Fiat lux*, quàm dixit: *Non fiat lux*, nec magis dixit: *Fiat firmamentum*, quàm dixir: fiat tale animal, mihi ignotum, & nunquam producendum, vel fiar talis Angelus poſſibilis: nec magis dixir: *Fiant luminaria in firmamento*, quam dixit: Fiant lapides aut corpora opaca, quæ lucem impediant. Quam ob eauſam totum eaput primum & ſeeundum Geneſis redditur falſum, aut ſolummodo metaphoricum.

18. *Si ſola cognitio & cõplacentia poſſibilium concedatur, de medio auferetur diuinum conſiliũ, diuina electio, diuinũ propoſitum.*

Quarta refutatio ſequitur ex præcedentibus. Tollitur enim à Deo eonſilium, electio & propoſitum; ſi creaturas non vult, niſi eomplaeentia ſimplici, quæ generalis eſt ad omnia poſſibilia. Quamuis enim Deo repugnet inquiſitio quæ requiritur in hominibus: verè tamen ei conuenit determinata certitudo ſententiæ, vel iudicij de rebus agendis, vt S. Thomas docuit 1. 2. quæſt. 14. art. ad 2. ita intelligens illud Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Nec fingi poreſt determinatio maior, quàm illa, Iſaiæ cap. 46. *Conſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet: vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ*, &c. Cuncta verò fidei myſteria determinatè & in particulari, quæ fidelibus neceſſaria ſunt, nomine conſilij comprehendit Apoſtolus Actuum 20. *Non enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſilium Dei vobis.* Atque vt alia multa prætermittamus, ſatis determinata fuit promiſſio Abrahæ facta: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Hanc verò Dei eonſilio firmiter fuiſſe eonſtabilitam, docuit Apoſtolus Hebræ. 6. *Abundantius*, inquit, *volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.*

Epheſ. 1. Iſaia 46. Actuum 20. Hebræ 6.

19. *Quis actus diuinus nũcupetur electio? S. Thomas.*

Quod attinet ad electionem, ſupponamus quod omnium exiſtimatione certum eſt, & traditur à S. Thoma 1. 2. quæſt. 13. art. 5. ad 1. *Electione nominari actum voluntatis iam determinatum ad id, quod eſt huic agendum.* Præterea quæſt. 15. art. 3. ad 1. dieit: *Electio ſuprà conſenſum addit quandam relationem reſpectu eius, cui aliquid præeligitur.* Vnde ſic arguitur. Simplex complacentia omnium poſſibilium æqualiter verſatur eirca omnes homines poſſibiles & circa ereationem & iuſtificationem & glorificationem, quam Deus æqualiter omnibus eonferre poterat. Ergo virtute ſolius eomplacenriæ huius nulla eſt electio iam dererminata ad creandum, iuſtificandum, & glorificandum hunc hominem potius, quàm alium, qui nunquam ereatur, vel alium qui reprobarur.

20. Confirmatur, quia ſatis determinata comparatione perſonarum, & qualiratum, ſignificatur eſſe diuina electio in ſacris literis. vt 1. Corinth. 1. *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus.* Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti.* Iacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni.* 1. Petri 2. *Lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum.* Nec minùs determinatas reperies electiones alias.

1. Corinth 1. Epheſ. 1. Iacobi 2. 1. Petri 2.

21. *Propoſiti veritas nõ poteſt per ſolã poſſibilium cõplacentiam expleri.*

Venio tandem ad propoſitum, euius veritatem & proprieratem nullatenus expleri per ſimplicem eomplaeentiam poſſibilium, euidentiſſimum eſt in hominibus perditis, quibus ineſt ſine dubio complacentia multarum virtutum, & multò maior complacentia ſuæ ſalutis æternæ; nihilominùs quoniam adhue non deeernunt efficaeiter & determinarè pœnitere, ſuæque ſalutis curam agere; dicuntur ab omnibus earere propoſito ſeruandi præcepta. Conſequens igitur eſt, vt ſola complacentia ſimplex poſſibilium non ſufficiat, vt Deus ab ærerno dicatur habuiſſe propoſitum faciendi, quæ fecit in tempore. Quemadmodum Roman. 4. *Fides reputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratia Dei.* & cap. 8. *Omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti.* & cap. 9. *Vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante*, &c. & Epheſ. 1. *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ*, & infrà: *Secundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ:* 2. ad Timoth. 1. *Vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam.*

Roman. 4. 8. & 9. Epheſ. 1. 2. ad Timoth 1.

22. *Omnia fortuito, caſũ que contingerent, ſi ſola concedatur poſſibilium complacẽtia.*

Quinta refutatio, quia forruito & inopinato caſu contingent reſpectu Dei quæcumque fiunt ab illo, vel à qualiber cauſa creara: ſi Deus non habet realiter aliam volitionem creaturarum, niſi complacentiam ſimplicem poſſibilium. Nam etiam ſi concederemus, eam ſolam poſſe concurrere tanquam efficientem cauſam, nihilominus non operaretur à conſilio & electione ſiue propoſito operaodi, imo nec ſciens determinatè ſe eſſe operaturam de facto (vt probatum eſt refutat. 2.) quapropter cauſat quemliber effectum Deus præter opinionem, præter electionem, eonſilium & propoſitum. Vnde nec propriè prouidentiam habet, nee poteſt eſſe eauſa tam perfecti ordinis, qualis in mundo cernitur.

23. *3. Reg. 22.*

Confirmatur primò, quia 3. Regum 22. longè poſt med. *Vir quidam tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſrael.* Et illi quidem ſine dubio complacentia inerat percutiendi Regem Iſraël; ſi quidem Rex Syriæ præceperat, vt prælij pondus incumberet aduerſus Regem Iſraël. Cærerùm quia vir ille nec præſciebat, nec intendebat determinatè, quem habitura erat effectum ſua ſagitta; properea meritò dicitur caſu percuſſiſſe Regem Iſraël. Conſequens igitur eſt, vt ſi Deus nihil

determinatè vult & intēdit producere, nihilque determinatè ſcit ſe producturum, ſed tantùm ſcit & amat vniuerſaliter omnium poſſibilitatem: caſu producat, quod producit: & multò magis habebit rationem inopinati & fortuiti caſus reſpectu Dei, quilibet effectus. Nam ille vir quamuis nec ſciret futuram, nec inteoderet determinatè percuſſionem regis: attamen in generali percuſſiooem alicuius hoſtis intendebat. Deus autem nec in generali, nec in ſpeciali quidquam actualiter operari intendebat per ſuam realem & immanentem volitionem; ſi vera eſt ſententia, quam impugnamus.

24. Confirmatur ſecundò, nam ea, quæ de fortuna & caſu ſcribit Ariſt. lib. 2. Phyſic. cap. 5. & 6. facilè poſſunt ad præſentem modum operandi accommodari, & tanto magis vrgeri, quanto magis à qualibet intentione determinati finis diſtat illa ſimplex complacentia Dei. Præcipuè

Ariſtoteles.

ponderetur in cap. 5. textu 50. *Ea igitur cauſa, quæ eſt per ſe definita eſt; ea verè quæ per accidens indefinita Vni nāmque infinita accidere poſſunt.* Nihil autem magis indefinitum, quam ſimplex complacentia omnium poſſibilium; infinitos quippe mundos creare potuiſſet, quando creauit hunc mundum: & quod ex ſe fuit, non magis determinata & definita erat ad hunc, quàm ad alium. Quod ſi raritatem euentus requiras in caſu & fortuna cum Ariſtotele citato; nihil rarius quàm Incarnatio & Virginalis partus: quæ fortuito caſu contigiſſe reſpectu Dei, ſequitur ex negata reali electione determinata.

25.
Libertas eripitur Deo.

Sexta refutatio ſit, quia prædicta ſententia licèt conetur in Deo defendere principium indifferens, quod ſit realiter liberum; & totum libertatis exercitium in actu ſecundo conſtituat extra Deum: nihilominus hoc ſecundo membro tollit etiam prius. Ratio eſt, quia principium realiter indifferens & liberum eſt illud, quod poteſt operari quod cognoſcit & eligit ac efficaciter vult, & poteſt illud non operari, poteſtque non velle. Principium autem indifferens, vt præter eius ſcientiam electionem, determinationem & voluntatem, ab eo producantur infinitæ res, vel non producantur, & à ſe ipſo nullam habens determinationem iſtius productionis, ſed tantum ab euentu, iſtud non eſt principium liberum.

26.
Aduerſariorū exemplum in ipſos extorquetur.

Confirmatur primò, retorquendo exemplum, quo ſe protegere vult prædicta ſententia. Voluntas enim reſpectu ſuarum electionum, propterea libera eſt in actu primò, quoniam eius electiones non egrediuntur præter ſcientiam, nec præter electionem, ſed ſciens quàm electionem concipiat, & ſaltem virtuali reflexione volens & eligens ipſam electiooem, perſona ſe determinat ad eligendum, quod totum ceſſat in prædicta ſententia, quia quod immediatè producitur ad extra, nec eſt volitio, nec formaliter nec virtualiter cognitum, & electum determinatè & in particulari. Propterea quæcumque tranſeuntes operationes eo ipſo ſunt exteriores, id eſt, non liberæ nec voluntariæ ratione ſui, ſed per meram denominationem extrinſecam ab immanente volitione libera.

27.
Neque principium libertatis vitale eſſet neque ipſum exercitium.
S. Thomas.

Confirmatur ſecundò, quia nec exercitium libertatis, nec illius principium eſſet vitale, nec vita; ſi vera foret illa ſententia. Nam vt conſtat ex S. Thom. tota quæſt. 18. proximè præcedenti. *Videre dicuntur aliqua, ſecundùm quod operantur in ſe ipſis, & non quaſi ab alijs mota.* Ex quo principio concludit in art. 3. corp. Deum obtinere ſummum gradum vitæ, quoniam in ſe ipſo, non ab alio ſed à ſe ipſo ſuam actualem operationem habet intelligendi & volendi. At verò Deus non in ſe ipſo ſed extra ſe ipſum exercet productionem creaturarum: ergo ab illa non poteſt denominari vitaliter liber: & principium vitaliter liberum, niſi habeat in ſe ipſo operationem & electionem, comparatione cuius liber ſit, & indifferens aliquo modo poſſibili citra imperfectionem.

Confirmatur tertiò quia libertatem electionis eſſe propriiſſimam intellectualis ac diuinæ vitæ, notauit Gregor. Nyſſenus orat. catechet. c. 1. circa med. dicens: *Si ergo viuit Verbum, cùm ſit vita, omnino quoque habet vim liberè eligendi. Nihil enim eſt ex his, quæ viuunt, quod non ſit hac vi præditum.* Perpende, non dixiſſe, liberè faciendi, ſed, *liberè eligendi.* Sed magis apertè paulò inferius diſtinxit volitionem liberam ab executione exteriori, dicens: *Volentem autem non eſſe eius modi, vt non operetur, ſed omne boni propoſitum deducere ad operationem.* & poſt pauca: *liberè autem eligentis, quia viuit: potentis autem quidquid elegerit.* Vide potentiam exequendi ſuppoſito propoſito & electione. 28.

Nyſſenus.

Confirmatur quartò, quod enim ab alio & non à ſe ipſo determinatur ad operationem, non eſt liberum, ſed ſubiectum & ſeruiens ſuo determinatori. Sed diuina voluntas non à ſe ipſa, ſed à rebus, quæ caſu fortuito producuntur, determinatur, vt has res producat, potius quàm alias infinitas poſſibiles: ſi nulla determinata volitione vult has creaturas potius quàm alias, nunc potius, quàm alio tempore producere. Ergo ſine tali volitione non eſt libera Dei voluntas. 29.

Quod non à ſe ſed ab alio determinatur, vt operetur, non eſt liberum.

Poſtremò quæcumque probationes ponderandæ ſunt ſectionibus ſequentibus, maiorem vim habent aduerſus hanc, quam aduerſus alias ſententias. 30.

SECTIO III.

Relatio rationis, vel extrinſeca denominatio non eſt de eſſentia liberæ volitionis.

FRequentior Thomiſtarum ſentētia fuit hæc. Volitio libera Dei ſupra volitionem neceſſariam addit tantummodo relationem rationis ad aliquod obiectum creatum, & quantum ad hanc relationem potuit non eſſe volitio libera: quamuis tota realis entitas volitionis liberæ ſit neceſſaria, ita vt non potuerit non eſſe. Hanc ſententiam expreſſè docuit Capreol. 1. diſt. 45. q. 1. art. 2. ad argum. contra 1. & 2. concluſionem. Quem ſequitur ibidem Deza q. 1. art. 2. notab. 2. Sylueſter in conflatorio 1. p. q. 19. art. 2. Ferrarien. lib. 1. contra Gen. cap. 75. §. *aduerte.* & ſequenti, & cap. 76. §. *reſponderi.* Zumel in præſenti q. 19. art. 2. dub. 1. (licet art. 3. videatur oppoſitum ſentire) Bannez in eodem art. 2. Medina 3. p. in prologo q. 2. poſt med. Molina in præſenti q. 19. art. 2. diſp. 2. 1.

Eandem ſententiam aliis verbis antiquiores Scholaſtici tradiderunt. Nam Deum *velle creaturas*, inquiunt, dicit eſſentiam Dei, & connotat relationem, ſicut *Dominus & creator.* Ita rem explicat Alexander 1. part. q. 34. mem. 2. & Albert. 1. part. q. 79. mem. 1. ad argumenta. Huic 2.

ſententiæ

Digitized by Google

ſententiæ fauet non nihil Magiſter 1. diſtinct. 45. cap. 2. & 3. de voluntate tractans, ſed multò magis tractans de diuina Scientia diſt. 35. cap. 2. & 3. dicit enim præſcientiam futurorum contingentium; prædeſtinationem, vel diſpoſitionem, nihil addere ſupra Dei eſſentiam & ſupra ſcientiam neceſſariam, niſi denominationem extrinſecam ſeu relationem rationis ad creaturas, nec alia ratione potuiſſe non eſſe in Deo, niſi quatenus eorum actnum terminus potuit non eſſe. Quod idem docuerunt Alex. 1. p. q. 24. mem. 1. Alber. 1. part. quæſt. 61. mem. 1. Ricar. 1. diſt. 38. art. 1. tota quæſt. 2. & 3. & diſt. 39. art. 1. q. 2. corp. Quin etiam S. Bonauent. (licet minùs apertè) lib. 1. ſent. diſt. 35. dubio literali 4. & 5. & diſt. 38. art. 2. quæſt. 2. præſertim in fine, & diſtinct. 4. parte 2. art. 1. quæſt. 1. Carthuſian. quoque diſtinct. 35. in ſumma, quam præmittit ante quæſtionem primam, & dum refert aliorum opiniones diſp. 38.

3. De præſcientia tantum, non de volitione libera diſſerebant Authores locis, quæ proximè poſt Magiſtrum citauimus. Cæterum de volitione ipſa tractantes videntur ſupradictam Capreoli & Ferrarienſis ſententiam tenere quidam alij, non ita clarè locuti. Inter quos ſunt Henricus in ſumma art. 45. quæſt. 3. prope finém & q. 4. corp. fine & ad ſecundum argumentum. Scotus 1. diſt. 45. ſi conferatur cum eius doctrina tradita diſtinct. 39. ad argumenta quæſtionis quartæ Duran. 1. diſt. 39. quæſt. 1. nnm. 8. & ſequentibus. Marſilius lib. 1. quæſt. 44. art. 2. ad 3. probationem primæ rationis principalis, & ad 2. rationem principalem. Tribuitur idem Heruæo quodlib. 1. quæſt. 1. & lib. 1. ſent. diſt. 46.

4. Ad eandem ſententiam magis inclinare videtur Bellarmin. tomo 3. lib. 3. de gratia & libero arbitrio cap. 17. §. *quare*, & ad 1. 3. & 4. argumentum. Valde fauet Hugo Victorin. in Elucidario quæſtionum ad Epiſtolam ad Romanos quæſt. 216. dicens: *Præſcientia non ſimpliciter ſignificat diuinam eſſentiam, ſed circa eam deſignat relationem reſpectu futurorum.* Vnde colligit, hanc propoſitionem: *Si nulla eſſent futura, præſcientia non eſſet in Deo.* veram eſſe in hoc tantum ſenſu, quod *ſubiecta diuinæ ſcientiæ nulla eſſent, vnde ipſa diceretur præſcientia.* Additque propoſitionem illam eſſe falſam, ſi intelligatur, quod *non eſſet in Deo ſcientia, qua præſciuit futura.*

Hugo Victor.

5. Nihilominus ſit vnica concluſio. Formalis ratio liberæ volitionis in Deo, perfectio realis eſt, & increata, totáque ab æterno ex parte Dei exiſtens, ita vt eius integritas, aut conſtitutio, vel complementum nullo modo includat denominationem extrinſecam ab obiectis creatis, nec relationem rationis ad illa; ſed hæc relatio, vel denominatio conſequatur poſt liberam Dei volitionem integrè, completè, perfectéque conſtitutam.

Vnica concluſio.

6. Hanc concluſionem, ita præciſè atque generaliter acceptam, affirmant multi Scholaſtici, quantum ad rem ipſam: quamuis in modo loquendi, declarandi, & defendendi, vix reperiatur vnus qui cum alio conueniat in omnibus. Affirmat itaque Caietanus in præſenti quæſt. 19. art. 2. & 3. quamuis excedat, eo quod liberæ volitionis perfectionem diſtinguit à perfectione volitionis neceſſariæ, quod refutabitur tota diſp. 13. præſertim ſect. 1. Affirmant præterea concluſionem Gregor. Ariminen. 1. diſt. 45. quæſt. vnica poſt concluſ. 7. Suar. 3. part. tom. 1. diſp. 5. ſect. 1. difficult. 1. & 3. & fuſius Metaphyſ. tom. 2. diſp. 30. ſect. 9. ad quam remittit lectorem 1. p. lib. 3. de attributis cap. 6. in fine. & in opuſculis lib. 1. de præſcientia futurorum cap. 6. num. 5. Henriques lib. vltimo de fine hominis cap. 3. num. 2. in Gloſſa lit. A. Fonſeca Metaphyſ. tom. 3. lib. 7. c. 8. q. 5. ſect. 4. & 5. Valentia 1. p. q. 19. punct. 3. & 4. poſt concl. 2. Salas 1. 2. tom. 1. q. 6. tract. 3. diſp. 1. ſect. 8. §. 4. Albertin. quarto principio philoſoph. corollar. 4. q. 4. num. 4. pag. 297. & corollar. 2. quæſt. 3. aſſer. 4. num. 10. pag. 290. & ſexto princip. philoſoph. corollar. 2. quæſt. 2. Theologica num. 18. pag. 356. & ſequentibus. Nauarrete 1. part. tomo 2. controuer. 5. dum probat concluſionem 4. & 5. & in ſolutione ad ſecundum. Cabrera 3. part. tomo 2. diſp. 13. §. 5. num. 54. & ſequentibus. Videntur eandem concluſionem ſupponere Argentina lib. 1. ſent. tota diſt. 40. & clarius diſt. 48. art. 1. Palacios lib. 1. ſent. diſt. 38. diſp. 2. in fine.

Colligitur autem efficaciter ex D. Thoma & aliis Scholaſticis, vt conſtabit probatione 1. & ſectionibus ſequent. Ac denique veriſimilius eſt, Authores initio citatos pro relatione rationis ſeu denominatione extrinſeca, nihil aduerſus præſentem concluſionem intendiſſe. Fortaſſis enim ſolummodo voluerunt, volitione libera nullam realitatem, nullamne realem perfectionem, diſtinctam à volitione neceſſaria ſuperaddi (quemadmodum explicabitur diſp. 13. ſect. 2.) maximè cum illi doceant expreſsè, creaturarum amorem efficacem fuiſſe ab æterno, & in tempore cauſare maiora bona quibuſdam hominibus, aliis verò minora pro ſuo beneplacito: vt videre eſt apud Magiſtrum, & cæteros Scholaſticos lib. 3. ſentent. diſt. 32. & S. Thomam infrà quæſt. 20. & eius expoſitores ibidem. Quorum omnium loca citabimus in particulari diſputat. 53. ſect. 1. & 5. & ſequent. Præ cæteris autem expreſſit hanc veritatem clariùs Carthuſian. lib. 3. ſentent. diſtinct. 32. quæſt. vnica in fine dicens: *Amor & charitas tam verè ac propriè competunt Deo, ſicut ſapientia & ſcientia, & diligere ſicut ſcire.* Loquitur autem de amore efficaci, quo *creaturis vult, & volendo communicat bona multa & magna*; de quo paulò inferius adiunget; *Suo modo inclinat omnipotentis voluntatem ad volendum fauorabiliter, ad communicandum liberabiliter dona ſua eo modo, quo D. Dionyſius proteſtatur, quod amor Dei non reliquit eum ſine germine eſſe.* Quantum ad hanc concluſionem eſt verum, quod Auicenna lib. 9. Metaphyſ. cap. 1. in medio contendit, primo principio, ſcilicet Deo, contingere diſpoſitionem aliquam, ratione cuius determinatur illius poſſibilitas indifferens. 7.

Carthuſian.

Verumtamen hæc concluſio præ cæteris aliarum diſputationum, opus habet firma, copioſáque probatione, cuius robore valeat reſiſtere difficillimis argumentis, quibus Theologi recentiores, Caietanum refutantes, diſputationis impetu feruntur in extremum periculoſius, quod directè opponitur concluſioni præſenti. 8.

Probatur ergo primò, quia ſi volitio efficax creandi mundum, & Scientia libera, dictans mundum eſſe creandum, tanquam rationem formalem, & vltimum conſtitutiuum importarent relationem rationis, prouenientem à mundo creando: ſequeretur, hæc nomina *Creator, Dominus* 9.

Inconueniẽs ex relatione rationis deducitur.

minus ſciens mundum eſſe futurum, & liberè volens creare mundum, æqualia eſſe quantum ad hoc, quod eorum materiale ſignificatum, cui relationes conueniunt, ſit Deus, in quantum pollet ſcientia ſimplicis intelligentiæ ſimpliciter neceſſaria, & neceſſariò amore complacentiæ, per quos actus potens eſt creare ac dominari: ſed ſignificatum formale horum omnium nominum ſit relatio rationis, à creaturis accepta.

10. *S. Thomas.* Hoc autem conſequens eſſe falſum, conſtat ex D. Thoma ſupra quæſt. 14. art. 15. ad 1. dicente: *Dominus, creator, & huiuſmodi*, ſupple, nomina, *important relationes, quæ conſequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipſas creaturas, ſecundùm quod in ſe ipſis ſunt: & ideo variè de Deo dicuntur ſecundùm variationem creaturarum. Sed ſcientia, amor & huiuſmodi important relationes, quæ conſequuntur actus, qui intelliguntur in Deo eſſe, & ideo inuariabiliter prædicantur de Deo.* Mens eadem fuit Magiſtro, *Magiſter.* quando lib. 1. diſtinct. 35. *§. ad hoc iuxta*, dixit: *Creator ita dicitur relatiuè, vt eſſentiam non ſignificet: at verò præſcientia, prædeſtinatio & diſpoſitio ſignificant eſſentiam.* Quod diſcrimen intelligendum eſt non de ſignificato materiali (cùm euidens ſit, & de fide Deum, ſecundùm eſſentiam & ſecundùm eſſentialem ſibi ſapientiam voluntatem & potentiam, eſſe creatorem) ſed intelligendum eſt de ſignificato formali, à quo nomen creatoris imponitur: vt optimè docet S. Bonauent. dicta diſtinct. 35. dubio literali 4. & magis explicat Ricar. in fine diſtinctionis eiuſdem, vt creator afferat relationem ſecundùm rationem, non verò præſcientia, prædeſtinatio & diſpoſitio.

11. *S. Thomas & plures alij de relatione reali loquuti ſunt.* Confirmatur, quia S. Thomas & grauiſſimi quique Scholaſtici, citati ſupra diſp. 5. ſect. 4. concedunt, diuinam ſcientiam creaturarum, ac diuinam volitionem efficacem creaturarum, eſſe reſpectum, ordinem, habitudinem, ſeu relationem ad creaturas: & ex contextu conſtat, eos agere, non de habitudine rationis, adueniente ab extrinſecis creaturis (ſicut aduenit relatio Domini & Creatoris) ſed de habitudine ſeu relatione tranſcendentali, quæ conuenit ab intrinſeco & increato libero actu Dei, quam ibidem explicuimus.

12. Probatur ſecundò, quia neque relatio rationis formaliter ſumpta, neque fundamentaliter ſumpta poteſt conſtituere nec complere rationem formalem actus, quo Deus conſtituitur volens efficaciter producere mundum, & ſciens illius futuritionem (idem intelligendum eſt de extrinſeca denominatione, formaliter vel fundamentaliter accepta.) *Relatio rationis, ſiue formaliter, ſiue fundamentaliter ſumpta nequit cõplere, nedum conſtituere, formalem rationem actus liberi diuini.* Imprimis enim relatio rationis, formaliter accepta, non exiſtit, quouſque exiſtat intellectus humanus, qui ſolus facit entia rationis; At verò volitio, qua Deus vult intellectum humanum producere, prior eſt natura, & prior duratione æternitatis, eandémque prioritatem habet intellectio, qua Deus præſciuit creandum fuiſſe intellectum humanum.

13. *Præoccupatur euaſio.* Confirmatur primò, quia ſi quis contenderet, etiam intellectum diuinum eſſe fabricatorem entium rationis, & relationum eiuſmodi formaliter acceptarum: adhuc inuolueretur inextricabili contradictione; ſi diceret, intellectu Dei fabricari relationem, qua conſtituitur, vel completur volitio libera. Ratio demonſtrans eſt, quia volitio libera creandi mundum (v. g.) determinatè & completè conſtituta vel quaſi conſtituenda, præſupponitur ex parte obiecti, quaſi determinans intellectum diuinum, vt ſciat volitionem ipſam, & ſciat virtute illius mundum eſſe producendum: itáque totum hoc præſupponitur ante præſcientiam futuritionis. Sed nulla relatio rationis, qua volitio diuina reſpiciat futuram productionem mundi, præſupponitur ex parte obiecti, quaſi determinans intellectum diuinum, vt ſciat ipſam relationem: quia ſi ſupponeretur iam facta; non fieret per cognitionem Dei ad quam ſupponitur vt ad illam determinet. *Nulla diuina voluntas præſupponitur ex parte obiecti diuinum intellectum determinans.* Ergo nulla relatio rationis complet nec conſtituit volitionem liberam.

14. *Si Dei ſcientia relatione rationis conſtitueretur in infinitum abiretur vel ſcientia ſe ipſam fabricaretur.* Vnde confirmatur ſecundò, quia libera Dei præſcientia ſe ipſam fabricaretur, ac determinaret, & foret ſe ipſa prior & poſterior; ſi conſtitueretur per relationem rationis fabricatam ab eadem ſcientia; quod ſi quæratur alia ſcientia, quæ relationem rationis conſtitutiuam iſtius ſcientiæ fabricetur; ibitur in infinitum, eo quod tales relationes, quæ poſſunt non eſſe, non poteſt cognoſcere nec fabricari ſola ſcientia neceſſaria ſimplicis intelligentiæ, ſed ſola ſcientia libera poteſt illas cognoſcere.

15. *Sola diuina ſcientia eſſet libera.* Confirmatur tertiò, quia ſi Dei præſcientia ſe ipſam determinat, independenter à determinatione diuinæ volitionis, vt fabricetur cognoſcendo relationem rationis, qua conſtituatur aut compleatur Dei volitio libera: conſequens eſt ſolam diuinam ſcientiam eſſe liberam, ſi poteſt talem relationem fabricari & non fabricari: quod ſi neceſſariò fabricatur eam relationem, nulla prorſus eſt in Deo libertas. Etenim ea relatione fabricata per intellectum diuinum, non poteſt non eſſe volitio creandi mundum, quæ per illam relationem conſtituitur.

16. Deinde verò neque relationem rationis fundamentaliter acceptam conſtituere, nec complere liberam Dei volitionem aut præſcientiam, probatur, quia fundamentum huius relationis non poteſt eſſe aliud ens rationis formaliter acceptum propter rationes nuper ponderatas. Reſtat ergo, vt fundamentum eſſe debeat aliquid reale. Porro vel iſtud eſt intrinſecum Deo & increatum, vel eſt extra Deum aliquid creatum. Si ponitur fundamentum iſtius relationis eſſe aliquid reale intrinſecum Deo & increatum; iſtud debet eſſe determinatum, vt ratione illius conſurgat relatio rationis ad hanc rem producendam potiùs, quàm ad aliam rem poſſibilem nunquam producendam. Conſequenter igitur iſtud fundamentum non erit præcisè ſimplex complacentia rerum omnium poſſibilium, quoniam hæc indifferens eſt, vt fundet relationem rationis ad omnes res poſſibiles æqualiter. Ergo ponendum eſt aliquid reale increatum intra Deum, quod ſit determinatum ad fundandam relationem rationis ad rem de facto producendam potius, quàm ad rem nunquam producendam, præſertim inter indiuidua infinita eiuſdem ſpeciei & prorſus æqualia. Hoc igitur reale determinatum appellamus liberam volitionem creandi hanc rem.

17. Si verò reſpondeas, extra Deum aliquid reale creatum eſſe, quod determinet, compleat, & vltimò conſtituat diuinam volitionem, quamuis intra Deum totum reale ſit indifferens: incidis in opinionem Aureoli vel aliorum refutatas ſect. 1. & 2. & refutandas etiam ſectionibus ſequentibus. Totus denique diſcurſus corroboratur, quoniam

Digitized by Google

quoniam actus vitalis totus eſt eſſentialiter perfectio viuentis cuius eſt actus: ideóque non poteſt conſtitui nec compleri per ens rationis. At verò Dei volitio libera eſt actus vitalis.

SECTIO IV.

Cauſalitas efficax liberæ volitionis offert alias probationes einſdem concluſionis.

Efficax volitio creandi mundum eſt ratio ex parte cauſæ primæ determinans vt mũdus producatur.

1. SIt probatio tertia, (numeranda poſt duas poſitas in ſectione præcedenti) quoniam efficax volitio creandi mundum, eſt ratio, ex parte cauſæ primæ determinans cauſam, vt producat mundum, quem poſſet non producere: ergo prædicta volitio tota integra præexiſtit in Deo ante denominationem extrinſecam, quæ reſultat in Deo ex eo, quod mundus creandus ſit. Idem intellige de prædeſtinatione aliíſque actibus diuinæ ſcientiæ vel volitionis, prout verſantur circa obiecta contingentia. Antecedens probatur, quia quod effectibus affert neceſſitatem vt producantur & exiſtant, id determinat cauſam, vt producat (nulla quippe maior determinatio, quam illa quæ neceſſitatem affert) ſed volitio efficax creandi mundum, affert mundo neceſſitatem, vt producatur & exiſtat: quemadmodum Auguſtinus docet lib. 6. de Geneſi ad literam cap. 15. 17. & 18. diſtinguit enim ibi duplex genus cauſarum; aliud continet cauſales rationes, quas mundo Deus indidit, & inſeruit, atque præfixit. Alias verò cauſas Deus in ſua voluntate ſeruauit & abſcondit: De iſtis ergo cauſis c. 15. fine dicit: *Hoc non erat in conditione creaturæ, ſed in placito Creatoris, cuius voluntas rerum neceſſitas eſt.* Et cap. 18. fine. *Illas nimirum cauſas, ſic abſcondit, vt ex eis eſſe neceſſe ſit hoc, quod ex iſtis fecit vt eſſe poſſit.*

Auguſtinus.

1. Confirmatio.

2. Confirmatur primò, relatio námque rationis, vel extrinſeca denominatio proueniens ab effectis, vel ab actione tranſeunte, non poteſt eſſe ratio agentis, vt agat: prædicta quippe denominatio vel relatio ſupponit cauſam iam completam, & determinatam ad effectum. Sed prædeſtinatio eſt præparatio Dei agentis, vt agat, atque non includit gratiam & gloriam, niſi tanquam obiecta volita, & cognita, & tanquam effectus à ſe producendos: vt S. Thomas docet infra q. 23. art. 2. ad 3. aliíque Theologi. Ergo relatio rationis vel extrinſeca denominatio, proueniens à gratia & gloria producenda, non poteſt eſſe prædeſtinatio, nec poteſt eſſe formale conſtitutiuum aut vltimum complementum prædeſtinationis. Confirmatur ſecundò, quia prouidentia, prædeſtinatio & diſpoſitio tota exiſtit in Deo ab æterno: vt ponderabimus ſect. 9.

2. Confirmatio.

Idem eſſet Deum velle efficaciter rẽ & illam efficere.

3. Quarta probatio. Si Dei volitio efficax tanquam per rationem formalem vltimam conſtitueretur per relationem rationis, ſiue denominationem à creaturis prouenientem: ſequeretur, idem formaliter eſſe Deum efficaciter velle, & Deum facere. Probatur ſequela, quia Deum facere ſupra Dei ſcientiam & volitionem (quæcumque ſit illa) ſolum addit denominationem ab actione tranſeunte, quæ recipitur in effectis creatis. At verò iuxta conſtitutionem prædictam volitionis efficacis, hoc totum & nihil amplius in ea continetur. Conſequens autem eſſe falſum, conſtat ex ſacra Scriptura, ſemper Dei velle conſtituente quaſi diuerſum ab actuali operatione faciendi, vt Pſal. 113. & 134. *Omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra.* Rom. 9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Sap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?* Iudith, cap. 9. *Hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.* Ioan. 5. *Filius quos vult, viuificat,* & alia quæ vidimus ſect. 2. refutat. 1.

Pſal. 134. *Roman 9.* *Sap 11.* *Iudith. 9* *Ioan. 5.*

4. Confirmatur primò, quia prædicta diſtinctio inter efficacem ac determinatam volitionem, & operationem tranſeuntem ad extra, clarius traditur in locis, in quibus ea volitio dicitur eſſe cauſa faciendi operationem ad extra. Poteſt enim in omnibus Dei operationibus argumentum ita formari, ſicut exempli cauſa proponitur in creatione mundi. Propterea Deus creauit mundum, & propterea mundus extitit, quia Deus voluit eum creare & voluit mundum exiſtere: ſed è contrario non propterea voluit creare mundum, nec propterea voluit exiſtere mundum; quia creauit mundum, nec quia mundus extitit. itaque tranſiens actio creationis, aut exiſtentia creata mundi non fuerunt cauſa propter quam voluerit creare mundum. Igitur ex parte Dei exiſtit volitio efficax creandi mundum, à qua volitione prouenit creatio & exiſtentia mundi; & inde reſultat in Deum denominatio extrinſeca vel relatio rationis, quæ iam inuenit plenè & completè conſtitutam Dei volitionem, efficacem, per quam creauit; & ideo nihil attinet ad illios volitionis conſtitutionem.

Cauſales propoſitiones rẽ declarant apertius.

5. Teſtimonia verò, quibus probatur, liberam Dei volitionem eſſe cauſam operandi quidquid ad extra producit, hæc ferè ſunt. Pſalm. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* Pſalm. 29. *In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.* Eſther. 3. *Si decreuerit ſaluare nos, continuò liberabimur.* Eccleſiaſtici 39. *Si enim Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum.* Iacobi 4. *Si Dominus voluerit & ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud.* Deuter. 7. *Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris, non quia &c. ſed quia dilexit vos Dominus.* Ierem. 31. ſub init. *In charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te miſerans.* Epheſ. 2. *Propter nimiam charitatem qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui in peccatis conuiuificauit in Chriſto.* Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Cauſalitas etiam ſignificatur illis verbis Hebræ. 12. *Quem diligit Dominus, caſtigat.*

Pſal. 17. *Pſal 29.* *Eſther 3.* *Eccleſiaſtici. 39.* *Iacobi 4.* *Deuter 7.* *Ierem 31.* *Epheſ 2.* *Ioan 3.* *Hebr 12.*

6. Frequentiora quidem & clariora teſtimonia cauſalitatis huius dedere Patres. Clemens Rom. lib. 3. Recogn. propius ad med. quàm ad princip. *Prout voluerit creator Deus, ita & erunt illa quæ creat. Nec enim ſub lege eſt virtus Dei, ſed lex creaturis ſuis voluntas eius eſt.* Creaturis autem irrationalibus non eſt lex obligando ſub culpa & pœna, ſed eſt lex efficaciter determinando & imperando, vt fiant, ſicut ipſe vult fieri. Ergo Dei voluntas eſt prior & cauſa determinans, vt res fiant ſicut vult eas fieri. Iuſtinus in q. 3. Chriſtiana ad Gẽtiles prope med. *Si Deus,* inquit, *facit quia eſt, coactè facit quæ facit: Si autem facit ſponte, quia vult, ſponte facit quantũ vult & quale vult, & quando vult.* Irenæus lib. 2. aduerſus hæreſes, c. 2. ſub init. *Si autem,* ait, *non præter voluntatem eius, ſed volente & ſciente; iam non Angeli, vel mundi fabricator cauſa erunt fabricationis iſtius, ſed voluntas Dei,* & poſt med. *Ipſe in ſemetipſo omnia prædeſtinans fecit, quemadmodum voluit, omnibus conſonantiam & ordinem ſuum, & initium creationis donans.* Perpende voluntatem Dei non eſſe cauſam ex ſe indiffe-

Clemens. *Iuſtinus* *Irenæus.*

ſe iodiſferentem, ſed per ipſam determinati modum, ordinem, ioitium ereationis, quantitatem, qualitatem ac tempus, cæteráſque circumſtantias. Non ergo determinatur Dei voluntas ab effectu vel actione tranſeunte nec à relatione rationis vel extrinſeca denominatione, quæ teſultat ab effectu vel actione tranſeunte.

7. Gregorius Nyſſeo. in Hexæmeron colum. 4. *Illud*, inquit, *nobis poſitum conſtitutúmque ſit, in natura diuina cum voluntate ita concurrere poteſtatem, vt Dei poteſtatis menſura ſit ipſa voluntas.* Non quia oon poſſit plura quàm vult, ſed quia voluntas limitat ac determinat poteſtatem, ne faciat quidquid poteſt, ſed tantum quod vult. Et paulò inferius ait: *Potentia voluntas eſt, eodémque momento proſpicit, quomodo res fiant, & occaſiones prabet, vt cogitata ſint facta.* & infrà: *Sapiens ipſius voluntas poteſtate factorum eſt declarata, & effectrix ipſius poteſtas in ipſius ſapiente voluntate perfecta eſt.*

8. Athanaſ. orat. 4. contra Arian. ſex colum. ante finem ait: *Opera, voluntate, placitóque emerſerunt, vniuerſáque rerum natura cupidine, qua cupit hoc Deus, condita eſt; cúmque Paulus per voluntatem Dei Apoſtolus ſit vocatus; ipſáque vocatio noſtri, placito, voluntatéque conciliata ſit*, &c. Damaſcenus lib. 1. de fide cap. 8. poſt med. ait: *Creatia verò à Deo, cùm voluntatis opus ſit, non coaterna Deo eſt*, & paulò inferius: *Deus volens ſolum, de nihilo ad eſſe cuncta produxit.* Valent ad idem probandum ex Auguſtino plurima, præſertim in Enchiridio cap. 95. 96. 97. & 98. & lib. 3. de Trinit. cap. 2. 3. & 4. Verumtamen eorundem & aliorum Patrum alia citabimus diſp. 14.

9. *Si actum liberum non ſtitueret, aut ſúpleret denominatio extrinſeca, ab effectu effectus eſſet prior quam efficax volitio Dei.*

Confirmatur ſecundò, quia ſi Dei volitio efficax & libera non eſt plenè conſtituta, niſi per relationem rationis, vel extrinſecam denominationem ab effectu, vel ab eius productione tranſeunte, vel per connotatïonem illius, quocumque iſtorum modorum; conſequens erit, productionem tranſeuntem ad extra, priorem eſſe, quam efficax volitio Dei conſtituta ſit in ratione volitionis liberè ac determinatè verſantis circa determinatum obiectum. Sequela probatur, quia productio tranſiens ad extra, eſt prior quàm relatio rationis, vel extrinſeca denominatio vel connotatio prodoctionis: etenim hæc reſultant ex illa. Quapropter eadem productio prior erit, quam volitio ſit conſtituta per relationem aut denominationem, aut connotationem.

10. 1. Ioan. 4. Conſequens autem eſſe falſum, probatur 1. Ioan. 4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum Vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum*, &c. & verſus finem einſdem capitis: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Quocirca tranſiens actio, qua Deus in nobis producit nobiſcum charitatis actum, quo diligimus Deum, & relatio ſeu denominatio, vel connotatio inde reſultans, non eſt prior, quàm actus charitatis diuinæ, per quem nos diligit & vult in nobis cauſare dilectionem Dei.

11. Ioan. 15. Deuter. 26. Prioritas eadem ſignificatur Ioan. 15. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Nam Deuter. 26. Moyſes ait: *Dominum elegiſti hodie.* Quamobrem Apoſtoli Dominum Ieſum Chriſtum elegerunt liberè, ſed non priores elegerunt, ſed prior eos elegit Deus, vt ipſi eligerent. Ergo libera electio fuit prior in Deo, quàm productio creatæ electionis ad extra.

Quintò probatur, quia niſi concedatur ex parte Dei volitio libera, per quam, vt per efficientem cauſam determinentur primariò tales effectus reales, & ex conſequenti determinentur omnes relationes rationis, extrinſecæ denominatinnes, ſeu connotationes, prouenientes ab illis effectibus realibus: erit impoſſibile rationem reddere, quare mundus in tali inſtanti creatus fuerit potius, quàm antea, vel poſtea: quare pars hæc materiæ ſub forma aquæ, non verò ſub forma terræ vel aëris fuerit producta: quare non fuerit producta alia materia poſſibilis & alia forma terræ & aquæ poſſibilis. Idem interrogare licebit de cæteris omnibus effectibus: etenim ſe ipſos determinare nequeuot, ac proinde neceſſariò ſupponunt priorem determinationem in volitione efficaci Dei. Quod ſi prædicta determinatio eſt prior; non eſt relatio rationis, nec denominatin ab effectibus proueniens, quoniam iſtæ ſunt poſteriores. 12.

Ad abſurda trahitur alter ſententias.

Sextò probatur, quia ſi decretum efficax creandi mondum, de formali diceret relationem rationis, vel extrinſecam denominationem, prouenientem à mundo creando: ſequeretur, Deum determinari à mundo, vt illum velit creare, & illum de facto creet; nec habuiſſe Deum poteſtatem determinandi ſe ad creationem, atque poteſtatem ſe continendi à tali determinatione. Nam ſi Deus prius natura ſe determinat, non expectata determinatione, quæ proueniat à mundo creando: iam hæc determinatio eſt ante omnem denominationem extrinſecam, & relationem rationis, prouenientem à mundo: conſequenter igitur hæc determinatio erit intra Deum increata & diuina. 13.

Deus à mūdo determinaretur, vt mundū ipsū efficaciter velles.

Confirmatur primò, nam vt S. Thomas ait in præſenti quæſt. 19. artic. 3. ad 5. *Voluntas diuina determinat ſe ipſam ad volitum.* Ergo non determinatur ab obiecto volito, nec à denominatione extrinſeca. Ad corroborandum antecedens, & illationem huius confirmationis, valent rationes, quæ probant, Dei voluntatem neque à ſua ſcientia determinari: quas dedimus diſput. 7. ſect. 6. 14. S. Thomas.

Confirmatur ſecundò, nam aliàs non eſſet in Deo formaliter libertas, ſed in effectu contingenti: ſi quidem ipſa volitio non poſſet ab intrinſeco & intra Deum determinare ſe ipſam ad creandum, ſed effectus creandus poſſet extrinſecè determinare indifferentiam volitionis diuinæ. 15.

Non eſſet in Deo formaliter libertas, ſed in extrinſeco effectu.

Confirmatur tertiò, principium enim quodlibet actionis tranſeuntis, ſi fuerit indifferens ad illam, non poteſt ad ipſam formaliter & immediatè determinari per eandem actionem, & multo minùs per relationem rationis, aut denominationem ab eadem actione prouenientem. Alioqui actio tranſiens eſſet in ſe formaliter libera in actu ſecundo, & eſſet ipſum exercitium libertatis, quia talis actio procederet immediatè à principio prorſus indifferenti ad talem actionem vel eius contrariam actionem aut contradictoriam negationem actionis. Implicat autem actionem tranſeuntem in ſe formaliter eſſe liberam in actu ſecundo: ſicut probatum eſt ſupra ſect. 2. refutatione 6. 16.

Principiū eſt indiferēs ad actionem tranſeuntem non poteſt per ipſā formaliter & immediatè determinari.

SECTIO

SECTIO V.

Occultiſſimorum præſcientia futurorum, & efficax eorum volitio poſſibilis eſſet hominibus & Angelis; niſi vera foret concluſio, quam probamus.

1. SEptimam probationem adde præcedentibus, quia ſi præſcientia futurorum contingentium in Deo nihil aliud eſt, quàm ſcientia ſimplicis intelligentiæ (quæ tantummodo complectitur ſimpliciter neceſſarias veritates rerum poſſibilium) addita relatione rationis, vel extrinſeca denominatione, proueniente à futura productione rerum contingentium: conſequens erit, omnes fideles, qui ſaluandi ſunt, certo cognoſcere, ſe adepturos eſſe vitam æternam. Conſequens eſt contra fidem; ergo antecedens non eſt verum. Sequela probatur, quoniam omnes fideles per fidem certò cognoſcunt, eſſe ſibi poſſibile per Dei gratiam & opem adipiſci beatitudinem: hæc autem cognitio poſſibilitatis, addita futuritione beatitudinis, & relatione rationis vel extrinſeca denominatione, proueniente à futura beatitudine, complebitur & conſtituetur in ratione præſcientiæ futuræ beatitudinis: quemadmodum ſimplex intelligentia, qua Deus ſcit, Mundum eſſe poſſibilem, addita relatione rationis, vel extrinſeca denominatione proueniente à futuritione Mundi, completur, & conſtituitur in ratione præſcientiæ futuritionis Mundi, quæ præſcientia fuerit ab æterno. Eodem argumento probare poſſem, te præſcire omnes actus liberos futuros omnium hominum & Angelorum: ſi cognoſcis eorum actuum poſſibilitatem, & huic cognitioni ſuperaddatur relatio rationis, vel extrinſeca denominatio, proueniens ab eorum futuritione.

Omnes fideles, qui re ipſa ſaluandi ſunt cognoſcerent certo ſe vitam æternam adepturos.

2. Veniamus ad volitionem efficacem, quam opinio contraria conflat ex volitione ſimpliciter neceſſaria, quæ eſt complacentia ſimplex omnium, prout ſunt poſſibilia, necnon ex relatione rationis, ſeu extrinſeca denominatione, proueniente ab effectu futuro, vel ab actione tranſeunte, per quam eſt producendus: hæc enim duo, dicunt, eſſe ſatis, vt per illa formaliter Deus ab æterno fuerit conſtitutus in ratione volentis. Inde per argumentum ſimilis formæ deducitur inconueniens non minùs falſum, quàm quod nuper circa præſcientiam inferebamus. Sequitur enim neminem vmquam fuiſſe iuſtum in charitate & gratia Dei; ſi poſtea de facto commiſſurus erat peccatum mortale: parique ratione ſequitur neminem eſſe in peccato mortali, ſi poſtea per contritionem rediturus eſt in Dei gratiam & charitatem.

Idem voluntati efficaci accommodatur.

3. Sequela manifeſtior euadet exemplis. Sequitur, luciferum ab ipſo primo ſuæ creationis inſtanti, quando iuſtus & Deo gratus erat, voluiſſe rebellare & apoſtatare à Deo: quoniam in eo primo inſtanti neceſſariam volitionem habebat ſuæ beatitudinis in communi, & complacentiam ſimplicem excellentiæ maioris, & exaltationis propriæ. Huic igitur volitioni ſuperaddita relatio rationis, vel extrinſeca denominatio à futura rebellione & apoſtaſia, qua liberè voluit ſuam beatitudinem & exaltationem conſequi per illud medium, complebit & conſtituet efficacem volitionem rebellandi, quæ fuerit iam in eo primo inſtanti creationis.

Probatio ſequela.

4. Eadem conſequentia probabitur, in ipſo die palmarum, quando Iudæi acclamauerunt *Oſanna Filio Dauid*, iam tunc commiſiſſe peccatum efficaciter volendi & procurandi mortem illius. Etenim etiam tunc placebat illis Dei honor, & gloria Meſſiæ venturi: cui complacentiæ ſi ſubiungatur relatio rationis vel extrinſeca denominatio, qua voluerunt occidere Chriſtum Dominum, exiſtimantes ſe defendere Dei honorem & vſurpatam gloriam Meſſiæ, complebitur & conſtituetur efficax volitio, qua iam ab eo tempore voluerint efficaciter occidere Chriſtum Dominum.

Idem probatur ex alio abſurdo.

5. Atque vniuerſaliter cùm ſit omnibus ratione vtentibus neceſſarius amor boni & beatitudiuis in communi; non deerit hominibus quando ſunt in charitate; cui ſi coniungatur relatio rationis vel extrinſeca denominatio veniens ab efficaci volitione, qua futuro tempore propter amorem apparentis & priuati boni proprij poſtponit Dei præceptum, complebitur & conſtituetur efficax volitio poſtponendi Dei præceptum, quæ fuerit in homine, quamdiu ratione vtitur; ideóque nullus adultus & rationis compos fuit iuſtus & in gratia.

6. Contra verò nemo peccantium, & eorum præcipuè, qui ſunt in gratiam redituri, caret omni complacentia pœnitentiæ & obſeruantiæ diuinæ legis: imo multi tunc etiam quando peccatum committunt, habent ſimplicem complacentiam contrariæ virtutis & pœnitentiæ: cui ſi coniungatur relatio rationis vel extrinſeca denominatio proueniens à futura pœnitentia, vel futuris actibus contrariæ virtutis, complebitur & conſtituetur efficax volitio deteſtationis peccatorum contritionis, & obſeruantiæ diuinæ legis, quæ volitio efficax iampridem extiterit eo ipſo tempore, quo iſte homo erat in peccato mortali; vnde ſequitur etiam tunc fuiſſe in gratia, quoniam etiam tunc habebat efficacem volitionem requiſitam ad obtinendam gratiam.

Peccatores in gratiam poſtea redituri, in gratia eſſent ante quam pœniterent.

7. Duas potiſſimum ſolutiones adhibent aliqui Theologi. Primò námque reſpondent, eminentiam diuinæ ſcientiæ, atque volitionis præſtare, quod præſtare non poteſt limitatio & imperfectio creatæ cognitionis & volitionis. Hæc ſolutio verum dicit, falsò tamen applicatum ad defendendam doctrinam oppoſitam. Veriſſimè namque dicitur, eminentiam infinitam diuinæ cognitionis & volitionis hoc præſtare, vt per eandem ſimpliciſſimam entitatem & perfectionem intellectionis præſciat omnia contingentia futura, & præſciret etiam alia, ſi forent alia futura: ſimilitérque per eandem ſimpliciſſimam realitatem & perfectionem volitionis efficacis & liberæ velit quæcunque producit, & per eandem liberè voluiſſet alias res, ſi alias decreuiſſet producere: quemadmodum probabimus ſequenti diſputat. 12. ſect. 2. & 3.

Prima aduerſariorum ſolutio.

Refellitur.

8. Cæterum iuxta ſententiam, quam impugnamus, infinita eminentia diuinæ ſcientiæ, vel diuinæ volitionis non præſtat, vt Deus realiter per intrinſecam & immanentem in ſe perfectionem determinatè ſciat quid ſit futurum, & determinatè velit producere, quæ ſunt producenda; ſed dicitur Deus hæc ſcire atque velle propterea formaliter & præcisè, quoniam habet neceſſariam ſcientiam & volitionem, & illis ſuperadditur relatio rationis, vel

extrinſeca denominatio prouenięns à futura Dei productione vel ab effectis producendis. Hoc autem nihil eminentiæ confert, neque prærequirit in diuina cognitione ac volitione: quin potius imperfectiorem, inferiorem & limitatiorem, quantum ad hoc, conſtituit cognitionem ac volitionem diuinam qualibet creata cognitione aut volitione, quæ realiter & propriiſſimè per ſe ipſam formaliter præſcit aliquos effectus futuros determinatè, & realiter ac determinatè vult aliquid facere prorſus independenter à qualibet relatione rationis, aut extrinſeca denominatione, quæ à futuris productionibus ad extra, vel ab earum effectis reſultet in cognitionem, aut volitionem creatam.

9. *Secunda ſolutio.*

Secunda ſolutio reſpondet, in volitione noſtra libertatem eſſe denominationem extrinſecam, prouenientem à potentia voluntatis, quæ poteſt non velle, quoniam vtitur imaginatiua ſoluta: proptereáque poteſt intellectum flectere ad vtramque partem contradictionis: vnde nihil mirum, ſi libertas in Deo ſimiliter ſit extrinſeca denominatio.

10. *Impugnatur.*

Veruntamen hoc exemplo non ſoluitur, ſed augetur robur præſentis argumenti. Quamuis enim noſtræ volitionis libertas ſit extrinſeca denominatio: nihilominus ipſa volitio, quæ libera eſt, non poteſt eſſe denominatio extrinſeca, ſed omnino debet eſſe realis volitio. Præſens igitur argumentum, & reliqua ſectionum præcedentium, primariò contendunt probare, volitionem creandi Mundum, & cæteras volitiones efficaces Dei eſſe reales: quo ſuppoſito quid ſit formaliter libertas in eiuſmodi volitionibus, & vtrum ſit extrinſeca denominatio, tractandum erit diſp. 13. ſect. 2. in fine.

SECTIO VI.

Præcipua Theologiæ fundamenta corruunt, ſi relatio rationis, vel extrinſeca denominatio determinat & vltimò conſtituit præſcientiam & efficacem volitionem futurorum.

1. *Ita præſentium quæſtionum deciſiones tradendæ ſunt, vt earum quæ remotæ ſunt, non obliuiſcamur.*

Diuturna experientia deprehendi, tam in ſpeculatiuis, quam in practicis & moralibus controuerſiis non parum à ſcopo veritatis aberrare illos, qui ſingulas deciſiones à cæteris diuulſas & ſeparatas, prout tunc facilius occurrit, ſibi conſtruunt, immemores aliarum quæſtionum, quæ licet diſſitæ ſint, & longè diſtent diſputationis ordine, tamen inſeparabiliter copulantur veritate deciſionis, ita vt vna collapſa, cæteræ labefactentur. Imminet præ cæteris hoc periculum in conſtituenda quidditate completa & integra liberæ volitionis diuinæ; quia niſi tota fuerit increata, & immanens in Deo & æterna, ſed expectauerit complementum aut conſtitutionem relationis rationis, vel extrinſecæ denominationis, aut connotationis: conſequens erit, fuiſſe vaniſſimas quæſtinnes, quæ ſunt inter Theologos celeberrimæ, fruſtráqoe fuiſſe in illarum diſputatione cruciatos; in aliis autem decreuiſſe falſum propter ignorantiam aut obliuionem huius quidditatis & conſtitutionis, quæ tribuitur liberæ volitioni.

2. *Ex contraria ſententia apertè ſequitur, in hoc tempore manere in ſtatu contingentiæ diuinam volitionem efficacē rei nondum factæ.*

Primò námque ſi Dei volitio efficax & libera non eſt aliud quàm neceſſaria complacentia cunctorum poſſibilium, addita relatione rationis, vel extrinſeca denominatione vel connotatione futuræ productionis ad extra: ſimilitérque præſcientia futurorum non eſt aliud, quàm ſimplex intelligentia poſſibilium, addit relatione, denominatione ſeu connotatione: maniſeſtè ſequitur, adhuc etiam in hoc tempore manere in ſtatu contingentiæ diuinam præſcientiam & efficacem volitionem rei nondum factæ; Quocirca ſicut eſt adhuc in ſtatu contingentię peccare, vel non peccare Antichriſtum; ſic etiam adhuc erit in ſtatu contingentiæ Deum præſciuiſſe futurum peccatum illius, & Deum voluiſſe illud permittere, & voluiſſe damnare Antichriſtum. Sequela probatur, quia ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & complacentia ſimplex omnium poſſibilium, ſecundùm ſe ac præciſè conſideratæ, nunquam potuerunt aliter ſe habere, nec aliter verſari circa creaturas: ſolæ relationes ratinnis, ſeu denominationes extrinſecæ vel connotationes potuerunt non fuiſſe (iuxta prædictam ſententiam) cum igitur eædem relationes & denominationes proueniant ab actionibus futuris, quæ ſunt adhuc in ſtatu contingentiæ: neceſſarium eſt non minùs contingentem eſſe nunc ſtatum earum relationum ſeu denominationum; & conſequenter adhuc eſſe contingens Deum non præſciniſſe talem actionem futuram, aut non voluiſſe facere bonum: vel permittere malum quod eſt futurum. Quam rationem fuſiùs proſecuti ſumus tomo præcedenti de Scientia Dei tota diſp. 31. præſertim ſection. 4. & ſequent. demonſtrantes, iam nunc eſſe ſimpliciter neceſſariam & extra ſtatum contingentiæ quamlibet præſcientiam futurorum, & quamlibet liberam volitionem Dei, quemadmodum eſt iam extra ſtatum contingentiæ cœlos extitiſſe multis retro ſæculis, licet adhuc eorum exiſtentia perſeueret.

3. *Fictitia eſſet certitudo, immutabilitas, & inuariabilitas diuinæ volitionis liberæ.*

Secundò ſequitur ex eodem abſurdo, vanam & fictitiam eſſe certitudinem, immutabilitatem, & inuariabilitatem diuinæ præſcientiæ futurorum, atque diuinæ volitionis liberæ. Quin potius ſicut operationes, quæ nondum fuerunt, adhuc ſunt in ſtatu contingentiæ, vt poſſint non fieri: ſic etiam relatinnes ratinnis aut extrinſecæ denominationes, vel connotationes ex eis reſultantes poſſunt non euenire, ideóque poſſunt non conſtituere diuinam præſcientiam futuritionis, & diuinam volitionem liberam. Conſequenter igitur præſcientia, & volitio prout verſatur circa futuras operationes, non minùs incerta eſt, nec minùs mutabilis & variabilis, quàm futuræ operationes; niſi præſcientia & volitio habeant ab intrinſeco realem & veram tendentiam ad illa obiecta determinatè, quæ non conſtituatur, nec compleatur relatione rationis vel denominatione ſeu connotatione.

4. *Nulla eſſet perfectio aut laus diuinæ ſcientiæ & volitionis, quod falli non poſſint.*

Tertiò. Diuinam præſcientiam non poſſe falli, nulla prorſus laus foret præſcientiæ, neque perfectio illius; quoniam illius infallibilitas in eo formaliter atque præciſè conſiſteret, quod relatio rationis, vel extrinſeca denominatio ſeu connotatio non poſſet eſſe alia, niſi quæ reſultat à futuris actionibus; quod ſi aliæ futuræ fuiſſent actiones, aliæ relationes ſeu connotationes reſultarent. Itaque nulla repræſentatio futuritionis daretur in Deo, quæ non poſſet à futuritione diſcordare, ſed ſola denominatio vel relatio rationis à futuritione reſultans, eſt quæ non poteſt à futuritione diſcordare.

Confir-

Digitized by Google

5\. *Eãdem prorſus infallibilitatem humana ſcientia haberet.*

Confirmatur, hac enim ratione mea præſcientia non poteſt falli, tantáque pollet infallibilitate, quanta diuina præſcientia, quando ego ſcio cunctos homines poſſe peccare, & poſſe diuinam legem ſeruare; quæ poſſibilitatis præſcientia conſtituetur præſcientia peccati, quod eſt futurum, per relationem rationis vel extrinſecam denominationem ex eo reſultantem: & hanc erit impoſſibile falli; ſicut erit impoſſibile falli præſcientiam conſtitutam per talem relationem aut denominationem à futura obſeruantia diuinæ legis.

6\. *Tota diuina voluntatis energia euaneſceret.*

Quartò, Volitionis diuinæ inſuperabilis, & ineuitabilis efficacitas, quæ ſemper impletur, & quæ fruſtrari nulla ratione poteſt, atque cui nemo reſiſtere poteſt, euaneſcit, & quod tantopere de illa prædicant Sacræ literæ, Patres, & Scholaſtici, vertitur in adulationem aut inanem vmbram gloriæ: ſi Dei volitio efficax non eſt ad vnum effectum realiter determinata per increatam & immanentem determinationem. Sequela probatur, quia ſi talem determinationem non habet, eſt indifferens, quantum ex ſe eſt ad vtramque partem contradictionis, ſicut eſt indifferens ſimplex complacentia omnium poſſibilium. Cuilibet autem volitioni prorſus indifferenti, quantum ex ſe eſt, & prout eſt prior operatione ad extra, nemo poteſt reſiſtere impediendo quod vult facere, quia nihil determinatè vult: & quantum ad hoc ſemper impletur quodammodo, ſed propriè nunquam impletur. Iam verò quando volitionem efficacem accipis determinatam ad vnum obiectum per relationem rationis vel extrinſecam denominationem, ſeu connotationem operationis ad extra; ſupponis eo ipſo iam prius eſſe factam eam operationem, quam vult, ideo nulla eſt laus efficacitatis diuinæ volitionis, quoniam poſtquam ſupponitur operatio iam facta, contradictionem implicat eam non fieri vel impediri.

7\. Confirmatur primò, nam ea ratione multorum hominum volitiones erunt ineuitabiliter efficaces, ita vt ſemper impleantur, & contradictionem implicet aliquem illis reſiſtere. Cuius ſufficiet vnicum exemplum. Sit aliquis ſagittarius, qui nihil determinatè velit attingere ſagitta, ſed meram habeat ſimplicem complacentiam attingendi, quidquid eſt poſſibile ſuę ſagittæ. Huius hominis volitio ſemper implebitur, & nulla ratione fruſtrari poterit, nec aliquis poterit ei reſiſtere, quia quidquid attigerit ſagitta propter quodcumque reſiſtens impedimentum, hoc denominabit ac determinabit volitionem illam ex ſe indifferentem, addendo illi relationem rationis vel extrinſecam denominationem.

8\. *Theologi longè abeſſent à ſolida ratione aſſignanda.*

Confirmatur ſecundò, quoniam Theologi longè aberrauiſſent à ſolida ratione præſentis dogmatis. Etenim debuiſſent dicere; Diuina volitio non eſt determinatè volitio talis rei potius, quàm alterius, quouſque res illa ſupponatur eſſe facta, & ex eius productione reſultet connotatio vel denominatio vel relatio rationis, per quam conſtituatur ac determinetur diuina volitio, vt ſit volitio talis rei potius, quam alterius. Ideo neceſſarium eſt vt nihil aliud Deus determinatè voluerit, niſi quod fit; quod ſi contrarium omnino fuiſſet factum, id ipſum denominaſſet eodem modo diuinam volitionem determinatam ad illud. Egregiam verò laudem omnipotentiſſimæ voluntatis, atque decorum imperium cui nemo propterea reſiſtere poteſt, quia quidquid à quocunque factum fuerit, hoc tranſmittit denominationem volitionis & imperij.

Quinto à quocunque Theologo, negante volitionem efficacem Dei vitaliter determinatam intra Deum ipſum, inquiro, quænam ſit illa manus eadem & communis Patris & Filij, de qua nemo rapere poteſt prædeſtinatos, iuxta illud Ioan. 10. *Non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum ſumus.* Etenim iſta manus eſſe non poteſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, nec ſimplex complacentia omnium poſſibilium; quoniam vterque actus æqualiter verſatur circa reprobos, qui rapiuntur à dæmone, & circa prædeſtinatos, qui non rapiuntur. Deinde ſi prædictis actibus Dei ſuperaddas relationem rationis, vel extrinſecam denominationem aut connotationem diuinæ operationis ad extra; conſequens erit, hunc eſſe ſenſum; quos mea operatio actualis ſaluauerit, eos nemo rapiet; quos autem rapuerit dæmon, eos non ſaluabit actualitèr operatio mea. Quo ſenſu quilibet paſtor, licet ignauus, gloriari poſſet, nullum lupum, atque nullum furem rapere poſſe oues de ſua manu: quoniam eius actualis operatio non ſaluabit actualiter oues, quas lupus aut fur rapuerit, & eius manu intelligenda ſit voluntas coniuncta cum operatione actualiter ſaluante, & ab illa operatione recipiens determinationem. 9.

Ad violentum ſenſum opus eſſet Scripturam detorquere.

Eodem modo ponderari poteſt illud 2. ad Timoth. 2. *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, nouit Dominus qui ſunt eius.* Nam & in Dei notitia, quantum ad totum, quod eſt intra Deum, nihil eſt, quod determinatè oſtendat qui ſunt eius, ſed expectatur relatio rationis ſeu denominatio vel connotatio, iuxta prædictam ſententiam. Quapropter tota fundamentalis firmitas, totúmque Sacramentum ſignaculi deuoluitur ad futuram operationem Dei, ſimul cum futura cooperatione hominis: quæ duo ſunt adhuc in ſtatu contingentiæ, propteteáque nihil firmitatis habent. Nam ſi dicas eſſe firma in cognitione diuina, recurrit idem argumentum, niſi cognitio diuina dictet illa eſſe futura determinatè, & hoc dictamen non conſtituatur connotatione, vel denominatione futuritionis. 10. *2. Ad Timoth. 2.*

Sextò. Concordia libertatis humanæ cum diuina præſcientia, prædeſtinatione, aut prædefinitione talis conſurgit ex illa conſtitutione ſeu complemento, quod impugnamus, vt irriſione, vel commiſeratione digni fuerint omnes antiqui Patres & Scholaſtici, quos diu, multúmque torſit inquirere modum concordiæ; numquam tamen inuenerint verum & facilem, ſed irretiti permanſerint alia concordia falſa non minùs, quam difficili. Qoid enim foret facilius & manifeſtius, quam dicere, relationem rationis vel denominationem extrinſecam, aut connotationem, prouenientem à futuro peccato Antichriſti, nihil prorſus impedire libertatem eiuſdem peccati, quoniam eius exercitium ſupponit & peccatum iam liberè commiſſum? quem- 11.

Fruſtra laboraſſent antiqui Patres & Scholaſtici in diuinæ prædeſtinationis & humanæ libertatis concordia.

Digitized by Google

admodum extrinſeca denominatiu, iam hodie conueniens huic domui, propterea quod craſtina die ſit emenda liberè, & inhabitanda à Petro, nihil libertatis adimit emptioni nec inhabitationi. Vnde præterea ſequitur, eandem omnino rationem concordiæ conuenire prædeſtinationi & prædefinitioni bonorum actuum, quæ præſcientiæ peccatorum. Etenim prædeſtinatio & prædefinitio bonorum actuum nihil habet circa illos determinatum, niſi relationem rationis vel extrinſecam denominationem, ſeu connotationem, hæc autem nihil impediunt libertatem actuum à quibus prouenlunt. Quid opus eſt hic præſcientia conditionata, vel potentia Dei, & ſapientia proponente congruas & opportunas occaſiones & motiua.

12. Confirmatur & præoccupantur ſolutiones aliquorum; quia præſcindendo connotationem productionis ad extra, & relationem rationis aut denominationem extrinſecam, prouenientem ab eadem productione, nihil omnino remanet intra Deum, quod indigeat concordia, quia nec minimam apparentiam habet repugnantiæ cum libertate, quippe cum nihil omnino determinet. Talis eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ omnium poſſibilium, in qua continetur etiam cognitio diſiuncti, quæ notiſſima eſt omnibus hominibus, ſicut illa dignitas: *Quodlibet eſt vel non eſt*; Talis eſt etiam ſimplex complacentia omnium poſſibilium, & volitio diſiuncti huius: *Petrus conuertatur, vel non conuertatur.* Hæc enim non minùs indifferens eſt, quam libertas Petri, vt conuertatur, vel non conuertatur.

13. *Grauiſſima de prædeſtinatione quæſtio irrita redderetur.*

Septimò. Vana redditur illa quæſtio, quæ Theologorum omnium conſenſu cenſetur eſſe grauiſſima, videlicet, Vtrum præſcientia noſtrorum operum ſupernaturalium impulerit Deum, vt homines iſtos, potius, quàm alios prædeſtinauerit, vel potius Dei prædeſtinatio cauſa fuerit meritorum, & conſequenter prędeſtinatio determinauerit intellectum Dei, vt præſciret homines iſtos eſſe bene operaturos finaliter. Nam apud omnes Catholicos eſt certum, fidem & obſeruantiam diuinæ legis, perſeuerantem vſque ad finem vitæ, cauſam meritoriam & rationem eſſe glorię. Quo ſuppoſito, denominationes extrinſecæ, vel relationes rationis, vel connotationes, conſtituentes diuinam præſcientiam, & prædeſtinationem eodem ordine ſe reſpicient neceſſariò, nec erit poſſibile etiam de potentia abſoluta, vt prædeſtinatio ad gloriam ſit ratio cauſandi merita, ita vt propterea Deus efficaciter moueat Petrum ad fidem & opera pietatis, quoniam eum prædeſtinauit ad gloriam. Vbi eſt ergo illud Roman. 9.

Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, & infra: *Cuius vult, miſeretur, & quem vult indurat?*

14. *Aliquibus ſolutionibus occurritur.*

Confirmatur primò, & occurritur quorundam ſolutionibus, quia voluntas creata realiter & verè concurrit cum Deo ad producenda quælibet opera pietatis, quibus obtinetur gloria. Sed ex iſtis operibus, vel ex concurſu Dei ad illa reſultat ea connotatio vel extrinſeca denominatio, vel relatio rationis, qua completur, & vltimate conſtituitur determinata prædeſtinatio Petri. Ergo voluntas Petri cauſa eſt, vt ipſe ſit prædeſtinatus: nec potuit aliter prædeſtinari, niſi prædicta cauſalitate.

15. Confirmatur ſecundò. Sic enim fuit impoſſibile conditionali ſcientia futurorum operum dirigi Dei prouidentiam, vt hominem conſtituat in circumſtantiis, ſub quibus præuidet eſſe bene operaturum & perſeueraturum: vt videbimus in §. *decimo.*

Confirmatur tertiò, nam iſtius argumenti robur oſtenditur euidentius in reprobatione. Quoniam omnes doctores tanquam indubitabile ſupponunt, fuiſſe poſſibile ſaltem de potentia abſoluta, non reprobare homines, niſi propter pręuiſa peccata finalia; ſimiliterque fuiſſe poſſibile reprobare ante præuiſionem, volendo negare illis prędeſtinationem. Hac autē poſſibilitate præſuppoſita, Doctores ita reijciunt alteram partem, vt eo ipſo putent alteram partē eſſe concedendam, nec detur medium inter vtramque. Contra verò ſententia, quam in præſenti refellimus, vtramque partem excludit vt impoſſibilem de potentia abſoluta. Nam finalia peccata & eorum actualis permiſſio prior eſt, & quaſi origo connotationis aut relationis, aut denominationis extrinſecæ, qua Dei volitio neceſſaria, & ex ſe indifferens completur, & vltimò conſtituitur in ratione volitionis reprobantis determinatè Iudam, v. g. eadem autem vel alia connotatione, vel denominatione ſeu relatione proueniente ex eadem origine conſtituitur ſcientia Dei ex ſe indifferens in ratione ſcientis determinatè finale peccatum Iudæ. Quapropter nec fuit poſſibile præuiſionem finalium peccatorum fuiſſe motiuum aut rationem reprobationis; nec fuit poſſibile Deum velle negare prædeſtinationem Iudæ prius ratione, quàm præuideret illius finale peccatum. Vtrumque nàmque ſimul abſque prioritatis aut cauſalitatis ordine concurrit; videlicet determinata reprobatio & determinata præſcientia, nam vtramque determinat, complet & conſtituit connotatio ſeu denominatio ſeu relatio veniens ab eadem origine. 16.

Clarius adhuc in reprobatione patet.

Confirmatur quartò, quia nec eximia ſuauitas diuinæ dilectionis in prædeſtinatos, nec ira iuſtitiæque rigor in reprobos, explicari poteſt, aut intelligi, iuxta prædictam ſententiam, ſed ab hoc & aliis multis ſuperſedeo, ne totam prędeſtinationem ac reprobationem ad hoc argumentum referam. 17.

Haud poſſet explicari ſuauitas diuini amoris in prædeſtinatos.

Octauò. Nullum eſſe diſcrimen inter prædefinire vel non prædefinire noſtras operationes, ſequitur ex eadem ſententia. Sequela probatur, quia ſi fiunt tales actiones, ex illis vel ex concurſu Dei ad illos reſultat in diuinam volitionem & cognitionem eadem connotatio, vel extrinſeca denominatio, vel relatio rationis, ſiue fingas eſſe prædefinitas, ſiue fatearis non poſſe prædefiniri. Quapropter falſum eſſet, quod tanquàm indubitabile ſupponunt omnes, qui de prædefinitionibus diſputant, nimirum eſſe poſſibile prædefiniri actiones humanas, ſaltem aliquas. 18.

Nullum eſſet diſcrimen inter ſimpliciter velle & prædefinire.

Nonò. Si non eſt realis & intrinſeca determinatio decreti diuini; nullum omnino futurum in decreto Dei præſciri poteſt. De hoc egimus ſect. 2. refutatione 2. & præcedenti tomo de ſcientia diſp. 25. ſect. 1. & 2. 19.

Decimò. Scientiæ conditionatæ nulla prorſus eſt realis exiſtentia, nullàve vtilitas; niſi tota determinatio illius ſit realiter & vitaliter intra Deum. Nam connotatio diuinæ operationis, 20.

tionis, quæ prodiret ad extra ſub talibus circumſtantiis, numquam erit realis: ſicut numquam eſt realis operatio, qua Deus conuerteret ad pœnitentiam Tyrios & Sidonios; ſi facta fuiſſent apud illos miracula Chriſti Dom. Quapropter ſicut illa Dei operatio nullo tempore realis eſt actu, ſed foret realis; ſic etiam conditionata ſcientia illius numquam erit realis, ſed foret realis, atque denominatio extrinſeca, vel relatio rationis ab illa non prouenit actu, ſed proueniret. Quod autē aliqui reſpondent cōpleri prædictam ſcientiam reuelatione, qua Deus reuelauit aliqua conditionaliter futura; non ſatisfacit, quoniam inde ſequitur, non ſciri, quæcumq; non ſunt reuelata vel reuelanda, licet ſint cōditionaliter futura. Quod ſi Deus nihil reuelaſſet de cōditionatis, nihil ſciret, inſuper ſi nihil produxiſſet, nihil conditionaliter ſciret. Quæ omnia ſunt abſurda.

21. *Inutiliu prorſus eſſet ſciētia conditionata ſi vt aduerſarij intelligunt, accipiatur.*

Verumtamen, vt demus contrariæ ſententiæ, iam nunc realiter eſſe conditionalem ſcientiam, eiuſmodi connotationibus aut denominationibus conſtitutam; nullus ex ea colligitur fructus ad dirigendam prouidentiam Dei tam naturalem, quam ſupernaturalem, neque ad certitudinem prædeſtinationis aut reprobationis, nec ad concordiam libertatis. Adhæc quippe nihil intereſt, quod per intellectum humanum connotatio vel extrinſeca denominatio, vel relatio rationis, quæ foret ſub talibus circumſtantiis, copuletur cum ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vel quod iam ſuo modo copulata ſit; ad conſtituendam ſcientiam conditionatam.

22. *Alia celebris quæſtio ſine fructu tractatur.*

Vndecimò. Sequitur præterea vanam eſſe diſputationem, quæ ſemper apud Theologos magno fuit in pretio, *Vtrum Deus incarnaretur, licet Adamus non peccaſſet.* Nam ſi loquaris *ex vi præſentis decreti*, contradictionem implicat, fuiſſe decretum Incarnationis, ſi non fuiſſet iſtud peccatum. Etenim, quantum ad exteriores effectus, conſtat, originali peccato Adami damnatum fuiſſe genus humanum, & à Chriſto Domino fuiſſe redemptum. Quamobrem extrinſecæ denominationes, aut connotationes, vel relationes rationis, ab his actionibus Dei vel Adami reſultantes in diuinam ſcientiam, & volitionem, non potuerunt aliter eſſe, niſi eodem ipſu modo, quo de facto ſunt ex ſuppoſitione peccati Adami. Nam ſi non variatur res, vnde prouenit connotatio vel denominatio, vel relatio; non poteſt variari connotatio, vel denominatio vel relatio, ſuppoſita inuariabilitate ſumma rei denominatæ, quæ eſt neceſſarius amor complacentiæ rerum poſſibilium: qui nulla ratione poteſt nunc denominari decretum liberum incarnandi, licèt Adamus non peccaret. Falſum igitur erit quod S. Thomas & cæteri tractatores illius quæſtionis ſupponunt quaſi certum, deciſionem illius eſſe quærendam ex libera Dei voluntate, quæ reuelata eſt in ſacris literis. Sequela probatur; contradictionem implicat aliter eſſe decretum illud, quàm modo prædicto: ergo non pendet ex diuina libertate.

23. *Effugium excluditur.*

Si verò confugias ad aliud decretum liberum, quod foret in Deo, ſi incarnaretur Adamo non peccante: iam præcedenti §. decimo probauimus, neque Deum ipſum ſcire poſſe nunc actualiter quid ipſe faceret; ſi vera foret ſententia, quam impugnamus, ſed Deus hoc ſciret, ſi non exiſtente peccato Adami, carnem aſſumeret, tunc enim hæc operatio, vel eius connotatio, vel denominatio aut relatio conſtitueret Deum & ſcientem actualiter & volentem.

24. *Neque de potentia abſoluta Deus poſſet incarnationē velle propter bonū eximiū communicatis, independēter à peccato Adami.*

Confirmatur, nam ex eadem ſententia ſequitur fuiſſe impoſſibile etiam de potentia abſoluta, Deum voluiſſe incarnationem propter bonum eximium communicationis maximæ, atque propter docendos & animandos homines, quaſi propter finem adæquatum & independentem à peccato Adami. Quod tamen omnes vtriuſque partis Authores pro comperto ſupponunt fuiſſe poſſibile ſaltem de potentia abſoluta: quo ſuppoſito, diſputant, vtrum de facto Deus voluerit hoc vel alio modo. Sequela probatur, quia ſiue Deus communicationem maximam & inſtructionem hominum voluerit, vt finem adæquatum, independentem à peccato Adami, ſiue voluerit, vt finem partialem ac dependentem à ſatisfactione pro peccato originali, prorſus eadem erit extrinſeca denominatio, ſeu connotatio vel relatio rationis reſultans ex omnibus formis denominantibus, quæ ſunt extra Deum, vt paulò ſuperius dicebamus.

25. *Solutio.*

Reſpondent aliqui, diuerſam connotationem, ſiue diuerſam formam extrinſecè denominātem, eſſe reuelationem in Sacris literis factam, quę reſtatur, incarnationem fuiſſe volitam dependenter à peccato. *Impugnatur.* Verumtamen hæc ſolutio refutatur, dando, (quod non eſt in præſenti diſputandum) reuelatam eſſe in Sacris literis illam dependentiam à peccato. Quo ſuppoſito, primum inquiro, num de potentia abſoluta fuerit poſſibile, Deum velle incarnationem propter remedium peccati, tanquam propter finem partialem, ita vt nihil aliud fuerit adæquatus finis & ſufficiens motiuum, quamuis nihil omnino reuelaturus eſſet vnquam de hoc modo volendi dependenter à peccato? Nam ſi dicas hoc eſſe impoſſibile, redigis diuinam volitionem in magnas anguſtias nullius ſecreti ſeruandi circa ſuas intentiones; quia non poterit eſſe volitio huius finis potius quā alterius, adæquatè vel inadæquatè intenti; niſi Deus hoc alicui creaturæ reuelauerit, quod apertam videtur præ ſe ferre abſurditatem. Si verò dixeris, de potentia abſoluta poſſibile fuiſſe nihil vnquam reuelare circa motiuum incarnandi, quamuis incarnationem Deus voluiſſet dependenter à peccato: in hoc ipſo caſu de potentia abſoluta poſſibili, præcedentis argumenti vires inſtaurantur, quoniam tunc abſque diſtincta connotatione vel denominatione extrinſeca, Deus potuit velle incarnationem dependenter, vel independenter à peccato.

26. *Secunda impugnatio.*

Refutatur ſecundò, quia ſequeretur, Deum de ſua volitione & motiuo incarnationis æquali fundamento veritatis reuelare potuiſſe duas contradictorias, videlicet: *Incarnationem volui dependenter à peccato. Non volui incarnationem dependenter à peccato, ſed independenter.* Sequela probatur, quia præſcindendo à reuelatione, & conſiderando cætera, quæ realiter ſunt in Deo, vel extra Deum, ea nō ſufficiunt, vt diuina volitio conſtituatur in ratione volentis dependenter vel independenter à peccato (quod ipſa ſolutio ſupponit, propterea confugiens ad reuelationem) ergo cæteris omnibus eodem prorſus modo permanentibus tam intra, quàm extra Deum, non minùs vera fuiſſet reuelatio, ſi Sacræ literæ dixiſſent Deum voluiſſe incarnationem independenter à peccato, quam vera eſt contraria reuelatio.

27. *3 Impugnatio.*

Vnde conſurgit refutatio terria, quoniam eiuſmodi reuelationes de diuinis intellectionibus & volitionibus liberis erunt falſæ, vel nihil aliud affirmabunt niſi ſe ipſas; quoniam ab illis præſcindendo, nihil erit ex patre rei ſignificatæ per quod verificentur.

28. *Ex contraria ſententia validè infertur, quod Deus non potuerit alios fines intendere, vel vnum independenter ab alio quando plures de facto fines obtinentur.*

Duodecimò. Sequitur ex contraria ſententia, quoties à Deo de facto duo, vel plures fines obtinentur, impoſſibile fuiſſe, quod Deus pro ſua libertate voluiſſet vnicum tantum finem, non intendendo alios, vel qood vnum finem intendiſſet independenter ab alio, niſi præciſè prout in rebus ipſis vnus finis eſt perfectior vel imperfectior, dependens vel independens ab alio. Generalis ratio eadem eſt quæ §. præcedẽti. Manentibus enim tam intra Deũ quã extra Deũ omnibus eodẽ prorſus modo, nihil eſt, à quo proueniat in volitionem Dei diuerſa connotatio, vel denominatio, vel relatio, per quam conſtituatur diuerſimodè fines intendens, & vnum præferens alteri.

29. Declaratur, & confirmatur exemplo. Vt Deus paulatim & non ſimul eodem anno terræ promiſſæ nationes exterminaret, alter finis fuit, ne contra filios Iſrael creſcerent beſtiæ agri, declaratus Exodi 23. ver. 29. & Deuteron. 7. ver. 22. Alter finis fuit dare locum pœnitentiæ nationibus illis, declaratus Sapientiæ 12. ver. 9. & 10. Potuit etiam eſſe finis colligere plures filios ex illis nationibus in aliis regionibus propagandos, & diutius exercere filios Iſrael in præliis, ne otio, deliciiſque diſſoluerentur, necnon eorum peccata laboribus illis punire; ſicut ad aliud non diſſimile propoſitum dicitur Iudicum cap. 2. ver. 3. & 22. & cap. 3. à principio. Hoc ſuppoſito, manentibus rerum euentibus eodem prorſus modo, quo de facto fuerunt, implicabat contradictionẽ, non intendiſſe Deum omnes illos fines ſimul, & implicabat ſua intentione prætuliſſe vnum finem alteri, vel intendiſſe independenter ab altero fine propter rationes dictas. Solutionem contrariæ ſententiæ refutabimus ſequenti diſp. 12. ſec. 3.

30. *Abſque reali diuerſitate creaturarum non potuiſſet Deus quidpiam velle.*

Decimo tertiò ſequitur, abſque reali diuerſitate creaturarum non potuiſſe Deum velle quidpiam, quod de facto non voluit, nec potuiſſe diuerſo modo velle. Cuius illationis bonitas, & conſequentis falſitas oſtendetur tota diſput. ſequenti.

31. *Omnium inconuenientiũ epilogus.*

Poſtremò, vt ſupra dicta inconuenientia cum multis aliis, quæ prætermittuntur, vno verbo complectar, ſequitur ex prædicta ſententia, magnam & egregiam Theologiæ partem, ſiue poſitiuam, quæ Sacras literas exponit, ſiue Scholaſticam, quæ diſcutit argumentis, eſſe conflandam ad abolendos veteres diſcurſus expoſitorum omnium & Scholaſticorum, eo quod opus ſit ſub incudem reuocare, quæcunque Dei præſcientiam, aut volitionem liberam quomodocumque tangunt, vt omnia recens cudere, nouóque ſigillo prædictæ ſententiæ ſignare valeamus.

SECTIO VII.

Num diſiunctiua volitio conferat aliquid ad expediendam difficultatem de actu libero Dei.

1. *Duplex circa diſiunctiuum ſententia.*

DVpliciter in Deo conſtituitur volitio diſiunctiua. Nam aliqui tantum in obiectis volitionis conſtituunt diſiunctionem: contra quos diſputabimus ſect. ſequen. Alij verò diſiunctionem conſtituunt non ſolum in obiectis, ſed etiam in ipſa volitione, ita vt in Deo detur entitas actus volendi & nolendi ſub diſiunctione: ſed in illo priori non denominet volentem, neque nolentem, quouſque in ſecundo inſtanti diuina voluntas ad vnam partem diſiuncti determinarè ſe applicat per volitionem virtualem. Ita exiſtimat Albertinus in 4. principio philoſoph. Coroll. 2. quæſt. 3. Theolog. aſſert. 4. num. 10. & ſequentibus pag. 290. & in ſexto princip. philoſophico Corol. 2. quæſt. 2. Theolog. num. 18. & ſequentibus pag. 356.

3. *Veritati accedit, ſi in recto ſenſu hæc ſententia accipiatur.*

Vera foret hæc ſententia, nec à noſtra diſſentiret, ſi ſolum aſſeruiſſet, vnam ſimpliciſſimam realitatem, imo & ſimpliciſſimam perfectionem diuinæ volitionis, quæ neceſſariò verſatur circa creaturas, & circa illarum exiſtentiam, prout eſt poſſibilis, eamdem eſſe talis eminentiæ & infinitatis in ratione volitionis, vt pro libito potuerit eſſe volitio creandi Mundum, aut volitio non creandi Mundum, ita vt non indigeat alia ſuperueniente applicatione formali, nec virtuali, præter eam, quæ conſiſtit in eo formaliter, quod illa volitio, quæ potuit eſſe volitio non creandi Mundum, eadem ſit volitio creandi Mundum.

4. *Longè tamen à veritate diſſita eſt, in ſenſu quem intendũt eius Patroni.*

Cæterum prædictus Author, aſſerit alia duo, quæ veritati repugnant. Primò námque ſic loquitur, vt videatur conſtituere duas contrarias volitiones actualiter in Deo exiſtentes, quamuis ſub diſiunctione, quarum altera eſt volitio producendi Mundum, altera volitio non producendi Mundum.

5. *Huius ſententia contradictio.*

Sed implicare contradictionem tale diſiunctum ex volitionibus contrariis, probatur primò; quoniam res actualiter exiſtentes ab æterno, neceſſarium eſt inuicem coëxiſtere. Hoc autem ipſum, quod eſt inuicem coëxiſtere, formaliter eſt exiſtere copulatiuè, quoniam earum exiſtentia copulatur. Quod ſi copulatiuè ſimul exiſtunt, non exiſtunt diſiunctiuè, ſumendo diſiunctionem, prout opponitur copulatiuæ coëxiſtentiæ.

6. Probatur ſecundò, quia diſiunctio quidditatiuè dicit indifferentiam, vt quælibet pars diſiuncti non exiſtat, dummodo exiſtat altera pars; & indifferentiam, vt quælibet pars diſiuncti exiſtat, dummodo pars contraria non exiſtat: ergo non eſt diſiunctiuum velle, ſi coëxiſtunt ſimul ab æterno volitio producendi Mundum, & volitio non producendi Mundum.

7. *Mutuo ſe perimũt duæ, prædictæ diſtinctæ voluntates.*

Probatur tertiò, quia cùm illæ volitiones ſint de obiectis contradictoriis, per vnam deſtruitur altera, ſi vtraque volitio eſt efficax & abſoluta. Quod ſi non eſt efficax volitio, ſed tantum ſimplex complacentia vtriuſque partis; nihil obeſt ſententiæ veræ de libera volitione Dei.

8. Quartò denique, quoniam illa duplex volitio, ſi actualiter exiſtit in Deo, neceſſariò tribuet ſuum effectum formalem conſtituendi atque denominandi Deum volentem; propterea fruſtra fingitur & expectatur virtualis volitio ſuperueniens in ſecundo inſtanti, per quam tribuatur hæc denominatio.

9. *Virtualis volitio refellitur.*

Secundum verò membrum iſtius ſententiæ, pertinens ad volitionem virtualem, refutatur, quoniam aut hæc volitio determinatur, completur & conſtituitur per aliquam relationem rationis vel denominationem extrinſecam vel connotationem alicuius operationis ad extra: vel hęc volitio virtualis tota & totaliter eſt increata & intra Deum exiſtens. Si volitio virtualis determinatur,

minatur, completur, aut conſtituitur per aliqnam relationem rationis vel extrinſecam denominationem, vel connotationem operationis ad extra: fruſtra ponitur eſſe virtualis volitio, quia non euitat inoonuenieoria, quæ ponderauimus quinque ſectionibus præcedentibus: eadem námque ſunt inconuenientia, ſiue ſit volitio formalis, ſiue ſit volitio virtualis, dummodo non ſit ipſa determinara intra Deum, ſed extra Deum ſit quærenda determinationis origo vel ratio.

10\. Si verò virtualis volitio tota & totaliter eſt increata & intra Deum exiſtens, virtualis volitio deuoluitur ad eaſdem omnino difficultates, quas patitur explicita & formalis volitio libera, ſi tota & totaliter eſt intra Deum & increata; quapropter prædicta ſententia nullam vtilitatem conſequitur ex volitione virtuali. Explicatur & probatur, quia realis volitio virtualis, aut eſt perfectio neceſſaria ſimpliciter, aut non. Si eſt perfectio ſimpliciter neceſſaria, non potuit deeſſe Deo, conſequentérque Deus per illam non liberè ſed neceſſariò ſe applicat, ideóque non denominat liberè volentem: ſi autem virtualis illa volitio non eſt neceſſaria; potuit noo eſſe in Deo, conſeqnentérque aliqua realis perfectio realiter exiſtens intra Denm, non eſt increata, nam de ratione iocreati eſt neceſſariò exiſtere: ſicut fuſius aduerſus Caietanum argumentabimur diſp. 13. ſect. 1. & 2.

11\. *Ad actũ diuinũ liberum inutilis omnino virtualis volitio.*

Deniq; ſi volitio virtualis conſtituatur æqualiter apta, vt determinet ad volitionem creandi Mundum, vel ad volitionem non creandi Mundum, eo ipſo non erit apta vt per ſeipſam determinet, ſed ipſa indigebit alio determioante. Reiicienda eſt igitur virtualis volitio tanquam onerans diuinam voluntatem, vel potius ingenia ſcholaſticorum, & nihil tribuens illius vtilitatis, quam promittit.

SECTIO VIII.

Vtrum diſiunctum ex obiectis contradicentibus expediat difficultates liberæ volitionis.

1\. *Exponitur ſententia volitionum ex parte obiecti diſiunctiuam admittens.*

VOlitio, quæ tantum ex parte obiectorum ſit diſiunctiua ſic conſtituitur ab aliquibus huius ætatis, vt neceſſaria volitione creaturarum Deus neceſſariò voluerit obiectum, quod hac propoſitione de diſiuncto extremo ſignificatur: Volo producere, vel non producere Mundum. Cæterum ad liberæ volitionis complementum, ab eiſdem Theologis ponitur pertinere actualis emanatio creaturarum ad extra, ſiue actio tranſiens per quam producuntur. Quo circa iuxta ſententiam iſtam, non extrinſeca denominatio, nec relatio rationis proueniens ab actione tranſeunte, ſed ipſamet actio tranſiens eſt complementum diuinæ volitionis liberæ; ſed modum loquendi temperant, dicendo, *de connotato*, ſiue *in obliquo*.

2\. *Quid veritatis, quidue falſitatis habeat?*

In hac ſententia continentur duo membra vera; ſed adiunguntur alia duo falſa. Verum eſt imprimis, per ſimplicem complacentiam velle Deum illud diſiunctum ex partibus contradicentibus, & eam complacentiam eſſe ſimpliciter neceſſariam, quia eſt de obiecto ſimpliciter neceſſario, & quia complacentia creaturarum eſt neceſſaria; vt probatum eſt diſp. 6. ſection. 1. Quamobrem Deo neceſſariò placuit, quod ſit poſſibile creare Mundum, & fuiſſet etiam poſſibile non creare Mundum: placet inſuper neceſſariò, quod hæc contradictoria ſic ſe habeant, vt neceſſarium ſit alterum illorum exiſtere, & alterum illorum à Deo liberè amari & eligi, reiecto altero. Denique tota hæc complacentia ſine dubio ſupponitur, vel potius clauditur in volitione libera creandi Mundum. Idem intellige de cæteris omnibus liberis Dei volitionibus.

3\. Secundò verum eſt, formalitatem liberæ volitionis, quæ coniuncta eſt prædictæ volitioni neceſſariæ quoniam eſt infinita in ratione volitionis efficacis, eſſe talis eminentiæ, vt manens eadem & inuariata, potuerit eſſe volitio non creandi Munpum, ſicut de facto eſt volitio creandi Mundum, prout explicabitur magis diſp. 13. ſect. 2. & 3.

4\. *Volitio diſiuncti nõ eſt efficax, ſed complacentia ſimplex.*

Duo tamen ſunt refutanda. Primum eſt, volitionem prædicti diſiuncti eſſe volitionem efficacem; quod aliqui dicunt apertè & explicitè, alij virtualiter & implicitè, quoniam huic volitioni proprium munus tribuunt, vt propter illam intelligatur Deus determinatè ac liberè velle cuncta futura, quem effectum præſtare non poteſt ſimplex complacentia ſed tantum volitio efficax. Simplex enim complacentia non amplectitur determioatè futura, ſed indifferenter omnia poſſibilia; nec eſt libera, ſed ſimpliciter neceſſaria.

5\. *Falſum item eſt quod tranſiens Dei operatio actum diuinum liberum compleat.*

Secundum atque præcipuum eſt, actualem emanationem creaturarum ad extra, ſiue tranſeuntem Dei operationem pertinere ad complementum ſiue conſtitutionem liberæ volitionis efficacis. Hoc ſecundum refutabitur ſequenti ſectione & diſp. duodecima, vt prius refutemus quod breuius eſt, atque facilius.

6\. *Authoris concluſio.*

Sit igitur concluſio. Non poteſt eſſe volitio efficax, qua Deus vult diſiunctum, conſtans ex partibus contradicentibus, qualis eſt volitio creandi, vel non creandi Mundum.

7\. *Volitio efficax eſſe non poteſt, quæ nequit ſeipſa aliquid determinatè efficere, ſine alterius volitionis indigentia.*

Probatur primò, quia de ratione volitionis abſolutæ & efficacis eſt aliquid determinare poſſe per ſeipſam efficere abſque vlteriori alia volitione (præſertim ſi velit media, quæ non indigeãt aliis mediis.) Sed volitio diſiuncti nihil poteſt facere ratione ſui, abſque vlteriori volitione: ergo volitio diſiuncti non eſt efficax & abſoluta volitio. Minor probatur, quoniam hæc volitio neque poteſt facere totũ ſuum obiectum ſimul, videlicet totum diſiunctum, quia contradictionẽ inuoluit creare & non creare Mundum ſimul, nec poteſt hæc volitio per ſeipſam abſque alia volitione facere partem alterã diſiuncti; nam quod ex ſe eſt præcisè, nullam habet maiorem rationem faciendi vnam partem potius, quàm eius contradictoriam; ideóque determinationem expectat vlterioris volitionis.

8\. *Diuina volitio, quæ neceſſaria eſt, efficax non eſt.*

Probatur ſecundò, nulla quippe volitio ſimpliciter neceſſaria poteſt eſſe efficax: ſed in Deo volitio diſiuncti eſt ſimpliciter neceſſaria: ergo volitio diſiuncti non poteſt eſſe efficax. Minor etiam ab aduerſariis conceditur, & conſtat ex dictis ſub initium præſentis ſectionis. Maior autem probatur, etenim ſi volitio ſimpliciter neceſſaria foret efficax: ſequeretur aliquod obiectum illius, per illam productum, neceſſariò exiſtere. Conſequens autem eſt impoſſibile, quia nihil extra Deum neceſſariò exiſtit.

Cõfirmatur. Confirmatur, quia nulla volitio neceſſaria poteſt eſſe determinata ad aliquid contingens: ſed quælibet volitio efficax eſt determinata ad aliqoid contingens: ergo nulla volitio neceſſaria poteſt eſſe efficax.

9\. *Volũtas, qua efficax eſt, ſortiri poteſt effectum independenter ab alia libera cõditione.* Probatur tertiò, nam omnis volitio efficax ſortiri poteſt effectum indepeodenter ab alia conditione libera (propterea námque dicitur volitio abſoluta, quia noo eſt conditionata, ſeu pendens à conditione) At verò diſiuncti volitio ſortiri non poteſt effectum, niſi dependenter ab ea conditione, quod altera pars diſiuncti non negatur. Quod exemplo logici argumenti declarator & confirmatur. Nam à propoſitione diſiunctiua, ſiue de diſiuncto prædicato, non licet inferre primam partem diſiuncti, niſi negata ſecunda parte: oec licet inferre ſecundam partem diſiuncti, niſi negata prima parte. Quapropter tota vis illationis peodet ab ea conditione, quod negetur altera pars. Eadem proportione volitio diſiuncti non poteſt determinatè & efficaciter cauſare partem vnam, niſi dependenter ab ea conditione, quod altera pars reſpuatur.

10\. Probatur 4. nam ad volitionem efficacem immediatè conſequi poteſt imperium executiuum: ſed ad volitionem diſiuocti non poteſt immediatè cooſequi imperium executiuum: ergo volitio diſiuncti non eſt efficax. Minor probatur, imprudeos enim ac nullius executionis foret imperium proportionatum volitioni diſiuncti, quale cooncipi poteſt bis verbis: *Mundus fiat vel non fiat.*

11\. *Imperiũ circa diſiunctũ, ridiculum & inutile.* Confirmatur, qoia propriè nihil imperatur eo ipſo quod imperatur diſiunctum ex partibus contradicentibus. Quemadmodum obligatio nulla reſultaret in ſubditos, ſi Rex ita imperaret, *Solue tributum, vel non ſoluas. Pugna in bello, vel non pugnes.* Similitérque ſi Deus ita præciperet: *Occide proximum, vel non occidas. Audi ſacrum, vel non audias.*

SECTIO IX.

Temporalis operatio tranſiens non complet, nec conſtituit liberam Dei volitionem.

1\. REdeo ad præcipoum membrum, qood magis ex profeſſo probandum eſt aduerſus aſſertores diſiunctiuæ volitionis, quorum ſententiam initio præcedentis ſectionis retuli. Sit autem probatio prima, *Prima probatio.* nam efficax volitio creandi Mundum, qua parte ſui eſt efficax, fuit ab æterno: ſed temporalis operatio Dei ad extra, non fuit ab æterno: ergo temporalis operatio Dei ad extra nullo modo continetur in volitione creandi Mundum, etiam qua parte efficax eſt. Maior probatur imprimis *Epheſ. 1.* Epheſ. 1. *Sicut elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti.* Quod eſt idem ac dicere fuiſſe æternam electionem. In electione verò continetur efficax volitio creandi homines electos, & conferendi quæcunque ſuot illis neceſſaria & opportuna, vt electionis finem efficaciter conſequantur.

2\. *1. Confirmatio.* Confirmatur primò, quia Mundi creatio & omnium electorũ productio & gubernatio cæpit in tempore: ſed efficax volitio, vel electio, ſeu diſpoſitio, qua Deus operationes illas decreuit, non cæpit in tempore; ſicut amplius probabitur ſtatim ex ſacra Scriptura & Patribus: ergo creatio Mundi & electorum productio, non conſtituit neque complet electionem, ſeu volitionem efficacem aut diſpoſitionem Dei.

Confirmatur ſecundò, quia ſi nihil aliud eſſet ab æterno, niſi ſola volitio diſiuncti; non diceretur Deus in ſua diſpoſitione iam ab æterno feciſſe quæ futura ſunt: ſed dicitur Deus in ſua diſpoſitione iam ab æterno feciſſe quæ futura ſunt (vt ſtatim oſtendemus) ergo dandum eſt ab æterno fuiſſe aliquid vltra volitionem diſiuncti. Antecedens probatur, quia ſola volitio diſiuncti non magis inclinat ad creandum, quàm ad non creandum, nec magis inclinat ad creandum hunc Mundum, quam ad creandos alios poſſibiles: ideóque ratione volitionis huius aut æqualiter dicendus fuiſſet Deus ab æretno creaſſe omnes mundos poſſibiles, ſimúlque ab æterno nihil omnino creaſſe; vel non eſſet dicendus ab æterno feciſſe hunc Mundum, nec alia futura. 3. *2. Confirmatio.*

Coofirmatur tertiò, nam aliquid determinatum ex parte Dei requiritur ab æterno, ratiooe cuius verificetur Deum *feciſſe ventura, & vocare ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* Imprimis enim Iſaiæ 45. iuxta Septuaginta legunt Antiquiſſimi grauiſſimique Patres: *Qui fecit ventura.* Cuius authoritate Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 12. ante medium ait: *In ipſo,* Chriſto Ieſu, *ex æternitate diſpoſitionis ſuæ, in prædeſtinatione iam fecit, quæcunque effectu operis ſui tempore congruo facienda diſpoſuit.* Et poſt med. eiuſdem capitis: *in qua æternitate incommutabilis voluntatis ſuæ Creator ille iam feciſſe dicitur, quod in creatura mutabili; prout opportunè faciendum diſpoſuit, ſic, vtè diſpoſitum facit.* Cui aptiſſimè conſonat quod lib. 2. ad Monimum cap. 1. circa med. *Facile poſſint,* ait, *& diuinorum librorum teſtimoniis inſtrui, & Sancti Auguſtini libris, & Proſperi eruditiſſimi viri reſponſionibus informari: quibus agnoſcant, prædeſtinationem Dei nihil aliud eſſe, niſi præparationem operum eius, quæ in æterna ſua diſpoſitione, aut miſericorditer ſe facturum eſſe præſciuit, aut iuſtè.* 4. *3. Confirmatio.* *Iſaias 45.* *Fulgentius.*

Hilarius lib. 12. de Trinit. multò propius ad med. quam ad fin. ait: *Deo enim in creandis rebus nihil nouum ac recens eſt, iam facta ſunt; dum & temporum diſpenſatio eſt, vt creentur, & iam in diuinæ virtutis & præſcientiæ efficacia ſint creata* Perpende fuiſſe ab æterno determinatam efficaciam, in qua futura dicuntur eſſe creata. 5.

Leo Magnus ſerm. 16. de paſſione cap. 2. *Cum non tam de futuris, quam de præſentibus propheticus ſit ſermo contextus; quid aliud nobis, quam ſempiternarum diſpoſitionum Dei incommutabilis ordo refertur, apud quem & diſcernenda iam iudicata ſunt, & futura iam facta ſunt?* His ſimilia ſcribunt Iſidor. lib. 1. ſenteo. cap. 18. in med. Anſel. in epiſt. ad Roman. cap. 8. ad illud: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit.* Conciliom Valentin. Tertium ſub Lothario Imperat. ſuæ profeſſionis fidei capit. 3. Quorum & aliorum verba ponderauimus præcedenti tomo de Scientia diſp. 25. ſect. 4. 6. *Rom. 8.*

Non minùs efficaciter abſolutæ volitionis æternitas deducitur ex verbis Apoſtoli Rom. 4. *Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* Quam ſententiam ita ponderat Ambroſ. lib. 5. de fide ad Gratian. capit. 8. inter princip. & med. *Vt de Scripturis ſatisfaciam tibi, diſce, quod non ſolùm præterita fecit, ſed etiam quæ futura ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Qui fecit quæ aduentura ſunt,* atque poſt pauca: 7. *Rom. 4.* *Ambroſius.*

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim vocat quæ non ſunt, tanquam quæ ſint; ſic & fecit quæ futura ſunt, tanquam quæ ſint, quia non contingit, vt non ſint, ſed neceſſariò ſunt futura quæ eſſe præcepit. Confirmat ſtatim Pſalm. 118. *Diſpoſitione tua permanebit dies. Non ſolum permanet, dixit, ſed etiam permanebit, vt eius diſpoſitione quæ ventura ſunt gubernentur. Quæ diſpoſuit ergo, non nouit?*

Pſalm. 118.

8. Auguſtinus lib. de prædeſtin. & gratia cap. 5. à principio: *Mundus*, inquit, *quamuis pro tempore, ex quo factus eſt, cœperit, in illa diuina præſcientia luce faciendus, nullum potuit habere principium: & quantumcumque vel ex Adam homines nati ſunt, vel poſt noſtram ætatem generationis ſunt propagine naſcituri, apud Deum nati ſunt iam, & decurſo totius vitæ tempore tranſierunt.* Et poſt med. eiuſdem capitis: *Antequam faceret nos, præſciuit nos, & in ipſa nos præſcientia cum nondum feciſſet, elegit. Sed à quo hoc fieri potuit, niſi ab eo, qui vocat omnia, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt? Apoſtolus enim dicit: Qui elegit nos ante Mundi conſtitutionem. Intra Mundum facti ſumus, & ante Mundum electi ſumus.* Atque tract. 110. in Ioan. inter med. & fin. *Non enim ex quo ei reconciliati ſumus per ſanguinem Filij eius, nos cœpit diligere, ſed ante mundi conſtitutionem dilexit nos, vt cum eius Vnigenito etiam nos filij eſſemus, prius quàm omnino aliquid eſſemus.* Poſtremò ponderandum eſt, quantum ad hoc, minus à veritate diſtare ſententiam, quæ liberam Dei volitionem complet, determinat, vel conſtituit per denominationem extrinſecam, aut relationem rationis. Nam hæc ſuo modo exiſtendi potuerunt eſſe ab æterno, licet ex rebus temporalibus acciperentur. At verò ſententia, quam nunc impugnamus, ipſam temporalem operationem Dei ad extra, putat eſſe complementum determinans & conſtituens vltimatè volitionem efficacem Dei, vt ſtatim oſtendimus.

Epheſ. 1.

9. *2. Probatio.* Secunda probatio fert opem tam præcedenti, quam ſequentibus probationibus, præoccupando lubricos & æquiuocos modos loquendi, ne falſitas vel ſub æquiuocatione lateat, vel per lubricum elabatur, & effugiat vires argumentorum. Conſtituamus igitur certum aliquod ſignificatum iſtarum vocum *de formali, & in recto*, vel *de connotato & in obliquo*. Communis vſus Scholaſticorum illud dicit afferri *de connotato*, vel *in obliquo*, quod eſt terminus, quem reſpicit aliqua relatio ſeu denominatio. Vnde quod affertur de connotato & in obliquo, non continetur ipſum in eſſentia rei connotantis illud & afferentis in obliquo. Hic autem modus loquendi eſt indifferens ad relationes reales tranſcendentales, quæ reperiuntur in Deo, & ad relationes rationis. Sic enim creaturæ poſſibiles importantur de connotato & in obliquo per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & per ſimplicem complacentiam omnium poſſibilium quæ ſunt relationes reales tranſcendentales (vt vidimus diſp. 5. ſect. 4.) ſed per relationem rationis Creatoris & Domini afferunt de connotato & in obliquo creaturas actu productas. Quod autem non importatur vt terminus, ſed tanquam per ſuam entitatem afficiens & exiſtens in aliquo, illud dicitur importari *formaliter & in recto*.

Aliquarum vocũ in hac materia frequentium fixum ſignificatum ſtatuitur.

10. Veruntamen ne controuerſia reuocetur ad voces, & ea ratione videatur eſſe minoris momenti: Dentur nobis, vel denuo fingantur alia nomina, quibus hoc ipſum ſignificetur, quod diximus ſignificari prædictis vocibus: atque per illa nomina formabimus idem dilemma, quod nunc proponimus per voces connotati & obliqui dicentes: Vel temporalis operatio tranſiens tantum de connotato & in obliquo pertinet ad complementum & conſtitutionem liberæ volitionis Dei, vel etiam formaliter & in recto? *Dilemma.*

Si dicas pertinere tantum de connotato & in obliquo, rurſus inquiro, vtrum Dei volitio reſpiciat illam operationem per aliquam relationem realem tranſcendentalem vel tantum per relationem rationis ſeu extrinſecam denominationem? Si fateatis volitionem liberam reali relatione tranſcendentali reſpicere talem operationem tranſeuntem determinatè potius, quam aliam poſſibilem, quæ nunquam fiet: hoc ipſum eſt quod probare nunc intendimus, nec opus eſt vlterius procedere. Si verò dicas, relationem rationis vel extrinſecam denominationem eſſe, per quam volitio libera connotat in obliquo tranſeuntem & temporalem operationem: opus non erit aliis impugnationibus præter illas quibus vſi ſumus à ſect. 3. vſque ad 6. Veruntamen Authores diſiunctiuæ volitionis expreſsè refutant prædictam relationem rationis ſiue denominationem extrinſecam. 11.

Reſtat igitur vt prædicti Theologi teneantur concedere, temporalem operationem tranſeuntem formaliter & in recto importari per volitionem liberam Dei. Conſequentia probatur, quia quod non importatur tanquam terminus relationis, aut denominationis, & nihilominus pertinet ad complementum alicuius rei, non importatur de connotato, & in obliquo, ſed formaliter & in recto; ſicut conſtat ex fundamento nuper ſuppoſito. 12.

Confirmatur, quoniam efficax & libera volitio formaliter & in recto dicit determinationem ad obiectum quod liberè & efficaciter amplectitur. Sed iuxta ſententiam, quam impugnamus in præſenti, non aliter determinatur libera volitio Dei, niſi mediante productione creaturarum. Igitur formaliter & in recto creatorarum productio continetur & importatur in libera volitione Dei. 13. *Efficax volitio dicit formaliter determinationem.*

Hoc autem conſequens non ſolùm ex ipſis terminis ſuam falſitatem prodit, ſed etiam euidentius exponitur impugnationibus rationis præcedentis atque ſequentium. 15.

SECTIO X.

Inſtaurantur argumenta poſita ſectione ſecunda, vt volitionem diſiuncti non minùs, quàm ſimplicem complacentiam excludant.

GEneralis inſtaurandi ratio in eo conſiſtit, quoniam volitio diſiuncti non minùs indifferens & indeterminata eſt, nec minùs neceſſaria, quàm ſimplex complacentia poſſibilium omnium; ideóque non minus inſufficiens eſt vt per illam conſtituatur Deus liberè & efficaciter volens, quantumcumque ſuperaddatur illi tranſiens & temporalis operatio, quod magis vrgebunt ſingularum refutationum inſtaurationes. 1.

Prima, quia diſiunctiua volitio creandi vel non creandi Mundum, prout præſcinditur ab actuali creatione, non magis vult hunc mundum, 2. *Inſtauratio primæ rationis.*

dum, quàm alios mundos poſſibiles, quos omnes ſimiliter vult creare vel noo creare diſiunctiua volitione. Sed realiter & verè Deus non vult alios mundos producere, qui nunquam ſunt futuri: ergo realiter & verè non vult hunc mundum producere, quantum eſt ex vi diſiunctiuæ volitionis. Rurſus actualis creatio Mundi non eſt volitio, ſed eſt obiectum volitum, nec eſt volitio efficax, ſed executio volitionis efficacis. Ergo ſola volitio diſiuncti, licet addatur ei temporalis operatio tranſiens, non poteſt conſtituere Deum realiter & verè volentem libera & efficaci volitione.

Sola diſiunctiua volitio, etſi adiungatur illi operatio extrinſeca, non poteſt conſtituere Deum liberè & efficaciter volentem.

3 Confirmatur, quia Sacræ literæ multis in locis teſtantur Dei volitionem, tanquam determinatam in ratione volitionis, nec expectantem determinationem operationis ad extra, ſed potius in particulari & efficaciter apud Deum exiſtentem, ac decernentem quod in tempore faciendum eſt. Scripturæ verba poſuimus dicta ſect. 2. refutatione 1.

4. *Inſtauratio ſecunda rationis.*

Secunda ratio ſic inſtauratur, quia ſi Dei volitio libera non poteſt realiter per ſeipſam eſſe determinata, vt velit creare Mundum, ſed tantùm indifferenter & diſiunctiuè poteſt velle creare vel non creare Mundum: conſequens eſt ſimilem indeterminationem eſſe retinendam in præſcientia futurorum, ita vt Deus non ſciuerit determinatè Mundum eſſe futurum, niſi quatenus in tempore creato Mundi cooiuncta fuit cum ſcientia ſimplicis intelligentiæ, qua Deus ſciuit hoc diſiunctum: Mundus eſt creandus, vel non eſt creandus. Sequela eſt euidens, quoniam quæcunque difficultates aut inconuenientia deterrent à concedenda volitione libera quæ intra Deum tota ſit increata & determinatè Mundi creatiooem eligens: eadem & non minora ſuperanda ſunt in præſcientia futurorum, quæ potuerit non eſſe in Deo.

5. Sequitur itaque, iuxta prædictam ſententiam de volitione diſiunctiua, verum eſſe quod Aureolus docuit apertè 1. diſt. 39. q. vnica art. 3. propoſit. 2. & 3. præcipuè §. vlt. Deum oon ſcire determinatè res futuras, ſed indeterminatè ſub diſiunctione futuri vel non futuri.

6. Conſequentis autem abſurditas licet per ſe ſit manifeſta, declaratur amplius oraculo Tireſiæ licèt fabuloſo, ex quo Boëtius de conſolatione lib. 5. proſa 3. inter medium & fin. ita ratiocinatur circa diuinum decretum & præſcientiam. *At ſi ita, vti ſunt, ita ea futura eſſe decernit, vt aquè vel fieri ea, vel non fieri poſſe cognoſcat; quæ eſt hæc præſcientia, quæ nihil certum, nihil ſtabile comprehendit? aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculoſo Tireſiæ: Quidquid dicam, aut erit, aut non erit? Quo etiam diuina prouidentia humana opinione præſtiterit; ſi vti homines incerta iudicat, quorum eſt incertus euentus?* Fabulam verò Tireſiæ refert S. Thomas in commentatio illius loci.

Boëtius.

Sic habet.

7. Nos verò reſpondeamus Boëtio: licèt diuina ſcientia, quaotum ad ſuam realem & increatam entitatem præciſè, nihil certú, nihil ſtabile comprehendat: nihilominus addita temporali productione futurorum, conſtituitur & completur in ratione ſcientiæ comprehendentis certo & ſtabile futurum. Vide nunc, vtrum Boëtio ſatisfaceret hæc reſponſio. Quaſi verò potuerit ignorare, res futuras, quando iam ſunt, eſſe certas & ſtabiles, vt ipſe docuit eodem lib. 5. proſa 6. vel non viderit futurarum rerum productionem coniungi cum diuino decreto & ſcientia. Planè Boëtius toto illo libro 5. diuinę præſcientię prouidentiæque determinationem & certitudinem ita conſtituit, vt tota ſit intra Deum, quamuis vt præſentes reſpiciat res futuras.

Confirmatur 1. quia ſcire diſiunctum, non eſt ſcire futurum contingens, ſed eſt ſcire propoſitionem neceſſariam perpetuæ veritatis, cuius neceſſitatem demonſtrauit Ariſtoteles lib. 1. Perihermen. capit. 8. Deiode producere de facto Mundum, non eſt ſcire futuritionem aot præſentiam Mundi, ſed tantùm eſt miniſtrare obiectum præſcientiæ futurorum contingentium: ergo non eſt in Deo præſcientia futurorum, ſi tantum ſcit diſiunctum, licèt ei addatur productio temporalis futurorum. 8.

Diſiunctum ſcire, non eſt futurum contingens ſcire.

Confirmatur ſecundò, nam homines etiam imperiti & ruſtici ſciunt diſiunctum multorum euentuum; veluti Chriſtianorum Imperator vincet, aut non vincet infideles. Annus erit fertilis aut non erit. Ad ſenectutem ſum perventurus, aut non perueoturus. Huic igitur ſcientiæ, ſi placet, euentum adiunge, quo ſuperaddito compleatur in ratione præſcientiæ futurorum, non minus certæ nec minus determinatæ, quam eſt diuina. Quod ſi diſcrimen in Deo conſtituas, quia ille producit omnia futura; ponatur præſens exemplum in iis futuris actionibus, qoas hic homo poſtea cauſaturus eſt, ſed nunc ignorat earum futuritiooem. Hanc & alias coofirmationes ponderaui ſect. 2. refutatione 2. vbi peculiariter obſerua teſtimonium Auguſtini. 9.

Tertia ratio; mandatum, ſiue præceptum, quo Deus iubet, fieri, quæcumque producuntur, non includit eſſentialiter vt ſui partem, aut conſtitutiuum aut complementum ipſam rei productionem. v. g. *Dixit Deus. Fiat firmamentum*, hoc præceptum non includit eſſentialiter productiooem firmamenti; Quod probatur, quoniam res imperata & executio mandati non includitur in illo eſſeotialiter & in recto. Alioqui ſeipſam diceret, & ſeipſam imperaret productio firmamenti. 10.

Inſtauratio tertiæ rationis.

Executio mandati non includitur in illo.

Confirmatur, quia totum mandatum, & illa maximè pars illius, quæ determinatè mouet ad rem imperatam in ſingulari, propria eſt cauſæ dominantis, non verò ſeruientis & obedientis. At è contrario productio temporalis firmamenti ſeruit & obedit imperio diuioo. Ergo temporalis productio firmamenti, noo poteſt eſſe pars illa diuini mandati, quæ determinatè mouet ad ipſam productionem in ſingulari. Aliunde verò volitio diſiuncti huius; *Fiat vel non fiat firmamentum*, non poteſt determinatè mouere vt fiat. Ergo nullum imperium Deo relinquitur; ſi ſola volitio diſiuncti cum operatione tranſeunte conceditur. Vide teſtimonia Scripturæ cum ſimili ponderatione ſect. 2. refutatione 3. 11.

Quarta ratio. Conſilium, propoſitum & electio repugnant diuinæ volitioni; ſi tantum eſt volitio diſiuncti cum operatione tranſeunte. Sequela probatur, quia conſilium determinatiooem affert ex parte iudicantis ſecundum conſilium voluntatis ſuæ; nec minorem, ſed magis apertam determioationem important propoſitum & electio, talem autem quæ rebus electis per propoſitum conferat eſſe determinatum; proptereàque non poſſint à rerum productione determinari. Fuſius hæc ponderauimus dicta diſp. 2. refutatione 4. 12.

Inſtauratio quarta.

Quinta

Digitized by Google

13. *Inſtauratio quinta.* Quinta ratio. Fortuito & inopinato caſu contingereot reſpectu Dei quæcumque fiunt ab illo, vel à qualibet cauſa creata:. ſi Deus realiter non habet intra ſeipſum aliam volitionem futurorum, niſi diſiunctioam, qua de omnibus & ſingulis rebus poſſibilibus vult, vt fiant, vel non fiant: nec aliam ſcientiam, niſi qua ſcit hoc idem diſiunctum; Hæc res fiet, vel non fiet. Sequela probatur, quia præter ſcientiam Dei & præter electionem conſilium & propoſitum erit, vt hæc res potius, quàm illa fiat, cum de omnibus æqualiter diſiunctiua ſcientia diſiunctiuáque volitio fuerit indifferens inter fieri & non fieri, nec intra Deum reperiatur aliquid increatum, ratione cuius dici poſſit à conſilio, propoſito, & electione feciſſe rem hanc potius, quàm aliam.

14. Confirmatur primò, quia nihil magis indefinitum, quàm diſiunctiua hæc ſcientia & volitio cunctorum poſſibilium; quapropter in eam quadrant quæ de fortuna & caſu ſcribit Ariſtoteles, præſertim ſi loquamur de raris operibus Dei, qualis fuit Incarnatio, Virginalis partus, reſurrectio, & multa miracula, ſed hæc ponderauimus dicta ſect. 2. & 5.

15. *Baſilius.* Confirmatur ſecundò, quia ſi nihil aliud eſt intra Deum, niſi diſiuncti ſcientia & volitio: ſequitur eſſe verum, quod tanquam errorem philoſophorum quorundam refert Baſilius homil. 1. Exhemeron inter med. & finem: *Mundum non fuiſſe factum à Deo: ſed quaſi adumbratio quadam potentiæ ipſius eſſet, ſponte, velut obiter emerſiſſe ipſum aſſeruerunt: atque cauſam quidem ipſius Deum eſſe fatentur, cauſam tamen voluntate non concurrente, ſed perinde atque corpus vmbræ, lucidúmque ſplendoris eſt cauſa.* Nam velle vt ſit, vel non ſit Mundus non magis cauſat, vt ſit, quàm vt non ſit, perinde vt velle vt ſit, vel non ſit mei corporis vmbra. Non itaque voluntas, ſed ſola potentia concurrit.

16. *Si nihil magis determinatum intra Deum eſt, quàm diſiūctiua ſciētia, aut volitio; vana prorſus eſt rerum in particulari prouidentia.* Confirmatur tertiò, quia ſi nihil aliud magis determinatum eſt intra Deū niſi diſiuncti ſcientia & volitio: tollitur rerum in particulari prouidentia, multoꝗ magis, quam eam Philoſophi negabant, qui ſaltem vniuerſales cauſas determinarè à Deo gubernari fatebantur. At verò volitio diſiuncti & illius ſcientia, neque particulares, nec vniuerſales cauſas determinatè gubernat, ſed prorſus indifferenter alterius determinationi permittit. Maximè verò quoniam illa gubernatio cauſarum vniuerſalium, quam Philoſophi fatebantur magna ſcientia indigebat atque potentia & bonitate: quibus omnino non indiget gubernatio per diſiunctiuam ſcientiam & volitionem. Quilibet enim ignorantiſſimus & negligentiſſimus ac debiliſſimus potuiſſet diſiunctum ſcire & velle: quidquid autem ſortiretur effectum, aut non ſortiretur, æqualiter expleret talem ſcientiam & volitionem, quæ in eo genere foret omnipotentiſſima, quoniam implicaret contradictionem aliquid fieri contra ipſam, ſed omnino ſempérque fieret quod ſub ea diſiunctione cognitum eſſet & volitum.

17. *Inſtauratio ſexta.* Sexta ratio. Libertas Deo penitus eripitur, quantum ad exercitium & actum ſecundum: vnde neceſſariò ſequitur etiam auferri libertatem in actu primo, quæ eſt principium indifferens ad operandum & non operandum hoc & illud. Etenim cui actus ſecundus eſt ſimpliciter impoſſibilis, non poteſt conuenire poteotia, ſiue principium illius operationis in actu primo. Quo ſuppoſito, ſatis erit in præſenti probare, libertatem in actu ſecundo, ſiue libertatis exercitium, eripi Deo penitus: ſi non conceditur æternum & increatum aliquid determinatum ad talem operationem tranſeuntem, ſed ſola conceditur volitio & ſcientia diſiunctiua.

Hoc autem probatur, quoniam iſtius diſiunctiuæ volitionis aſſertores vel conſtituunt libertatis exercitium intra Deum, vel extra Deum. Si conſtituunt intra Deum & non eſt aliud exercitium libertatis, niſi volitio diſiuncti: inuoluitur contradictio, quoniam hæc volitio non poteſt eſſe libera, nam omnis volitio libera eſt quidditatiuè determinatio ad alteram partem indifferentiæ: at verò volitio diſiuncti non eſt determinatio ad alteram partem indifferentiæ, ſed æqualiter complectitur vtramque ſub diſiunctione. 18. *Dilemma.*

Confirmatur, quia ſi contenderet aliquis, illum actum eſſe liberum, quoad exercitium, quia potuerit diuina voluntas nullo modo verſari circa illud diſiunctum; ſaltem in eo nulla libertas eſt, quantum ad determinationem ad vnam partem contradictionis de rebus creandis, videlicet, vt talis res fiat, vel non fiat. 19.

Si verò libertatis exercitium totum, ſiue totam libertatem in actu ſecundo conſtituunt extra Deum formaliter exiſtentem in operatione tranſeunte, conſequens eſt, vt tota perfectio libertatis diuinæ non ſit formaliter in Deo, quia cui non poteſt conuenire libertas in actu ſecundo, repugnat etiam libertas in actu primo, vt ſupra dicebamus. Deuolueretur igitur tota perfectio diuinæ libertatis ad actiones creatas temporales & finitas: quoniam illæ ſolæ ratione ſui & primariò forent liberæ libertate diuina. 20.

Refutatur inſuper inſtaurando rationes quibus ſectiooe ſecunda refutatione ſexta diſputauimus aduerſus eos, qui magis perſpicuè totum libertatis exercitium arrogant temporalibus & tranſeuntibus operationibus, ſolummodo relinquentes Deo ſimplicem complacentiam rerum omnium poſſibilium. Etenim nec Deus eligeret, nec efficaciter vellet, neque ſuam electionem, ſaltem virtualiter ſciret, aut virtualiter vellet; nec exercitium libertatis eſſet vitale, nec eſſet exemptum ab alterius dominio, ſed potius ſubiectum & ſeruiens creatis & temporalibus operationibus à quibus determinatur: quæ ſingula declarata ſunt loco nuper citato. 21. *Vltimò refutatur.*

SECTIO XI.

Cæteræ rationes attinguntur, & remittuntur ad Sectionem 4, 5. & 6.

PRimam rationem accipimus ex initio ſectionis quartæ, quoniam efficax volitio creandi Mundum affert Mundo neceſſitatem, vt producatur & exiſtat. Ergo volitio efficax creandi Mundum non determinatur à creatione Mundi, ſed potiùs illam determinat: ideóque non poteſt eſſe volitio ex ſe indifferens ad producendum vel non producendum. 1. *Volitio efficax creandi mundū, mūdo affert neceſſitatē, vt exiſtat.*

Secunda ratio, quia ſi volitio efficax determinaretur & compleretur per operationem tranſeuntem: ſequeretur, formaliter idem eſſe Deum velle vt aliquid fiat, & ipſum facere. Conſequens autem eſſe falſum probatur ex ſacris literis, in quibus 2. *Si efficax volitio, per operationē compleretur, idē eſſet formaliter, velle ali-*

Digitized by Google

quid eſſe il-lóque pro-ducere. quibus Dei velle non ſolum conſtituitur, quaſi diſtinctum ab operatione, quam vult facere; ſed etiam expreſsè traditur eſſe cauſam illius. Quam rem clarius explicuerunt Patres, quorum omnium teſtimonia poſuimus dicta ſect. 4.

3 Confirmatur, quia ſi Dei volitio efficax non eſt plenè conſtituta nec completa, ſed eſt inefficax & indifferens, prout præſcinditur, & prout eſt duratione prior, quàm operatio tranſiens, completur autem per operationem tranſeuntem: conſequens eſt, creatam & finitam operationem eſſe priorem, quàm Dei volitio, in quantum efficax eſt. Cuius contrarium deducitur ex ſacris literis, vt vidimus in eâdem ſect. 4.

4. *Prima ſolutio.* Duas potiſſimum ſolutiones inuenio traditas à quibuſdam Theologis. Prima dicit. Actio tranſiens non eſt propriè effectus, ſed ratio efficiendi & quaſi actualitas vltimæ cauſæ: ſicque poteſt includi in cauſa efficiente; non quidem vt ratio formalis virtutis productiuæ, ſed vt complementum & de connotatò.

5. *Refutatur 1.* Hæc ſolutio non ſatisfacit primò, quia ſiue tranſiens operatio dicatur eſſe propriè effectus, ſiue non; illud eſt indubitabile, non eſſe aliquid æternum & increatum, ſed aliquid extra Deum ex ordine creaturarum, & minùs perfectum, quàm ſint effectus ſubſtantiales producti. Quapropter, quantum eſt ex hoc capite imperfectionis, eſt magis indignum pertinere ad complementum diuinæ volitionis efficacis & diuinæ præſcientiæ determinatæ, quàm ſi pertinere dicerentur ſubſtantiales effectus, qui ſunt multò perfectiores, quàm actio, per quam producuntur; quippe quæ modus accidentalis eſt.

6. *2. Refutatur.* Refutatur ſecundò, quoniam actio tranſiens, licèt in eo ſenſu ſit ratio efficiendi & quaſi actualitas vltimæ cauſæ, quoniam illam formaliter conſtituit actualiter efficientem & cauſantem (ſicut creatio Deum conſtituit actualiter creantem) nihilominus actio tranſiens non eſt ratio efficiendi nec actualitas vltima cauſæ, prout in actu primo debet eſſe totaliter conſtituta potens cauſare prius natura, quàm actualiter cauſet.

7. *3. Refutatur.* Vnde conſurgit refutatio tertia, quia ratio formalis virtutis productiuæ non eſt vltimatè totaliterque conſtituta in actu primo potens cauſare; niſi prius natura (& in Deo prius æterna duratione) quàm actualiter producat ſit determinata ad producendum potius, quàm non producendum, & ad producendum hoc ens potiùs, quàm illud. Hanc autem determinationem in actu primo cauſis agentibus per intellectionem & volitionem ſecundùm regulas ſapientiæ, præbere debet determinata volitio determinatúmque conſilium voluntatis.

8. *4 Refutatur.* Refutatur quartò, nam illud *de connotato* nihil ſolutionem iuuat, niſi vt magis obſcura lateat, ſicut oſtendimus ſupra ſect. 9. probat. 2. Manifeſtè tamen fatentur eius Authores, quod prædeſtinatio non intelligitur integrè & complerè conſtituta, ſine productione actuali & temporali gratiæ & gloriæ, quod ſatis impugnauimus eadem ſect. 9. ratione 1.

9. *2. Solutio.* Secunda ſolutio reſpondet. Sola ſcientia disiuncti, ſoláque volitio diſiuncti propter infinitudinem pro libito cauſat & profert hanc actionem potiùs quàm illam, in hoc tempore & loco potiùs, quàm in alio; & hoc modo potiùs, quàm alio modo. Subiungit autem eandem actionem eſſe requiſitam vt tribuat denominationem formæ conſtituentis Deum liberè volentem & decernentem.

Nihilominus ex hac & præcedentibus ſectionibus abunde conſtat refutatio ſolutionis huius. Primò námque prius natura & prius æternitate, quàm talis actio prodiret in lucem, illius cauſa debebat eſſe determinata, vt illam potiùs, quàm aliam proferret. Infinitudo quippe prout præſcinditur à determinato conſilio & determinata volitione, non tribuit determinationem liberam potentiæ, neque ſcientiæ, aut volitioni ex ſe indifferenti. 10. *1 Refutatio.*

Secundò, Non cauſat pro libito voluntas, cui non libuit determinatè cauſare, potius, quàm non cauſare, nec libuit hoc cauſare potiùs quàm illud. Non libuit autem determinatè, quod voluntas non voluit determinatè: nam *libitum*, & *libet* operationem volendi ſignificant apud Authores linguæ Latinæ. 11. *Secunda refutatio.*

Refutatur tertiò, quia decretum & volitio diuina totaliter eſt quid vitale increatum & æternum, & exiſtens intra Deum, vt probatum eſt ſect. 9. ratione 1. Quamobrem non poteſt conſtitui, neque determinari per actionem creatam temporalem & tranſeuntem. 12. *Tertia refutatio.*

Quartò. Nulla poteſt in hac ſententia reddi ſufficiens ratio, propter quam talis obliquus aut talis connotatio, aut emanatio profluxerit potius, quàm altera. Nam his præciſis, totum quod eſt intra Deum, eſt prorſus indifferens. 13. *Quarta refutatio.*

Reſpondet hæc ſententia, Deum ipſa emanatione actuali determinari vt *quo*, non ſecus ac noſtra voluntas ipſo volendi actu determinatur. Veruntamen hoc exemplum eſſe longè diſſimile, probauimus ſect. 2. refutatione 6. præſertim confirmatione prima. Nunc inſuper obiicio diſcrimen, quod omnes Theologi, prima ſecundæ q. 17. art. 4. & tota q. 20. docent eſſe inter interiorem & exteriorem actum voluntatis. Actus enim exterior non eſt imputabilis nec liber, nec voluntarius ratione ſui, ſed ratione interioris actus, à quo mouetur & imperatur. Sed actualis emanatio creaturarum à Deo, non eſt interior actus voluntatis, ſed prorſus exterior; ergo non eſt liber nec voluntarius ratione ſui, ſed ratione volitionis interioris, à qua mouetur & imperatur. Quapropter diuina voluntas non determinatur, nec conſtituitur volens creare mundum per exteriorem emanationē, ſed per interiorem volitionem imperatricem huius emanationis. 14. *Præcluditur euaſio.*

Confirmatur primò, ex eodem quippe principio deducitur, eam eſſe quidditatem propriam interioris volitionis liberæ, quæ ſuo iure poſtulet cauſam in actu primo indifferentem, quam formaliter per ſeipſam conſtituit determinatam in actu ſecundo. Sed exterior operatio quidditatiuè poſtulat procedere ex cauſa libera, iam actualiter determinata per interiorem volitionem. 15.

Vnde confirmatur ſecundò, quia iuxta prædictam ſententiam erit impoſſibile rationem reddere, propter quam Mundus in tali inſtanti creatus fuerit potiùs, quàm antea vel poſtea: quare pars hæc materiæ ſub forma aquæ, non verò ſub forma terræ, vel aëris fuerit producta: quare non fuerit producta alia materia poſſibilis, & alia forma terræ & aquæ poſſibilis. Quod idem interrogare licebit de cæteris omnibus effectis. 16.

Redeo

17. *Ex aduerſariorum ſententia planè infertur illos, qui re ipſa prædeſtinandi ſunt, certò cognoſcere ſe vitam æternam adepturos.* Redeo ad ſeriem principalium rationum, quę inſtaurantur, & ſit ratio tertia; quia ſi præſcientia futurorum contingentium in Deo non eſt aliud, quàm ſcientia diſiuncti, addita futura productione, ſiue emanatione rei contingentis à Deo: eâdémque ſuperaddita emanatione volitio diſiuncti conſtituitur, in ratione volitionis efficacis rerum futurarum: conſequens erit, omnes fideles, qui de facto ſaluandi ſunt, certo cognoſcere, ſe adepturos eſſe vitam æternam: quoniam euidenter cognoſcunt eſſe verum hoc diſiunctum: *ſaluabor*, vel *non ſaluabor*, quam cognitionem ſuperaddita futuritio propriæ operationis perſeuerantis in obſeruantia mandatorum, conſtituet & complebit in ratione præſcientiæ determinatæ; ſicut etiam volitionem neceſſariam eiuſdem diſiuncti conſtituet in ratione volitionis efficaciter amplectentis propriam beatitudinem, & obſeruantiam mandatorum Dei. Quapropter iſte prædeſtinatus etiam eo tempore, quo verſabatur in actuali vel habituali peccato dicendus erit habuiſſe voluntatem efficacem ſuæ ſalutis & obſeruantiæ mandatorum Dei: prout fuſiùs ponderauimus ſect. 5.

18. *Abſurdum educitur ex contraria opinione.* Quarta ratio ſit, quoniam ex eadem ſententia manifeſtè ſequitur adhuc in hoc etiam tempore manere in ſtatu contingentiæ diuinam pręſcientiam & efficacem volitionem cuiuſlibet rei nondum factæ, quoniam actualis influxus, vel operatio Dei, per quam futuro tempore producendus eſt aliquis effectus, manet in ſtatu contingentiæ, quamdiu non eſt productus effectus: vnde præterea ſequitur Dei præſcientiam & volitionem prout verſatur circa futuros influxus & emanationes à Deo, non minùs incertam, nec minùs variabilem ac mutabilem eſſe, quàm ſunt influxus & emanationes futuræ, quarum incertitudo & variabilitas, æqualis eſt, vel potius eadem, quæ producendorum effectuum. Hanc rationem magis explicuimus ſection. 6. §. 1. & 2.

19. Quinta ratio. Infallibilitas diuinæ præſcientiæ conſiſteret in eo formaliter atque præciſè, quod influxus ſiue emanatio futurorum à Deo non poteſt ab exiſtentia futurorum diſcordare, ſed data emanatione; neceſſariò dandi ſint effectus, & ea ſublata ſint auferendi. Quocirca nulla futuritionis repræſentatio conceditur intra Deum, quæ non poſſit à futurorum exiſtentia diſcordare, niſi eo modo quo mea præſcientia cuiuſlibet diſiuncti, conſtantis ex partibus contradicentibus, non poteſt à futurorum exiſtentia diſcordare, nec poteſt falli: ſicut in eadem ſect. 6. §. 3. notauimus.

20. *Eneruabitur diuina voluntatis efficacia ex opinione disiuncti ſi vera ſit.* Sexta ratio. Volitionis diuinæ inſuperabilis & ineuitabilis efficacitas, quæ fruſtrari nequeat & ſemper impleatur, & cui nemo reſiſtere valeat, penitus euaneſcit per volitionem diſiuncti, cui tantum addenda ſit futura Dei operatio tranſiens. Probabitur hoc applicando quæ ponderauimus in ſimili dicta ſection. 6. §. 4. & 5.

21. Septima ratio. Concordia libertatis humanæ cum diuina præſcientia prædeſtinatione aut prędefinitione, vel reprobatione talis conſurgit ex illa conſtitutione, ſiue complemento diſiunctiuæ præſcientiæ & volitionis per connotatam emanationem ad extra, vt prorſus aberrauerint à ſcopo veritatis Patres & Scholaſtici quærentes ſcirpo. Quid enim euidentius, quàm emanationem Dei ad extra non poſſe dari ſine effectu per illam producto, neque effectus ſine emanatione? Quapropter ne minima quidem apparentia diſcordiæ fingi poterat inter præſcientiam & volitionem efficacem quippe quæ præter emanationem ad extra nihil aliud haberent, niſi ſcientiam & volitionem diſiuncti, quas implicat diſcordare à quacumque parte diſiuncti. Sed de hoc plura dicta ſunt in ſimili ſect. 6. §. 6.

Octaua. Redditur præterea vana quæſtio de 22.
cauſa prædeſtinationis, aut reprobationis ex præſcita cooperatione cum gratia, vel illius neglectu, prout in eadem ſection. 6. ponderauimus §. 7.

Poſtremò valde conſiderandum eſt, ſicut in 23.
rebus agendis ſic etiam in opinionum delectu fugienda ſemper eſſe maiora inconuenientia deuorando minora. Sunt autem incomparabili exceſſu plura, maioráque inconuenientia, quæ tota diſputatione præſenti ponderauimus, quàm ea quæ formidantur ex volitione diuina, quæ manens eadem, ſit realiter & ratione ſui volitio creandi Mundum, licet propter ſuam eminentiam potuerit eſſe realiter & ratione ſui volitio non creandi Mundum manens eadem volitio, vt explicabitur diſp. 13.

DISPVTATIO XII.

Vtrum ſit poſſibile Deum libere velle obiecta diuerſa: quamuis nullam realem diuerſitatem cauſet in creaturis.

SECTIO I.

Negatiua ſententia cum fundamentis.

NEgant Vaſquez 1. p. diſp. 67. cap. 4. num. 1.
21. & diſp. 79. cap. 2. num. 8. Albertinus 4. princ. Philoſophico corol. 4. q. 4. Theologica à num. 4. vſque ad finem. Nauarret. tom. 1. controuerſ. 56. §. 3. à medio. Cabrera tom. 2. diſp. 13. §. 5. num. 58. & ſequentibus. Ledeſma diſp. 2. de ſcientia contingentium poſt concluſ. 2. pa. 582. & duabus ſequentibus, Herice diſp. 16. ca. 9. & ſequentibus, & tota diſp. 17. & alij recentiores. Quorum aliqui dicunt, eam ſententiam ſæpe demonſtrari à D. Thoma, ſed locum illius nullum citant. Verum ij omnes (Albertino excepto) procedunt valdè conſequenter ad ſuos modos opinandi de quidditate liberi actus diuini, qui non ſit intra Deum & ab æterno totaliter conſtitutus, completus & determinatus; ſed expectet complementum aut conſtitutionem à futura operatione tranſeunte vel à relatione rationis, aut extrinſeca denominatione.

Vnde ſic argumentantur. Duo extrema eo- 2. *Huius ſententiæ præcipuum fundamentum.*
dem modo ſe habentia non poſſunt eſſe fundamenta contrariarum denominationum, quales ſunt amare & non amare: at in Deo & eius volitione nulla poteſt excogitari variatio; ergo ſi res extra Deum inuariatæ manent, nullum eſt fundamentum contradictoriæ denominationis; ac proinde neceſſarium erit Deum eodem modo denominari volentem.

Confirmari poteſt primò, quoniam implicat 3.
contradictionem directè & per ſe cauſari vel 1. *Confirmatio.*

deſtrui denominationes extrinſecas; ſed tantum cauſari, aut deſtrui poſſunt conſequenter ad reales formas denominantes. Vnde niſi ego amem Petrum, impoſſibile eſt Petrum denominari amatum à me; quòd ſi amem Petrum, impoſſibile eſt Petrum non denominari amatum à me. Idémque reperies in omnibus aliis denominationibus.

4. *2. Confirmatio.* Confirmatur ſecundò, Nam in Deo nominare non poſſumus actum volendi efficaciter, ſine reſpectu ad rem futuram. Ergo requiritur aliqua realis variatio in re futura.

3. Confirmatio. Confirmatur tertiò, quoniam etiam in noſtra ſententia (quam explicabimus diſp. 13. præſertim ſect. 2. & 3.) terminatio ad creaturas futuras requiritur, vt poſſimus in Deo diſtinguere volitionem liberam à neceſſaria, & diſtinguere vnam volitionem liberam ab alia. Ergo ſi nulla creatura ſit futura; nulla erit poſſibilis diſtinctio, ac proinde non verè intelligemus, Deum aliquid velle, præter id, quod neceſſariò vult.

SECTIO II.

Sine reali diuerſitate creaturarum poſſibile fuit Deum voluiſſe quod non voluit.

1. VNica concluſio ſatis eſt. Sine vlla reali diuerſitate creaturarum poſſibilis fuit in Deo aliqua volitio libera, quam de facto non habuit: ſimilitérque poſſibile fuit non habere aliquam volitionem, quam de facto habuit, ſine vlla diuerſitate creaturarum. Ita Suarez in opuſculo de ſcientia contingentium lib. 2. c. 7. nu. 10. & 3. p. tom. 1. diſp. 5. ſect. 1. §. *ad difficultatem*, & tomo 4. diſp. 11. ſect. 2. & 3. & diſp. 12. Didacus Aluarez diſp. 7. de auxiliis nu. 32, ad 19. argu. Curiel controu. 7. in caput quartum Sapientiæ art. 3. n. 106. & ſequentibus pag. 266. Zumel tom. 2. Variarum poſt concluſionem 5. pag. 157. §. *ad illud*.

2. *Peccati remiſſio abſque infuſione gratiæ.* Probatur 1. nam Deus potuit mortale peccatum non modo quoad pœnam; ſed etiam quoad culpam remittere ſine infuſione gratiæ, ac ſine vlla alia reali mutatione, ita vt Petro & Paulo manentibus eodem modo, Petro remitteretur culpa, ſed Paulo non item, licet ambo dormirent, & nullam omnino gratiam actualem nec habitualem acciperent. Sed hæc remiſſio fieri non poteſt ſine libera volitione, qua Deus miſericorditer culpam abolere decreuerit. Ergo abſq; reali diuerſitate creaturarũ poſſibile fuit Deum habuiſſe hanc volitionem, quam de facto non habuit. De poſſibilitate prædictæ remiſſionis alius eſt diſputandi locus, ſiue inter quæſtiones de Pœnitentia, ſiue inter quæſtiones de Gratia.

3. *Confirmatur 1.* Confirmatur 1. Nam ſi Deus creaſſet homines in puris naturalibus, eis remitteretur culpa poſt actum naturalis contritionis, quo manente eodem modo, potuiſſet Deus eidem homini non remittere culpam. *Confirmatur 2.* Confirmatur 2. quia venialia potuiſſet Deus non remittere per martyrium & per ſacramentalia: nunc autem remittit, & tamen tunc non eſſet diuerſitas in rebus creatis.

4. *Aduerſariorum ſolutio.* Contraria ſententia reſpondet, nullã culpam potuiſſe remitti, niſi connotaretur productio alicuius effectus externi, qua productione compleretur in Deo volitio remittendi. Aſſignat autem varios effectus, qui ſufficerent ad remiſſionem in puris naturalibus, in quibus magis vrget argumentum. Imprimis enim, ait, qualitas, quæ eſſet participatio Dei tantum vt authoris naturalis deleret peccata. Deinde naturalis contritionis actus & amor amicitiæ, ſi Deus ad illos actus concurreret ex volitione remittendi, tunc enim actio, qua Deus concurreret ad illos actus haberet realem ordinem ad diuerſum agens, & ita compleret volitionem remittendi.

Veruntamen hæc ſolutio contradictionẽ inuoluit, quia ſi non ſupponitur intra cauſam efficientem intentio determinata vnius finis, nõ poteſt ex ordine reali ad illam intentionem actio tranſiens eſſe realiter diſtincta. Nã ſi volitionem iſtam Dei diſtingueret actio tranſiens & vltimatè conſtitueret; cùm tamen ipſa actio non poſſet eſſe diſtincta, niſi per ordinẽ ad diſtinctã intentionem, ſeu volitionem, ſequeretur, actionẽ hanc eſſe priorẽ & poſteriorẽ ſeipſa; quoniã ipſa cõſtituit vltimatè intentionẽ Dei, prout eſt diuerſa & determinata, & eadem actio diſtinguitur realiter per ordinẽ realẽ ad diſtinctã & determinatã intentionẽ Dei, prout diſtincta & determinata eſt. 5. *Implicat in terminis prædicta ſolutio.*

Pręterea de his & quibuſlibet aliis effectib. qui poſſunt extra Deũ aſſignari, generalis ratio probat, nõ ſufficere productionem illorum, vt compleat diuinam volitionem remittendi quia non modo ſine quolibet illorum in particulari potuiſſet Deus remittere; ſed etiam, quolibet illorũ poſito, potuiſſet non remittere, ſed adhuc imputare culpam. Quocirca nullius productio ſufficeret, vt Deus determinatè denominaretur voluiſſe remittere culpam niſi daretur intra Deum determinata volitio remittendi, quæ poſſet non dari, poſitis eiſdem rebus. 6. *Cuiuſlibet rei productio inſufficiẽs eſt ad actũ diuinæ voluntatis liberum complendũ.*

Sola reuelatio remiſſionis culpæ non poſſet exiſtere manente adhuc imputatione culpæ: proptereáque nonnulli Theologi cõfugiunt ad hãc reuelationem. Veruntamẽ præcedenti probationi non ſatisfaciunt. Refutatur enim hæc ſolutio 1. quia reuelatio, ſecundùm eorũ doctrinã complebit volitionem reuelandi, ſicut creatio complet volitionem creandi: cęterum volitionem remittendi culpam non complebit, quia volitio remittendi formaliter non eſt volitio reuelandi, quin potius realiter poteſt ab illa ſeparari, & de potentia ordinaria fere ſemper ſeparatur, remittente Deo culpas, quarũ remiſſionẽ non reuelat. 7. *1 refutatio ſolutionis.*

Refutatur ſecundò, quia prius eſt Deum remittere culpam, poſterius autem eſt reuelare remiſſionem. Ergo volitio remittendi culpam eſt prior, quàm volitio reuelandi remiſſionem: ac propterea volitio remittendi non conſtituitur, nec completur reuelatione. Confirmatur, quia talis reuelatio foret reflexiua ſupra ſeipſam, ſi reuelaret determinationem liberam diuinæ volitionis, quam hæc ſola reuelatio conſtituit. 8. *2. Refutatio.* *Confirmatio.*

Tertiò melioris conditionis eſſet homo creatus in puris naturalibus, quàm homo eleuatus ad gratiam, quantùm ad hoc, quod homo creatus in puris naturalibus ſemper Dei reuelatione cognoſceret vtrum odio vel amore dignus eſſet, quia ſine hac reuelatione non poſſet ei remitti peccatum; ſed eleuatus ad gratiam neſcit homo, vtrum odio vel amore dignus ſit. Eccleſiaſtes 9. Denique contra ſolutionem acceptam ex reuelatione valent quæ diximus ſupra ſect. 6. §. 10, & poſt §. 11. 9. *Tertia refutatio.* *Eccleſiaſtes 9.*

Secunda probatio concluſionis eſt, quia ſine dubio poteſt Deus primam gloriam dare propter primum actum contritionis ſupernaturalis, non ſolum titulo hęreditatis debitę filio per gratiam; 10.

ſed

Digitized by Google

ſed etiam titulo mercedis debitæ operi; at verò ſiue Deus voluerit vtrumq; titulũ, ſiue alterum tantum, nihil reale additur vel aufertur.

11. *Oppoſita ſententia reſpõſio.* Ad hanc probationem & alias ex ſequentibus, quæ tractant de finibus à Deo intentis, reſpondẽt contraria ſentẽtia, quod productio gloriæ primæ foret realiter diſtincta, ſi daretur gloria titulo mercedis, aut ſi daretur titulo hæreditatis, vel ſi daretur vtroq; titulo ſimul: generaliter enim dicit tranſeuntes actiones Dei, etiam ſi terminentur ad eoſdem prorſus effectus, eſſe realiter diſtinctas per ordines reales ad diuerſos fines intentos à Deo.

12. *Reycitur 1. Duplicis finis diſtinctio.* Nihilominus refutatur primò, ſupponendo quoſdam eſſe fines intrinſecos ad quos vniuſcuiuſque rei natura deſtinatur: ij autem nõ poſſunt eſſe diuerſi ſine reali diuerſitate rerum, quæ deſtinantur ad illos. Quare de finibus intrinſecis non agitur in præſenti, ſed de finibus extrinſecis, quos ab inuicem poteſt agens liberum ſeparare. Quemadmodum ignis poteſt accendi ad comburendum, vel ad illuminandum, vel ad coquẽdum. Quo ſuppoſito, nullo fundamento nititur diſtinctio realis inter productiones ignis ex eo, quod deſtinentur ad diſtinctos fines extrinſecos & ſeparabiles ad inuicem; ſimilitérque productio gloriæ non erit realiter diſtincta ex eo, quod deſtinetur ad diſtinctos fines ſeparabiles ab inuicem, videlicet, dandi hęreditatem filio, vel reddendi mercedem operario.

13. *Reycitur 2.* Fortius tamen impugnatur, 2. quia ſi præſupponeretur intra Deum increata intentio diſtincta; fortaſſis in ordine ad illam aliqua probabilitas ſuaderet eſſe diſtinctã productionẽ primæ gloriæ. Cæterũ quia non ſupponitur intra Deum hæc intentio determinata & completa, ſed completur ac determinatur per tranſeuntem productionẽ gloriæ, nõ poteſt eſſe diſtincta productio; quia diſtinctionem realem acciperet per ordinẽ realẽ ad ſe ipſam. Etenim productionis ordo ad totũ, quod eſt realiter intra Deũ & in eius volitione (ſecundum hanc ſententiam) nõ poteſt eſſe diſtinctus; quia totum eſt indifferens ad quaſlibet intentiones diuerſorum finium: ideóque diſtinctio realis in ordine ad diuerſas intẽtiones, accipi non poteſt, niſi in ordine ad diuerſas productiones conſtitutiuas diuerſarum intentionum. Inuoluitur ergo contradictio ſimilis ei, quam paulo ſuperius notauimus aduerſus aliam euaſionẽ.

14 *Reycitur 3.* Refutatur 3. quoniam ex prædicta ſententia ſequeretur, quemlibet prædeſtinatum ab inſtanti conceptionis habere realem formalitatem, propriam prædeſtinatorum & entitatiuè ſupernaturalem, quamuis neque baptiſmum, neque fidẽ ſuſcepiſſet, ſed multis criminibus teneretur. Vnde prædeſtinatio poneret aliquid in prædeſtinato: poneret enim actionem Dei creantis animam, quæ actio realiter & entitatiuè diſtingueretur à creatione cæterarum animarum per intentionem efficacem dandi gratiam & gloriam.

15. *Haberẽt reprobi formalitatẽ ſupernaturalem conſeruatio-nis, etiã cum in inferno ſunt.* Eadem quoque ratione reprobatio poneret in reprobo creationem animæ realiter & entitatiuè dicentem ordinem ad intentionem, qua Deus voluerit eius culpam permittere & ſuam iram oſtendere puniendo. Quapropter reprobus, licet aliquando in Dei gratia & heroico perfectionis gradu conſtitutus eſſet, intra ſe ipſum retineret realem formalitatem qua perpetua conſeruatio rationalis animæ deſtinaretur ad finem reprobationis: quinetiam illa formalitas, etiam in Inferno permanens, eſſet ſupernaturalis, quoniam omnes reprobi deſtinantur ad bonum prædeſtinatorum.

16. *Reycitur 4.* Quartò, Propter eandem rationem ſequitur cælum, terram, animalia & quaſlibet res naturales inſitam habere realem & intrinſecam formalitatem ſupernaturalem, quoniam omnium rerum naturalium productio deſtinatur ad ſalutem & gloriam prædeſtinatorum, ad quam ſuapte natura non deſtinantur.

17. *Reycitur 5.* Quintò ſequitur ex eadem ſententia, gratiam ſacramentorũ datã reprobo, vel eius productionem eſſe realiter diuerſam, ab ea quæ daretur eidem, ſi foret prædeſtinatus, quia tunc gratia produceretur propter finem prædeſtinationis. Videtur autẽ inconueniens tantum diſcrimen conſtituere inter proprium & immediatum effectum ſacramentorum, quem cauſant in reprobo vel in prædeſtinato.

18. *Reicitur 6.* Sexto, clariùs deprehenditur falſitas iſtius ſolutionis, quãdo Deus vult non producere. Tunc enim cõtraria ſentẽtia negationẽ cauſalitatis realis accipit pro connotato complente diuinã volitionem non producendi. Quo ſuppoſito, *In negationibus, difficultas vrgetur.* prædicta negatio cauſalitatis deſtinari poteſt ad finem prædeſtinationis vel reprobationis & deſtinari poteſt ad incarnationem vel ad permittendum peccatum, & eligi poteſt vt medium ad vlteriorem finem, vel non ordinando illam ad alium finem. In omnibus his diuerſitatibus finium & intentionum nihil reale diuerſum eſſe poſſet in connotata negatione cauſalitatis. Ergo diſtinctæ Dei intentiones diuerſorum finium reperiri poſſunt abſque diuerſitate reali creaturarum.

19. Confirmatur, quia foret euidentior impoſſibilitas diuerſitatis realis, ſi Deus; vt potuit, nihil omnino producturus eſſet per totam æternitatẽ, quod eligere potuit, vel propter exercendũ ſupremũ dominiũ, vel præcisè, quia nulla re creata indigebat. Alios autẽ plures fines intẽdere potuit per negationẽ cuiuſlibet cauſalitatis vſq; ad inſtãs productionis Mũdi, & per negationẽ productionis infinitarũ rerũ, quę nunquã ſunt producẽdæ.

20. *Omnibus inuariatis, potuit Deus Angelis tribuere gratiã nunc propter Chriſti merita, nunc Chriſti non expectato merito.* Duæ ſequentes probationes eodem fundamẽto præcedentis roborantur. Tertia námque probatio eſt, quia manentibus Chriſti Dom. meritis eodem modo, quantum ad totam entitatem realem, & Angelorum omnium gratia relicta eodẽ modo, quantum ad totam entitatem realẽ, poſſibile fuit, Angelis non fuiſſe datã gratiam propter merita Chriſti Domini, & poſſibile fuit, propter merita Chriſti Dom. fuiſſe conceſſam. Ergo manentibus omnibus creaturis abſque vlla reali diuerſitate, poſſibile fuit, Deum habuiſſe liberam volitionem dandi gratiam Angelis, non propter merita Chriſti Domini, & poſſibile fuit habuiſſe liberam volitionem dandi gratiam Angelis propter merita Chriſti Domini.

21. *Abſque diſtincta creaturarum diuerſitate, potuit Deus velle diſtinctas ſignificationes ſcripturarum.* Quarta probatio. Senſus literalis à Deo intẽtus in ſingulis locis Scripturæ potuit eſſe varius & multiplex, manentibus eiſdem verbis, eademque reuelatione Dei, quoad totam realem entitatem. Similitérque myſtica ſignificatio legaliũ figurarum & operum Chriſti Domini per Spiritum ſanctum intenta varia & multiplex potuit eſſe, manentibus figuris & operibus abſque vlla reali diuerſitate. Potuit ergo Deus diſtinctas ſignificationes intendere abſque vlla diuerſitate creaturarum. Niſi fortè dicas,

impoſſibile fuiſſe Deum non intendiſſe quoſlibet ſenſus poſſibiles & excogitabiles ab expoſitoribus. Quod alienum foret à veritate, & à mente omnium expoſitorum eligentium vnum ſenſum alio reiecto, & vnam ſignificationem myſticam, alia reiecta.

SECTIO III.

Probationes aliæ concluſionis eiuſdem, & ſolutio argumenti poſiti ſectione prima.

1\. *Deus eorum infantium, qui materniis vteru vitam ſinunt, redemptionē voluit, nulla in illis mutatione facta.* PRima ſit; Deus verè voluit redemptionem eorum infantium, qui moriuntur in maternis vteris: & tamen nihil reale producitur in illis: quod autem realiter exiſtit in Eccleſia, videlicet paſſio Chriſti Domini & Sacramenta totum maneret ſine vlla mutatione reali, etiamſi Deus apud ſe voluiſſet, vt hic & ille infans non eſſet redemptus, quoad ſufficientiam.

2\. Confirmatur primò; nam idem argumentum fieri poteſt in quolibet homine, qui ſine baptiſmo decedit antequàm perueniat ad vſum rationis, præſertim ſi fuit naturaliter impoſſibile baptiſmum illi conferre.

3\. Confirmatur ſecundò; nam & hominibus adultis realiter conferuntur plurima media ſalutis, quibus Deus præſcit, illos non eſſe cooperaturos: atque de potentia abſoluta poſſibile fuit, hæc media conferre ſine libera intentione qua vellet eos ſaluos fieri conditionaliter, ſi & ipſi vellent. Nihilominus de facto Deus hanc liberam intentionem habuit (vt oſtendemus diſp. 20. ſect. 6. & ſequentibus.) Igitur eiſdem rebus manentibus abſque vlla mutatione reali poſſibile fuit, Deum antecedenter, ſiue conditionaliter voluiſſe ſalutem iſtorum omnium, & poſſibile fuit, non voluiſſe.

4\. Confirmatur tertiò; quia Chriſtus Dominus pro cunctis hominibus mortuus eſt, vt oſtendemus ibidem; nihilominus de potentia abſoluta poſſibile fuit, Chriſtum Dominum non mori, niſi tantummodò pro hominibus prædeſtinatis.

5\. *Aduerſariorum ſolutio.* Reſpondet contraria ſententia talibus in caſibus interuenire realem mutationē creaturarum, quoniam productio talium animarum & omnium mediorum ſalutis, foret realiter diuerſa, ſi procederet ex alia intentione non intendendo inefficaciter eorum omnium ſalutem, quam de facto intendit. Dei námque cauſalitas actualis foret realiter diſtincta.

6\. *Impugnatur.* Verumtamen huius ſolutionis implicationem oſtendimus ſatis ſect. præced. dum refutabamus alias eodem fundamento ſubnixas. Quia ſi non ſupponitur diſcrimen diuinæ cauſalitatis & intentionis increatum & intra Deum præexiſtens; nihil eſt in ordine ad quod fingatur diſtinctus ordo productionis tranſeuntis, quoniam hæc intra Deum nihil habebit in ordine ad quod diſtinguatur, ſed tota diſtinctio productionis ab ipſa productione incipiet, & terminabitur ad ipſam, & in ordine ad ſe ipſam conſtituetur, ſupponendo diſtinctionem, quam nondum habet.

7\. *Manca eſſet diuina volūtas, à creaturiſque multum dependens.* Præterea refutatur, quia ſi Deus ſine diuerſitate creaturarum non poſſet diſtinctas intentiones habere, diſtinctáque motiua prædictarum operationum: ſequeretur, Dei voluntatem eſſe mancam & diminutam, atque creaturis indigere nimiùm, & ab illis dependere. Siquidem nullam volitionem efficacem & liberam habere potuit, niſi producendo creaturam aliquam, cuius productione compleretur eius volitio, atque inſuper nullam volitionem inefficacem antecedentem, ſiue conditionalem habere potuit ſeparatam à volitione efficaci & abſoluta producendi creaturam aliquam, deniq; nullū diſtinctum motiuū reſpiceret, nullumq; diuerſum finē intendere potuit abſq; reali diuerſitate trāſeuntiū operationū.

Sit ſecunda probatio, quia volūtas creata, quæ liberè omittit actum bonum, nihil reale amitteret, vel adquireret extra Deum, etiāſi Deus decreuiſſet, non concurrere ad illum actum bonum. Nihil enim reale ponitur ad extra ex eo quod Deus voluerit cōcurrere, ſi voluntas creata non vtitur diuino concurſu. 8.

Reſpondent aliqui, Deum non habere decretum liberū, quo paratus ſit ad concurrendum cum eo homine, quem pręſcit non eſſe eliciturū talem actū. Sed hoc refutatur, quia ſequeretur inde neminē poſſe volitionem aliquam habere, niſi eam, quam de facto habet. Vnde multò plura ſequuntur abſurda. Primò námque nulla foret omiſſio libera, & conſequenter nec imputabilis ad culpam, licet non impleretur poſitiuum præceptum diuinum vel humanum. Itaque nullum committeret peccatū imputabile ad culpam, qui toto vitæ tempore nullum actum haberet contritionis, & charitatis, & ſpei & religionis; imo etiam fidei, quia quicumq; de facto non concepit hos actus, non potuit illos concipere, quia Deus non fuit paratus ad concurrendum cum eo. 9. *Præcedentē rationē aduerſarij ſoluunt. Refutatur ſolutio. 1. abſurdū.*

Deinde, nullus actus poſitiuus, qui de facto elicitur, eſſet liber; quoniam ille non potuiſſet omitti, niſi Deus denegaret paratum concurſum. Ex his duobus inferre plura cuilibet Theologo non erit difficile. 10. *2. Abſurdū.*

Tertia probatio. Volitio, qua Deus vult me obligare præcepto poſitiuo, nihil reale ponit in me, ſed ſolam extrinſecam denominationem obligationis. Ergo ſine productione realis entitatis, eſſe poteſt in Deo voluntas obligandi. Reſpondent aliqui, ſaltem producendum eſſe aliquod creatum ſignum obligationis. Veruntamen hoc non eneruat argumentum, quoniam prius ratione, quàm Deus velit intimare obligationem per aliquod exterius ſignum, intelligitur conſtituta tota voluntas obligandi, & ex illa conſequitur voluntas intimandi obligationem. 11. *Voluntas diuina, qua me obligare Deus vult nihil reale in me ponit. Præoccupatur ſolutio.*

Quarta probatio præcedenti ſimilis eſt, quoniā obligationē ex voto, vel ex aliquo pręcepto contractam poteſt Deus remittere, prorſus liberum ab obligatione tali, relinquens hominem abſque mutatione reali, facta extra Deum per ſolam volitionem liberandi hominem ab obligatione. 12.

Reſpondent Authores aliqui, neceſſariam eſſe reuelationem alicui creaturę factam quòd Deus illi, vel alteri remiſerit obligationem, & per hanc reuelationem eſſentialiter conſtitui volitionem efficacem remittendi obligationem. Conſequēter autem fatentur expreſsè, remiſſionē efficacē, ſiue in exercitio, per quam Deus de facto liberat hominē ab obligatione, non eſſe priorem, neque præſupponi ante reuelationem ſiue cognitionem hominis; ſed potius illā eſſentialiter includere. Hoc autem ex terminis videtur eſſe ſatis abſurdum, atq; inſuper refutari poteſt argumentis ſimilibus illis, quibus vſi ſumus ſect. præcedenti cōtra reuelationes alias: maximè, quoniā talis reuelatio ſe ipsā reuelabit, nec poterit verificari per aliquod obiectū ab ea diſtinctum & ſeparatum. 13. *Reſpondent contraria ſententia dictoru & impugnantur.*

Probatur

14. Probatur quintò, quia Deus potuit hominem aliquem prædeſtinare ante præuiſa merita; & potuit eundem prædeſtinare poſt præuiſa merita, quamuis vtraque prædeſtinatio terminaretur ad eundem gradum gratiæ & gloriæ, per eadem omnino media, nihilque reale poneret in vno prædeſtinato, quod non poneretur in alio: vt magis conſtabit, quando de prædeſtinatione tractauerimus.

15. *Repetita ſolutio alibi ſatis impugnata.*
Reſpondent aliqui, Dei actiones productiuas hominum & omnium mediorũ prædeſtinationis atque gratiæ & gloriæ diſtinguẽdas eſſe realiter, quando prædeſtinatur quis ante præuiſa merita, vel poſt præuiſa merita, licèt in cæteris realitatibus nulla foret diuerſitas. Veruntamen hanc ſolutionem in ſimili refutauimus ſatis circa primam probationem.

16. Probatur denique; nam ordo volitionum liberarum, iuxta quem aliæ ſunt priores, aut poſteriores aliis volitionibus aut liberis prænotionibus Dei, perturbatur, & ad ipſas creaturas reuocatur, vt in Deo nõ ſit alia prioritas ſecũdùm rationem, ac denominationem extrinſecam præter eam, quæ realiter eſt in effectibus productis. Quod aliqui Authores oppoſitæ ſententiæ ingenuè fatentur, alij verò negant confugientes ad varias intentiones Dei, per quas diſtinguantur diuerſæ productiones eorundem effectuum. Hic tamen diſtinguendi modus iam eſt impugnatus, vtpote contradictionem inuoluẽs. Nihilominus data poſſibilitate illius, adhoc non alius ordo foret in diuinis actibus intellectus & voluntatis, niſi qui foret in productionibus illis conſtituentibus diſtinctas intẽtiones: cùm intra Deum omnino nulla diſtinctio talium intentionum, neque fundamentaliter reperiatur, iuxta prædictam ſententiam. Veruntamen de his ordinibus prioritatis & poſterioritatis dicemus diſp. 22. & ſeq.

17. *Eminentia vnius extremi diuerſas illas denominationes tribuere poteſt, quas tribuerent actus quos eminẽter continet, nulla noua mutatione facta.*
Ad argumentũ contrariæ ſententiæ, poſitum in ſect. 1. Reſp. ſi vnum extremum, quãuis inuariatum ſit, nihilominus propter ſuã eminentiam realiter habeat in ſe totũ illud, quod habuiſſet, ſi variaret volitiones; hoc ſufficit vt præbeat fundamentũ diuerſis relationibus & denominationibus, quamuis res extra Deum inuariatæ maneant, vt dicemus ſequenti diſp. 13. ſect. 3. ad 4.

Ad primam confirmat. Reſp. Denominationes extrinſecæ à formis creatis non poſſunt cauſari, aut deſtrui, niſi prius cauſatis aut deſtructis creatis formis ex quibus conſequuntur. At verò de-

18. *Inter denominationes extrinſecas diuinam libertatem cõſequentes & ex creatis formis promanantes, notãdum diſcrimen.*
nominationes extrinſecæ conſequentes ex libera volitione Dei poſſunt directè & primariò cauſari à libera volitione Dei ſine vlla reali varietate diuinæ volitionis propter ſuam eminentiam infinitam qua præſtat quidquid præſtare potuiſſent infinitæ volitiones liberæ, vt diſp. ſequenti ſect. 3. præſertim in ſolutione ad 4.

19. Ad ſecundam confirmat. Reſp. In diuina volitione libera non requiritur reſpectus ad rem, quæ futura ſit realiter, ſed ſatis eſt, diuinam volitionem terminari ad denominationem extrinſecam à ſua volitione, quam vult hominibus conferre, vt quòd illos diligat tanquam amicos; quòd illos redemerit; quòd gloriam det titulo mercedis, & ſimilia quæ dicta ſunt in probationibus concluſionis.

20. Ad 3. Confirmat. reſpondetur. Terminatio ad creaturas futuras requiritur, vt intelligamus volitionem creandi entia realia. Cæterum terminatio ad denominationes ſiue relationes rationis ſufficit vt intelligamus in Deo volitionem efficacem & liberam conferendi nobis eas dignitates morales, quæ licèt in genere entis non ſint abſolutè entia, ſed in genere moris ſint maximi valoris & dignæ vt cauſentur à diuina volitione, ſicut cauſantur entia realia, ſed actione proportionata vnicuique termino.

DISPVTATIO XIII.

Vtrum libera volitio addat perfectionem realem, quæ potuerit non eſſe in Deo.

SECTIO I.

Affirmatiua ſententia Caietani refellitur.

CAietanus in art. 2. §. *Ad hoc poteſt.* fine & art. 3. & 3. p. q. 1. art. 1. perſpicuè docet volitionem producendi creaturas eſſe perfectionem diuerſam à perfectione neceſſaria Dei, quæ perfectio ſuperaddita, quoniã libera eſt, potuit non fuiſſe in Deo ab æterno. Ac proinde non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ſed diminuta: & per eam redditur Deus magis perfectus extenſiuè tantum non extenſiuè. Ita ſuam ſententiam Caietanus temperat. Eandem videtur admittere Henriquez lib. vlt. de fine hominis c. 3. num. 2. in Gloſſa lit. A. eámq; ſequitur aliqui recentiores. Multum etiam fauet Fonſeca to. 3. li. 7. metaph. ca 8. quæſt. 1. ſect. 4. & 5. ad 3. Salas 1. 2. tom. 1. quæſt. 6. tract. 3. diſ. 1. ſect. 8. validis argumentis fulciri poteſt, quibus ſatisfaciemus infra ſect. 3. 1.

Hoc Caietani placitum grauiter & meritò reprehendunt Ferrarienſis, Suarez, Valentia, Vaſquez, Molina, Zumel, Bañes, Medina & alij recẽtiores citati diſp. 11. ſect. 3. pro vtráque ſententia. Refutatur ergo primò, quoniam perfectio, quæ potuit non fuiſſe ab æterno, non eſt abſolutè ens neceſſarium: ergo eſt perfectio admixtam habens imperfectionem, ac proinde indigna Deo. Probatur cõſequentia, quia hoc ipſum quod eſt, nõ neceſſario fuiſſe quidditatiuè claudit poſſibilitatem, qua potuerit in æternum nihil eſſe: ſicut omnes volitiones efficaces, quas circa alios mundos creandos & gubernandos, potuit habere Deus, nihil ſunt, & nihil erunt in æternum. Atque eodem modo potuit nihil eſſe ea perfectio, quam decretum creandi hunc mundum addit ſupra Deum ex ſententia Caietani. 2. *Caietani opinio refutatur. 1.*

Confirmatur primò, quia ens quod quidditatiuè & eſſentialiter, eſt ſuum eſſe ſiue ſua exiſtentia, non poteſt non fuiſſe: at hæc perfectio potuit non fuiſſe. Ergo hæc perfectio non eſt ſuum eſſe quidditatiuè & eſſentialiter; vnde erit creatura. 3. *Ens, quod potuit non eſſe, non eſt ſuum eſſe eſſentialiter.*

Confirm. ſecundò: nam Ariani aſſerebant, libera voluntate Patris fuiſſe productum Filium, vt ex hoc antecedente inferrent, Filium eſſe creaturam. E contrario Eccleſiæ Patres, vt defenderent, Filium non eſſe creaturam, definiunt, Filium non eſſe productum libera voluntate Patris. Ergo tam Hæretici, quàm Catholici ſupponunt, eſſe creaturam quidquid per liberam voluntatem Patris ita fuit, vt potuerit non eſſe, huiuſmodi autem eſt prædicta perfectio volitionis. Antecedens conſtat apud Hilarium lib. de Synodis dum explicat Syrmicam anathemate 24. & Concilium Toletanum XI. in confeſſione fidei. D. Thom. infra q. 41. art. 2. De quo diximus plura tomo de Trinitate diſp. 92. & 93. 4. *Quod ita eſt, vt potuerit non eſſe, creatura eſt.*

5\. *Varij impugnandi modi. 1 modus.* Ex hoc principio colliguntur variæ impugnationes ad tria capita reuocandæ, ſecundùm tres modos, quibus fingi poteſt diſtinctio perfectionis liberæ ab eſſentia diuina. Primus & minus improbabilis erit, ſi diſtinguatur ſola ratione ratiocinata & infimo gradu illius, quoniam hæc perfectio libera eſſentialiter includit Diuinitatem; ſicut attributa & relationes eſſentialiter includunt Diuinitatem. *Secundus modus.* Secundus modus, Si perfectio libera diſtinguatur plena diſtinctione rationis ratiocinatæ, quoniam neque eſſentialiter includat eſſentiam diuinam, neque includatur in illa. *Tertius modus.* Tertius. Si diſtinguatur ante opus intellectus, ſaltem ex natura rei, vt modus à re.

6\. *Omnium maximum abſurdum circa primum modum.* Hinc ſumitur ſecunda impugnatio Caietani. Nã ille primus modus diſtinctionis multa habet incommoda. Illorum verò maximum eſt, quod decretum creandi hunc Mundũ ſit eſſentialiter Deus; & tamen idem ipſum decretum potuerit eſſe nihil; quin etiam modò retineat ſua prædicata eſſentialia, ratione quorum nõ repugnabat huic decreto in æternum non exiſtere; & tamen ſimul habeat pro prædicato eſſentiali Diuinitatem neceſſariò exiſtentem. Rurſus è contrariò maximum incõueniens eſt, quòd decretũ creandi alium Mundum, talem habeat connexionem prædicatorum eſſentialiũ, vt poſtulet eſſe Deum eſſentialiter, quamuis actu modò nihil ſit.

7\. Confirmatur; quoniam vna ſimpliciſſima formalitas, quæ ſecundum ſuam vltimam differentiam includit exiſtentiam neceſſariam Dei, non poteſt ſecundùm ſuam vltimam differentiam eſſe indifferens ad eſſe, vel non eſſe, & indifferens vt ſit Deus vel nihil. Talis autem foret hæc perfectio libera quæ ſecundùm ſuam eſſentiam, præciſam ab exiſtentia, potuit nunquam eſſe, & potuit eſſe Deus.

8\. *Impugnatur 3. libera perfectio, quæ nõ conuertatur cum diuina eſſentia, per inclusionem.* Tertiò impugnatur libera perfectio, quæ plena diſtinctione rationis ratiocinatæ differt à diuina eſſentia, ita vt illam non includat neque includatur in illa. Primò, quia impoſſibile eſt aliquid eſſe in Deo, quod non ſit ipſe Deus, ita vt non ſolum in cõcreto, ſed etiam in aſtracto prædicari poſſit de Diuinitate. Quapropter, ſicut propriiſſimæ ſunt hæ locutiones: *Deus eſt Sapientia, ſapientia eſt eſſentia diuina, ſapientia eſt bonitas*; ita debet eſſe propria hæc locutio: *Perfectio quæcumque diuina, eſt eſſentia diuina, &, libera volitio diuina eſt eſſentia diuina.* Id quod facilè conſtabit legenti, quæ contra Gilbertum ſcribit S. Bernardus ſerm. 80. in Cãt. longè poſt medium, & quæ idem decreuit cum Epiſcopis congregatis in Concilio Remenſi, cuius acta, licèt non quoad omnes partes approbata ſint ab Eugenio III. attamen multa ſunt approbata, reliqua non ſunt improbata, ideóque retinent magnam authoritatem à ſuis Authoribus acceptam. Igitur in Symbolo fidei, quod hoc Concilium compoſuit contra Gilbertum, inter alia dicitur: *Neque aliquas omnino res ſiue relationes ſiue proprietates, ſiue ſingularitates, vel vnitates dicantur adeſſe Deo, quæ ſint ab æterno, & non ſint Deus*, (ſcilicet credimus) Et ſigillatim docet, vitam, ſapientiam, iuſtitiam & bonitatem, qua Deus conſtituitur viuens, ſapiens, iuſtus & bonus, eſſe ipſum Deum, & ſic de reliquis perfectionibus: quas locutiones authoritate ſanctorum Patrum confirmauimus diſp. 1. ſect. 3. fuſiùs autem tomo de Trinitate diſp. 11. præſertim ſect. 6. & diſp. 13. Nunc ſatis eſt animaduertere, cognitiones & volitiones de obiectis contingentibus comprehendi nominibus Vitæ, Sapientiæ, Iuſtitiæ, & Bonitatis.

Confirmatur, quoniam illa perfectio, ſi nõ eſt eſſentialiter Deus, nõ erit eſſentialiter ens infinitum: vnde eſſentialiter erit ens finitũ & creatum, formaliter loquẽdo; omnis enim eſſentia eo ipſo quòd poſitiuè non includat infinitatem, exigua eſt & limitata; ac proinde finita & creata. 9.

Quartò impugnatur idem modus dicendi, quoniam Deum facit imperfectum quoad eſſentialia, ſi quidem tota eſſentia Dei non includit hanc realem perfectionem, ſed eſt capax, vt illa ſuperaddita perficiatur, vel careat hac perfectione. Eſt autem incõueniens hæc capacitas & quaſi potentialitas in eſſentia Dei tota integra. Ex quo ſequitur ſecundũ inconueniens, videlicet, vt hæc capacitas partim ſit perfecta per actũ, partim careat ea perfectione actuali cuius erat capax, videlicet, volitionibus liberis creandi alios mundos. Vnde ſequitur tertium inconueniens, quod tota hæc capacitas potuiſſet omni ſua perfectione carere, ſaltem ea, quæ conſiſtit in volitione poſitiua creandi. 10.

Sed quoniam Caietanus ſimilia non reputat eſſe inconuenientia in volitione libera, quoniam eſt perfectio ſecundùm quid diminuta & extenſiua; ſubiungo quintam impugnationem, quoniam, ſi libera volitio habet admixtam aliquam imperfectionem, non poteſt conuenire Deo: ſi autem nullam habet admixtam imperfectionem, eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, vnde non poteſt non conuenire Deo. 11. *Impugnatio quinta.*

Confirmatur primò, quoniam vltimus actus immanens perfectior eſt, quàm potentia, ſed in Deo eſt perfectio ſimpliciter ſimplex poteſtas libera vt efficaciter velit creare: ergo ipſa volitio actualis creandi eſt etiam perfectio ſimpliciter ſimplex. Confirmatur ſecundò, quoniam quamuis volitio libera non foret perfectio ſimpliciter, ſed tantùm eſſet perfectio ſecundùm quid, ſi tamen poterat Deo conuenire, Deus non debuiſſet illa carere, ſi vel minima perfectione Deum perficit. 12. *1. Cõfirmatio. Vltimus actus immanens perfectior potẽtia. Secunda confirmatio.*

Vnde confirmatur tertiò, quia ſequitur inde, fœlicitatis diuinæ cumulũ & perfectionem indigere creaturis in aliqua differentia temporis exiſtentibus, alioqui deerit hæc perfectio, quam ſuperaddit volitio efficax. Confirmatur quartò, quoniam erit Dei infœlicitas ſecundùm quid perfectiones diuerſarum volitionum inter ſe ita pugnare, vt ſi vnius perfectio adſit, altera debeat abeſſe. Cuiuſmodi ſunt volitiones de quibuſcunque obiectis inter ſe repugnantibus. 13. *3. Cõfirmatio. Quarta confirmatio.*

Impugnatur ſextò, quoniam omnes Theologi Deo negant relationes reales Domini, Creatoris & ſimiles alias: idque ratione duplici; præſertim, Prima, ne aliqua realis formalitas Dei pendeat ab exiſtentia creaturarum, quod eſt contra neceſſitatem diuinæ perfectionis & ſufficientiam nullius creaturæ indigentem. Secunda, ne aliqua formalitas diuerſa ſuperueniret, quod eſt contra Dei ſimplicitatem. Eædem autem rationes probant, negandam eſſe perfectionem liberam. Confirmatur primò, quoniam quamuis relatio denuo adueniens ex tempore oſtendat imperfectionem manifeſtius quàm perfectio libera exiſtens ab æterno; nihilominùs, ſi penitius inſpiciatur, eadem eſt ratio vtriuſque quod attinet ad neceſſitatem & ſimplicitatem Dei à qua prouenit immutabilitas in tempore. 14. *Non reperiuntur in Deo reales Creatoris, aut Domini relationes. Confirmatur primò.*

Quod

15. *Confirmatur ſecundò.* Quod explicatur & confirmatur ſecundò; quoniam ex tempore mutari diuinas volitiones liberas,non repugnat immediatè ex ratione mutationis phyſicæ; ſed ex ratione mutationis moralis, ſiue inconſtantis animi & ignorantis, vt iu ſect. 3. fine & fuſius in diſp. 16. ſect. 1. 2. & 3. ſed mutatio moralis & inconſtantiæ Dei nulla eſſet ex eo præcisè quod illi denuo aduenirent relationes,quoniam earum mutatio non à mutatione diuinæ voluntatis, ſed à mutatione creaturarum proueniret. Ergo, ſi prædictas relationes denuo aduenire repugnat, repugnantia prouenit ex phyſica mutatione ſecundùm rationem. Quapropter eâdem ratione repugnabit, ab æterno ſuperaddi volitioni neceſſariæ quamlibet realem formalitatem.

16. *Confirmatur tertiò.* Confirmatur tertiò: quoniam ſicut realiter mutatur ignis per calorem, quem recipit in eodem inſtanti,quo generatur, quoniam prius natura, quàm afficiatur calore, non eſt calidus, & per calorem fit calidus; ita in eodem inſtanti æternitatis intelligitur in Deo mutatio ſecundùm rationem, ſi prius habet ſolam perfectionem neceſſariam, & liberè ſuperuenit diuerſa perfectio.

Confirmatur quartò. Confirmatur quartò,quoniam ſoli Nominales Deo concedunt relationes reales aduenientes ex tempore, quia exiſtimant, relationem prædicamentalem nihil reale intrinſecum addere fundamento; ſed ſolum addere extrinſecum terminum in obliquo. Vnde tam illi,quàm omnes alij Theologi ſupponunt, non eſſe concedendam realem formalitatem Deo intrinſecam, à creaturis pendentem.

17. *Formalitas, quæ abeſſe & adeſſe poteſt entitati, ab illa eſt realiter diſtincta.* Septimò impug. ſupponendo ex logica & metaphyſica,omnem formalitatem, quæ adeſſe poteſt & abeſſe alteri,ab illa diſtingui ante opus intellectus. Quod principium,licet probabilem limitationem admittat circa relationes prædicamentales; quoniam earum nouitas non ab intrinſeca entitate fundamenti, ſed à noua termini poſitione prouenit; & circa actiones eorum agentium quę non ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſuum effectum conſeruandum (de quibus diſputaui in prædicamento Relationis, & Actionis) attamen nullam limitationem admittit in formalitate reali, quæ habet totum ſuum eſſe ab intima entitate ſui fundamenti, ita vt ipſa ſit origo & cauſa eſſendi creaturis, ad quas terminatur, & quæ ab illa pendent. Hinc enim prouenit, vt in huiuſmodi formalitate non poſſit diuerſa conceptibilitas prouenire propter extrinſecum terminum, ſicut relatio prædicamentalis, neque propter diuerſam cauſam extrinſecam, à qua effectus conſeruetur,ſicut actio tranſiens.

18. Confirmatur, quoniam perfectio libera habet eſſe à Deo primariò & directè & totaliter, ita vt nullo modo creatura extrinſeca conferat illi eſſe. Ergo debet ante opus intellectus produci à Deo. Neque eſt veluti paternitas, quæ neceſſariò coniuncta eſt cum eſſentia diuina, & illam perficit; ſed eſt perfectio cui Deus liberè tribuit eſſe,cum poſſet eam relinquere ſub nihilo. Ergo ante opus intellectus diſtinguitur à Deo.

19. *Diſtinctionē aliquam in Deo admittere ante opus intellectus, præterquam perſonarū ab inuicē, parū tutū & improbabile eſt.* Porro in Deo concedere quamcumque diſtinctionem ante opus intellectus, præterquam perſonarum abinuicem,neque probabile erit,neque ſatis tutum: vt contra Scotum probauimus tom. de Trinit. diſp. 11.

Vnde ſequuntur alia inconuenientia. Primum. Compoſitio ante opus intellectus, ſaltem ex re & modo. Secundum, quòd eſſentia diuina ſit potentia verè efficiens, & verè recipiens ſuam volitionem; & ipſa ſit verè producta & recepta ante opus intellectus. Tertium, quòd volitio libera ſit modus accidentalis, ſiquidem aduenit enti in actu, quod ſine tali volitione libera intelligitur plenè conſtitutum, & abeſſe poterat, ſalua & integra manente eſſentia ſubiecti.

SECTIO II.

Explicatur & confirmatur magis quomodo nulla prorſus perfectio ratione diſtincta potuerit Deo addi; vel detrahi.

1. VT res ex ſe difficillima faciliùs penetretur, operæ pretium duxi ſimul ponere ob oculos integram deciſionē præſentis difficultatis in varias propoſitiones diſtributam, quarum quædam probatæ ſunt iam; aliæ probandæ reſtant.

Prima propoſitio. Prima propoſitio. Volitio libera Dei, quoad totam ſuam rationem formalem eſt perfectio realis increata & intrinſeca Deo; neque completur eius eſſentia per denominationem extrinſecam aut relationem rationis.

2. *Secunda propoſitio.* Secunda propoſitio. Eadem ipſa formalitas realis volitionis liberæ non ſuperadditur, neque detrahitur volitioni neceſſariæ; ſed tota realis formalitas diuinæ volitionis maneret ſimpliciter eadem ſpecie & numero, & omnino inuariata, quamuis voluiſſet Deus creare alios Mundos, vel voluiſſet nullum mundum creare.

Tertia propoſitio. Tertia propoſitio. Nihilominus in volitione diuina dantur plures quaſi partes extenſionis, quæ ratione ratiocinata diſtinguuntur infimo gradu illius diſtinctionis: & hoc modo diſtinguuntur velle creare Mundum,& velle nō creare Mundum; aut velle creare alios Mundos.

3. *Quarta propoſitio.* Quarta propoſitio. Adhuc hæc perfectio,quæ affertur in volitione creandi Mundum,& quæ vt pars extenſionis diſtinguitur à volitione aliorum obiectorum,non potuit Deo deeſſe; quin potius illi neceſſariò conuenit, tam illa,quàm quælibet alia perfectio cuiuſq; volitionis liberæ poſſibilis.

Quinta propoſitio. Quinta propoſitio. Si Deus nō voluiſſet creare Mundum, defuiſſet Deo ſola terminatio ſuæ volitionis ad Mundum creandum; tota verò perfectio intrinſeca & eſſentialis, conſtitutiua illius volitionis,manſiſſet in Deo. Idémque intellige de quacumque libera volitione poſſibili, cuius tota perfectio Deo neceſſariò conuenit,quamuis multarum volitionum terminatio ad obiecta, Deo de facto deſit,& quæ conueniunt terminationes ad obiecta potuerint defuiſſe.

4. *Sexta propoſitio.* Sexta propoſitio. Inde conſequens eſt,vt neq; diſtingui in diuina volitione per rationem ratiocinatam, neque affirmari poſſit de Deo volitio alicuius creaturæ,quando eius terminatio liberè defuit, quamuis adſit tota eius perfectio; nam occaſio diſtinctionis per noſtrum intellectum, ſumitur non ſolum ex perfectione intrinſeca,ſed etiam ex illius terminatione.

Vltima propoſitio. Vltima propoſitio. Quæ de libera volitione dicta ſunt, & dicenda in hac & ſequentibus ſectionibus,eadem intelligenda ſunt etiā de ſciētia Dei,cōparatione veritatū contingentiū; dummodo ſeruetur hoc diſcrimē,quòd ſciētia cōtingentiū non cauſat ſua obiecta,ſicut volitio; ſed potius obiectorū futuritionē ſupponit ineſſe obiecti.

5. *Prima propoſitionis probatio.*

Nunc igitur quia prima propoſitio fuit abundè probata tota diſp.11.& 12.venio ad ſecundã propoſitionem confirmandam auctoritate & ratione à priori,quamuis ſufficere poſſet,quod aduerſus ſenteotiam Caietani dictũ eſt in pręcedenti ſect. nam ex illa impugnatione colligitur efficaciter ſecunda propoſitio. Sed prætetea illam magis ex profeſſo tradit Suarez in metaphyſ.diſp.30.à nu. 37. Albertinus in quarto principio Philoſophico Corollario 2.q.3.Theol.aſſert.4.num.10.& ſequentibus,& in 6.princ. Philoſophico Corollar. 2.quæſt.2. Theologica in ſolutione quinti Argumenti num.18.& ſequentibus. Nauarrete tom.2. controu.5.concluſ.4.& 5.& ad argumenta. Attigit Valentia 1.p.q.19.punct.4.ad 2.

Secunda propoſitio probatur primò.

6. Eandem propoſitionem ſecũdam pręcipuè intendunt Hugo Victorinus tom.1.in quæſtionib. ad epiſt.ad Rom.q.216. Magiſter, Albertus, Alexander, Ferrarienſis, Capteolus & alij Doctores diſp.11.ſect.3. citati pro vtraque ſententia,quorum animus non fuit, negare realem formalitatem,& perfectionem volitionis liberæ,nullo ente rationis conflatam, ſed ſolummodo negare realem formalitatem,& perfectionem, quæ Deo detrahi,vel addi; ſeu abeſſe,& adeſſe potuerit.

7. *Capreolus.*

Peculiariter notãda ſunt quæ Capreolus ſcribit 1.diſt.45.art.2.ad 1.contra 3.concluſionem. *Nolle oppoſitum potuit eſſe in Deo, non quod illud nolle eſſet alius actus ab ipſo velle, quod nunc eſt in Deo; ſed eſſet idem actus habens habitudinem ad oppoſitum obiectum illi,quod nunc eſt volitum: & ſicut nunc dicitur velle reſpectu Mundi;ita tunc eſſet nolle Mundi, & velle reſpectu huius obiecti Mundum non eſſe.*

8. Henricus 2.p.art.45.q.3.ad 1.& q.4.fine docet,quòd ſi Deus vellet nunc creare Mundũ,vellet eodem actu,quo de facto voluit creare Mundum,& ſolùm eſſet varietas in extrinſeco connotato,videlicet,Mundo exiſtente,vel non exiſtente. Quibus conſonat art.47.q.1.ad 1.& q.2.ad 1.

9. Scotus 1.diſt.39.§.*Iuxta prædicta*.ait: *Sicut voluntas noſtra poteſt diuerſis volitionibus tendere ad diuerſa volibilia; ita diuina voluntas poteſt vna volitione ſimplici illimitata tendere in quodcunque volibile; quod ſi illa volitio eſſet tantùm vnius volibilis, & non poſſet eſſe oppoſiti volibilis, eſſet imperfecta.* & poſt pauca: *Diuina voluntas,in quantum eſt ſub volitione ſua, ita tendit in vnum obiectum, vt poſſit tendere in oppoſitum*,nimirum eadem volitione.

10. Gregorius 1.diſt.45.q.vnica poſt 7.concluſionem ad 1.argum.ait; *Nec velle diuinum,quo vult hæc vel illa facere, nec eius habitudo ad ea, quæ vult facere,eſt contingens:ſed ſimpliciter neceſſe eſſe:ipſum tamen velle, quo vult hoc vel illud facere, eſt contingenter velle, vel volitio faciendi illa, & illa habitudo eſt contingenter habitudo ad illa: ſicut præſcientia de A. futuro contingenti. eſt ſimpliciter & abſolutè neceſſe eſſe:cùm ipſa ſit Deus: & ſimiliter eius habitudo ad præſcitum: quæ habitudo non eſt,niſi ipſamet præſcientia: eſt etiam ſimpliciter neceſſe eſſe: & tamen præſcientia de A. futuro,eſt contingenter præſcientia de ipſo: & illa habitudo eſt contingenter habitudo ad illud: & ideo non obſtante quod præſcientia ſit neceſſe eſſe: Deus non neceſſariò ſed contingenter præſcit; ita in propoſito non obſtante quòd velle diuinum & habitudo eius ad volita,quæ non eſt, niſi ipſum ſecũdùm rem,eſt ſimpliciter neceſſe eſſe:cõtingenter tamẽ & nõ neceſſariò Deus vult facere quæ vult facere.*

Valde conſonat Durandus 1.diſt.43.q.4. ad 1.argum.

Secundò probatur ſimul authoritate & ratione S. Thomæ, nam quælibet volitio diuina eſt vnius ſpeciei infimæ(vt in Deo reperitur ſpecies) quia eſt de vnico obiecto formali, ſcilicet, diuina bonitate, vt ex mente D. Thomæ probatum eſt diſp.5.ſect.6. vbi etiam oſtendimus, in vltimo quoque gradu volitionis liberæ creaturarum includi totam volitionem neceſſariam Dei: vnde neque ratione formali,neque tamquam duę partes materialiter diuerſæ diſtinguuntur. 11.

12. *S.Thomas.*

Hæc omnia complectitur D.Thomas 1.contra Gentes cap.82.dicens: *Voluntas diuina vno & eodem actu vult ſe & alia; ſed habitudo eius ad ſe eſt neceſſaria & naturalis; habitudo autem eius ad alia non eſt neceſſaria neque naturalis, ſed voluntaria.* Et in præſenti art.3. ad 6.ait: *Sicut diuinum eſſe in ſe eſt neceſſarium, ita & diuinum velle & diuinum ſcire:quamuis diuinum velle non habeat neceſſariam habitudinem ad volita.* Et in corpore eiuſdem articuli dixerat, nihil perfectionis accreſcere diuinæ bonitati ex creaturis, quod ex profeſſo probat 1.contra Gent.cap.76.

13. *Ratio à priori.*

Tertia & potiſſima ratio à priori eſt. Quod enim creaturis, propter ſuam limitationem, foret protſus impoſſibile, hoc diuinæ volitioni ob ſuam eminentiſſimam perfectionem, ſimplicitatem,& actualitatem conuenit; videlicet, vt ſub vna ſimpliciſſima formalitate reali eſſentialiter neceſſaria,non ſolùm complectatur neceſſarium amorem ſui & creaturarum ſub eſſe poſſibili,ſed etiã complectatur amorem liberum & efficacem creaturarum; ita vt hac perfectione nullo modo aucta,vel diminuta, vel variata, ſub omnimoda identitate perfectionis ſecundùm rem & ſecundùm rationem, potuerit Deus velle producere alium Mundum, quem non vult producere, & potuerit velle nullum mundum producere.

Vnica & indiuiſibilis formalitas realis volitionis liberæ eſt in Deo ſufficiens ad nunc volendum hũc volendum, & aliorũ mundorum negationes.

14. Confirmatur primò, velle nãmque diuinum eſt infinitum in genere entis,ac præſertim in genere volitionis actualis,quę eſt propria illius ratio formalis. Quopropter ex vi ſuę ſimpliciſſimæ formalitatis,poteſt complecti omnia, quæ pertinent ad lineã volitionis, attingendo quæcunque obiecta volibilia, ſecundùm propriam cuiuſque capacitatem,ita vt vnum neceſſariò,aliud liberè; vnum inefficaciter,aliud efficaciter; vnum tamquam finem, aliud tamquam medium attingat, vnum amet,aliud odio proſequatur.

Confirmatur ſecundò,nam voluntas creata reliquas cauſas excedit,quoniam reliquæ indigent alio determinãte ad actionem,quo dato nõ poſſunt non operari:& quo ſublato nõ poſſunt operari. At verò voluntas creata altiorem habet gradum poteſtatis, qua,poſitis omnib. requiſitis ad operandum,poteſt operari & non operari, ita vt ex parte cauſæ in actu primo, nulla requiratur varietas,vt operetur vel nõ operetur. Ergo cum diuina libertas & volũtas ſit perfectiſſimus actus, nihil habens admixtum potentiæ,eius indifferẽtia erit in alio altiſſimo & actualiſſimo gradu,ratione cuius nõ ſolùm non requiratur varietas ex parte potentiæ in actu primo,ſed neque requiratur varietas ex parte volitionis in actu ſecundo, vt hæc volitio terminetur ad hanc creaturam producendam,vel non terminetur. 15.

16. *Probatio tertiæ propoſitionis.*

Iam ad tertiã propoſitionẽ accedo:atq; in volitione diuina dari plures quaſi partes extẽſionis, quæ ratione ratiocinata diſtinguãtur infimo gradu diſtinctionis illius,probatur primò: quoniam vbicumq; poſſibiles ſunt multi conceptus, quo-

rum

tum voo ſignificetur vna veritas,quæ non ſignificabatur per aliũ, datur diſtinctio rationis ratiocinatæ, ſi non ſecundùm rationem ſpecificam, ſaltem ſecundùm extenſionem maretialem. Sic ſimilitum in Deo miſericordia diſtinguitur à iuſtitia: & ſcientia viſionis à ſcientia ſimplicis intelligentiæ: & potentia creatina equi à creatiua leonis. Ergo ſimiliter in volıtione diuina diſtinguere licebit plures quaſi partes extẽſionis eiuſdem lineæ, ratione ratiocinata diſtinctas infimo gradu diſtinctionis:inter quas magis diſtinguentur volitio neceſſaria, & volitio libera:volitio finis, & volitio mediorum. Minùs antem diſtinguentur inter ſe volitiones liberæ duorum mediorum: vt volitio creandi hunc Mundum, & volitionon creandi alium Mundum. Et minùs adhuc diſtinguentur volitio creandi Petrum, & volitio creandi Paulum.

17. Confirmatur primò, quod enim explicitè intelligitur quando Deus concipitur velle create Mundum, id non intelligitur explicitè quando intelligitur Deus amare ſeipſum. Ergo ij duo amores diſtinguuntur ex modo concipiendi,tanquam explicitum,& implicitum:

18. Confirmatur ſecundò, quoniam verè & realiter exiſtit in Deo quod intelligimus, quando dicimus: Deus voluit creare Petrum, & quando dicimus: Deus voluit Petrum perducere efficaciter ad gloriam. Et tamen aliqnis ſciens vnam veritatem,ignorat aliam.Ergo ſunt diuerſi conceptus cum fundamento in re.

19. Probatur ſecundò, qnoniam inter diuinas volitiones liberas darı potuit varius atque multiplex ordo,diſcrepans ab ordine, qnem extrinſeca obiecta habent à parte rei; hic antem ordo intelligi non poteſt, niſi inter diuerſas partes diuinæ volitionis, vt ſi dicas: Diuina volitio producendi Mundum corporeum pendet à volitione incarnandi,& incarnandi volitio dependet à volitione permittendi peccatum, & à præſcientia peccati.

20. Confirmatur, quoniam hîc ordo diuinarum volitionum non eſt denominatio extrinſeca, vel relatio rationis,reſultans à rebus creatis, ſed habet intrinſecum & reale fundamentum in diuina volitione libera:vt probabimus tractantes de ordine diuinorum actuum infra diſp.22. & 24. Rectè igitur Carthuſian.lib.3.ſent.q.vnica in fine dixit: *Sicut in Deo ponuntur plures & diſtinctæ ideæ per reſpectum ad ideata: ſic poteſt dici maior dilectio Dei ad vnum, quam ad alium etiam ex parte ipſius dilectionis,per reſpectum ad amatum, ſecũdum quod maius bonum vult vni,quam alteri.* Eãdem diſtinctionem intendunt cæteri Scholaſtici quatenus per bona connotata diſtinguunt inæquales amores infra diſp.53. ſeqq.1.& 5.& ſeq.

21. *Quarta propoſitionis probatio.* Quarta propoſitio hæc erat. Tota perfectio, quæ affertur in volitione creandi Mundum, & quæ, vt pars extenſionis diſtinguitur à volitione aliorum obiectorum, non potuit deeſſe Deo, quin potiùs Deo neceſſariò conuenit, tam illa, quàm quælibet perfectio cuiuſque volitionis liberæ poſſibilis.Probatur,qnoniam niſi hoc affirmemus, relabimur ad inconuenientia Caietani impugnata in ſect.1.Caietanus enim non aſſerebat, diuinas volitiones liberas inter ſe diſtingui ratione ſpecifica,ſed tantum diſtingui, quaſi extenſiuas perfectiones: & nihilominus merito omnes Doctores reputant maximum inconueniens, aliquam perfectionem potuiſſe Deo deeſſe,vel adoenire.

22. *Quinta propoſitionis probatio.* Reſtat propoſitio quinta, videlicet: Si Deus non voluiſſet creare Mundum,defuiſſet Deo ſola terminatio ſuæ volitionis ad Mundum creandum:tota verò perfectio intrinſeca & eſſentialis, conſtitutiua illius volitionis liberæ, manſiſſet in Deo. Hæc concluſio neceſſaria illatione infertur ex præcedentibus; ſi enim fatemur, Deum potuiſſe velle non creare Mundum; conſequenter concedimus, potuiſſe non habere volitionem creandi Mundum. Porro cum huius volitionis perfectio intrinſeca & eſſentialis conſtitutiua illius deeſſe non potuerit Deo; vt probatum eſt nuper propoſitione ſecunda & ſupra ſect.1.concedendum eſt ſolam terminationem deeſſe potuiſſe. Quod,qnamuis valde mirabile ſit,humanúmque captum ſuperet,dignum tamen eſt eminentia diuinæ perfectionis, & ſolidis rationibus hactenus deductum.

23. Inquires,quid ſit hæc terminatio, quæ adeſſe, & abeſſe potuit volitioni diuinæ? Reſpondeo, eſſe denominationem extrinſecam ab obiectis volitis. Et,quantum ad hoc, optimè ſenſerunt Doctores citati diſp.11. ſect.3. dicentes, ſolam extrinſecam denominationem addi aut detrahi Deo per liberas volitiones. Huius igitur opinionis nihil aliud corrigimus, quàm quod aliqui perperam interpretantur,ſcilicet, hanc extrinſecam denominationem, ſeu relationem rationis, quæ additur vel detrahitur Deo, eſſe vltimum conſtitutiuum volitionis liberæ. Nos enim dicimus eſſe prorſus extra eſſentiam volitionis liberæ, quamuis volitio libera non poſſit à nobis intelligi ſine illa denominatione. Huic modo loquendi,quo dicimus, Deo neceſſariò conuenire totam perfectionem & realitatem cuiuſque volitionis liberæ, & addi vel detrahi potuiſſe ſolam terminationem vel habitudinem ad obiecta,valde fauent quæ ex D.Thom.Ferrarienſi,Capreolo, Scoto, Henrico & Gregorio retulimus probantes ſecundam propoſitionem.

24. *Corollarium primum.* Ex his propoſitionibus infertur primò, quoties diſputantes alias quæſtiones,nominamus diuerſas volitiones Dei, & dicimus: Hæc volitio potuit non conuenire Deo: & alia potuit conuenire; intelligenda eſt diuerſitas infima, explicata in propoſitione tertia, & quòd hæc volitio diuerſa potuit non eſſe,quantùm ad terminationem tantùm: ſed quoad perfectionem intrinſecam,neceſſariò fuit.

25. *Corollarium ſecundum.* Secundò infertur,Dei volitionem non eſſe liberam quoad ſuum eſſe & perfectionem, quaſi hæc perfectio potuerit non exiſtere, ſicut poteſt non exiſtere noſtra volitio: ſed eſt libera quoad terminationem,quia potuit non terminari ad talia obiecta creata.Cæterum adhuc libertas conuenit diuinæ volitioni realiter, & eſt perfectio eius intrinſeca, qnoniam ex eminentia infinitæ perfectionis prouenit, quod inuariata manens, pro libito terminetur aut non terminetur ad tale obiectum.

26. *S.Thomas.* Præterea S.Thomas 1.cont.Gent.cap.82.ante med.ait: *Non oportet potentialitatem aliquam in diuina voluntate ponere.* Quod intellige etiam ad formalitates reales ſola ratione diſtinctas.
Sed potentialitas eſt ſolummodo in ordine ad obiecta,quæ potuit velle
& potuit non velle.

* * *

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO III.

Argumenta & ſolutiones.

1. *Generalis obiectio.* CОntra noſtram ſententiã adduci ſolent plurima ex his argumẽtis,quibus noſtras concluſiones probauimus ſect.2.& diſp.11.Etenim quæ in diſp.11.probant,volitionem liberam eſſe formalitatem realem,totam ex parte Dei exiſtẽtem, ita vt de eius eſſentia non ſit denominatio extrinſeca, neq; ordo rationis;eadem argumenta adduci ſolent ad probandum, volitionem liberam ſupra volitionem neceſſariam addere realem perfectionem & formalitatem. *Soluitur.* Quorũ omnium argumentorum ſolutio in eo poſita eſt, vt cautè ſemper diſtinguendo,concedatur, volitionem liberam eſſe formalitatem ac perfectionem realem omni ex parte,negando tamen eſſe perfectionem diuerſam à perfectione neceſſaria,vt ſupra explicatum eſt.

2. *Alia vniuerſalis obiectio* E' contrariò argumenta,quibus in ſect.1.probatum eſt,per volitionem liberã nullã realẽ perfectionem aut formalitatẽ addi,vel detrahi volitioni neceſſariæ,ſolẽt adduci ad probandũ, volitionẽ liberã non conſtitui vltimo per aliquã formalitatem & perfectionem realem,ſed per denominationẽ extrinſecam;quorum argumentorum *Diluitur.* ſolutio erit,cautè diſtinguendo,concedere, nullam perfectionem addi vel detrahi per volitionem liberam. Nihilominus aſſerendum eſt,eam eſſentialiter tantum eſſe perfectionem & formalitatem realem, quæ non potuit abeſſe à Deo, quamuis eius terminatio potuerit abeſſe à Deo.

3. *Tertia obiectio vniuerſalis. Illi reſpondetur.* Alia deniq; argumẽta,quæ in ſect.2. propoſitione tertia probãt,aliquas volitiones liberas differre ratione ratiocinata;eadem adduci ſolent ad probandũ,eaſdẽ perfectiones, quæ differunt potuiſſe Deo ſuperaddi,vel detrahi.Quorũ argumẽtorum ſolutio erit,cõcedere in Deo differre eiuſmodi volitiones liberas: cæterũ omnes illas Deo neceſſariò conuenire, quoad totam ſuam perfectionem & formalitatem realem, & ex illis nihil potuiſſe Deo deeſſe, niſi terminationem ſolam, ratione cuius à nobis diſtinguuntur; vt ibidem propoſit.2.& 4.dictum eſt.

4. Adhuc tamen opus erit aliorum argumentorum capita diluere,vt ex illis capiant norma ſoluendi ſimilia fere innumera,quæ in re difficillima ſuboriuntur.

Primum ſpeciale argumentum, cõtrà Authoris doctrinam. Primum argumentum. Volitionis liberæ terminatio ad creaturas eſt idẽ quod habitudo liberę volitionis ad creaturas(vt colligitur ex D.Th. & alijs Doctorib.citatis in ſect.2.pro 2.propoſitione.)Sed eiuſdẽ volitionis habitudo ad creaturas eſt realis(vt conſtat ex his quę diximus diſp.5. ſec.4.& in præcedẽti diſp.11.ſec.3.)Ergo volitionis liberæ terminatio ad creaturas eſt realis. Quare ſi potuit deeſſe Deo terminatio volitionis ad creaturas,potuit deeſſe formalitas realis.

5. Reſp. Frequẽs eſt,eaſdẽ voces quãdoq; accipi pro relatione rationis,quandoq; pro reali fundamento illius: ita hæc vox, ***habitudo ad creaturas***, quandoq; accipitur pro reali perfectione in Deo exiſtente,quę eſt reale & verum fundamentum, à quo prouenit relatio rationis ad creaturas,quaſi ad obiecta volita, & quaſi ad effectus cauſandos:quandoq; verò accipitur pro relatione rationis reſultante ex eodẽ reali fundamento exiſtente in volitione diuina. Ideóque nos ad eiuſmodi æquiuocationem vitãdam, vtimur hac voce ***terminatio***, quæ denominationem extrinſecam deſumptam à termino ſignificat potius,quam relationem realem ex parte fundamenti.

Secundum argumentum. Quandocunq; exiſtit forma prębet ſuum effectum formalem:ergo ſi nunc exiſtit tota perfectio volitionis creandi alium mundum,nunc etiam præbet totum ſuum effectum formalem,qui eſt conſtituere Deũ volentẽ creare alium mundum Sed Deus non vult creare alium mundum;ergo non datur talis effectus formalis:vnde neq; in Deo eſt perfectio quę tanquã forma præberet Deo hunc effectum formalẽ.Rurſus inde colligitur,de facto deeſſe Deo perfectionẽ, quę Deo poterat cõuenire;& de facto cõuenire perfectionẽ,quæ poterat deeſſe.Nã volitio creandi hunc Mundũ potuit deeſſe Deo, ſicut de facto deeſt volitio creãdi aliũ mundum. 6. *Argumentum ſecundum*

Confirmatur,nam eadem forma,eodem modo coniuncta, præbet eundem effectum formalem ſemper ac neceſſariò.Ergo ſi realis perfectio cuiuſque volitionis liberæ, ſemper ac neceſſariò coniuncta eſt Deo; ſemper ac neceſſariò præbebit ſuum effectum formalem. 7.

Reſp. Quandocunq; exiſtit forma realis,præbet ſuum effectũ formalem eadem eminẽtia,qua exiſtit forma: quod ſi perfectio volitionis creãdi alium mũdũ, non contineret eminẽter omnem vim cuiuſque volitionis liberæ,vel exiſteret,tam quoad intrinſecam perfectionẽ,quàm quoad terminationẽ:tũc Deũ cõſtitueret abſolutè volẽtem creare aliũ mundũ. Sed quoniam propter ſuam eminentiam & libertatẽ prædicta perfectio exiſtit de facto præcisè in quãtum perfectio eſt,non exiſtente eius terminatione, & propter eandem eminẽtiã liberè poteſt prębere contrarium effectũ formalem;ideo talis perfectio non conſtituit Deum volentem creare alium mũdum.Hic enim effectus formalis præter intrinſecã perfectionẽ, requirit etiam terminationem illius perfectionis ad alium mundum,ſed hanc terminationem non requirit,quaſi partem effectus formalis,ſed quatenus hic effectus formalis eſt eſſentialiter habitudo ad terminum actu exiſtentem. 8.

Si autem petas quem effectum formalem præbet nunc realis perfectio volitionis non creandi alium mundum? Reſp. Conſtituit Deum realiter volentem non creare alium mundum, addita terminatione ad non eſſe alterius mundi. Idem intellige de reliquis volitionibus liberis Dei,ſeruata debita proportione. 9. *Dubium ſoluitur.*

Ex his reſpond. ad confirmationem. Eadem forma eodem modo coniuncta,ſi eminẽter cõtineat cõtrarias terminationes,ad quas liberè ſe ipſa determinat:contrarios effectus formales præbere poteſt:videlicet,poteſt conſtituere Deũ volentẽ creare alium mundum,& poteſt conſtituere Deum volentem non creare alium mundum. 10. *Diluitur cõfirmatio.*

Tertium argumentũ agit nõ de effectu formali,ſed de effectu efficiẽter producto ad extra,quẽ oportet ſemper ac neceſſariò eſſe eundem,ſi eius realis cauſa eſt entitas neceſſaria & prorſus inuariabilis,ita vt neq; detractione, neque additione perfectionis variari queat. Sed effectus, ad extra producti à diuina volitione libera,ſunt varij; & qui producuntur poterant non produci. Ergo volitio libera Dei non eſt entitas neceſſaria & prorſus inuariabilis, ſed illi potuit accreſcere perfectio diuerſa,vel detrahi. 11. *Argumentum tertium.*

Reſpondeo. Si realis cauſa ſit infinita in genere entis, ac præſertim in genere volitionis; continebit eminenter perfectionem cuiuſque volitionis liberæ:ac proinde,ſicut multiplex volitio 12.

Digitized by Google

litio libera, ſi Deo potuiſſet adeſſe, cauſaret multiplicem effectum cum poteſtate non cauſandi illum, ita vnica ſimpliciſſima perfectio volitionis liberæ prorſus inuariabilis hos omnes effectus liberiùs & eminentius præſtat.

13. *Quartum argumentum.* Argument. 4. Volitionis liberæ terminatio ad creaturas, vel prouenit à futuris creaturis, tanquam à primo determinante indifferentiam Dei: ſicque tollitur à Deo libertas, & volitio creandi propriè dicta; vnde vires ſuas recuperant omnia argumenta, quibus tota diſp. 11. & 12. probatum eſt ab aliqua perfectione reali diuinæ volitionis, tanquam à cauſa primo determinante prouenire, quod hæ creaturæ futuræ fuerint. Aut volitionis liberæ terminatio ad creaturas prouenit, tanquam à primo determinante, ab intrinſeca & neceſſaria perfectione Dei, ſuppoſita creaturarum poſſibilitate, non autem præſuppoſita, ſed potiùs inde conſequuta futuritione creatorarum: ſicque terminatio ad creaturas neceſſariò proueniet & non liberè.

14. Confirmatur, nam terminatio ad creaturas eſt denominatio extrinſeca, & ens rationis: vt in ſect. 2. ſub fin. dictum eſt: at verò ens rationis, ſiue denominatio extrinſeca, conſequitur neceſſariò ex ſuo totali fundamento. Si ergo terminationis ad creaturas totale fundamentum eſt realis & neceſſaria perfectio diuinæ volitionis ſimul cum amabilitate creaturarum, vt poſſibilium: conſequens eſt, vt hæc terminatio ſit prorſus neceſſaria & non libera. Si autem eiuſdem terminationis fundamentum vltimò præſuppoſitum eſt futuritio creaturarum: iam creaturarum futuritio determinat volitionem Dei ex ſe indifferentem, ac proinde relabimur ad inconuenientia impugnata diſp. 11. & 12.

15. Reſpondeo. Terminatio ad creaturas, tãquam à primo determinante prouenit à reali intrinſeca & neceſſaria perfectione diuinæ volitionis, ſuppoſita creaturarum poſſibilitate. Nihilominus non prouenit neceſſariò, ſed liberè. Quoniam ea eſt eminentia volitionis infinitæ in genere entis & in genere volitionis, vt pro libito determinet ad oppoſitas & infinitas terminationes, perinde ac ſi fuiſſent infinitæ volitiones realiter diſtinctæ. Quam eminentiam fatemur, ſuperiorem eſſe omnibus legibus ac principiis creaturarum.

16. Ad confirmationem Reſpond. Terminationis ad creaturas totale fundamẽtum eſt realis & neceſſaria perfectio diuinæ volitionis ſimul cum amabilitate creaturarum, vt poſſibilium. Cæterum hoc fundamentum præditum eſt peculiari eminentia, qua omnes creaturæ carent. Nam perfectio neceſſaria diuinæ volitionis propter infinitatem in genere entis & volitionis, pro libito fundare poteſt quamcumque voluerit terminationem, vel terminationem contrariam; perinde vt infinitæ terminationes fundari poſſent ab infinitis volitionibus realiter diſtinctis, ſi poſſibiles fuiſſent in Deo.

17. *Confirmatur ſimul & exponitur ſolutio.* Idem explicatur & confirmatur magis, quoniam vt acutè diſtinxit Henricus quodlib. 8. q. 2. poſt med. & fuſiùs quodlib. 9. q. 1. propiùs ad princ. quàm ad med. duo genera relationum rationis conueniunt Deo. Quædam enim relationes præſupponuntur aliquo modo in creatura & per quandam correſpondentiam formantur in alio extremo, ſcilicet Deo. Huiuſmodi ſunt relationes Creatoris, Domini & ſimiles, quæ Deo conueniunt ex tempore. Aliæ verò relationes rationis per ſe primò formantur in Deo, & inde redundant in aliud extremum, ſcilicet, in creaturas, & huiuſmodi eſt liberæ volitionis terminatio ad creturas futuras, & aliæ omnes, quæ Deo conueniunt ab æterno. Habet autem hæc diſtinctio ſolidum fundamentum in doctrina Auguſt. lib. 5. de Trinit. cap. 15. & 16. per totum. Eandem aliis verbis docuit D. Thom. ſupra q. 14. art. 15. ad primum, dicens, relationes Domini & Creatoris dici de Deo variè ſecundùm varietatem creaturarum: ſed ſcientia & amor important relationes, quæ conſequuntur actus, qui intelliguntur in Deo eſſe. Similia docet Ferrarienſis 1. cont. Gent. cap. 83. circa medium.

18. Quintum argum. Velle creare Mundum eſt denominatio prorſus realis. Ergo ſumitur à forma reali independenter à quacunque relatione rationis ſeu denominatione extrinſeca: ſed Deus potuit non velle creare Mundum: ergo perfectio realis, quæ eſt velle creare Mundum, potuit deeſſe Deo.

19. Reſpondeo. Velle creare Mundum eſt denominatio prorſus realis, ideóque ſumitur à forma reali ſine vlla vera dependentia à relatione rationis, ſeu denominatione extrinſeca: ſed non ſine connexione cum prædicta relatione rationis, aut denominatione extrinſeca. Cæterum hoc eſt proprium perfectionis infinitæ in genere entis & volitionis, vt pro libito ſecum afferat vnam, aut alteram terminationem, à qua non dependet volitio Dei, ſed potius terminationem cauſat & infert; atque vt pro libito poſſit præbere quam voluerit denominationem realem volitionis liberæ. Quare quamuis Deus potuerit non velle creare Mundum, adhuc tamen non potuit Deo deeſſe perfectio realis, quæ eſt velle creare Mundum, ſed tantum potuit deeſſe terminatio.

20. Sextum argumentum. Libera volitio creandi Mundum eſt perfectio realis, & non eſt perfectio neceſſaria; ergo eſt perfectio libera. Ergo potuit non eſſe in Deo. *Soluitur.* Reſpondeo prædicta volitio realis eſt neceſſaria, quoad totam intrinſecam perfectionem; ſed quoad extrinſecam terminationem eſt libera, & potuit non eſſe in Deo: vt in ſect. 2. in fine dictum eſt.

21. Septimum argumentum. Voluntas diuina prius ratione, quam velit creare, intelligitur neceſſariò amans ſuam bonitatem & creaturas ſub eſſe poſſibili, & cum tota perfectione ſibi neceſſariò conueniente: & intelligitur indifferens, vt velit creare, aut velit non creare; poſtea verò eadem diuina voluntas intelligitur actu velle creare. Ergo perfectio volitionis creandi intelligitur ſuperaddi ſupra totam perfectionem neceſſariam Dei.

Reſpondetur. Reſpondeo, negando conſequentiam, etenim quando diuina voluntas intelligitur prius ratione, quàm velit creare; tunc intelligitur tota realis perfectio, quæ intelligitur in poſteriori conceptu volentis actu creare. Sed quamuis intelligatur ibi tota perfectio, non diſtinguuntur eius partes, quouſque additur terminatio ad creaturas futuras: nam ab hac terminatione pendet diſtinctio harum formalitatum realium, quamuis earum perfectio & realitas non pendeat à terminatione. Igitur, quando poſtea concipis, diuinam voluntatem, vt actu volentem creare, addis terminationem, & diſtinctionem perfectionis neceſſariæ, quam ſine terminatione diſtinguere non poteras.

12. Octauum argumentum. Impoſſibile eſt tranſire à contradictorio reali in aliud contradictoriũ reale, niſi mutatione facta alicuius realis formalitatis. Sed Deus quatenus præditus eſt neceſſario amore ſui & ſimplici complacentia creaturarum poſſibilium, vt ſic præcisè non vult creaturas producere; adueniente autem volitione libera, vult creaturas producere. Ergo fit mutatio alicuius realis formalitatis.

Argumenti ſolutio. Reſpondetur. Omitto diſputare, vtrum prędicta extrema ſint contradictoria quando referuntur ad rem, cum pręciſione, hoc enim ad præſens nihil refert. Quicumq; ergo ſit ille tranſitus, fieri nõ poteſt ſine mutatione realis formalitatis, quando finita eſt res, quæ hunc tranſitum facit. Poteſt tamen fieri ſine vlla mutatione realis formalitatis, quando res quę facit hunc quaſi tranſitum, eſt infinita in genere entis & in genere volitionis liberæ: vt dictũ eſt.

13. Nonum argum. Si per volitionem liberam nulla realis formalitas additur, ſed ſola relatio rationis, ſequitur, variari poſſe in tempore diuinam volitionem, ita vt denuo velit oppoſitum illius, quod antea volebat: idq; ſine mutatione aut imperfectione Dei; ſicut Deo adueniunt ex tempore relationes rationis, aut denominationes extrinſecæ. Huic ergo ſatisfaciemus infra diſput. 16. ſect. 3.

ARTIC. IV.

Vtrum voluntas Dei ſit cauſa rerum.

DISPVTATIO XIV.

Vtrum Deus immediatè per voluntatem operetur.

SECTIO I.

Non per naturam immediatè, ſed per voluntatem operatur.

1. Recte notant Ferrar. lib. 2. contra Gẽt. cap. 23. Caietanus in præſenti art. 4. & communiter expoſitores, non diſputari in præſenti, vtrum libera ſit volitio, per quam Deus operatur ad extra: id enim iam D. Thom. oſtenderat in art. 3. & nos ſupra diſput. 7. Solum ergo diſputatur in pręſenti, vtrum ſpontanea volitio Dei (abſtrahendo à libertate vel neceſſitate) ſit eſſentialiter requiſita, vt Deus operetur ad extra.

2. *Certa ex fide concluſio.* Eſt igitur de fide concluſio. Deus creaturas producit, nõ immediatè & præcisè per naturam diuinam, vt natura eſt, independenter à cognitione & volitione; ſed formaliſſimè producit, per intellectionem & volitionem. Ex Scriptura conſtat

Sap. 11. Sap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?*

Pſalm. 113. Pſal. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit.*

Epheſ. 1. Epheſ. 1. *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.*

3. *Iuſtinus.* Plura teſtimonia Scripturæ vide ſupra diſp. 7. ſect. 1. & 4. & diſp. 11. ſec. 4. Ex Patribus pręterea conſtat. Iuſtinus enim in q. 3. Chriſtiana ad Gentiles prope med. ait: *Si Deus facit quia eſt, coactè facit quæ facit, ſi autem facit quia vult, ſponte facit quantum vult, & quale vult, & quando vult.*

Syrmica Synodus Can. 24. decreuit: *Si quis voluntate Dei tanquam vnum aliquem de creatura Filium factum dicat, anathema ſit.* 4.

Quem exponens Hilarius lib. de Synodis circa med. *Omnibus,* inquit, *creaturis ſubſtantiam voluntas Dei contulit: ſed naturam Filio dedit ex impaſſibili ac non nata ſubſtantia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta ſunt creata, qualia eſſe Deus voluit.* *Hilarius.*

Luculẽtiſſimum de hac veritate teſtimonium inuenies apud Auguſtinum lib. 3. de Trinit. toto cap. 2. 3. & 4. & in Enchirid. cap. 95. 96. & 97. & lib. 6. de Geneſ. ad lit. cap. 13. in medio & cap. 15. præſertim ad finem & cap. 17. & 18. & lib. 83. qq. q. 3. Docet eandem veritatem Irenęus lib. 2. aduersùs hæreſes cap. 2. ſub init. Clemens Romanus lib. 3. recognit. propiùs ad medium quàm ad princip. & lib. 7. conſtit. cap. 35. poſt medium. Gregorius Nyſſenus in Hexæmeron col. 4. & 5. Athanaſius oratione 2. contra Arianos prope med. & orat. 3. col. 2. & iterum multò propius ad med. quàm ad finem orationis, & oratione 4. fol. penultimo, & dialogo 2. de Trinit. contra Anomæum pag. 4. 5.

Cyrillus Alexandrinus lib. 2. contra Iulianum circa med. & poſt med. & lib. 3. columna 3. & col. 6. & in vtroque libro confirmat teſtimoniis antiquorum Philoſophorum. Damaſcenus 1. de fide cap. 8. poſt medium. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 12. & 13. Anſelmus toto fere lib. de voluntate Dei. Quorum aliqua verba retulimus diſp. 11. ſect. 4. Magiſter & omnes Scholaſtici 1. diſt. 45. cap. *Voluntas.* Et tanquam exploratũ ſupponitur ab omnibus Patribus & Scholaſticis, quando refutant Arianorum errorem dicentium, Patrem voluntate genuiſſe, quoniam inde ſequeretur, filium eſſe creaturam: vt vidimus tomo de Trinitate diſp. 92. & 93. 6.

Triplici ratione probat D. Thomas. Prima eſt, quoniam ſi Deus ageret per naturam, non per intellectionem & volitionem; ſequeretur, Deum indigere ſuperiori alio agente, per cuius intellectionem & volitionem dirigerentur in finẽ Dei operationes ad extra. Probatur ſequela ex 2. Phyſicor. text. 49. nam omne agẽs agit propter finem cognitum & volitum ab eodem agente, vel ab alio ſuperiori agente, per quem inferioris agentis actio dirigitur in finem, ſicut ſagitta dirigitur in ſcopum ab homine cognoſcente atque volente. Vnde ſequeretur præterea, omnes creaturas ratione carentes nõ agere propter finem, quoniam non diriguntur in finem cognitum & volitum à prima cauſa imprimente illis impetũ & vim naturalem agendi. 7. *Si Deus per naturã ageret & nõ per intellectionẽ, ſuperiore alio indigeret agente, à quo dirigeretur.*

Secunda ratio, quia ſi Deus ageret per naturã, non verò per intellectionem & volitionẽ, ſequeretur, Deum agere neceſſariò: vnde produceret, quantum poteſt producere, ſicut ſol, ignis & reliquæ cauſæ naturales producunt quantum poſſunt; quoniam earum effectibus non præſcribit menſuram ratio & voluntas. Porro contradictionem implicat Deum producere quidquid poteſt producere, vt demonſtraui ſupra diſp. 7. ſect. 4. 8. *Deus neceſſariò ageret, & quidquid poſſet produceret.*

Tertia ratio, quoniam modus operãdi proportionatus eſt cũ eſſentia vniuſcuiuſq; cauſæ, & cũ modo, quo cauſa præhabet in ſe effectus: ſed Deus eſſentialiter eſt intellectus & volũtas, & per has potentias præhabet in ſe effectus creandos, quatenus præhabet eorum ideas & poteſtatem imperandi; 9.

Digitized by Google

imperandi: ergo Deus operatur per intellectum & voluntatem. *Argumentum confirmatur.* Confirmatur, quoniam hic modus agendi eſt perfectior erga res inferiores; quamuis modus producendi independenter à voluntate, ſit perfectior erga perſonam Filij einſdem naturæ & æqualem.

10. Obijcies Dionyſiũ cap. 4. de diuinis nominib. circa principiũ dicentem: ſicut noſter Sol, nõ ratiocinans, neq; præeligens, ſed per ipſum eſſe illuminat omnia; ita bonum diuinum per ipſam eſſentiã omnibus exiſtentibus immittit bonitatis radios. *Explicatur Dion.* Reſp. ex Diuo Thoma ad 1. Similitudo Dionyſij in eo conſtituitur, quod Deus, inquantum cauſa vniuerſalis naturæ & gratię, ſine diſcrimine ac ſine exceptione omnibus rebus exiſtentibus immittit bonitatis radios, quamuis ſecundùm peculiares rationes prouidẽtiæ quibuſdam peculiares radios immittat. Vide aliam explicationem apud D. Bonauent. 1. diſt. 45. art. 2. q. 1. Minutiora conſulto prætermitto.

SECTIO II.

Vtrum Dei voluntas ſit rerum cauſa propinquior, quàm diuinus intellectus.

1. *Rem planè non explicat.* PRima opinio reſpondet, ſcientiam Dei eſſe cauſam propinquiorem in ratione dirigẽtis, ſed voluntatem eſſe propinquiorem in ratione mouentis. Sed non ſatisfacit, quoniam adhuc quærimus, vtrum propinquitas in ratione mouentis ſit abſolutè maior, quàm propinquitas in ratione dirigentis.

2. *Falſum aſſumit.* Subiungit hæc ſententia, à diuino intellectu propinquius cauſari ſpecificationem effectus; ſed à voluntate diuina propinquius cauſari exercitium. Hoc tamen abſolutè falſum eſt, nam *voluntas Dei prima & ſumma cauſa eſt omnium ſpecierum atque motionum.* vt loquitur Auguſtinus 3. de Trinit. cap. 4. Voluntas enim Dei determinat, vt producantur Angeli huius ſpeciei & non alterius, & corpora huius ſpeciei & non alterius.

3. *Huius opinionis fundamentum.* Secunda opinio reſpondet, cauſam proximam operis eſſe voluntatem Dei, ſed intellectum eſſe cauſam remotam. Ita Durandus 1. diſt. 45. q. 2. Vaſquez diſp. 81. cap. 2. Probãt, quia ſiue in Deo, ſiue in quolibet creato artifice intellectus proponit opus & modum operandi, vt poſſibilem & conuenientem, priùs quam voluntas illum velit; quoniam velle nequit, niſi obiectum cognitum, & poſtquam voluntas efficaciter vult nulla ſubſequens operatio intellectus requiritur, quæ ſit imperium deferens impetum efficacem voluntatis. Quapropter hæc ſententia colligitur ex multis aliis Doctoribus, negantibus, huiuſmodi imperium intellectuale neceſſarium eſſe ad operandum.

4. *Authoris cõcluſio ad cauſandas creaturas voluntas intellectu remotior.* Nihilominus ſit cõcluſio. Ad cauſandas creaturas voluntas diuina remotior eſt, ſed propinquior intellectus; non quidem quatenus proponit opus & modum operandi, vt poſſibilem & conuenientem; ſed in quantum dictat hoc aut illud eſſe iam decretum à voluntate; ac proinde exequendum de facto tali tempore, loco, & menſura. Maiori propinquitati intellectus fauet Hugo Victorinus lib. 1. de Sacramentis parte 2. cap. *Hugo.* 6. ante medium dicens: *Voluntas mouet, ſciẽtia diſponit, poteſtas operatur.* Quod aliis verbis, ſententiam præcedentium capitum ſeruans, refert & *Ricardus.* approbat Ricard. 1. diſt. 45. art. 2. q. 1. *Primordiales rerum cauſæ à voluntate diuina quaſi proficiſcuntur per ſapientiã dirigũtur, per potentiã producũtur.*

Huius concluſionis probationem dabimus tomo ſequen. de prouidentia diſp. 3. ſec. 9. & ſequẽtibus, vbi conſtabit, prædictum iudicium intellectus diuini eſſe per ſe requiſitum ad vniuſcuiuſque operis executionem, & per illud vltimò cõſtitui ſcientiam practicam in ratione practicæ, ac prorſus determinatæ ad operandum. Quoniam perfectus modus operandi per intellectum ſupponit, operantem non ſolum ſcire quid, quomodo & quando fieri poſſit, ſed etiam ſcire quid ſit faciendum, quid verò non ſit faciendum, & quando ſit faciendum, & quando non: ac ſimiliter de reliquis circumſtantiis. 5.

Huic doctrinę melius conſonant quæ in Sacris literis legimus de efficacitate diuini Verbi & imperij: vt Geneſ. 1. *Dixit Deus, fiat.* repetitur circa ſingula opera. Pſalm. 148. *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Pſalm. 32. *Verbo Domini cœli firmati ſunt.* Hebræor. 11. *Aptata eſſe ſæcula Verbo Dei.* Deinde melius conſonant quę de præſcientia Dei, quaſi formaliter prædeſtinãte ac de idæis quaſi cauſantibus legimus in Scriptura & Patribus: vt fuſius perſecutus ſum loco citato. 6. *Geneſis primo. Pſalm. 148. Pſalm. 32. Hebraor. 11.*

Quantum ad prædictum imperium, vera eſt quorundã ſentẽtia, dicentiũ, ſcientiã Dei propinquius attingere effectum, quoniam eſt veluti ſigillum ſuſcipiens imperium; voluntas verò eſt veluti manus mouens & imprimens impetũ ſigillo. Sed quatenus videntur aſſerere, ſolam ſcientiam de poſſibilitate & conuenientia operis eſſe, quæ immediatè concurrit, meritò impugnatur à Durando & Vaſquez ſupra citatis. 7. *Iudiciũ circa quorumdam ſententiam imperium adſtruentem.*

SECTIO III.

Quare voluntati potius, quàm intellectui, vel omnipotentiæ tribuantur operationes tranſeuntes.

EXcitauerunt hanc difficultatem antiquiores Scholaſtici. Reſponderũt autẽ triplicem eſſe rationem. 1. *Prima ratio.* Prima, quoniam voluntas eſt primum mouens in genere determinantis ad operandum. Secunda, quoniam operatio merito tribuitur illi, *Secunda.* præſertim potentiæ diuinę, cuius actione poſita, neceſſariò ſequitur effectus: at verò efficaci volitione poſita, neceſſariò ſequitur effectus: quoniã volitio efficax, vel ſupponit omnem actum intellectus requiſitum, vel ad illum neceſſariò determinat intellectum. Tertia ratio, quoniam operari *Tertia.* ad extra eſt diffundere bonitatem; ad idque Deus excitatur ex fine ſuæ bonitatis; hoc autem pertinet ad voluntatem. Ita reſpondent Albertus 1. p. q. 79. memb. 2. art. 1. Alex. 1. p. q. 35. memb. 1. & 2. D. Bonauent. 1. diſt. 45. art. 2. q. 1. & 2. & Ricardus ibidem.

Cæterũ quod prædicti Scholaſtici ſupponũt, operationem ad extra tribui volũtati potiùs, quã intellectui; dubium eſt quo fundamento nitatur. Nam Scriptura ſicut voluntati diuinæ, ita etiam ſapientiæ tribuit operationem ad extra: vt Pſalm. 103. *Omnia in ſapientia feciſti.* Prouerb. 3. *Dominus ſapientia fundauit terram.* & cap. 8. *Cum eo eram cuncta componens.* Sapien. 8. *Sapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* & cap. 11. *Omnium enim eſt artifex.* Similiter quoque Patres nunc ſapientiæ, nunc bonitati, aut voluntati rerum productionem tribuunt. 2. *Sed dubium eſt, quod tãquam certũ ſupponunt. Pſalm. 103. Prouerb. 3. & 8. Sapien. 8. & 11.*

Fundamentum igitur eſſe videtur, in illis 3.

Fundamentum eſſe poteſt, vt in rebus, in quib. non datur optimum. enim rerum generibus, ad quæ non inclinat affectus optimi boni, quoniam in eis non datur optimum (iuxta dicta diſp. 9. ſect. 1. & 2.) Scriptura & Patres pro cauſa & ratione, propter quã hoc potius, quàm illud factum ſit, non aliam aſſignant, nec aſſignare poſſunt, niſi Dei voluntatem: cuiuſmodi teſtimonia vidimus diſp. 11. ſec. 4. Conſequenter autem dicunt, Deũ feciſſe quæcumque voluit, quando & vbi & quomodo voluit; numquam autem dicunt, nec dicere poſſunt, feciſſe quæcumque ſciuit & potuit, neque quandocumque, vbicumque, quomodocumque
Sapien. 12. ſciuit & potuit. Confirmatur Sap. 12. *Subeſt enim tibi cum volueris poſſe.*

4. Quamuis enim ſecundùm rationem intelligendi potentia præcedat volitionem, tamen idcirco nunc dicitur, *Subeſt tibi cùm volueris poſſe*; & non è contrariò (ſubeſt tibi velle cùm potueris, ſeu cum poſſis) quoniam vt notat Bonauent. in Comment. illius loci, potentia præcedit in eſſendo, ſed voluntas in agendo. Hoc eſt, applicat potentiam ad agendum.

5. *Præcipua ratio, ex principatu Dei in ſuas operationes.* Potior autem ratio eſt, quoniam dominium & quaſi principatus, quo Deus ſui iuris eſt, ac ſuarum omnium operationum moderator, formaliter reſidet in voluntate, cui propterea ſubeſt potentia, quaſi mouenti, determinanti, & præſcribenti menſuram. Rectè námque Ambroſ. lib. 2. Hexæmeron cap. 2. ſub init. ait: *Voluntas Dei rerum menſura eſt.*

SECTIO IV.

Vtrum executiua potentia ſit alia, præter volitionem & intellectionem.

1. Poſtrema difficultas eſt, Vtrum voluntas & intellectus diuinus ſic immediatè concurrant ad opera, vt non indigeant alia potentia exequente. Communiter antiqui Scholaſtici agunt de intellectu, voluntate, & potentia operatiua Dei quaſi de potentiis ratione diſtinctis, inſtituúntque de illis peculiares tractatus cum Magiſt. in 1. diſt. 42. & 45. Huic diſtinctioni fauet D. Thom. hic art. 4. fine, Hugo Victor. lib. 1. de Sacramẽt. p. 2. cap. 3. 4. 5. & 6. ſemper diſtinguẽs tres perfectiones diuinas, quæ requiruntur ad omnem operationem Dei. Fauent etiam Scholaſtici citati in ſect. præcedenti. Fauet etiam lo-
Sapien. 12. quendi modus Scripturæ vt Sapient. 12. *Subeſt enim tibi cùm volueris poſſe.* Si enim poſſe ſubiectum eſt volitioni; diſtinguitur ab illa.

2. *Prima reſolutio. Potentia exequens non eſt tertia potentia ab intellectu, & voluntate.* Sed quoniam hæc quæſtio propriam ſedem habet infra q. 25. art. 1. Nunc breuiter reſpondeo & dico primò. Potentia exequens in Deo abſolutè non eſt tertia potentia ratione diſtincta ab intellectu & voluntate, quoniam ex præciſa & formaliſſima ratione intellectus & voluntatis infinitæ habetur, quidquid requiritur, vt omnes effectus poſſibiles ad nutum obediant imperanti; neque vlla ſufficiens ratio ſuadet, opus eſſe vlteriori potentia executiua.

3. Fauet modus loquendi ſanctorum Patrũ; quod
Nyſſenus. enim *voluntas diuina ſit potentia, & vis rerum effectrix*, Aſſerit Gregor. Nyſſen. in Hexæmer. col. 4.
Fulgentius. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 12. fine, ait: *Non aliud eſt in illo velle, quàm poſſe.*

4. Athanaſius orat. 3. contra Arian. col. 2. *Patris, ait, voluntas efficax eſt & architectatrix, eáque per ſe ſufficit ad res procreandas.* Et multò propius ad med. quàm ad finem eiuſdem orationis repetit, *voluntatem Patris eſſe ſatis potentem ad ea conſtituenda, quæ ipſi placuerint.* Et iterum, *Voluntatem parem, ſufficientémque ad vniuerſi architecturam.*

5. Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulian. multo propius ad med. quàm ad finem §. *Arguit præterea Moſem Producit*, inquit, *interdum ea quæ numquam fuerant; verumtamen tamquam ſola voluntate perfector videtur operum, & compingit quod Verbum approbat.*

6. Ambroſius lib. 2. Hexæmeron cap. 2. circa medium. *Quid enim difficile eſt*, inquit, *cui velle feciſſe eſt.* Ac lib. 5. in Lucam parum à principio: *Nihil medium eſt inter opus Dei atque præceptum, quia in præcepto eſt opus. Denique dixit, & facta ſunt. Videtis igitur, quod dubitari non poteſt, quia voluntas Dei poteſtas eſt. Si ergo voluntas eius poteſtas eſt; qui vnius voluntatis Trinitatem aſſerunt, vnius vtique aſſerunt poteſtatis.*

7. *Secunda reſolutio. Diſtinctio inter executiuã potentiam, & intellectũ & voluntatem.* Dico 2. Nihilominus intra eaſdem lineas & gradus intellectus & voluntatis diſtinguimus potentiam executiuam, quaſi partem earundem potentiarum. Sicut intellectus & voluntas Dei, quatenus verſantur circa creaturas, exiſtentes in aliqua differentia temporis quodammodo diſtinguuntur à ſe ipſis, quatenus verſantur circa Deum, aut circa creaturas poſſibiles. Hic autem gradus diſtinctionis eſt infimus inter ea, quæ ratione ratiocinata diſtinguuntur. Atque hæc diſtinctio ſufficiens eſt, vt Patres & Scholaſtici de potentia diſputent, quaſi de tertio attributo diſtincto ab intellectu & voluntate: vt in ſimili de miſericordia & iuſtitia diximus diſput. 5. ſect. 6. Corol. 4. Vide quæ de potentia motiua Angeli, identificata cum intellectu & voluntate, diximus 1. p. q. 53. art. 1. ſect. 1.

VTRVM DIVINA VOLVNTAS ſit cauſa vniuerſalis & immediata omnium rerum, & quomodo; diſputatur hîc ab Scholaſticis antiquis. Hoc tamen, ſi Theologicum eſt, pertinet ad quæſtionem 44. de prima cauſa omnium entium; ſolétque in 2. phyſicor. & in metaphyſica diſputari. Atque illud præſertim: Vtrum Dei concurſus phyſicè prædeterminans cauſam ſecundam, ſit requiſitus vt cauſa ſecunda operetur, tractatum eſt à me tom. præcedenti de ſcientia: & magis illuſtrabitur infra, tractando de materialibus actionibus peccatorum.

ARTIC. V.

Vtrum voluntatis diuinæ ſit aſſignare aliquam cauſam.

DISPVTATIO XV.

Num aliquid poſſit cauſare volitionem Dei.

SECTIO I.

De cauſa realiter cauſante, ac præſertim cauſa finali.

1. *Supponitur id, de quo apud omnes conſtat.* APVD omnes indubitatum eſt, non dari cauſam vllam creatam neque increatam, quæ reali & vera cauſalitate poſſit cauſare volitionem Dei: quoniam hæc eſt ipſe Deus. Conſtat hæc propoſitio ex dictis

dictis tota d.2. nam ea de cauſa negauimus Deo potentiam & actioné volendi,quoniã nulla vera productio volitionis abſolutè poſſibilis eſt Deo.

2. Hanc à poſteriori demonſtrat Auguſtinus lib. 1.de Geneſi contra Manichæ.c.2.ad finem,quoniam cauſa diuinæ volitionis deberet eſſe maior & prior diuina volitione: videlicet, maior,quoniam foret cauſa æquiuoca, & prior ſaltem natura. Atque eadẽ ratione vtitur in lib.83. quæſt. q.27.fine. *Qui quærit*,ait,*quare voluerit Deus mundum facere, cauſam quærit voluntatis Dei. Omnis autem cauſa efficiens maior eſt eo quod efficitur. Nihil autem maius eſt voluntate Dei,non ergo eius cauſa quærenda eſt.*

Diuina volitionis nulla eſt cauſa efficiens.

3. *Auguſtinus* Auguſtini ſententiam,ſuppreſſo nomine,vſurpauit Hugo Victorinus in ſumma ſent.tract. 1. cap.13.ſub init. & expreſſo Authore ſequuntur Magiſter,S.Thomas & alij citandi.

4. *Neque vlla creatura eſſe poteſt cauſa finalis illius.* Hinc ſatis compertum eſt, diuinæ volitionis nullam eſſe cauſam efficientem, neque materialem,aut formalem. Præterea, nullam creaturam eſſe cauſam finalem diuinæ volitionis, probatum eſt diſp.3.

5. *In quo controuerſiacardo vtluatur.* Reſtat difficultas:vtrum diuina bonitas ſit realiter cauſa finalis ſuæ volitionis. Negat Vaſquez diſp.82. cap.1. init. idque tribuit D. Thomæ in hoc artic.5. (Sed D. Thomæ ſententia eſt,quam ſtatim explicabimus.) Probat primò,quia de ratione finis eſt, vt vno actu volitus moueat ad alium actum electionis mediorum. Reſpondeo. Fateor huiuſmodi motionem conuenire fini;cæterũ non hæc ſola motio,ſed alia motio eſt præcipua in fine,videlicet, quod ſit obiectũ primariũ & formale volitionis;& ſecundùm hanc motioné ſæpe D.Tho.ait, diuiná volitioné moueri à ſua bonitate:vt ſupr.art.1.ad 3.& art.2.ad 2.& 3.

Primum pro cõtraria ſententia argumentum. Soluitur.

6. *Secundum. Soluitur.* Probat 2. quoniam omnis cauſa realis debet realiter diſtingui à cauſato: ſed bonitas Dei non diſtinguitur realiter à volitione Dei. Reſp. Sola finalis cauſa eſt, quæ ſine reali exiſtentia, & ſine reali diſtinctione, poteſt exercere ſuam primariam cauſalitatem, quæ in eo conſiſtit, quod ſit primarium,& formale obiectum mouens ad volitiones. Et ratio eſt, quoniam volitio propter ſuam eminẽtiam eſt actus reflexiuus in ſui ipſius bonitatem;ideóque poteſt moueri à ſua bonitate vt ab obiecto formali.

Sola cauſa finalis diſtinctionem realem non exigit ad cauſandum, per primariam cauſalitatẽ.

7. *Prima concluſio. Deus realiter cauſa finalis ſuæ volitionis. Secunda cõcluſio.* Quare dico 1. Deus eſt realiter cauſa finalis ſuę volitionis,quoad præcipuã cauſalitatem,quę eſt mouere vt obiectum formale volitionis. Dico 2.Deus non eſt realiter cauſa finalis ſuæ volitionis, quoad aliam cauſalitatem, qua finis per amorem ſui mouet ad alium actum realiter diuerſum,quo media diliguntur propter finé:ſicut principia per cognitionem ſui mouent ad alium realiter diuerſum aſſenſum concluſionis. Hæc eſt mens D.Thomæ in art.5. *Tertia concluſio.* Dico 3.etiam comparatione dilectionis creaturarum, exercet Deus realem quandam cauſalitatem finis, quatenus realiter Deus creaturas diligit propter ſe ipſum, vt propter vltimum finem & obiectum formale: vt vidimus diſp.3.& diſp.5.ſect.3.

SECTIO II.

Deo nihil eſſe rationem volendi,niſi ſuam bonitatem, ſeu voluntatem, Doctores & argumenta contendunt.

1. *Sententia affirmans.* HAnc ſententiam docet Albertus 1. part. tract.20.quæſt.79.memb.1.art.1.particula 1.dicens; Deo non eſſe aliam rationem, niſi eius voluntatem:nihil enim adeò rationabile eſt (vt Auguſtinus ait) quàm fieri quod Deus vult. Idem ferè ex Anſelmo docet Alexander 1.part. quæſt.35.memb.3.dicens: *Voluntas Dei dicitur habere rationem, ſicut idem habet ſe ipſum; idem enim eſt voluntas & ratio.Sed ſi dicatur ratio aliquis finis extra,nullo modo habet rationem.* *Alexander.*

Ruiz de Voluntate Dei.

2\. Similia docet Henricus quodlib.4.q.19.ante med.Gabriel 1.diſt.14.q.1.art.2.poſt 3. concluſionem. Driedo de concordia liber. arbitr. cum prædeſt.p.1. c.3. prope init. & c.4. in ſolutione ad 4.Vaſquez diſp.82. cap.2. Molina hoc art.5.

3\. In eadem ſententia verè fuit Scotus 1.diſt.44. quæſt.vnica,quatenus ex profeſsò docet, in poteſtate diuinæ voluntatis eſſe legem & rectitudinem eius; & ſicut modò rectæ ſunt leges à Deo ſtatutæ,quia placent diuinæ voluntati,ſic etiam, ſi contrariæ leges placuiſſent,rectæ fuiſſent.

4\. Probatur primò, quia, Deo non aliam eſſe cauſam diligendi creaturas, niſi ſuam bonitatem,præter ea,quæ diximus diſp.3. ſect.1. & 2. probant, quæ ſequuntur teſtimonia Scripturæ & Sanctorum Patrum.

5\. Chryſoſtomus Epheſios 1. ſermone 1. col.4. ponderans illud: *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ*;dicit: *Vehementer concupiſcit, vehementer deſiderat noſtram ſalutem. Quamobrem ita diligit? Solius, ſcilicet bonitatis ſuæ gratia. Gratia ſi quidem bonitas eſt. Propterea dicit: In adoptionem filiorum nos prædeſtinauit,volens, idque vehementer volens, ad hoc vt conſpicua reddatur gratiæ ſuæ gloria.* Idem Chryſoſtomus in Geneſ.cap.1.hom.3.circa med.Non propter indigentiam,ſed *ob ſuam benignitatem & bonitatem fabricauit omnia.* Ezechielis 36. *Non propter vos,ſed propter me ego faciam, dicit Dominus.* Quod ad hanc rem ponderat Bernardus ſerm.68.in Cantic.inter med.& finem. *Epheſ.1.* *Ezech.36.*

6\. Tertullianus lib.2. contra Marcionem cap.6. parum à principio,de hominis creatione,qui potuerit peccare: *Hoc quoque* inquit,*prius defendam; ita inſtitui debuiſſe & ita dignè inſtitutum potiore oſtenſa cauſa,quæ ita fecit inſtitui. Bonitas Dei & ratio eius hunc quoque inſtituto patrocinabantur, in omnibus conſpirantes apud Deum noſtrum. Nec ratio enim ſine bonitate,ratio eſt,nec bonitas ſine ratione. bonitas.* Nyſſenus orat.catechetica cap.5.inter med.& finem: *Deus propter bonitatem hoc animal deduxit ad ortum, eius bonitas cauſa fuit vt conderetur.* homo ſcilicet. *Nyſſenus.*

7\. Secundò probatur ex Chryſoſtom.nam orat. 1.aduerſus Iudæos col.2.ait: *Non enim ipſa eorum quæ fiunt,natura, ſed Dei voluntas ac decretum efficit,vt eadem vel bona ſint, vel mala.* Quod probat exemplo 3.Reg.20. vbi punitur qui noluit percutere prophetam. Videtur itaque ſine ratione ſufficere voluntatem. *Chryſoſtom.*

8\. Anſelmus autem in Proſologio cap.10.& 11. Deum ſic alloquitur. *Id ſolum iuſtum eſt,quod vis.* Et ad ea verba Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*; ait: *Non ab alio accepit conſilium, niſi à ſua voluntate.* & Auguſtinus lib.2.Hipognoſ. cap.6.ait: *Deus ſuam tantum conſulit voluntatem.* Confirmatur ex Auguſtino lib.de Geneſ.contra Manichæos cap.2. fine, cuius verba ſunt: *Qui ergo dicit: quare fecit Deus cœlum & terram? reſpondendum eſt ei,quia voluit.* Quæ ſententia recipitur ab Hugone citato in ſect.præcedenti, & à Magiſtro,& communiter à Scholaſticis in 1.diſtinct.45.§.*Hæc itáque.* *Epheſ.1.* *Auguſtinus.* *Cõfirmatur.*

Digitized by Google

9. Tertiò probatur ex D. Thoma, qui in hoc art. 5. & 1. contra Gent. cap. 87. ait; diuinæ volitionis non aliter eſſe cauſam, niſi ex eo præciſè, quod Deus vult vnam creaturam eſſe cauſam alterius.

Cõſirmatur. Confirmatur, quoniam hæ ſunt propoſitiones D. Thomæ: *Deus non vult hoc, quia vult illud; ſed tantùm vult hoc eſſe propter illud.* Idem ſentiunt Caietanus & Ferrarienſis in eiſdem locis.

10. Quartum argument. Quando quæritur cauſa prædeſtinationis, non quæritur cauſa, ſeu ratio decreti diuini, ſed ſolummodo quæritur cauſa omnium effectuum prædeſtioationis, & ordinationis horum effectuum ad diuinam voluntatem. Ergo ſupponunt omnes Theologi vt certum, non eſſe poſſibilem cauſam ſiue rationem diuini decreti. Ita ſentiunt S. Thom. infra q. 23. art. 5. & 3. part. quæſt. 24 art. 4. D. Bonau. 1. diſt. 41. art. 1. quæſt. 2. vbi Ricardus art. 2. quæſt. 1. Henricus nuper citatos, & multi recentiores: vt Molina, Vaſquez & Zumel.

11. Quintum argument. Si diuinæ volitionis dari poſſet aliqua ratio vel cauſa; maximè daretur ratio vel cauſa prædeſtinationis, quæ eſt præcipua inter volitiones liberas Dei: ſed huius nulla datur cauſa vel ratio, vt demonſtratum eſt in diſputationibus de prædeſtinat. Ergo nullius volitionis diuinæ poteſt dari cauſa vel ratio.

12. Sextum argumentum eſt ratio S. Thomæ in præſenti art. 5. quoniam idem actus non poteſt eſſe cauſa ſui ipſius: ſed Deus vnico actu fertur in finem & in media: ergo volitio finis non eſt Deo cauſa volendi media.

Cõſirmatur. Confirmatur, quoniam diuinæ volitiones creaturarum nullo modo diſtinguuntur à volitione neceſſaria Dei, ſi quidem illi nullam realem perfectioοem addunt, quæ ſaltem ratione ratiocinata diſtinguatur à volitione neceſſaria. Ergo neque ſecundùm rationem vna volitio poteſt eſſe cauſa alterius.

13. Septimum argum. ex eodem loco D. Thomæ. Vna cognitio diuina non eſt cauſa alterius, idque propterea quoniā Deus in vno obiecto formali, ſcilicet; in ſua eſſentia cognoſcit omnia cognoſcibilia: ſed ſimiliter in vno obiecto formali, ſcilicet in ſua bonitate, vult omnia amabilia. Ergo vna volitio Dei nō poteſt eſſe cauſa alterius.

14. Octauum, quoniā in diuina volitione præter perfectionem eſſentialem & ſimpliciter neceſſariam, nihil aliud reperitur, niſi ſolus reſpectus rationis ſupra diſp. 13. Sed nihil creatum poteſt eſſe cauſa, vel ratio perfectionis diuinæ ſimpliciter neceſſariæ; ſi quidem hæc conueniret Deo, quāuis nulla creatura exiſteret. Ergo nihil creatum poteſt eſſe cauſa, vel ratio diuinæ volitionis, quamuis poſſit eſſe ratio, vel cauſa relationis, qua ſecundùm rationem refertur ad creaturas: quæ relatio eſt ſola denominatio extrinſeca.

15. Nonum argument. quoniam ſolus finis vltimus eſt ratio volendi ſe ipſum & media; ſed nulla creatura amatur à Deo quaſi finis vltimus: ſupra diſp. 3. ſect. 1. & 2. Ergo nulla creatura poteſt eſſe ratio propter quam Deus velit ipſam creaturam, vel alias; ſed tota ratio eſt diuina bonitas, quæ amatur vt vltimus finis. Maior probatur, quoniam finis eſt, cuius gratia aliquid fit, & quod mouet ad amorem mediorum. Ergo ſolus finis vltimus eſt ratio volendi ſe ipſum & media.

Cõſirmatur. Confirmatur primò, quoniam medium, in quantum medium non amatur propter ſe ipſum, ſed propter finem: at omnis creatura amatur à Deo in quantum medium.

Secundò confirmatur, quoniam omne vtile, in quantum vtile non amatur propter ſe, ſed propter honeſtum, vel delectabile, ad quod deſeruit; ſed omnis creatura diligitur à Deo vt vtilis: ergo ratio diligendi creaturam non ſumitur ex ipſa creatura. *Secundò.*

SECTIO III.

Diuinæ volitionis aſſignari aliquam rationem probatur authoritate.

PRopono priùs generalē concluſionem, quam à præcedenti ſententia minimè diſſentire conſtabit ſect. 5. cuius indicium eſt, grauiores Authores, qui pro præcedenti ſententia relati ſunt, meritò adduci quoque pro concluſione præſenti. 1.

Concluſio eſt. Diuinæ volitionis datur aliqua cauſa ſecundùm rationem, ita vt vnus actus diuinus ſit ratio alterius actus, ſecundùm rationem mouens ad illum: prætereáque obiecti creati natura vel exiſtentia ſit quandóque ratio, ſiue conditio ſuo modo determinans diuinam volitionem. Ita Durandus in 1. diſtinct. 41. quæſt. 1. num. 8. & 9. Sed clariùs quæſt. 2. num. 5. Maior eadem diſt. 41. quæſt. 1. prope init. Ricardus 1. diſt. 45. art. 2. quæſt. 4. & lib. 3. ſent. diſt. 32. art. 1. quæſt. 3. Corduba in quæſtionario quæſt. 56. opin. 5. punct. 2. ad 2. dub. Suarez 3. part. tom. 1. diſp. 41. ſect. 4. initio, & in relectione de libertate diuina diſp. 1. ſect. 1. num. 5. & ſect. 2. num. 21. & 22. & 1. part. lib. 3. de attributis c. 7. num. 12. Valent. hic quæſt. 19 punct. 5. aſſert. 2. 2. *Vnus actus diuinus ſecūdum rationē eſt ratio alterius.*

Idem ſentiunt grauiſſimi Scholaſtici, qui dum explicant titulum quæſtionis de cauſa prædeſtinationis, ſupponunt excluſa reali cauſalitate, poſſe aliquid eſſe rationem, aut conditionem ob quam Deus velit dare gloriam. Ita Albertus 1. part. quæſt. 63. memb. 3. art. 1. quæſt. inciden. 1. Alexand. 1. part. quæſt. 28. memb. 3. art. 5. Bonauent. 1. diſt. 41. art. 1. quæſt. 2. Vbi Ricard. art. 2. quæſt. 1. & 2. Gregor. quæſt. 1. artic. 2. Gabriel q. vnica initio. Marſil. in 1. q. 31. art. 2. initio. 3.

Imò eſt aperta mens D. Thomæ infra q. 23. art. 5. ad 3. dicentis, dari rationem diuinæ electionis, aut reprobationis in communi, ſed non in particulari. & in comment. ad Epheſ. 1. conſilium diuinæ voluntatis explicat eſſe voluntatem, quæ eſt ex ratione, & 1. contra Gent. cap. 82. ad obiectionem 3. ait: diuinam voluntatem determinari à diuina cognitione proponente bonum creaturarum, quaſi congruum & conueniens (quod explicatum eſt diſp. 7. ſect. 6.) & cap. 86. probat, rationem eſſe diuinæ volitionis, non ſolùm qua neceſſariò vult ſeipſum, ſed etiam qua liberè vult creaturas exiſtere. Atque idem ſentit Ferrar. vtrobique, & Capreol. 1. diſt. 45. q. 1. ad argumenta Aureoli contra tertiā concluſionem. 4.

Probatur primò ex Sacra Script. ſupponendo regulam, quam tradit Auguſtinus lib. 3. de doct. Chriſtiana cap. 10. & 11. videlicet propriè & non figuratè intelligenda eſſe verba Sacræ Scripturæ, niſi ad ſenſum tranſlatitium, aut improprium compellat auctoritas aut ratio, deſumpta ex fidei veritate, aut morum honeſtate. In præſenti autem ratio ſuffragatur, vt dictiones cauſales propriè ſignificent rationem diuinæ volitionis, 5.

quemad

Ioan 10. Ioan 16. 3 Reg. 3. quemadmodum Ioan. 10. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam*, Ioan. 16. *Ipſe Pater amat vos, quia vos me amaſtis.* Tertiò Reg. 3. *Quia poſtulaſti verbum hoc*, &c. *Sed poſtulaſti tibi ſapientiam, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos.* Apocalip. 3. Apocalip. 3. *Quoniam ſeruaſti Verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis.*

6. *Diuina voluntas conſequens ortū trahet ex vitio noſtro. Chryſoſtom.* Probatur ſecundò, nam Dei voluntas conſequens *ortum & rationem ducit ex noſtro vitio*: Vt loqoitur Chryſoſtomus ſermone primo in epiſtola ad Epheſ. Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 29. verſus finem, & dialogo contra Manichæus verſus finem, dicens, ſecundariam Dei voluntatem eſſe, *quod earum rerum, quæ contingunt, cauſa, Deus vult.* Quorum ſentētiam ſequuntur omnes Scholaſtici, tractantes de voluntate conſequente infra diſp. 19. ſect. 2. & ſequentib. Chryſoſtom. in eodem ſermone 1. ad Epheſ. colum. 4. concedit, Deum velle à nobis prædicari alicuius rei gratia, videlicet, *vt feruentior nobis dilectio innaſcatur.*

7. Tertiò probatur, nam multis Scripturæ teſtimoniis & Sanctorum Patrum, præſertim Auguſtini, Proſperi, Fulgentij, & Anſelmi conſtat veriſſimam eſſe ſententiam, quam collegit Proſper ad cap. 8. Gallorum fine dicens: *Vt & qui ſaluantur ideo ſalui ſint, quia illos voluit Deus ſaluos fieri, & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt*, Proſper. Quæ ſententia ſumitur ex Deuteron. cap. 9. Deuteron. *Neque enim propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui ingredieris, vt poſſideas terras earum: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te, deleta ſunt: & vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt*, &c. Tobiæ 13. Tobiæ 13. *Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluauit propter miſericordiam ſuam.*

8. Auguſtinus de Bono perſeuer. cap. 8. init. *Sed cur*, inquit, *gratia Dei non ſecundum merita hominum datur? Reſpondeo; quoniam Deus miſericors eſt. cur ergo*, inquit, *non omnibus? & hic reſpondeo: quoniam Deus iuſtus iudex eſt.* Et toto illo capite pergit oſtendere, ſolam miſericordiam eſſe rationem prædeſtinandi & conferendi gratiam, ſed hominum peccata eſſe rationem reprobandi, atque damnandi. Rurſus lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2. ait: *Non quia inuenit Deus opera in hominibus, quæ eligat, ideo manet propoſitum iuſtificationis ipſius; ſed quia illud* (propoſitum) *manet, vt iuſtificet credentes, ideo inuenit opera quæ iam eligat ad regnum cœlorum.* Docet igitur Auguſtinus, diuinum propoſitum iuſtificandi eſſe cauſam bonorum operum, quæ ſunt obiecta rationabilia & proportionata diuinæ electioni. Eadem ſententia freqnenter occurrit in multis opuſculis Auguſtini, veluti de natura & gratia, de prædeſtinatione & gratia, de prædeſtinatione ſanctorum epiſt. 105. & 107. & vbicumque tractat de gratia & libero arbitrio.

9. Idem Auguſt. 11. de ciuitate cap. 22. rationem reddit, ob quam Deus fecerit mundum, & addit: *Hanc etiam Plato in Timæo cauſam condendi mundum iuſtiſſimam eſſe dicit, vt à bono Deo, bona opera fierent*, &c.

10. Hieronym. Probatur quartò ex Hieronymo, quem refert & ſequitur Hugo Victorinus in epiſt. ad Rom. quæſt. 235. dicentem: *Deus nihil facit, quia vult, ſed quia ratio eſt ſic fieri.* Idem Hieronymus Epheſ. 1. Epheſ. 1. ad illud: *Secundum conſilium voluntatis ſuæ*, docet, omnia quæ Deus facit, eſſe plena ratione. Et Interlinealis ibidem, *Conſilium voluntatis ſuæ*, intelligit voluntatem, quæ eſt ex ratione. Vnde idem Hugo Victorinus in ſumma ſentent. tractatu 1. cap. 13. poſtquam præcepit, *non eſſe quærendum, quare Deus voluit*, videlicet, inquirendo realem cauſam: vt vidimus ſect. 1. reddit rationem ob quam hæc & illa opera Deus facere voluerit. Cuiuſmodi rationes reddit etiam alibi ſæpe.

Vnde probatur quintò, quia Patres feriò præcipiunt humiliter venerari quamplurima opera diuinæ prouidentiæ, quorum rationes & cauſas ignoramus; ſcimus autem ſapientiſſimas & optimas eſſe quæcumque ſint. Ita Chryſoſtomus in Geneſ. homil. 4. in medio & homil. 10. poſt med. & Epheſios 5. ſermone 19. à medio. & tom. 5. orat. 1. aduerſus Iudæos colum. 2. & 3. Auguſtinus de Geneſi contra Manichæos lib. 1. cap. 16. ad med. & lib. 11. de ciuit. cap. 22. Cyrillus lib. 3. contra Iulian. colum. 8. §. *Si autem.* & §. *ſubneiam.* Methodius in concione de reſurrectione apud Theodolum in collectaneis ad Rom. 9. Nazianz. oratione 16. de pauperum amore propius ad finem, quàm ad med. n. 43. & 45. Damaſcenus dialogo contra Manichæos duobus foliis ante finem, & lib. 1. fidei cap. 1. ad finem, & lib. 2. cap. 29. Quorum verba retulimus diſp. 9. ſect. 12. 11. *Opera Dei quorum cauſas ignoramus humiliter veneranda.*

Sextò ad eandem veritatem probandam adduci poſſunt teſtimonia fere cunctorum Patrum, iunctis eorum ponderationibus poſitis tota diſp. 9. & 10. quibus probatur Deo rationem eſſe, propter quam decernat aliquid facere potius, quam oppoſitum, videlicet, quoniam illud opus eſt melius. 12.

Septimò eadem veritas colligitur ex omnibus Patribus, qui reddunt rationem Incarnationis, quoniam decens ac decorum Deo erat reparare genus humanum, ſeruato rigore iuſtitiæ, & oppoſitum minus decorum ac decens. Quos reperies apud Scholaſticos accuratè tractantes de neceſſitate Incarnationis. Præſertim id colligitur ex Gregor. Nyſſen. orat. catechet. c. 15. ſub init. dicente: *Si ergo diuinæ naturæ indicium & ſignum proprium eſt beneuolentia in homines, habes rationem, quam quærebas, habes cauſam, cur Deus venerit ad homines*, & poſt pauca: *Hæcne ſunt parua & indigna, quæ Deum moneant, vt deſcendat ad humanam naturam viſitandam?* 13.

Colligitur etiam ex Anſelmo lib. 1. *Cur Deus homo*, cap. 8. & cap. 12. poſt cuius medium, ſuam & aliorum Patrum ſententiam ita explicat: *Verum eſt quod dicis de libertate, & voluntate, & benignitate illius: ſed ſic eas debemus rationabiliter intelligere, vt dignitati illius non videamur repugnare. Libertas enim non eſt niſi ad hoc, quod expedit, aut decet; nec benignitas dicenda eſt, quæ aliquid Deo indecens operetur. Quod autem dicitur, quia quod vult iuſtum eſt: & quod non vult, iuſtum non eſt, non ita intelligendum eſt, vt ſi Deus velit quodlibet inconueniens, iuſtum ſit: quia ipſe vult. Non enim ſequitur ſi Deus vult mentiri, iuſtum eſſe mentiri: ſed potius Deum illum non eſſe.* Et paulò inferiùs: *Itáque de illis tantum eſt verum dicere: Si Deus hoc vult, iuſtum eſt, quæ Deum velle non eſt inconueniens. Si enim vult Deus, vt pluat, iuſtum eſt vt pluat: & ſi vult vt aliquis homo occidatur, iuſtum eſt vt occidatur.* Plura teſtimonia Patrum & Scholaſticorum videbimus infra diſp. 27. ſect. 6. 14. *Anſelm.*

Denique quoties Patres rationem reddunt ob quam Deus volt permittere peccata vel pauciores prædeſtinare, vel inſtituere Sacramenta, vel 15.

Digitized by Google

quodcumque aliud opus prouidentiæ ſic, vel aliter exercere, toties ſupponunt, ex parte obiecti dari rationem ob quam à diuina prouidentia eligatur illud opus.

SECTIO IV.

Idem probatur rationibus.

1. *Vltimus diuinæ voluntatis finis, Dei bonitas, fines autem ſubordinati, creatura.*

PRimò, quamuis enim ſola Dei bonitas ſit vltimus finis diuinæ volitionis, & primus motor illius: nihilominus creaturæ ſunt fines ſubordinati, ad quos immediatè diriguntur aliæ creaturæ: ſicut homo eſt finis mundi corporei, & hominis finis eſt viſio & amor Dei ad eius gloriam. Hos autem ſubordinatos fioes diuinæ volitionis concedit D. Thom. 1. contra gent. cap.86. Ergo diuinus amor, in quantum intendit producere hominem, fuit ratio, mouens ad volitionem creandi mundum corporeum. Idémque intellige de quacumque volitione cuiuſque finis ſubordinati: ita tamen, vt non ſit prima ratio, oeque primum mouens, ſed ſit ratio accipiens vim à prima ratione, quæ eſt vltimus finis, tanquam à primo mouente: ſicut diſp.5. ſect.3. & 5. dictum eſt.

2. Probatnr ſecundò, nam ſine dubio Deus poteſt hominem relinquere omnino liberum, vt ex adulterio generet filiom, ſi velit; vel oon generet, ſi nolit. Ergo præſcientia futuræ generationis omnino liberæ, erit ratio ex parte obiecti determinans, vt Deus velit intra hanc materiam infundere animam rationalem. Vtor autem hoc exemplo, quo facilius refutem ſolutionem contrariæ ſententiæ, quæ concedit, Deum velle, vt vna creatura ſit cauſa & ratio alterius; ſed negat, creaturam vllo modo eſſe rationem diuinæ volitionis. *Refutatur ſolutio.* Hoc autem refutatur, quoniam anima rationalis exiſtit ſolius Dei virtute, & neceſſariò exiſtit, quo loco & tempore Deus vult, eam exiſtere, & non antea, nec poſtea: neque reſultat ex diſpoſitionibus corporis. Ergo diſpoſitiones huius corporis hoc tempore & loco productæ, non ſunt cauſa & ratio, vt exiſtat hic & nunc anima rationalis, niſi in quantum eæ diſpoſitiones ſunt obiectum cognitum, & ratio mouens diuinam voluntatem, vt velit, hic & nunc create animam rationalem. Vnde colligitur, præſcientiam diſpoſitionum eſſe rationem decreti creandi animam rationalem: & conſequenter ipſas etiam diſpoſitiones eſſe tationem obiectiuam.

3. *Finale peccatum ratio eſt, vt homo æterna pœna puniatur.*

Tertiò probatur, quoniam peccatum finale non ſolùm eſt ratio, vt homo puniatur æterna pœna, ſed etiam eſt ratio, propter quam Dei voluntas ex ſe magis propenſa ad clementiam, velit erga peccatorem exercere æternam ioſtitiam. Vnde Chryſoſtom. & Damaſcen. citati in ſectione præcedenti probatione 2. dicunt, hanc voluntatem Dei exiſtere ex noſtra cauſa. Ergo ex parte noſtra datur cauſa ſeu tatio alicuius volitionis diuinæ.

4. *Dilēma conficitur ex doctrina circa prædeſtinationem.*

Quartò probatur, quia vel Deus prædefinit merita prædeſtinatorum; per quæ obtinenda eſt gloria, vel non prædefinit. Si prædefinit merita, tunc ratio mouens ad prædefinitionem meritorum eſt volitio efficax conferendi gloriam iis prædeſtinatis. Si autem Deus non prædefinit merita, tunc præuiſio meritorum quaſi abſolutè futurorum, erit ratio mouens Deum, vt velit efficaciter iis hominibus conferre gloriam.

Quintò, quia niſi reqniratur ex parte obiecti iuſtitia, tatio & conuenientia, vt à Deo amari poſſit; conſequens erit, vt Deo ſit pro ratione voluntas: ac proinde quodcumque obiectum ex ſe malum & inordinatum, eo ipſo quod ametur à Deo, fiat comparatione diuinæ voluntatis bonum, ordinatum & rationabile. Vnde manauit error aſſerentium, Deum velle, mendacium, errorem & peccata fieri ab hominibus: quoniam hæc omnia non ſunt turpia comparatione diuinæ voluntatis. Qnod refutabimus diſp.33. 5. *Abſurdū ex cōtraria ſententia.*

Sextò probatur, quia Deus ſemper eligit medium optimum & conuenientiſſimum ad conſequendum finem, ſub ea menſura & modo ſub quo eſt efficaciter volitus à Deo. Ergo conuenieotia & commenſuratio medij cum tali fine eſt ratio, vt Deus illud velit adhibere, ita vt ſublata illa conuenientia non vellet illud adhibere. Veluti conuenientia Incarnationis ad redemptionem, & ad oſtenſionem attributorum, fuit ratio propter quam Deus voluerit incarnari, & ſine qua non voluiſſet incarnari. Antecedens ſupponitur, tanquam certum ab omnibus Theologis, vt notauimus ſuprà diſput.9. ſect.1. aſſertione 2. 6. *Conuenientia medij ad finem, eſt ratio, vt Deus velit illud adhiberi.*

Septimò, Omnes rationes, quæ in eadem diſput.9. ſect.6. & ſequentibus probant, Deum ſemper & infallibiliter velle quod ſecundùm ſe eſt optimum, eædem probaot à fortiori, requiri ex parte obiecti bonitatem ac congruentiam ob quam ametur à Deo. Quamuis enim doctores dubitare videanrur, an Deus infallibiliter eligat ſemper, opus quod ſecundùm ſe eſt optimum & magis conſentaneum rationi: ſuppoount tamen vt certum, ſemper à Deo eligi opus, quod ſecundùm ſe bonum eſt & rationi conſentaneum. 7.

Vnde ſic argumentor: diuioa cognitio, oſtendens rationes ac congruentias obiectorum, dirigit diuinam volitionem, & eſt ratio vt diuina volitio inclinetur potius ad obiectum rationabilius. Ergo tam diuina cognitio, quàm obiectum repræſentatum per illam diuerſimodè ſunt ratio diuinæ volitionis. Confirmatur, quoniam ſi hæc diuina cognitio non mouet, neque eſt ratio, ob quam inclinetur diuina volitio; ſequitur volitionem Dei ad meliora obiecta non ferri ſtudio atque auiditate maioris boni, neque conſilio, ſed caſu fortuito; perinde ac ſi Deus ignoraret quid melius eſſet, ant quid deterius. 8. *Diuina cognitio diuinæ volitionis ratio.* *Cōfirmatur.*

Octauò probatur; nam propterea Deus voluit, nos præcepto & crebris exhortationibus excitare ad importunam orationem, quoniam vult concedere quod petimus: & propterea voluit inſtituere remedium contritionis & Sacramentorum; quoniam vult concedere peccatorum veniam. Iam ergo vna volitio diuina eſt ratio alterius, idque in pleriſque aliis exemplis dici eadem ratione poteſt. 9. *Qua ratione vna volitio ſit cauſa alterius.*

Probatur nonò, nam habere tationem ex parte obiecti, vel ex priori alia volitione, perfectio eſt nullam includens imperfectionem. Ergo Deo conuenit. Antecedentis præcipua probatio erit ſolutio argumentorum in ſect. 5. Sed præterea probatur exemplo diuinæ ſcientiæ; nam vt ſcientia viſionis præuideat futura, præſupponitur, quaſi conditio determinans ex parte obiecti, illius futuritio: vt probatum eſt tomo præcedenti de Scientia diſput.28. ſect.4. & ſequentibus: & diſp. 36. ſect. 1. Ergo eadem futuritio eſt quodammodo ratio & cauſa. Vnde hæc propoſitio: 10.

Propterea

Digitized by Google

Propterea Deus ab æterno ſciuit Petrum eſſe peccaturum,quia Petrus eſt peccaturus; admittitur à Patribus & Scholaſticis citatis in eadem diſp. 36. ſect. 1. Quaprnpter io eodem ſenſu accipiendo dictionem cauſalem, uullam imperfectionem ſignificabit,qui dixerit:*Deus propterea vult punire peccatum Petri, quia Petrus eſt peccaturus, & quia Deus præſcit eſſe peccaturum.*

11. Confirmatur, nam ſcientia, qua Deus comprehendit voluntatem creatam & omnes eius circumſtantias', eſt ratio ſufficienter determinans diuinum intellectum, vt ſciat omnes effectus, habeotes infallibilem connexionem cum voluntate ſub circumſtantiis poſita:vt oſteuſum eſt præcedenti tomo de Scieutia diſput.80. Ergo diuina Scientia vnius creaturæ poteſt eſſe ratio diuinæ ſcientiæ, qua ſcit aliam ereaturam. Ergo huiuſmodi ratio & quaſi cauſalitas nullam imperfectionem afferet diuinæ voluutati.

Recentiorū ſolutio.

12. Recentiores aliqui exiſtimant,ſatisfieri argumentis huius ſententiæ, concedendo, obiectum creatum eſſe cauſam ſeu rationem illius relationis, ſeu denominationis extrinſecæ,quam ſolam addit volitio libera Dei ſupra volitionem neceſſariam:vt diximus diſp.13.

13. *Refutatur; primò.*

Hæc tamen ſolutio refutatur primò, quia ſuperiora argumenta probant dari rationem: propterquam Deus liberè velit aliqua obiecta: ſed volitio libera Dei non conſtituitur per denominationem extrinſecam, ſeu relationem tationis, ſed per formalitatem realem. Ergo præcedentia argumenta probant, dari rationem diuinæ volitionis liberæ, quoad ſuam formalitatem realem.

14. *Ea qua argumentum continet, declarantur.*

Huius argumenti propoſitiones ita explico. Quamuis nulla perfectio, aut formalitas realis addatur per volitionem liberam ſupra volitionem neceſſariam: nihilo minùs volitio libera, quoad totam ſuam rationem plenè conſtitutam, eſt formalitas realis tota reſidens in Deo prius ratione, quàm intelligatur futuritio cuiuſlibet actionis Dei ad extra, vel cuiuſcumque creaturæ: & conſequenter prius ratione, quam aueniat diuinæ voluntati aliqua denominatio extrinſeca à quolibet obiecto futuro in tempore: vt demonſtratum eſt tota diſp.11.& 12.Sed ſuperiora argumenta probant, qoamdam rerum cognitionem, diuinam eſſe rationem, propter quam Deus liberè vult alias creaturas producere: inſuper quamdam rerum volitionem diuinam eſſe rationem, ob quam Deus liberè vult alias res: præterea, quædam obiecta ex ſe habere peculiarem rationem,vt quaſi media diligantur à Deo,& vt propter illa,vt propter fines ſubordinatos amentur alia. Ergo datur ratio diuinæ volitionis realis, & non ſolius denominationis extrinſecæ.

15. *Refutatur ſecundò. Irritas & inanes reddit plures Theologorū quæſtiones.*

Refutatur ſecundò, quoniam ſi non poteſt dari ratio ipſius volitionis diuinæ,ſed ſolius denominationis extrinſecæ, reſultaotis ab effectis creatis in diuinam volitionem: ſequitur, vauas eſſe plurimas quæſtiones Theologorum de ordine,dependentia vel ratione diuinarum volitionum, poſtquam inter illos conſtar, quem ordinem,dependentiam vel rationem habeant externa obiecta inter ſe.Conſequens eſt falſum;ergo & antecedeus.Probatur ſequela, nam denominationes extrioſecæ ſiue relationes rationis, reſultantes ab externis obiectis in Deum,eundem ordinem,dependentiam, ac rationem ſeruabunt, quam habent ipſa obiecta externa. Huius ſunt plura exempla ex quibus ſubiiciam duo.

Primum exemplum.Chriſti Domini Incarnatio fuit tempore prior remedio peccati, quod de facto attulit cum eximia Dei gloria.Vnde reſultant in diuinam volitionem denominationes extrinſecæ, vel relationes rationis ab his effectis, cauſatis cum hac dependentia. Nihilominus Theologi poſtquam hoc ſupponunt tanquam certum, diſputant valde abſtruſam quæſtionem de motiuo adæquato Incarnationis, vtrùm ita fuerit remedium peccati, vt ſi Adam non peccaret; Deus non incarnaretur. Ergo ſupponunt ipſius diuinæ volitionis incarnandi poſſibilia fuiſſe duo motiua immediata; alterum diuioam gloriam & oſtenſiouem attriburorum, independenter à peccaro, alterum remedium peccati. 16.

Quamuis Theologi ſupponant, quod aduerſary reſpondent, adhuc aliud inueſtigant.

Secundum exemplum. Conſtat apud omnes Catholicos, merita & perſeuerantiam in gratia, eſſe cauſam & rationem gloriæ:ideóque relationes rationis, inde prouenientes in diuinam volitionem, ſimilem ordinem ac dependentiam habebunt. Nihilominus difficillima quæſtio eſt, vtrùm efficax volitio dandi gloriam, fuerit Deo ratio mouens ad præbenda efficaciter merita & perſeuerantiam, vel potius è contrariò præuiſa merita fuerint ratio mouens ad volitionem efficacem dandi gloriam: & vtróque modo Deus potuit prædeſtinare homines vel Angelos: vt oſtendimus de prædeſtinatione tractantes. Ergo vltrà denominationes extrinſecas, quæ ab externis obiectis reſultant io dioinam volitionem, datur ratio ipſius diuinæ volitionis realis. Vide ſupra diſp.11.ſect.6. 17.

Vltra cauſā denominationes extrinſeca, concedendam eſſe cauſam ſeu rationem diuina volitionis.

Caietanus in hoc art. 5. aſſerit, hanc propoſitionem eſſe veram: *Hoc obiectum eſt volitum à Deo,quia aliud obiectum eſt volitum à Deo.* Nihilominus propoſitionem aliam vocis actiuæ falſam eſſe,videlicet, *Deus vult hoc obiectum,quia vult illud.* Verùm hæc ſententia ſponte tuit, primò, quoniam conceptus mentis, reſpoodens actiuæ voci & paſſiuæ, eſt idem, vt cum dico: *Ego amo Deum; Deus amatur à me.*Nam quamuis in modo intelligendi ſit aliqua diuerſitas;tamen in re intellecta & affirmata retinetur identitas. Ergo impoſſibile eſt,vnam eſſe veram, ſi altera ſit falſa. Probatur conſequentia, quoniam diuerſus modus intelligendi, retenta eadem re intellecta, non affert falſitatem propoſitioni veræ. 18

Sibi non conſtat Caietanū ſententia.

Vnde refutatur etiam illa ſolutio Caietani dicentis. Quando actio eſt vnica, paſſiones verò ſunt plures, poſſunt cauſari.paſſiones, quamuis non cauſetur actio. Quæ doctrina ſupponit falſum, nam quocumque modo volitio Dei circa omnes creaturas eſt vnica,eodem modo eſt vnica paſſio,ſeu denominatio, qua omnes creaturæ dicuntur volitæ; ſi loquamur de vnitate formalis ſignificati; quamuis materiale ſubiectum denominatum ſit multiplex. Quapropter non poteſt dari cauſa volitionis paſſiuæ, ſumptæ pro formali;ſi non datur cauſa volitionis actiuæ. 19.

Falſum aſſumit Caiet.

Secundò impugnatur, quia nihil eſſe poreſt cauſa,vel ratio, vt aliquid ſit volitum à Deo, niſi eo modo, quo fuerit cauſa vel ratio, vt Deus illud velit:nam paſſiua denominatio non aliter cauſatur,niſi cauſaodo formam denominantem. Refutatur tertiò quoniam nouem argumenta nuper à nobis adducta probant,dari rationem & quodámodo cauſam, propter quam Deus velit. 20.

Vt aliquid ſit cauſa quare aliquid ſit volitum à Deo; eſſe etiā debet cauſa vel ratio ipſius diuinæ volitionis.

Digitized by Google

SECTIO V.

Explicatur & conciliatur noſtra ſententia ſolutione argumentorum.

5. *Patrum mẽs declaratur.*

AD primum Reſp. Illorum Patrum mens fuit obiectum formale, ſiue vltimum finem, qui primariò moueat Dei voluntatem, non eſſe alium, niſi propriam bonitatem: ſicut probatum eſt diſp. 3. ſect. 1. & 2.

2. *Humano cõſilio non indiget Deus.*

Ad ſecundum argumentum ex Chryſoſtom. Anſelm. & Auguſtino. Reſp. in eorum ſententiis tria contineri veriſſima. Primum; Deus non indiget alieno conſilio vel exhortatione vt bonum eligat, quoniam diuinus intellectus fideliſſimè dictat bonum, & eius voluntas auidiſſimè fertur in bonum. Secundum; Voluntatibus creatis obiecta redduntur bona, eo quod volita ſint ab aliena voluntate, ſcilicet diuina, vel humana prælati: ſed Deo nullum obiectum redditur bonum ab aliena voluntate.

Nullum obiectum redditur Deo bonum ab aliena voluntate.

3. *In ijs obiectis, in quibus nulla ratio eſt, propter quã, hoc melius ſit, quã illud, tota ratio volendi hoc potius, quam illud, deuoluitur ad diuinam voluntatem. Idem conſendũ, in rebus illis in quibus abitur in infinitum, eſto inæquales inter ſe ſint.*

Tertium. Multa obiecta ſunt, in quibus nulla eſt ratio, propter quam hoc ſit melius, quàm illud: & in his tota ratio volendi hoc potius, quam illud, eſt diuina voluntas. Veluti ex parte obiecti non fuit maior ratio, propter quam initio mundi produceretur hæc pars materiæ ſub forma aëris, potius quàm ſub forma aquæ vel terræ. Nec maior ratio propterquam hæc humanitas aſſumeretur à Verbo potius quàm alia: vel hic homo prædeſtinaretur ante præuiſa opera potiùs, quàm alter. Huiuſmodi ſunt innumera obiecta, quæ ſecundùm ſe ſunt prorſus æqualia; & præterea obiecta inæqualia, in quibus abitur in infinitum, conueniunt in hoc, quod tota ratio eligendi hoc potius, quàm illud, fuit diuina voluntas ſine vlla ratione ex parte obiecti, neque ex parte alterius actus diuini: vt vidimus diſput. 9. ſect. 1. & 2.

4. *Triplex expoſitio Auguſtino adhibetur.*

Ad confirmat. Reſp. Auguſtinus contra Manichæos intendit primò, nullam eſſe quærendam realem cauſam diuinæ volitionis: ſecundò, nullam eſſe rationem, quæ Deum neceſſitate compulerit creare, ſed pro ſua libertate liberè creaſſe: tertiò: non fuiſſe maiorem rationem creandi mundum nunc potiùs, quàm antea, vel poſtea. Hæc certiſſima ſunt & nihil pugnant cum noſtra concluſione.

5. Ad tertium Reſp. D. Thomam minimè diſſentire à noſtra ſententia, oſtendimus ſatis ſupra ſect. 3. Vnde colligo, hunc eſſe genuinum ſenſum D. Thomæ in hoc art. 5. & 1. contra Gent. cap. 87. Nihil eſt cauſa realiter cauſans diuinam volitionem, imò etiam ſecundùm rationem, & ſecundùm noſtrum modum intelligendi, nulla volitio diuina eſt cauſa, vel ratio alterius volitionis, ſi proprius & ſtrictius accipiantur hæ voces: ſic enim acceptæ ſignificant, vnam volitionem eſſe rationem, quæ mouet ad aliam volitionem ſpecie diuerſam: ſicut intentio finis mouet ad electionem mediorum, quæ apud nos ſpecie differt ab intentione: & ſicut aſſenſus principiorum mouet ad concluſionis aſſenſum ſpecie diuerſum. At volitiones diuinæ etiam ſecundùm noſtrum modum intelligendi non diſtinguuntur quaſi ratione ſpecifica, quoniam idem habent obiectum formale: ſuprà diſp. 3. ſect. 1. & 2. Hæc autem nihil pugnant cum noſtra & D. Thomæ ſententia, quæ ſolùm aſſerit, in Deo volitiones diuerſorum obiectorum differre quaſi partes extenſionis eiuſdem numero volitionis: & inter has partes vnam eſſe quodammodo rationem alterius modo explicato in ſection. præcedenti.

Ad confirmat. Reſp. Deus non vult hoc, quia vult illud, ſi dictio, *quia*, denotet realem cauſam, vel denotet rationem, quæ fuerit primarium motiuum ac prima ratio non accipiens vim ab alia ratione: huiuſmodi enim ratio comparatione diuinæ volitionis eſt ſola diuina bonitas, nihilominus abſolutè concedi poſſunt hæ propoſitiones: *Deus vult hoc, quia vult illud: Deus vult hoc, quia præcognouit illud.* accipiendo dictionem, *quia*, minùs rigidè, vt ſignificet rationem, quæ neque ſit cauſa realis, neque ſit prima ratio mouens, ſed ratio ſubordinata, accipiens vim à primaria ratione, quæ eſt diuina bonitas: vt in ſect. 4. initio dictum eſt. 6.

Quartum dũ propoſitionũ cauſalium veritas examinatur.

Ad quartum Reſp. Quando quæritur cauſa prædeſtinationis, non ſolùm quæritur cauſa effectuum prædeſtinationis & ordinationis horum effectuum ad diuinam voluntatem; ſed etiam quæritur ratio ipſius diuini decreti prædeſtinandi: ſi hoc nomen *ratio* accipiatur minùs ſtrictè, vt nuper explicatum eſt. Quare D. Thom. infra quæſt. 23. art. 5. poſtquam in corpore dixerat, non quæri cauſam diuinæ volitionis, ſed effectuum, in ſolutione tertij argumenti mutat loquendi modum, conceditque rationem diuinæ electionis & reprobationis in communi non in particulari. Atque eodem modo intelligendi ſunt alij Scholaſtici, præſertim D. Bonauent. qui apertè concedit, rationem prædeſtinationis aut reprobationis fuiſſe præuiſionem meritorum. Sed de hoc fuſius egimus tractantes de cauſa prædeſtinationis. 7.

Vbi poſitum ſit litigium, quando quæritur cauſa prædeſtinationis.

Ad quintum Reſp. Datur ratio prædeſtinationis in communi, videlicet, communicatio & oſtenſio diuinorum attributorum: & datur ratio reprobationis in communi, videlicet oſtenſio iuſtitiæ, aliique fines ſuo loco tractati; ſed quod non detur ratio prædeſtinandi hunc hominem potiùs, quàm alterum, nihil obſtat noſtræ ſententiæ. 8.

Ad ſextum cum confirmat. Reſp. Quamuis libera volitio Dei nullam realem perfectionem addat ſupra volitionem neceſſariam; adhuc in Deo plures volitiones liberæ diſtinguũtur ab inuicem, & à volitione neceſſaria infimo quodam gradu diſtinctionis, veluti materiales partes eiuſdem attributi modo explicato ſupra diſp. 13. ſect. 2. Et hæc diſtinctio ſufficit, vt vna volitio Dei ſit ratio & quodammodo cauſa alterius volitionis; ſed non ita propriè ſicut intentio finis in nobis eſt cauſa eligendi media. 9.

Ad ſeptimum Reſp. Quod ad rem præſentem attinet, cognitio & volitio diuina, partim conueniunt, partim verò differunt, conueniunt námque primò; quia tam volitio, quàm cognitio non cauſatur realiter ab alia cognitione aut volitione. Secundò; neque volitio, neque cognitio cauſatur, ſecundùm noſtrum modum intelligendi ab alia volitione & cognitione quaſi ſpecie diuerſa, & quæ ſe habeat veluti principium reſpectu concluſionis: aut veluti electio reſpectu intentionis: vt dictum eſt in ſolutione tertij argumenti, Tertiò; nihilominus ratio determinans diuinum intellectum ad cognitioné vnius creaturæ poteſt eſſe diuina cognitio alterius creaturæ: vt oſtenſum eſt ſect. 4. probat. 9. Atque ſimiliter 10.

Partim conueniunt, partimque differunt diuina cognitio, & diuina volitio.

Digitized by Google

liter ratio determinans ad vnius creaturæ volitionem, poteſt eſſe volitio alterius creaturæ, cui noo obſtat idem eſſe obiectum formale, in quo omnes creaturæ iotelliguntur à Deo, & eſſe idem obiectum formale, io quo omnes creaturæ amaotur à Deo.

11. Differunt aotem volitio & intellectio primò, quoniam diuina iotellectio non habet pro ratione determioante aliam intellectiooem, niſi hoc neceſſariò poſtulet connexio ac dependentia veritatum, quæ intelliguotur. At verò vna dioina volitio poteſt eſſe ratio alterius, quamuis hoc non neceſſariò poſtuler rerum connexio: ſicut Incarnatio ex natura ſua non neceſſariò poſtulat remediom peccati originalis; & ramen huius remedij volitio potuit Deo eſſe ratio volendi Incarnationem. Hoc diſcrimen naſcitur ex libertate volitionis & oeceſſitate intellectioois.

Totum diſcrimē naſcitur ex libertate volitionis, & intellectionis neceſſitate.

12. Secundò differunt, nam volitionibus magis congruit accipere pro ratione alias volitiones, eo quod volitio ex ratiooe volitiools, quærit in obiecto volito bonitatem, & quando exiguam bonitatem habet ab intrinſeco, illam auget volitio, referendo illud obiectum ad aliud obiectum perfectiùs, prius volitum. Qua ratione perfectio volitionis diuinæ eſt, vt propterea velit permittere peccata, quia vult maiora bona inde colligere. Sed noo eſt perfectio diuini intellectus propterea ſcire peccata, quia ſcit maiorem gloriam inde eſſe colligendam. Nam perfectio intellectus non conſiſtit in hac ſubordinatione aut dependentia, niſi eam neceſſariò poſtulent veritates, vt dictum eſt: vide ſupra diſp. 6. ſect. 3. ad ſecundum cum coofirmationibus.

13. Ad octaoum Reſp. diſtinguendo minorem: Nihil creatum poteſt eſſe caoſa vel ratio diuinæ perfectionis oeceſſariæ præciſè quatenus perfectio neceſſaria eſt. Nihilominus aliquid creatum poteſt eſſe ratio, & quodammodo cauſa, propter quam eadem perfectio neceſſaria, manens prorſus eadem, realiter ac liberè tendat in hæc obiecta creata potius quàm in illa. Quod ſi vrgeas. Hæc realis ac libera reodentia ad creaturas eſt perfectio diuina, & non eſt alia perfectio, oiſi neceſſaria, Ergo creatura quæ fuerit ratio huius tendentiæ, erit ratio perfectionis neceſſariæ.

Inſtatur vrgendo.

14. *Soluitur.* Reſpondeo, negando conſequentiam, propter eminentiam infinitam huius volitionis, quæ licèt ſit perfectio neceſſaria; eſt etiam libera & realis tendeotia ad obiecta creata: vnde ſicut potuit Deus velle incarnari aut velle non incarnari, retenta eadem perfectione volitionis; ita potuit velle incarnari propter remedium præuiſi peccati, aut propter Incarnationis perfectionem independenter à peccato. Quare huius argumenti plenior ſolutio petenda erit ex dictis ſupra diſp. 53. præſertim ſect. 2. & 3.

15. Ad nonum Reſp. primò. Solus finis vltimus eſt prima ratio, non accipiens vim ab alia priori ratione. At verò media, quæ diliguntur, quaſi fines ſubordinati & intermedij, ſuot etiam rationes accipientes vim à prima ratione, & virtute primæ rationis mouentes ad alia media. Vnde non ſolum gratia finis vltimi facit aliquid Deus, ſed eriam facit aliquid gratia finis intermedij, vt per illum conſequatur vltimum finem: vide ſupra ſect. 4. probat. 1. Reſpond. ſecundò. Etiamſi aliqua creatura nullo modo ſit finis ſobordinatus & ſubalternos, ſed ſolummodo ſit medium infimum; habet in ſe rationem, ob quam à Deo amatur quaſi medium; habet enim honeſtatem, conuenienriam & proportionem ad finem: vt in ſect. 4. probat. 5. 6. & 7.

Fines ſubordinati vim accipiunt à prima ratione mouente.

Aliter etiam ſoluitur argumentum.

Ad primam confirmationem reſpondetur primò. Medium, in quantùm medium, amatur propter ſe ipſum, non qoidē quaſi propter obiectum formale, ſed quaſi obiectum materiale, quod propter intrinſecam honeſtatem, ac conuenientiam, aptum eſt vt deſeruiat ad finem. Reſpond. ſecundò. Deus creaturas aliquas nō ſolum amat, vt medium; ſed etiam vt fines ſubalternos aliarum creaturarum. Eodem modo reſpoodeo ad ſecundam confirmationem; nam diligere vtile, in quantum vtile, idem prorſus eſt, quod diligere medium, in quantum medium. 16.

Prima confirmationis ſolutio.

Secunda ſolutio.

SECTIO VI.

Corollarium de cauendis in amore, quo Deus ſe ipſum diligat propter creaturas, aut creaturas diligat propter ſe ipſas.

Ex dictis tam in præſenti diſputatione, quàm diſp. 3. ſect. 1. & 2. & diſp. 5. ſect. 3. & 5. deducitur, eſſe quædam euitanda circa dilectiones quaſdam recens inuentas à quibuſdam Theologis, in quibus ratio diuinæ volitionis aliter conſtituitur, quàm præſcribunt regulæ traditæ prædictis in locis. 1.

Primò námque dicunt, Deum amare ſe ipſum propter creaturas, tanquam propter finem *cui*. Probant autem primò, quoniam iuſti præter amorem charitatis, quo Deom diligunt propter ſe ipſum, poſſuot amare Deum propter retributionem & beatitudinem crearam; nam hic amor, licèt noo ſit amicitiæ, ſed concupiſcentiæ; non eſt inordinatus, ſed honeſtus: vt conſtat ex Tridentino ſect. 6. cap. 11. & can. 31. Quod ex profeſſo probauimus tractantes de charitate. 2.

Aliquorum placitum.

Nihilominùs refutatur, ſimul & ſoluitur, quia fallit hoc argumentum, quoniam actos humanus, licèt oon ſit inordinatus, poteſt eſſe imperfectus; ideóque licèt non repugnet homini iuſto, ſed potius illi conferat honeſtatem & laudem: Deo tamen repognat propter imperfectionem: ſicut aſſenſus diſcurſiuus inferens concluſionem ex principiis, laudabilis eſt in homine: repugoat autem Deo propter imperfectionē habendi pro ratione formali aliud obiectum, quàm ipſum Deum. Sic igitur ſupra diſp. 3. ſect. 1. & 2. præſertim corollario ſecundo demonſtratum eſt, nullam creaturam eſſe poſſe obiectum formale & vltimum finem diuinæ volitionis. 3.

Improbatur.

Plura in creaturis laudātur, quæ Deo repugnant.

Refutatur ſecundò, qoia deceptionis occaſio prædictis Aoctoribus eſt omiſſa diſtinctio duplicis modi reſpiciendi bonitatē Dei, tanquam vltimum finem; nam aliquando oon formaliter explicitè & io recto; ſed taotùm virtualiter implicitè & in obliquo reſpicitur diuina bonitas, tanquam vltimus finis; quod eoenit in amore concupiſcentiæ, quo Deus amatur ab homine iuſto propter retributionem, videlicet propter gratiam aut gloriam, aot aliud bonum creatum; huius enim amoris, vltimus finis, & obiectom formale dilectum io recto formaliter & explicitè, ſolummodo eſt bonum creatum: diuina quippe bonitas non eſt huius actus obiectum formale nec vltimus finis explicitè, formaliter & in recto; ſed tantum implicitè, virtualiter & in obliquo dilectus; quatenus gratia & gloria & alia 4.

Quid fuerit occaſio deceptionis prædicti placiti Authoribus.

multa

multa bona honeſta quidditatiuè diriguntur ad diuinam bonitatem, tanquam ad vltimum finem. Hic igitur modus amandi eſt imperfectus, quoniam in illo creatum bonum eſt obiectum formale, tribuens perfectionem, & conſtituens ſpeciem actus. Reſtat igitur alter ſolus amandi modus, cuius obiectum formale & vltimus finis explicitè formaliter & in recto dilectus, ſit diuina bonitas.

5. Poteſt autem in aliquo vero ſenſu concedi, Deum amare ſe ipſum propter creaturas, tanquam propter finem *cui*; quatenus Deus ſe ipſum vult iuſtis ac filiis propter bonum ipſorum, ita tamen vt huius volitionis explicitum & formale motiuum, & vltimus finis non in obliquo, ſed in recto ſit ipſa diuina bonitas.

6. *Obiiciunt.* Vnde ſoluitur aliud eorum argumentum, quoniam Deus, inquiunt, diligit ſe ipſum omnimodo, quo diligibilis eſt & amore dignus; ſed Deus eſt amore dignus, quia ſuis creaturis bonus eſt, tam vt cauſa efficiens, quàm vt vltimus finis & obiectum beatitudinis. Ergo ſe ipſum Deus hoc etiam modo diligit. *Reſponde.* Reſpondetur, concedendo totum; addendo tamen explicationem & temperamentum, vt Deus ſe ipſum eſſe amore dignum tanquam efficientem cauſam & obiectum beatificans homines, diligat propter infinitam bonitatem, tanquam propter obiectum formale, modo nuper explicato.

7. *Quorumdã placitũ falſũque doctrina.* Præcedenti falſitati affinis eſt altera dicens, poſſe Deum amare ſe ipſum propter creaturas, tanquam propter finem *qui*, ſiue inadæquatè, ſiue adæquatè. Appellat autẽ finẽ *qui*, bonũ illud, cuius gratia, ſeu propter quem mouetur Deus ad amorem. Dicit autem ad hunc amorem moueri Deum propter honeſtatem intrinſecam creaturis, tanquam propter rationẽ formalem. Fatetur autem, hunc amorem eſſe minùs perfectum alio; ſed negat, eſſe imperfectum & indignum Deo.

8. *Huius opinationis primum fulcimentum.* Primum argumentum eſt, quia Deus amat ſuam omnipotentiam, miſericordiam & liberalitatem propter gratiam homini conferendam. *Secundum.* Secundum argumentum, quia vera ratio amicitiæ requirit, vt finis *cuius gratia*, ſit ipſe amicus: Deus autem Angelos & homines proſequitur amore amicitiæ. *Tertium.* Tertium argumentum, quoniam hunc dilectionis modum exigunt in Deo virtutes morales miſericordiæ atque iuſtitiæ.

9. *In quo poſita ſit huius doctrinæ falſitas.* Alia multa prætermitto, quoniam ſatis erit generaliter admonere, falſitatem huius doctrinæ in eo tantum conſiſtere, quod admittat in Deo actum, cuius obiectum formale, primariũmque motiuum & vltimus finis explicitè formaliter & in recto dilectus, ſit aliquod bonum creatum, quod ſæpius refutatum eſt.

10. Ad primum igitur argum. Reſp. Deus amat ſuam omnipotentiam, miſericordiam & liberalitatem propter gratiam & gloriam homini conferendam, tanquam propter ſecundarium & materiale obiectum, quod diligitur propter aliud obiectum primarium & formale, videlicet, infinitam Dei bonitatem.

11. *Notandum diſcrimẽ inter charitatẽ Dei erga homines, & hominum erga Deum.* Ad ſecundùm magis ex profeſſo diximus de charitate tractantes. Eſt enim diſcrimen maximum inter charitatem Dei erga homines, & charitatem hominum erga Deum: quod diſcrimen prouenit ex vniuerſali ratione amicitiæ, copulata cum peculiari dignitate Dei. Generalis enim amicitiæ ratio primariò tanquam obiectum formale, reſpicit bonum honeſtum amici, propter quod illum diligit. Vnde quia Deus ipſe ſolus eſt maximum bonum honeſtum omnium creaturarum rationalium; ideo Dei amicitia primariò tanquam obiectum formale, reſpicit ſuam ipſius bonitatem, tanquam maximum bonum honeſtum ſuorum amicorũ, propter quod ipſos diligit. Eadem autem ratione creata charitas hominum & Angelorum primariò, tanquam obiectum formale reſpicit infinitam Dei bonitatem.

Ad tertium Reſp. Iuſtitia, miſericordia, veracitas, liberalitas & quæcumque aliæ vocantur virtutes morales, in Deo non diſtinguũtur quaſi ratione ſpecifica propter diſtinctum obiectum formale; ſed diſtinguuntur tantummodo, quaſi partes extenſionis materialis ſub eodem obiecto formali, quemadmodum explicuimus diſput. 5. ſect. 6. verſùs finem. 12. *Inſinuatur diſtinctionis modus, inter diuinas virtutes morales repertus.*

DE ORDINE AC DEPENDENTIA DIVINARVM Volitionum ab inuicem, & ab intellectionibus, diſputari ſolet in præſenti art. 5. Sed hæc doctrina percipietur facilius poſt explicatam multiplicem volitionem, & vniuſcuiuſque proprietatẽ infra d. 22. & ſeq.

ARTIC. VI.

Vtrùm voluntas Dei ſemper impleatur.

HIc articulus commodius explicabitur, poſtquam explicatum fuerit diſcrimen inter voluntatem ſigni & beneplaciti, infra diſp. 18.

ARTIC. VII.

Vtrùm voluntas Dei ſit mutabilis.

DISPVTATIO XVI.

Quouſque neceſſaria ſit immutabilis conſtantia diuinæ volitionis.

SECTIO I.

Probatur immutabilitas illius.

PRIMARIA conclusio de fide. Volitio diuina eſt prorſus immutabilis. Quã immutabilitatem ſic explicat D. Thom. vt impoſſibile ſit, Deum incipere velle, quod priùs non voluit, vel deſinere velle quod prius voluit. Vnde ex ſuppoſitione; quòd Deus ſemel decreuerit aliquam rem facere pro aliquo tempore, implicat contradictionem velle non facere eandẽ rem pro eodẽ tẽpore, aut reuocare decretum, etiam re integra antequã operi mandatũ ſit. 1. *Dei immutabilitatem docet fides.*

Probatur primò ex Scriptura Num. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur.* Primò Reg. 15. *Triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam.* 2. *Numer. 23. 1. Reg. 15.*

De immutabilitate decreti reparandi genus humanum Malachiæ 3. *Ego Dominus, & non mutor.* Prouerb. 19. *Multæ cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini in æternum manet.* 3. *Malach. 3. Prouerb. 19.*

Colligitur præterea ex Ioan. cap. 10. illis potiſſimum verbis: *Ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus* 4. *Ioan. 10.*

Digitized by Google

nibus eſt: & *nemo poteſt rapere de manu Patris mei:* Poterit autē fur aut lupus oues rapere de manu Filij & Patris,& conſequenter prædeſtinationis non erit infallibilis certitudo & inſuperabilis efficacia, quam prædicta Redemptoris verba ſignificant:ſi poteſt Deus aperire manum & oues propria ſponte dimittere rapiendas à lupis.Quapropter ad hoc probandum valent quæ circa prædicta verba Ioannis ponderant Auguſtinus tract. 48. in Ioan.prope med.Proſper ad caput Gall.8.poſt med.& lib.1.de vocat.Gentium cap. 24.ad fin.& lib.2.cap.29.ſub init.

Alioquin prædeſtinationis infallibilitas ac modo auferretur.

5\. *Hebræ.6.* Confirmatur primò, nam ad Hebræos 6. *Omnis controuerſiæ eorum finis,ad confirmationem, eſt iuramentum. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui,interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum,fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.*

6\. Vbi ponderandum eſt duas res immobiles, videlicet, promiſſionem & iuramentum, non fuiſſe deſtinatas ad conferendam immobilitatem diuino conſilio;ſed ad oſtendendam immobilitatem, inuariabilitatem & immutabilitatem, quam à ſe ipſo neceſſariò vēdicat diuinum conſilium:atque inſuper ad denotandam peculiarem vim & proprietatem alicuius prædictionis quæ non ſit comminatoria,variabiliſque quantum ad exteriorem diſpoſitionem, ſed firma ſit & inuariabilis,tanquam diuino conſilio conſtituta.Ideo

S.Thomas. S.Thomas Hebr.6.lect.4.propius ad med.quàm ad fin.*Sciendum eſt*, inquit, *quòd in his quæ à Deo procedunt,duo ſunt conſideranda, ſcilicet, ipſe proceſſus rerum, & conſilium Dei à quo talis proceſſus cauſatur. Conſilium Dei eſt omnino immobile. Eſai. 46. Conſilium meum ſtabit; & omnis voluntas mea fiet. Sed diſpoſitio eſt bene mutabilis. Nam Dominus aliquando pronuntiat aliquid ſecundùm quod exigit ordo & proceſſus rerum.* Quod membrum poſtquàm cōfirmauit Eſaiæ 31.Ionę 3.&Hier.18.ſubiungit ſecundum membrum.*Quādoque verò pronuntiatur aliquid,ſecundum quod reſpicit conſilium Dei æternum:& ſuper hoc Deus numquā pœnitet nec illud retrahit 1.Reg.15. Triumphator in Iſrael non parcet,& pœnitudine non flectetur. Tamen ſciendum eſt, quòd quandocumque Dominus promittit aliquid ſub iuramento,eſt prophetia prædeſtinationis,quæ eſt oſtenſiua diuini conſilij: & iſta promiſſio penitus immutabilis eſt.*

7\. *2.Timoth.2.* Confirmatur ſecundò verbis Apoſtoli 2. ad Timoth.2. *Firmum fundamentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc, cognouit Dominus qui ſunt eius.* Quod de immutabili firmitate prædeſtinationis æternæ intelligit Auguſtinus li.20.de Ciuit.cap. 7.& 8. & lib. 5. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.17.& tract. 45.in Ioan. col. 2. & tract. 48. poſt med.tractans illud Ioannis 10.*Proprias oues vocat nominatim.* Et lib. de correp. & gratia cap. 7.prope fin. Atque tres Gloſſæ ad prædicta verba 2.ad Timoth.2.

Ioan 10.

8\. *Cur Scriptura ſæpe verbis vtatur de præteritum futuris prædicendis.* Confirmatur tertiò,nam Scriptura ſacra propterea verbis præteriti temporis vtitur multoties ad prædicenda futura, quoniam intendit ſignificare, de illis rebus decretum eſſe penitus immutabile apud Deum, quemadmodum præteritum eſt penitus immutabile. Quod obſeruāt Hieronym.Ephes. 2. ad illud *Conreſuſcitauit, & & conſedere fecit.* Theophyl. in id Oſeæ 5.*In die redargutionis monſtraui tibi.* Leo Magn.ſerm. 16. de Paſſione cap.2.Anſelmus de concordia liberi arbit.cum prædeſt.col.5.& 6. dum ponderat illud Roman. 8. *Quos præſciuit & prædeſtinauit.* Quorum teſtimonia retuli tomo præcedenti de Scientia diſp.31.ſect.4.

Epheſ.2. Oſea 5.

Pertinent ad idem probandum quæ plurimi Patres notant ponderantes illud Iſaiæ 45. iuxta Septuag. *Qui fecit ventura.* Quæ poſuimus in eodem tomo de Scientia diſp.25.ſect.4. Vide quæ paulò inferiùs referemus ex Bernardo ſerm. 68. in Cant.

Poſtremò,cum Dei voluntas ſit eius eſſe(ſicut probatū eſt diſp.1.ſect. 3.) valet ad immutabilitatem diuinæ voluntatis oſtendendam quod de immutabilitate Diuinitatis aſſeritur Iacob.1.*Apud quem non eſt transmutatio neque viciſſitudinis obumbratio.* Quod potiſſimum ad voluntatem referre videtur Apoſtolus. Agit enim de donis, quibus nos Deus *voluntariè genuit.* 9.

Quæ diuinæ eſſentiæ immutabilitatē probant, vim habent, ad diuinæ voluntatis immutabilitatem adſtruendam.

Iacobi 1.

Probatur ſecundò teſtimoniis ſimul & rationibus ſanctorum Patrum, quarum prima nititur eodem fundamento,quo præcedens ex Scriptura, quia cum eſſe Dei quidditatiuè ſit æternum, voluntas autem quælibet ſit ipſum eſſe Dei; voluntas quælibet erit æterna. Rurſus de ratione æternitatis eſt immutabilitas, ſicut Auguſtinus ratiocinatur lib.12.Confeſſion. cap.15. à princ.*Num dicetis falſa eſſe, quæ mihi veritas voce forti in aurem interiorem dicit de vera æternitate creatoris, quòd nequaquam eius ſubſtantia per tempora varietur, nec eius voluntas extra eius ſubſtantiam ſit? Vnde non eum modo velle hoc, modo velle illud, ſed ſemel & ſimul & ſemper velle omnia quæ vult,non iterum & iterum,neque nunc iſta nunc illa, nec velle poſtea quod nolebat,aut nolle quod prius volebat: quia talis voluntas mutabilis eſt,& omne mutabile æternum non eſt. Deus autem noſter æternus eſt. Item quod mihi dicitur in aurem interiorem, expectatio rerum venturarum fit contuitus cum venerint, idemque contuitus fit memoria, cum præterierint: omnis porro intentio quæ ita variatur, mutabilis eſt, & omne mutabile æternum non eſt, Deus autem noſter æternus eſt. Hæc colligo atque coniungo, & inuenio Deum meum, Deum æternum, non aliqua noua voluntate condidiſſe creaturam, nec ſcientiam eius tranſitorium aliquid pati.* 10.

Auguſtinus.

Confirmatur, quia mutatio quælibet genus quoddam mortis eſt, ideóque conſtantia & immutabilitas volitionis eſt pars immortalitatis. Quam rationem breuiter attigit Chryſoſtomus in Ioan.cap.1.hom. 10. propius ad med. quàm ad fin.dicens:*Longè enim ab immortali illa natura eſt tranſmutatio. Vnde Propheta: Omnes,inquit, vt veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Hæc enim ſubſtantia omni mutatione ſuperior.* 11.

Chryſoſtom.

Gregorius lib. 25.moral.cap.4.ante med.*Omnis,ait, immutatio velut quædam mortis imitatio eſt. Id enim,quod mutat,quaſi ab eo,quod erat interficit: vt deſinat eſſe quod fuit, & incipiat eſſe quod non fuit. Lumen igitur verum, creator, videlicet noſter, quia nulla mutabilitatis viciſſitudine tenebreſcit,nullis naturæ ſuæ defectibus obumbratur,ſed eius eſſe ſine mutabilitate fulgere eſt,tenebra vel vmbra mortis dicitur,ei non ineſſe.Vnde alias ſcriptum eſt: Qui ſolus habet immortalitatem,& lucem habitat inacceſſibilem.* 12.

Magis explicuit hanc rationem Bernardus ſerm.81.in Cantica prope med.dicens:*In tantum* 13.

Bernardus. 1.Timoth 6.

ſuper

Digitized by Google

Malac. 3. *ſuperexcellit immortalitas Deitatis, vt Apoſtolus dicat de Deo: Qui ſolus habet immortalitatem. Quod ego reor pro eo dictum, quod ſolus ſit naturæ incommutabilis Deus, qui ait: Ego Dominus & non mutor. Vera namque & integra immortalitas tam non reſpicit mutationem, quam nec finem, quòd omnis mutatio quædam mortis imitatio ſit: omne etenim quod mutatur, dum de vno ad aliud tranſit eſſe, quodammodo neceſſe eſt moriatur, quod eſt, vbi eſſe incipiat, quod non eſt. Quod ſi tot mortes quot mutationes vbi immortalitas?* & paucis interpoſitis: *Verum cùm conſtet ſuis affectibus mutari eam, agnoſcat ita ſe Deo in immortalitate ſimilem, vt ſciat ſibi deeſſe non modicam immortalitatis partem, ſoli cedens abſolutam, perfectámque immortalitatem, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Conſtat igitur apud Bernardum, affectuum mutationem eſſe contrariam perfectiſſimæ immortalitati.

14. Non diſſimilis eſt ratio, qua Bernardus vtitur ſermone 68. in Cant. inter med. & finem. *Nam &* Bernardus. *de meritis*, ait, *quid ſolicitus ſit, cui de propoſito Dei firmior ſuppetit ſecuriórque glorìandi ratio? Non poteſt ſe ipſum negare Deus, neque non facere, quæ* Iſai, 45. *iam fecit, vt ſcriptum eſt, qui fecit, quæ futura ſunt: Faciet, faciet, nec deerit ſuo propoſito Deus. Sic non eſt quod iam quæras, quibus meritis ſperemus bona, præſertim cùm audias apud Prophetam: Non propter vos, ſed propter me, ego faciam, dicit Dominus.*

15. Ad eandem æternitatem & incommutabilitatem diuinæ ſubſtantiæ recurrunt Auguſtinus & alij Patres vt inferant incommutabilitatem liberi decreti. Auguſtinus enim lib. 12. de ciuitate Auguſtinus. cap. 17. poſt med. præter alia dicit; *Nobis autem fas non eſt credere aliter Deum affici, cùm vacat, aliter cum operatur, quia nec affici dicendus eſt, tanquã in eius natura fiat aliquid, quod non ante fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile eſt omne, quod aliquid patitur.* Et poſt pauca, *Poteſt ad opus nouum non nouum, ſed ſempiternum adhibere conſilium, nec pœnitẽdo, quia prius ceſſauerat, cœpit facere quod non fecerat. Sed & ſi prius ceſſauit, & poſterius operatus eſt: hoc proculdubio quod dicitur prius & poſterius, in rebus prius non exiſtentibus, & poſterius exiſtentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentem, altera ſubſequens mutauit aut abſtulit voluntatem, ſed vna eademque ſempiterna & immutabili voluntate res, quas condidit, & vt prius non eſſent, egit, quamdiu non fuerunt, & vt poſterius eſſent, quando eſſe cœperunt.*

16. Idem lib. 3. de Trinitate cap. 3. ad finem quod Pſalmo 121. canitur, *Cuius participatio eius in id ipſum*, exponens ait: *Idipſum hoc loco, illud ſummum* Pſal. 101. *& incommutabile bonum intelligitur, quod Deus eſt, atque ſapientia, voluntaſque ipſius Cui cantatur alio loco; Mutabis ea & mutabuntur, tu verò idem ipſe es.* Atque ſequenti cap. 4. poſt med. repetit immutabilitatem diuinæ voluntatis, quam etiam vnico verbo tradit in Enchiridio cap. 95. verſus finem.

17. 1. Corint. 15. Hilarius lib. 11. de Trinit. col. penultima ait: *Quo igitur curæ plenitudinis profectu, vt per tempus adhuc Deus omnia in omnibus ſit? vel vnde* Sic habet. *iumet, extra quem nihil eſt? Nihil autem ita vt ſemper ipſe ſit. Et qui ipſe ſemper eſt, extra quem nihil eſt, quo incremento explendus eſt; vel quo augmento demutandus* Malac. 3. *eſt, dicens: Ego ſum & non demutor? cùm non relinquatur vel ad demutationem locus, vel ad profectum cauſa, vel ad æternitatem ulterius, vel ad Deum aliud præter quam Deus ipſe eſt?* & poſt pauca: *Manet itaque, vt eſt, ſemper Deus. &c.*

Clarius autem ad voluntatis affectus æternitatem & immutabilitatem refert ad Pſalm. 2. exponens illud: *Tunc loquetur ad eos in ira ſua,* 18. Pſalm. 2. *Nihil* ait, *in æterna illum & perfectũ naturã nouum incidit, neq; qui ita eſt, vt qualis eſt, talis & ſẽper ſit, ne aliquando non idẽ ſit, poteſt effici aliquid aliud eſſe, quàm ſemper eſt. Terrena iſtud imperfectaque cauſæ habent generis, vt demutabiles ſint conuerſione naturæ, cum lætitia mœror, placabilitatem ira, beneuolẽtiam offenſa. &c.* Cõnumeratis aliis mutationibus affectuum humanorum, adiungit è contrariò. *Deus autem beatus atque perfectus profectu non eget, cui nihil deeſt: demutatione non nouus eſt, qui origine caret. Ipſe eſt, qui quod eſt, non aliunde eſt, in ſeſe eſt, ſecum eſt, ad ſe eſt, ſuus ſibi eſt, & ipſe ſibi omnia eſt, carens omni demutatione nouitatis: qui nihil aliud, quod in ſe poſſet incidere, per id, quod ipſe ſibi totum totus eſt, reliquit.*

19. Gregorius lib. 16. Moral. cap. 17. ad illud Iob 23. *Et nemo auertere poteſt cogitationem eius. Sicut* Iob 23. *enim* ait, *immutabilis natura eſt, ita immutabilis cogitatione. Cogitationem quippe eius nullus auertit: quia nemo reſiſtere occultis eius iudiciis præualet.* & poſt pauca: *Semel fixa iudicia mutari nequaquam poſſunt, Vnde ſcriptum eſt: Præceptum poſuit, & non præteribit. &c. Cum ergo exterius mutari videtur* Pſalm. 148. *ſententia, interius conſilium non mutatur: quia de vna quaque re immutabiliter intus conſtituitur, quicquid foris mutabiliter agitur.* Similia ſcripſerat lib. 2. moral. cap. 14. ſub init.

20. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 12. ſub init. ponderans ſupradicta verba Iſaiæ 45. *Qui fecit quæ ventura ſunt,* ait; *In illa quippe immobilitate conſilij ſui ſecundum bonũ placitum eius quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt. In ipſo ex æternitate diſpoſitionis ſuæ, in prædeſtinatione iam fecit, quæcumque effectu operis ſui tempore congruo faciẽda diſpoſuit. Sicut enim omne creaturis opus ſine initio non potuit, nec poteſt fieri: ſic illa ſempiterna voluntas eius nunquam mutabilitati ſubiacet, quia initium exiſtendi non habet. Quod autem ſemper ſic eſt, vt eſſe non cœperit: proculdubio ſic eſt, vt id quod eſt, non eſſe non poſſit. Vera igitur immutabilitas, dignè vera vocatur æternitas.*

21. Proſper epigrammate 41. ſic diuini conſilij conſtantiam immutabilem ex æternitate & immenſitate diuinæ ſubſtantiæ deducit.

Lex æterna Dei ſtabilis regit omnia nutu,
Nec mutat vario tempore conſilium.
Vt locis præſens ſimul eſt Deus omnibus vnus,
Sic rerum metas ſecum habet & numeros.
Nec ſerum, aut properum ſibi ſentit in ordine rerum
Cui cuncta aſſiſtunt acta & agenda ſimul.

22. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 1. *Quid eſt,* inquit, *Dei immortalitas, niſi eius incommutabilitas? Nam & Angeli & animæ immortales ſunt, ſed immutabiles non ſunt. Ideóque ſolus Deus dicitur immortalis, quia ſolus incommutabilis eſt.* & paulò inferius: *Opus non conſilium apud Deum credimus mutari: nec variari eum, quia per varia tempora diuerſa præcipit: ſed manens idem incommutabilis, & æternus, quid cuique congruum eſſet tempori ab ipſa tamen æternitate in eius manſit diſpoſitione conſilij.*

23. Damaſcenus item ad eandem æternitatẽ recurrit, tanquam ad fontem immutabilitatis dialogo contra Manichæos multò propius ad med. quàm ad princip. dicens: *Dei voluntas bona eſt immutabilis, ſemper eodem modo ſe habens.* & non longè poſt med.

med. *Quo fit vt Deus ſolus immutabilis ſit, vtpote increatus ac ſempiternus.* Similia ſcribit pagina antepenultima eiuſdem Dialogi. Rurſus oratione 1. de imaginibus pag. 3. *Conſilium*, inquit, *æternum ſe habet ſemper eodem modo. Immutabilis eſt omnino Deus, in quo nulla eſt commutatio, aut viciſſitudinis obumbratio.* Continuóque confirmat teſtimonio Dionyſij: *Omnia à Deo præfinita & ſine vlla commutatione futura.*

24. Rationem aliam ex prauitate collectam atque fortaſſis acceptam ex Ariſtotele (quem paulò inferiùs referemus) tradit Gregorius Nyſſenus tract. 2. in Pſalmos cap. 4. init. *Nyſſenus.* *Inſcriptio, pro his qui commutabuntur, hunc mihi videtur habere ſenſum, ſolam diuinam naturam omnis conuerſionis & mutationis expertem eſſe: non enim eſt, ad quod mutatione vtatur, cùm in vniuerſum non ſit capax mali, ad id verò, quod melius eſt, tranſmutari nequeat; nam nullum bonum eſt, propter quod in eam mutatio cadat. Nos verò homines in mutatione & alteratione poſiti ſecundum vtrumque per facultatem & vim transmutatricem deteriores & meliores reddimur.*

25. Idem libro de Opificio hominis cap. 21. ſub init. *Dei conſilium*, inquit, *in omnibus rebus perpetuò immutabilitatem ſuam retinet: noſtra verò natura mutationibus obnoxia, ne in malo quidem conſtanter perſiſtit. Quod enim ſemper mouetur, ſi quidem ad bonum progreditur, propter ipſius rei, quam veluti peragrare conatur, infinitatem, nunquam vlterius contendere deſinit.*

26. *Ambroſius.* Non aliter ex negatione prauitatis immutabilitatem voluntatis deducit Ambroſius in Pſalm. 61. in medio commentarij, cùm ait: *Immobilis, dicitur qui ſeruat immobilem voluntatem, & propoſitum aliquod intentione animi fidelis exequitur. Nam & Dei immobilem voluntatem legimus: ſicut habes ad Hebræos: in quo amplius Deus oſtendere volens hæredibus repromiſſionis immobilitatem voluntatis ſuæ, interpoſuit iuſiurandum. Rectè ergo immobilis voluntas Dei, quæ nullius peccati mouetur illecebris.* *Hebr. 6.*

27. Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo*, cap. 5. versùs finem tradit immutabilitatem decreti neceſſariò conuenire Deo. Deinde cap. 16. poſt med. immutabilitatem volũtatis, qua Deus voluit Chriſtum mori deducit ex eo, quod Deus non potuit non eſſe quod eſt. Atque in eodem argumento verſatur ſequenti cap. 17. & 18. Præterea lib. de concordia præſcientiæ cum libero arbitrio cap. 1. poſt med. tractans illud Iob 14. *Iob 14.* *Conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt, Quoniam Deus*, inquit, *non fallitur, nec videt, niſi veritatem ſiue ex libertate, ſiue ex neceſſitate veniat, dicitur conſtituiſſe apud ſe immutabiliter, quod apud homines priuſquam fiat, mutare poteſt.* Et poſt pauca: *Hoc propoſitum ſecundum quod vocati ſunt ſancti, in æternitate, in qua non eſt præteritum vel futurum, ſed tantum præſens immutabile eſt, ſed in ipſis hominibus ex libertate arbitrij aliquando eſt mutabile. Sicut enim quamuis in æternitate non fuit, aut erit aliquid, ſed tantum eſt: & tamen in tempore fuit & erit aliquid ſine repugnantia: ita quod in æternitate mutari nequit in tempore aliquando, per liberam voluntatem antequam fit, eſſe mutabile probabitur abſque inconuenientia: quamuis ibi nihil ſit niſi præſens. &c.*

28. Ricardus Victorinus lib. 2. de Trinit. cap. 24. *Qui verè immutabilis eſt*, inquit, *velle ſuum variare non poteſt. Quod ergo ſemel voluit, ſemper voluit.*

Colligitur etiam ex Dionyſio cap. 4. de diuinis nominibus inter princip. & med. aſſerente diuinæ pulchritudinis immutabilitatem. Pertinet autem ad pulchritudinem, volitionis honeſtas atque conſtantia. S. Maximus centuria 8. cap. 88. apud Cypariſſiotum decade 8. parum à principio dicit, in Deo *motum amatorium boni eſſe ſimplicem & immobilem.* 29. *Maximus.*

Præterea colligitur ex Patribus aſſerentibus, Deum eſſe incapacem pœnitentiæ, quorum aliquos citabimus ſect. 4. ad 2. Colligitur denique ex Patribus aſſerentibus, immutabilitatem diuinæ ſcientiæ, nam eius immutabilitas infert immutabilitatem liberæ volitionis: vt conſtabit ſec. ſequenti. Sunt autem hi Patres Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 13. in med. & de prædeſtin. & gratia cap. 5. ad finem, & lib. 2. ad Simplici. q. 2. parum à principio, & lib. 11. de Ciuit. cap. 21. inter princ. & med. Boëtius de conſolatione lib. 5. proſa vltima prope finem. Hugo Victor. lib. 1. de Sacramentis p. 2. cap. 14. 18. & 22. & in quæſtionibus circa epiſtolam ad Rom. q. 219. & 220. 30.

Accedat vltimus Ariſtoteles lib. 7. Ethic. cap. 14. fine dicens: *Quod ſi alicuius natura ſit ſimplex, ſemper eadem operatio iucundiſſima erit. Idcirco Deus vna ſemper ſimplicique gaudet voluptate. Non enim ſolùm motionis eſt operatio, ſed & immobilitatis: & voluptas in quiete potiùs, quàm in motu conſiſtit: mutatio verò omnium dulciſſimum eſt ſecundum poëtam, ob prauitatem quandam. Vt enim homo prauus facilè eſt mutabilis, ſic & natura praua eſt ea, quæ indiget mutatione. Non eſt enim ſimplex, nec bona.* 31. *Ariſtoteles.*

SECTIO II.

Ratio S. Thomæ defenditur, & ampliatur dogma prædictum.

Diuinæ volitionis immutabilitatem S. Thomas in præſenti artic. 7. probat hac ratione. Mutatio voluntatis non poteſt Deo accidere propter mutationem diſpoſitionis, ſicut mutato corpore noſtro à frigore in calorem, vel à nauſea in famem, mutamus volitionem veſtium, aut ciborum. Neque poteſt Deo accidere mutatio voluntatis propter mutationem cognitionis, eo quod de nouo cognoſcat, ſibi aliquid eſſe bonũ, cum priùs ignoraſſet. Ergo nullo modo poteſt Deo conuenire mutatio. 1.

Contra hanc rationem Vaſquez hoc artic. 7. Valent. q. 19. punct. 4. poſt aſſertionem 3. Suar. in metaphy. diſp. 30. ſect. 9. num. 57. Sic obiiciunt. Deus ſine varia diſpoſitione ſuæ ſubſtantiæ, & ſine varia cognitione, pòtuit ab æterno habere varias volitiones; ſicut potuit velle creare alium mundum, & non creare hunc. Ergo eadem diſpoſitio ſubſtantiæ Dei, eadémque cognitio ſatis erit, vt in tempore velit creare alium mundum, quamuis ab æterno id non voluerit, neque opus erit variari diſpoſitionem, aut cognitionem. 2. *Ea quæ militant contra S. Thomæ rationem.*

Confirmatur, quia ſola libertas voluntatis ſufficiens eſt, vt in vtramque partem contradictionis liberè ſe flectat, manente eadem cognitione & diſpoſitione; alioqui dicendum eſt, tam diuinam quàm creatam voluntatem neceſſitari à ſua cognitione, contra ſupradicta diſputat. 7. ſection. 6. 3.

Ad principale argumentum negatur conſe- 4.

quentia,quia ſi Deus nõ præuidit ab æteruo ſuæ voluntatis mutationem futuram in tempore;iam ſupponitur in Deo præceſſiſſe ignorantia ſuæ mutationis futuræ, & poſtea aduenire ſcientia eiuſdem mutationis iam præſentis. Contra verò ſi Deus præuidit ab æterno ſuam mutationem futuram in tempore, & ea præuiſione non obſtante, voluit efficaci volitione decernere idipſum, quod ſciebat eſſe reuocandum, antequam executioni mandaretur totum vel aliqua pars illius:hoc ipſum foret Deum negare ſe ipſum,decernendo abſoluta volitione,quod ſciebat,ſe authore, non eſſe explendum: quæ imperfectio ne hominibus quidem contingeret,quando citra paſſionem deliberant.

Diluitur principale argumẽtum Abſurda, & imperfectiones.

5. Similis etiam imperfectio foret,ſi Deus in futurum tempus reſeruaret decretum liberum; cùm ab æterno potuiſſet ſimul & ſemel decernere de omnibus; & cum præſciret quid decernendum eſſet à ſe ipſo in tempore futuro. Vnde tota vis rationis D.Thomæ reuocanda eſt ad immutabilitatem cognitionis, præſertim cùm noſtræ diſpoſitiones corporis & animi non cauſent varietatem noſtrarum volitionum:niſi quatenus prius cauſant varietatem cognitionis noſtræ, eo quòd mutatum eſt obiectum & mutata eſt noſtra imaginatiua & intellectus, de quo dixi prima ſecund.q.77.artic.1.Ad hanc rationem confirmandam faciunt omnia, quæ ad probandam inuariabilitatem diuinæ ſcientiæ dicta ſunt præced.tom.de Scient.Dei diſp.37.

Si in futurũ tempus ſuum liberũ decretum reſeruaret Deus,imperfectio in ipſo argueretur.

6. Ad confirmationem Reſp. Manente eadem cognitione atque diſpoſitione, manet ſemper in Deo libertas ad idem obiectum habens eandem rationem boni: inſuper ad obiectum habens adiunctam rationem mali,manet eadem repugnantia in diuina volitione, idque ex vi cognitionis diuinæ. Atqui Deus ab æterno cognouit,honeſtum eſſe ac liberum ſibi creare vel non creare; inſuper cognouit,turpe ſibi eſſe non ſtatuere ab æterno quidquid facturus eſſet,vel non facturus in tempore,omittendo aliquod decretum, quod denuo in tempore foret ſtatuendum. Præterea cognouit eſſe turpiſſimum omittere creationem, poſtquam ſemel eam decreuiſſet; aut poſtquam decreuiſſet omittere creationem turpiſſimum eſſe creare. Ac proinde idem intellectus,qui Deo proponit quaſi eligibilem vtramque partem contradictionis,quoad primam electionem ab æterno faciendam; proponit etiam quaſi turpe & indignum Deo quodcumque obiectum ex ſuppoſitione,quod oppoſitum iam ſit à Deo ſtabilitum ab æterno.

7. Ex his colligo, prædictam rationem D.Thomæ non ſolum eſſe firmam & efficacem, ſed etiam valde præferendam alteri rationi, quam præcipuam exiſtimant Vaſquez & Valent. ſupra citati. Qui,Dei voluntatem eſſe immutabilem,ita probant: Diuina volitio libera eſt ipſa realis perfectio, quæ neceſſaria eſt Deo, ſupra quam ſolum addit reſpectum rationis, ſiue denominationem extrinſecam à rebus futuris. At mutatio in diuinam voluntatem cadere non poteſt,qua parte eſt realitas & perfectio ſimpliciter neceſſaria: vt conſtat ex terminis. Reſtat igitur vt mutatio ſolummodo ſit quoad reſpectum rationis, ſiue denominationem extrinſecam à rebus futuris. Hęc autem denominatio mutari non poteſt,quia quæcumque res ſunt futuræ, ab æterno ſunt futuræ; ita vt contradictionem implicet,in tempore denuo incipere aliquid eſſe futurum, quod ab æterno non fuiſſet futurum: & multò minùs variari poteſt eadem denominatio poſtquam creatura, quæ erat futura, iam eſt præſens vel præterita:tunc enim impoſſibile eſt non fuiſſe obiectum diuinæ volitionis à quo accipit extrinſecam denominationem.

Anteſertur S. Thomæ ratio.

Hæc tamen ratio, vel ſupponit falſum, vel ſupponit id ipſum quod probandum eſt. Nam quamuis quæcumque res ſunt futuræ, ab æterno & immutabiliter ſint futuræ: nihilòminus ſola rerum futuritio non eſt ſufficiens, conferre Deo illum reſpectum aut denominationem extrinſecam volitionis liberæ, quoniam hæc præcipuè ac radicaliter prouenit ab eminenti, & reali tendentia libera diuinæ volitionis: vt probauimus diſput.11.12.& 13. Quare in hac ratione reſtabat probandum, quod hæc realis tendentia eminens & libera volitionis diuinæ ad creaturas non poſſit denuo incipere in tempore, ſed neceſſariò & immutabiliter ſit ab æterno. 8.

Vel falſum ſupponunt oppoſiti Doctores, vel ſupponunt, quod probare oportebat,

Ex his deducitur ampliatio primariæ concluſionis, poſitæ initio ſectionis præcedentis, quæ ſit ſecunda concluſio:immutabilis eſt quæcumque diuina voluntas,nulla excepta. Quare voluntas antecedens & conſequens, voluntas ſigni & beneplaciti, voluntas complacentiæ & efficax,voluntas abſoluta & conditionata, voluntas efficiendi aut permittendi,amor & odium, & ſi quæ ſunt aliæ differentiæ voluntatis diuinæ, omnes ſunt immutabiles; quoniam in quacumque volitione Dei foret imperfectio & mutabilitas propter rationes ſuperius dictas. 9.

2. Concluſio

Omnes diuinæ volitiones immutabiles ſunt.

SECTIO III.

Vtrum diuinæ ſubſtantiæ mutabilitas ſequeretur ex mutabilitate liberæ volitionis.

NEgant docti recentiores,inter quos eſt Vaſquez ad præſentem articul.7. & fauere videtur Suar. in metaphyſ. diſput. 30. ſection.9. numer.53. & ſequentibus, ad quam ſe remittit lib.3.de attribut.cap.6.num.12.Non nihil etiam fauet Fonſeca lib.7.metaph.cap.8.q.5.ſect.6. & 7.quamuis multò verius Suares & Fonſeca poſſint adduci pro contraria ſententia inferius explicanda. 1.

Negatiua ſententia.

Primum argumentum eſt, quia per volitionem liberam nulla realis perfectio, ſiue realis formalitas Deo additur,neque detrahitur,ſed ſola denominatio extrinſeca, ſiue relatio rationis, ſupra diſp.13. Ergo quamuis mutaretur libera volitio Dei; nihilominus ſubſtantia Dei nullo modo mutaretur,neque realiter accipiendo, aut amittendo perfectionem realiter diſtinctam à ſe, neque ſecundùm rationem accipiendo,vel amittendo perfectionem realem, ſola ratione diſtinctam à ſe. 2.

Confirmatur, nam relationes rationis, & denominationes extrinſecæ ſingulis momentis Deo adueniunt ſine Dei mutatione (ſicut relatio Domini & Creatoris) vnde ſimiliter ſine Dei mutatione aduenire poſſent relationes rationis,quas ſuperaddunt volitiones liberæ.

Sine Dei mutatione denominationes Deo extrinſeca denominationes adueniunt.

Secundum argumentum. Quamuis Deus ab æterno fuiſſet ſine volitione creãdi Michaelẽ,ſed 3.

cum

Digitized by Google

eum volitione oon ereandi Michaëlem; nihil perfectionis defuiſſet Deo. Ergo quamuis in tempore depoſuiſſet volitionem creandi Michaëlem; nihil perfectioois deponeret. Ergo non mutaretur. Probatur conſequentia, quia nulla tes mutatnt, niſi adqoirendo, vel amittendo aliquam perfectionem.

Confirmatut. Qoamois ab æterno Deos voluiſſet non creare Michaëlem, Deus non ſe haberet alirer, quam ſe habet de facto, volés creare Michaëlem. Ergo quamuis Deus in tempore non velit creare Michaëlem, quem ab æterno voluerit creare; nulla ſequitur mutatio io Deo. Antecedens probatur, quia Deus ab æterno non potoit ſe habere aliter & aliter, aliàs potuiſſet Deo deeſſe aliqua perfectio, quam potuiſſet habere. ſopra diſp. 13. ſect. 1.

Atque hinc facilè refutatur, inquiunt, fundamentum Ferrarienſis, inde probantis. Deum non poſſe deſinere velle quod voluit, quia in reſpectu rationis, quem volitio Dei includit, mutatio non poteſt prouenire à varietate creaturæ; ſiquidem nulla præſens & actualis diſpoſitio creaturæ requiritur ad illum reſpectum rationis. Quare ſi variatut ille reſpectus rationis, varitio illius prouenit à mutatione reali ipſius volitionis diuinæ. Hoc, inquam, refutatur, quia eadem ratione ſi Deus ab æterno potuit non habere hooc reſpectum rationis, illa diuerſitas debuiſſet prouenire à diuerſitate reali, quam in ſe ipſa habuiſſet diuina volitio.

4\. *Dico primò.*

Nihilominus dico primò; Si Dei volirio libera mutaretur, manifeſtè ſequitur in Deo mutatio moralis, quæ idem eſt, quod animi inconſtantia, ſupponens ignorantiam vel imprudentiſſimum modum operandi: vt oſtenſum eſt ſect. præcedenti.

Moralis mutatio idem quod animi inconſtantia.

5\. Dico ſecundò; Quamuis Dei volitio libera mutaretur; non ſeqoitur immediatè phyſica mutatio in ſubſtantia Dei, neque quoad perfectiones realiter diſtinctas, neque quoad perfectiones ſola ratinne diſtinctas: vt demonſtrat primum & ſecuodum argumentum.

6\. *Dei mutatio ex mutatione decreti.*

Dico tertiò; Si libera Dei volitio mutaretur, per mediatam illationem ſequeretur phyſica & realis mutatio diuinæ ſubſtaotiæ; quateous ex mutatione morali poteſt inferri phyſica mutatio. Quantum ad hoc rectè ſenſerunt Baſſolis ac Lychetus 1. diſt. 45. & Ferrarienſis 1. contra Gent. cap. 83. abſolutè pronuntiantes, inferri Deum realiter mutari quoad ſubſtantiam, ſi poſſet non velle quod ſemel voluit. Magis autem hanc illationem temperant Suares & Fonſeca initio citati. Sed, quod caput eſt, in hac ſententia ſine dubio ſunt omnes Patres citati ſect. 1. probat. 2. Nam apud illos hæc eſt bona cõſequentia: Deus eſt immortalis, æternus & immutabilis; ergo Dei conſilium, ſiue decretum liberum eſt æternum & immutabile. Quapropter à contradictorio Conſeqoentis ad contradictorium Antecedentis valeret neceſſariò conſequentia: Dei conſilium, ſiue decretum liberum eſt mutabile. Ergo Deus non eſt immortalis, æternus & immotabilis.

Patres hanc ſententiam defendunt.

Confirmatur primò, nam aliqui ex illis Patribus expreſsè docent, eſſe genus mortis mutationem decreti.

Confirmatur ſecundò, nam alij Partes & Ariſtoteles ex negatione prauitatis inferunt negationem mutationis. Ergo à contradictorio cunſequentis ex affirmatiooe mutationis ſequetur affirmatio prauitatis. Confirmatur tertiò, nam hic diſcurſus Patrum accipitur ex ſacris literis: in eis enim eadem illatio continetur: quemadmodum Numer. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo & non faciet? Locutus eſt, & non implebit?* Primo Reg. 15. *Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam.* Quin etiam illud Iacobi 1. *Apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Potiſſimum refertur ad liberam voluntatem dandi & ſpiritualiter generãdi: vt ex contextu collegimus, & Gregorius ponderauit lib. 25. moral. relatus in ſect. 1.

Numer. 23.

Primo Reg. 15.

Epiſtla Iacobi 1.

Poſtremo non obſcurè colligitur idem ex D. Thoma lib. 1. contra Gent. cap. 83. ratione 1. & 2. & ex præſenti art. 7.

S. Thomas.

Rationes autem huius aſſertionis hæ ſunt. 7.

Prima ratio.

Prima, quoniam voluntas inconſtans & imprudens non eſſet Deus, ſed creatura: omnis autem creatura eſt realiter mutabilis; Ergo Dei voluntas, ſi mutaretur, non eſſet Deus, ſed creatura. Secunda, quoniam volunras mutabilis ſupponeret mutabilitatem intellectus, qui potuiſſet prius ignorare quod poſtea experimento didiciſſet: vt ſupra ſect. 2. Atqui huiuſmodi intellectus manifeſtè eſt imperfectus, & qui indiget ſuperaddita ſibi perfectione: vt fuſius oſtendi tom. præced. de Scientia, diſput. 37. Rurſus autem omnis intellectus imperfectus eſt phyſicè mutabilis, addita ſpecie vel cognitione noua. Tertia & præcipua ratio tradetur ſtatim in ſolutione ad primum argumentum.

Secunda ratio.

Ad primum igitur cum confirm. Reſp. ſuppoſita diſtinctione, quam tradit S. Thomas ſupra q. 14. artic. 15. ad 1. & habet ſolidum fundamentum in Auguſtino lib. 5. de Trinit. cap. 15. & 16. & magis explicuit Henricus qundlib. 8. q. 2. poſt med. & fuſius quodlib. 9. q. 1. propius ad princip. quàm ad med. & Ferrar. 1. contra Gent. cap. 83. circa med. quàm fuſius explicuimus ſupra diſp. 13. ſect. 3. ad 4 videlicet: quædam relationes rationis in creaturis præſupponuntur aliquo modo, & inde per quandam correſpondentiam formantur in Deo; quales ſunt relationes Creatoris & Domini, & quæcumque requirentes actualem exiſtentiam termini creati. Huiuſmodi relationes adueniunt ac recedunt ſine vlla Dei mutatiooe. Eſt aotem aliud altius genus relationum rationis, quæ per ſe primò formantur in Deo, & à Deo dimanant in terminom creatum; quales ſunt relationes rationis, quæ neceſſariò conſequuntur ſcientiam viſionis & volitionem liberam Dei. Huiuſmodi relationes mutari non poſſunt, niſi prius ſuppoſita varietate in ſcientia & volitione Dei; varietate, inquam, morali ſaltem in ratione ſcientis, quod antea non ſciebat; & volentis, quod antea oon volebat, idque per realem & increatam intellectionem & volitionem. Ex qua imperfectione intellectus & voluntatis, ſequitur vlterius, has potentias non eſſe Deum, ac proinde eſſe variabiles. 8.

S. Thomas.

S. Auguſtinus.

Duplex genus relationum rationis.

Ad ſecundum argum. cum confirmat. conſtat, quod ſi Deus ab æterno voluiſſet non creare Michaëlem; nulla inde ſequeretur moralis mutatio & inconſtantia diuinæ volitionis; ac proinde neque ſequeretur mutatio phyſica. At verò ſi denuo in tempore voluiſſet non creare Michaëlem, quem prius voluit creare: ſequeretur mu-

tatio motalis, & ex illa ſequeretur mutatio phyſica.

SECTIO IV.

Inter argumenta varia quæſtiuncula.

1. PRimum argumentum Deus per volitionem operatur, quæcumque operatur: ſed Dei ópera vatiantur; ergo etiam volitio Dei variatur. Mioor probatur; qooniam Deus io tempore cœpit cteare Mundum: poſtea diluuio obruit viuentia: deinde inſtaurauit: denique in die Iudicij finem imponet omnibus generationibus.

Deus eadem voluntate immobiliter permanente vult ſuorum operum mutationem.

Reſpondet D. Thomas art. 7. in corpore & ad 3. Deus eadem voluntate immobiliter permanente vult, fieri in hoc tempore vnum opus, & fieri in ſequenti tempore eius oppoſitum. Itaque Deos vult mutationem ſuorum operum ad extra, & hæc mutatio eſt obiectum volitionis diuinæ: cæterum ipſa volitio formaliter eſt immutabilis & æterna. Neque mirum, cum etiam homines frequenter vnica immota volitione ſimul velint operum ſuorum mutationem atque oppoſitionem ſucceſſiuè faciendam: nam equom aut nauim conſcendentes, ſimul eodem tempore habent animum ac firmum decretom deſcendendi, itinere aut nauigatione peracta. Et architectus etiam, quando ligneum fornicem conſtruit, animo gerit actuale decretum deſtruendi eundem, ſuperſtructo fornice lapideo.

2. Secundum argumentom. Pœnitentia eſt retractatio prioris volitionis cum deteſtatione illius: ſed Deum pœnitet. Ergo retractat priorem volitionem. Minor probatur Geneſ. 6. *Pœnitet me feciſſe hominem.* Ierem. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei.* Pſalm. 105. *Pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.*

Geneſis 6. Ierem. 18. Pſalm. 105.

In Deo propriè pœnitentia non eſt.

Reſpondetur. Pœnitentia non proptiè, ſed metaphoricè tribuitur Deo; quoniam Deus mutat opera, deſtruendò quæ fecetar, & quæ comminatos fuerat remittendo: quod hominibus non ſolet contingere, niſi mutata voluntate per prioris facti pœnitentiam. Explicat hoc egregiè Damaſcenus Dialogo contra Manich. versùs finem. Theodoret. in Geneſ. q. 50. Auguſtinus 15. de ciuit. cap. 25. Proclus apud Method. quorum verba recitat Epiphan. hæreſi 64. propius ad med. quàm ad princip. Tertullian. lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 23. & 24. Moyſes Barcepha commentatiorum de paradiſo p. 3. cap. 2. D. Th. hic ad 1. & 2. idque voluit D. Gregorius 20. moral. cap. 23. in medio, cum ait: *Pœnitere dicitur, quamuis rem mutet, conſilium non mutet.* Ambroſius in Lucam lib. 2. ad illud capitis 1. *Zacharias repletus eſt Spiritu S.* ait: *Nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.* & author Hypognoſt. lib. 6. fine: nemini deſperandum eſſe probans, ait: *Diuinæ erit potentiæ iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædeſtinationis indebitam prærogare.*

Damaſcenus. Theodoretus. Proclus. Epiphanius Tertullianus Moyſes Barcepha. D Thomas. D Gregorius. Ambroſius.

3. Tertium argumentum. Sæpe Deus per Prophetas prædixit punitionem aliquam, vt abſolutè futuram, & tamen eam remiſit: vt Iſaiæ 38. *Diſpone domui tuæ, quia morieris & non viues.* & Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* De ſimilibus ergo prędictionibus ſic argumentor. Si Deus tunc non gerebat propoſitum abſolutum & efficax inferendi talia ſupplicia, falſæ ſunt eiuſmodi propoſitiones, quæ abſolutè & ſine vlla conditione affirmant futurum ſupplicium: ſed Deus non poteſt loqui falſum. Ergo Deus gerebat propoſitum abſolutum & efficax; quod cum poſtea non expleuerit, manifeſtè ſequitur, te uocaſſe propoſitum.

Iſaiæ 38. Ionæ 3.

Reſpondeo. Eiuſmodi prædictiones, quamuis abſolutæ ſint & nulla conditione appoſita limitentur; nihilominus retinent ex natura rei imbibitam conditionem tacitam, ſicut inter homines propoſitiones de futuro. Si enim aliquis promittat ſponſalia, dicens: *Te ducam in vxorem,* etiamſi nulla ibi apponatur conditio, ex natura rei includuntur mille conditiones, quibus liberatur à promiſſione: vt ſi alter ingrediatur religionem, vel ſi fœmina poſtea turpiter vixerit, vel ſi ſuperuenerit alicui lepra, vel extrema paupertas. Sic igitut verba comminatoria ſupplicij, etiam ſi abſolutè pronuntientur; continent ex natura rei tacitam conditionem: Niſi reus reſipiſcat, & veniam imploret. Huius autem ratio à priori ſumitur ex D. Auguſt. lib. 6. de Geneſi ad lit. cap. 17. & D. Thom. hic ad 2. quoniam illæ comminationes pronunciant, ſupplicium eſſe abſolutè futurum ex vi cauſarum inferiorum; videlicet ex vi morbi ac demeritorum præſentium: in quo non excluditur miſericordia per Dei gratiam ſupernaturalem obtinenda, ſicut verè philoſophus naturalis prædixiſſet de Lazaro: *Hic homo non reſurget*; quamuis enim ex ſupernaturali Dei gratia eſſet reſurrecturus, id non obeſt veritati propoſitionis dictæ ſecundùm cauſas naturales. Quod ipſum magis explicat D. Thom. 2. ſecundæ, quæſt. 171. artic. 6. ad 2. & quæſt. 174. artic. 1. corpore, & de veritate quæſt. 12. art. 10. ad 7. Diximus etiam præcedenti tomo de Scientia diſput. 63. ſect. 2. poſt med.

Comminatoria verba abſolutè prolata tacitam conditionem continent. S. Auguſtinus. D Thomas.

S Thomas.

Quartum argumentum. Quæcumque potentia contradictionis, ſiue potentia ad oppoſita eſt mutabilis; ſed diuina voluntas eſt potentia ad oppoſita, &c. Huic argumento ſatisfecimus diſp. 7. ſect. 8. 4.

Quintum argumentum. Poſtquam Deus ab æterno voluit non creare, niſi vnicum Mundum, adhuc retinet potentiam, vt velit creare alios Mundos. Ergo adhuc poteſt habere nouam volitionem contrariam volitioni, quam habuit ab æterno; ac proinde poteſt mutare voluntatem. Maior probatur, quoniam Deus ſemper retinet potentiam, quam ſemel habuit, cum pertineat ad eius perfectionem, ſed ab æterno potuit velle creare alios mundos; Ergo eandem potentiam volendi retinet adhuc. 5

Reſp. Deus retinet adhuc potentiam volendi creare alios mundos eandem prorſus quam habuit ab æterno, prius ratione, quam decerneret creare alios mundos. Cęterum illa potentia etiam ab æterno non poterat velle creare alios mundos ex ſuppoſitione quòd prius voluiſſet illos non creare: ſed tantum poterat velle illos creare ſimpliciter, nulla facta ſuppoſitione oppoſiti decreti. Eadem autem potentia manet modo, & ſolum addita eſt ſuppoſitio volitionis non creandi, iam ſtabiliter conſtitutæ, qua ſuppoſitione facta non reſtat obiectum poſſibile eidem potentiæ.

Poſita in Deo voluntate creandi tantum hunc mundum, nequit Deus alium creare.

Hæc ſolutio confirmatur primò, quia iam obiectum contraxit malitiam & contrarietatem, 6.

Confirmatur primò.

eo quod

eo quod diuinam volitionem efficacem fruſtraret, Deóque inferret inconſtantiam. Ideóque non poteſt nunc amari à voluntate, quod antea poterat amari, quamuis voluntatis potentia maneat eadem.

Simile. Simile exemplum eſt in naturalibus agentibus, Sol enim, v.g. retinet eandem prorſus potentiam illuminatiuam & mobilem, quam habuit à principio Mundi; & tameo neque luces, neque dies præteritas poteſt reproducere, quoniam iam ſunt impoſſibiles.

Confirmatur ſecundò ex ſimili ſolutione alterius quæſtionis, vtrum Deus ſemper poſſit quidquid aliquando potuit. Cui Reſp. Intrinſeca potentia Dei manet ſemper eadem: cæterum effectus, quem potentia reſpicit, non ſemper eſt poſſibilis, qui aliquando erat poſſibilis; ſicut modo impoſſibile eſt, Luciferum perſeueraſſe in gratia; quamuis ab æterno id fuiſſet poſſibile. Ita reſpondent Magiſter 1. diſtinct. 44. in fine, vbi D. Bonauentura quæſt. 2. & communiter Scholaſtici, D. Thom. infra quæſt. 25. articul. 4. ad 2. & Ferrar. 1. contra Gent. cap. 83. fine.

Manet in Deo potentia licet effectus aliquando impoſſibilis ſit.

D. Bonauentura.

D. Thomas.

7\. *Duo obſeruanda.* Hic tamen obſeruanda ſunt duo. Primum, Hæc poſtrema quæſtio eſt de potentia Dei comparatione actionum ad extra, quæ propriiſſimè eſt potentia actiua. Cæterum potentia ad volendum non eſt propriè potentia: ſupra diſput. 2. ſect. 1. & diſp. 8. ſection. 3. Quapropter quando aſſero, Deum retinere eandem potentiam volendi, quam ab æterno habuit, loquor de potentia impropriè dicta.

Potentia ad volendum nõ eſt propriè potentia in Deo.

Secundò obſeruanda eſt alia ſolutio Caietan. in præſenti artic. 7. & Ferrarienſis 1. cõtra Gent. cap. 83. aote med. dicentium, vt Deus velit, quod prius non voluit, manet adhuc in Deo potentia logica, ſed non potentia phyſica. De his Authoribus, quamuis non conſtet, eos in re diſſentire à noſtra ſolutione; cæterum eorum modus loquendi ſignificat varietatem factam ex parte potentiæ & non ex parte ſolius obiecti, quod falſum eſt, & indignum Deo.

Confirmatur, quoniam potentia phyſica ad volendum nunquam fuit in Deo: quod ſi eam potentiam impropriè dictam, quam Deus habuit ab æterno, appellare velis potentiam phyſicam, conſequenter debes concedere, manere adhuc potentiam phyſicam; neque ſublatam eſſe per proprium actum: ſicut potentia phyſica materiæ non aofertur per formam, neque potentia phyſica viſus per viſionem.

8\. Sextum argumentum. Dei volitio ſi ab æterno immutabilis non fuit, ſed in tempore cœpit eſſe immutabilis; eo ipſo mutata eſt, accipiens in tempore perfectionem immutabilitatis, quam non habuit ab æterno. Si autem Dei volitio ab æterno eſt immutabilis; ſequitur eam fuiſſe ab æterno oeceſſariam; ac proinde nunquam fuiſſe liberam.

Solutio. Reſp. Volitio Dei fuit ab æterno neceſſaria ex ſuppoſitione quod iam fuerit determinata; nihilominus præſcindendo ab hac ſuppoſitione, fuit ab æterno libera. Hæ & ſimiles difficultates circa concordiam diuinæ libertatis cum immutabilitate, ſunt expeditæ ſupra diſput. 8. ſection. 6. & dicemus aliquid ſect. ſequenti.

* *
*

SECTIO V.

Deus iam in hoc inſtanti non poteſt efficere, vt non voluerit creaturam futuram.

Aſſertio, quæ titulo continetur, non indiget alia probatione, quam refutatiooe duarum ſententiarum. Prima prorſus improbabilis, ſibi ipſi repugnans, & periculoſa Silueſtri in confla-torio q. 14. art. 19. & q. 22. art. 5. qui diuinæ voluntatis immutabilitatem ita defendit; vt nihilominus concedat voluntatem Dei manere prorſus indifferentem ac liberam, vſque ad illud idem inſtans temporis, in quo creaturam liberè producit; & tunc ait determinari voluntatem Dei, ſed inde non ſequi mutationem: quoniam ea determinatio menſuratur eadem æternitate prorſus indiuiſibili, qua menſuratur Deus; ac proinde ante eam determinationem non præceſſit libertas, ſed ſimol in eadem æternitate indiuiſibili eſt indifferentia libertatis, & determinatio libera. 1. *Prima ſententia omnino improbabilis.*

Huic opinioni perſimilis eſt alia omnium ferè antiquorum (præter D. Thomam & eius diſcipulos) aſſerentium, adhuc in præſenti tempore poſſe Deum efficere, vt non præſciuerit futurum peccatum; ſicut potuit ab æteroo illud non præſcire, decernendo illud non permittere. Vnde agnoſcunt, conſequens eſſe, vt Deus adhuc poſſit efficere, vt ipſe non voluerit ab æterno permittere peccatum, ſicut modo poteſt facere, vt nomquam præſciuerit peccatum eſſe futurum, eo quod modò poteſt facere, vt peccatum non ſit futurum. 2. *Secunda ſententia.*

Generaliter autem dicunt, etiam nunc poſſe Deum efficere, vt non voluerit, neque prædeſtinauerit, nec præſcierit; nam de his tribus actibus loquuntur variis in locis Magiſter, Albertus, Alexander, Armacan, Bonauent. (& olim S. Thomas) Scotus, Durandus, Ricardus, Ocham, Gabriel, Gregorius Adam, Marſilius, Maior, Ferrarienſis, Capreolus, Vvaldenſ. Bellarmin. Driedo, Albertus Pighius, Vega, Corduba, Valentia, Bañez. 3.

Magis autem à probabilitate diſtant, qui dicunt, nunc eſſe poſſibile de potentia abſoluta, vt non fuerit facta reuelatio de futuris Dei operibus. Ita Ciſtercienſis Dionyſius, Michaël à Bononia, Holkot & Aliaeo. Horum omnium varia loca citata ſunt tomo precedenti de Scientia diſput. 31. ſect. 2. poſt med. 4.

Præcipua fundamenta vtriuſque ſententiæ ſunt tria. Primum, quoniam libertas Dei eſt perfectio diuina, & ipſe Deus, ac proinde æternitate menſuratur: æternitas autem eſt indiuiſibilis duratio, tota ſimul coëxiſtens cuilibet inſtanti temporis. Ergo in quolibet inſtanti noſtri temporis manet libertas Dei indifferens ad vtramque partem contradictionis, quouſque producto effectu determinetur. 5. *Primũ fundamentum.*

Reſp. In quolibet inſtanti temporis manet tota libertas intrinſeca volitionis; cæterum ceſſauit iam libertatis ſtatus & obiectum, vt fuſius explicatum eſt diſp. 8. ſect. 6.

Secundum fundamentum. Volitio libera Dei conſtituitur relatione rationis, ſiue extrinſeca denominatione à creatura futura; ſed hæc relatio & denominatio adhuc eſt in ſtatu contingentiæ & indifferentiæ, ſicut ipſa creatura à qua 6.

ſumitur. Ergo etiam volitio libera Dei adhuc, eſt in ſtatu contingentiæ, vt poſſit non voluiſſe neque præſciuiſſe creaturam futuram. Reſpondeo, volitionem liberam oon conſtitui relatione rationis ſeu denominatione extrinſeca; ſed formalitate reali, & increata, vt demonſtratum eſt diſp. 11. & 12.

Volitio libera Dei non conſtituitur per relationē rationis.

7. Tertium aliquorum fundamentum eſt, quia generaliter exiſtimát, Deum poſſe facere, vt præteritum non fuerit. Cuius Authores & aliquam impugnationem vidimus dict. diſp. 31. de ſcientia ſect. 3. Sed pertinet ad potentiam Dei de qua tractatur infra q. 25. Ideo nunc omittitur. Satis enim eſt in præſenti notare per iſtum modum ſaltem conuinci, quod de potentia ordinaria non poſſit Deus aliud velle, niſi quod voluit: ſicut non poteſt de potentia ordinaria efficere, vt præteritum non fuerit. Quapropter libertas, quæ ab his Authoribus defenditur, non poterit exerceri de potentia ordinaria. Eſt autem valde abſurdum putare, non aliter poſſe defendi libertatem Dei, niſi recurrendo ad poſſibilitatem rei, quæ de potentia ordinaria non eſt poſſibilis, etiam in eorum Authorum ſententia: ſed iuxta veram & communem ſententiam, nec de potentia abſoluta.

8. *Concluſio.* Sit igitur vnica concluſio. In quolibet inſtāti temporis iam eſt ſimpliciter neceſſaria quælibet volitio Dei, etiam ſi reſpiciat creaturas in tempore futuro producendas: quamuis enim ex ſe libera ſit talis volitio; nihilominus iam eſt extra ſtatum libertatis, & manet in ſtatu neceſſitatis; ita vt contradictionem implicet Deum efficere, vt non voluerit talem rem futuram, aut efficere, vt quamuis voluerit eam non velit modò. Concluſionem hanc docēt in ſimili de ſcientia, qui citati ſunt tomo præcedenti diſputat. 31. ſec. 4. videlicet S. Thomas, Caietanus, Ferrarienſis, Capreolus, Palac. Suar. Albertin. Ledeſma, Zumel. Non alij Authores, nec iſti expreſsè de voluntate loquuntur, ſed tantùm de ſcientia.

Volitio libera Dei in quouis inſtāti temporis eſt neceſſaria.

9. *Probatur.* Explicatur & probatur, notando primò, etiam illas veritates, quæ ex natura rei ſunt contingentes & liberæ, eſſe neceſſarias ex ſuppoſitione; idque duplici gradu. Primus eſt, quando veritas manet adhuc in ſtatu contingentiæ; tunc enim non eſt neceſſaria, niſi ſecundùm quid. Veluti Antichriſtum eſſe peccaturum, eſt veritas ſecundùm quid neceſſaria ex ſuppoſitione quod ſit peccaturus, & quòd Deus eius peccatum præuiderit; Nihilominus adhuc peccatum futurum manet in ſtatu contingentiæ & libertatis, vt poſſit non eſſe. Secundus gradus eſt, quando veritas, quæ ex natura rei erat libera, iam eſt extra ſtatum libertatis, quoniam iam eſt præterita, & non poteſt non fuiſſe liberè facta. Quo modo D. Petrum peccauiſſe, & pœnituiſſe, veritas eſt ſimpliciter neceſſaria, quam reuocari contradictionem implicat.

Duo notāda.

Anſelmus. Hoc diſcrimen futurorum à præſentibus, & præteritis docet Ariſtoteles 1. Periherm. cap. 7. & 8. Anſelmus autem lib. de Concordia præſcientię cum libertate cap. 1. col. 2. poſt med. *In re præterita*, dicit, *eſt quoddam, quod non eſt in re præſenti vel futura. Numquam enim fieri poteſt, vt res, quæ præterita eſt, fiat non præterita: ſicut res quædam quæ præſens eſt, poteſt fieri non præſens, & aliqua res quæ non neceſſitate futura eſt, poteſt fieri vt non ſit futura.*

10. Nota ſecundò, hanc implicationem contradictionis, non prouenire, ex eo quod præteritum iam non exiſtat, ſed ex eo tantum, quod præteritum iam extiterit, quamuis adhuc exiſtat: ſicut impoſſibile eſt, non fuiſſe Luciferum, quamuis adhuc maneat in eodem indiuiſibili exiſtentia ſubſtantiali. Demonſtratur primò, quoniam hæc propoſitio. *Michaël aliquando fuit*, nullam contradictionem habet cum hac: Michaël non eſt, vel non erit; ſed tantum cum hac: *Michaël nunquam fuit*. Secundò explicatur exemplo. Si per aliquod tempus duret aliquod ſuppoſitum omnino nihil mutatum: in eo námque caſu neceſſarium eſt fuiſſe, conſequenterque impoſſibile non fuiſſe: licet adhuc immutabiliter exiſtat in ſecunda medietate illius temporis.

Præteritum non poſſe non eſſe præteritū prouenit ex eo quod iam extiterit, non autem ex eo quod non exiſtat.

Vnde probatur primò noſtra concluſio; quoniam iam diuina volitio libera habet totam rationem implicationis, vt non poſſit non fuiſſe; quia quamuis adhuc exiſtat; nihilominus ante quodlibet inſtans temporis verè extitit: ac proinde habet eam rationem præteriti, à qua naſcitur impoſſibilitas efficiendi, vt non fuerit. 11.

Probatur primò concluſio.

Confirmatur primò, ſupponendo, in æterno, quamuis non ſit ratio præteriti, quoad partem, qua dicit non fuiſſe; perfectiſſimè tamen præteritum eſſe, quoad partem, qua dicit fuiſſe, hoc eſt, ante hoc tempus fuiſſe verificatum verbum præſentis temporis, *eſt*. Atque inde ratio implicationis naſcitur, ne poſſit præteritum non fuiſſe. Hoc igitur ſenſu loquitur Scriptura per verbum præteriti ſiue perfecti, ſiue imperfecti: vt Ioan. 1. *In principio erat Verbum.* & Eccleſiaſtici initio. *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum eo fuit ſemper, & eſt ante æuum.*

In æterno datur ratio præteriti.

1 Ioan. 1. Eccleſiaſtici primo.

Confirmatur ſecundò, nam æternitas eminenter diuiſibilis coëxiſtebat tota tempori præterito, ſicut immenſitas tota coëxiſtit in omni loco. Ergo ſicut immenſitas diuinę volitionis adeſt tota præſens cuilibet loco diſtantiſſimo; ſic adfuit tota præſens tempori præterito, & in eo ſenſu verè præterita eſt.

Æternitas tempori præterito coexiſtebat.

Confirmatur tertiò, quia præſcindendo à ratione præteriti, ex eo ſolùm quod iam eſt pręſens volitio Dei, non poteſt nō eſſe: omne enim quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe. Vnde licet noſtra voluntas in eo inſtanti, quo volitionem elicit, poſſit non elicere, hoc poteſt præſcindendo à præſentia volitionis: ſed cum primum ſupponitur, præſentem iam exiſtere volitionem, iam non poteſt voluntas non elicere volitionem.

Probatur ſecundò, quoniam ſi Deus poſtquam voluit creare, poteſt efficere, vt non voluerit creare; poteſt fruſtrare diuinam volitionem magis, quàm à nobis fruſtratur noſtra volitio. Nam in nobis ſaltem manet hæc denominatio quod voluimus: in Deo autem neque hæc denominatio, neque vllus alter effectus illius manebit. 12.

Confirmatur primò, quoniam ſi Deus poſtquam voluit creare, poteſt efficere vt nō voluerit creare; eadem ratione poteſt efficere, vt poſtquam futura erat creatio, iam non ſit futura. Cuius oppoſitum apertè tradit Auguſtinus 6. de Geneſ. ad liter. cap. 17. illis præſertim verbis: *Non ergo id fecit, quod futurum non erat: hoc enim magis erat futurum, quod ſe facturum eſſe præſciebat.* Agit autem de annis quindecim additis Ezechiæ.

Auguſtinus

Confirmatur ſecundò, quia ſi Deus poſſet efficere, vt non voluerit permittere peccatum, quod voluit permittere; ex conſequenti poterit facere, vt non ſit futurum peccatum, quod præſciuit & prædixit

prædixit eſſe futurum. Vnde iam illud peccatū, etiam ex ſuppoſitione futuritionis ſuæ, & præuiſionis diuinæ, non erit neceſſariò futurum. At
Auguſtinus. verò Auguſtinus lib. 26. contra Fauſtum cap. 4. *Tam non poſſunt*, ait, *futura non fieri, quàm non fuiſſe facta præterita; quoniam non eſt in Dei poteſtate vt eo ſit aliquid falſum, quo verum.* Et in Enchirid. cap. 103. *Nullus fit ſaluus, niſi quem Deus voluerit ſaluari. Et ideo rogandus eſt vt velit; quia neceſſe eſt fieri, ſi voluerit.* Patres alij & Scholaſtici communiter aſſerunt, id eſſe neceſſarium ex ſuppoſitio-
Athanaſius. ne: vt Athanaſius ſerm. de Paſſione & cruce Do-
Boëtius. mini propiùs ad principium, quam ad med.
Beda. Boetius lib. 5. de conſolatione proſa 6. Beda to. 8. lib. variarum quæſtionum q. 13. poſt medium, & alij plures citati tomo præcedenti de Scientia diſp. 33. ſect. 2. & ſequentibus. Præ cæteris euidentius hanc neceſſitatem defendit Anſelmus
Anſelmus. lib. de concordia liberi arbitrij cum prædeſtinatione cap. 1. & li. 2. *Cur Deus homo*, cap. 17. & 18.

13. Tertiò probatur, quoniam inde ſequitur, nullo firmo fundamento niti ſpem noſtram, neque beatorum ſecuritatem; quia licet tibi certo conſtet, Deum decreuiſſe coronare certantes cum diuina gratia, & licet beatis conſtet, Deum decreuiſſe nunquam annihilare beatos, neque à fœlici ſtatu deiicere; adhuc Deus poteſt efficere, vt hæc non decreuerit neque promiſerit. Et ita ſine ſui mutatione & ſine mendacio poterit annihilare beatos & negare coronam certantibus in hac vita. Idem intellige de reliquis promiſſionibus aut prædictionibus Dei.

Confirmatur primò, quia ſi tantum eo modo immutabilis eſſet prædeſtinatio, quoniam Deus poteſt efficere vt non fuiſſet prædeſtinatio: nulla eſſet ſalutis & æternæ beatitudinis certitudo prædeſtinatis. Contra verò Patres ex Scriptura docent, certiſſimam eſſe ſalutem & coronam prædeſtinatorum & vocatorum *ſecundùm propo-*
Rom. *ſitum* iuxta phraſim Rom. 8. & 2. ad Timoth. 1.
Timoth. 1. & iuxta illud Rom. 11. *Sine pœnitentia ſunt dona*
Rom. 11. *& vocatio Dei.* Sic Auguſtinus de prædeſtinatio-
Auguſtinus. ne Sanctorum cap. 16. ad finem de bono perſeuerantiæ, cap. 17. ſub init. de correptione & gratia cap. 7. in med. & cap. 12. non procul à prin-
Proſper. cipio. Proſper ad obiect. Vincent. 12. reſponſione. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 35.

14 Confirmatur ſecundò, quoniam generaliter Scriptura, Patrêſque certiſſimum eſſe docent, effectus ad extra ſemel Dei voluntate conſtitutos, non poſſe non euenire. Ergo non poteſt fieri vt Deus voluerit eos non euenire. Antecedens pro-
Iob 14. batur Iob. 14. *Numerus menſium eius apud te eſt,*
Anſelmus. *poſuiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Vn-
Pſalm. 148. de immutabilitatem rectè colligit Anſelmus de concordia cap. 1. col. 4. Similiter Pſalm. 148. *Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit, & non præteribit.* Scilicet de gubernatione
Lucæ 21. mundi per Solem & aſtra. Luc. 21. *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* de
Gregorius. die iudicij. Quæ ponderat bene Gregorius 16.
Iob 23. moral. cap. 17. ad illud Iob. 23. *Ipſe ſolus eſt, & nemo poteſt auertere cogitationes eius.* Ambroſius de
Ambroſius. fide ad Gratianum lib. 5. cap. 8. inter princip. &
Rom. 4. med. verba Rom. 4. coniungens cum verbis Iſaiæ
Iſaiæ 45. 45. ait: *Qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſint: ſic & fecit, quæ futura ſunt, tanquam ſint, quia non contingit vt non ſint; ſed neceſſariò ſunt futura, quæ eſſe præcepit*, quibus ſimilia ſunt multa, quæ retulimus ſect. 1.

Confirmatur tertiò, quia neque Deus ipſe certo ſcire poterit quid ipſemet facturus ſit aut 15.
permiſſurus, quia licet iam decreuerit facere vel permittere, poteſt efficere vt non decreuerit & non præſciuerit ſe decreuiſſe. Et licet ſciat ſe non facturum hoc, poteſt efficere vt hoc ipſum non præſciuerit, & ſic in infinitum.

Confirmatur quartò, nam inde quoque veracitas Dei, mentiendi impoſſibilitas, ac firmitas iuriſiurandi concutitur & labefactatur, de qua Hebr. 6. prope finem: *In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.*

Quartò probatur, quia ſi Deus etiam nunc 16.
poteſt efficere, vt non voluerit creare mundum; ſequitur nunquam potuiſſe creare mundum (idem intellige de reliquis operationibus ad extra.) Sequela probatur, quia ſi nunc etiam poteſt efficere, vt non voluerit; nūc etiam eſt indifferens eius voluntas: at verò voluntas indifferens non ſufficit ad determinatam operationem; requiritur enim voluntas determinata, quæ determinet imperium & ſcientiam atque potentiam ex ſe indifferentes ad operandum, & non operandum.

Quintò probatur, quia ſequeretur etiam mo- 17.
dò Deum efficere poſſe, vt non creauerit mundum, nec peccauerit Angelus nec homo. Conſequentia probatur, quia volitio æterna creandi mundum non minùs præſens eſt nunc, quàm ante mundi creationem; ergo non minùs eſt reuocabilis ex ſe. Aliunde verò effectus ad extra prodiens non minuit intrinſecam Deo poteſtatem reuocandi ſuas volitiones, & efficiendi vt eas non habuerit.

Confirmatur, nā volitio æterna Dei nō accipit 18.
robur & firmitatē à creatione actuali ad extra.

Sextò probatur, quoniam in hac poſſibilitate contradictio implicatur. Nam ſi Deus poteſt nūc efficere, vt non voluerit ab æterno non annihilare Petrum, ſed reſuſcitare Petrum; poteſt etiam efficere, vt voluerit non reſuſcitare, & vt voluerit eum annihilare. Quod ſi hoc efficiat, iam non voluit ab æterno reſuſcitare Petrum, & ita nihil eſt quod faciat ſe non voluiſſe.

Confirmatur, quia omnis volitio Dei erit cum tacita conditione; niſi ego effecero vt non voluerim; quæ conditio deſtruit determinationem volitionis, & eo ipſo deſtruit eius eſſentiam, quæ conſiſtit in actuali determinatione indifferentiæ.

Ex dictis colligo ſequentes propoſitiones eſſe abſolutè veras: Deus nihil poteſt velle denuò vel ex tempore. Deus non poteſt velle quod non vult. Deus non poteſt non velle quod vult. Deus non poteſt non habere volitionem quam habet; nec poteſt habere quam non habet. Idem intellige de amore.

ARTIC. VIII.

Vtrum voluntas Dei neceſſitatem rebus volitis imponat.

CREATÆ libertatis concordia cum inſuperabili efficacitate diuinæ voluntatis quam hic articulus exigebat, tractata fuit ſimul cum concordia diuinæ ſcientiæ tomo

 præced.

præced.diſp.25.& aliquibus ſequẽtibus,& diſp. 31. vſque ad 78. Peculiariter autem quod S. Thomas in præſenti artic. potiſſimum intendit probare,videlicet, tantum abeſſe,ne diuinæ voluntatis efficacia libertatem creatam impediat,vt potius illam cauſet,tueatur & conſervet;quoniam ex efficacitate voluntatis diuinæ non ſolum ſequitur fieri quæ Deus vult fieri,ſed etiã ſequitur eo modo fieri, quo Deus vult:hoc, inquam, totum declaratum & propugnatum eſt dicto tomo de Scientia Dei tota diſp.51.Dicemus etiam aliquid diſp.18.ſect.6. & 7.

ARTIC. IX.

Vtrum voluntas Dei ſit malorum.

QVONIAM hic articulus plures diſputationes quam cæteri poſtulat, differtur ad finem præſentis quæſtionis 19.poſtquam explicati fuerint,qui paucioribus expediri poſſunt. Tractabitur ergo diſput. 25. & multis ſequentibus.

ARTIC. X.

Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.

DE hoc dictum eſt ſatis diſp. 7. & ſequentibus vſque ad 13.

ARTIC. XI.

Vtrum ſit diſtinguenda in Deo voluntas ſigni.

ARTIC. XII.

Vtrum conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque ſigna.

DISPVTATIO XVII.

Quid & quotuplex ſit voluntas ſigni; & quomodo coniuncta cum beneplacito.

SECTIO I.

Diſtinguens voluntates & explicans quinque ſigna.

1\. *Volitio diuina ſecundum ſe vnica, & ſimpliciſſima à Theologis multipliciter diuiditur.*

DIVINA volitio ſecundùm ſe conſiderata ſimpliciſſima eſt non ſolùm ſpecifica,ſed etiam numerica vnitate,eſtque vnicum tantum attributum: vt probatũ eſt diſp. 5.ſect.6. Nihilominus eadem diuina voluntas multipliciter diuiditur à Theologis, quibus occaſionem præbuit Scriptura, tum quoniam voluntates Dei vt multas nominat Pſalm.102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas.* Pſalm.110. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* Actor.13. *Qui faciet omnes voluntates meas.* Tum etiam quoniam hæc verba: Deus vult, non eandem vim habent ſemper in Scriptura.Quandoq;enim voluntatẽ ſigni, quãdoque voluntatem beneplaciti ſignificant;quandoque antecedentẽ, quandoq; conſequentẽ voluntatẽ;vt in hac & ſequentib.diſput. conſtabit.

Pſalm. 102. Pſalm.110. Actor. 13.

Dico igitur primò.Celeberrima diuiſio volũtatis diuinę continet voluntatem beneplaciti & voluntatem ſigni. Voluntas beneplaciti verè ac propriè voluntas eſt,realiter exiſtens in Deo: vt oſtendemus diſp. ſequenti ſect. 4.& ſeq. Nunc verò voluntas ſigni non eſt voluntas Dei ſecundùm proprietatem, ſed ſecundùm metaphoram dicitur voluntas id quod eſt ſignum voluntatis. Vnde factum eſt,vt illud omne,quod in nobis eſt effectus,indicans interiorem affectum animi,appelletur à nobis nomine eiuſdem affectus,etiam quãdo tribuitur Deo.Sic quoniam apud nos punitio eſt effectus,indicans iram noſtro animo cõceptam:ſumpta eſt ratio tranſlationis, vt ſupplicium à Deo inflictum appelletur ira Dei. Eadem eſt ratio tranſlationis, vt diuina præcepta, conſilia,operationes & permiſſiones appellentur voluntates Dei;quoniã in nobis præceptum, conſilium,operatio & permiſſio indicant voluntatem noſtram:vt ſtatim de ſingulis oſtendemus. 2.

Prima diuiſio.

Voluntas ſigni ſecundum metaphoram voluntas dicitur.

Hæc doctrina, cùm ad nominis ſignificationem pertineat,non indiget alia probatione,quam authoritate doctorum, adhærentium locutionibus Sacræ Scripturæ. Nam ſignificatio nominibus tribuitur ſapientium vſu atque authoritate, maximè verò legiſlatorum. 3.

Igitur modo ſupradicto voluntatem ſigni explicant & probant Hugo Victor. in ſent.tract.1. cap.13.de Voluntate Dei.Quem ſequuntur Magiſter 1.diſt.45.poſt med.D. Thom. hic art.11. Albertus 1.p. q.80. memb.1. Alex. 1. part.q.36. memb.1.Henricus 2.par.art.47.q.2. fine. D.Bonauent.1.diſt.45.art.3.q.1.& 2.vbi Durand.q.3. Ricardus eodem art.3.q.1. Maior q.vnica, Marſilius 1. quæſt. 25. & reliqui omnes Scholaſtici, tam veteres,quàm iuniores.

Hugo victor. Magiſter. D.Thomas. Albertus. Alexander. Henricus. Bonauent. Durandus. Ricardus. Maior. Marſilius.

Obſeruanda ſunt tria.Primum,Hoc complexum, *Voluntas ſigni*, & hæc diuiſio voluntatis,in voluntatem ſigni & beneplaciti,cœpiſſe videtur ab Hugone Victor. nuper citato, quoniam apud antiquiores Patres non reperitur; eius tamen fundamentum ſumitur ex Scriptura & Patribus, præſertim ex Auguſtino, vt oſtendit Hugo & magis conſtabit ſtatim. 4.

Tria obſeruatione digna.

Secundum eſt. Voluntas ſigni apud nullum Theologorum,quem ſciam,accipitur pro voluntate, quæ ſit ipſe Deus, ſed pro aliquo effectu creato ſignificante voluntatem Dei; qui effectus metaphoricè appellatur voluntas.

Tertium,quod ex dictis ſequitur, prædictam diuiſionem non eſſe diuiſionem rei,ſed vocis in varia ſignificata:vt ſi riſum diuidas in riſum humanum,& riſum prati, quod metaphoricè dicitur ridere.

Dico 2.Subdiuiditur voluntas ſigni in quinq; membra.Hæc ſunt prohibitio,pręceptum,conſilium,operatio & permiſſio,quę continentur illo verſiculo: *Præcipit, & prohibet, permittit, conſulit, implet.* Refertúrq; à D.Bonauent.& aliis antiquis Scholaſticis.Hugo Victor.nuper citatus quatuor tantum ſigna numerauit: quoniam Conſilium prætermiſit.Potuiſſet etiam non incongruè prohibitio comprehendi ſub nomine præcepti. 5.

Secunda diuiſio. D.Bonauentura.

Athanaſius autem duplicem tantum voluntatem ſigni numerauit tract.2.de diffinitionibus col.4. *Tripliciter,* inquit, *in Scriptura voluntatem inuenimus vſurpari. Diuinam, deinde naturalem vel mediam, tertiò carnalem, quæ diabolicam ſignificat. Voluntas diuina ſunt mandata Dei. Voluntas naturalis*

ralis eſt operatio diuinæ voluntatis. Carnalis verò voluntas eſt legis diuinæ tranſgreſſio. Sed Magiſt. & Scholaſtici communiter 1. diſt. 45. & 46. numerant prædicta quinque ſigna.

D. Thomas. Albertus. Alexander. Bonauent. Ricardus. Durandus. Vtrum hæc diuiſio ſit bona: vtrum in ea redundet aliquid, vel deficiat, ex profeſſo diſputat D. Thomas hic art. 12. & Albert. Alexander, Bonauent. Ricardus, & Durand. citati ſupra: in qua re nihil inuenio magni momenti. Erit tamen operepretium oſtendere, ſingula hæc ſigna appellari Dei volūtatē in Scriptura & apud Patres.

6. *Theſſalon. 4. Matth. 6. & 12.* Dico tertiò. In Scriptura ſacra, prohibitio, præceptum & conſilium appellantur voluntas Dei: vt 1. Theſſaloni. 4. *Hæc eſt volūtas Dei ſanctificatio veſtra.* Matth. 6. *Fiat voluntas tua.* Matth. 12. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.* *Actuum 13.* Actuum 13. *Qui faciet omnes voluntates meas.* Ita hæc teſtimonia intelligunt doctores ſupra citati de voluntate præcipiente, prohibente, aut conſulente.

Damaſcen. Hugo Victorin. Rationem huius appellationis attigit Damaſcenus dialogo contra Manichæos verſus med. dicens. *Dei lex voluntas ipſius eſt, Nemo enim ea præcipit, à quibus animo & voluntate abhorret.* Similem rationem reddit Hugo Victorin. dicto cap. 13. propius ad princip. quàm ad medium.

7. Quod autem in his & ſimilibus teſtimonijs nomine voluntatis non intelligatur vera & realis voluntas Dei, ſed tantùm illius ſignum, quod dicitur metaphoricè volūtas. Probat Magiſter primo diſt. 45. quoniam Deus quandoque vult non fieri quod præcipit; ſimiliter quandoque vult fieri quod prohibet. Ergo tam præceptum quam prohibitio non eſt propriè volūtas realis in Deo, ſed eſt ſolummodo ſignum voluntatis, quod metaphoricè dicitur voluntas. Antecedens probatur primò, nam *Geneſis 22.* Geneſ. 22. Deus Abrahæ præcepit immolare filium, quem tamen voluit non immolari; nam ea de cauſa oportunè prohibuit. *D. Ambroſ.* Vnde D. Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 8. prope initium, *Probatum*, inquit, *quaſi fortiorem tentandū putauit maioribus. Et hic quidem exēplo docemur, quia veris probatur quis, tentatur autem cōpoſitis & fictis. Non enim volebat Deus immolari à Patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui ouē pro filio immolandam obtulit: ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio, nec paternæ pietatis contemplatione vim deuotionis infiecteret.* De hoc præcepto Abrahami & de contraria voluntate Dei fuſius ad rem præſentem diſputāt Alb. 1. p. q. 80. memb. 2. art. 1. Alex. 1. p. q. 37. memb. 1.

8. Confirmatur 1. nam & homines Dei ſpiritu acti præcipiunt quandoque volūtatem ſigni diſcrepantem à voluntate beneplaciti, ſicut tertio *3. Regum 3.* Regum 3. in fine Salomon; *Diuidite*, inquit, *infantem viuum in duas partes* minimè volens diuiſionem, ſed explorare matris affectum, & inuidiæ liuorem pertinacem. Sanctiores quoque prælati religioſorum ſæpe fictis præceptis explorant ſubditorum virtutem.

9. *Hugo Victor.* Confirmatur ſecundò ex alia quæſtione non aliena à præſenti inſtituto, quam diſputat Hugo prope finem prædicti capitis 13. quare Deus præcipiat, quæ non vult efficaciter impleri, volens potius permittere peccata contraria. *Ad quod*, inquit, *poteſt dici, quod ideo præcipit illud, quia bonū eſt illi* (ſcilicet accipiēti præceptū) *& Domini eſt præcipere ſeruo quod bonum eſt in ſe, & quod bonum eſt illi, cui præcipit. Et ſi placet Domino iuuare ſeruum, vt illud faciat miſericordia eſt: ſi non placet iuuare, iuſtitia eſt. Similiter prohibet ſeruo malum, quia in ſe malum, & illi malum, cui prohibet: & Domini eſt ſeruo prohibere malum vt non habeat excuſationem.*

Quapropter præceptum, quod Deus præſcit eſſe violandum, non eſt voluntas efficax illius rei, quæ præcipitur, ſed tantum eſt ſignum voluntatis illius.

Idem Antecedens probatur ſecundò, nam Matth. 8. & 9. & Marci 1. cæcis ac leproſis curatis *comminatus eſt Ieſus dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in terra illa.* *Matth. 8. & 9. Marc. 1.* Recta námque ratione ducti exiſtimabant, voluntatem Chriſti Domini non eſſe prohibendi legem gratitudinis, & manifeſtationem diuinæ virtutis, ſed ſolummodo præbendi exemplum, vt quantum in nobis fuerit, humanas laudes recuſemus ac declinemus. Ita videntur ſentire Chryſoſtomus, Theophilactus, Hieronymus & Gregorius ad ea loca, Magiſt. 1. diſt. 45. fuſiuſque defendunt Albertus 1. p. q. 80. memb. 2. art. 2. Alexander 1. p. q. 37. memb. 1. Durand. 1. diſt. 47. q. 3. num. 14.

Tertiò probatur, nam prophetiæ comminatoriæ ſignificant diuinam voluntatem puniendi, cum tamen Deus decreuerit pœnam remittere efficaciter mouendo ad pœnitentiam: vt de Niniuitis & Ezechia dictum eſt diſp. 16. ſect. 4. arg. 2. & 3. *Prophetiæ comminatoria Dei voluntatem ſignificant.*

Petis vtrum prædictæ comminationes pertineant ad aliquod ſignum ex quinq; numeratis. 10.
Reſp. Potuiſſet hoc ſextum ſignum addi non incongruè: cæterum poteſt reduci ad ſignum præcepti, quatenus præceptum ſignificat, volitum eſſe à Deo quod præcipitur, cùm tamen aliquando non ſit volitum. Sic comminatio ſignificat, volitam eſſe à Deo punitionem, cùm tamen aliquando non ſit volita.

Dico quartò. Operatio Dei ad extra appellatur voluntas Dei in Scriptura, veluti Pſalm. 110. 11. *Pſalm 110.*
Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.

Quintò denique permiſſio peccatorum appellatur voluntas ſiue decretum Dei, Actorum 4. *Actor. 4.* *Conuenerunt Herodes & Pilatus cum gentibus & populis Iſrael contra Ieſum facere, quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.* Hanc voluntatis acceptionem pro permiſſione, probant Gloſſa in id Rom. 12. *Ad Rom 12.* *Quæ ſit voluntas Dei bona beneplacens & perfecta.* Hugo citatus & Magiſter primo diſt. 45. prope finem D. Thomas hic art. 12. & reliqui Scholaſtici ex Auguſtino in Enchiridione cap. 95. fine vbi ait: *Auguſtinus. Sic habet.* *Non ergo fit aliquid, niſi Omnipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendo.* Vbi ſinere vt fiat appellatur velle.

SECTIO II.

Vtrum voluntas ſigni diſcordet à re ſignificata.

1. Ratio dubitandi eſt, quia omne ſignum, niſi concordet rei ſignificatæ, falſum eſt, ſed falſum ſignū præbere nō poteſt Deus: ergo non poteſt præbere ſignū volendi, quod nō vult, neq; ſignū nolendi quod vult. *Sententia Alberti.* Albert. 1. p. q. 8. memb. 1. ad 7. & Alexander 1. p. q. 37. memb. 1. reſpondent, ſigna hæc vera eſſe quoad aliquam voluntatem, non vero, quoad voluntatem eiuſdem operis quod præcipitur: Verbi gratia, præceptum Abrahamo datum verè ſignificauit diuinam voluntatem tentandi & exercendi fidem atque obedientiam Abrahami, & exhibendi figuram Chriſti Domini: quamuis defuerit huic ſigno

voluntas

voluntas diuina,qua vellet re ipſa interfici Iſaac.

Durandi ſententia.

3. Ab hac ſolutione parum diſtat alia Durandi 1.diſt.47.q.3.num.14. & ſequentibus, dicentis, prohibitiones,præcepta & conſilia propterea non eſſe falſa ſigna,etiam tunc quando Deus vult nõ fieri quod præcipitur vel conſulitur; quoniam hæc ſignificant voluntatem conſequentem & efficacem obligandi vel alliciendi ad maiorem perfectionem: & inde ſignificant etiam antecedentem volontatem, vt fiat opus quod præcipitur vel conſulitur. Quoniam obligatio & perſuaſio ſunt Antecedens, ex quo poteſt conſequi executio operis. Id quod explicat exemplo prælati, qui religioſi ſubditi obedientiam experitur præcipiendo difficiliora opera,quæ prælatus decreuit poſtea impedire: vt ſect. 1. dicebamus.

4. Nihilominus adhuc difficultas vrget, quoniã præceptum & conſilium pręter voluntatem obligandi & tentandi, ſignificant etiam voluntatem efficacem ipſius operis quod præcipitur: & hoc ſufficit vt ſint falſa ſigna; ſatis enim eſt ad falſitatem deeſſe aliquid rei ſignificatæ.

Præceptum, & conſilium nõ ſignificãt efficacẽ voluntatẽ Dei.

5. Reſpond. Quinpotius præceptum, & conſiliũ non ſignificant diuinam voluntatem efficacem operis faciendi: hanc enim ſignificationem, neq; ex natura rei, neq; ex placito & impoſitione Dei ſortiuntur: ſed quoniam cõſilium & præceptum in nobis ſolent frequentius eſſe ſigna noſtræ volitionis,qua efficaciter deſideramus opus præceptum: ideo dicuntur ſigna diuinæ voluntatis & ipſum conſilium aut præceptum appellatur diuina voluntas, vt docuit D. Thom. art. 11. in fine.

SECTIO III.

Vtrum voluntas ſigni ſemper afferat ſecum adiunctam voluntatem beneplaciti.

1. REſp. affirmatiuè, quamuis enim non ſemper voluntas beneplaciti efficaciter velit quod præcipitur, vel conſulitor; attamen ſemper vult efficaciter obligationem vel perſuaſionem. Inſuper voluntas beneplaciti vult inefficaciter & antecedenter illud idem bonum,quod præcipitur,vel conſulitur. Ita ſentiunt communiter Doctores ſupra citati, Vide præſertim Albertum & Alexandrum in ſect. præcedenti & Ricard. 1.diſt.45.art.3.q.2. Porro verè ac realiter eſſe in Deo hanc ſimplicem & inefficacem complacentiam de implendis præceptis & conſiliis ab omnibus hominibus,oſtendemus diſput. 19.præſertim ſect. 12.

In hoc igitur ſenſu Victor. Hugo ſum. ſent. tract.1.cap.13.propiùs ad med.quàm ad princip. de ſacra Scriptura ſic loquitur: *Cum inuenitur: Vult Deus bonum: non vult malum: de beneplacito Dei intelligitur.*

Diſcrimen notandum.

2. Notant D.Thom.art.12.ad 2. Alexand. 1.p. q.40.memb.4.& alij Doctores communiter,diſcrimen inter prohibitionem & præceptum & conſilium ex vna parte, & ex alia permiſſionem & operationem: nam permiſſio & operatio ſemper habent adiunctam voluntatem beneplaciti, efficaciter amantem id quod Deus operatur,aut efficaciter volentem permittere, & volentem concorrere voiuerſali concurſu ad id,quod permittit. At verò tria priora ſigna non ſemper adionctam habent voluntatem beneplaciti, efficaciter amantem fieri, quod præcipitur vel conſulitur, aut non fieri quod prohibetur. Huius diſcriminis ratio conſtabit diſp.ſequent.ſect.1.

DISPVTATIO XVIII.

Vtrum voluntas Dei ſemper impleatur.

SECTIO I.

Voluntas ſigni non ſemper impletur,ſed hoc ipſum eſt inſtrumentum ad implendum beneplacitum.

ITa loquuntur Hugo Victor. in ſum.ſentent. 1.
tract.1.cap.13. inter principium & medium, Magiſter 1.diſt.45.§.vltimo, quem ſequuntur communiter Doctores infra citandi. Probatúrq; primò,quia Deus multis hominibus præcipit ea, quæ non implent; prohibet ea,quæ non fugiũt; ac conſulit quæ non amplectuntur. Ideo non de omnibus, ſed de quibuſdam Matth.12. dicitur *Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.*

Probatur primò. *Matth.12.*

Cæteri ſuam non Dei voluntatem faciunt, quando peccant,de quibus ſæpe in Scriptura,vt Iſaiæ 58.3. *In die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.* Et infra: *Si auerteris à ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſancto meo.* Danielis 11. *Et faciet iuxta voluntatem ſuam Rex,& eleuabitur,&c.* Oſeæ 10. *Confundetur Iſrael in voluntate ſua.* De talibus igitur Malachiæ 1.verſu 10. *Non eſt mihi volũtas in vobis,dicit Dominus exercituum.* Quia videlicet illi non implebant voluntatem ſigni. Auguſtinus proinde ſicut & alij Patres multis in locis,quę referemus ſectionibus ſequentibus,fatentur, infideles & alios peccatores facere contra Dei voluotatem,quando peccant.

Iſaia 58. *Daniel.11.* *Oſea 10.* *Malachia 1.* *Iuxta Patrum ſententiam peccatores ſuam, non Dei,voluntatem faciunt.*

Secundò probatur à priori, quoniam voluntas ſigni eſt quid creatum, videlicet, prohibitio, præceptum,vel conſilium,hominibus vel Angelis explicatum: vt præcedenti diſput.dictum eſt; vnde nihil eſt quod neceſſariò inferat eorũ impletionem, niſi accedat voluntas beneplaciti efficax,quæ quoniam eſt omnium rerum creatrix, non poteſt non impleri,vt infra ſect. 2.

Probatio à priori.

Huic doctrinæ duæ adiunguntur limitationes. Prima eſt,duas voluntates ſigni ſemper impleri,videlicet,permiſſionem & operationẽ: ideo tres tantum voluntates reſtant,quæ non ſemper impleantur, videlicet præceptum, prohibitio & conſilium. Huius diſcriminis ratio eſt,quoniam operatio eſt ipſamet actualis productio boni, quod Deus operatur. Vnde cõtradictionem inuoluit,Deum operari aliquod bonum,& tamen operationem non impleri. Similiter permiſſio eſt ipſum non operari Deum ad impediendum malum; quare contradictionem inuoluit, Deum non operari & tamen non impleri eius non operari. Ita docent Albertus 1.p.q.80.memb.2. art. 4.Alexand.1.p.q.40.mẽb.4.Bonauentura 1.diſt. 47.art.1.q.2.vbi Ricardus q.1.& 2. 3.

Duæ voluntates ſigni ſemper implentur.

Albertus. Alexander. Bonauent. Ricardus. Ratio Ricardi.

In idem recidit alia ratio Ricardi atque Durandi, quoniam permiſſio & operatio ſunt ſigna voluntatis conſequentis, quæ ſemper impletur: ſed prohibitio,præceptum, & conſiliũ ſunt ſigna voluntatis antecedentis,quæ non ſemper impletur: infra diſp. 19.ſect.13.

Secunda limitatio eſt,ipſum non impleri voluntatem ſigni ſubſeruire melius impleodæ volontati beneplaciti, vt oſtendemus ſectionibus ſequent. Sed circa modum inſeruiendi, notat Durãdus 1.diſt. 47.q.2.illod opus quod fit contra voluntatem ſigni,ſeu antecedentem, obſequi 5.

volun-

Ipſum non impleri voluntatem ſigni deſeruit vt melius impleatur beneplacitis.

volũtati conſequẽti: quæ eſt volũtas beneplaciti: obſequi, ait, tanquam materiam *de qua*, vel *circa quam* ſit Dei voluntas conſequens. Addit autem, non obſequi, tanquam inſtrumentum ſeu agens ſecundarium obſequitur principali agenti, quãtum attinet ad malitiam operis; nam quantum ad alium effectum bonum à Deo intentum, veluti punitionem populi, paſſionem Chriſti Domini, & ſimiles, obſequitur tanquam inſtrumentum Dei.

Hæc doctrina magis ex profeſſo declaranda veniet ac confirmanda infra diſp. 48. ſect. 4.

6. *Actionibus materialibus peccatorum inſunt formalitates, quæ legi Dei non opponũtur.*

Nunc ſatis eſt admonere, materialibus actionibus peccatorum ineſſe reales quaſdam formalitates, quæ nullam in ſuo conceptu claudunt oppoſitionem contra legem Dei: & illas per ſe cauſari à Deo, tanquam impellente & inclinante ad illas. In his igitur, ſi conſiderentur præcisè ſecundùm ſe, non reperitur inſtrumenti ratio magis propriè quàm in actionibus moraliter honeſtis vt oſtendemus in eadem diſp.

Si verò conſiderentur materiales actiones peccatorum, prout diriguntur à Deo ad fines bonos; ſub hac formalitate præciſa, ſubeunt inſtrumenti rationem valde propriam; cæterum ſibi rectè conſentiẽtem, & minimè ſibi repugnantẽ.

7. *Peccati permiſſio dirigitur à Deo ad optimos ſuæ prouidentiæ fines.*

Sed quoniam ipſa quoque realis oppoſitio & repugnantia contra legem Dei & charitatem, imò & formalis etiam ratio malitiæ per Dei omnipotentiam retorquentur ad optimos fines (vt oſtendemus ſect. ſequentibus) in hac extrinſeca directione Dei conſiſtit propriiſſima quædã inſtrumenti ratio, quam inuiti patiuntur dæmones, & homines praui. Itaque nõ in concurſu Dei ad realem tranſgreſſionem legis, ſed in extrinſeca illius ordinatione collocatur hæc propria ratio inſtrumenti. Ad quam etiam pertinet, omnes circunſtantias præſcribere nocituris, ne poſſint alio tempore, loco, plus, diutius, intenſius, aduerſus alias perſonas, alióve nocumẽti genere inſanire, quàm intra limites, diuinâ prouidentiâ præſcriptos: vt oſtendemus diſp. 44. ſect. 3. & 4.

8. *Iſaiæ 7.*

De hoc inſtrumenti genere Deus loquitur Iſaiæ 7. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in his, qui trans flumen ſunt in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam.* Et *Iſaiæ 10.* cap. 10. *Væ Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt.* Et longè inferiùs: *Suſcitabit ſuper eũ Dominus flagellum & virgam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in via Ægypti.* Idem conſtat ex plurimis aliis verbis eiuſdem capitis, atque illis potiſſimum: *Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt.* Habent igitur impij propriam rationem inſtrumenti reſpectu bonorum, quæ Deus per illos conſequitur; ſicut per ſerram, baculum aut virgam, ſicut per inſtrumenta propria, operantur artifices.

SECTIO II.

Ipſum non impleri voluntatem ſigni per omnipotentiam deſtinatur ad melius implendam voluntatem beneplaciti.

1. *Non propter peccati perfectionem ex illo Deus colligit bonum.*

NOtandum eſt primò, bonum, quod Deus colligit ex materiali peccatorum actione, non colligi propter intrinſecam vim, perfectionem & aptitudinem eiuſdem actionis, vt talis effectus reſultet ex illa: ſed propter omnipotentiã Dei, cuius proprium eſt, vt illa etiam quæ fiunt contra voluntatem antecedentem & beneplaciti, quæ præceptum eſt, mirabiliter conuertat, vt ſibi ad nutũ miniſtrent ad implendã ſuauiſſimè voluntatẽ beneplaciti conſequentem & efficacẽ. Porrò tanquam inſtrumenta miniſtrare, iam vidimus ſect. præcedenti limitatione ſecunda.

Deus etiam ex formali ratione malitiæ colligit ſuam gloriam.

Secundò notandum eſt, non ſolum ex materiali actione, ſed etiam ex formali ratione malitiæ, Deum colligere ſuam gloriã & cætera prædeſtinatorum bona. Quod eſt ſubtiliter obſeruandum in ſequentibus teſtimoniis Patrum & Scholaſticorum. Etenim ipſa nomina *malitiæ, peccati* & ſimilia, quibus vtuntur, mãifeſtè ſignificãt rationem formalẽ. Inſuper hoc ipſum Theologica ratio confirmat, quoniam inter bona, quæ Deus colligit ex peccatis, non inferiorem locum obtinet ſui deſpicientia, & diffidentia, pœnitentia, timor & cautio: qui omnes affectus quidditatiuè reſpiciunt formalem rationem malitiæ, refugiendo ab illa, & propter odium malitiæ, euitando materialem actionem peccati.

2.

Ad præſens dogma probandum ſufficere potuiſſent verba Ioſephi ad fratres timore correptos Geneſ. 45. *Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum*; & poſt pauca: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.* Et cap. 50. *Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me.* Quid clarius? *Geneſ. 45.* *Geneſ. 50.*

Simile eſt illud Actor. 2. *Hunc definito conſilio, & praeſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemiſtis: quem Deus ſuſcitauit à mortuis.* Alia ex ſacris literis attingunt Patres continuò citandi. *Actor. 2.*

Citatam hiſtoriam & ſententiam Ioſephi ponderabimus ex profeſſo diſp. 44. ſect. 7. Nunc ad rem præſentem, audi Cyrillum Hieroſolymit. catecheſi 8. poſt med. ita exclamantem. *O ſapientiſſimam prouidentiam, quæ malum etiam propoſitum in ſalutis occaſionem conuertit! Quemadmodum enim illorum fratrum Ioſeph eundem odio proſequentium, malam voluntatem, accepit occaſionem propria adminiſtrationis, & permittens ipſis ex odio vendere fratrem, occaſionem accepit, efficiendi vt regnaret: Quos dilexit, cum his ſic permittit diabolum luctari, vt vincentes coronentur, & facta victoria, maior quidem victus à minore confundatur, homines autem magnificè probentur cum eum qui aliquando fuerat Archangelus, vincunt: Nihil vnque eſt extra Dei poteſtatem: de ipſo enim dicit Scriptura; quod omnia ſeruiunt tibi.* *Cyrillus* *Pſalm. 118.*

Auguſtinus autem in Enchirid. cap. 100. *Hæc ſunt*, inquit, *magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius, & tam ſapienter exquiſita, vt cum Angelica & humana creatura peccaſſet, id eſt, non quod ille, ſed quod voluit ipſa feciſſet; etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum eſt, quod creator noluit, impleret ipſe quod voluit, bene vtens malis, tanquam ſummè bonus, ad eorum damnationem, quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam, & ad eorum ſalutem, quos benignè prædeſtinauit ad gloriam. Quantũ enim ad ipſos attinet, quod Deus noluit fecerunt, quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipſo quod contra voluntatem Dei fecerunt de ipſis facta eſt voluntas Dei. Propterea namque magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates* *Auguſtinus.* *Pſalm. 110.*

voluntates eius: vt miro & ineffabili modo non fiat præter voluntatem Dei, etiam quod fit contra eius voluntatem: quia non fieret, ſi non fineret: neque vtique nolens ſinit, ſed volens: neque ſineret bonus fieri malè, niſi omnipotens etiã de malo poſſet facere bonũ.

Quatuor igitur obſeruanda veniunt in his verbis. Primum, peccantes, non quod creator voluit, ſed quod noluit, contra eius voluntatem facere. Quapropter aliqua Dei voluntas non ſemper impletur.

Ad diuinæ omnipotentiæ efficaciã non ſpectat omnia ſua voluntate facere.

Secundum eſt efficacitatem diuinæ omnipotentiæ non in eo conſiſtere, quod omnia faciat ſua voluntate; ſed quod ea etiam, quæ cõtra Dei voluntatem fiunt ab impiis, conuertat ad maius bonum iuſtitiæ ac miſericordiæ.

Dei efficax voluntas vel ab hominibus, vel de hominibus ſemper impletur.

Tertium eſt, efficacem voluntatem Dei ſemper impleri vel ab hominibus, vel de hominibus. Impletur quidem ab obedientibus, ſed de transgreſſoribus impletur. Quartum eſt, etiam illud quod fit, contra Dei voluntatem non fieri præter eius voluntatem.

4.
Idem ſæpe repetunt Patres.
Auguſtinus.

Hæc eadem aliis verbis in eodem libro atque in aliis Auguſtinus & alij Patres repetunt. Sic enim in eodem enchiridio ſequenti cap. 101. *Deus,* inquit, *quaſdam voluntates ſuas, vtique bonas implet per malorum hominum voluntates malas: ſicut per Iudæos maleuolos bona volũtate Patris Chriſtus pro nobis occiſus eſt.* Rurſus cap. 104. poſtquã explicuerat Dei bonitatem ac beneuolentiam, *qua voluiſſet cuſtodire primum hominem in ea ſalute, qua conditus erat, ſi præſciuiſſet eum habiturum eſſe perpetuam voluntatem,* ſubdit hæc verba, *Quia verò illum malè vſurum libero arbitrio, hoc eſt, peccaturum eſſe præſciebat, ad hoc potius præparauit voluntatem ſuam, vt bene ipſe faceret etiam de malè faciente, ac ſic hominis voluntate mala non euacuaretur, ſed nihilominus impleretur Omnipotentis bona.* Vbi pondera primò Deum, quod ex ſe eſt, potius voluiſſe, vt ab homine nõ fieret actio primæ inobedientiæ. Secundò pondera cauſalem,

Ex præſcientia futuri peccati mouetur Deus.

qua ex præſcientia futuri peccati mouetur Deus vt bonum, quod vult colligat alio modo de ipſa etiam actione, quam ipſe non facit, ſed creatura malefaciens facit. Vnde probatur, omnipotẽtiam Dei circa peccata in hoc conſiſtere.

Idem repetit cap. 107. dicens: *Sic ergo factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio: vtrumlibet horum elegiſſet, Dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certè de illo. Proinde quia ſuam maluit facere, quàm Dei, de illo facta eſt voluntas Dei.* Perpende quod in eo ſita ſit omnipotens Dei voluntas, vt vel à voluntate creata fiat, vel de illa fiat, quatenus illam ordinant ad maius bonum.

5.
Rom. 11.

Quod ipſum probat liber de prædeſt. ſanctorum cap. 16. ante med. illis verbis Rom. 11. *Secundùm Euangelium quidem inimici propter vos, ſecundùm electionẽ autem dilecti propter Patres. Quid eſt ſecundùm Euangelium inimici propter vos, niſi quod eorum inimicitia, qua occiderunt Chriſtum, in Euangelio ſine dubitatione profecit? Et hoc oſtendit ex Dei diſpoſitione veniſſe, qui bene vti nouit etiam malis, non vt ei proſint vaſa iræ: ſed vt, ipſo eis bene vtente, proſint vaſis miſericordiæ. Eſt ergo in malorum poteſtate peccare: vt autem peccando, hoc vel hoc illa malitia faciant, non eſt in eorum poteſtate, ſed Dei, diuidentis tenebras, & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur, niſi voluntas Dei.*

Quid peccatoribus permittitur & quid diuinæ omnipotentiæ reſeruatur.

Pondera, quid ſit illud, quod diuinæ omnipotentiæ reſeruatur, nec permittitur arbitrio impiorum: & quid ſit illud, quod permittitur arbitrio & poteſtati malorum. Nam in malorum poteſtate eſt peccare, Deo volente non impedire huiuſmodi poteſtatem: cæterum quod Deus, ſuę omnipotentiæ reſeruans, ſubtraxit omnino à poteſtate malorum, illud ſolummodo eſt, vt peccando hoc, vel hoc bonum illa malitia faciant, Deo bene vtente illorum peccatis ad finem, quẽ intendit.

6.
Pſalm. 110.

Rurſus in commentario ad illud Pſalm. 110. *Magna opera Domini. Eligat,* inquit, *ſibi homo quodlibet. Non ſic conſtituta ſunt opera Domini, vt creaturam in arbitrio libero conſtitutã, creatoris ſuperet voluntatem, etiam ſi contra eius faciat voluntatem. Non vult Deus vt pecces, nam prohibet: tamen, ſi peccaueris, non putes, hominem feciſſe quod voluit, & Deo accidiſſe quod noluit. Sicut enim vult vt homo non peccet; ita vult peccanti parcere, vt reuertatur & viuat: ita vult poſtremo, in peccato perſeuerantem punire, vt iuſtitiæ potentiam contumax non euadat. Ita quidquid elegeris, omnipotenti non deerit, vnde ſuam de te compleat voluntatem.* Perpende optionem homini dari vt eligat, qua via Deus ſuam de illo voluntatem compleat. Sed vtrum Deus ſuam de illo voluntatem compleat, de hoc non datur optio libertati noſtræ.

7.

Idem de correptione & Grat. cap. 7. poſt med. *Electus eſt,* inquit, *Iudas ad opus cui congruebat: ab illo quippe electus eſt, qui nouit bene vti etiam malis, vt per eius opus damnabile, illud, propter quod ipſe venerat, opus venerabile compleretur. Cum itaque audimus: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt: illos debemus intelligere electos per miſericordiam, illum per iudicium.* Nota primò opus damnabile fuiſſe proprium Iudæ, non Dei, & illum ex ſua libera malitia fuiſſe perſonam congruentem, quæ iuſto Dei iudicio eligeretur inter Apoſtolos eo fine, vt permitteretur ex auaritiæ libero affectu in tam horrendum facinus erumpere; quod Deus non facere, ſed illo bene vti, & per illud redemptionis opus complere decreuerat. *Ioannis 6.* Quam ob rem eundem locum Ioan. 6. exponens tract. 27. in Ioannem verſus fin. ait: *Sicut iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei, ita Deus bene vtitur malis operibus iniquorum,* & infra: *Si ergo ipſius Diaboli malis operibus bene vtitur Deus: quod facit malus malè vtendo ſibi nocet, non bonitati Dei contradicit.*

8.

Item de agone Chriſtiano cap. 7. initio: *Omnes,* inquit, *diuinæ prouidentiæ ſeruiunt: ſed alij obediunt, tanquam filij, & faciunt cum ea, quod bonum eſt: alij vero ligantur tanquam ſerui, & fit de illis quod iuſtum eſt.* Totúmque illud & ſequens caput confirmat eandem ſententiam. Præterea lib. 3. de Trinitate cap. 4. ſub init. *Vtitur,* inquit, *omnibus, ad incommutabile arbitrium ſententiæ ſuæ, ſpiritibus, ſiue per eius gratiam, ſiue in aliis per propriam voluntatem.* *Sic habet.* Quod autem in ordinatione peccati Deus vtitur bene per iuſtitiam, notat in libro de natura boni contra Manichæos cap. 36. fine. Inſuper q. 32. in Exod. fine, reſeruari malos propter admonitionem, vel exercitationem bonorum.

9.
Proſper.
Pſalm. 110.

Proſper in Pſalm. 110. ad illum verſum: *Magna opera Domini.* eadem fere verba tranſcribit, quæ nuper ex Auguſtini commentario retulimus. Sicut etiam ad excerpta Gennenſ. dub. 7. ex profeſſo defendit eam ſententiam, quam paulò ſuperius adduximus ex lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 16. & ait: *Malè enim velle facillimum eſt malis: & eorum damnabilem voluntatem, non dubium eſt*

à Dei

Digitized by Google

à Dei poteſtate concludi, vt effectum cupiditatis ſua, niſi ille permiſerit, habere non poſſint. Vti autem ſapientiam & iuſtitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipſorum prodeunt appetitu, ad implenda conſilia & iudicia ſua, nullus vel tenuiter ſecundùm pietatem doctus, ignorat: qui videt Dei Patris optimam voluntatem, non parcentis Filio ſuo, ſed pro nobis omnibus tradentis eum, peſſima traditorum Iudæ & Iudæorum voluntate completam.

10. *Fulgentius.* Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 26. prope init. *De malo*, inquit, *quo peccantem iudicat Deus, quibus vult, beneficium prærogat.* Ergo ſicut malum ſub ratione mali, eſt de quo peccantem iudicat Deus: ita de illo colligit beneficium, quod prærogat, quibus vult. Rurſus eodem lib. cap. 27. initio ait: *In talibus enim Deus iudicium ſuum deſertione inchoat, cruciatione conſummat. Nam & hoc tempore, quo diſcedentes malos deſerit Deus, non operatur in eis quod ei diſplicet, ſed operatur per eos quod ei placet.*

S. Leo. Leo ſermon. 2. de Epiphan. *Sæuitia*, inquit, *Herodis volens primordia ſuſpecti ſibi Regis extinguere, huic diſpenſationi neſciens ſeruiebat: vt dum atroci intentus facinori ignotum ſibi puerum indiſcreta infantium cæde perſequitur, annuntiatum cælitus Dominatoris ortum, inſignior vbique fama loqueretur.*

11. *Gregorius. Iob 5.* Gregorius 6. moral. cap. 12. initio ad ea verba Iob 5. *Qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum. Inde*, ait, *voluntatem Dei peragunt, vnde hanc immutare contendunt; atque Omnipotentis Dei conſilio, dum reſiſtere nituntur, obſequuntur. Quia ſæpe hoc eius diſpoſitioni aptè militat, quod ei per humanum ſtudium friuolè reſultat:* Quod toto illo cap. confirmat exemplo fratrum Ioſeph, Saülis procurantis mortem inferre Dauidi, Ionæ fugientis à facie Domini, & Iudæorum conſpirantium contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vnde prope finem capitis ita colligit: *Iuſtus nàmque & miſericors mortalium acta diſponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus: atque ea quæ permittit ſic tolerat, vt hæc in ſui conſilij vſum vertat. Vnde miro modo fit, vt & quod ſine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non ſit, quia dum in bonum vſum mala facta vertuntur, eius conſilio militant, etiam quæ eius conſilio repugnant.* Pondera, hæc facta non fieri à Deo, ſed permitti; quinpotius ſine voluntate Dei agi; non quidem ſine voluntate permittente; ſed ſine voluntate poſitiuè determinante ad illa: & tamen ea ſolùm ratione oſtenditur omnipotentia & ſapientia Dei, quoniam ad bonum vſum etiam malè facta vertuntur.

12. *Iob 40.* Idem Gregorius lib. 33. moral. cap. 13. aliàs 18. & 19. ad illa verba Iob. 40. *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum? In pacto*, ait, *diſcordantium partium voluntas impletur, vt ad votum ſuum quæcumque perueniat, & iurgia deſiderato fine concludat. Antiquus itaque hoſtis à ſinceritate diuinæ innocentiæ malitiæ ſuæ face ſuccenſus diſcordat: ſed ab eius iudicio, etiam diſcordando non diſcrepat.* & poſt pauca: *Secreto ergo diſpenſationis ordine, vnde ſæuire permittitur iniquitas diaboli, inde piè perficitur benignitas Dei.* Vbi conſequenter exponit, quomodo non ſolùm in vita præſenti, ſed etiam in ſempiternum diabolus ſeruiat vtilitatibus electorum.

13. *Iob 41.* Denique lib. 34. Moral. cap. 7. exponens illud Iob. 41. *Cùm ſublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. Territi*, inquit, *ne conditorem ſuum ſuperbè deſpicerent: purgati verò, quia exeuntibus reprobis, actum eſt, vt electi ſoli remanerent. Et quia cunctorum opifex Deus ſcit, ad bonorum cuſtodiam etiam bene vti mala actione reproborum; lapſum cadentium vertit in profectum manentium; & vnde punita eſt culpa ſuperbientium, inde humilibus Angelis & inuenta & ſolidata ſunt augmenta meritorum.*

14. Petrus Chryſologus ſermon. 97. qui eſt ſecundus de parabola zizaniorum poſt med. *Quare*, inquit, *hoc cùm videres Domine, permiſiſti? Quia timere fraudes non poteſt, cui nihil poteſt deperire: & quia maius eſt reparare perdita, quàm illæſa reſeruare: ſimul quia oportet zizania eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Quas rationes ſtatim pluribus exemplis comprobat. *1. Corinth. 11.*

Bernardus in tractatu de Gratia & liber. arbitr. inter med. & finem, *Multa*, inquit, *multorum ſaluti vtilia facit Deus per malos, ſiue homines, ſiue Angelos; ſed quoniam inuitos, ideo contra ipſos. Nam dum nocere cupientes iuuant, quantum alijs valeat vtilis actio, tantùm ipſis peruerſa nocet intentio.*

15. *Rom. 11.* Beda ad Roman. 11. ad illa verba, *Secundùm Euangelium inimici propter vos*, ſcribit eadem, quæ ſupra retulimus ex Auguſtino de prædeſtinat. Sanctorum cap. 16. Quemadmodum & Anſelmus in libello de voluntate Dei poſt med. recitat & approbat eadem, quæ initio retulimus ex Auguſtino in Enchirid. cap. 100. & in elucidario prope medium quærit; *Qualiter ſeruiunt membra diaboli electis?* & reſpondet: *cùm eos trahunt ad regnum ſimulatione, vel impellunt aduerſitate.* Quod vtrúmque membrum fuſius explicat. *Anſelmus.*

16. *Damaſcen.* Ex Græcis verò Damaſcenus 2. fidei cap. 29. ante med. *Aliquando*, inquit, *ſinit quippiam abſurdum fieri, vt per operationem, quæ abſurda videtur, magnum aliquod & admirabile dirigat & operetur: vt per crucem ſalutem hominum.* & infrà: *Permittitur & quis quandoque in turpem incidere actionem, ad emendationem deterioris affectus: verbi cauſa: quis eſt elatus in virtutibus & rectè factis ſuis; hunc ſinit Deus in adulterium prolabi, vt per caſum, in cognitionem propriæ infirmitatis veniens, humiliatus confiteatur Domino.*

Eandem rationem humiliationis, vt permitteretur lapſus quorumdam, qui rectè viuebant, Chryſoſtom. reddit homil. 1. de prouidentia colum. antepenultima. Auguſtin. lib. 1. de ciuit. cap. 28. & lib. 14. cap. 13. & S. Maximus centuria 3. cap. 9. 10. 16. & 23. quorum verba referimus infra diſp. 53. ſect. 11. ad finem.

17. *D. Petrus.* Clementem Romanum adhuc cathecumenum contriſtatum de noua diſputationis dilatione, quam Simon Magus petebat, D. Petrus conſolatur lib. 1. recognitionum pag. 7. his verbis. *Dei iuſtitia, etiam ea, quæ ſuperflua videntur, aut contraria in vno quoque negotio opportuno exitu, competentique diſpenſat, præcipuè tamen erga eos, qui eum familiarius colunt: & ideo qui de his, vt dixi, certus eſt, ſi quid eueniat contra ſententiam, nouit pro eo mærorem de animis expellere, melioris ſententiæ certum habens, quod diſpenſatione boni Dei, etiam quod contrarium videatur, vertatur in melius. Propter quod ò Clemens*

etiam nunc non te contriſtet Magi Simonis iſta dilatio. Credo enim quod per Dei prouidentiam geſtum ſit ad vtilitatem tuam, vt poſſim tibi in hac ſeptem dierum comperendinatione abſque aliquo ſtrepitu exponere, &c. Pondera primò, contraria & ſuperflua Dei prouidentia in melius conuerti. Secundò exitus opportunitate denotari menſuram à Deo præſcriptam, quam etiam denotat numerus dierum ſeptem.

18. Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. circa med. docet, Græcam philoſophiam, inuectam eſſe

Ioannis 10. Græca philoſophia à diabolo inuecta.

à diabolo, tanquam fure, ſecundùm illud Ioan. 10. *Omnes, quotquot venerunt, fures ſunt & latrones.* Nihilominus ad vtilitatem & opportunitatem recipiendæ fidei à Deo fuiſſe permiſſam, & ſubdit: *Tunc enim aliquam vtilitatem habuit furtum, quod redibat ad homines, non quod is, qui ſurripuit vtile ſibi proponeret, ſed prouidentia ad vtile dirigeret audacis capti euentum*, & pagina ſequenti: *Eſt igitur maximum diuinæ prouidentiæ argumentum, non ſinere, vt vitium, quod ex voluntaria defectione ortum eſt, inconducibile maneat & inutile, ſed nec ſit omnino noxium. Diuinæ enim ſapientiæ, & virtutis, & potentiæ eſt officium non ſolùm bona facere, ſed illud quoque maximè, vt id quod per malos aliquos excogitatum eſt, ad bonum aliquem finem, & vtilem deducat.* Quod idem notat lib. 4. Stromatum in medio.

19. Irenæus libr. 4. aduerſus hæreſes cap. 72. prope finem plurimas vtilitates enumerat, propter quas colligendas Deus ſuſtinet noſtra peccata: præſertim verò, vt per illa ipſa erudiamur

Hieremiæ 2. & emendemur, ſecundùm illud Hierem. 2. *Auerſio tua increpabit te.* Præſertim verò notanda ſunt illa verba: *Deo quidem magnanimitatem præſtante in apoſtaſia hominis, homine autem erudito per eam, quemadmodum & propheta ait: emendabit te abſceſſio tua: præfiniente Deo omnia ad hominis perfectionem, vti & bonitas oſtendatur, & iuſtitia perficiatur.* &c.

20. Dionyſius de diuin. nom. cap. 4. non procul ante finem ait: *Quinetiam iis, qui mali euaſerunt, ad eorum vel aliorum priuatum, aut communem vſum prouidentia benignè vtitur.* Æneas Gazæus in Theophraſto multo propius ad med. quam ad princip. ait, *Magna facultatis eſt etiam ea, quæ malè facta ſunt, in vſum aliquem bonum conuertere, & quæ nos informia fecimus, ea in formam pulchram poſſe redigere & perfecta exhibere.* & longè inferiùs: *Vt hæc euenirent oportuit concedi, vt et quod pulchrum eſt, eo quod deforme eſt oppoſito, quantopere excellit pulchritudo cognoſceremus.*

21. Plotinus etiam apud Theodoretum lib. 6. de prouidentia propius ad medium quàm ad finem ait: *Ipſa malitia non nihil vtilitatis ad vniuerſum attulit, in exemplum iuſtitiæ, ac iudicij poſita, multáque ſeorſum ex ſe ipſa commoda nobis adhibens; vigiles enim homines reddidit, mentémque ac prudentiam eorum hominum excitauit, qui ſcelerum progreſſibus ſe opponunt. Malorum præterea comparatione poſita, quæ ſceleſti homines patiuntur, ipſa nos docet malitia, quale bonum, quantumque ſit virtus. Dictum eſt autem non propter has cauſas mala eſſe producta; ſed quandocumque fieri ea contingat, vti Deum illis ad bonum aliquod. Eſt autem maxima cuiuſdam potentiæ, ac virtutis, benè vti poſſe, quæ mala ſunt, informiáque effectiu poſſe in vſum vertere aliarum formarum.* Vide imprimis varias vtilitates, quas Deus colligit ex malitia. Rurſus perpende, propter illas non moueri Deum vt tales operetur actiones; ſed quando contigerit eas eſſe productas, Deum illis ad bonum aliquod vti.

Eandem veritatem docet Hugo Victorinus ſumm. ſentent. tractat. 1. part. 1. cap. 13. & part. 2. cap. 19. & 20. & D. Thomas citandus in ſect. ſequenti ad finem; & communiter Scholaſtici in 1. diſtinction. 47. vbi S. Bonauentur. artic. 5. quæſt. 2. & 3. Richardus art. 1. quæſt. 3. Durand. quæſt. 2. (Sed Durandus cautè legendus eſt, quia miſcet alia Theologiæ ac Philoſophiæ contraria) Albertus 1. parte quæſt. 80. memb. 2. art. 4. Alexand. 1. part. quæſt. 40. memb. 4. Vincentius Beluacenſis in ſpeculo naturali, videlicet, tomo primo ſpeculi lib. 29. cap. 67. & 68. & à cap. 80. vſque ad 88. Omnia denique confirmantur ex iis quæ diximus 1. part. quæſt. 23. vbi ſunt inſtitutæ peculiares diſputationes duæ. Altera de vtilitatibus quæ à reprobis exiſtunt in prædeſtinatos, altera de vtilitatibus, quas prædeſtinati per diuinam gratiam colligunt ex propriis peccatis. 22.

Hugo Victor. D. Thomas. Bonauentur. Richardus. Durandus. Albertus. Alexander. Vincentius Beluacen.

SECTIO III.

Similitudinibus varijs Patres idem dogma confirmant.

DVæ priores pertinent ſiue ad artem medendi, ſiue ad militarem artem; ad quarum alterutram, vel vtramque reducere poſſumus ſolutionem quæſtionis, quam proponit Dionyſius Areopag. de diuinis nominibus cap. 8. non procul à fine. Quo modo non repugnet diuinæ iuſtitiæ & æquitati permittere, vt Sancti viri à ſceleratis hominibus affligantur. Et reſpondet, hoc eſſe digniſſimum diuina iuſtitia vt Sancti exerceantur & robuſtiores reddantur. 1.

Dionyſius Areopag.

Notandum eſt potiſſimum illud: *Itaque hoc verum dici poteſt, potius eſſe diuinæ iuſtitiæ proprium, non demulcere & diſſoluere virilem optimi cuiuſque animum terrenorum bonorum largitionibus: neque ſi quis hoc facere conetur, auxilio præſidióque deſertos eſſe ſinere*, &c.

Clariùs ad artem medendi pertinent, quæ S. Baſilius ſcribit homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*, inter princip. & med. præcipuè verò prope finem homiliæ: *Sapiens*, inquit, *& prouidentiſſimus rerum humanarum diſpenſator Deus vtitur ad noſtram exercitationem malignitate Dæmonis; quemadmodum medicus viperæ veneno ad ſalutarem medicamentorum præparationem.* & homil. in Pſalm. 28. ad illa verba: *Vox Domini præparantis ceruos*, ait: *Talem hoc animal natura conditionem ſortitum eſt, vt à nullo veneno ſerpentis lædi queat: imo remedio eſt, ſiue purgationi, ſi fortè in id inciderit (quemadmodum aiunt qui talia obſeruarunt) vipera deuorata.* 2.

S. Baſilius. Pſalm. 28.

Poſtea oſtendit, dæmones comparari ſerpentibus & ſcorpionibus: at verò iuſtos homines comparari ceruis. Vnde ſatis ſignificat, ex Dæmonis malitia iuſtis antidotum Dei arte præparari.

Eodem exemplo veneni vtitur idem Baſilius Iſaiæ decimo tertio capit. ad illa verba: *Iſaia 13.*

Dominus

Digitized by Google

Dominus Sabaoth mandauit genti bellicoſæ: vt referemus alibi.

3\. *Theodoretus Rom 9.* Magis apertè ſimilitudinem applicat Theodoretus ad Rom. 9. ad illud: *Deus volens oſtendere iram. Ex eius*, inquit, *improbitate* (videlicet Pharaonis) *ad mala profliganda, ſalutare medicamentum compoſuit: & quemadmodum medici, non ipſi fabricantur viperas, ſed ex eis vtile bonitatibus medicamentum conficiunt: ita etiam Deus voluit quidem, Pharaonem ſubire ſupplicia. &c.* Deus ergo non fabricatur illas operationes impiorum, quibus tanquam veneno vtitur ad antidotum prædeſtinatorum.

Auguſtin. Id verò magis expreſſit Auguſtinus lib. 9. confeſſ. cap. 8. vbi de S. Monica, quæ in pueritia per conuitium ancillæ, curata eſt à vinolentia, qua cœperat laborare, ſic loquitur: *Quid egiſti Deus meus? Vnde curaſti? Vnde ſanaſti? Nonne protuliſti durum & acutum ex altera anima conuitium, tanquam medicinale ferrum ex occultis prouiſionibus tuis, & vno ictu putredinem illam præcidiſti?* Porro ancillam non fuiſſe à Deo motam & impulſam, vt vellet inferre conuitium: ſed illius libera propenſione, atque ita Deum eſſe vſum arte medendi, oſtendit Auguſtinus ſequenti contextu dicens: *Sicut amici adulantes peruertunt, ſic inimici litigantes plerumque corrigunt. Neque tu quod per eos agis, ſed quod ipſi voluerunt retribuis eis. Illa enim irata exagitare appetiuit minorem dominam, non ſanare*, &c. Præterea, ſuperbiæ medicinam eſſe proprium lapſum & culpam, quam Deus permittit propter ſanitatem humilitatis, ac propriæ diffidentiæ, notauerunt Damaſcenus, & Irenæus citati ſect. præced. atque Chryſoſtom. Auguſtin. & Gregor. quorum verba referemus diſput. 53. ſect. 11. ad finem.

4\. Chryſoſtomus homil. 36. in Matth. prope initium, & medici, & imperatoris in bello ſimilitudines ita complectitur: *Nam & medicus hoc modo reliquum corpus conſeruat facilè, ſi quod reduci ad ſanitatem non poteſt, exciderit atque abiecerit: & militia dux ad ſoluendam militum conſpirationem alterum in alterum concitat. Sic in turre factum videmus, quando pernicioſa illa pax per diſcrepantiam diſſoluta, tranquillam atque laudabilem pacem reddidit. Sic etiam Paulus eos, qui aduerſus ſe conſpirabant, diuidebat, atque diſſipabat.* & poſt pauca: *Non igitur ex propoſito Chriſti, ſed ex mente animóque hominum vitioſo, bellum erumpit. Nam ipſe certè vellet, vt omnes vno conſenſu veritatem amplecterentur: verum quoniam reſiſtunt, atque reluctantur, bellum prorumpit.* Poſtea explicat, Deum propterea dici cauſam belli, & excæcationis, quoniam ſua prouidentia colligit talia bona ex procliuitate hominum ad malum.

Gregorius. Eadem arte Pauli ad hoſtes fidei diuidendos Gregor. lib. 34. moral. cap. 4. prope med. confirmat: *Vt pernicioſum eſt ſi vnitas deſit bonis: ita pernicioſum eſſe ſi non deſit malis. Reproborum quippe vnitas, bonorum vitam tanto durius præpedit, quanto ei ſe per collectionem durior opponit.* Hoc igitur reproborum malum conuertitur in bonum prædeſtinatorum.

5\. Tertia ſimilitudo ſit incudis & malleatoris, quam exponit Gregorius in eodem lib. 34. moral. cap. 6. dicens: *Rectè Leuiathan iſte incudi comparatus eſt: quia nos illo perſequente componimur, ipſe autem & ſemper percutitur, & in vas vtile nunquam mutatur.* Bernardus verò ſerm. 17. in cantic. inter med. & fin. *Iucundum*, inquit, *iudicium, vt ſuperbus ille humilium malleator, eiſdem ipſis neſciens fabricet coronas perpetuas impugnando omnes, & omnibus ſuccumbendo.* *Bernardus.*

Anſelmus in Elucidario prope med. inquirit. *Quomodo Diabolus ſeruit Deo?* & reſpondet: *Quia glorioſus Princeps deſpexit eſſe in palatio; fecit eum Deus laborioſum fabrum in hoc mundo, vt coactus totis viribus ſeruiat, qui vacare Deo fruendo nolebat, vnde dicitur: Faciam tibi eum ſeruum ſempiternum.* *Iob 40.* *Cuius fabri caminus, eſt afflictio & tribulatio, folles & mallei*, &c.

Huc pertinet etiam quod Auguſtinus lib. de ſpiritu & litera capite 33. propius ad med. quàm ad princip. ait: *Infideles contra voluntatem Dei faciunt, cùm eius Euangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verum ſe ipſos fraudant magno & ſummo bono, maliſque pœnalibus implicant, experturi in ſuppliciis poteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam contempſerant. Ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt, vinceretur autem, ſi non inueniret quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo poſſent euadere quod de talibus illa conſtituit. Qui enim dicit, v. g. volo vt hi omnes ſerui mei operentur in vinea, & poſt laborem requieſcentes epulentur, ita vt quiſquis eorum hoc noluerit, in piſtrino ſemper molat: videtur quidem quicumque contempſerit, contra voluntatem Domini ſui facere: ſed tunc eam vincet, ſi & piſtrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri poteſt ſub Dei poteſtate.* *Auguſtinus.*

6\. *Anſelmus.* Quarta & aptiſſima ſimilitudine rem explicuit idem Anſelm. lib. 1. *Cur Deus homo* c. 15. in medio dicẽs: *Si ea quæ cœli ambitu continentur vellent non eſſe ſub cœlo, aut elongari a cœlo; nullatenus poſſent, niſi ſub cœlo eſſe; neque fugere cœlũ, niſi appropinquando cœlo. Nam vnde, & qua, & quo, & quæ irent, ſub cœlo eſſent: & quanto magis a qualibet parte cœli elongarentur. Ita manet velut ſuſpenſum. Ita quamuis homo, vel malus Angelus diuinæ ordinationi ſubiacere nolit; non tamen eam fugere valet. Quia ſi vult fugere de ſub voluntate iubente; currit ſub voluntatem punientem. Et ſi quæris, qua tranſit? non niſi ſub voluntate permittentis. Et hoc ipſum quod peruersè vult, aut agit, in vniuerſitatis præfatæ ordinem & pulchritudinem ſumma ſapientia conuertit.* Animaduerte, in quo poſita ſit vniuerſalitas diuinæ omnipotentiæ & ſapientiæ; non enim in eo quod omnia opera, quæ fiunt tranſeant per voluntatem prædeterminantem, & efficaciter volentem: ſed potius relinquit latitudinem, vt eligat creata voluntas, vel manere ſub voluntate iubente, vel tranſire per voluntatem permittentem, vnde fiet, vt incidat in voluntatem punientem.

7\. *Gregorius. Iob 40.* Eadem propè ratio ſimilitudinis deſumptæ ex ambitu figuræ circularis, materia dumtaxat variata, explicatur à S. Gregorio lib. 33. moral. cap. 10. alias 13. ad illa verba Iob. 40. *Nunquid pones circulum in naribus eius?* adducitque illud Iſaiæ 37. *Ponam circulum in naribus tuis.* & Apocalipſis 14. *Et ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in cap. ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.* Et ſubdit Gregorius. *Poteſtas diuini iudicij, quia vndique ſtringit, circulus dicitur: & quia intra ſe omnia incidendo amplectitur, falcis appellatione ſignatur. In falce enim quidquid inciditur, quaquauerſum fle-* *Iſaia 37.* *Apocalip. 14.*

ctimur, intus cadit. Et quia poteſtas ſuperni iudicij nullatenus euitatur, intra ipſam quippe ſumus, quolibet fugere conemur; rectè eum venturus iudex oſtenditur, falcem tenere perhibetur: quia cùm potenter ad omnia obuiat incidendo circundat.

8. *Boëtius.* Porro circuli ambitus idem eſt, quod vniuerſalitas omnipotentis prouidentiæ. De qua Boëtius lib. 4. de conſolatione proſa 6. prope finem ait: *Sola eſt diuina vis, cui mala quoque bona ſunt; cum eis competenter vtendo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur, vt quod ab aſſignata ordinis ratione deceſſerit, hoc licet in alium, tamen in ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati.*

9. *Iſidorus.* Quod magis explicuit Iſidorus lib. 1. ſentent. cap. 2. prope initium dicens: *Omnipotentiæ diuinæ maieſtas cuncta poteſtatis ſuæ immenſitate concludit, nec euadendi potentiam eius quiſquam aditum inuenire poterit, quia ille omnia circumquaque conſtringit.* Cuius rationem reddit poſt pauca: *Qui enim eum non habet placatum, nequaquam euadere poteſt iratum.* Eadem mente Auguſtinus in lib. 4. confeſſionum cap. 9. *Deus,* inquit, *fecit cœlum & terram, & implet ea, quia implendo ea, facit ea. Te nemo amittit, niſi qui dimittit, & qui dimittit, quò it, aut quò fugit, niſi à te placido ad te iratum?* Supradictam comparationem circuli, ſequitur etiam D. Bonauentur. in 1. diſt. 46. art. 1. quæſt. 5. ad 1. *D Bonau.*

10. Eodem poſtremò ſpectat metaphyſica ſimilitudo, qua eandem veritatem probat D. Thomas 1. part. quæſt. 19. artic. 6. in corpore, nimirum, quia in prima & vniuerſaliſſima cauſa efficiente, debet eſſe talis vniuerſalitas, quæ rectè atque proportionatè correſpondeat cauſæ formali vniuerſaliſſimæ, quæ eſt ratio formalis conſtituens omnia. Hæc autem eſt ratio entis. Huius igitur tanta eſt vniuerſalitas, vt nihil exiſtere poſſit in rerum natura, quod non conſtituatur per rationem formalem entis; ideóque quod recedit ab vna ratione entis, neceſſariò incidit in aliam rationem entis; niſi omnino redigatur in nihilum. Hanc ſimilitudinem *S. Thomas.* S. Thomas ad Dei voluntatem applicat his verbis: *Cùm igitur voluntas Dei ſit vniuerſalis cauſa omnium rerum; impoſſibile eſt, quod diuina voluntas ſuum effectum non conſequatur. Vnde quod recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundum alium. Sicut peccator, qui, quantum eſt in ſe, recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinæ voluntatis, dum per eius iuſtitiam punitur.* Nota in quo D. Thomas conſtituat vniuerſalitatem & efficacitatem diuinæ voluntatis: non in eo quod omnes actiones malas prædeterminet, neque quod voluntas creata non poſſit impedire talem actionem, eo quod prædeterminata ſit à Deo; ſed in eo quod, licet voluntas creata pro ſua libertate poſſit ab vno ordine diuinæ voluntatis recedere, & tranſire ad alium; attamen nunquam poteſt exire ordinem cauſæ vniuerſalis: & ex eo quod recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in alium ordinem. Ideóque voluntas Dei ſemper bonum aliquem effectum à ſe intentum aſſequitur.

Secundùm S. Thomã ſaluatur ſine præmotione diuina voluntatem efficacitas.

* * *

SECTIO IV.

Vtrùm voluntas beneplaciti ſemper impleatur.

Circa vocis proprietatem & vim obſerua primò, Beneplacitum reperiri Epheſios 1. *Secundùm propoſitum voluntatis ſuæ.* Vbi propoſitum idem eſt quod beneplacitum, vt notat ibi D. Hieronym. Atque idem eſt quod paulò inferius ſubiungitur: *Secundùm beneplacitum eius.* Ac proinde Chryſoſtomus homil. 1. vtrobique vim eandem & proprietatem vocis ponderat, dicens, hoc beneplacitum eſſe primariam Dei voluntatem, ex Dei propenſione procedentem, non excitatam noſtris peccatis. Quare voluntatem puniendi condiſtinguit contra beneplacitum. 1.

Obſerua primò. *Epheſ 1.* *D Hierony.* *Chryſoſtom.* *Propoſitum Dei idem quod beneplacitum.*

Eadem ratione Damaſcenus 2. lib. de fide cap. 29. ſolam antecedentem voluntatem appellat beneplacitum. At Scholaſtici communiter nomen beneplaciti latiùs accipiunt, vt complectatur voluntatem antecedentem & conſequentem (de quibus agendum eſt diſput. ſequentibus) ex quorum ſententia voluntas beneplaciti eſt omnis & ſola volitio, quæ realiter, propriè, ac ſine metaphora eſt volitio diuina: ac proinde eſt realiter idem cum ipſo Deo.

Damaſcenus antecedentem voluntatem ſolam, beneplacitum appellat. Scholaſtici latius vſurpãt nomen beneplacitum.

Secundò; Huius acceptionis initium dedit Gloſſa in id Roman. 12. *Vt probetis quæ ſit voluntas Dei, beneplacens, & perfecta.* Vbi ſic ſcribit: *Hic accipitur Dei voluntas, quæ vult, & ſemper impletur, quæ beneplacitum Dei, ſiue diſpoſitio appellatur.* Vnde Hugo Victor. Summæ ſentent. tract. 1. cap. 13. & Magiſter in 1. diſt. 45. ſumpſere occaſionem diſtinguendi voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigni. Quem modum loquendi & diuidendi ſequuntur omnes Scholaſtici locis citatis diſp. 17. 2.

Acceptionis initium dedit gloſſa. Roman. 12. *Hugo Victor. Magiſter.*

Tertiò notandum eſt, non ſatis conſtare, vtrùm voluntas beneplacens apud Paulum ſignificauerit opera præcepta, ſicut voluntas perfecta ſignificare videtur conſilia. Sed parum intereſt, quo fundamento inducta fuerit vocum ſignificatio, dummodo verè atque vtiliter doceatur res ſignificata. Quapropter nobis loquendum erit, vt omnes Scholaſtici loquuntur; qui, quando dicunt, voluntatem beneplaciti ſemper impleri; *voluntatem beneplaciti* ſumunt ſtrictiùs & rigidius pro voluntate abſoluta efficaci, quam ſolent appellare conſequentem. 3.

Non eſt ſiſtendum in nomine ſi res ſignificata verè doceatur.

Quartò nihilominus non rarò beneplaciti voluntatem ampliant, vt complectatur etiam ſimplicem complacentiam inefficacem ac volitionem conditionatam, quæ ſolet intelligi nomine voluntatis antecedentis. Nec enim alius eſſe potuit ſenſus & mens Hugonis Victor. ſumm. ſentent. tractat. 1. cap. 13. propius ad med. quàm ad principium, quando ſic explicat Scripturæ locutiones: *Cum inuenitur: Vult Deus bonum: non vult malum; de beneplacito Dei intelligitur.* Hoc ſenſu Eccleſiaſticus capite 35. *Beneplacitum,* inquit, *eſt Domino recedere ab iniquitate.* & Epheſ. cap. 5. *Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate probantes quid ſit beneplacitum Deo.* Quarta verò ſit Hugonis authoritas ad vſum iſtorum nominum, inde conſtat, quoniam ille dux & 4.

Hugonis mẽs. *Eccleſiaſtici 35.* *Ad Epheſ 5.* *Hugonis authoritas in hac re.*

primus

primus author in ſcholas inuexit diſtinctionem voluntatis ſigni & beneplaciti: vt vidimus diſp. præcedenti ſect. 1.

5\. Quintò; Non alio ſenſu Magiſter & communiter Scholaſtici ſumunt voluntatem beneplaciti, quoties eam conſtituunt, tanquam membrum adæquatè diuidens voluntatem Dei, ſimul cum voluntate ſigni: cùm tamen aliunde reſtringant nomen *Voluntas ſigni*, ne ſignificet veram & realem voluntatem Dei, ſed eam quæ metaphoricè Dei voluntas vocatur, quoniam eſt illius ſignum vt vidimus diſputat. 17. ſect. 1. Sequitur enim ex prædicta limitatione voluntatis ſigni, laxandam eſſe ſignificationem voluntatis beneplaciti, quouſque complectatur omnem voluntatem Dei, quæ non metaphoricè fuerit voluntas Dei, ſed realiter & verè. Talis autem eſt non tantum voluntas abſoluta & efficax, ſed etiam ſimplex complacentia, ſeu voluntas antecedens & conditionata. Sed de hoc plura dicemus diſp. ſequentibus.

Voluntas beneplaciti, & ſigni adæquatè diuidunt voluntatem Dei.

Simplex cõplacētia verè, & propriè voluntas.

Confirmatur primò, nam ſub eadem amplitudine dicunt Scholaſtici, voluntatem beneplaciti coniunctam aſſerri ſemper in voluntate ſigni, quæ eſt præceptum, prohibitio aut conſilium: vt vidimus diſput. 17. ſect. 3. Ideóque ſub initium ſectionis huius deſcriptione declarauimus, voluntatem beneplaciti eſſe quamlibet, quæ realiter propriè ac ſine metaphora eſt volitio Dei, realiter exiſtens in ipſo. Confirmatur ſecundò, quia *beneplacitum* eſt nomen, quo veram & realem ac primariam ſeu antecedentem voluntatem ſalutis omnium hominum, intelligit Chryſoſt. & alij, vt videbimus diſput. 19. ſect. 2. & ſequentibus. Ideóque S. Thom. 1. ad Timoth. 2. poſt. med. ſubdiuidit voluntatem beneplaciti in voluntatem antecedentem & conſequentem.

6\. Sit igitur prima concluſio. Beneplaciti voluntatem accipiendo laxiori & magis ampla ſignificatione, nuper explicata, manifeſtum eſt, non ſemper impleri voluntatem beneplaciti; quia complectitur complacentiam ſimplicem, & voluntatem antecedentem, ſeu conditionalem, quam non ſemper impleri conſtat ex præcedentibus ſectionibus, & magis conſtabit diſput. 19. ſect. 10. & ſequentibus.

7\. Ratio à priori, quæ ſimul præoccupat obiectiones, quæ ſuboriri poſſent, hæc eſt, quoniam hæc licèt ſimpliciter ſit voluntas, quàntum ad hoc quod realiter & propriè ſit in Deo; nihilominus non ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid amplectitur obiectum. Et ideo, quantum ad hoc, eſt voluntas ſecundùm quid. Hac igitur ratione nihil contra diuinæ voluntatis omnipotentiam ſequitur, licet non impleatur.

Voluntas beneplaciti voluntas ſecūdùm quid.

Declaratur amplius & confirmatur, quia ſi voluntas beneplaciti ſit mera complacentia ſimplex, qualem Deus habet erga cuncta poſſibilia, quorum exiſtentiam nullis mediis conſequi procurat: per ſolum Deum ſtat, ne talis voluntas impleatur, & ipſe Deus abſoluta voluntate vult non impleri. Quapropter hoc ipſum exequitur omnipotentiam diuinæ voluntatis. Si verò loquamur de voluntate antecedenti, atque conditionali, quæ vult adhibere quædam media ſufficientia, vt conſequantur effectum, niſi per hominem ſteterit: hæc etiam voluntas, licet non impleatur, attamen, neque fruſtratur, nec caſſatur, nec impeditur, nec ſit aliquid contra illam propriè loquendo; quoniam ipſa etiam voluntas vult, vt creata libertas poſſit impedire effectus conſecutionem, & hoc vult permittere propter maiora bona: vt fuſius dicemus diſp. 20. ſect. 4.

Voluntas cõditionata propriè non impeditur.

Secunda concluſio. Simpliciter & ſine declaratione loquendo, dicendum eſt, impleri ſemper ac neceſſariò quamlibet voluntatem beneplaciti. Sic enim loquitur Gloſſa Rom. 12. citato. Hugo Victor. ſummæ ſentent. tract. 1. cap. 13. qui ad eum præcipuè finem induxit diſtinctionem voluntatis beneplaciti à voluntate ſigni, vt doceret, quæ voluntas ſemper impleatur. Eumdem loquendi modum ſequuntur Magiſter & communiter Scholaſtici 1. diſt. 45. cap. vltimo & diſtinct. 46. & 47. & S. Thomas in præſenti quæſt. 19. art. 6. Nec ratione caret hæc limitatio & reſtrictio præſentis complexi, *Voluntas beneplaciti*, quoniam ſola voluntas abſoluta ſimpliciter amplectitur obiectum: & ideo ſola ſimpliciter & abſolutè meretur nomen voluntatis beneplaciti: nam alias ſecundùm quid eſſe voluntates, iam vidimus concluſione prima. Quantum ad modum loquendi fundamentum habet hæc concluſio potiſſimum ad Epheſios primo, in illis verbis: *Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto.* Nam & Hieronymus ibi prædeſtinationem intelligere videtur nomine beneplaciti. Conſonatque ſuperior contextus. 8.

Simpliciter dicendū omnem voluntatem beneplaciti ſemper impleri.

Ad Rom. 12.

Hugo Victor.

Magiſter.

S. Thom.

Abſoluta voluntas ſola nomen beneplaciti ſimpliciter meretur.

Ad Epheſ. 1.

Hieronym.

Colligitur idem ex verbis Iſaiæ 62. *Non vocaberis vltra Derelicta, & terra tua non vocabitur amplius Deſolata: ſed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Quia complacuit Domino in te.* In illis igitur perſonis, & eo tantum tempore, in quibus & quando complacuit Domino; voluntas eius eſt in illis, quoniam efficaciter Deus illis confert fœlicitatem, quam cæteris perſonis, vel eiſdem alio tempore non confert efficaciter, quia non complacuit in illis: de quibus 1. Corinth. 10. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo.* 9.

Iſaia 62.

In quibus complacuit Deo voluntas eius eſt.

1. Corint. 10.

Clarius beneplacitum, pro voluntate efficaci ponitur Pſalm. 67. *Mons, in quo beneplacitum eſt Deo, habitare in eo.* Pſalm. 88. *In beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* Pſalm. 149. *Beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalutem.* De mortis tempore, quod efficax Dei voluntas præſcribit, Eccleſiaſt. cap. 41. *Hoc iudicium*, inquit, *à Domino omni carni. Et quid ſuperueniet tibi in beneplacito Altiſſimi?*

Pſalm 67.

Pſalm 88.

Pſalm. 149.

Eccleſiaſt 41.

Notaui ſuperius, præſentes probationes adhiberi potiſſimum, quantum ad modum loquendi nomine *beneplaciti*; nam quantum ad rem ipſam, quod efficax Dei voluntas ſemper ac neceſſariò impleatur, ex Sacra Scriptura & Patribus probandum erit ſectionibus ſequentibus. In præſenti ſatis erit Theologicam rationem ponderare. 10.

Eſt igitur ratio demonſtrans, quoniam Deus operatur per voluntatem; hæc autem eſt omnipotens. Ergo ſemper aſſequitur effectum, quem vult. Probatur conſequentia, quoniam ſi non aſſequeretur effectum, quem vult, id neceſſariò proueniret ex defectu potentiæ, ſiquidem ſupponitur, non deficere voluntatem. Confirmat Scotus diſtinct. 46. quæſtion. vnica, 11.

Volūtas Dei omnipotens.

Cõfirmatur.

quoniam voliʈio eſt primæ cauſæ vltima determinatio ad operandum; quare ſi hac determinatione poſita, effectus non ſequeretur; id prouenitet vel ex mutatione volitionis, vel ex defectu potentiæ, vel ex impedimento illius. Quæ omnia Deo repugnant.

Dei omnipotentia impediri nequit. Confirmatur ſecundò ex Durando in eadem diſt. 46. quæſt. 1. art. 1. quoniam omnipotentia Dei non poteſt impediri in ſe ipſa; quia non poteſt deſtrui, neque minui, aut debilitari, ſicut extinguitur ignis, aut minuitur calor, aut quantitas illius. Neque poteſt Dei omnipotentia impediri in mediis, per quæ agit; tum quoniam independenter à quocumque medio producere poteſt omnes aut fere omnes effectus, quos velle poteſt. Tum præcipuè, quia quando Deus voluerit agere mediante alio agente particulari, & dependenter à ſubiecto & ab aliis rebus creatis; poteſt Deus ab illis remouere omne impedimentum, & vim augere, vt neceſſariò vel infallibiliter agant.

D. Thomas. Confirmatur tertiò ex D. Thoma hic artic. 6. quoniam quicumque effectus procedit ab aliqua cauſa; & rurſus omnis cauſa, aut eſt ſola voluntas Dei, aut eſt cauſa particularis, ſubiecta voluntati Dei, & agens per virtutem, quam diuina voluntas contulit eidem cauſæ particulari, vt ageret, & dependenter ab actuali concurſu diuinæ voluntatis. *Deus cum cauſis creatis operatur.* Ergo nullus effectus fieri poteſt contra voluntatem Dei, nulláque cauſa obſtare poteſt quo minùs diuina voluntas impleatur.

Quod implicat contradictionem, nõ habet rationem entis. Confirmatur quartò, quia quidquid Deus vult non implicat contradictionem: ergo quidquid Deus vult, eſt poſſibile Deo, ita vt nullo impedimento poſſit impediri. Antecedens probatur, quia quod implicat contradictionem, non habet rationem entis, & boni; ideóque Deus non poteſt illud velle, præſertim cum neque homines ſapientes impoſſibilia velint.

SECTIO V.

Dei voluntatem abſolutam ſemper impleri probatur ex Scriptura & Patribus aſſerentibus illi non poſſe reſiſti.

1\. *Geneſ. 50.* Diuinæ voluntati non poſſe reſiſti multis in locis legimus. Geneſ. 50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* *Iudith 16.* Iudith. 16. *Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt, qui reſiſtat voci tuæ.* *Eſther 13.* Eſther 13. *In ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati.* *Iſaia 46.* Iſaiæ 46. *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet, vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* *Pſalm 113. Pſalm 134.* Pſalm. 113. & Pſalm. 134. *Omnia, quæcumque voluit Dominus fecit.* *Sapient. 12.* Sap. 12. *Subeſt enim tibi cùm volueris poſſe.* *Fulgentius.* Vnde Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 12. fine ait: *Ideo diximus tantam ibi eſſe virtutē voluntatis, quanta eſt voluntas ipſa virtutis. Quia cui ſemper ſubeſt, cum volet, poſſe, non aliud eſt in illo velle, quàm poſſe.* Hæc & ſimilia tractant indifferenter, non ſolùm de operibus Dei, quæ fiunt per iuſtitiam puniuiuam; ſed etiam de illis, quæ fiunt in cordibus hominum per Dei miſericordiam & gratiam. Et ad vtrumque genus effectuum refertur illud, quod in omnium ore verſatur, ex Apoſtolo Rom. 9. *Voluntati eius quis reſiſtet?* *Ad Rom. 9.*

2\. Peculiariter tamen de iis operibus, quæ Deus decernit per iuſtitiam punitiuam, quam exercet plerúmque per liberas Angelorum, aut hominum voluntates, quandóque bonas, vt plurimum verò malas, ſunt in ſacris literis non pauca. Quemadmodum Iob 9. *Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.* *Iob 9.* Iob 41. *Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?* *Iob 41.* Pſalm. 75. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi?* *Pſal. 75.* Iſaiæ 14. *Iurauit Dominus exercituum dicens: ſi non vt putaui, ita erit; & quomodo mente tractaui, ſic eueniet: vt conteram Aſſyrium,* &c. *Iſaia 14.* Et poſt pauca, *Dominus exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: quis auertet eam?* Quod Hieronymus ita interpretatur: *Non pro difficili debemus accipere: ſicut illud legitur: Quis ſapiens & intelliget hæc? & cætera his ſimilia: ſed pro impoſſibili. Nullus enim poterit Domini infirmare conſilium: & manum eius extentam ſiue ſublimem, ne percutiat, auertere.* *Hieronym. Pſal. 106.* Eadem ſententia traditur Iſaiæ cap. 47. verſ. 3. Ierem. 49. verſ. 19. & c. 50. verſ. 44. Sap. 11. verſ. 22. Daniel 4. verſ. 32. *Iſaia 47. Ierem. 49. Sapien. 11. Daniel 4.*

3\. *Probatio ex Patribus. Auguſtinus.* Prætereà probatur ex Patribus. D. Auguſtinus in Enchiridio cap. 95. rectè docet ſi voluntas Dei non impleretur, inferri, quod Deus non eſſet omnipotens, *Si aliqua voluit,* inquit, *& non fecit, & quod eſt indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat, Omnipotentis voluntas hominis impediuit. Atque ita periclitatur ipſum noſtræ confeſſionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur:* vt Auguſtinus inquit, in Enchiridione cap. 96.

Idem lib. de correptione & gratia c. 14. prope init. ait: *Cui volenti ſaluum facere, nullum hominũ reſiſtit arbitrium. Sic enim velle, vel nolle in volentis aut nolentis eſt poteſtate: vt diuinam voluntatẽ non impediat, nec ſuperet poteſtatem. De his enim, qui faciunt, quæ non vult, facit ipſe quæ vult.* & poſt pauca: *Non eſt itáque dubitandum, voluntati Dei, qui in cœlo & in terra omnia, quæcumque voluit, fecit, & qui etiam illa, quæ futura ſunt, fecit, humanas voluntates non poſſe reſiſtere, quo minus faciat ipſe quod vult quandoquidem etiam de ipſis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, facit.*

4\. Proſper in epiſtola ad Ruffin. de libero arbitrio propiùs ad finem, quàm ad med. *An dicendum eſt,* inquit, *voluntati Dei humanas obſiſtere voluntates, & tam feros, támque intractabiles horum hominum mores, vt Euangelium ideo non audiant, quia prædicationi impia corda non pateant? Et quis illis corda mutauit, niſi qui finxit ſigillatim corda eorum? Quis huius rigoris duritiem ad obediendi molliuit affectum, niſi qui potens eſt de lapidibus, Abrahæ filios excitare?* *Matthæi 3.*

5\. *Ad Epheſ. 1.* Hieronymus ad Epheſ. 1. ad illa verba. *Qui vniuerſa operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. Nos,* inquit, *homines pleráque volumus facere conſilio: ſed nequaquam voluntatem ſequitur effectus. Illi autem nullus reſiſtere poteſt, quin omnia, quæ voluerit, faciat.* Boëtius lib. 3. de Conſolat. proſa 12. *Non eſt,* inquit, *aliquid, quod ſummo huic bono, vel velit, vel poſſit obſiſtere.* Alia multa teſtimonia Patrum adduci poſſunt ad idem probandum, quorum aliqua retulimus præcedenti tomo de Scientia Dei diſp. 51. ſect. 1.

D Thomas. Accedit D. Thomas 1. part. quæſt. 103. art. 8. id ipſum docens expreſsè, & quæſt. 19. artic. 6. in corp. & ad 3. & 3. contra Gent. cap. 94. dicens: *Impoſſibile eſt quod aliquod agens diuinæ prouidentiæ executionem impediat, ſibi contrarium agendo.* & poſt pauca ſubdit, *quod diuina prouiſio omnino caſſari non poteſt.*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO VI.

Quonam ſenſu diuinæ voluntati poſſe reſiſti doceant Scriptura & Patres.

1\. *Ad Rom.9.* PErtinet hoc ad protegendam creatæ libertatis indifferentiam, quia præcipuum illud teſtimonium ad Rom. 9. Caluinns corrumpit in commentario,ex eo colligens, quod Deus *pro ſuo nutu agat nos quò libuerit*. Intelligit autem imponendo neceſſitatem, ſiue ad honeſtas actiones, hominibus prædeſtinatis; ſiue reprobis,ad operationes turpes. Quem bene refutat Stapletonus Roman.9.verſ.19.

2\. Ex Catholicis autem non deſunt Authores, qui prædictis teſtimoniis Scripturæ & Sanctorum Patrũ exiſtiment probari neceſſitatem antecedentem,quæ per diuinam voluntatem illata ſit voluntatibus creatis ad quælibet opera motalia, *Antecedens neceſſitas libertati contraria.* ſiue honeſta, ſiue turpia. Cæterum antecedentem neceſſitatem eſſe contrariam libertati, ſatis oſtendimus præcedenti tomó de Scientia diſp. 34. plurimiſque ſequentibus, peculiariter verò diſp. 51.

3\. *Duplex diuinæ volitionis conſideratio.* Quod ad præſens attinet inde recolendum eſt,diuinam volitionem poſſe conſiderari dupliciter,primò, ſecũdùm ſuam totalem & adæquatam rationem, in qua includitur non ſolùm vis & cauſalitas effectiua;ſed etiam formaliſſima ratio volitionis efficacis, quæ quidditatiuè ſupponit formaliſſimam rationem præſcientiæ futurorum actuum liberorum, ſaltem ſub conditio- *Quid adæquata ratio volitionis includat.* ne.De volitione diuina,ſic conſiderata,prædicta Scripturæ teſtimonia pronuntiant, neminem ei poſſe reſiſtere.

Ratio inadæquata volitionis efficacis. Secundò conſiderari poteſt efficax & abſoluta volitio Dei ſecundùm partialem & inadæquatam rationem præcisè in quantum eſt cauſa efficiens noſtrorum actuum liberorum: & conſequenter prout offert motiua, & confert cauſas ſecundas & ſuum concurſum ad eoſdem actus eliciendos, prorſus abſtrahendo à forma- *Efficax volitio Dei præſcientiã conditionatam ſupponit.* liſſima ratione volitionis efficacis, quæ quidditatiuè ſupponit formaliſſimam rationem præſcientiæ futurorum actuum liberorum, ſaltem ſub conditione.

4\. *Concluſio.* Quo ſuppoſito ſit concluſio. Dei volitioni quantumcumque abſolutæ & efficaci, conſideratæ tamen ſub hac partiali & inadæquata ratione, creata voluntas reſiſtere poteſt in ſenſu compoſito cum tota cauſalitate illius in actu primo, ita vt tota illius volitionis actiuitas in actu primo, & totus ille concurſus qui ſortitur effectum, conſideratus in actu primo & omnino præciſus ab actu ſecundo, potuerit exiſtere, & non ſortiri effectum.

5\. *Infertur ex Patribus.* Huius concluſionis veritas in præſenti diſcutitur præcisè,prout bene infertur ex teſtimoniis ſcripturæ, tractantibus de poſſibilitate aut impoſſibilitate reſiſtendi potentiæ aut voluntati diuinæ.Nam tota latitudo argumentorum, pertinentium ad probandam aut defendendam eandem concluſionem, occupat plures diſputationes tomi præcedentis. Duo tantummodo capita *Neceſſitas cauſæ ſub ratione cauſæ.* recolantur. Primum, neceſſitas,quæ procedit ex cauſa ſub præciſa ratione cauſæ (abſtrahendo à præſcientia conſenſus, ſaltem conditionaliter futuri) eſt ipſiſſima neceſſitas antecedens. Quapropter impoſſibilitas omittendi actũ, proueniens ex diuina voluntate, tanquam ex cauſa ſub præciſa ratione cauſæ,erit impoſſibilitas antecedens liberum conſenſum. At verò antecedens neceſſitas aut impoſſibilitas libertati repugnaret, etiamſi proueniret à diuina præſcientia aut voluntate vt oſtendimus tomo præcedenti præſertim diſp.33.& 34.

Secundum. Quicumque reſiſtere poteſt ac 6. diſſentire concurſui,mouenti ad actum liberum; *Quo modo, & ſub qua conſideratione diuinæ voluntati poſſit reſiſti.* eo ipſo poteſt reſiſtere ac diſſentire diuinæ voluntati, conſideratæ præcisè, prout eſt cauſa; quoniam ſub hac præciſa conſideratione diuina voluntas induit rationem concurſus, qua parte immediatè concurrit. Cæterum qua parte concurrit mediantibus cauſis creatis, ſi voluntas creata poteſt creatis cauſis,atque motiuis impellentibus reſiſtere, poteſt eo ipſo reſiſtere diuinæ voluntati, præcisè prout operatur per eaſdem cauſas, & motiua.

Veniamus ad ea fundamenta, quæ præſentis 7. loci ſunt propria,cuiuſmodi ſunt imprimis ea teſtimonia Scripturæ, quibus aſſeritur, homines quandóque diuinæ voluntati reſiſtere:quemadmodum Exod. 10. *Vſquequo non vis ſubyci mihi? Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Sin autem reſiſtis,& non vis dimittere eum*,&c. Pſalm. 16. *A reſiſtentibus dextera tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi*, Vbi Auguſtinus: *A reſiſtentibus fauori, quo mihi faues.* Actuum 7. *Vos ſemper ſpiritui Sancto reſiſtitis.* Ad Roman. 13. *Qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtit.* Iob 9. *Quis reſtitit ei,& pacem habuit?* *Exod.10. Pſal.16. Auguſtinus. Actuum 7. Ad Rom 13. Iob.9.*

Rectè in hæc verba Gregorins lib. 9. moral. 8. cap.2.prope med.rationem reddit: *Quæ enim ſubiecta Deo in tranquillitate perſiſtere nequeunt, ipſa ſe ſibimet dimiſſa, confundunt: quia in ſe pacem non inueniunt, cui venienti deſuper in authore contradicunt. Sic ſummus ille Angelicus ſpiritus,qui ſubiectus Deo in culmine ſtare potuiſſet, ſemetipſum repulſus patitur, quia per naturæ ſuæ inquietudinem foris vagatur.* Perpende Dæmonem abſolutè potuiſſe ſtare ſubiectum Deo: nihilominùs per inobedientiam reſtitiſſe. Quapropter in eius poteſtate fuit reſiſtere,& non reſiſtere.Quod autem ea reſiſtentia non potuerit ſuperare Dei voluntatem ſecundùm ſuam totam & adæquatam rationem, ſed præcisè in quantum potens erat,ac deſiderabat,quantum ex ſe fuit,cauſare obedientiam,explicat quando poſt pauca ſubiungit: *Reſiſtere autem Deo dicimur, cum repugnare eius diſpoſitionibus conamur. Neque enim noſtra infirmitas in commutabilis eius ſententia obuiat, ſed tamen quod explere non valet,tentat,&c.* *Gregorius. Dæmon per inobedientia Deo reſtitit.*

D. Thomas in eiuſdem loci commentario. 9. *Hoc eſt*, inquit, *euidens ſignum, quod fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit, quia nullus cum eo pacem habere poteſt reſiſtendo, ſed ſolum humiliter obediendo. Vnde dicitur in Pſalmo, Seruabis pacem,quia in te ſperauimus. Sed impiè qui Deo reſiſtunt,pacem habere non poſſunt, ſecundum quod dicit: Non eſt pax impiis, dicit Dominus, & hoc eſt quod hic dicitur: Quis reſtitit ei, & pacem habuit?* Quapropter ſecundùm Scripturam & D.Thom. aliqui homines Deo reſiſtunt, ipſo permittente vt reſiſtant.Reſiſtentia verò non poteſt intelligi, niſi impediendo aliquem effectum,quem intendebat producere voluntas & cauſalitas diuina, quantum ex ſe eſt, niſi per humanum arbitrium ſtetiſſet.In eo autem conſiſtit fortitudo Dei,humanam fortitudinem excedens, quod homines ita reſiſtentes,pacem habere nõ poſſint.Præterea *Iſai.26. Iſaia 48. Aliquẽ effectum impedit reſiſtẽtia. Fortitudo Dei humanã excedens.*

S.Thomas quodlib.1. art.7. ad 2. *Deus*, inquit, *mouet omnia ſecundùm modum eorum: & ideo diuina motio à quibuſdam participatur cum neceſſitate: à natura autem rationali cum libertate propter hoc, quod virtus rationalis ſe habet ad oppoſita: & ideo ſic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quod tamen poteſt huic motioni reſiſtere.*

10. *Marci 6.* Quando cætera defuiſſent teſtimonia, ſufficeret illud Marci 6. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.* Cuius tam perſpicua lux eſt ad probandum, arbitrij libertatem diuinæ voluntati poſſe reſiſtere, vt huius dogmatis confeſſionem extorſerit *Hanc veritatem confitetur Caluinus.* à teterrimo libertatis hoſte Caluino, quando inter alia dicit: *Marcus negans, Chriſtum potuiſſe inter eos virtutes facere, eorum culpam amplificat, à quibus impedita fuit eius bonitas. Nam certè increduli, quantum in ſe eſt, Dei manum, ſua contumacia conſtringunt. Non quod Deus quaſi inferior vincatur, ſed quia illi non permittunt virtutem ſuam exequi.* *Stapletonus.* Hæc refert Stapletonus antidoto in Marc. cap. 6. num. 5. prope init.

11. *Obiectio.* Verumtamen obiiciet aliquis, ex prædictis teſtimoniis non poſſe colligi quod humana libertas reſiſtere poſſit cauſalitati & actiuitati voluntatis abſolutæ & conſequentis, ſed tantum poſſe reſiſtere voluntati antecedenti, vel ſimplici complacentiæ. Nam ea teſtimonia loquuntur de reſiſtentia, quæ actualiter exiſtat. Nunquam autem de facto reſiſtitur efficaci & abſolutæ voluntati Dei. Confirmatur, quoniam de facto & in re ipſa non poteſt fieri præciſio, per quam reſiſtatur voluntati diuinæ, prout eſt cauſa, eidem non reſiſtendi quatenus per ſcientiam futurorum redditur infallibilis. Sed ſi de facto reſiſteret homo; voluntati diuinæ ſecundùm ſe totam, & ſecundùm omnem conſiderationem reſiſteret.

12. Reſp. Scriptura ſacra cùm dicit hominem Deo & eius voluntati reſiſtere, loquitur de voluntate antecedenti & inefficaci, non de abſoluta & efficaci. Inde verò licet non colligatur, hominem de facto reſiſtere Dei voluntati efficaci: rectè tamen colligitur, hominem poſſe reſiſtere toti cauſalitati voluntatis abſolutæ & efficacis, præſcindendo à præſcientia. Huius autem *Triplex ratio.* collectionis ratio eſt triplex. Prima, quia tota vis cauſalitatis (præſcindendo à præſcientia opportunitatis & conſenſus conditionaliter futuri) comparatione quarumdam actionum moralium & liberarum, contingit aliquando in aliqua voluntate Dei efficaci non eſſe maiorem, quam in alia quadam voluntate antecedenti, tunc videlicet, quando motiua cauſæ ſecundæ & concurſus Dei ſunt æqualia, quantum ad vim attractiuam, & tamen vnus homo concipit actionem liberam, qualem non concipit alter, v. g. vult vnus nauigare, quod tamen refugit alter, ſicut probauimus tomo præcedent. diſp. 74. Sed voluntas humana poteſt reſiſtere toti cauſalitati huius voluntatis antecedentis. Ergo poterit etiam reſiſtere cauſalitati æquali voluntatis efficacis.

Cauſalitates efficacis, & Antecedentis voluntatis aliquando æquales.

13. Secunda ratio, quoniam abſolutè poſſibile eſt non reſiſtere, ſed explere Dei voluntatem an- *Antecedens voluntas efficax foret.* tecedentem (vt ex prædictis teſtimoniis colligitur, & fortius ex his, quæ dicemus diſputationibus ſequentibus.) Quod ſi expleretur Dei voluntas antecedens, iam quantum ad cauſalitatem & vires actiuas, foret efficax & abſoluta voluntas. Et tamen illi reſiſteretur. Tertia ratio, nam quoties de facto reſiſtitur antecedenti voluntati; eo ipſo expletur alia voluntas efficax & abſoluta Dei, qua vult permittere reſiſtentiam, & & ex illa maius bonum colligere. Huic autem abſolutæ & efficaci voluntati reſiſtere poſſet quicumque poſſet (vt verè poteſt) non reſiſtere, ſed explere Dei voluntatem antecedentem. *Efficax voluntas permiſſiua impletur.*

Denique quo ſenſu Scriptura & Theologi concedunt, homines de facto reſiſtere voluntati antecedenti, concedendum eſt poſſe reſiſtere voluntati abſolutæ & efficaci, quantum ad eius cauſalitatem, prout præſcinditur à præſcientia.

SECTIO VII.

Libertatis indifferentiam ab antecedenti neceſſitate protegunt Scripturæ & Patrum teſtimonia, quæ nobis obiiciuntur in ſect. 5.

Omnia teſtimonia Scripturæ ſacræ, affirmantia, diuinæ potentiæ, aut voluntati, neminem poſſe reſiſtere, maximè verò illud Rom. 1. *Ad Rom. 9.*
9. *Voluntati eius quis reſiſtet?* probant, libertatis indifferentiæ nullũ antecedentis neceſſitatis vinculum imponi per diuinam voluntatem, quantumcumque abſolutam & efficacem. Quam illationem perſuadent quinque potiſſimum rationes ex Patrum expoſitione collectæ. Prima ratio, quoniam ad Rom. 9. hæc erat impiorum obiectio: Nullus poteſt Dei reſiſtere voluntati. Ergo nullus poteſt facere bonum, quod non facit, neque poteſt omittere malum quod facit. Huic autem obiectioni ita reſpondet Paulus, vt ex ipſa obiectione conuincat, in poteſtate ipſius hominis fuiſſe hanc calumniam obiicere vel non obiicere; atque inde probet, indifferentiam libertatis eſſe ſolutam in vtramque partem contradictionis. *Prima ratio. Ad Rom. 9. Impiorum obiectio. Reſpondet Paulus.*

Hunc ſenſum acutiſſimè notauit Hieronym. 2. *Hieronymus.* in tom. 3. epiſt. 150. ad Hedibiam quæſt. 10. circa medium, vbi ſic loquitur: *Si hoc ita eſt, & pro voluntate ſua miſeretur Iſraeli, & indurat Pharaonem: ergo fruſtra queritur, atque cauſatur, nos vel bona non feciſſe, vel feciſſe mala: cum in poteſtate ipſius ſit & voluntate, abſque bonis & malis operibus vel eligere aliquem, vel abiicere; præſertim cum voluntati illius humana fragilitas reſiſtere nequeat. Quam validam quæſtionem Scripturarum ratione contextam, & penè inſolubilem, breui Apoſtolus ſermone diſſoluit, dicens: O Homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo?* *Ad Rom. 9.* *Et eſt ſenſus. Ex eo quod reſpondes Deo: & calumniam facis, & de Scripturis tanta perquiris, vt loquaris contra Deum, & iuſtitiam voluntatis eius incuſas, oſtendis te liberi eſſe arbitrij, & facere quod vis, vel tacere, vel loqui. Si enim in ſimilitudinem vaſis fictilis te à Deo creatum putas, & illius non poſſe reſiſtere voluntati, hoc conſidera, quia vas fragile non dicit figulo: Quare me ſic feciſti?*

Vides quàm acuta pariter ac ſolida ratione 3. concludat indifferentiam ad vtramque partem, nimirum, quia tu ipſe, qui contra Deum diſputas, facis quod vis, & loqueris contra Deum, cùm tacere poſſis. Quod magis explicat poſt pauca ſubiungens: *Deus æquali cunctos ſorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnuſquiſque quod vult, ſiue bonum, ſiue malum. In tantum autem*

rem dedit omnibus poteſtatem, vt vox impia diſputet contra creatorem ſuum. Sortis æqualitatem Hieronymus intelligit, quantum ad libertatem & generalia media, quibus poſſint cauere peccata.

4. Secunda ratio, quoniam diuinæ voluntati abſolutæ & efficaci tunc verius & proprius rerum euentus reſiſteret, atque illius efficacitatem impediret, quando in ſenſu compoſito cum tota cauſalitate voluntatis diuinæ, arbitrium non poſſet omittere actionem, quam Deus efficaciter voluit, prodire liberam, & eo ipſo voluit fieri cum poteſtate omittendi. Quod ſapienter adnotauit D. Thomas 1. 2. quæſt. 10. art. 4. vbi primum argumentum ita proponit: *Omne agens, cui reſiſti non poteſt, ex neceſſitate mouet: ſed Deo cum ſit infinitæ virtutis, reſiſti non poteſt. Vnde dicitur Roman. 9. Voluntati eius quis reſiſtit? Ergo Deus ex neceſſitate mouet voluntatem.* Cui argumento ſic respondet: *Voluntas diuina nõ ſolùm ſe extendit, vt aliquid fiat per rem, quam mouet, ſed etiam, vt eo modo fiat, quo congruit naturæ ipſius. Et ideo magis repugnaret diuinæ motioni, ſi voluntas ex neceſſitate moueretur, quod ſuæ naturæ non competit, quam ſi moueretur liberè, prout competit ſuæ naturæ.*

S. Thomas ſibi obijcit.

Ad Rom. 9.

5. *Reſpondet.*

6. Modum verò mouendi, relicta libertatis indifferentia, explicuerat in fine corporis, dicens: *Quia voluntas eſt actiuum principium non determinatum ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa: ſic Deus ipſam mouet, quod non ex neceſſitate ad vnum determinat, ſed remanet motus eius contingens, & non neceſſarius, niſi in his, ad quæ naturaliter mouetur.*

7. *Efficacitas diuina refutat antecedentē neceſſitatem.* Confirmatur, quoniam diuinæ voluntatis efficacitas, non ſolùm circa rem producendam, ſed etiam circa modum producendi, propterea refutat phyſicam & antecedentem neceſſitatem, quoniam diuinæ voluntatis efficacitas in eo conſiſtit, quod adaptet cauſas contingentes & defectibiles, ex quibus effectus non neceſſariò proueniant, ſed poſſint non prouenire: vt multis D. Thomæ teſtimoniis & rationibus probatum eſt tomo præcedenti diſp. § 1.

8. Obiicies, ex hac ratione colligi contrarium aſſertionis, quam probare intendimus; colligitur enim non poſſe reſiſti Dei voluntati abſolutæ & efficaci. Reſp. per diſtinctionem ſupra poſitam, quoniam ex hac ratione colligitur, Dei voluntatem efficacem non obſtare, quominus in ſenſu compoſito poſſit omitti actus, quem vult, & ad quem inclinat eius cauſalitas, licet hoc non ſit propriè reſiſtere, niſi prout refertur ad decretum, ſupponendo præſcientiam.

Reſpondetur.

9. *Tertia ratio Damaſceni.* Præcedenti rationi valdè affinis eſt tertia, quam ſupponit Damaſcenus lib. 2. fidei cap. 29. prope initium, videlicet quoniam diuinæ voluntati, ac prouidentiæ nemo reſiſtere poteſt, impediendo illa opera, quæ procedunt à ſola prouidentia; cæterum reſiſtere poteſt impediendo alia opera, quæ non ſolùm à diuina prouidentia, ſed etiam à libero arbitrio proficiſcuntur. Hæc enim licet non poſſint ab hominibus impediri propter eam rationem præcisè, qua procedunt à diuina prouidentia; poſſunt tamen impediri, qua parte dependent ab arbitrio creato, & in hoc etiam relucet diuina voluntas & prouidentia, quatenus hoc permittere vult, & ordinare ad maiora bona.

Duo operum genera à Deo proficiſcuntur.

10. *Damaſcen.* Ad huius rationis robur perpendantur illa verba Damaſceni, nuper citati: *Omnia, quæcumque voluit Deus, fecit & in cælo, & in terra, & voluntati eius nullus reſiſtit. Voluit cuncta fieri, & facta ſunt: vult conſiſtere mundum & conſiſtit: & omnia quæcumque vult, poteſt, & fiunt.* & poſtquam intulit inde, omnia Dei opera eſſe laudanda, limitat vniuerſalitatem dicens: *Omnia dico prouidentiæ opera, quæ non in nobis ſunt, ea enim, quæ in nobis ſunt, non prouidentiæ ſolum ſunt, ſed liberæ poteſtatis noſtræ & arbitrij. Prouidentiæ verò hæc quidem ſecundùm acceptationem, hæc autem ſecundùm permiſſionem.*

Rurſus indicatis vtilitatibus, propter quas colligendas Deus permittit mala, ſubiungit: *Noſſe oportet electionem agendorum in noſtra eſſe poteſtate: finem autem bonorum, Dei cooperatione iuſtè cooperante ijs, qui recta conſcientia bonum eligunt ſecundum præſcientiam eius.* Hæc igitur poſtrema formalitas eſt, cui reſiſtere nequit humanum arbitrium, videlicet, in quantum Dei voluntas ſecundùm præſcientiam cooperatur: alioqui præſcindendo à præſcientia futurorum, electionem agendorum Deus in noſtra poteſtate conſtituit. Similia tradit Damaſcenus lib. 4. fidei cap. 20. 11.

Cui formalitati voluntas nequit reſiſtere.

Idem in dialogo contra Manichæos propinquius ad finem, quàm ad medium, ſic vtitur Apoſtoli verbis: *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Voluntati enim eius quis reſiſtit? Quod enim vult, hoc demum bonum eſt: ac poteſtatem habet figulus faciendi vas, aliud quidem in honorem, aliud in contumeliam.* Sed protinus explicat, dicens: *In noſtra poteſtate ſitum eſt, vt vel nos fœtidiſſimis quibuſque vitijs expurgemus, vel inquinemus.* Et toto ſequenti diſcurſu vſque ad finem dialogi oſtendit, Deum, quantum ex ſe eſt, velle noſtra bona, & illa nobis offerre, ſed impios ea liberè reſpuere. 12.

Ad Rom. 9.

Impios bona Dei reſpuere oſtendit Damaſcenus.

Ab eadem ratione non tam re, quam loquendi modo differre videtur quarta ratio Anſelmi in Matthæum cap. 6. ad illa verba: *Fiat voluntas tua.* vbi diſtinguit duplicem voluntatem Dei, aliam quæ eſt miſericordiæ, aliam, quæ eſt de effectibus rerum, de qua dicitur: *Omnia quæcumque voluit fecit, & voluntati eius quis reſiſtet? Hæc prouidentiæ concordat ſemper: alia verò* (ſcilicet voluntas miſericordiæ) *non ſemper concordat prouidentiæ. Si enim velit per miſericordiam de aliquo prauo, quod ſit iuſtus, & conferat ei gratiam ſuam; & tamen ille per liberum arbitrium contradicat, nec gratiæ Dei conſentiat: hæc voluntas Dei non concordat prouidentiæ; quia quamuis per dulcedinem gratiam conferat, tamen ſcit non conſenſurum.* Itaque de voluntate miſericordiæ, vniuerſaliter affirmat Anſelmus, illi poſſe reſiſti; ait enim concludens: *Itaque homines reſiſtunt voluntati miſericordiæ, non autem reſiſtunt voluntati iuſtitiæ.* vſque adeo vt expreſsè dicat poſtea: *Pauli voluntas erat libera, vt reſiſteret, ſi vellet.* Quæ omnia intelligenda ſunt prorſus abſtrahendo à præſcientia futurorum, & præcisè conſiderando cauſalitatem voluntatis, miſericordiæ & gratiæ. 13.

Quarta ratio Anſelmi. Matthæi 6.

Volũtas miſericordiæ.

Quinta ratio, quoniam apud Paulum ad Rom. 9. ex illo antecedenti vero: Voluntati eius nemo poteſt reſiſtere, colligebant impij falſum conſequens, videlicet, impietatem ab illis non potuiſſe vitari, proptereàque Deum iniuſtè de illis conqueri; vt præter Hieronymum ſupra citatum optimè obſeruauit Auguſtinus lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. paulò poſt med. præter alia dicens: *Sic enim reſpondet Deo, cum ei hoc diſplicet, quod de peccatoribus conqueritur Deus: quaſi quemquam Deus peccare cogat, ſi tantum modo qui-* 14.

Falſa impiorum illatio.

buſdam peccantibus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largiatur; & ob hoc dicatur obdurare peccantes quoſdam, quia non eorum miſeretur, non quia impellit, vt peccent.

15. *Ex præcedentibus ratiocinatio dirigitur.*

Ex quibus aliiſque præcedentibus atque ſequentibus verbis ita poſſumus ratiocinationem dirigere. Quamuis diuinæ voluntati nemo poſſit reſiſtere; nihilominus diuina volũtas non cogit, hoc eſt, non imponit antecedentem neceſſitatẽ, & (quod maius eſt) *non impellit vt peccent.* Ergo ex impoſſibilitate reſiſtendi nõ poteſt colligi per diuinã voluntatem phyſicè prædeterminari materiales actiones peccatorum, ſed potius colligitur oppoſitum; quoniam ſi phyſicè prædeterminaret materiales peccatorum actiones, eo ipſo impelleret ad malum: vt oſtendemus diſp. 36. ſect. 5.

Non colligitur phyſicam prædeterminatio.

Confirmatur, quoniam ſi ſuppoſita cauſalitate diuinæ voluntatis, impius non potuit vitare materialem actionem, diuinæ legi quidditatiuè contrariam, rectè intuliſſent impij, dicẽtes: *Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit?* Iniuſtè namque Deus conquereretur de peccatoribus, ſi eos phyſicè prædeterminaret ad materiales actiones peccatorum: vt oſtendemus diſp. 35. ſect. 4. & 5.

Impiorũ querela.

SECTIO VIII.

Voluntatem abſolutam Dei ſemper impleri probatur iterum ex Scriptura & Patribus.

1. *Ratio dubitandi.*

QVoniam humana libertas diuinæ voluntati reſiſtens (vt dictum eſt in ſect. præcedenti) potuiſſet aliquam afferre dubitandi rationem, vtrùm abſoluta Dei voluntas impleretur ſemper: in præſenti peculiariter probamus, Deum poſſe facere quaſcumque voluerit liberas hominum operationes.

2. *Probatur primò. Matth. 3. Lucæ 18. 2. Corinth. 9.*

Hoc igitur probatur primò Matth. 3. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Lucæ 18. *Quis poteſt ſaluus fieri? Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.* Secundæ Corinth. 9. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Epheſ. 3. poſtquam præcatus fuerat omnium virtutum plenitudinem, addit: *Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quàm petimus aut intelligimus.* Rom. 11. *Potens eſt Deus inſerere illos*, videlicet, in bonam oliuam. Rom. 14. *Potens eſt enim Deus ſtatuere illum*, videlicet in perpetua mandatorum obſeruantia. Et Iudas in fine Canonicæ: *Ei autem, qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos*, &c. Prouerb. 21. *Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud.*

Epheſ. 3.

Ad Rom 14.

Iudas in fine Canonicæ. Prouerb. 21.

3. *Promiſſio prudens.*

Secunda probatio non minùs valida, quàm ſubtilis attingitur ab Apoſtolo, quoniam qui promittit prudenter, non promittit, niſi quæ poſſunt ab ipſo fieri, ſiue per ſe ſolum, ſiue per alias perſonas faciendo, vt illæ faciant, quod ipſe promiſit. Hoc argumentum virtualiter continetur in illa fide, quam tantopere commendat in Abrahamo Rom. 4. *Pleniſſimè*, inquit, *ſciens, quia quæcumque promiſit* (Deus) *potens eſt & facere.* Loquitur autem de fide totius Eccleſiæ per Chriſti Domini gratiam impleta, ſicut Abrahæ fuerat promiſſa. Eius autem rationis robur expreſſit Auguſtinus lib. de prædeſt. Sanctor. cap. 2. verſus finem: *Cauendum eſt*, inquit, *ne homo ſe extollat aduerſus Deum, cum ſe dicit facere, quod promiſit Deus. Nonne fides Gentium promiſſa eſt Abrahæ, & ille dans gloriam Deo, pleniſſimè credidit, quoniam qui promiſit, potens eſt & facere? Ipſe ergo fidem gentium facit, qui potens eſt facere, quod promiſit.*

Ad Rom 4.

Auguſtinus.

Eadem verba luculentiùs ponderat in eodem lib. de prædeſtin. Sanct. cap. 10. in medio, dicens: *Quando ergo promiſit Deus Abrahæ in ſemine eius fidem gentium, dicens: Patrem multarum gentium poſui te. Vnde dicit Apoſtolus: Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini: non de noſtra voluntatis poteſtate, ſed de ſua prædeſtinatione promiſit. Promiſit enim quod ipſe facturus fuerat, nõ quod homines; quia & ſi faciunt homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum; ipſe facit vt illi faciant, quæ præcepit: non illi faciunt, vt ipſe faciat, quod promiſit: alioquin vt Dei promiſſa compleantur, non in Dei, ſed in hominum eſt poteſtate, & quod à Domino promiſſum eſt, ab ipſis redditur Abrahæ.* Semper itáque Auguſtinus inſiſtit in eo principio, quod fidei opera, quæ promiſit Abrahæ, Deus ipſe facturus eſt, & promiſſa redditurus, faciendo, vt homines faciant. 4.

Principium cui Auguſtinus inſiſtit.

Quod etiam confirmat, quoniam *non ait Apoſtolus, prædicere, non ait præſcire: nam & aliena facta poteſt prædicere, atque præſcire: ſed ait: potens eſt & facere: ac per hoc facta non aliena, ſed ſua.* Vnde tandem collige, quod Deus non ſolùm facit opera fidei, quæ per charitatem operatur, ſed etiam facit ipſam fidem & illius initium. Vnde ſequẽti c. 11. infert, *Vtrumque in Dei eſſe poteſtate, & quod iubet, & quod offertur.* Tractans eumdem locum Proſper lib. 1. de vocat. Gent. cap. 20. fine: *Quis*, inquit, *tam alienus eſt à fide Abrahæ, qui promiſſionem Dei, aut non impleri, aut ab alio præter eum, qui promiſit, dicat impleri: ille quidem erit mendax, Deus autem eſt verax.* 5.

Proſper.

Probatur tertiò ex efficacitate diuini Verbi & imperij. Vnde Chryſoſtom. homil. 2. in Pſal. 50. col. 5. *Si Deus*, inquit, *dixerit adultero: Iam nolo, vt adulter ſit: verba ſtatim vertuntur in opera. Si dixerit fornicatori: Fornicari ceſſa ab immunditia tua: illico mens eius in melius mutatur. Et, vt ſcias quia ita eſt, dixit: Fiat cœlum, & factum eſt cœlum. Præcepit fieri terram, & Verbum eius in opere ceſſit. Volo fieri luminaria, ſtatim facta ſunt, & aſtris completum eſt cœlum. Sol & luna præcepto eius conſummant curſum ſuum. Volo fieri Angelorum in puncto horæ tanta millia facta ſunt. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, ſi vult ſermone ſuo tua peccata non valet ſoluere; & poſt pœnitentiam in Angelicum conſtituere gradum?* Valet igitur Deus in perditiſſimis hominibus quemcumque, licet altiſſimum, virtutis gradum infallibiliter prædefinire. Nam vt poſt pauca ſubiungit: *Si Deus voluerit, nullus impediet.* 6.

Imperij & Verbi Dei efficacitas. Chryſoſtom.

Geneſ. 1.

Hoc totum argumentum virtualiter & eminenter continetur 2. Corinth. 4. *Deus, qui dixit, de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris.* vt ponderat Fulgentius de Incarnat. & gratia cap. 19. poſt med.

2. Corint. 4.

Quartò ex efficacitate diuinæ voluntatis ita probat Auguſtinus in Enchirid. c. 97. fine: *Vbi eſt illa omnipotentia, qua in cœlo & in terra omnia quæcumque voluit, fecit; ſi colligere filios Ieruſalem voluit, & non fecit? An potius & illa filios ſuos ab ipſo colligi noluit? ſed ea quoque nolente, filios eius collegit ipſe, quos voluit; quia in cœlo & in terra non quædam voluit & fecit, quædã verò voluit, & non fecit: ſed omnia quæcumque voluit fecit. Quis porrò tã impiè deſipiat,* 7.

vt

Digitized by Google

vt dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere? Eandem ſentẽtiam inſeruit Gloſſa ordinaria Rom. 9. ad illa verba: *Non volentis, neque currentis,* &c.

8. Obſerua præcipuè poſtremam illam propoſitionem, quæ ſub generaliſſimis circunſtãtiis perſonarum, temporum & locorum comprehendit cæterarum omnium circunſtantiarum collectionẽ. Quapropter Auguſtinus docet, eſſe poſſibilẽ prædefinitionem liberæ volitionis in particulari cum omnibus circunſtantiis, per quam efficax Dei decretum de tali volitione creata cõpleatur.

Poſſibilis prefinitio res cũ omnibus circumſtantijs.

Hieronym. Hieron. Matth. 9. ſubitam illius cõuerſionem exponens, ait: *Dominus omnium creaturarum, ad ſe trahere poterat, quos volebat.* Ambroſ. Lucæ cap. 9. ſuo lib. 7. cap. 3. propius ad princ. quàm ad med. de Samaritanis non recipientibus Chriſtum, ait: *Si voluiſſet, ex indeuotis, deuotos feciſſet.* & poſt pauca: *Dominus, quos dignatur vocat; & quem vult religioſum facit.* Quo teſtimonio vtitur Auguſtinus de bono perſeuer c. 19. & lib. 1. de Gratia Chriſti cap. 46. vbi exclamat: *O ſenſum hominis Dei, ex ipſo hauſtum fonte gratiæ Dei!* & in fine concludit, niſi à Deo fiat, vt homo faciat opera religionis, neminem ea facere.

Ambroſius.

Auguſtinus.

9. Baſilius apud Petrum Diacon. de Incarnat. & grat. Ieſu Chriſti cap. 8. in oratione quam tota Orientalis Eccleſia frequentabat: *Malos quæſumus,* inquit, *bonos facito: bonos in bonitate conſerua. Omnia enim potes, quem enim volueris ſaluas, & non eſt, qui reſiſtat tibi* Sed impoſſibilitas reſiſtendi bonitati diuinæ declarata eſt & probata ſectionibus præcedentibus.

10. Probatur quintò, nam auerſas etiam & aduerſas voluntates Deus conuertere poteſt, vt Auguſtinus docet de gratia & liber. arbit. c. 14. in medio: *Rectiſſimè credimus,* inquit, *etiam peruerſas & fidei contrarias voluntates omnipotentem Deum ad credendum poſſe conuertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulſatur, vbi dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Sed niſi poſſet Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per prophetam: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum.* Cyrillus Ieroſolymitanus in præfatione ad catecheſ. in fine. *Potens eſt,* inquit, *Deus, qui nouit corda veſtra, & ſcit, quis ſit verus; quis verò ſimulator: germanum quidem ſuum ſeruare, hypocritam verò fidelem efficere.*

Auerſæ, & aduerſæ voluntates cõuerti poſſunt.
Auguſtinus

Pſalm. 94.

Cyrillus.

11. Probatur ſextò, quoniam Deus poteſt efficere, vt humana voluntas, nullis tentationibus ſuccumbat, ſed perſeueret in gratia: vt Auguſtinus de bono perſeu. cap. 8. fin. *Poſſibile eſt,* inquit, *Deo auerſas, & aduerſas in fidem ſuam hominum conuertere voluntates, & in eorũ cordibus operari, vt nullis aduerſitatibus cedant, neque ab ipſo aliqua ſuperati tentatione diſcedant.* Id quod Gamaliel confirmat. Act. 5. perſuadens, Iudæorũ perſecutionem, nihil aduerſus Apoſtolorũ conſtantiã eſſe valituram. *Quoniã ſi eſt ex hominibus conſiliũ hoc, aut opus, diſſoluetur: ſi verò ex Deo eſt, nõ poteritis diſſoluere illud.*

Perſeuerãtia in gratia hominibus poſſibilis.
Auguſtinus.

Actor 5.

12. Confirmatur, nam eos etiam homines, qui de facto ceciderunt, potuit Deus efficaciter ſuſtentare, vt infallibiliter euitarent lapſum; vnde Proſper lib. 2. de vocat. Gent. c. 28. de Petro negãte ſic loquitur: *Potuit Deus hanc firmitatem animi præcipuo conferre diſcipulo, vt ſicut ipſum Dominum nihil ab explendo paſſionis propoſito deterrebat, ita neque beatum Apoſtolum vlla tunc formido ſuperaret.*

Proſper.

Prudentius. Generalius idem dogma cecinit Prudentius in Hamartigenia propius ad med. quàm ad finem.

Inuito ne aliquis potens eſt peccare Tonante?
Cui facile eſt in corde hominis componere ſenſus,
Quos libeat, fibráſque omnes animare pudicis
Pulſibus, & totum venis infundere honeſtum.

Probatur 7. nam eos etiã homines, quos de facto reprobauit, potuit Deus prędeſtinare, vt nunquã peccarent, vel vt conuerterẽtur, & æternã ſalutem cõſequerentur. Vnde Auguſt. lib. 11. ſuper Gen. ad lit. cap. 10. ait: *Sed poſſet ipſorũ voluntatẽ in bonum conuertere, quoniam Omnipotens eſt: poſſet planè. Cur ergo non fecit? quia noluit. Cur non voluerit, penes ipſum eſt.* Quam eandem poteſtatem Dei, & voluntatem defendit Fulgentius de Incarnat. & gratia cap. 28. & 29. Idem confirmant primò, plurima teſtimonia Auguſtini, Proſperi, Fulgẽtij, & aliorũ Patrum; imo & Apoſtoli Rom. 9. & 11. quibus ad inſcrutabilia Dei iudicia refertur ratio diſcriminis, propter quã Deus plurimos homines interire permittat. Etenim ſi Deus illos nõ potuiſſet efficaciter conuertere, atque ſaluare, promptũ eſſet huius diſcriminis reddere rationem ex impoſſibilitate deſumptã: nec opus eſſet confugere ad altitudinem inſcrutabilem iudiciorum Dei. Vide quæ retulimus tomo præcedent. de Scientia diſp. 59. præſertim ſect. 2. 13.

Rom 9.

Cur Deus plurimos interire permittat.

Confirmatur ſecundò, nam idem Auguſtinus de prædeſtinatione Sanctorum c. 8. paulò poſt med. *Etſi illos,* ait, *quibus ſtultitia eſt verbũ Crucis: vt ad Chriſtum venirent, conuertere voluiſſet, proculdubio venirent & ipſi: non enim fallit, aut fallitur, qui ait: Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* *Auguſtinus.*

Ioan. 6.

Confirmatur 3. ex Proſpero lib. 1. de vocatione Gent. c. vlt. dicente, *Quamtumlibet impiorũ malignitas accuſetur, reſiſtens gratiæ Dei; nunquid probabitur, eam quibus eſt collata, meruiſſe? aut illa virtus gratiæ, quæ ſibi quos voluit, ſubdidit, conuertere eos, qui inconuertibiles permanſere non potuit?* Idem Proſper epiſtola de liber. arbit. ad Ruff. inter med. & fin. *An dicendum eſt,* inquit, *voluntati Dei humanas obſiſtere volũtates, & tam feros, tamque intractabiles hominum mores, vt Euangelium ideo non audiant, quia prædicationi impia corda non pateant? Et quis illis corda mutauit, niſi qui finxit ſigillatim corda eorum?* 14.

Proſper.

Similiter Petrus Diaconus de Incarn. & Gratia Ieſu Chriſti c. 7. & 8. tradit, quod Deus, ſi vellet, potuiſſet omnes homines bonos facere, & ſaluare. Eandẽ doctrinã ſæpe repetit Gloſſa toto c. 9. ad Rom. peculiariter verſu: *Quid adhuc quæritur?* ait: *Talis erit vnuſquiſque, qualẽ vult Deus eſſe.* 15.

Petrus Diaconus.

Gloſſa.

Probatur 8. nam quod in particulari de Tyriis & Sidoniis, & de Corozain & Bethſaida, docent Proſper, Auguſtin. & alij Patres, idẽ propter rationis paritatem affirmatur de quibuſlibet hominibus. Proſper itáque ad Excerpta Genuenſ. reſp. 8. poſt. med. *Manifeſtiſſimè ſcimus,* inquit, *non ſolum Tyrios & Sidonios, ſed etiam Corozain & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis Dominus voluiſſet operari. Neque enim vlli falſum videri poteſt, quod veritas ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.* &c: *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum; illis autem non eſt datum.* &c: *Nemo nouit Filium, niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare:* &c. *Sicut Pater viuificat mortuos, ita & Filius quos vult viuificat.* 16.

Proſper.

Ioan. 6.
Lucæ 8.

Matth. 11.
Luc. 10.
Ioan. 5.

Auguſtinus de Bono perſeuer. c. 14. propiùs ad princip. quàm ad med. aſſerit, *in maſſa perditionis Tyrios & Sidonios fuiſſe relictos, qui etiã credere potuerunt, ſi mira illa Chriſti ſigna vidiſſent. Sed* 17.

quoniam,

quoniam, vt crederent non erat eis datum, etiam vnde crederent eſt negatum. Et paulò inferios de Iudæis excœcatis ſubiungit: *Nec iſtis ob fuiſſet, quod non poterant credere, ſi ita prædeſtinati eſſent, vt eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre.*

Nonò eandem veritatem probat eertitudo & generalitas ſpei. Liceret enim alicui perditiſſimo, & obſtinatiſſimo deſperare; niſi Deus poſſet qoemlibere conuertere, atqoe ſaluare. Hanc rationem attigit Cæleſtinos Papa epiſtola 2. ad Epiſcopos Galliæ cap. 2. dicens: *Deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubuemendum morienti ſufferro, vel in momento poſſe non credit.* *Cæleſtinus Papa.*

Probatur decimò, communi Scholaſticorum conſenſu. D. Thomas 1. p. q. 111. art. 2. corpore ait: *Solus Deus efficaciter poteſt mouere voluntatem.* Nec dubium, quin intelligat, quamlibet: vt colligitur ex aliis plotimis locis, veluti de veritate q. 22. art. 8. nec non 1. 2. q. 112. art. 2. ad 2. & quæſt. 113. art. 7. eorpore, & ad argumeota, & artic. 9. corp. & in fine ſolutionis argumeototum.

DISPVTATIO XIX.

Voluntas antecedens & conſequens quid ſint, & qnomodo differant.

SECTIO I.

Vtrùm diuina volitio verè ac realiter intendat ſalutem eorum hominum, qui eam de facto non aſſequuntur.

1\. NOn poterimus aſſequi Theologorum mentem circa eſſentiam, diſcrimenque voluntatis antecedentis, niſi prius explicemus verba Pauli 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines ſaluos fieri* nam ad huius loci explicationem adducitur diſtinctio voluntatis antecedentis & cõſequentis à Chryſoſtomo, Damaſceno, & communiter Scholaſticis in ſequentibus ſect. & diſp. 20. Eadem verò ratione manebunt explicata cætera, quæ continent eandem voluntatem. *Timoth. 2. Chryſoſtom. Damaſcen.*

2\. Suppono ſacris literis & Patrum expoſitionibus frequenter eſſe teſtatam Dei voluntatem, qua vult omnium hominum ſalotem, etiam infidelium & obſtinatorum. Imprimis enim Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur a vijs ſuis & viuat?* & io fine capitis: *Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus, reuertimini, & viuite.* Deinde Ezech. 33. *Sic loquuti eſtis, dicentes: iniquitates noſtre, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis tabeſcimus omnes; quomodo ergo viuere poterimus? Viuo ego, dicis Dominus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. conuertimini, conuertimini & quare moriemini?* Perpende actualem conuerſionem & actualem vitam, & non ſolam potentiam in illis verbis contentã, *Vt conuertatur à via ſua, & viuat.* Deinde ingeminatam illam exhortationem: *Conuertimini, conuertimini*, quæ ſicut præcedens non ad potentiam, ſed ad ipſum actum extorqoendum dirigitur; cùm tamen eadem foret miſerorum irriſio erudeliſſima; ſi aliunde præoptat Deos, quantum ex ſe eſt, habere quod puniat æterna morre, & eo fine procurat media permittendi finalem impœoitentiam. *Ezech. 18.*

3\. In his & ſimilibus verbis notandum eſt, non meram declarationem diuinæ voluntatis, ſed præterea promiſſionẽ noſtræ ſalutis contineri: vt notauit Cæleſtinus primus epiſt. 2. ad Epiſcop. Galliæ cap. 2. dicens: *Cum Deus ad ſubuemendum ſit paratiſſimus, & inuitans ad pœnitentiam, ſic promittas peccatori, inquiens: quacumque die ingemuerit peccator, peccata eius non imputabuntur ei; & iterum; nolo mortem peccatoris, ſed tantum conuertatur & viuat; ſalutem homini adimit, qui mortis tempore pœnitentiam denegauerit.* Promittit ergo Deus ſe fore ſemper ad ſubueniẽdum paratiſſimũ, ita vt peccator actualiter conuertatur, & viuat, quantum eſt ex parte Dei, ſi per hominem nõ ſteterit. *Deus ad ſubueniendum paratiſſimus.*

4\. Sit teſtimonium ſecundùm Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti.* Vbi Hilarius ſuo can. 24. fine: *Frequenter*, inquit, *congregare eos voluit prædicationibus prophetarum; ſed fruſtra hunc impendit affectum, & incaſſum tanquam gallina congregans pullos ſuos, cum mero eos ſub alis ſuis voluit: terrena videlicet, nunc & domeſtica auis factus, quodam corporis ſui, tanquam alarum operimento, calorem, vt pullis ſuis vita immortalis indulgens, & in volatum velut noua generatione producens.* & poſt pauca: *Huius igitur familiaris, ac penè terrena auis more congregare eos intra ſe voluit; vt qui conditione naſcendi editi iam fuiſſent, nunc alterius generationis ortu & calore confouentis renati, in cœleſte regnum, tanquam pennatis corporibus, euolarent. Quod quia noluerunt, domus eorum vacua, & deſerta relinquetur. id eſt. indigni habitatione Spiritus ſancti erunt.* Nihil itaque deficit ex parte diuinæ voluntatis, vt ſub alas actoaliter congregentur, ſola volũtas reſiſtit humana. Idem clarius ex hoc teſtimonio colligit Chryſoſtom. homil. 9. de laudibus Pauli in fine; cuius verba referemus ſect. 5. num. 7. *Matth 23. Hilarius. Nihil deficit ex parte Dei. Chryſoſtom.*

5\. Irenæus lib. 4. adoerſus hæreſes cap. 71. ſic loquitur: *Quod ait, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti, veterem legem libertatis hominis manifeſtauit, qui liberum fecit eum ab initio habentem poteſtatem ſuam, ſicut ſuam animam, ad vtendum ſententia Dei voluntariè, & non coactè.* Et in ſequenti cap. 72. poſt. medium iterum eodem reſtimonio Chriſti Domini vtitur Irenæus, ad confirmandam arbitrij libertatem, vt credat, vel non credat. Alia eiuſdem verba iofra referemus ſect. 6. longè poſt med. *Irenæus. Non cogitur voluntas.*

6\. Tertiò idem probatur Matth. 18. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Vbi Hieronym. *Quotieſcumque perierit aliquis ex puſillis, non voluntate Patris perit.* Clarius D. Thomas in proprio cõmentario ait: *Minus dicit & plus ſignificat, quia voluntas eius eſt, vt ſaluentur.* Id quod manifeſtè deducitur ex ſuperiori contextu, illa námque voluntas cœleſtis Patris traditur à Chriſto Domino, tamquam cooclufio collecta ex parabola de centum ouibus, & voa earum errãte. Cui proinde ſubiungit præceptom de correptione fraterna, vt omnes cooperentur, quantum io ipſis eſt, prædictæ Dei voluntati. *Matth. 18. Hieronymus. D. Thomas. Ex parabola ouium Chriſtus patris voluntatem intulit.*

7\. Quartò probatur 1. Theſſal. 4. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.* Hæc, actualem continentiam ſignificant, actualem ergo virtutis operationem Deus vult, & exigit à nobis. Præterea 2. Petri 3. *Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire; ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* *1. Theſſal. 4. Actualem operationem exigit à nobis Deus.*

8\. Idem colligitur ex verbis 1. Timoth. 4. *Qui eſt Saluator* *1. Timoth. 4.*

Digitized by Google

Roman. 2. *Hieronymus.* *Iſaiæ 30.* *Saluator omnium, & maximè fidelium.* Roman. 2. *An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit; tu autem ſecundum duritiam tuã & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram.* Vbi Hieronym. ait: *Cum poſſit prohibere peccantem vel inferre vindictam, mauult conuerti ad pœnitentiã.* Iſaiæ 30. *Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri; & ideo exaltabitur parcens vobis.* Iſaiæ 65. *Expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi.* Deus igitur, quantum ex ipſo fuit, voluit illorum quoque ſalutem, qui de facto non conuertuntur, ſed contradicunt & theſaurizant iram.

9. *Sap. 11.* De quibus etiam Sap. 11. *Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* & toto cap. 12. ſequenti probat, eam Dei voluntatem fuiſſe oſtenſam erga antiquos habitatores Palæſtinæ, licet præſciretur eorũ finalis impœnitentia, præſertim initio capitis: *O quã bonus, inquit, & ſuauis eſt Domine Spiritus tuus in omnibus. Ideóq; eos, qui exerrãt, partibus corripis: & de quibus peccãt, admones & alloqueris: vt relictã malitia, credãt in te Domine.* Quę cũ aliis ponderabimus infra diſp. 21. ſec. 2. ad finẽ. Iob 24. *Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipſe abutitur ad ſuperbiam.* *Apocalyp. 2.* Apocalypſis 2. *Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere.*

10. *Fidelium exiſtimatio circa diuinum deſiderium de peccatorum ſalute.* *2. Reg. 14.* Omniũ fideliũ exiſtimationem, ſiue interiùs à Deo inſpiratã, ſiue traditione à maioribus acceptã, ſemper Deo tribuiſſe deſiderium reuocandi peccatores ad vitam, colligi poteſt ex verbis mulieris Thecuitis ad Dauid 2. Reg. 14. *Neque vult Deus perire animam, ſed retractat, cogitãs, ne penitus pereat, qui abiectus eſt.* Quod argumentũ non auderet mulier Dauidi proponere, vt ſtudio imitãdi Deum adigeret, ad reuocandum Abſalonem ab exilio, niſi pro comperto haberet, eſſe tale ingenium & propenſionem diuinæ voluntatis. Quam Gloſſa ordinaria ex Angelo-homo, Interlinealis, Lyra. & Abulenſ. ita exponunt, peccatores, qui à Diabolo captiui tenentur, Deus reuocat.

11. *1. Timoth. 2.* Celeberrimũ verò teſtimonium eſt 1. ad Tim. 2. *Vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Quem locum pluribus teſtimoniis ſanctorum Patrum ponderabũt omnes ſectiones huius, & ſequentis diſputationis. Sufficiat nunc *Auguſtinus.* Auguſtinus de ſpiritu & litera cap. 33. inter princ. & med. vbi proponit quæſtionem, vnde ſit nobis voluntas credendi: Nam *ſi dono Dei, etiã hoc quare non omnibus; cum omnes homines velit ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire?* & poſt pauca reſpondet: *Vult autem Deus, omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire: nõ ſic tamen, vt eis adimat liberum arbitriũ, quo vel bene, vel malè vtentes, iuſtiſſimè iudicentur.* *In negatione extremi vnius clauditur affirmatio contrarij.* In negatione prædicti modi clauditur affirmatio modi contrarij, videlicet, Deus omnes homines ſaluos fieri vult, ſic tamen vt eis permittat liberum arbitrium. Cuius præterea differentiam non ſiluit Auguſtinus; ſed dixit: *Quo vel bene, vel malè vtentes.* Huius denique rationem ſubiũxit, quoniam aliàs iniuſtum foret eorum iudicium, quo puniremus malè agentes.

SECTIO II.

Quidditas antecedentis & conſequentis voluntatis probat, Deum, quod ex ſe eſt, verè ac realiter intendere ſalutem hominum, etiam eorum, qui ſua culpa damnantur.

1. *Voluntatis antecedẽtis, & conſequẽtis definitio iuxta Patrũ mentem.* VOluntas antecedens, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, eſt *voluntas primaria, & beneplacitum Dei, ex ipſo Deo, & ex eius natiua propenſione exiſtens, nullámque occaſionem ſumens à noſtro vitio.* At verò voluntas conſequens, qua videlicet, Deus vult permittere, & punire peccata, eſt *volitio, quæ ortum & rationem ſumit ex noſtro vitio.* *Chryſoſtom.* *Damaſcenus.* Ita docent expreſsè Chryſoſtomus ſerm. 1. in epiſt. ad Epheſ. Damaſcenus in Dialogo contra Manich. verſus fin. & lib. 2. de fide cap. 29. verſùs finem. Idem ſequuntur communiter Scholaſtici citandi ſection. ſequenti, & ſec. 5. paulò ante finẽ.

2. Hæc diuiſio, & vtriuſque membri definitio ſumitur ex locis Scripturæ ſacræ in præcedenti ſect. notatis, quibus addemus alios in ſectionibus aliis huius & ſequentis diſputationis. Peculiariter verò nomina voluntatis antecedentis & conſequentis clarius fundamentum habent in illis *Matth. 18.* *Voluntas antecedens ante Deum volũtas cõſequens quaſi à tergo Dei.* verbis Matth. 18. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Voluntas igitur, quæ ante Deum eſt, dicitur voluntas antecedens, quoniam rectè tendit ad illam aſpectus & natiua inclinatio Dei. Nam voluntas conſequens, quaſi à tergo perſequens Deum, detorquet eius natiuam propenſionem, & veluti cogit permittere, & punire: ideóque cum triſtitia & quaſi non rectis oculis à diuina voluntate reſpiciuntur: vt vidimus diſp. 9. ſect. 15. Conſonat illud *Matth. 11.* Matth. 11. *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.* Quod videtur præcipuè referendum ad reuelandum paruulis, non ad abſcondenda ſapientibus, niſi fortè negatiuè. Idem Lucæ 10. *Luca 10.* *Quoniam ſic placuit ante te.* Atque hic ſenſus dignus videtur eſſe, qui à Chriſto Domino fuerit intentus in prædicto modo loquendi, quamuis nondum apud eorum capitum expoſitores repererim.

3. *Antecedens volũtas quandoque ſibi, tamquam propriũ vendicat voluntatis nomen.* Atque inde prouenit, vt voluntas antecedens quandoque ſibi, tamquam proprium vendicet voluntatis nomen, perinde ac ſi voluntas conſequens non eſſet voluntas. Pſalm. 27. *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Quem verſum ad rem præſentem accommodauit Baſilius, in eius commentario, quem referemus diſput. 21. ſection. 2.

4. *Deus nõ vult antecedente voluntate materialem actionẽ peccati.* Ex hoc principio manifeſtè deducitur, Deum antecedente voluntate, quod ex ſe eſt, non velle materialem actionem peccati, ex qua neceſſariò ſequitur interitus animi; imò nec illam velle permittere, niſi voluntate conſequente, quæ ſupponit creatæ voluntatis liberam determinationem, quæ ſit contra voluntatem antecedentem Dei. Ideo námque permiſſionem eſſe voluntatem conſequentem, docet Damaſc. 2. de fide cap. 29. verſus finem illis verbis: *Dicitur prima præcedens voluntas, & acceptatio ex ipſo exiſtens: ſecunda vero voluntas ſequens, & permiſſio ex noſtra cauſa exiſtens.* Idémque colligitur ex Chryſoſt. citato.

5. *Hieronymus.* De vtraque volontate, antecedente, videlicet, & conſequente, verbis aliis eandem prorſus, quam Chryſoſtomus & Damaſcenus, ſententiam explicant multi antiquorum Patrum. Hieronym. Malach. 1. ad illa verba: *Filius honorat patrem, & ſeruus dominum,* ait: *Vult itaque primùm Deus, vt filij eius ſimus, & bonum voluntate faciamus: ſin hoc conſequi nolumus, vt ſaltem ſeruos nos habeat, & à malis per ſuppliciorum formidinem recedamus.* Itaque primaria Dei voluntas eſt, vt ex amore *Voluntas ſecũdaria Dei.* filiali Deo ſeruiamus: ſed voluntas incutiendi timorem ſeruilem, non eſt, niſi ſecundaria, ſupponens noſtram liberam volitionem, qua filialem amorem recuſamus. Obiter aduerte,

ſic corrigendam eſſe literam vbi varij codices legunt, *Si hoc conſequi volumus.* Quę lectio non reddit ſenſum cohærentem cæteris verbis.

Hieronymus. Ezech. 16.

6. Iode infertur, quod Hieronymus Ezech. 16. ad illa verba: *Ergo & tu confundere,* notat: *Ex quo perſpicuum eſt, non eſſe naturalem iram Dei; ſed noſtris vitiis clementiſſimum & manſuetiſſimum Deum ad iracundiam pronocari.* Et poſt pauca: *Vnde* Exod. 15. *ſcriptum eſt: emiſiſti iram tuam, qua deuorabit eos ſicut ſtipulam; quod enim conſuætum eſt, & in vno corpore copulatum, mitti non poteſt; ſed illud quod extra corpus eſt; v.g. lancea, telum, ſagitta.* Vult ergo Hieronym. iram Deo extraneam eſſe, & quaſi telum miſſile: manſuetudinem verò, clementiam & miſericordiam eſſe naturalem & inſitam Deo.

Exod 15.

Ira Deo extranea, clementia verò, & miſericordia naturalis.

Clemens Alexand.

Conſonat Clemens Alexand. lib. 1. pædagogi cap. 8. ſub init. probans, Deum omnia, quæ ſunt, amare; ſed multò magis hominem: *& nihil aliud facere Deum, quàm prodeſſe; & hominis Deum prodeſſe in omnibus, & ſua ſponte curam gerere, & ſolicitum eſſe de illo.* Hæc autem omnia dicit, præſertim de cura æternæ ſalutis, vt conſtat ex tota ſerie eiuſdem lib. 1. & latiſſimè tam in eo capite, quàm aliis permultis in locis probat, Deum in hac vita, dum punit, flagellat, corripit, arguit, maledictis inceſſit, aut minatur, ſemper hominis ſalutem intendere. Sic etiam Epiphan. hæreſi 66. poſt epiſtolam Marcelli pag. 3. ait: *Deus propter excellentem iuſtitiam, & ob eximiam bonitatem, omnes & omnia vtiliſſima eſſe voluit; & ſua bona omnibus propoſuit. Iuxta permixtionem verò liberi arbitrij, omnibus propria voluntate vti concedit, vt quiſque quod voluerit faciat.* Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 11. prope med. *Bonitas,* inquit, *Dei prior ſecundum naturam; ſeueritas poſterior ſecundum cauſam. Illa ingenita, hæc accidens: illa propria, hæc accommodata: illa edita, hæc adhibita. Nec natura enim inoperatam debuit continuiſſe bonitatem, nec cauſa diſſimulatam euaſiſſe ſeueritatem. Alteram ſibi, alteram res Deus præſtitit.*

Cùm Deus flagellat in hac vita, hominis ſalutē intendit.

Epiphanius.

8. Idem Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem non procul à principio, aliis nominibus diſtinguit has ipſas voluntates antecedentem, & conſequentem. Antecedentem voluntatem appellat meram, puram & totam, quia nihil habet admixtum inuoluntarij, propter admixtam permiſſionem & indulgentiam, & quandam quaſi coactionem, illatam ab alia voluntate. Et hac voluntate ait: Deum velle nos ſibi placita operari. Voluntatem autem conſequentem appellat *non meram, neque totam,* ſecundùm quam, ait, *ex indulgentia eſt quodcumque permittitur, quæ & ſi ſine voluntate non eſt, quia tamen aliquam habet cauſam in loco cui indulgetur, quaſi de inuita venit voluntate, paſſa cauſam ſui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis ſit voluntas eius, cuius altera ſit cauſa.*

Antecedētem voluntatem meram, purā, [illegible] Tertullianus appellat.

Bernardus.

9. Bernard. ſerm. 5. in natali Domini in medio ait: *Verum id quidem, cui vult, miſeretur, & quem vult indurat: ſed quod miſeretur proprium illi eſt. Ex ſe enim ſumit materiam, & velut ſeminarium miſerendi. Nam quod iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus.* Et confirmat Ezechielis 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij?* & ſubdit; Deum appellari Patrem miſericordiarum, & non iudiciorum, ea præſertim ratione, *quod miſerendi cauſam & originem ſumat ex proprio; iudicandi vel vleiſcendi magis ex noſtro.*

Ezechiel. 18.

Conſonant Athanaſius, Lactantius & Oecumenius, quorum primus oratione contra idola pag. 2. *Opifex,* inquit, *rerum, humanum genus in eo ſtatu in quo conditum erat, permanere voluit: ſed ipſi neglecta meliorum, &c.* & in lib. de humanitate Verbi, eiuſque corporali aduentu non procul à princ. ait: *Ad iſtum modum Deus hominem fecerat, & in incorruptibilitate perſeuerare volebat, homines verò contra.* 10.

Athanaſius.

Lactantius in lib. vnico de ira Dei cap. 14. fine ita ſcribit: *Huius rei teſtis eſt M. Tullius in libris de legibus, ita dicens: Sed omnium, quæ in Doctorum hominum diſputatione verſantur, nihil eſt profectò præſtabilius, quàm planè intelligi, nos ad iuſtitiam eſſe natos. Quod ſi eſt veriſſimum; Deus ergo vult, omnes homines eſſe iuſtos, id eſt, Deum & homines charos habere, Deum, ſcilicet, honorare tanquam patrem, hominem diligere, tamquam fratrem, &c.* 11.

Lactantius Tullium veritatem agnouit.

Oecumenius tandem ad Timoth. 2. ad verba ſupra citata, ita inquirit: *Si Deus vult; quare non fit, quod vult?* Reſpondet autem: *Non fit, quia illi nolunt, nihil enim ex neceſſitate facit in nobis Deus.*

SECTIO III.

Sicut obiectum proprium antecedentis voluntatis eſt ſalus hominum; ita ſolummodo quæ nocent, aut illam impediunt, ſunt obiectum proprium voluntatis conſequentis.

EX obiecto, quod tamquam proprium & adæquatum Patres & Scholaſtici deſignant voluntati conſequenti: colligitur manifeſtè, voluntatis antecedentis obiectum eſſe ſalutem hominum, & quidquid ad illam confert: ac conſequenter illud realiter & verè Deum velle, quantum ex ſe eſt, ſicut in præcedenti ſectione probare cœpimus. Quapropter ad obiectum proprium conſequentis voluntatis pertinet permittere peccatum, præſtare generalem concurſum ad materialem actionem peccati, punire etiam temporali ſupplicio, ſubtrahere fortiora motiua conuerſionis, circumſtantias adducere, quibus poſitis præſcit Deus, hominem obdurandum ac finaliter obſtinandum, ac demum æternam pœnam inferre. 1.

Generalis autem ratio eſt, quia proprium obiectum voluntatis conſequentis eſt illud, quod ratione ſui non eſt bonum, nec amabile, ſed præcisè amabile, bonúmque redditur ex ſuppoſitione, quòd libertas creata deflectat & inclinet ad malum. Huiuſmodi verò ſunt omnia ſupradicta obiecta, quamuis diuerſo modo & gradu, vt conſtat ex multorum Patrum conſenſu. 2.

Ratio. Quod ratione ſui non eſt amabile cuius voluntatis obiectum ſit.

Damaſcenus in Dialogo contra Manich. pag. penultima: *Neque enim,* ait, *cur ſceleratus pœnas luat, iudex cauſa eſt, etiam ſi ipſe volens ſententiam ferat. Verùm is, qui facinus admiſit, pœnam ſibi ipſi accerſit: iudex autem iuſtitiæ cauſa eſt. Iuſtitiam porro bonam rem eſſe, conſtat. Quamuis enim volens iudicet; non tamen primariæ voluntatis ratione iudicat; ſed ſecundariæ. Primaria enim voluntas eſt id, quod quiſpiam ex ſe ipſo vult. Secundaria autem id quod earum rerum, quæ contingunt, cauſa vult. Primariè námque Deus ex ſe ipſo vult, omnes homines ſaluos fieri, atque ad veritatis agnitionem venire. Cum autem peccamus vi-* 3.

litatu

iſtatis noſtra cauſa nos caſtigari vult. Ita prima-ria Dei voluntas bonitatis eſt, ſecundaria iuſtitiæ.

Primariam, & ſecundariam Dei voluntatem Damaſcenus exponit.

Ergo ſecundariæ ſeu conſequentis voluntatis obiectum eſt tale, vt non ſit bonum, neque amabile ex ipſo Deo; ſed occaſione earum rerum, quæ contingunt. Contingentia verò ſic eſſe libera, vt non ſint neceſſaria, nec ad vnam partem determinata, Damaſcenus ſæpe notat.

4. Gregorius in 1. lib. Reg. ſuo lib. 2. cap. 2. diſcutiens illa verba, *quia voluit Dominus occidere eos*, vt hæc reducat in concordiam cum verbis

Ezechiel 28.

Ezechiel. 28. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Per miſericordiam*, inquit, *conuerti vult peccatores & viuere, ſed per iuſtitiam eos, qui conuerti noluerunt vult perire: miſericorditer non ſaluat, niſi volens: per iuſtitiam nolens damnat. Dum ergo occidere velle dicitur, peccatorum impietas maxima, & inemendabilis oſtenditur, quæ voluntariè diuinæ iuſtitiæ executione punitur. Sic vtique vt piſſimos ſæcularium negotiorum iudices agere videmus, qui vellent vt nemo delinqueret, vt ipſi punire nominem deberent: ſed dum ab iniquis audacter ſcelera committuntur, voluntariè eos puniunt, quos libentius non commiſiſſe punienda voluerunt.*

Gregorij ſententia.

Fuit igitur Gregorij de obiecto voluntatis diuinæ ſententia eadem, quam nuper ex Damaſceno retulimus, vt ſalutem & vitam ab intrinſeca inclinatione deſideret: mortem verò non inferat, niſi ex ſuppoſitione culpæ præcognitæ. Vnde poſt pauca ſubdit: *Qui enim peccatorem vult viuere, vt conuertatur, ſi hunc inconuertibilem diuina præſcientia noſcit, occidit.* Et iterum: *Vult ergo Dominus occidere, ſed eos quos præneſcit conuerti nolle.*

5. *S. Thomas.*

Clariùs & frequentius præſentem doctrinam expreſſit S. Thomas etiam in præſenti quæſt. 19. art. 6. ad 1. poſt med. dicens: *Vnumquodque ſecundùm quod bonum eſt, ſic eſt volitum à Deo. Aliquid autem poteſt eſſe in prima ſui conſideratione, ſecundum quod abſolutè conſideratur, bonum, vel malum; quod tamen prout cum aliquo adiuncto conſideratur, quæ eſt conſequens conſideratio eius, è contrario ſe habet. Sicut hominem viuere eſt bonum, & hominem occidi eſt malum, ſecundùm abſolutam conſiderationem. Sed ſi addatur circa aliquem hominem, quòd ſit homicida, vel viuens in periculum multitudinis, ſic bonum eſt, eum occidi, & malum eſt eum viuere. Vnde poteſt dici quod iudex iuſtus, antecedenter vult, omnem hominem viuere, ſed conſequenter vult homicidam ſuſpendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem ſaluari: ſed conſequenter vult quoſdam damnari ſecundùm exigentiam ſuæ iuſtitiæ.*

6. *Damaſcenus.*

Huius doctrinæ obſcuriora ſemina poſuerat Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 29. ad finem dicens, *Deum præſertim præcedenterque velle, omnes ſaluari, & regnum eius conſequi. Non enim ad puniendos nos plaſmauit: ſed ut efficiat nos bonitatis ſuæ participes, vt bonus: peccantes autem puniri vult, vt iuſtus. Dicitur igitur prima, præcedens voluntas, & acceptatio ex ipſo exiſtens. Secunda verò voluntas ſequens, & permiſſio ex noſtra cauſa exiſtens.* Vnde collige, permiſſionem peccati, eſſe tale bonum, quod diuina bonitas non poſſit ex ſe ipſa appetere, vt bona, ſed ex noſtra cauſa debeat dari occaſio, ratione cuius Deus, vt iuſtus, poſſit permiſſionem appetere. Et rationem à priori Damaſcenus attigit, quia non ad puniendum nos plaſmauit. Permiſſio autem non poteſt eſſe per ſe intenta, ſed tantum ad puniendum.

7. Reſpondent aliqui, S. Thomam 1. p. q. 19. art. 6. ad 1. nuper citatum, conſtituiſſe exemplum in quodam obiecto particulari, quod Deus vult voluntate conſequente, ſuppoſito peccato; non tamen eſſe neceſſarium, vt id, quod Deus vult voluntate conſequente, ſemper præſupponat peccatum.

Aliquorum ſolutio.

8. *Refutatur, & ſimul exponitur mens ſancti Thomæ.*

Hanc doctrinam non ſolum proximè ſequenti ſectione, ſed etiam tota præſenti & ſequenti diſputatione refutabimus. Nunc verò, quod attinet ad mentem ſancti Thomæ, ſatis apertè conſtat ex primo ſententiarum diſt. 40. & 46. & de veritate q. 23. vbi expreſsè tradit ſubtractionem ſalutis non eſſe bonum obiectum, nec amabile à diuina voluntate, niſi præſuppoſita libera culpa, & inde ſortitam eſſe nomen conſequentis voluntatis.

9. Sic in lib. 1. diſt. 46. q. 1. art. 1. notandum eſt illud ad finem corporis: *Nolentem & reſiſtentem non eſt bonum ſaluari: quia iniuſtum eſt. Et quia hoc modo ſe habet aliquid ad hoc, quod ſit volitum à Deo: ſicut ſe habet ad hoc, quod ſit bonum: ideo etiam hominem ſub iſtis conditionibus conſideratum, non vult Deus, ſaluari; ſed tantùm iſtum, qui eſt volens & conſentiens: & hoc dicitur voluntas conſequens: eo quod præſupponit præſcientiam operum, non tamquam cauſam voluntatis, ſed quaſi rationem voliti.* Idem confirmat ad 4. & ad 5. ait: *Iſtæ conditiones quibus homo efficitur de ordinatus à conſequutione finis, ſub quibus exiſtentem Deus eum ſaluum eſſe non vult: ſunt ex ipſo homine. Et ideo totum, quod ſequitur, ſibi imputatur in culpam.*

10. Fuſiùs eandem doctrinam explicans de veritate q. 23. toto art. 2. poſt med. corporis ait: *Quia ergo Deus omnes homines propter beatitudinem fecit, dicitur, voluntate antecedente omnium ſalutem velle. Sed quia quidam ſuæ ſaluti aduerſantur, quos ordo ſuæ ſapientiæ ad ſalutem venire non patitur, propter eorum defectum; implet in eis alio modo id, quod ad ſuam bonitatem pertinet, ſcilicet, eos per iuſtitiam damnans.* Et in ſolut. ad 2. *Vult Deus ſaluari voluntate antecedente ratione humanæ naturæ, quam ad ſalutem fecit: ſed vult eum damnari voluntate conſequente, propter peccata, quæ in eo inueniuntur.*

11. Idem D. Thomas 1. ad Timoth. 2. ſect. 1. poſt med. *Alio*, inquit, *modo ſecundùm Damaſcenum vt intelligatur de voluntate antecedente, & non conſequente. In voluntate enim Dei, licet non ſit prius & poſterius, dicitur tamen voluntas antecedens, & conſequens. Item ſecundum ordinem volitorum, ſecundùm quod voluntas poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet, in vniuerſali, vel abſolutè, & ſecundùm aliquas circumſtantias, & in particulari. Et prius eſt abſoluta conſideratio, & in vniuerſali, quam in particulari, & comparata. Et ideo voluntas abſoluta eſt quaſi antecedens, & voluntas alicuius rei in particulari eſt quaſi conſequens. Exemplum de mercatore, qui vult omnes merces ſuas ſaluare abſolutè, & hoc voluntate antecedente. Sed ſi conſideret ſalutem, non vult omnes merces, per comparationem ad alia ſaluare, ſcilicet, quando cum ſalute ſequitur ſubmerſio nauis. Et hæc voluntas eſt conſequens. Sic in Deo ſalus omnium hominum, ſecundùm ſe conſiderata, habet rationem, vt ſit volibilis. Et Apoſtolus hic ita loquitur, & ſic eius voluntas eſt antecedens. Sed ſi conſideretur bonum iuſtitiæ & quod peccata puniantur, ſic non vult. Et hæc eſt voluntas conſequens.*

12. Tandem in 1. diſt. 40. quæſt. 4. art. 2. corpore: *Iſtum*, inquit, *carere gratia ex duobus contingit; tum quia ipſe non vult recipere, tum quia Dominus non ſibi infundit, vel non vult ſibi*

infundere. Horum autem duorum talis eſt ordo, vt ſecundũ non ſit, niſi ex ſuppoſitione primi. Cum enim Dominus non velit, niſi bonum, non vult iſtum carere gratia; niſi ſecundùm quod bonum eſt. Sed quod iſte careat gratia, non eſt bonum ſimpliciter. Vnde hoc, abſolutè conſideratum, non eſt volitum à Deo: eſt tamen bonum vt careat gratia; ſi eam habere non vult: vel ſi ad eam habendam negligenter ſe præparat, quia iuſtum eſt. Et hoc modo eſt volitum à Deo. Inſuper in ſequenti contextu eodem modo loquitur S. Thomas de remediis, per quæ tollitur obduratio, & anima concipit bonum propoſitum, ſi vult.

13. Pondus antecedentis voluntatis eſſe tantum vt percupiat, nullum committi peccatum, ne vllam inueniat rationem damnandi, aut negandi gratiam; ſed abſque impediméto exequatur omnium ſalutem, ſapiéter adnotauit Enchiridio Colonienſ. in titul. de Sacramento pœnitentiæ cap. *Quintè ſtatuendum eſt.* fol. 90. dicens: *Deus tam eſt benignus, ac miſericors, vt non tantum voluerit hominem non peccare, ſed & velit hominem lapſum, atque adeo quantumlibet crimenoſum, reſurgere, ac reſipiſcere Nam apud Ezechielem ſic loquitur, &c.*

14. Et poſt pauca: *Res autem exemplo fiet dilucidior: legislator legem ferens, omnes ciues ſuos vult, eſſe bonos & pacificos; nec vult vt crimina ab eis patrentur, pœnis luenda; idque voluntate antecedente. Interim tamen filij ſui alioqui chariſſimi lata legis tranſgreſſoris mortem vult, quem vellet non peccaſſe, vt nihil plectendum in eo poſſet inuenire; idque voluntate conſequente, qua mortem filij vult, propter aliquid iam factum. Itidem hortulanus plantat arborem, non ea mente, vt excidatur, & in ignem mittatur: attamen dum poſt longam expectationem eam nullũ fructum producẽtem videt, & terra excidit, & in ignem mittit: non ſecus miſericors Deus vult, omnes homines ſaluos fieri, quod ad ſe attinet, voluntate antecedente. Quod verò reprobos damnat, fit voluntate conſequente; quod iuſtum ſit eos, quibus præbita eſt omnis occaſio conſequendæ ſalutis, nec apprehendere voluerunt damnare.* Et iterum: *Deus adeo vult omnes homines ſaluos fieri, vt nemini quantumlibet ſcelerate, gratiam ſuam ſubtrahat.* Perpeode illa verba: *quibus præbita eſt omnis occaſio conſequendæ ſalutis.*

15. Quod voluntas conſequens ſupplicij ſupponat malum libertatis vſum, & quòd inde iuſtitiæ rationem accipiat, vltra D. Thomam ſupra citatum, docent Scholaſtici omnes, qui huius articuli mentionem faciunt. Albertus 1. p. q. 79. memb. 2. art. 2. in q. incid. Alexand. 1. p. q. 36. memb. 2. à medio, & 2. p. q. 110. memb. 8. ad 3. & 4. D. Bonauent. 1. diſt. 40. art. 3. q. 1. quæ eſt de electione ad 1. argum. & diſt. 4[illegible] art. 1. q. 1. corpore; vbi Ricardus eodem articulo & q. 1. Gregor. q. vnica versùs fin. Vdalricus apud Carthuſianum in 2. diſtinct. 46. q. 1. Eandémque ſententiam ſequitur Carthuſianus, tam ibi quàm diſt. 40. q. 3. Ægidius 2. diſt. 37. q. 2. art. 2. corp. Rainerius in Pantheolog. verbo *libertas à peccato*, cap. 18. ante med. Maior in 1. diſt. 41. q. 1. §. *ſecundò agens*, & diſt. 47. q. vnica col. 1. & in 2. diſt. 37. q. 1. colum. penultima. Capreolus in primo diſtinct. 45. quæſtion. vnica articul. 2. concl. 4. & in diſtinct. 40. q. vnica articul. 3. colum. vltima. Deza in 1. diſtinct. 40. quæſt. vnica artic. 4. dum reſpondet ad argumenta contra ſextam concluſionem, & poſtea in fine totius primi libri ſententiarum. Scotus eandem ſententiam, quamuis ſub dubio tradit in 1. diſtinct. 41. q. vnica. §. *poteſt aliter* & ſequentibus parraphis. Sed reſolutè in 2. diſt. 37. §. *ad ſolutionem iſtorum*, poſtquam explicuit bonum, quod Deus antecedenter paratus eſt dare, quantum ex ſe eſt, ſubiungit: *Eſt igitur defectus in effectu duarum cauſarum, non propter defectum cauſæ ſuperioris, ſed inferioris: non quia cauſa ſuperior cauſet rectitudinem in effectu, & inferior obliquitatem: ſed quia cauſa ſuperior, quantum eſt de ſe, cauſaret, ſi cauſa inferior ſecundum ſuam cauſalitatem cauſaret. Et ideo rectitudinem non cauſari eſt propter hominem: quia cauſa ſecunda, quantum ad ſe pertinet, non cauſat.* Idem docet Conradus 1. 2. quæſt. 79. artic. 1. ad finem corporis articuli, Ocham in 1. diſtinct. 46. q. 1. à medio, & ibidem Gabriel q. vnica notabili 2. & coroll. 6. Denique, ne deſint etiam externorum teſtimonia, quibus hæc veritas placuit reperta in libris fidelium Theologorum, diſcutiamus furem, qui noſtris dogmatibus ſolet eſſe familiaris, quantum naturæ lumen aſſequitur. Auicenam dico, qui tract. 9. metaph. cap. 6. inter med. & finem: *Non erat*, inquit, *bonum prætermitti vtilitates frequentes vel ſempiternas propter accidentia mala rara. Igitur bonitates, quæ fiunt ex his rebus, fuerunt volita prima voluntate (ſecundùm modum, quo conuenit dicere Deum velle res) & fuit volitum malum, etiam ſecundum modum, qui eſt per accidens, & præſcitum fuit illud futurum neceſſario, nec tamen curatum eſt de eo.* Neceſſitas eſt, ne impediantur maiora bona: & modus volendi per accidens eſt non prætermittere bonitates, & non curare de malo, quod præſcitur ſecuturum. Eſt itaque permiſſio, cuius vocabulo vtitur in ſequenti cap. 7. Obſerua igitur primam voluntatem, quæ per ſe fertur in obiectum, per ſe bonum, & voluntatem ſecundam ſeu conſequentem, quæ per accidens vult alia obiecta.

SECTIO IV.

Refellitur contraria ſententia de antecedente, & conſequente voluntate Dei.

PRæcedentium ſectionum probationibus aliqui recentiores reſpondent, voluntatis antecedentis quidditatem in eo conſiſtere, quod feratur in obiectum abſolutè conſideratum, & ſecundùm ſe, hoc eſt, præciſum ab adiunctis, & circumſtantiis: atque hoc modo ſi conſideretur ſalus reproborum ſecundùm ſe & abſolutè, Deus in eam fertur voluntate antecedenti. Sed voluntas conſequens fertur in obiectum, ſecundùm quod adiunctas habet quaſlibet circumſtantias. Ac proinde ſalus reproborum, ſi conſideretur, ſecundùm quod habet adiunctam priuationem, aut carentiam maioris boni, videlicet, boni vniuerſi, manifeſtationis iuſtitiæ diuinæ in reprobos, & maioris ſplendoris miſericordiæ eius in electos; ſic non eſt volita à Deo. Et ſecundum hoc aſſerunt, quod voluntate conſequente, Deus non velit omnes ſaluos fieri, ſed ſolum prædeſtinatos. 1. *Recentiorum responſio.*

Hæc doctrina, ſi non procederet vlterius, ſed in eo præcisè ſiſteret, quod modo retulimus, nihil contineret falſum: foret tantummodo diminuta, & indigens vlteriori alia veritate explicanda. Cæterum, quoniam tota hæc doctrina dirigitur ad defendendam talem voluntatem Dei conſequentem, quæ decernat 2. *Ad quid doctrina præcedentis ſolutionis dirigatur.*

Digitized by Google

nat permittere peccatum & finalem obſtinationem independenter ab exercitio libertatis præcognito, & talem voluntatem antecedentem, de qua non poſſit verificari, quod velit, quantum ex ſe eſt ab omnibus hominibus, quantumcomque præſcitis, actualiter obſeruati præcepta, & iuſtificationem ac gloriam actualiter obtineri; propterea falſa eſt & refutanda in hac & ſequentibus ſectionibus & diſputationibus. Varia iſtius ſententiæ fundamenta referenda erunt, & diluenda ſequenti diſp.20.ſect.3. & ſequentibus.

3. *Refutatur primò.*

Nunc magis directa, immediatè & à priori refutatur primariom fundamentum einſdem, nam reproborum ſalus non habet adiunctam priuationem maioris boni, videlicet, boni vniuerſi, manifeſtationis iuſtitiæ diuinæ in reprobis, & maioris ſplendoris miſericordię in electis; ſi conſideretur reproborum ſalus, in quantum ex animo & ſine vlla fictione intenditur à Deo, quando confert quæcumque ſunt ſimpliciter requiſita, vt ab illis actualiter obſeruentur præcepta, & actualiter obtineatur ſalus. Quin potius obiectum voluntatis conſequentis non eſſet bonum, ſed abſolutè malum, ſi per illam Deus voluiſſet permittere peccatum & finalem obſtinationem independenter ab exercitio libertatis præcognito, voluiſſétque per antecedentem neceſſitatem prædeterminare materiales actiones horum peccatorum, & in æternum punire. Hæc enim non acciperent bonitatem, quantumcumque Deus ſibi proponeret illos fines boni vniuerſalis, & oſtendendi iuſtitiam ac miſericordiam: ij námq; fines, niſi ſuppoſitio creatæ libertatis exercitio præcognito, non ſunt amabiles illi, *qui amat animas.* Sapien. 11. fine.

Sub qua ratione reproborum ſaluti non adiungatur priuatio maioris boni.

Obiectū voluntatis conſequētis eſſet abſolutè malum.

4. *Refutatur ſecundò.*

Vnde ſequitur refutatio ſecunda, quoniam miſericordia foret ſibi contraria, ſi prædictas miſerias hominum præeligeret ex propria inclinatione, minimè ſuppoſito exercitio libertatis, per quam ipſi priores vltro, contra Dei voluntatem antecedentem ſe præcipites agerent ad peccandum. Nam vt ſcitè Auguſt. lib. 3. confeſſion. cap. 2. poſt med. *Etſi approbatur*, inquit, *officio charitatis, qui dolet miſerum, mallet tamen vtique non eſſe, quod doleret, qui germanitus miſericors eſt. Si enim eſt maleuola beneuolentia, quod fieri non poteſt; poteſt & ille qui veraciter, ſinceritérque miſeretur cupere eſſe miſeros, vt miſereatur. Nonnullus itaque dolor approbandus, nullus amandus eſt. Hoc enim tu Domine Deus, qui animas amas, longè altéque purius, quam nos & incorruptibilius miſereris quo nullo dolore ſauciaris.* Cum igitur earum miſeriarum, quæ independenter à libero arbitrio intelliguntur contingere, ſuprema ſit prædicta permiſſio culpæ ac finalis obſtinationis, & æterna damnatio; conſequens erit, Deum, quantum ad ipſum attinet, malle non eſſe talem miſeriam; alioqui beneuolentia Dei, qua vult miſereri, foret maleuolentia, qua cuperet eſſe miſeros, vt miſereatur, ideóque non veracitee, ſinceritérque miſereretur, neque germanitus miſericors eſſet.

Miſericordia foret ſibi contraria.

Auguſtinus.

Sapien. 11.

5. *Punitionem iniquorum inquantum miſeria eſt, amare diuinæ bonitati repugnat.*

Confirmatur, quia etiam præſuppoſita culpa præcognita, indignum eſt diuina bonitate, & clementia punitionem amare, in quantum eſt iniquorum aduerſitas, & miſeria; atque in ea delectari: ſed ſolummodo amatur à Deo propter bonitatem iuſtitiæ. Ergo multò magis alienum erit à diuina bonitate, & clementia punitionem amare antequā ſupponatur culpa præcognita: tūc enim non amabitur, niſi ob delectationem alienę miſerię, & libidinem puniendi. Antecedens tradit Auguſtinus in Pſalm. 108. ad illa verba: *Et odium pro dilectione mea. Reuera*, inquit, *paucorum eſt dignoſcere quomodo placeat pœna iniquorū accuſatori, inimicitia ſe ſaturare cupienti, & quam longè alio modo placeat iudici, recta voluntate peccata punienti. Ille quippe reddit malum pro malo; iſte autem etiam cum vindicat, non reddit malū pro malo; quoniam iuſtum reddit iniuſto: quod autem iuſtum eſt, vtiq; bonū eſt. Punit ergo non delectatione aliena miſeriæ, quod eſt malū pro malo: ſed dilectione iuſtitiæ, quod eſt bonum pro malo.* Inde Proſper ſumpſiſſe videtur eam ſententiam, quæ in lib. ſentent. ex operibus Auguſtini excerptarum, eſt ſententia 12. quam etiam inſeruit in commentarium eiuſdem Pſal. 108. *Non concupiſcit Deus pœnam reorum, tanquam ſaturari deſiderans vltione; ſed quod iuſtum eſt, cum tranquillitate decernit, & recta voluntate diſponit: vt etiam mali non ſint inordinati.*

Confirmatur, nam potius Deo vehemēter diſplicet, etiam iuſta punitio hominum, præoptat enim, vt ea digni non eſſent: vt oſtendemus diſp. 21. ſect. 2.

Iuſta hominum punitio Deo vehementer diſplicet.

6.

Sed demus cōtrariæ ſententiæ illud obiectum, quod volūtati conſequenti præfigit, non eſſe intrinſecè contrariū diuinæ iuſtitiæ, nec miſericordiæ. Adhuc manifeſtè conuincitur eſſe contrariū maiori bono, proptereáq; de facto nō amari Dei voluntate conſequente. Deus námque de facto ſemper eligit, quod omnibus penſatis, & ſecundùm omnes circumſtantias melius eſt (vt oſtendimus ſupra diſp. 9. 10. & 11.) Quod certius eſt in iis operibus, quæ pertinēt ad hominū ſalutem.

7. *Maior ſplendor diuinæ miſericordiæ.*

Probo igitur, nō eſſe maius bonū, quod in prędicta ſentētia pręfigitur, tanquam obiectum voluntatis conſequentis, quoniā maior erit ſplēdor miſericordiæ, ſi omnibus etiam præſcitis, quantū ex ſe eſt, miſericors ſit, & præoptet eorū ſalutem, & propter ſolam eorum malitiam, quaſi coacta non obtineat quod intendebat. Cōfirmatur, nam cùm Deus quidditatiuè ſit veritas, ratio, & regula magis ſe ipſum amat, (quod attinet ad amorem liberum) & magis conſonans & dignum ſibi obiectum vult, ſi præoptat, quod ex ſe eſt, vt à nulla creatura intellectuali committatur aliquis error, aut mendacium, aut quodlibet aliud malum; ſed omnes diligant eius bonitatem, & amplectantur ſemper conformitatē cum ratione recta, & cum regula legis æternæ. Propterea Deo magis dignū obiectum erit, quantùm ex ſe eſt, præſtare quidquid eſt ſimpliciter requiſitum, vt hic effectus actualiter obtineatur; & non deſiſtere ab huius boni intentione & procuratione; niſi eo quod voluntas creata relicta, vt pro ſua libertate ſe ipſam determinet, contrarium malum elegerit.

Cōfirmatur.

Præoptet Deus à nulla creatura aliquod malum committi.

8. *Quartò refutatur.*

Idem fundamentum refutatur quartò, quia, dato non fore prorſus indignum diuina bonitate, ex ea intentione moueri ad permittēda peccata, vt habeat materiam, quam poſtmodum puniat: adhuc videtur eſſe minus dignum, atque minus bonum ita rationales creaturas gubernare: quod etiā animaduertit antiquiores diſcipuli D. Thomæ, veluti Caietanus 1. p. q. 23. art. 5. longè poſt med. Nam cum obijceret Henricus, dicens: *Non videtur rationabile, vt Deus fieri peccata permittat, vt ea poſtmodum puniat*, Caietanus hoc non refutat, vt falſum, ſed potius ait: *Nō dicimus, quod ideo Deus permittit peccata, vt puniat; ſed dicimus quod permittit & punit, propter relucentiam iuſtitiæ ſuæ:*

Caietanus.

Peccatum non permittitur, vt puniatur.

& quia hoc eſt totius reprobationis effectus, idcirco reprobationis ratio diuina iuſtitia meritò dicitur.

9. *Ferrarienſis.* *Permiſſio nō eſt cauſa peccati.*

Sic etiam Ferrarienſis 3. contra Gentes cap. 161.§.*Pro ſolutione*,eandem difficultatem ex profeſſo tractans, permiſſionem non eſſe cauſam peccati,probat hac ratione: *Non enim ponit aliquid in reprobato, per quod in peccatum cadat, cum ex ſua libertate peccet; neque aliquid remouet, quod à peccato prohiberet.* Intelligit autem ex his, quæ ſimpliciter neceſſaria ſunt, vt homo ſe ipſum liberè contineat à peccato, vt conſtat ex contextu ſequenti. Et in fine eiuſdem §.ait: *Non intelligimus quod Deus prius determinauerit hunc damnare; & poſtmodum eius crimen, propter quod damnabitur,præſciat: ſed intelligimus prius ſecundùm rationem, ipſum præſcire culpam alicuius, deinde determinare ſe illum deſerere,& damnare.*

10. *Cōfirmatur.* *Oſtenſio iuſtitiæ punitiuæ per ſe primò nō intenditur.*

Vnde ſumitur confirmatio,quoniam,vt rectè ait Caietanus dicta q.23.art.5.col.penult.oſtenſio iuſtitiæ punitiuæ non eſt bonum per ſe primò intentum, qualia ſunt cætera, quæ peccatum non neceſſariò præſupponunt: ſed *eſt bonum per ſe non primò intentum, quod in ſe quidem bonum eſt,ac intentum, ſed ex aliquo nullo modo intento occaſionatur. De horum numero eſt iuſtitia punitiua, quæ ex peccatis puniendis occaſionem habet:* de quo diximus plura de reprobatione tractantes ſuo loco.

11. *Refutatur quintò.* *In ſalute præſciti ante vſū libertatis cōtra primariā intentionem Dei non reperitur ratio mali.*

Ex his colligitur quinta refutatio, quia in ſalute cuiuſque hominis, quantumcumque præſciti, nulla reperitur ratio mali, nullàve priuatio maioris boni; quouſque præſupponitur actualis vſus libertatis, contra Dei primariam intentionem culpam committens. Quapropter in permiſſione peccati & obſtinationis extremæ, decreta independenter à prædicto libertatis exercitio præuiſo,non repetitur ratio maioris boni.

Refutatur ſextò. *Præcipua vniuerſi pulchritudo in melioribus, & magis cū recta ratione conſonantibus operibus.*

Refutatur ſextò, quia comparatione Vniuerſi non reſultaret maior pulchritudo, maiúſve bonum ex prædicto modo prouidendi. Nam Vniuerſi præcipua pulchritudo conſiſtit in melioribus,meliúſque diſpoſitis, & proportionatis operibus Dei,quæ magis inter ſe & cum recta ratione conſonent: at verò iam oſtendimus prædictum modum prouidendi minùs cum recta ratione & cum Dei miſericordia conſonare, atque ſecundùm ſe,minus perfectum opus eſſe.

12. *Omnium hominum ſalus melior,quàm permiſſio peccati ante præuiſum abuſum libertatis.*

Refutatur ſeptimò, quia ſi contigiſſet,vt omnes Angeli, & omnes homines, ſicut abſolutè potuerunt, & poſſunt, ita de facto vitarent peccatum, atque præcepta ſeruarent, ideóque vitam æternam conſequerentur: id eſſet in ſe multò melius,Deo dignius,ac proinde voluntati Dei optabile multò magis, quàm ante præuiſum creatæ libertatis abuſum, velle permiſſionem peccati, & obſtinationis, eo fine vt in ſuis creaturis Deus inueniat quod ſeueriſſimè puniat.

13. Refutatur octauò, quoniam definitiones voluntatis antecedentis & conſequentis, quæ illas diſtinguunt penes obiectum, ſecundùm ſe conſideratum abſque circumſtantiis; & obiectum conſideratum cum omnibus circumſtantiis à Patribus,& præſtantiſſimis Theologis, intelliguntur de circumſtantiis, quas ponere non poteſt voluntas antecedens; ſed potius contra ſe ipſam faceret,ſi eas poneret, vel intenderet illas ab alia voluntate poni; vt conſtat ex iis quæ retulimus ſectione 2.& 3.

14. Confirmatur, quoniam ſi ad diſtinguendam voluntatem antecedentem, & conſequentem ſufficeret abſtrahere, vel non abſtrahere à quibuſcumque circumſtantiis,etiam illis,quas Deus poteſt intendere & procurare: ſequeretur circa quaſcumq; creaturas irrationales diſtingui poſſe Dei voluntatem antecedentem, & conſequentem: quapropter conſiderando ſubſtantiam leonis, præciſam à quibuſcumque accidentibus, vel ſaltem præciſam à cibo, potu, aëre reſpirando, aliorum animalium conſortio, & totius Mundi machina; Dei voluntas antecedens verſaretur circa illam: cæterum includendo illas omnes circumſtantias, verſaretur voluntas conſequens: ſimiliter voluntas antecedens verſaretur circa elementum terræ, præciſum à cæteris omnibus: ſed voluntas conſequens verſaretur circa terram ſimul cum cæteris elementis, cœlorum influentiis, arboribus, plantis & animalibus. Doctores autem nunquam talem agnouerunt diſtinctionem voluntatis antecedentis & conſequentis: idque non alia ratione, niſi quoniam in quacumque creatura irrationali nullæ ſunt circumſtantiæ, quæ non poſſint eſſe directè, & per ſe intentæ, & procuratæ à diuina voluntate.

Circa quaſcūque creaturas irrationales verſaretur antecedens voluntas.

Refutatur nonò, nam Chryſoſt. Damaſc. & D.Thomas, qui ſunt primarij Authores diſtinguendi antecedentem & conſequentem voluntatem, docent, voluntatem conſequentem non habere locum in Deo, niſi præſuppoſita culpa, idque explicant exemplo patris & iudicis: vt vidimus ſect.3. 15. *Docent id primarij Authores antecedentis, & conſequentis voluntatis.*

Confirmatur, nam Chryſoſtomus ſerm.16.in caput 9.ad Rom. ad ea verba: *Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ*, fusè probat, Deum in punitione Pharaonis non priùs voluiſſe oſtendere potentiam, & bonitatem, quàm præuidiſſet illius obſtinatam malitiam. Nota præſertim ab illis verbis: *Verumtamen poſtquam aliquandiu longanimis fuiſſet,&c.* *Cōfirmatur. Chryſoſtomus.*

Idque clarius teſtatur Oecumenius ad eundem locum ad Rom.9.dicens; cauſam ob quam Deus voluit oſtendere iram fuiſſe obſtinatam malitiam Pharaonis, iam prius præſuppoſitam, cùm Deus optaret potius, eum ad pœnitentiam adducere. Eadem eſt ſententia Ruperti ad Rom. 9. ad illa verba: *idcirco poſui te, vt oſtendam in te, &c.* 16. *Oecumenius.* *Rupertus.*

Refutatur decimò, quoniam in ſacris literis ſemper Deus inducitur,quaſi qui ex proprio voluntatis pondere præoptet omnium hominum fœlicitatem, & non niſi prouocatus, & quaſi coactus peccatis iram,& infœlicitatem afferat: vt oſtendunt non ſolum teſtimonia,quæ retulimus ſect.1. ſed etiam quæ referemus in diſputationibus ſequentibus, præcipuè verò diſp.21.ſect.2. 17.

Confirmari poteſt ex eiſdem verbis Roman. 9. vbi Paulus intentionem oſtendendi iuſtitiam deſcribit,quaſi ſubſequentem præſuppoſita peccata; non quaſi præcedentem illa,dum ait, *quod ſi Deus, volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ.* Itaque prius fuit præuideri vaſa iræ apta in interitum, & illis præſuppoſitis adhibuit Deus patientiam multam, qua ſuſtinuit, volens oſtendere iram,& notam facere potentiam ſuam. 18. *Rom.9.*

Refutatur vndecimò, quoniam intentio efficax oſtendendi iuſtitiam in punitione,mouens ad permittenda peccata difficilius liberatur ab ſpecie crudelitatis. Videtur námque ſtudium nocendi,& libido puniendi. 19. *Prædicta intentio difficiliter à crudelitate liberatur.*

Duodecimò,

20. *Efficax voluntas puniendi antecedenti non repugnat.* *Simile.* Duodecimò, quoniam quamuis volūtati ſimplici & antecedenti ſaluandi non repugnet voluntas efficax puniendi, prouocata per alienam culpam, veluti quādo Rex antecedente & ſimplici voluntate deſiderans, vt ſuus filius vel conſanguineus ſui regni fœlicitate potiretur; attamen propter Reipublicæ proditione, maliúdue graue crimen, vult illos capitis damnare; nihilominus priùs quàm prouocetur aliena culpa, efficaciter velle ſuppliciū capitis inferre filio, aut conſanguineo, atque ex ea intentione diſponere omnes illorum circumſtantias, & aliquid ſimpliciter requiſitum ad euitanda crimina denegare, & data opera permittere vt maneant in præcedente neceſſitate committendi actualiter proditionis culpam: hæc, inquam, hoc modo velle repugnat voluntati ſimplici, & antecedenti, vt omnes fœliciter viuant, quantum eſt ex parte Regis.

21. *Vna ſimplex voluntas, quod ex ſe eſt præciſè, non fertur in obiecta contraria.* Confirmatur, quoniam vna ſimplex voluntas, quod ex ſe eſt præciſè, non fertur in obiecta contradictoria; ſed ad vnum tantum illorum inclinatur ab intrinſeco, & ex ſe; ad aliud autem contradictorium vt inclinetur, indiget extrinſeco motiuo, inclinante. Alioqui ad contradictoria inclinari, derogaret voluntatis conſtantiæ, id eſt, conſequentiæ, ſeu conſonantiæ, quam vna eademque voluntas debet in ſuis volitionibus ſeruare, ne vna volitionis pars inconſequens ſit reſpectu alterius, & malè cum illa conſentiat. Quapropter, licet hominum voluntates propter huiuſmodi inconſequentiam, variis fluctibus rapiantur ſimul in partes contrarias, id tamen omniuo repugnat Deo.

22. *Simulatio lateret in prouidentia Dei.* Refutatur decimotertiò, quoniam ſimulatio ad deridendos homines, capiendóſque per inſidias, lateret in diuina prouidentia circa reprobos, ſi antecedenter vellet eorum ſalutem tali voluntatis auaritia, ac veluti inuidia, vt concedendo plurima ad ſalutem neceſſaria, veluti ſacramenta omnia, & potiſſimum Eucbariſtiam, exteriores exhortationes & interiores inſpirationes, atque conſcientiæ remorſus: aliunde nihilominus præoptaret ac diſponeret permiſſionem culpæ & finalis obſtinationis, prius ratione quàm ad illam ſe determinet libertas creata, & ita rationem præbeat voluntati conſequenti.

Confirmatur primò. Confirmatur primò, quoniam contra prudentem rationem agendi erit, diligenti cura & magnis expenſis præbere quæ neceſſaria ſunt ad vnum finem, & ſimul per alia media efficaciter intendere, & procurare, vt ille finis nunquam obtineatur: de quo plura dicemus diſp. ſeq. ſect. 6. & 7.

Confirmatur ſecundò. Confirmatur ſecundò, quoniam qui ſeriò & non ſimulatè ſed vera beneuolentia confert alicui beneficium, non impedit alia via, ne illi beneficium proſit, neque procurat aliquid, vnde neceſſariò ſequatur, vt noceat.

23. *Refutatur decimoquarto. Beneficiū ad particularē vtilitatem perſonæ dirigitur.* Vnde ſumitur refutatio decimaquarta, quoniam de ratione beneficij eſt, vt dirigatur ad bonum & vtilitatem particularem illius perſonæ, cui confertur beneficium; ſed ſacramenta, conciones, interiores inſpirationes, ac cætera media ſalutis, reprobis collata, ſunt beneficia Dei, de quibus rationem reddituri ſunt in die iudicij; vt conſtat ex ſacris literis; ergo diriguntur ad vtilitatem particularem illorum. Hoc autem cōſequens eſſet falſum; ſi Deus ex intentione puniendi, dedita operâ procuraret talem prouidentiæ modum, quo diuinorum beneficiorum vtilitas nunquam obtineretur, ſed permiſſio finalis peccati ſortiretur effectum.

Confirmatur primò. Quo pacto beneficia redduntur nociua. Confirmatur primò, quoniam omnia beneficia redduntur nociua & digna quæ potius appellentur maleficia; ſi ea diſponuntur arte, vt ex illis nihil aliud actualiter obtineatur, niſi ſupplicium grauius eorum, quibus conferuntur.

24. *Confirmatur ſecundò. Eccleſiaſtici 20.* Confirmatur ſecundò à ſimili Eccleſiaſtici 20. *Datus inſipientis non erit vtilis tibi; oculi enim illius ſeptemplices ſunt.* quoniam, videlicet, illius intentio multiplici dolo procuret laqueos plures, quā beneficia. Huiuſmodi vero datus foret prædictorum omnium beneficiorum cumulus, ſi prout procedit à diuina voluntate, quantum ex ſe eſt, independenter à tua libera culpa, eſt inutilis tibi, quia Deus quod ex ſe eſt præoptat permittere culpam & punire.

Confirmatur tertiò. Confirmatur tertiò Eccleſiaſtici 18. *Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali.* Hoc eſt, ita beneficia conferas, vt qui accipit, iure de te conqueri non poſſit. Iuſta verò querela erit, quando beneficia, prout à conferente procedunt, diriguntur ad maiorem perniciem accipientis, quia conferens præoptat permittere abuſum illorum & punire.

25. *Ratio repugnantia.* Ex his colligitur tandem inuolui repugnantiam in ea ratione nominis, quam ſic aſſignant iidem authores: Dicitur voluntas antecedens, nō quia antecedat bonum, vel malum vſum noſtri arbitrij, ſed quia antecedit voluntatem, qua Deus fertur in obiectum, conſideratum cum aliquo adiuncto, quæ eſt conſequens, & poſterior conſideratio. Huius, inquam, repugnantia eſt, quia voluntas, qua Deus fertur in obiectum conſideratum cum aliquo adiuncto, non alia ratione eſt poſterior, niſi quia præſupponit præcognitum eſſe illud adiunctum, dependens ab exercitio libertatis creatæ, quod non ſupponit voluntas antecedens: vt ex ſupradictis conſtat. Peculiariter recolendum eſt quod ſupra retulimus ex D. Thoma in 1. diſt: 46. in fine corporis: *Dicitur voluntas conſequens eo quòd præſupponit præſcientiam operum, non tanquam cauſam voluntatis, ſed quaſi rationem voliti.* *D Thoma.*

SECTIO V.

Patres alij teſtantur prædictam voluntatem antecedentem, qua Deus omnibus etiam reprobis, mallet conferre pœnitentiam & æternam ſalutem.

1. *Dionyſius.* AD hanc veritatem probandam adduci poteſt totus fere liber Dionyſij de diuinis nominibus, præſertim à cap. 4. vſque ad finem libri. Oſtendit enim Deum eſſe ſummum bonum, ſummum pulchrum, & ſummum amorem; ac proinde ſummè propenſum, vt omnibus rebus, iuxta earum capacitatem, perfectionem communicet: quod autem dæmones aut animæ rationales ab hac perfectione deficiāt, hoc non ex Deo, ſed ex libero arbitrio prouenire. Nunc aliqua ſolummodo verba referam, quæ ſignificant generalem voluntatem & efficacitatem Dei, quod ex ſe eſt, conferentem omnibus ſalutem. Capite igitur 4. de diuinis nominibus, non longè à principio

cipio, vt lucem & actiuitatem Dei explicet materiali exemplo, ſic de Solis ſplendoribus loquitur. *Si aliquis ipſius non participat, hoc non infirmitatis, aut paruitatis eſt illuminatiua ipſius diſtributionis; ſed non extentorum ad luminis participationem propter luminis accipiendi impertinuitatem.* Et non multò poſt de pulchro, quod eſt Deus, ſic loquitur: *Similitudinem luminis cum fulgere immittens vniuerſis, pulchrificas Fontani ipſius radij traditiones, & ſicut omnia ad ſe ipſum vocans; vnde & callos dicitur.* Quod Græcum nomen pulchri à vocando dictum eſt. Et circa medium eiuſdem capitis de diuino amore loquens, ait: *Ipſe omnium cauſa propter bonitatis exceſſum cuncta amat, cuncta facit, cuncta perficit, cuncta continet, cuncta conuertit.*

2. Rurſus cap. 8. ad finem tractans, quomodo ad diuinam prouidentiam, in quantum iuſta eſt, ſeruando proportionis æqualitatem pertineat, omnia ſaluare, & liberare, ſic loquitur: *Omnia exiſtentia ſaluatoria omnium bonitate à caſu propriorum bonorum liberat, ſecundum quod vniuſcuiuſque eorum, quæ ſaluantur, ſuſcipit natura. Propter quod & liberationem ipſam nominant Theologi, in quantum nō ſinit, vere exiſtentia ad nihil eſſe cadere, & in quantum, & ſi aliquid ad peccatum, & inordinatum fallatur, & minorationem quandam patiatur perfectionis propriorum bonorum; & hæc à paſſione, & infirmitate, & priuatione liberat, implens minus habens, & pæne infirmitatem ſupportans, & ſuſcitans à malo, magis autem ſtatuens in bono & percuſſum bonum adimplens, & ordinans, & ſtatuens, & ornans inordinationem ipſius, & inornatum, & integrum perficiens, & ab omnibus maculatis ſoluens.*

3. Hic ſcilicet, eſt affectus Dei, quod ex ſe eſt, imo & hoc ipſum actualiter cauſat, quantum ex ſe eſt, ita vt effectum ſortiretur, niſi impediret libertatis natura, quæ poſtulat vt ante hominem ponatur, vita & mors, bonum & malum, vt ſuam manum porrigat ad quod voluerit. Ad cuius confirmationem obſerua primò loquendi modum per verba, quæ ſignificant cauſalitatem actualem effectus, vt oſtendatur per Dei voluntatem non ſtare, quo minus actu fiat. Secundò obſerua diſtributiua ſigna, quæ comprehendunt omnes creaturas, præſertim rationales, ſimiliterque comprehendunt quælibet bona cuiuſlibet ordinis, vt conſtabit legenti caput 4. à medio. Tertiò eiuſdem ſententiæ ſunt aliæ plurimæ clauſulæ apud Dionyſium, quas prætermitto. Quartò S. Thomas in commentario illius libri huic noſtro argumento fauet clarius, quàm Dionyſius.

Confirmatur aliquorum obſeruatione.

4. Denique in cap. 11. de diuin. nom. Dionyſius ex profeſſo explicat quomodo Deus, in quantum eſt ſumma pax, omnibus rebus, in quantum ſingulæ ſunt capaces, communicet pacem inter ſe mutuo; & cum Deo; & omnes creaturas, præſertim Angelos & animas rationales reducat ad fruendum pace. Notanda ſunt præſertim illa verba in eodem cap. 11. poſt med. *Chriſti pacem fundente humanitate docemur, non iam bellum gerere nobiſcum, neque inter nos, neque cum Angelis, ſed vna cum ipſis diuina pro virili parte perficiemus Ieſu Chriſti prouidentia, qui omnia operatur in omnibus facitque pacem, quæ verbis exprimi non poteſt, & ex omni æternitate præfinita eſt, noſque ſibi in Spiritu, & per ſe, atque in ſe Patri reconciliat.* Alia verba Dionyſij ex cap. 9. de cæleſti Hierarchia retulimus alibi, ex quibus illa ſunt præſentis ſectionis propria: *Immenſum & infinitum diuini luminis pelagus ſemper paratum eſt, & patet omnibus ad participandum.*

Dionyſius.

5. Hanc veritatem ex ſacra Scriptura variis rationibus deducit Chryſoſtomus. Imprimis quoniā amor, deſiderium & concupiſcentia, ſi nimium vehemens ſit, non patitur ex parte ſua, & non accepta ratione ab abuſu libertatis creatæ, permittere vel procurare permiſſionem illius boni, quod vehementer concupiſcitur. Sed amor, deſiderium & concupiſcentia, vt omnes homines bene atque beatè viuant, eſt in Deo mirum in modum vehemens; ergo non patitur Deum ex parte ſui, non accepta ratione à libertatis abuſu, procurare permiſſionem, & permittere finalem obſtinationem, & mortem æternam. Minorem docet Chryſoſtom. ad Epheſ. ſerm. 1. his verbis: *Iuxta beneplacitum, inquit, voluntatis ſuæ, hoc eſt, propterea quod vehementer hoc vult, concupiſcentia eius, vt ita dicam, iſta eſt. Vbique namque beneplacitum præcipua voluntas eſt.* & poſt pauca: *Beneplacitum igitur primariam voluntatem dicit, vehementem, ſcilicet, & quæ cum deſiderio & concupiſcentia ſit, quam habet erga nos.* & infra: *Hoc eſt, vehementer cōcupiſcit, vehementer deſiderat noſtram ſalutem.*

Ratio Chryſoſtomi ex vehementia amoris deſumpta.

Vnde præterea confirmatur, quia vehementia deſiderij, & concupiſcentiæ diuinæ incumbet potius ad exitium humani generis, quam ad ſalutem, ſi Deus nullo modo determinatus ad hoc à noſtra libera culpa, tot homines prædeterminat ad materiales actiones peccatorum finalium, vnde neceſſariò ſequitur mors æterna.

6. Deducit præterea Chryſoſtomus homil. 7. in Ioan. ex illis verbis: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* dicens: *Illuminat profectò, quantum in ipſo eſt. Si qui autem ſponte ſua, mentis oculis conniuentibus, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerunt; non ex luminis natura in tenebris præſtiterunt; ſed ex malitia ſua qui ſponte tanto ſe dono indignos reddiderunt.*

Alia rationes Chryſoſtomi ex ſacra Scriptura.

7. Vnde idem Chryſoſt. tom. 3. homil. 9. de laudibus D. Pauli fine ait: *Ipſe quidem vult, omnes ſaluos fieri: at non omnium voluntas eius voluntati obſequitur: neque ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hieruſalem, ſic dicit: Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti? Quid ergo? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Vides quod Dominus ſaluare nos vult; nos autem, quia nos ei non adiungimus, manemus in interitu. Deus enim paratus eſt ad ſaluandum hominem, non inuoluntarium, neque non volentem.* Vides hic ſimul Dei voluntatem, præparationem, & conditionem illius.

Luc. 13.

8. Rurſus Chryſoſtomus in 2. cap. Geneſis homil. 11. ad finem, ait: *Et nos item, ſi voluerimus, quod noſtrum eſt, facere; nihil prohibebit, eadem nos bona conſequi. Liberalis enim Dominus, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Similia ſcribit tomo 1. homil. 21. in 2. cap. Geneſis inter med. & finem. Inſuper ad Romanos 9. ſerm. 16. de Pharaone ſic loquitur: *Tulit illum multa patientia, ad pœnitentiam inducere volens: niſi enim hoc voluiſſet; tamdiu eum vtique non tuliſſet:* Atque in eodem cap. 9. ad Rom. agens de Iacob & Eſau, ait: *Quantum ad Deum attinet, ſaluafuiſſent omnes tribus Iſrael, imo & omnes mortales.*

9. Denique idem Chryſoſtomus homil. 80. in Ioan. col. 3. ad illa verba cap. 17. *Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo,* exponit, Chryſto Domino loquente, in quantum homo eſt, de

virtute

virtute diuina, quam à Patre per generationem acceperat. Et ſubiungit, quod ſequitur apud Ioannem: *Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui; & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. Et alibi inquit; Omne quod dediſti mihi, non perdam ex eo. Et nimirum ſolus ille tunc perijt, ſed multi poſtea. Dicit autem: nemo ex eis periit, id eſt, quantum eſt ex mea parte, non perdam. Quod manifeſtius alibi dicit: non eijciam foras. Si verò per ſe ipſos exilient, non ex neceſſitate ad me traho.*

10. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Ioan. cap. 21. in med. ait: *Conſeruaſſe autem ita diſcipulos, ait, vt nullus eorum preter perditionis filium perierit. Perditionis verò filium appellauit, quia prauitate periit ſua. Non enim diuino, inexpugnabilique iudicio, in diaboli laqueum proditorem incidiſſe, credendum eſt. Nam, ſi ſic eſſet, nullo modo culparetur cùm iudicio Dei nemo reſiſtere queat.* & poſt pauca: *Nulla enim neceſſitate, ſed proprio iudicio fecit quod fecit: quare meritò perditionis filius nuncupatur, qui perditionē elegit.* Illud ergo genus prouidentiæ, quo Chriſtus Dom. diſcipulos omnes, etiam Iudam ſeruabat, non ita diminutum erat, vel alienum à beneuolentia, vt ex illo per antecedentem neceſſitatem ſequeretur, eſſe impoſſibile Iudam actualiter non perire. Quod idem ſequens Cyrilli cōtextus perſuadet, præſertim illa verba: *Chriſtus quantum ad ferendam opem illi attinuerit, ſeruaſſet hominem* (ſcilicet Iudam) *niſi vltro ipſe in perditionem inſiluiſſet Gratia igitur in alijs effulſit, ſeruauitque omnes, qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt: ſic enim ſalutis noſtræ modus diſpoſitus eſt.*

11. Idem Cyrillus lib. 1. in Ioan. cap. 11. prope init. *Facilè*, inquit, *opponere quiſpiam poſſet. Si Verbum Dei lux eſt, ſi hæc lux corda hominum illuminat, ac pietatem, videlicet, & rerum intelligentiam humano generi congruentem ingerit, ſi præterea ſemper erat in Mūdo, & ipſa opifex Mūdi eſt; quomodo tam longis temporum ſpatiis ignorata eſt? Sequitur enim potiùs, quoniam ignorata eſt, nec ab ipſa Mundum illuminari, nec ipſam penitus lucem eſſe: Hoc ne quis obijcere poſſit, diuinitus intulit: Et Mundus ipſum non cognouit. Non Verbum Dei, ait, & æternum hanc lucem; ſed imbecillitatem ſuam Mūdus accuſet. Illuminat enim Filius, repellit autem gratiam creatura, quæ intelligendi acumine, vt natura Deum cognoſceret, ſibi dato, abuſa eſt: & vt prodiga ad creaturas vim inſpiciendi conuertit. Neglexit vlterius currere, ſuffodit illuminationem ex deſidia, & contempſit hāc gratiam.* Id quod illuſtrat ſimilitudine Solis, qui, quod ex ſe eſt, vniuerſis hominibus oritur.

12. Gregorius Niſſenus lib. de oratione Dominica ad illa verba: *Fiat voluntas tua*, prope init. ait: *Voluntas Dei ſalus hominū eſt*, & orat. 10. in Cant. circa med. *Notum eſt diuinæ voluntatis inſtitutum. Vult enim Deus omnes fieri ſaluos, ac veritatis ad cognitionem venire. Quapropter hic ei cibus paratus eſt, vt nos ſalutem adipiſcamur.* Et orat. Catech. cap. 8. inter med. & fin. ita Deum laudat: *Cuius voluntas & opus eſt eorum, quæ ſunt vitæ, à quo etiam homo deductus eſt ad vitam.* Vnde ſicut nemo poteſt excipi, qui non ſit à Deo deductus ad vitam, ita nemo excipiendus eſt, cui Deus non velit ea quæ ſunt vitæ. Quibus ſimilia docent Philo in cant. ad illa verba: *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, & Machar. ſenior homil. 15. inter princ. & medium. *Philo. Macharius.*

13. Ambroſius lib. de Paradiſo cap. 8. ante med. *Matth. 15.* *Nec Iudæos*, inquit, *omnes credituros ſciebat; & tamen ait: Non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael. Ergo non in mandante culpa eſt, ſed in præuaricante peccatum eſt: Et quod in Deo fuit, oſtendit omnibus, quod omnes voluit liberare.* Quemadmodum & Paulinus epiſtola 1. ad Aprum: *Hinc*, ait, *in omni loco plura quotidie mirabiliora ſoluto ſignis crebreſcunt, vt omnem, quantum in ipſo* (ſcilicet Deo) *eſt, hominem ſaluum faciat.* *Paulinus.*

14. Anſelmus in lib. de voluntate Dei inter med. & finem ait: *Voluntas approbans in Deo eſt, quæ vult omnes homines ſaluos fieri: quoniam nullum prohibet, quantum ad ſe, ſaluum fieri. Imò ſiquis ad hoc laborat, approbat.* Et ad finem eiuſdem libri ait: *Vult, omnes homines ſaluos fieri, id eſt, non cogit aliquem damnari.*

Rurſus Deum, quantum in ſe fuit, voluiſſe, omnes homines ſaluos fieri; & quod ex ſe erat, feciſſe; ſolummodò tamen per hominis poteſtatem ſtare, docuit Arnobius in Pſalm. 146. à medio, & li. 2. aduerſus Gent. propius ad fin. quàm ad med. *Arnobius.*

15. *Prædicta præparatio antecedentis voluntatis intrinſeca.* Prædictam præparationem Dei, quod ex ſe eſt, intrinſecè conuenire voluntati antecedenti, conſtat ex ijs, quæ à principio ſectionis præſentis retulimus ex Chryſoſtomo, qui fuit primus author diſtinguendi voluntates Dei, ſed quoniam eandem diſtinctionem explicuere magis ſancti Damaſcenus, Thomas, Bonauent. & qui poſtea ſecuti ſunt Theologi, propterea illorum teſtimonia erunt ſuprema præſentis dogmatis confirmatio. *Confirmatur ex patribus. Damaſcen.* Damaſcenus igitur aduerſus Manich. inter med. & fin. dialogi ait: *Et quidem, vt ſimus, noſtri arbitrij non eſt, ſed à Deo ſolo proficiſcitur: vt autem boni ſimus, tum ex Deo, tum ex nobis manat. Deus itaque, quod ſuarum partium eſt, dat, vt bene ſimus: at nos id quod in poteſtate noſtra ſitum eſt, nempe vt data bona conſeruemus, vel facimus, vel negligimus.*

16. Et paulò inferius: *Nam cùm ita conditi ſimus, vt nobis arbitrij libertas inſit, in noſtra poteſtate hoc ſitum eſt, vt vel nos ipſos à fœdiſſimis quibuſque vitijs expurgemus, vel iiſdē inquinemus. Cæterum Deus omnes bonos creauit. Ipſe quippe omnibus, tum vt ſint, tum vt bene ac præclarè ſint, præbet; Solis nimirum inſtar, bonitatis ſuæ radios ad omnia opera ſua diffundens. Atque vt quidem nos ſimus, non in nobis ſitum eſt accipere: vt autem beati ſimus, in noſtro arbitrio conſiſtit. Quocirca ſi velimus, ac cupiamus, ipſius bonitatis participes erimus, atque in ſempiterna luce verſabimur. Sin autem ſegnitia, atque ignauia torpeſcamus, noſque ipſos cæcitate afficiamus, eúmque minimè expetimus, eius expertes erimus.* Et poſt pauca: *Ac ſanè Deus, vt qui natura bonitate ac miſericordia præſtet, peccatum non vult, nec mortem peccatoris, nec viuentium exitio delectatur, nec iræ affectu obſidetur, aut pœnam infert, verùm omnibus bona fundit. Qui vult accipit, & bonus bonis potitur.* Et eiuſdem dialogi pag. penultima, primariam Dei voluntatem appellat eam, quam ſcholaſtici antecedentem, vt vidimus ſect. 3. ſub. init.

17. Idem Damaſcenus lib. 2. fidei cap. 29. inter med. & fin. *Finalis*, inquit, *derelictio, cum Deo cuncta, quæ ad ſalutem ſunt, faciente, incorrigibilis, & immedicabilis, magis autem inſanabilis ex proprio propoſito permanet homo. Tunc enim traditur in finalem perditionem, vt Iudas.* Pondera Damaſcenū agere de præſcitis & obſtinatis, quos dicit, non eſſe incorrigibiles, & inſanabiles, niſi ex proprio propoſito.

18. S. Thomas lib. 3. contra Gent. cap. 159. ad finem

nem ait: *Deus, quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; vt dicitur 1. ad Timoth. 2. ſed illi ſoli gratia priuantur, qui in ſe ipſis gratiæ impedimentum præſtant: ſicut Sole Mundum illuſtrante, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, ſi ex hoc aliquod malum ſequatur: licet videre non poſſit, niſi lumine Solis præueniatur.* Quod bene exponit Ferrarienſis ibi.

19. S. Bonauent. in 1. diſt. 40. art. 3. q. 1. quæ eſt de electione ad 1. argum. ait: *Voluntas antecedens eſt, qua Deus vult, quantum in ſe eſt: conſequēs, qua vult cum præſcientia noſtræ ſalutis: & prima quidem eſt omnium* (ſcilicet hominum.) *Secunda verò non.* Rurſus in eodem lib. 1. diſt. 48. art. 2. q. 2. in corpore ante med. ait: *Aliquid oſtendit Deus, ſe velle voluntate abſoluta: ſed oppoſitum velle, quantum in ſe eſt, vt mala, quæ infligit.* & paulò inferiùs: *Aliquid enim oſtendit ſe Deus velle, quantum in ſe eſt, circa quod conſiſtit ſubſtantialiter ordo ſalutis, vt ſunt ea quæ præcipit fieri, & quæ præcipit non fieri, & hæc tenemur velle. Aliquid oſtendit Deus ſe velle, quantum in ſe eſt, circa quod conſiſtit expeditio ſalutis, vt ſunt ea quæ conſulit, & ad talia non obligat, nec vult obligare, vult enim aliquos ſaluare ſic, aliquos via latiore ire.*

20. Laurentius Inſtinianus lib. de contemptu Mundi cap. 8. *Noli*, inquit, *ô homo, cùm delinquis bonitatem damnare diuinam, quod ſuam tibi minimè prærogauit gratiam, quod ad peccatum impulerit, & bene agendi tibi negauerit poteſtatem. Iniquè cogitas dum talia meditaris. Nunquid ſcelerum author eſt Deus? An fortè peccatorum fauet voluntatibus malis? Nonne potius illam inſequitur, iudicat, punit, & damnat? Vult* (*quantum in ipſo eſt*) *omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: quatenus in omnibus reperiat quod coronet.* Prima præſertim & poſtrema propoſitio pertinent ad rē præſentem.

21. *Eadem eſt Scholaſticorum ſent.* Eadem eſt ſententia omnium fere Scholaſticorum, quos retulimus in ſect. 3. fine, peculiariter verò Alexandri p. 2. q. 110. memb. 8. ad 3. & 4. Et Scot. in 2. diſt. 37. dum promiſcuè diſputat quæſtiones quatuor §. *ad ſolutionem iſtorum.* ait: *Deus licet non teneatur dare rectitudinem noſtris actibus: tamen, quantum eſt ex ſe, daret, ſi voluntas creata cooperaretur. Vniuerſaliter enim quidquid Deus dat antecedenter; daret illud conſequenter, quantum eſt ex ſe, niſi eſſet impedimentum.* Nota generalem doctrinam de antecedente voluntate, quantum ex ſe eſt, efficaci. Eadem verba ſuppreſſo nomine Authoris tranſcribit & probat Contadus 1. 2. q. 79. art. 1. ad finem corporis articuli.

Idem ſenſit Carthuſianus 1. diſt. 40. q. 3. prope init. & diſt. 46. q. 1. dum refert & approbat varia teſtimonia D. Thomæ & D. Bonauenturæ, quæ in hac, & in 3. ſect. retulimus. Conſonat etiam Ocham. in 1. diſt. 46. quæſt. 1. à med. & Gabriel in eadem diſt. 46. q. vnica notab. 2. & col. 6.

22. Ioannes Maior in 1. diſt. 41. q. 1. §. *Secūdò agens* ait, *prima ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. De electis manifeſtum eſt. De reprobis, intelligo, quantum eſt ex parte Dei.* & in 1. diſt. 47. q. vnica col. 1. docet, *Deum velle omnes, non ſolum prædeſtinatos; ſed etiam præſcitos ſaluos fieri, quatenus dat eis intellectum, voluntatem, præcepta & conſilia, & paratus eſt eis cooperari, ſi his vtantur. Defectus ergo eſt ex parte eorum.* Ita ipſe concludit. Clarius hanc voluntatem ex parte Dei præparatam, niſi ex parte liberæ voluntatis creatæ impediatur, docet idem Maior in 2. diſt. 37. q. 1. col. penultima.

Ricardus 1. diſt. 46. art. vnico, q. 1. ad 2. exiſtimat, ex vi voluntatis antecedentis, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, omnes homines poſſe ſaluari. Idem docet Horantius lib. 1. locorum Catholic. cap. 34. ad fin. & Turrian. dogmatico de electione fol. 4. 5. & 6. 23.

SECTIO VI.

Obſtinatos & præſcitos non eſſe excipiendos à generali voluntate, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

PROBATVR primò, quia vbi Scriptura nō excipit, neque ratio cōpellit, nos non debemus excipere aliquē à generalitate, quam verba cōtinent; at verò teſtimonia Scripturæ, quæ retulimus in ſectione prima generaliter per ſigna diſtributiua, & ſine exceptione loquuntur de omnibus hominibus, eorúmque ſalute, conuerſione, & æterna vita. Confirmatur, nam ex eiſdem teſtimonijs aliqua & alia plura, quæ referemus in ſequentibus diſp. peculiariter agunt de proteruis & obduratis peccatoribus, quorum licet Deus præſciat æternum interitum, eos tamen, quantum ex ſe eſt, deſiderat, & procurat à morte ad vitam traducere. 1. *Vbi Scriptura non excipit, nos non debemus excipere.* *Cōfirmatur.*

Probatur ſecundò, quia quando Paulus obſecrat, fieri orationes pro omnibus hominibus, non ſunt excipiendi omnes reprobi, ſed pro illis etiam eſt orandum. Igitur non minùs eſt vniuerſalis voluntas Dei, vt omnes nullo excepto, quantum eſt ex parte Dei, ſalui fiant. Conſequentia probatur, quoniam ab vniuerſalitate huiuſmodi voluntatis diuinæ Paulus probat vniuerſalitatem orationis dicens: 1. ad Timoth. 2. *Obſecro igitur primò, omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate: hoc enim bonum eſt, & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 2. *Pro reprobis eſt orandum.* *1. Timoth. 2.*

Vnde Ignatius Apoſtolorum diſcipulus epiſt. 11. ad Epheſ. prope med. ait: *Sed pro aliis hominibus orate indeſinenter. Eſt enim illis ſpes, vt Deum mereantur adipiſci. Nunquid qui cadit, inquit, non adiiciet, vt reſurgat, aut qui auertitur, non conuertetur.* Orationis generalitatem non ſolùm implet Eccleſia; ſed etiam Pauli rationem commemorat feria 6. in Paraſceue, quando præ hæreticis, & Schiſmaticis ita orat: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſaluas omnes, & neminem vis perire, reſpice ad animas diabolica fraude deceptas, &c.* 3. *Ignatius.* *Pſalm. 40. Ierem. 8.*

Prædicti vim argumenti agnouit Chryſoſt. 1. ad Timoth. 2. homil. 7. dicens: *Imitare Deum, ſi omnes ille vult ſaluos fieri, pro omnibus oportet orare: illius & tu concorda voluntati.* Et expreſsè docet, orandum eſſe etiam pro hæreticis, ethnicis, & quibuſcumque, etiam pro iis, qui nunquam crediderunt. Eadem ferè verba Chryſoſtomi ſcribit Oecumenius 1. ad Timoth. 2. 4. *Chryſoſtom.*

Auguſtinus ad articulos ſibi falsò impoſitos, art. 2. vel potius Proſper ad obiectiones Vincentianas, obiect. 2. ait: *Sinceriſſimè credendum eſt, atque profitendum, Deum velle vt omnes homines*

ſalui

ſalui fiant; ſiquidem Apoſtolus, cuius iſta eſt ſententia, ſolicitè præcipit, quod in omnibus Eccleſiis piiſſimè cuſtoditur, vt Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur; ex quibus quod multi pereunt; pereuntium eſt meritum; quod multi ſaluantur, ſaluantis eſt donum.

5. Cyprian. de oratione dominica, petitionem tertiam: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra,* ſic interpretatur: *Poteſt etiam ſic intelligi, vt quoniam mandat Dominus inimicos diligere, & pro his quoque, qui nos perſequuntur, orare, petamus & pro illis, qui adhuc terra ſunt, & needum cæleſtes eſſe cœperunt, vt circa illos voluntas Dei fiat.* & poſt pauca: *Merito & nos, qui eſſe debemus Deo Patri ſimiles; qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos; ſic Chriſto monente, oramus, & petimus, vt precem pro omnium ſalute faciamus, vt qui adhuc ſunt prima natiuitate terreni, incipiant eſſe cæleſtes ex aqua & Spiritu nati.* Fidelium igitur oratio, quam Chriſtus D. imperauit fieri pro ſalute omniũ, etiam infidelium, probat voluntatem Dei conferendi ſalutem bonis & malis, quantum ex ſe eſt. Hæc enim voluntas Dei eſt exemplar, & cauſa efficiens iſtius præcepti.

6. *Præcedentis argumenti confirmatio. Auguſtinus.*

Præcedens argumentum confirmatur, quia licet articulus fidei, quem aduerſus Pelagium tractabat Auguſtinus ſit longè diuerſus ab ea concluſione, quam nos confirmare contendimus in præſenti: nihilominus argumẽtandi forma eſt eadẽ, aut ſimillima in lib. de gratia Chriſti cap. 25. cùm ait: *Quomodo dicitur, quod poſſumus bene agere, Dei eſt: quod autem agimus noſtrum eſt, cùm dicat Apoſtolus, orare ſe ad Deum pro eis, ad quos ſcribebat, ne quid mali faciant, & vt quod bonum eſt faciant? Non enim, ait, oramus vt poſſitis nihil mali facere, ſed ne quid faciatis mali, neque vt poſſitis bonum facere: ſed vt bonum faciatis.* Eadem igitur forma ratiocinamur ex 1. ad Timoth. 2. Non enim Paulus obſecrat, fieri orationes & gratiarum actiones, vt omnes poſſimus trãquillam vitam agere: ſed vt tranquillam vitam agamus, cum omni pietate & caſtitate: & rationem reddit, non quia Deus vult, omnes poſſe ſaluos fieri, & venire ad agnitionem veritatis, ſed quia Deus vult omnes ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire.

2. Corint. 13.

7. *Alia patrũ teſtimonia voluntatem Dei generalẽ eſſe teſtantia.*

Hactenus de argumento, quo Deum velle, quantum ex ſe eſt, quorumlibet hominum ſalutem, probatur, quoniam præcipit orare pro omnibus. Nunc referamus alia teſtimonia Patrum, quæ abſque mentione orationis, prædictam Dei voluntatem generalem eſſe, teſtantur. Et quoniam circa mentem Auguſtini maior poſſet eſſe difficultas propter loca referenda in ſect. 8. recolenda ſunt verba ex libro de Spiritu & litera cap. 33. quæ retulimus præcedenti diſp. 18. ſect. 3. vbi defendit, Domini voluntatem, quantum eſt ex parte ſui, generalem ad omnes ſeruos, qua verè & ſine fictione vult, vt omnes ſerui actualiter operentur, & poſt laborem requieſcentes, epulentur. Similia ſunt quæ tradit Auguſtinus l. 3. de libero arb. c. 19. & de natura & grat. c. 67.

8. *Proſper mentem Auguſtini explicuit.*

Porrò ne poſteris de tanti doctoris ſententia maneret ratio dubitandi, Dei prouidentia permiſit, vt de hoc articulo plurima contra doctrinam Auguſtini obiicerentur; inſpirauitque Proſpero, vt obiectionibus ſatisfaciens, illius mentem ſæpius explicaret: vt iam qui contra Proſperum ſenſerit de hoc articulo; non poſſit de eodem cum Auguſtino ſentire.

Septima igitur obiectio Vincentiana ſic habet: *Quod hæc ſit voluntas Dei, vt magna pars Chriſtianorum ſalua eſſe nec velit, neque poſſit. Reſponſio: Si de his hoc dicitur, qui pietatem Chriſtianæ conuerſationis & fidei deſerentes, in profanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter tranſierunt; non dubium eſt, quod talem voluntatem habentes, ſalui eſſe nolunt: & quod quamdiu ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe non poſſunt. Sed nullo modo credendum eſt, huiuſmodi homines in hanc deſperationem ex Dei voluntate cecidiſſe, cùm potius alleuet Dominus omnes, qui corruunt, & erigat omnes eliſos.* Nota primò, ſententiam hanc de ſolis reprobis agere. Secundò perpende impoſſibilitatem in ſenſu compoſito, videlicet, quamdiu ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe non poſſunt. Tertiò. Hæc autem impoſſibilitas in ſenſu compoſito, non prouenit ex voluntate Dei; quare non eſt impoſſibilitas antecedens malum vſum libertatis noſtræ; ſed potius illum conſequitur: vt expreſsè teſtantur poſtrema verba illius reſponſionis, nimirũ quia *Deus, priuſquam deſeratur, neminem deſerit.* 9.

Pſal. 144.

Impoſſibilitas in ſenſu compoſito.

Rurſus decimaſexta & vltima ſic habet: *Quod magna pars illa fidelium atque ſanctorum, quæ ad æternam mortem prædeſtinata eſt quando dicit Deo in oratione dominica: Fiat voluntas tua: nihil aliud, quam contra ſe petat: id eſt, vt cadant & ruant: quia voluntas Dei hæc eſt, vt æterna morte pereant. Reſponſio. Non hoc veritas dicit, quod hæc ſit voluntas Dei, vt fideles, & ſancti à fide, atque innocentia ruãt, & pereant in æternum: ſed veritas dicit: Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Quod ergo Pater Filio dedit, Filius omnino non perdit. Idem enim dicit: Omne quod dat mihi pater, venit ad me, & non eijciam foras. Quod ſi per generalitatem vocationis, & per abundantiam bonitatis Dei, etiam non perſeueraturi perſeueraturis admixti ſunt, hi cum à pietate deficiunt, non ex Dei opere, ſed ex ſua voluntate deficiunt.* Defendit igitur Proſper, Deum, quod ex ſe eſt, velle, vt qui ſunt in gratia, etiam alias præſciti, perſeuerent in illa. 10.

Ioan. 6.

Idem Proſper ad cap. 7. Gallorum ait: *Qui dicit, quod Deus quibuſdam filiis, quos regenerauit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, ob hoc perſeuerantiam non dederit, quia à maſſa perditionis præſcientia Dei & prædeſtinatione non ſint diſcreti; ſi hoc vult affirmare, quod Deus huiuſmodi homines in bonis quæ donauerat noluerit permanere; & ipſe eis cauſa auerſionis extiterit, contra iuſtitiam Dei ſentit.* Ergo Deus voluit, illos permanere in bonis, aut certè non habuit poſitiuam voluntatem, qua voluerit materialem entitatẽ mutationis & lapſus. Si enim hoc vellet, ſequeretur, noluiſſe eos permanere. Imo etiam ſequeretur, Deum eſſe auerſionis cauſã: vt probabitur diſp. 27. & multis ſequẽtib. 11.

Deinde ſequenti cap. 8. ait: *Qui dicit, quod non omnes homines, velit Deus ſaluos fieri; ſed certum numerum prædeſtinatorum; durius loquitur, quam loquendum eſt de altitudine inſcrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes homines, vult, ſaluos fieri, atque ad agnitionem veritatis venire.* Et ſequenti contextu explicat, generalem hanc Dei voluntatem impleri in prædeſtinatis propter Dei gratiam; in reprobis autem non impleri propter eorum culpam. Vnde concludit: *Vt qui ſaluantur, ideo ſalui ſint, quia illos Deus voluit ſaluos fieri: & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.* Ecce cauſa primaria eſt à reproborum libero demerito, non à 12.

voluntate

voluntate Dei, non volente ſalutem illorum.

13. Eiuſdem voluntatis generalitatem comparatione omnium etiam infidelium, docet lib. 1. de vocat.gent.à c.4.& toto lib. 2.præſertim c.9.10. & 14.idque magis confirmat cap.23.24. & 25. Satis erit referre quod in eodem lib. 2. de vocat. gent.cap.28.fine ait: *Sicut qui crediderunt, iuuantur, vt in fide maneant; ſic etiam qui non crediderũt, iuuantur, vt credant. Et quemadmodum illi in ſua habent poteſtate, vt exeant; ita & iſti in ſua habent poteſtate ne veniant. Fitque manifeſtum, quod diuerſis, atque innumeris modis omnes homines vult Deus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Sed qui veniunt Dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, ſua pertinacia reluctantur.* Idem confirmat amplius Proſper non ſolùm in eo cap. 28. ſed etiam cap. 30.& 31.

14. Ignatius epiſtol. 6. ad Philadelph. non procul à principio ait: *Oportet ſeparari ab infidelibus, & monere eos, & ad pœnitentiam prouocare; ſi fortè audiant, & acquieſcãt. Amator enim hominũ eſt Deus noſter, & vult, omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Propter quod & Solem oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Cuius vtilitatis etiam Dominus volens eſſe imitatores, dicit: Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Vide generalitatem diuinæ voluntatis ad omnes homines. Vnde naſcitur generalis obligatio exhortandi omnes & orandi pro omnibus. Quod autem hæc dicat propter pœnitentiã, omnibus hominibus, & de quibuſcumque peccatis poſſibilem miſericordiam Dei, clarius conſtat ex eodem Ignatio epiſtola ad Smyrnenſes inter med.& finem, dicente: *Omnia quæcumque agitis & facitis, iam mutabilia ſunt, vt corrigamus nos in Deo, cum tempus habemus pœnitendi. Quod enim incertum eſt, non habet confeſſionem*: nimirum tempus mortis ſecundum illud Pſalm. 6. *Quia non eſt in morte qui memor ſit tui.*

15. Irenæus lib. 4. cap. 71. ait: *Vis à Deo non fit, ſed bona ſententia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem bonum dat omnibus: poſuit autem in homine poteſtatem electionis.* Pondera primò, bonam ſententiam Deo ſemper adeſſe, quantum ex ſe eſt, vt velit, ac deſideret omnibus bonum. Secundò inde prouenit, etiam bonum conſilium dare omnibus. Deinde iterum atque iterum Irenæus repetit, Deum omnibus dare bonum.

16. Ephræm Syrus ſermone de vita religioſa, atque monaſtica pag. 6. *Deus*, inquit, *animarum noſtrarum vulnera ſanat, ſpretúſque à nobis mirabiliter ſuffert. Omnes enim nos ſaluari cupit; & omnes regni ſui heredes & poſſeſſores fieri, deſiderat. Vult etiam voluntatem noſtram atque propoſitum à ſe laudari* Et ſermone 1. de compunct. cordis verſus finem ait: *Diuinam prouidentiam & in nos munificentiam, quantáque nobis quotidie largiatur, conſideremus vniuerſi. Semper enim gratia corda noſtra viſitat &c.* Et poſquam multa dixit de benignitate, quæ Deum compellit, vt ſemper viſitet etiam peccatores à quibus repellitur, ait: *Cernis quanto deſiderio ſalutem noſtram ſitiat? quantopere nos ſaluare cupiat?*

17. Laurentius Nouarrienſis Epiſcopus homil. 1. de pœnitentia col. 3. quemlibet peccatorem ita in ſpem erigit: *O homo cognoſce, te eſſe imaginem Dei. Sapientem te fecit Deus, prouidum animo, mente myſticum, ſenſibus ſublimen. & vult, te non perdere, ſed ſaluare, non perimere, ſed protegere.*

18. Laurentius Iuſtinian. lib. de triumphali Chriſti agone cap. 25. initio. *Peccatoribus*, inquit, *creaturæ omnes pro illius famulantur imperio. Non conſiderat, quales ſint, ſed vt grati fiant & mutentur in melius, ſua illis dona communicat. Illos blanditiis allicit, muneribus ornat. premit flagellis, terret minis, exhortationibus vocat, reuocat indulgentia charitate trahit, quoniam non vult peccatoris mortem, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Nempe immanis non eſt, vt in morientium perditione lætetur. quin* *Lætetur.* *potius vt ſaluentur per pœnitentiam, hominum peccata diſſimulat.* & poſt pauca. *Quamdiu vita indulget ſpatium, facilè miſeretur; cùm autem iudicat, nemini parcit. Nulli plane in hac peregrinatione, quantumuis ſceleſto, & infideli ſuam fundunt miſericordiam denegat.*

Secundæ illi probationi, quæ deſumpta fuit ex generalitate orationis, quam fideles quique 19.
tenentur fundere pro quibuſcumque aliis hominibus, affinis eſt ratio tertia, quia Deus quibuſcumque hominibus ſine vlla exceptione præcipit, orare pro ſua propria ſalute dicendo: *Dimitte nobis debita noſtra. Et ne nos inducas in tentationem.* Matth. 6. & Luc. 11. Ergo Deus, quod ex ſe eſt, vult ſalutẽ cuiuſque hominis ſine exceptione. Conſequentia probatur, quia Deus non hortaretur, vt peteremus, niſi dare vellet: vt Auguſtinus ait in lib. de verbis Domini ſerm. 5. & 29. non remotè à principio tom. 10. Et Chryſoſt. dicit: *Nunquam orantı beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, ſua pietate inſtigat.* Quæ refert ac ſequitur D. Thom. 2.2.q.83.art.15. in fine corporis.

Tertia ratio. *Præceptum de oratione facienda.* *Matth. 6.* *Luc. 11.* *Auguſtinus.* *Chryſoſtom.*

20. Petrus Chryſologus ſerm. 39. de perſeuerant. orationis paulò poſt princip. tractans illud Lucæ 11. *Quis veſtrum habebit amicum &c. O quam dare vult*, inquit, *qui ſe inquietari taliter, taliter patitur ſuſcitari. O quam neceſſitatis eſſe ſuæ, quod ſuæ poteſtatis eſt vult videri. O quam pulſantis iſte geſtiuit occurrere, qui ſic ſecreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam. O quam negare noluit, qui ſibi etiam negantı qualiter extorqueretur, oſtendit. O quam non ad ianuam tantum Dominus, ſed ipſa ianua Dominus ſuit: Ego ſum, inquit, ianua.* His ſimilia ſunt quæ Chryſoſtomus obſeruat tom. 5. lib. 2. de orando Deũ col. 2. & 3. põderans parabolã Lucæ 18. de iudice iniquo, & vidua importunè rogãte. *Luca 11.* *Chryſoſtom.*

21. Gregorius lib. 11. Regiſtri cap. 2. poſt med. *Pius*, inquit, *ac miſericors Deus à ſe vult veniam precibus exigi, qui quantum meremur non vult iraſci. Hinc etenim per Pſalmiſtam dicitur: Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia inuocantibus miſereri deſiderat, qui monet vt inuocetur.* *Pſalm. 49.*

22. Inde etiam prouenit ratio quarta, quoniam ex ſacris literis & Patribus conſtat, omnibus hominibus impoſitam eſſe obligationẽ agendi gratias Deo in omnibus. Hæc autẽ obligatio ceſſaret, ſi nõ dirigerẽtur omnia ad vtilitatẽ & ſalutẽ omnium, quantũ eſt ex intentione, & volũtate Dei. Confirmatur, nam communiter Patres monent id ipſum, quod Baſilius in conſtitutionibus monaſticis cap. 2. ad finem ait: *Siue mœſtum aliquid, ſiue lætum conſequimur à Deo, hoc tenere conſtanter debemus, vt ipſi gratias agamus, quando Dominus quæcumque facit, ea omnia, ſaluti noſtræ conſulens, facit; tantum ne puſillanimitatis vitio appetitione conſtanti deſiſtamus.* Chryſoſtomus etiam lib. 1. de prouid. poſt med. *Non de his ſolum*, ait, *quæ nouimus gratias illi referamus: nec enim volentes ſolum, verum inuitos quoque & nolentes beneficiis conſueuit*

Quarta ratio. *Confirmatio.*

Digitized by Google

*tur, afficere. Quod Paulus optimè nouerat, qui ſemper
& in omnibus gratias agere monebat. Quod autem
non communiter. &c.* Quod non communiter, ait, *ſo-
lum omnium curam gerit, ſed ſeorſum ſingulorum, ip-*
Math. 18. *ſum audias licet dicentem: Non eſt voluntas coram
Patre meo, qui in cælis eſt vt pereat vnus de puſillis
iſtis; de his dicẽs, qui in illum credunt: Cupit ipſe quidẽ
& eos qui non credunt ſaluos fieri, mutarique in me-
lius & credere, ſicut Paulus ait; Qui vult omnes
homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis ve-
nire. Et ipſe ad Iudæos: Non veni vocare iuſtos, ſed
peccatores ad pœnitentiam: & miſericordiam volo,
non Sacrificium. At verò ſi poſt tanta cura, ac pro-
uidentiæ fruitionem noluerint meliores fieri, verita-
témque recognoſcere, ne ſic quidem illos deſerit: Sed
quoniam æternæ vitæ participatione, ipſi ſe ſua ſponte
priuauerunt, vel præſentis vitæ bona illis omnia lar-
gitur, ſolem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos;
& pluens ſuper iuſtos & iniuſtos, aliáque præſtans,
quæ ad præſentis vitæ conſiſtentiam pertinent.*

24. Quin etiam Deum, quantum ea ſe fuit, voluiſ-
ſe, vt vniuerſum genus humanum permaneret in
ſtatu innocẽtiæ, ortauit Athanaſius in orat. con-
tra idola pag. 2. dicens: *Ita quidem opifex rerum ge-
nus humanum conditum, in eo ſtatu permanere vo-
luit, ſed ipſi neglectis melioribus, tadióque ea per vim
ingenij perſequendi, illa, quæ ipſis propinquiora erant,
requiſiuere,* Et lib. de humanitate Verbi, eiuſque
Athanaſ. corporali aduentu pag. 4. *Ad iſtum igitur modum
Deus hominem fecerat, & in corruptibilitate perſe-
uerare volebat: homines autem contra, ſpreta, reiecta-
que Dei cognitione, excogitatis praua ſua ratione
malis, prædenuntiatam mortis condemnationem ac-
ceperunt.*

25. Generalitatem denique diuinæ voluntatis ſal-
uandi quoſlibet homines, etiam præſcitos, tra-
dunt communiter Scholaſtici locis citatis in ſect.
Gregorij Ariminenſis ſingularis ſententia. 3. & in ſect. 5. præter Gregorium, qui ſingu-
laris eſt. Nam in 1. diſt. 47. q. vnica in fine
docet, voluntatem antecedentem pertinere ad
ſolos prædeſtinatos; & eſſe volitionem effica-
cem dandi merita & gloriam: nullámque in
Deo reperiri voluntatem, dandi reprobis media
ſufficientia ad ſalutem, & cooperandi, ſi ipſi
voluerint. Quin potius talem voluntatem ex
profeſſo refutat.

SECTIO VII.

De orationis generalitate refutantur tres ſolutiones.

1. PRIMA cum Auguſtino, inquit, lib. de
correp. & gratia cap. 14. quod cum neſcia-
mus, quis pertineat ad prædeſtinatorum nume-
rum, quis non pertineat; ſic etiam affici debe-
mus, charitatis affectu, vt omnes velimus ſaluos
fieri & oremus pro omnibus, vt ſalui fiant.
Hic reſpondendi modus inſinuat, noſtrum ar-
gumentum ab Auguſtino fuiſſe tractatum, at-
que ſolutum eo in loco: ſed res aliter ſe habet.
Auguſtinus námque ſolummodo tractabat de
correptione, oratione, cæteríſque remediis adhi-
bendis pro ſalute cuiuſque hominis, quæ non
ſunt omittenda, etiam ſi vera ſit prædeſtinatio
ante præuiſa opera, quam nos hic & vbique de-
fendimus.

2. Rurſus illa Auguſtini ſententia non ex cap.
14. ſed 15. ſumitur, quod totum in ea confir-
manda ponitur. Cui adiungere nos poſſumus
Auguſtinum lib. 21. de Ciuitate cap. 24. prope
initium dicentem: *Si de aliquibus ita Eccleſia cer-
ta eſſet; vt qui ſint illi etiam noſſet, qui licet adhuc
in hac vita ſint conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt,
in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non
oret, quàm neque pro ipſo,* ſcilicet diabolo.

Idem colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 83. art. 7. 3.
ad 3. nam inde probat, correptionis, & orationis
beneficium nemini, dum viuit, ſubtrahendum
eſſe, quia non poſſumus prædeſtinatos diſtingue-
re à reprobis. & 3. p. q. 21. art. 4. ad 2. & 3. docet,
Chriſtum Dominum in cæna, & in cruce non
oraſſe, niſi pro electis. Et probari poteſt primò,
quoniam 1. Reg. 16. Samuelis oratio comprimi-
tur illis verbis. *Uſquequo tu luges Saul, cum ego
proiecerim eum?* Secundò, quoniã Chriſtus Dom.
Ioan. 17. à medio rogat Patrem ſolummodo pro
diſcipulis, & pro eis, qui credituri ſunt per ver-
bum illorum: nõ verò pro his, qui non ſunt cre-
dituri, neque pro filio perditionis. Imo expreſſè
Chriſtus Dominus ait: *Non pro Mũdo rogo,* hoc eſt,
pro hominibus, qui finaliter in Mundi malitiã
obſtinandi ſunt.

His non obſtantibus reſpondeo & confirmo 4.
argumentum, quod à generalitate orationis ac- *Reſponſio.*
cepimus in ſectione præcedẽti. Si de alicuius ho-
minis reprobatione nobis certo cõſtaret, pro illo
non eſſet ita orandum, vt illius ſalus peteretur à
Deo per deſiderium prorſus efficax, & petitionẽ
prorſus abſolutam. Adhuc tamen orandũ eſſet,
petendo illius ſalutem per deſiderium, quantum
eſt ex parte noſtra omnino efficax & petitionem,
quantum eſt ex parte noſtra omnino efficacem;
cæterũ ſimpliciter inefficacem, quoniam ex par-
te illius reprobi propter illius liberam malitiam
de futura erat efficacia, licet nihil ex parte no-
ſtræ voluntatis, aut charitatis deficeret.

Probatur primò exemplo Chriſti Domini, qui 5.
Lucæ 23. pro crucifigentibus orauit, quorum
his, qui prædeſtinati erant, efficaci voluntate de-
ſiderauit, obtinuitque pœnitentiam, gratiam &
beatitudinem: cæteris autem efficaci voluntate
deſiderauit, obtinuitque remedia quæcumque
ſimpliciter neceſſaria, vt veniam actualiter con-
ſequerentur, niſi per ipſos ſtaret: vt magis con-
ſtabit diſp. ſequenti ſect. 6. & 7.

Vnde Hieronym. ad illa verba Iſai. 27. *Idcirco* *Iſaiæ. 27.*
*ſuper hoc dimittetur iniquitas Domus Iacob: Propter
hoc,* inquit, *id eſt propter Chriſti orationem auferetur,
peccatum eius, ſi voluerit agere pœnitentiam, & me-
rebitur benedictionem Dei, qui ſibi maledictionem fue-
rat imprecatus, dicens: ſanguis eius ſuper nos & ſuper
filios noſtros.*

Theophylactus Luc. 23. ad illa verba: *Pater* 6.
remitte eis, neſciunt enim, quid faciunt, ait: *Et* *Lucæ. 23.*
*vtique dimiſſum fuiſſet eis peccatum, niſi deinceps
in incredulitate mãſiſſent.* Quare ſupponit, illis
poſſibile fuiſſe actualiter obtinere veniam, ſi
vellent.

Idem colligitur ex Cypriano in ſermone de *Cyprianus.*
paſſione inter med. & fin. dicente, Chriſtum Do-
minum in cruce pendentem orando impetraſſe
ſupplicij dilationem, & pænitentiæ locum, & pe-
tiiſſe vt aperirentur oculi eorum. Et ex ſequen-
ti contextu conſtat Cyprianum agere etiam de
illis, qui obſtinati permanſerunt in incredu-
litate.

Ex Auguſtino præterea tract. 31. in Ioannem 7.
colligitur efficaciter, pro interfectoribus etiam
illis, qui damnandi erant, Chriſtum Dominum

oraſſe: vt referemus ſequenti diſp. 20. ſection. 6. & 7.

Pſalm 108. Nunc verò in Pſalm. 108. ad illum verſum: *Ego autem orabam*, ita obſeruat: *Non quidem dixit, quid orabat; ſed quid melius intelligere debemus, quàm pro eis ipſis? Crucifixo enim maximè detrahebant, quando velut homini, quem quaſi vicerant, illudebant. De qua cruce ille dixit: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Et quoniam in profundo malignitatis reddebant ipſi mala pro bonis, ille in ſummo benignitatis reddebat bona pro malis.* *Auguſt.* Porro Auguſtinum agere etiam de illis, qui de facto damnandi erant, conſtat ex toto ſequenti contextu Pſalmi & commentarij. Eiſdem namque hominibus, quaſi maledicendo prædicuntur æterna ſupplicia: *Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet a dextris eius. Cùm iudicatur, exeat condemnatus. &c.*

8\. Probatur ſecundò, nam & pro filio perditionis Chriſtus Dominus non ſolùm orauit, ſed etiam adhibuit abundantiſſima ſalutis remedia, nihil ſimpliciter neceſſarium prætermittens: vt oſtendemus diſp. 20. ſect. nona.

Probatio tertia. Probatur tertiò quoniam Deus eo conſilio quibuſlibet reprobis propriam ipſorum reprobationem occultat, & prædeſtinatis etiam occultat aliorum reprobationem, vt quantum eſt *Cur Deus reprobis ſuam reprobationem occultat.* ex parte Dei, nihil obſtet, nihilve deſit, quominus reprobus ipſe efficaciter oret, & vigilet, ſi velit: & omnes prædeſtinati pro illo perinde orent atque diligentiam adhibeant, ac ſi prædeſtinatus eſſet.

9\. Notandum denique nunquam Auguſtinum in lib. de corrept. & gratia hanc veritatem negaſſe, ſed tantum docuiſſe illam, quam in principio ſolutionis explicuimus. Et contra primam ſolutionem hactenus.

10\. Secunda ſolutio reſpondet, orationes eſſe pro omnibus fundendas, etiam ſi Deus voluntate beneplaciti non velit, omnes ſaluós fieri; ſed ſolùm voluntate antecedente, ſeu voluntate ſigni: nam Chriſtus Domin. orauit ad Patrem: *Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*, etiam ſi cognouerit certò, Patrem decreuiſſe, vt Chriſtus mortem pateretur.

11\. *Solutio hæc noſtri argumenti vires corroborat.* Hæc ſolutio veradicit, quæ noſtri argumenti vires non eneruant, ſed corroborant à ſimili: nam ſicut Chriſtus Dominus deſiderauit, vt tranſiret ab eo calix, quantum eſt ex parte ſua, efficaciter, ita vt ex parte illius voluntatis, quam in oratione propoſuit Patri, deeſſet nihil, quominus ab eo transferretur calix, & ſola Patris voluntas, ne transferretur, obſtitit; cui ſe liberè humana Chriſti voluntas etiam in oratione ſubiecit: ita etiam quando pro quibuſcumque hominibus oramus, ita debemus eſſe affecti, vt quantum eſt ex parte noſtra, & multò magis ex parte Dei ſubtrahatur nihil ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, ſed ſaluti ſola deficiat libera voluntas reproborum, cui diuina voluntas liberè cedit, permittendo culpam ob maius bonum. Quod miſcet hæc ſolutio de voluntate ſigni, refutabitur ſect. ſeq. con. 2. & ſect. 10.

12\. Tertia ſolutio reſpondet, quod, cum Deus habeat vniuerſalem omnium prouidentiam, ad ipſum pertinet aliquos ordinare ſimpliciter, ad vitam æternam conſequendam, & alios relinquere & permittere, vt ab ea deficiant, & damnentur per peccatum; vt ſeruetur maior pulchritudo in rebus, & diuina miſericordia magis reſplendeat in electis; & ideo non vult, vniuerſaliter omnes ſaluos fieri. Cæterum quilibet homo particularis ſolum habet particularem prouidentiam; vnde ad ipſum pertinet, pro omnibus indifferenter orare, & omnibus velle bonum illud vitæ æternæ, quamdiu ſunt capaces illius.

Hæc ratio diſcriminis noſtram potius ſententiam confirmat. Deum quippe, quoniam omnium generaliſſimam prouidentiam exercet, multò magis quàm homines decet, omnium ſuorum ſalutem & fælicitatem velle, quantum ex ſe eſt, & procurare; nec permittere finalem obſtinationem & æternam mortem, niſi præſuppoſito abuſu libertatis creatæ impedientis quod Deus antecedenter vult. 13. *Refutatur.*

SECTIO VIII.

Multiplex expoſitio, quam Auguſtinus adhibet ad illud: Vult omnes homines ſaluos fieri, *nihil obſtat generalitati voluntatis hactenus probatæ.*

Recentiores aliqui contendunt, Deum verè non intendere ſalutem eorum hominum, qui reipſa damnantur, ſed ſolummodo ſalutem prædeſtinatorum: aliorum verò ſalutem intendere ſecundùm quid, & voluntate, quam appellant ſigni: vt magis explicabimus infra conſ. 2. & Sect. 10. 1. *Recentiorum mens.*

Probant tribus expoſitionibus, quas Auguſtinus & alij Patres illius diſcipuli adhibere ſolent ad verba 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines ſaluos fieri &c.* *Probatur.*

Prima expoſitio. Nullus ſaluus fit, niſi quem Deus vult ſaluum fieri, & ſaluus fit quicumque homo quem Deus efficaciter vult ſaluum fieri, ſicut Ioan. 1. dicitur: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum.* Ita exponit Auguſt. lib. 4. contra Iulian. cap. 8. in Enchirid. cap. 101. & epiſtol. 107. ad Vitalem, Hyppognoſticon apud Auguſtin. libr. 6. ſub finem. Et luculenter Fulgentius de Incarnation. & grat. cap. 31. & li. 2. de remiſſione peccatorum ad Eutymium cap. 2. 2. *Ioan. 1. Auguſtinus. Cap 8. & de præd. Sanct. Fulgentius.*

Proſper de libero arbitrio ad Ruffinum poſt med. & ad capita Gallorum obiectione 4. & lib. 2. de vocatione gent. cap. primo Anſelmus & Beda 1. ad Timoth. 2. *Proſper. Anſelmus. Beda.*

Auguſtinus verò de prædeſtinat. Sanctorum cap. 8. hoc explicat exemplo; *Sicut integrè loquimur, cum de aliquo literarum Magiſtro, qui in ciuitate ſolus eſt, dicimus: omnes iſte hic literas docet: non quia omnes diſcunt; ſed quia nemo, niſi ab illo diſcit, quicunque ibi literas diſcit: ita rectè dicimus: Omnes Deus docet venire ad Chriſtum.* Et paulò inferius idem applicat ad prædicta verba: *Vult omnes homines ſaluos fieri.* Eandem expoſitionem referunt & admittunt Magiſter & communiter Scholaſtici in 1. diſt. 46. §. 3. vbi Sanctus Thomas, S. Bonauentura, Durandus, Richardus, Albertus, Alexander & cæteri omnes locis citatis in ſect. 3. fine. Eodem modo exponit Auguſtinus in Enchirid. cap. 97. illud Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, &c.* quem ſequuntur Magiſter nuper citatus, 3. *S. Thomas. S. Bonauent.*

Albertus,

Digitized by Google

Albertus 1. p. quæſt. 79. fine Alexander 1. p. q.
36.memb. 2.
Secunda expoſitio eſt, omnem ſexum, æta-
tem, ſtatum, conditionem, linguam, & quod-
cumque aliud hominum genus admitti ad ſa-
lutem: licet non admittatur quilibet ho-
mo ex quolibet genere. Quapropter logico
modo dicere poteris, diſtributionem eſſe ac-
commodam, ſiue incompletam pro generibus
Auguſtin. ſingulorum hominum. Quam Auguſtinus
de correption. & gratia. capite 14. ita expli-
Luc. 12. cat exemplis: *Sicut dictum eſt Phariſæis: Deci-
matis omne olus. Vbi non eſt intelligendum, niſi
1. Corint. 10.* *omne quod habebant. Neque enim omne olus, quod
erat in toto terrarum orbe, decimabant. Secundùm
iſtum locutionis modum dictum eſt: Sicut ego omni-
bus per omnia placeo, Nunquid enim, qui hoc dixit,
placebat etiam tam multis perſecutoribus ſuis? Sed
placebat omni generi hominum, quod Chriſti congre-
gabat Eccleſia.*
Eandem expoſitionem tradiderat in Enchi-
Proſper. rid. caput 103. Eamque ſequuntur Proſper lib.
2. de vocat. gentium cap. 1. & cap. 10. confir-
Matth. 10. mans ex modo loquendi Matth. 10. *Eritis odio
Fulgent.* *omnibus hominibus propter nomen meum.* Fulgent.
de Incarnatioo. & grat. cap. 31. confirmat ex
Pſalm. 85. Pſalm. 85. *Omnes gentes quaſcumque feciſti ve-
nient, & adorabunt coram te.* Cùm tamen pluri-
mi ſingulares non veniant, ſed ex omnibus ge-
Coloſſen. 1. neribus aliqui. Et Coloſſ. 1. *Reconciliari omnia
in ipſum*; cùm tamen dæmones & cæteri dam-
nati non reconcilientur. Eandem expoſitionem
referunt, & approbant Anſelmus, Beda, & Scho-
laſtici omnes nuper citati.
6. Tertiam expoſitionem Auguſtinus de cor-
Auguſtin. reptione & gratia cap. 15. tradit his verbis: *Po-
teſt etiam ſic intelligi quod omnes homines vult
Deus ſaluos fieri, quoniam nos facit velle; Sicut
miſit Spiritum Filij ſui clamantem Abbá Pater, id
Hugo victor.* *eſt, nos clamare facientem.* Hanc ſequitur Hugo
victor. in ſumma ſentent. tract. 1. cap. 13. ante
medium.
7. Quartam expoſitionem addunt authores ali-
qui quaſi conſonam menti Auguſtini, Proſpe-
ri, Chriſoſtomi, Damaſceni, D. Thomæ, &
aliorum Patrum, dicentes, loqui Apoſtolum
de voluntate Dei antecedente, quæ eſt volun-
tas ſigni, & voluntas ſecundùm quid. Quæ ex-
poſitio alijs verbis traditur à quibuſdam docto-
ribus, apud quos prædicta voluntas Dei eſt me-
taphorica, quemadmodum dicitur Deus dolere,
pænitere & triſtari.
8. Ex his omnibus inferunt prædicti doctores,
noſtram doctrinam de voluntate Dei, quam
ſuperiores ſectiones continent, eſſe contra-
riam expoſitionibus Auguſtini, atque illius
Sententiæ de prædeſtinatione ante-præuiſa o-
pera.
Obiectio. Quod prætereа confirmant hoc argumento,
quia voluntas beneplaciti Dei ſemper impletur:
ſed non omnes ſaluantur: ergo Deus non vult
voluntate beneplaciti, vt omnes ſaluentur. Alia
eiuſdem ſententiæ fundamenta videbimus diſp.
20. ſect. 3. 4. & 5.
Prima con- Quibus non obſtantibus ſit concluſio prima.
cluſio. Tres illæ expoſitiones, ab Auguſtino traditæ,
optimè conſentiunt cum antecedente volun-
tate Dei, quæ hominibus quibuslibet etiam
præſcitis verè realiterque vult æternam ſalu-
tem, quantum in ſe eſt, & vult illos conuerti *Concordan-*
ad fidem & pœnitentiam, & actualiter obſer- *tia præceden-*
uare diuina præcepta. Ex hac concluſione cum *tis doctrinæ*
in ſuperioribus ſectionibus ſatis probata, & am- *Auguſt. cum*
plius probanda ſit ſequentibus diſputationibus, *voluntate*
prædicta voluntas Dei; nihil aliud reſtat in *antecedente.*
præſenti ſectione probandum; niſi illam opti-
mè conſentire cum prædictis Auguſtini expoſi-
tionibus. 10.
Id verò probatur primò ex ipſo Auguſtino de *Probatur*
correptione & gratia capite. 14. initio, dicen- *primò ex ipſo*
te: *Quod ſcriptum eſt, quod vult omnes homines* *Auguſtino.*
*ſaluos fieri, nec tamen omnes ſalui fiunt, multis
quidem modis intelligi poteſt, ex quibus in alijs
opuſculis noſtris aliques commemorauimus, ſed hic
vnum dicam.* Vnde manifeſtè conſtat, duas ex-
poſitiones, quas in illo capite, & in ſequenti
traditurus erat Auguſtinus, non pugnare cum
alijs expoſitionibus, quas tradiderat alibi, &
multo minùs pugnare cum prædicta voluntate
Dei, quam expreſſè tradiderat ſæpe.
Vnde ſumitur ſecunda probatio, quoniam 11.
Auguſtinus alijs in locis expreſſè docuit, Deum *ſecunda pro-*
quantum ex ſe eſt, velle, vt omnes homines *batio.*
conſequantur ſalutem, etiam illi, qui volen- *Auguſtinus.*
tem ſanare contemnunt ſic enim libro 3. de li-
bero arbitrio cap. 19. rem explicat illis potiſſi-
mum verbis: *Non tibi deputatur ad culpam,
quod inuitus ignoras; ſed quod negligis quærere,
quod ignoras: nec illud, quod vulnerata membra
non colligis. Sed quod volentem ſanare contemnis.*
Ergo Deus vult ſanare, etiam eos, qui de fa-
cto contemnunt, & ideo non ſanantur, ſed
pereunt. Eadem repetit lib. de natura & gra-
tia, capite. 67. Vidimus alia teſtimonia Auguſti-
ni ſect. 1. in fine, & ſect. 6. circa med. Pecu-
liariter autem erunt obſeruanda, quæ referemus
diſp. ſequenti.
Confirmatur primò, nam & Proſper Au- *Prima con-*
guſtinianæ doctrinæ ſtudioſiſſimus, quamuis *firmatio.*
multis in locis ſequutus fuerit duas priores ex- *Proſper.*
poſitiones, quas in principio retulimus; nihi-
lominus, nec contra ſeipſum, neque contra
ſententiam Auguſtini ſe docere exiſtimauit,
quando Dei voluntatem ſaluandi omnes homi-
nes, quantum ex ſe eſt, docuit plurimis alijs in
locis, quos ponderauimus ſect. 6.
Confirmatur ſecundò, nam Anſelmus, Beda *Secunda con*
& cæteri Patres Auguſtiniani noſtram expoſi- *firmatio*
tionem, tanquam Auguſtinianam cum cæ- *Anſelmus,*
teris recipiunt: vt conſtat ex his quæ retuli- *Beda.*
mus ſection. 5. & 6. & referemus diſp. ſequenti
ſect. 1. 12.
Probatur tertiò verbis D. Thomæ 1. diſtinct. *D. Thomas*
46. quæſt. 1. artic. 1. ad 1. *Secundum Damaſce-* *Auguſtinum*
num verbum Apoſtoli intelligitur de voluntate an- *& Damaſc.*
tecedente, & non de conſequente, Sed ſecundum Au- *commendat.*
*guſtinum intelligitur de conſequente. Vnde exponit
eam dupliciter. Vno modo, vt ſit diſtributio accom-
moda pro omnibus, qui ſaluantur*, &c. Fuſius
hanc concordiam Damaſceni cum Auguſtino
explicuit 1. ad Timoth. 2. lect. 1. poſt medium.
Vnde conſtat expoſitionem hanc non pugnare
cum præcedentibus, eo quod illæ Auguſtinia-
næ exponant ſolummodo Dei voluntatem effi-
cacem, quæ refertur ad ſolos prædeſtinatos: at
verò expoſitio Damaſceni contineat voluntatem
ſimpliciter inefficacem propter liberam reſiſten-
tiam reproborum; licet eidem voluntati Dei,

quod ex ſe eſt, nihil deficiat, vt efficaciter conſequeretur effectum.

13\. Confirmatur, nam hanc expoſitionem, quæ Damaſceni appellari ſolet, cæteris præferunt non ſolum Diuus Thomas, ſed etiam omnes ſcholaſtici locis citatis in ſection. 3. cuius, præter alia, indicium eſt, illam poſtremò in loco referri. Sic enim notant communiter Summiſtæ tractantes de opinionum delectu, eam opinionem ab authoribus cenſeri probabiliorem, quæ poſtremo loco refertur. Dixi autem, præferri, non quaſi contrariam cæteris, ſed quaſi profundius explicantem Apoſtoli mentem. De quo referendi ordine videri poteſt præſertim Sanctus Thomas in hac quæſtion. 19. artic. 6. ad 1. & 1. ad Timoth. 2. lect. 1. poſt medium.

Auctores probabiliorem iudicant opinionem, quam reſeruant loco poſtremo.

S. Thomas.

14\. Probatur quartò, quia prædictæ omnes expoſitiones, tantùm abeſt vt inter ſe pugnent, vt potius coaleſcant in vnam integram & plenam expoſitionem Apoſtolicæ mentis, quæ ſimplici verbo ſignificare voluerit voluntatem Dei plenam in omnes homines, pro vniuſcuiuſque gradu & capacitate; ac proinde ſimpliciter efficacem in prædeſtinatos; & præciſè, quantum ex ſe eſt, efficacem in reprobos; ſimpliciter autem inefficacem. Quod ſumitur ex Diuo Thoma de veritate quæſtion. 23. artic. 2. corpore, dum antecedentem & conſequentem voluntatem exponens, ait: *In qualibet actione eſt aliquid conſiderandum ex parte agentis, & aliquid ex parte recipientis: & ſicut agens eſt prius facto, & principalius, ita id quod eſt ex parte facientis, eſt prius naturaliter eo, quod eſt ex parte facti: Sicut patet in operatione naturæ, quod ex parte virtutis formatiuæ, quæ eſt in ſemine, eſt quod animal perfectum producatur; ſed ex parte materiæ recipientis, quæ quando eſt indiſpoſita, contingit quandoque quod non producitur perfectum animal, ſicut contingit in partibus monſtruoſis.* Quam doctrinam applicat poſtea diuinæ voluntati, quæ licet poſſet à creatura omne impedimentum auferre; nihilominus ſecundùm ſapientiæ ſuæ ordinem diſpoſuit vnicuique præbere ſecundùm modum ſuum. Et quando creatura impeditur propter ſui defectum à fine ſalutis, Deus implet in ea id bonitatis, cuius eſt capax per iuſtitiam punitiuam.

Prædictæ expoſitiones in vnam integram Apoſtolicæ mentis coaleſcũt.

D. Thomas.

15\. Secunda concluſio. Illa expoſitio quarta, quam ſupra retulimus, ambiguitatem continet in verbis, & falſitatem in ea intentione, qua proferuntur. Imprimis namque voluntas ſigni, propriè dicta, ſecundùm acceptionem Scholaſticorum, non eſt voluntas vera, ſed metaphorica, & perinde refertur ad Deum, ſicut dolor, triſtitia, ira & pœnitentia, quæ non propriè, ſed metaphoricè Deo conuenire poſſunt vt expreſſè obſeruant Hugo, Magiſter; Sanctus Thomas, & cæteri ſcholaſtici locis citatis diſputation. 17. ſect. 1. parum à principio. Quapropter qui dicunt ſola voluntate ſigni Deum velle ſalutem reproborum, eo ipſo dicunt, eam velle metaphorica tantum & impropriè dicta voluntate. Huius autem contrarium, videlicet, realis & propriè dicta voluntas ſalutis omnium etiam præſcitorum, probatum eſt hactenus ſectionibus præcedentibus, & magis conſtabit ſect. 10.

Quarta expoſitio in verbis ambigua, & in intentione falſa.

Volũtas ſigni metaphoricè cõpetit Deo, ſicut ira, triſtitia, pœnitentia, &c.

Confirmatur, nam Diuus Thomas 1. ad Timoth. 2. lection. 1. poſt medium, expreſſè diſtinguit voluntatem ſigni à voluntate beneplaciti, & primarias expoſitiones conſtituit ſub voluntate beneplaciti relicta voluntate ſigni, & inter eas conſtituit voluntatem antecedentem. Exiſtimat ergo antecedentem voluntatem, non eſſe voluntatem ſigni, ſed beneplaciti. 16.

Rurſus quod eadem ſolutio dicit de voluntate ſecundùm quid, aliquem habet ſenſum verum, quatenus Deus non vult reproborum ſalutem abſolutè, & ex omni parte, ſed præciſè quantum eſt ex parte Dei. 17.

Nihilominus idem additum diminuens in præſenti vſurpatur à prædictis doctoribus, quaſi excludens ex parte Dei plenitudinem voluntatis, qua velit, quantum ex ſe eſt, ſalutem actualiter obtineri, ac proinde abſolutè falſum ſignificare intendit illa ſolutio vt ex præcedentibus ſectionibus colligitur, & magis conſtabit ſectione 12.

Denique ad argumentum, quod ſumit prædicta ſententia ex eo, quod voluntas beneplaciti ſemper impletur, reſpondetur. Illud complexum *voluntas beneplaciti*, quandoque Theologi accipiunt pro Dei voluntate prorſus abſoluta, & efficaci, & ſub eo ſenu pronuntiant, voluntatem beneplaciti ſemper impleri. Nihilominus quandoque voluntas beneplaciti accipitur generalius pro quacumque vera & propria voluntate Dei, prout condiſtinguitur contra metaphoricam, videlicet voluntatem ſigni: & hoc modo comprehendit etiam voluntatem antecedentem: quemadmodum Diuus Thom. 1. ad Timoth. 2. lection. 1. poſt med. *Velle*, inquit, *ponitur quandoque pro voluntate beneplaciti, quandoque pro voluntate ſigni. Pro voluntate ſigni vult ſaluare omnes, quia omnibus propoſuit ſalutis præcepta, conſilia, & remedia: Pro voluntate beneplaciti ſic exponi poteſt quatuor modis*, &c. Atque voluntas beneplaciti ſub hac acceptione ſumpta non ſemper impletur ſimpliciter & ſecundùm totum, quod vult. Impletur autem quodammodo, quantum ad realiter & cum effectu conferenda ſalutis remedia, quæ conferre vult ex parte ſua. Quæ omnia conſtant ex dictis ſupra diſpoſition. 18. ſection. 4. & magis conſtabit ſequentibus ſectionibus, & diſputation. 20. 18.

Ad argumentum reſpondetur.

Voluntas beneplaciti quandoque preſſè, quandoque latè accipitur.

D. Thomas.

SECTIO IX.

Recapitulantur diſcrimina voluntatis antecedentis & conſequentis, & ambitus vtriuſque circumſcribitur.

Multa diſcrimina dicta ſunt ſparſim per ſectiones præcedentes; omnia tamen oportebit breuiter in vnum colligere, ſubiungendo quæ reſtant & omnia magis explicando. Primum ac præcipuum diſcrimen eſt, quoniam voluntas antecedens eſt volitio ex ipſo Deo eiuſque propenſione natiua exiſtens, vt volitio ſaluandi omnes. At verò voluntas conſequens eſt volitio Dei, quæ ortum & rationem ſumit 1.

Primum, & præcipuum diſcrimen.

ex

Digitized by Google

ex noſtro vitio : ideoque à Damaſceno appellatur etiam permiſſio. Huiuſmodi eſt volitio puniendi peccatores : vt conſtat ex dictis ſection. 2.& 4.

2. *Voluntas antecedens de obiectis ſecundùm ſe bonis: voluntas verò conſequens, de bonis ex ſuppoſitione alicuius mali.* *Damaſc. exemplum.*
Secnndum diſcrimen naſcitur ex primo, videlicer, Voluntas antecẽdens eſt ſolummodo de obiectis, quæ ſecnndùm ſe bona ſunt abſolutè & ſimpliciter, non ex ſuppoſitione alicnius mali, cuiuſmodi bonum eſt inſtificatio & glorificatio. At verò voluntas conſequens eſt de obiectis, quæ non ſunt bona, niſi ex ſuppoſitione mali; cuiuſmodi bonum eſt iuſtitia punitiua. Quapropter ſicut iudex primariò, & ex ſe vult omnium ciuium fælicitatem, liberam ab omni pœna : ſecundariò verò, atque occaſione peccatorum vult iuſtitiæ punitiuæ bonum cauſa vtilitatis Reipublicæ. Hoc exemplo rem explicat S. Damaſcenus in dialogo contra Manichæos verſus finem, ac Diu. Thomas in art. 6.ad 1.

3. *Alia exempla.*
Apta ſunt etiam minori gradu ſimilitudinis alia exempla de rebus repugnantibus, quarum præſtantiores præferendæ ſunt ſecnndùm ſe ſumptæ, præſcindendo ab inconuenientibus culparum imminentium, vel commiſſarum. Sic enim Chryſoſtom. ad Epheſ. ſerm. 1. declarat exemplo Pauli, qui quod ex ſe erat primaria & antecedenti voluntate deſiderabat, vt omnes permanerent in ſtatis continentiæ 1. Corint. 7. dicens : *Volo, omnes eſſe ſicut meipſum.* & iterum : *Volo, vos ſine ſolicitudine eſſe.* Nihilominus ſecundaria & conſequenti voluntate 1. ad Timoth. 5. *Vult iuniores nubere, & filios procreare.* Loquitur autem de viduis lapſis.

4. Similiter nobis præceptæ ſunt pleræque volitiones de obiectis repugnantibus : vt illa Roman. 12. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Quæ quidem volitio debet eſſe de pace ſecundùm ſe conſiderata, nam ex ſuppoſitione falſæ doctrinæ & ſcandali, *Non veni pacem mittere ſed gladium*, ait Chriſtus Dom. Matth. 10.

5. *Punitio alia eruditiua, alia deſperatiua.*
Tertium diſcrimen colligitur ex primo & ſecundo; videlicet, ad rationem voluntatis conſequentis, propriè dictæ, non ſufficere, quod occaſionem ſumat ex noſtris peccatis : ſed prętetea requiritur eius obiectum eſſe tale bonum, quod non eſſet bonum, niſi peccatis præſuppoſitis. Cuiuſmodi bonum eſt punitio : tam eruditiua, quam deſperatiua : vt loquitur Damaſcenus, ideſt, tam pœnæ prædeſtinatis inflictæ ad eorum correptionem ac puritatem, quàm pœnæ reprobis inflictæ in hoc ſæculo, vel in futuro.

6. *Corollarium* *Incarnatio non volita voluntate conſequente propriè dicta.* *Paſſio & mors Chriſti Dom. volita voluntate conſequenti.*
Inde corollarium eſt, Incarnationem, etiamſi ſupponas, ex vi præſentis decreti volitam eſſe dependenter à noſtris peccatis, & eorum occaſione; adhuc tamen non eſſe volitam conſequente voluntate propriè dicta : quoniam Incarnatio eſt bonum ex ſe amabile, neque indiget peccatis noſtris, vt ſit bonum, atque vt poſſit amari; ac proinde per ſe, & ex ratione obiecti non eſt conſequens voluntas & ſecundaria, ſed primaria ex ipſo pondere diuinæ voluntatis exiſtens. Idem intellige de alijs quibuſcumque bonis, quæ licet fierent nullo ſuppoſito peccato, bona eſſent, licet de facto volita fuerint dependenter à peccato. Attamen paſſio & mors Chriſti Domini, volita eſt voluntate conſequenti, quoniam illa non eſſet bona, niſi noſtris peccatis præſuppoſitis.

7. *Voluntas antecedens, & conſequens conueniunt, & differunt.*
Quartum diſcrimen. Licet voluntas antecedens & conſequens in eo conueniant, quod neutra eſt voluntas ſigni, ſed beneplaciti: valde differunt, quoniam non in eadem acceptione vocis, vtra vocari poteſt voluntas beneplaciti, ſed in diuerſis acceptionibus: vt videbimus ſect. ſeq

Quintum diſcrimen.
Quintum diſcrimen. Voluntas antecedens nõ eſt ſimpliciter voluntas, ſed tantum ſecundùm quid, iuxta ſenſum explicandum ſect. decima: Sed voluntas conſequens eſt voluntas ſimpliciter.

Sextum diſcrimen.
Sextum diſcrimen. Voluntas antecedens eſt conditionalis, ſed voluntas conſequens eſt abſoluta: vt videbimus diſp. ſequenti ſect. 1.2. & 3.

8. Obijcies primò, ex dictis ſequi, diminutam eſſe diuiſionem voluntatis diuinæ, in antecedentẽ & conſequentem voluntatem; multæ namque volitiones diuinæ non ſunt antecedentes, neque conſequentes : veluti volitio Incarnandi & conferendi omnes dotes poſſibiles animæ, & corpori aſſumpto, non fuit voluntas antecedens, quoniam hæc debet eſſe volitio inefficax, ſiue volitio ſecundùm quid, & velleitas, ſupra. in 3. diſcrimine; neque fuit voluntas conſequens propter rationem dictam in 4. diſcrimine. Idem argumentum manifeſtius eſt in voluntate prædeſtinandi Michaëlem, alioſque bonos Angelos, & in voluntate creandi Mundum, & conferendi Adamo iuſtitiam originalem: quæ volitiones nõ ſunt antecedentes, quoniam ſunt efficaces & abſolutæ: non ſunt conſequentes, quoniam ex Deo ipſo exiſtunt, neque indigent occaſione accepta ex vitio voluntatis creatæ.

9. *Qua Dei volitio per voluntatem antecedentem, & conſequentem diuidatur.*
Reſpond. Diuiſio prædicta ſufficiẽtiſſima eſt; cæterum eius diuiſum non eſt volitio diuina, vt ſic, ſecundùm totam ſuam latitudinem. Sed diuiſum eſt volitio diuina cum alia volitione diuina pugnans quodammodo ratione obiecti eiuſdem; has enim duas acies primo aſpectu pugnãtes vt pace componant Patres, diſtingunt antecedentem voluntatem, quæ quoniam eſt ſecũdùm quid voluntas de bono ſecundùm ſe, cedit voluntati conſequenti, quæ eſt ſimpliciter voluntas de bono, attentis circunſtantijs noſtræ malitiæ. Quapropter ſubdiuiſo huius diuiſionis non cõprehenditur volitio incarnandi aut prædeſtinãdi Angelos, aut creandi Mundum, vel Adamum in iuſtitia originali, quoniam hæ omnes volitiones non pugnant, cum alijs volitionibus eiuſdem obiecti: neque enim rectè dixeris, Deum ex ſelpſo præoptaſſe non incarnari, neque creare Mundum, neq; conferre iuſtitiam originalem, ſed alienis actionibus liberis adductum fuiſſe, vt amaret quod alioqui oderat ex ſe.

10. *Quid aliqui de voluntate antecedẽte & conſequẽte ſentiant.*
Hæc intellige de voluntate antecedente & conſequente ſtrictè ſumptis, vt ſine dubio accipiuntur à Chryſoſtomo & Damaſceno citatis. Cæterum apud ſcholaſticos latior eſt ſignificatio harum vocum, & incertis adhuc finibus terminata, cum apud aliquos doctores, quęcumque voluntas efficax Dei appelletur voluntas conſequens, etiamſi nullo modo pendeat à noſtris liberis actionibus: vt voluntas creandi Mundum et Adamum in gratia, & apud alios appelletur voluntas antecedens quęcumque non pendet ex noſtris actionibus: vt voluntas creandi Mundum, *& Adamum in gratia.* Vide Scholaſticos locis citandis infra ſect. 10.& 11. Sed apud eos,

qui diſputant de cauſa prædeſtinationis, frequẽter prædeſtinatio appellatur voluntas conſequẽs quoniam efficax eſt.

11. *Damaſc.* Obijcies ſecundò. Damaſcenus in dialogo contra Manichæos prope finem ait, ſecundariam voluntatem *eſſe id, quod earum rerum, quæ contingunt, cauſa Deus vult*: ſed gloriam conferre prædeſtinatis Deus vult cauſa rerum contingentiũ, videlicet, dependenter à liberis actionibus noſtris, quæ contingentes ſunt. Ergo hæc volitio eſt conſequens. Habet autem hoc argumentum maiorem vim in voluntate conferendi gloriam propter præuiſa opera, quomodo prædeſtinatos eſſe Angelos, aut aliquos homines, exiſtimant aliqui Theologi.

12. Reſpond. verba Damaſceni ex illo contextu & ex lib. de fide cap. 29. & ex Chryſoſtomo ſermone primo ad Epheſios, euidentem explicationem accipere, vt voluntatis antecedentis obiectũ ſit illud ſolummodo bonum, quod Deus non poſſet velle, niſi rerum contingentium cauſa, & ab illis impulſus & quaſi coactus: huiuſmodi autem non eſt aliud bonum, niſi quod ſupponit peccata: ſed gloriam & cætera bona, quæ eſſentialiter non ſupponunt peccata, Deus velle potuit à ſuo pondere non impulſus à noſtra actione libera; ſed potius volens nos ad bonas actiones liberas impellere, & ad illas quodammodo compellere.

13. Obijcies tertiò Præter voluntatem antecedentem & conſequentem datur voluntas comitans, qua Deus efficaciter vult concurrere nobiſcum ad conſenſum, quem excitanti gratiæ præbemus.

Reſpondetur. Reſpond. hoc tertium membrum inductum à P. Vazq. diſp. 83. cap. 3. non eſſe vſu receptum in modo loquendi Scholaſticorum, neq; comprehendi ſub diuiſo præſentis diuiſionis; vt accipitur à Chryſoſtomo & Damaſceno ſupra aſſert. 2.

14. Quartò obijcitur contra ea quæ diximus in tertio diſcrimine, & in aſſertione 2. quoniam *1. Timoth. 2.* verba Pauli 1. Timoth. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, non minùs referuntur ad prædeſtinatos, quàm ad reprobos; ſed illa verba ſignificant voluntatem antecedentem, quam habet Deus ex ſe. Ergo comparatione ſalutis prædeſtinatorum Deus habet voluntatem antecedentẽ. Porro volitio, qua Deus vult ſalutem prædeſtinatorum, non eſt volitio ſecundùm quid, & inefficax, neque eſt volitio habens adiunctam volitionem efficacem de contrario obiecto. Ergo voluntas antecedens vult obiectum abſolutè & efficaciter cum omnibus circumſtantijs, & non habet adiunctam volitionem efficacem de obiecto contrario. *Confirmatio.* Confirmatur, quoniam voluntas antecedens eſt beneplacitum voluntatis diuinæ; hoc autem præcipuè refertur ad prædeſtinatos, ad Epheſ. 1. *Prædeſtinati ſecundùm propoſitum*, ideſt beneplacitum: nam & Chryſoſt. primus inuentor huius primariæ & antecedentis voluntatis eam intelligit ſub his verbis Epheſ. 1. ſermone 1.

15. *Duplex voluntas Dei circa prædeſtinatos, & reprobos.* Reſpond. Comparatione ſalutis prædeſtinatorum Deus habet voluntatem antecedentem, quæ quoad ſuam intrinſecam formalitatem, eſt inefficax erga prædeſtinatos, ſicut eſt inefficax erga reprobos: ac proinde virtute huius voluntatis antecedentis præciſè ſumptæ, nullus prædeſtinatus conſequeretur de facto ſalutem. Nihilominus huic voluntati antecedenti, quæ æqualis & generalis eſt erga omnes homines, adiungitur altera volitio efficax prædeſtinandi hos homines propter Dei bonitatem, & altera volitio efficax damnandi alios homines propter eorum peccata. Hæc ſecunda volitio efficax damnandi quoſdam homines, ſatis eſt vt comparatione illius denominetur voluntas antecedens illa generalis volitio inefficax ſaluandi homines; quæ præciſè ſumpta eſt æqualis in ordine ad prædeſtinatos & reprobos; quoniam illius volitionis generalitati, quodammodo opponitur volitio damnandi aliquos, quaſi ſubtrahendo illos ab efficacitate, quam amat voluntas antecedens.

Ad confirmationem reſpond. Rectè dicuntur homines prędeſtinati, ſecundùm beneplacitum Dei, & ſecundùm volũtatem antecedentem Dei, non quia prædeſtinatio ſit voluntas antecedens, ſed quoniã eſt maximè conformis voluntati antecedenti, cui quodãmodo repugnat reprobatio. 16. *Prædeſtinatio maximè conformis voluntati antecedenti.*

Quintò obijcit Vaſquez diſp. 83. num. 15. & num. 21. contendens, aliquam volitionem antecedentem eſſe efficacem & abſolutam in ſententia Damaſceni & D. Thomæ, quoniam volitio vocandi homines adultos eſt volitio antecedẽs, ſiquidem eam Deus habet ex ſe ipſo, & ea eſt volitio efficax, ſiquidem, omnes adultos in tempore vocat, quamuis enim, ſępe homo non conſentiat vocationi; nihilominus cuicumq; adulto efficaciter datur vocatio. 17.

Reſpond. ex dictis in aſſertione 2. Voluntas vocandi, vt pręciſè intendit vocationem ponere in adulto vocato, pręſcindendo à iuſtificatione adulti, non habet rationem voluntatis antecedentis. Sed hanc rationem habet, quatenus vocãtionem vult, vt medium ad iuſtificationem ad quam eſſentialiter ordinatur, & comparatione iuſtificationis voluntas vocandi eſt voluntas inefficax. Sed de hac inefficacia dicemus plura ſect. 11. 12. & 13. 18. *Voluntas vocandi adultum poteſt dupliciter conſiderari.*

SECTIO X.

Vtrum voluntas antecedens ſit voluntas ſigni, aut beneplaciti ſimpliciter aut ſecundùm quid.

VOluntatem conſequentem non eſſe voluntatem ſigni, manifeſtum eſt, quia ſine controuerſia eſt realis & propriè dicta voluntas, abſque metaphora, vel improprietate Deo conueniens. Vnde factum eſt, vt quęlibet voluntas conſequens à ſcholaſticis communiter appelletur voluntas beneplaciti: Quamuis propriè loquendo iuxta mentem Chryſoſtomi & Damaſceni deſumptam ex Apoſtolo, nulla voluntas conſequens ſit bene placitum, quia prærequirit hominum culpas, vt vidimus ſect. præcedenti. 1. *Voluntas conſequens propriè voluntas.*

Sed de voluntate antecedenti controuerſia eſt inter Scholaſticos, vtrum ſit beneplaciti; vel ſigni. Prima opinio aſſerit, voluntatẽ antecedentẽ eſſe voluntatẽ ſigni comparatione ſalutis reproborum; eandem tamen eſſe voluntatẽ beneplaciti cõparatione mediorum, quæ Deus re ipſa & efficaciter cõfert, vt poſſint obtinere ſalutẽ. ita videtur ſẽtire Scotus 1. diſt. 46. q. vnic. Clar. id docet Maior diſt. 45. q. vni. & diſt. 46. q. vn. Marſ. q. 45. art. 1. Ocham & Gab diſt. 46. q. 1. vbi Heruęus q. 2. Caietan. in id 1. ad Timot. 2. *Vult omnes homines* 2. *1. Opinio.* *1. ad Tim. 2.*

ſaluos

ſaluos fieri. Driedo de cnncordia liberi arbitrij cum prædeſtinatione part. 1. cap. 4. ad 2. argumentum.

3. *Secunda opinio recentiorum.* Recentiores autem aliqui magis apertè dicũt, non eſſe realem, & propriam voluntatem, ſed metaphoricam voluntatem, quæ dicitur eſſe *ſigni*, qua Deus antecedenter vult omnium ſalutem. Ita Zumel in præſenti q. 19. art. 6. ſua quæſt. 2. concl. 4. Aluares diſp. 33. in 4. expoſitione, & ad 1. & 3. & diſp. 34. concl. 4. & diſp. 109. & 113. Eadem opinio manifeſtè colligitur ex Magiſtro, qui quamuis nullibi ſub nomine voluntatis antecedentis, meminerit de illa; nihilominus diſputans de ipſa re, quæ eſt voluntas antecedens, videlicet, qua Deus vult omnium hominum ſalutem 1. ad Timoth. 2. ait, hanc non eſſe voluntatem, quæ eſt ipſe Deus, vt conſtat 1. diſtinct. 46. §. *nunc videre* & tota diſt. 45. 46. & 47. conſtanter docet, volũtatem beneplaciti, quæ eſt ipſe Deus, ſemper impleri, nulla addita exceptione. Quam generalem loquendi formam ſine limitatione ſumpſit ex gloſſa Roman. 12. & recipiunt omnes Scholaſtici nuper citati.

4. Eandem ſententiam inſinuant alij Scholaſtici, quoniam aſſerunt, per voluntatem antecedentem, Deum non velle ipſam reproborum ſalutem, ſed tantum velle capacitatem ac poteſtatem ſalutis. Nihilominus iidem Doctores manifeſtè docent ſententiam ſequentem.

5. *Vera ſententia.* Vera igitur ſententia aſſerit, voluntatem antecedentem non eſſe metaphoricam voluntatem realiter diſtinctam à Deo qualis eſt voluntas ſigni; ſed eſſe voluntatem propriè, realiter & verè, atque identificatam realiter cum Deo, qualis eſt ſola voluntas beneplaciti. Hoc colligitur ex *D. Thomas.* D. Thom. hic artic. 6. ad 1. & apertè docet Albertus 1. p. q. 79. memb. 2. artic. 2. in q. incident. & in vltima particula. Alexander 1. p. q. 36. membr. 2. *D. Bonauentura.* D. Bonauent. 1. diſt. 46. art. 1. q. 1. & diſtinct. 47. art. 1. q. 1. Ricardus 1. diſt. 46. art. 1. q. 1. vbi Durandus 1. diſt. 47. q. 3. Carthuſianus 1. diſt. 46. q. 1. verſus finem. Soto ad Roman. 9. in digreſſione pag. 277. Corduba lib. 1. quæſtionarij; quæſtione 56. notabili 1.

6. *Vox eadem, ſenſus longè diuerſus.* Vtriuſque ſententiæ Authores nonnulli conueniunt in eo, quod antecedentem, dicunt eſſe voluntatem ſecundùm quid, non ſimpliciter; ſicut S. Thomas & Carthuſianus nuper citati loquuntur, & alij, quos referemus concl. 2. Cæterum licet vox ſit eadem, ſenſus eſt longè diuerſus aliorum, qui dicunt, voluntatem ſecundùm quid, veluti, Zumel & Aluarez citati pro prima ſententia.

7. *Duplex acceptio additi diminuentis ſecundùm quid.* Pro cuius explicatione recolenda erit ex logica duplex acceptio iſtius additi diminuentis, videlicet, *ſecundùm quid*: nam aliquando aufert veram & propriam rationem illius prædicati, cui adiungitur. Sicut quando leo marmoreus dicitur eſſe leo ſecundùm quid, quoniam veram & propriam rationem leonis non habet. Aliquando verò relinquit veram ac propriam rationem prædicati, quod tamẽ aliqua minuit ex parte. Quemadmodum hæc ipſa papyrus appellari poteſt alba ſecundùm quid, quia quamuis retineat veram & propriam rationem albedinis: ea tamen aliqua ex parte diminuta eſt per characteres.

8. *Prima concluſio.* Quo ſuppoſito, ſit prima concluſio. Voluntas, qua Deus vult à quibuslibet hominibus etiam præſcitis obſeruari omnia præcepta & obtineri vitam æternam, non eſt voluntas metaphorica vel impropria, vel ſecundùm quid in acceptione priori; ſed eſt vera & propria volitio, cui ſimpliciter conuenit ratio, & quidditas volitionis.

Probatur primò, quia metaphoricus vel improprius intellectus non eſt adhibendus ſacris literis, niſi ratione cogente; at in præſenti compellit potius ratio, vt abſque vlla metaphora, vel improprietate intelligamus ſacras literas, cùm dicunt Deum velle, vt quilibet homo ſeruet illius præcepta, vt quilibet credat, & diligat Deum, & vt conſequatur ſalutem. 9. *Modus intelligendi ſacras literas.*

Cõfirmatur Confirmatur, quoniam numeroſa multitudo teſtimoniorum ex variis libris Scripturæ ſacræ & ſanctorum Patrum conſpirantium in vnum, & eiſdem ferè verbis atteſtantium prædictam voluntatem Dei, non patitur admitti metaphoram, aut ſermonis improprietatem; hæc enim quando ſubeſt in vno, aut altero Scripturæ loco, ſolet in aliis aperiri, vel ſaltem expoſitionibus Patrum notari.

Vnde ſumitur probatio ſecunda, quia in oratione, quam Dominus docuit ab omnibus hominibus, etiam rudibus & præſcitis faciendam, petunt omnes, vt fiat voluntas Dei. Quare præſciti eo ipſo petent, vt Deus ſibi deneget opportunitatem & abundantiam illuſtrationum & inſpirationum, vtque permittat eos ruere in peccata, obſtinari, atque damnari: & non petent, vt Deus faciat eos implere diuina præcepta. Sequela probatur, quia in verbis quotidie repetendis à quocumque hominum genere, intelligenda eſt vera & propria voluntas, cui ſimpliciter conueniat ratio voluntatis potius, quàm voluntas metaphorica, & impropria, cui repugnet ratio voluntatis ſimpliciter dicta. Quamobrem verba orationis Dominicæ non referentur ad explenda præcepta, & conferenda præſcitis opportuna remedia ſalutis ſi horum non eſt in Deo vera, propria & ſimpliciter voluntas: ſed referentur potius ad illa remedia deneganda, permittendáque peccata, & inferendum æternum ſupplicium: quorum omnium propria, vera & ſimpliciter dicta voluntas eſt in Deo. 10. *Secunda probatio.*

Confirmatur, nam ſi huiuſmodi voluntas ſit metaphorica, & ſecundùm quid; conſequens erit, viam præcludi ſolutioni, qua Proſper diluit decimamſextam obiectionem Vincentianam, quam ſupra diſp. 19. ſectione ſexta retulimus. Proſperi námque ſolutio conſiſtit in voluntate, qua Deus vult nullum hominem perdere, ſed quemlibet ſaluare: quod abſolutè loquendo falſum eſſet; ſi hæc voluntas impropriè, ſeu metaphoricè, atque ſecundùm quid dicitur, nec eſt verè ac propriè voluntas. 11.

Quod ſi obiicias; idem ſequi, etiamſi concedamus, antecedentem eſſe verè, propriè, ac ſimpliciter voluntatem; quoniam alia voluntas conſequens eſt perfectior, & plenior in ratione voluntatis; ſiquidem eſt abſoluta & efficax. 12.

Reſpondetur, & confirmatur noſtra ſententia, quoniam voluntas antecedens prouenit ab innata & intrinſeca Dei propenſione; ideóque multo magis eſt illi grata, quàm voluntas conſequens, cuius obiectum, quantum ex ſe eſt, potuiſſet Deo triſtitiam afferre, ſi foret illius capax, cum ſit contra illius propenſionem, vt partim oſtendimus diſput. 19. ſection. 3. & conſtabit magis diſput. 21. ſect. 1. Quapropter recta ratio diligendi Deum, & nos in Deo, dictat, enixè petendum eſſe *Noſtra ſententia confirmatio.* *Voluntatis conſequentis obiectũ Deo triſtitiã afferret, ſi illius capax foret.*

à Deo, vt efficaciter faciat nos implere illius voluntatem antecedentem, & efficaciter nos contineat, ne materiam miniſtremus illius voluntati conſequenti, quæ noſtris peccatis prouocatur ad obiecta ſibi triſtia, & nobis infœliciſſima. Sed de hac difficultate plura diximus, de reprobatione diſputantes.

Probatio tertia.

13. Vnde ſumitur probatio tertia, quia ſecundùm omnes Theologos, eſt formaliter, propriè, atque ſimpliciter in Deo conſequens puniendi voluntas. Ergo potiori iure in Deo erit formaliter, propriè, atque ſimpliciter antecedens voluntas ſaluandi. Conſequentia probatur, quoniam hæc eſt voluntas primaria, ſed illa ſecundaria; hæc eſt voluntas beneplacens & lætificans; illa habet admixtam diſplicentiam; hæc eſt vehemens Dei concupiſcentia & deſiderium flagrans; illa verò eſt tarda, & quaſi coacta voluntatis attributa ſumuntur ex Chryſoſtomo & Damaſceno, quos retulimus diſput. præcedenti ſect. 2. & 3. & aliis Patribus in hac & præcedenti diſp. citatis & conſtabunt magis ex diſputationibus ſequentibus 20. & 21.

Reprobi tenentur Deo gratias agere.

14. Probatur quartò, quia ſi voluntatis Dei, prout verſatur circa ſalutem reproborum eſt impropria, & metaphorica; vel omnino, vel maxima ex parte debilitatur ratio, qua etiam præſciti tenentur Deo gratias agere, & aliis piis operibus ſuam gratitudinem oſtendere propter infinitam benignitatem, & miſericordiam, qua eorum ſalutem, quantum in ſe fuit, optauit, & procurauit. Vnde etiam nec Deus poterat præſcitis exprobrare ingratitudinem tanti beneficij; ſi non propriè, ſed metaphoricè, atque ſecundùm quid collatum illis fuit, quantum eſt ex parte Dei.

15. Probatur quintò, quoniam non eſt metaphoricus & improprius ille affectus, qui veram efficaciam habet, quod ex ſe eſt; ſed voluntas antecedens eſt efficax, quantum eſt ex parte Dei vt oſtendemus ſect. 12. & 13. Ergo eſt verus & proprius affectus, cui ſimpliciter conueniat ratio volitionis. Poſtremò probari poteſt ex dictis diſputat. 18. ſection. 4. notabili 4. & 5. & concl. 1.

Vltima probatio.

Voluntas antecedẽs rectè appellatur voluntas ſecũdùm quid.

S. Thomas.

16. Secunda concluſio. Voluntas antecedens rectè appellatur voluntas ſecundùm quid, retenta vera & propria ratione voluntatis, ſed aliqua ex parte diminuta, videlicet, ex parte obiecti. In hoc ſenſu antecedentem eſſe voluntatem ſecundùm quid, docent S. Thomas in præſenti q. 19. art. 6. Durand. 1. diſt. 46. q. 1. fine, vbi Carthuſianus q. 1. Ricard. art. 1. q. 1. Maior 2. ſentent. diſt. 37. q. 1. col. penultim. Soto, Corduba, Molina, Valentia, Suarez, & Vaſquez locis citandis ſect. ſequenti pro tertia ſententia, & communiter recentiores, ſiue qui phyſicam prædeterminationem defendunt, ſiue qui refutant.

Simpliciter volumus quod in particulari cum omnibus circumſtantiis volumus.

Simile.

17. Ratio eſt quoniam voluntas fertur in res, prout ſunt in ſe ipſis. Vnde illud ſimpliciter volumus, quod volumus totum, prout exiſtit in particulari cum omnibus circumſtantiis, nulla præciſa abſtractione, nullâve conditione limitatum. E contra verò illud volumus ſecundùm quid, quod volumus ſolummodo ſecundùm aliquam rationem communem, abſtractione præciſam à ſingulari, & à circumſtantiis, & appoſita conditione limitatum. Vnde iudex iuſtus ſimpliciter vult, attentis omnibus circumſtantiis homicidam ſuſpendi; licet alioqui præoptaret, vt ille, homicidium euitando frueretur vita fœlici: ſiue hunc ei affectum moueat conſanguinitatis, vel antiquæ familiaritatis neceſſitudo, ſiue clementia ſola. Hoc tamen fœlicitatis deſiderium eſſet voluntas ſecundùm quid. Ideóque appellatur velleitas, potiùs quàm voluntas; vt dicemus diſp. ſequenti ſection. 4. verſus finem.

SECTIO XI.

Vtrum voluntas antecedens ſit complacentia ſimplex, intendens bonum, quod re ipſa numquam exiſtet.

PRima ſententia aſſerit, voluntatem antecedentem Dei eſſe voluntatem abſolutam & efficacem, quoniam eſt voluntas beneplaciti, & omnis voluntas beneplaciti ſemper ac neceſſariò expletur. Vnde voluntas antecedens ſalutis omnium hominum, etiam reproborum, non intendit gloriam reproborum, neque intendit iuſtificationem eorum, qui numquam iuſtificantur; ſed tantum intendit auxilia, præcepta, ſacramenta, & reliqua omnia, quibus homini confertur facultas conſequendi ſalutem: quapropter hæc voluntas antecedens, quoad omnia, quæ intendit, efficax eſt. Ita docent Scotus Marſilius, Ocham, Gabriel, Heruæus, Maior, Driedo & Caietan. locis citatis in præcedenti ſectione 10. 1.

Tribuitur aliis Scholaſticis, quoniam eam doctrinam, vt ſonat, prius docent. Nihilominus iidem poſtea temperant, concedendo, Deum voluntate beneplaciti velle ſalutem adultorum omnium, ſi per ipſos non ſteterit, & paruulorum, ſi illis applicatus fuerit baptiſmus. Quare videntur admittere veram ſententiam infra dicendam. Ita Albertus 1. p. q. 79. memb. 2. art. 2. in q. incident. & in vltima particula. Alexand. 1. p. q. 36. memb. 2. Eandem doctrinam tradit D. Bonauentura 1. diſtinct. 46. art. 1. q. 1. & diſt. 47. artic. 1. q. 1. qui propius accedit ad ſententiam D. Thomæ, quoniam non ſolum voluntatem conditionalem ſalutis, ſed etiam velleitatem illius concedit, quam ait, non ſemper impleri, quamuis numquam fruſtretur. Vnde ſi non impletur, aliquid intendit, quod non fit, nec exiſtit in rerum natura. Eodem argumento colligo ſententiam eandem ex Durando in diſtinct. 46. q. 1. fine, & diſt. 47. q. 1. quamuis primo aſpectu videatur ſentire idem prorſus, quod Scotus. Driedo in concord. liberi arbitrij cum prædeſt. 1. p. cap. 4. ad 2. quamuis doceat, Deum non velle ſalutem reproborum, ſed tantum media; ſimul etiam interſerit & approbat doctrinam D. Ambroſij & D. Bonauent. de voluntate conditionali, ſi homines velint. 2.

Secunda & ſingularis ſententia Gregorij in 1. diſt. 47. q. vnica in fine docet, voluntatem antecedentem eſſe voluntatem efficacem, non quidem conferendi omnibus hominibus facultatem conſequendi ſalutem (vt prima ſententia aſſerebat) ſed ſolummodo prędeſtinatis conferẽdi gratiã & gloriã: quare ait, voluntatem antecedentem & conſequentem in eo conuenire, quod vtraque eſt efficax: differre vero, quoniã conſequens volũtas, ſupponit cauſam & meritũ ex parte noſtra, ſcilicet, peccatum ob quod punimur; ſed antecedens 3.

cedens voluntas dandi gratiam & gloriam non ſupponit merita ex parte noſtra. Vtriuſque ſententiæ præcipua argumenta ſoluentur infra diſp. 20.ſect.4.& 5.

4. Tertia ſententia probabilior aſſerit, voluntatem antecedentem eſſe voluntatem de bono ſecúdùm ſe præciſo à circumſtãtiis;ac proinde eſſe voluntatem, qua Deus non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid vult ſalutem: ideóque non ſemper impleri. Ita S.Thomas hic artic.6.ad 1.fine. Durand.1.diſt.46.q.1.fine, & diſt.47.q. 1. Carthuſ.diſt.46.q.1.Ricard.diſt.46.art.1.q.1. Soto ad Roman.9.in digreſſione de prædeſtinat. pag. 277.& ſequenti.Cordub.lib.1.q. 56. notabili 1. Molina q.19.diſp.1.artic.6.fol.2.& 3.Valent.q. 19.punct.2.Vaſquez diſp.83.cap.3.& 4.Suarez opuſculo de libertate Dei diſput.1,ſectinn.2.numer.10.

S. Thomas.

Colligitur ſecundò ex omnibus Patribus & Doctoribus, qui ſequenti diſp.20.ſect.1.dicunt, voluntatem antecedentem propterea non impleri, quoniam eſt voluntas conditionata, ſi & ipſi homines velint ſalutem conſequi. Fauent eidem ſententiæ Albertus, Alexander, Bonauentura & Driedo,vt notatum eſt in prima ſententia.

5. Pro cuius explicatione ſit prima concluſio. Voluntas antecedens eſt ſimplex complacentia, ſiue voluntas inefficax,intendens non ſolùm media,quibus confertur poteſtas conſequendi ſalutẽ,ſed etiã intendens verè & ſine metaphora ipſã ſalutem eorum, qui damnandi ſunt in æternum. Hęc aſſeritur à Doctoribus citatis pro tertia ſententia,præſertim Mulina,Vaſquez & Suarez.

Prima concluſio.

6. Probatur primò, quoniam Deus ſine metaphora, reali volitione vult & intendit ſalutem, non ſolùm prædeſtinatorum, ſed etiam reproborum, etiam illorum qui nihil ſupernaturale ſuſcipiunt, vt probatum eſt multis teſtimoniis Scripturæ,& ſanctorum Patrum explicationibus ſupra ſect.1.& multis ſequentibus.Sed hæc volitio non poteſt eſſe efficax, cùm non ſortiatur effectum. Ergo eſt ſimplex & inefficax complacentia.

Confirmatur,quoniam Deus, quod ex ſe eſt, vult ſalutem omnium, etiam reproborum voluntate antecedenti, quæ eſt voluntas de obiecto bono ſecundùm ſe,abſtrahendo à particularibus circumſtantiis: ac proinde Deus per illam non vult ſimpliciter,ſed ſecundùm quid (vt cum Chryſoſtomo, Damaſceno, & D.Thoma oſtenſum eſt,partim in ſect.2.& 3.partim vero præcedenti ſect.9.fine) Ergo hæc volitio eſt inefficax & ſimplex complacentia. Probatur conſequentia, nam per volitionem efficacem obiectum ſimpliciter volumus cum omnibus circumſtantiis particularibus.

Voluntas antecedens, voluntas ſecundum quid.

7. Secundò probatur, quoniam in omni metaphorica locutione, reiecta metaphora, reſtare debet aliquid, quod ſecundùm locutionem propriam ſit verum. Porro metaphoricæ locutiones ſunt,quę Deo punienti dolorem & gemitum tribuunt,Geneſ.6.& Iſaiæ 1. Quare reiecta triſtitia,quæ infinitę Dei fœlicitati repugnat,nihil reſtat, quod ſecundùm propriam locutionem intelligere poſſis commodius, quàm complacentia & inefficax deſiderium, ſed vehementiſſimum, non puniendi homines, prǽoptando vt homines cauendo peccata, ſubtraherent punitionis cauſam: vt fuſiùs oſtendemus diſputat. 21. ſection.1.

In metaphorica locutione reiecta metaphora quid reſtare debeat.

8. Tertiò probatur, quoniam non ſolùm media, ſed etiam ipſamet ſalus & beatitudo reproborum eſt obiectum aptiſſimum diuinæ complacentiæ ſimplicis. Et aliunde hæc complacentia non impedit efficacem voluntatem reprobandi & damnandi. Ergo de facto conuenit Deo talis complacentia ſimplex & inefficax; & illa melius, quàm quælibet alia volitio merebitur nomen voluntatis antecedentis ſaluandi omnes homines.

Simplex complacentia ſalutis reproborum non impedit voluntatem reprobandi.

9. Antecedens probatur,quoniam ſalus & beatitudo Iudæ & cuiuſque alterius hominis reprobandi, eſt bonum honeſtum, per ſe amabile, ex natura ſua cedens in laudem Dei, & in vtilitatem hominis, creati ad imaginem Dei; ergo ex natura ſua eſt obiectum aptiſſimum, vt placeat Deo amatori cuiuſque boni honeſti & ſuæ gloriæ, & amatori ſuæ imaginis. Probatur conſequentia, nam Deus charitas eſt, & omnes prædictæ rationes amabilitatis pertinent ad obiectum proportionatiſſimum charitatis. Quod autem eadem complacentia non impediat efficacem voluntatem reprobandi, vel puniendi in æternum, conſtabit ex ſolutione argumentorum, infra diſputat. 20.ſect.4.& 5.

10. Confirmatur, quia nulla ſufficiens ratio boni obſtare poteſt, vt Deus ab hac complacentia contineat; quin potiùs plurimæ rationes alliciunt ad illam: quoniam commendat valde bonitatem, pietatem, ſuauitatem, ac veritatem Dei erga homines ſine vlla ſimulatione beneuolentiæ, vt ſtatim dicam; & præterea eſt modus volendi valde conformis humanæ libertati,cui certanti Deus proponit palmam, ſi vincat, verè ac ſine ſimulatione deſiderans, vt certans vincat & obtineat palmam, quantum eſt ex parte Dei.

11. Quartò probatur, quoniam, data hac ſimplici complacentia,& deſiderio vero, ac vehementi (quamuis illud ſit inefficax propter dependentiam à libera volitione hominum) planè ac facilè liberantur à fictione & ſimulatione plurimæ inuitationes ad pœnitentiam, & ad æternam ſalutem, quibus omnes, etiam reprobi, inuitantur in Scriptura; & aliæ ſignificationes charitatis maximæ, atque liberalitatis Dei erga reprobos.

12. Confirmatur, quia vix,aut ne vix quidem liberaretur à fraude, ac ſimulata beneuolentia, qui ſubditis leges & præcepta daret, ſub ſpe fœlicitatis, & terrore ſuppliciorum, aut certantibus præmia proponeret; eo tamen animo, quo non vellet, ab eis impleri præcepta, nec obtineri victoriam, & fœlicitatem ac præmia, nec vellet vitari ſupplicia,quantum eſt ex parte ſua. Vrget autem euidentius hoc argumentum in hominibus, qui quandoque ſunt verè iuſti & amici Dei, ſed poſtea peccantes damnantur in æternum. Quia quamdiu iuſti ſunt, & amici, lex amicitiæ ſupernaturalis & ſolidæ, compellit eſt velle bonum, quod eſt ſimpliciter bonum, ſcilicet perſeuerantiam in gratia & vitam æternam. Eadémque lex non patitur eos velle deſerere, niſi prius deſeratur ab illis. Altior autem eſt ratio, quando Deus per Sacramenta, potiſſimum verò per Euchariſtiam, arctiſſimo vinculo iuſtis copulatur, & quoties eos alloquitur, vt pater filium, & ſponſus ſponſam, vt conuiuator conuiuas, vt medicus ægrotum, aliiſque ſimilibus nominibus & affectibus, qui frequenter in ſacris

Lex amicitiæ ſupernaturalis.

ſacris literis afferuntur ad commendandam Dei charitatem erga iuſtos. Idem poſtremò probari poteſt rationibus ſequentis concluſionis, quam in ſequentem ſectionem differo.

SECTIO XII.

Prædicta complacentia non eſt omnino ſimplex, ſed eſt partim efficax.

1. *Secunda concluſio.*
AD temperandam & explicandam priorem concluſionem, probatam in ſectione præcedenti, ſubiungitur ſecunda concluſio. Prædicta complacentia & deſiderium non eſt prorſus ſimplex, ſed partim ſimplex, partim efficax, intelligendo efficaciam non ſolùm comparatione mediorum, ſed etiam comparatione ſalutis & gloriæ cunctorum, etiam præſcitorum. Explicatur & probatur primò, nam complacentia prorſus ſimplex eſt volitio neceſſaria, qua Deo placet omne bonum poſſibile ſupra diſput.6.ſection.4. & ſequentibus. Vnde ſatis conſtat; huiuſmodi complacentiam Dei, verſari circa pœnitentiam, gratiam & gloriam poſſibilem Iudæ, aut cuilibet damnato, etiam poſtquam eſt in inferno: quoniam ſi Lucifer & Iudas in inferno dolerent de peccatis, ſicut oportet, & Deum ſuper omnia diligerent amore ſupernaturali, & Deum viderent, illi actus eſſent optimi & digni diuina complacentia: ideóque nunc etiam Deo placent, vt poſſibiles iidem actus. Atque hoc genus complacentiæ prorſus ſimplicis erga ſalutem omnium hominum, maneret in Deo, etiam ſi nulli hominum concederet vlla remedia neceſſaria ad ſalutem. Eadem verò complacentia poſſet appellari voluntas antecedens ſalutis hominum. Ergo complacentia ſimplex quæ eſt voluntas antecedens ſalutis omnium antequam puniantur in inferno, non eſt ita ſimplex, ſed amplius habet efficaciæ.

Explicatur, & probatur primò.

Simplex complacentia circa reproborũ gloriam poſſibilem.

2. Confirmatur primò, ſicut enim voluntas ſimpliciter efficax ex omni parte dici debet illa tantùm, quæ non modò confert quidquid ex parte ſua requiritur ad effectum; ſed etiam efficaciter præcauet, ne alia voluntas ex ſua parte impediat efficaciam, licet impedire poſſit: ita complacentia partim ſimplex, & partim efficax eſt illa, quæ ex parte volentis & deſiderantis tribuit efficaciter quidquid requiritur ad obtinendum effectum, ita vt per Deum non ſtet, quo minùs ſequatur effectus. Cæterum aliunde non vult maiora & efficaciora media adhibere, quibus hominis libertas impelleretur infallibiliter, vt liberè concurreret. Hæc autem complacentia & deſiderium, non eſt neceſſarium, ſed liberum, & eius efficacia non terminatur ſolummodo ad media, ſed etiam intendit finem, quantum eſt ex parte Dei efficaciter, ita vt veriſſimum ſit, nihil deeſſe volitioni diuinæ, quo minùs efficaciter obtineretur ſalus, ſi homo vellet diuinam voluntatem ſequi.

Cõplacentia partim ſimplex, & partim efficax.

3. Confirmatur, 2. quoniam ſi Iudas de facto pœnituiſſet, ſicut oportet, obtinuiſſétque gratiam & gloriam: hoc bonum fuiſſet magis conforme deſiderio Dei, quam bonum puniendi Iudam. Ergo deſiderium Dei intendebat ipſam ſalutem Iudæ prædicta efficacia partiali: vt magis conſtabit diſp. ſequenti ſect.9.

4. Secundò probatur, quoniam omnia media ſalutis non ſolis prædeſtinatis, ſed etiam præſcitis, Deus concedere voluit; & voluit non materialiter tantùm, ſed etiam formaliter, prout ex ſe ſunt media ſalutis. Ergo voluntas ſaluandi homines etiam præſcitos, fuit efficax, quantum fuit ex parte Dei præcisè. Vim iſtius rationis vrgebimus magis ſequenti diſp.20. ſectione 6. & ſequentibus.

Tertia concluſio, quæ ex præcedentibus infertur. Deus ſimplici complacentia & partim efficaci deſiderio vult ſemper impleri omnia ſua præcepta ab omnibus hominibus etiam reprobis: quoniam hoc eſt obiectum ſecundùm ſe bonum, ad quod Deus confert media, non ficta, ſed vera intentione volens, vt conſequantur effectum. 5.

Neque obſtat prohibuiſſe Deum, quam præceperat, necem Iſaac; quoniam adhuc volebat, approbabátque obedientiam Abrahami, firmámque & efficacem præparationem animi ad interficiendum filium, niſi Deus reuocaret præceptum. Conſonant, quæ diximus diſput.17. ſectioo.1. & 3.

Similiter Deus ſimplici complacentia & efficaci deſiderio vult iuſtificationem iis hominibus, qui nunquam iuſtificantur: vult fidem iis hominibus, qui nunquam credunt, vult baptiſmum iis adultis, qui nunquam baptizantur, vult prædicationem peruenire ad eos, qui numquam audiunt Euangelium. Idémque intellige de omnibus bonis ad iuſtificationem deſeruientibus, in quantum talia ſunt. De paruulis autem ſine baptiſmo decedentibus peculiaris eſt ratio, alibi à nobis explicata. 6.

Ne fortè quis ex dictis inferat, eſſe voluntatem antecedentem quamlibet complacentiam ſimplicem & inefficacem, ſicut Deo placet peccata puniri; aduertat, non ſufficere ad rationem voluntatis antecedentis, quod ſit complacentia ſimplex, niſi ſit de obiecto, cuius bonitas non ſupponat culpam, ſed Deo ſit amabile ſecundùm ſe, vt diximus ſect.9. Quare talis complacentia ſimplex punitionis reducenda eſt ad voluntatem conſequentem, quia ex noſtro demerito ortum ducit; quamuis, ſecundùm phraſim Scholaſticorum, dicentium, omnem voluntatem conſequentem impleri, non poſſit appellari voluntas conſequens, niſi illa ſola quæ fuerit efficax. 7.

Complacentia ſimplex punitionis ad cõſequentem voluntatem reducitur.

SECTIO XIII.

Vtrum voluntas antecedens ſemper impleatur.

AFfirmant Authores citati in ſection.11. pro prima ſententia, quorum fundamenta præcipua diluentur diſput. ſequenti ſec.4. & 5. Nihilominus ſit prima concluſio. Voluntas antecedens Dei non ſemper impletur cumulatè & ex omni parte. Hanc docent omnes Doctores citati in ſect.11. pro tertia ſententia. Ex dictis in ſectionibus præcedentibus euidenter demonſtratur, quoniam Deus voluntate antecedente verè vult non ſolùm poteſtatem & remedia ſalutis, conceſſa præſcitis, ſed etiam vehementer optat ipſam iuſtificationem & gloriam eorum, qui ſua culpa damnantur. Ergo effectus à Deo volitus per iſtam voluntatem, non obtinetur de facto, nec executioni mandatur. Hoc autem ipſum eſt, Dei voluntatem non impleri cumulatè, 1.

Prima concluſio.

Probatur.

cumulatè, & ex omni parte, ſicut impletur voluntas ſaluandi prædeſtinatos.

2. Secunda concluſio. Nihilominus veriſſimum eſt, nihil fieri contra Dei voluntatem antecedentem, eámque non poſſe fruſtrari, aut caſſari, aut impediri (ſi propriè loquendum ſit) ita obſeruauit optimè S. Bonauent. in 1. diſt. 47. art. 1. q. 1.

Explicatur, & probatur primò.

Explicatur & probatur primò, quia, quamuis Patres & Doctores Scholaſtici, quandoque concedant, homines reprobos contra Dei deſiderium reſiſtere in peccatis, & perire ſua ſponte; hæc tamen contrarietas effectus cum voluntate antecedente Dei, eſt contrarietas ſecundùm quid, quatenus obiectum diuinæ voluntatis antecedentis, ſcilicet, iuſtificatio & ſalus horum hominum, eſt contrarium effectui, quem iidem homines in ſe ipſis cauſant, hærendo in peccatis & pereundo. Cæterum hæc non eſt contrarietas ſimpliciter: quoniam voluntas antecedens non voluit ſimpliciter ſalutem & iuſtificationem eorum hominum, ſed tantùm voluit ſecundùm quid, & per ſimplicem complacentiam partim efficacem, partim verò inefficacem, & conditione affectam, vt ex præcedentibus ſectionibus conſtat, & magis conſtabit ex diſput. ſequenti.

3. Confirmatur, quoniam Dei voluntas antecedens non intendit, quod homo manens in peccatis iuſtificetur, & conſequatur gloriam: nec intendit, quod peccatoribus cunctis dentur affluentiſſimæ conſolationes, illuſtrationes & inſpirationes; quoniam non expedit ſecundùm rectam rationem prouidentiæ, omnes homines tanta affluentia, tantáque congruentia donari: ſed intendit voluntas antecedens in primis, vt quibuslibet hominibus conferantur quæcumque ſunt requiſita, vt in eorum arbitrio ſit poſitum actualiter conuerti, vel non conuerti. Inſuper intendit, vt hic homo cum ea menſura mediorum quam de facto accipit conuertatur, ſi velit, cùm poſſit, & iuſtificetur, & conſequatur gloriam. Quare huic intentioni non eſt contrarium, ſi Deus velit hunc hominem damnari in æternum ex ſuppoſitione, quod non vult conuerti.

Exponitur quid voluntas antecedens intendat.

4. Explicatur exemplo, ſi enim Rex præmia proponeret militibus certantibus, deſiderans omnium militum victoriam, & præmium, quod ex ſe eſt: quando poſtea ignauis militibus inferret ſupplicia, nihil faceret, quod eſſet ſimpliciter contrarium ſuæ voluntati antecedenti: quamuis quodammodo eſſet contrarium: quoniam Rex his militibus non voluit præmium, niſi dependenter à victoria liberè obtinenda. Confirmatur, quia non violatur teſtatoris voluntas, ſi denegatur alicui legatum eo quòd ſua culpa neglexerit conditionem implere legato appoſitam à teſtatore; quin potius tunc melius impletur teſtatoris voluntas. Alias Patrum rationes & exempla reperies ſupra diſp. 18. ſect. 2. & 3.

Cõfirmatur.

Voluntas teſtatoris impletur.

5. *Probatur ſecundò.*

Vnde probatur ſecundò, quoniam nihil fit, niſi Deo volente vt fiat, vel volente permittere vt fiat: ſed Deus non poteſt velle, vt fiat, quod eſt ſimpliciter contrarium diuinæ voluntati; neque poteſt velle permittere, vt fiat quod eſt ſimpliciter contrarium: quoniam vellet aliquid contrarium ſuæ omnipotentiæ & dominio. Imo neque vllus homo, retenta aliqua voluntate, poteſt velle, vt fiat, neque velle permittere, vt fiat, quod eſt ſimpliciter contrarium ſuæ voluntatis. Atque inde conſtat non poſſe velle permittere, vt fruſtretur, vel caſſetur ſua voluntas; quoniam fruſtrari & caſſari non poteſt, niſi fiat aliquid quod ſit contrarium ſimpliciter.

Nec Deus, nec homo retenta aliqua voluntate poſſunt velle, quod eſt ſimpliciter contrarium voluntatum.

QVÆSTIO INCIDENS.

SOlet etiam in præſenti diſputari, vtrum præter voluntatem diuinam fieri poſſit aliquid. De quo breuiter dico primò. Peccata fiunt præter voluntatem efficacem, quæ terminetur ad ipſa peccata: quia Deus neque vult fieri peccata, neque vult efficaciter peccata non fieri. Cæterum non fiunt peccata præter voluntatem permittendi peccata. 6.

Prima concluſio.

Dico ſecundò. Bona omnia non fiunt præter diuinam voluntatem, quoniam omnia bona, quę de facto fiunt, Deus vult fieri, ſiue hæc omnia velit per voluntatem prædefinientem illa bona liberè fieri à nobis, ſiue aliqua bona velit per voluntatem ſolummodo ſimplicem & conditionalem, quouſque præuidens noſtram prædeterminationem liberam, efficaciter velit eadem: de quo non eſt diſputandum hoc loco. 7.

DISPVTATIO XX.

Vtrum conditionata ſit antecedens voluntas, & vtrum circa media verſetur formaliter, quatenus media ſunt.

SECTIO I.

Conditionalem eſſe voluntatem antecedentem ſaluandi omnes.

REcolendum eſt quod probauimus diſp. 8. ſect. 7. fuſius autem tomo præcedenti de Scientia diſp. 71. ſect. 9. 10. & 11. volitiones purè conditionales eſſe alienas à ſapientia & prudentia Dei. Quapropter quando audis, voluntatem antecedentem eſſe conditionalem, intellige, mixtè conditionalem, quoniam eſt neceſſariò & eſſentialiter coniuncta cum ſimplici complacentia, & cum volitione partim efficaci, quantum eſt ex parte Dei, ſicut probatum fuit diſp. præcedenti ſect. 11. & 12. 1.

Volitiones purè conditionales abſunt à Deo.

Vnanimis conſenſus antiquorum Patrum, & Scholaſticorum agnoſcit, non eſſe puram & abſolutam à conditione voluntatem antecedentem, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſed affectam eſſe conditione, *ſi voluerint & ipſi*, vel alia æquipollente. 2.

Conſenſus antiquorum Patrum.

Sic enim Ambroſius 1. ad Timoth. 2. ait: *Si Deus, qui omnipotens dicitur, omnes homines ſaluos vult fieri; cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione ſenſus eſt, conditio latet. Unde dicit Petrus Apoſtolus: Omnis Scriptura indiget interpretatione. Vult enim Deus omnes ſaluos fieri: ſed ſi accedant ad eum. Non enim ſic vult, vt nolentes ſaluentur; ſed vult, illos ſaluari, ſi & ipſi velint. Nam vtique qui legem omnibus dedit, nullum excepit à ſalute.* 3.

Ambroſius.

2. Petri 1.

Nunquid

Digitized by Google

Nunquid non medicus idcirco proponit in publico, vt omnes ſe oſtendat velle ſanare, ſi tamen ab ægris requiratur?

4. *Cyrillus Alexand.* Hieronymus 1. ad Timoth. 2. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* explicat, *ſi ipſi tamen vocati Deo conſentire voluerint.* Cyrillus Alexand. lib. 3. in Iſaiam tom. 2. ad illa verba cap. 28. *Diſcite audire.* poſtquam dixerat, Deum velle, omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire (paucis interiectis) ait: *Sumit igitur velut ab his, quæ contigerunt veteribus, imaginem, & figuram auxilij futuri Iſraelitis à Deo, qui ſeruare poteſt, ſi quidem velint Seruatoris noſtri verbis parere.* Vide conditionem, ſub qua poteſt, & ſine qua non poteſt Chriſtus nos ſaluare, intellige autem, de potentia ordinaria.

5. Athanaſ. ſerm. de paſſione & cruce Domini pag. 2. Chriſti Dom. verba de fide interrogantis ſic ponderat. *Quemadmodum factum eſt in cæco: Credis*, inquit, *quod hoc poſſum tibi facere? ad lunati cum ait: quod ſi credideris, fiet. Poſtulat autem id Seruator, non quod alicuius opera, aut miniſteria indigeat: ipſe enim fidei author eſt & ſuppeditator: ſed ne videretur perſonis gratificari, & non annuere fidei, & ne ſi citra fidem reciperent ipſius beneficia, eâdem perfidia & incredulitate amitterent. Vult enim gratiam, quam largitur permanere: & cum medetur, irreciduam eſſe ſuam medelam: præmonuit certè paralyticum: Ecce, inquiens, ſanus factus es, ne amplius pecces. Ac veluti medicus quiſpiam, ingrediens ad ægrotos, primum quærit, an velint curari, ne & ipſe ſatagente & nolente illo, inutilis efficiatur curatio, aduerſante ægroto contra medici artem. Ita quoque Dominus è ſanandis percunctatus eſt, & credentibus gratificatus eſt, vt per fidem gratiam obtinere poſſent.*

6. *Roman. 11.* Eadem conditionalis voluntas colligitur ex Paulo Roman. 11. *Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei. In eos quidem, qui ceciderunt, ſeueritatem; in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu excidêris. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur, potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.* *Magiſter.* Vbi Magiſter ſententiarum ex ſententia Auguſtini, Ambroſij & Aimonis, ſic loquitur: *Dico in te eſſe bonitatē Dei; tamen hac conditione: ſi permanſeris in bonitate, vt ſcilicet, totum Deo tribuas. Alioqui, id eſt, niſi tu permanſeris; & tu ſicut & illi, excidêris à ſancta radice. & ſenties Dei ſeueritatem. Sed & illi: quaſi dicat: Non ſolum tu excidêris, ſi non permanſeris in bono; ſed & illi, id eſt Iudæi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur; & ideo non ſunt deſpiciendi. Dico, ſi non permanſerint. quod vtique poteſt fieri; potens eſt enim Deus inſerere illos iterum.* *Obſerua.* Conditionalem voluntatem videbis hoc loco; ſi obſerues, apud Paulum bonitatem non accipi pro attributo quidditatiuo Dei: nam hoc æqualiter reſpicit omnes homines, & non opponitur ſeueritati, prout accipitur in præſenti. Sed bonitas accipitur pro libera voluntate ſaluandi omnes, quantum ex ſe eſt, ſi non ſteterit per liberam culpam hominum.

7. *Auguſtinus.* Sapienter ergo Auguſtinus contra Adimantum Manichæi diſcipulum cap. 27. tractans prędicta verba: *Alioquin & tu excidêris: & illi ſi non permanſerint in incredulitate inſerentur.* ait: *Simul etiam oſtendit, in noſtra poteſtate eſſe, vt vel inſeri bonitati ipſius, vel excîdi ſeueritate mereamur.* Quam ſententiam defendit Auguſtinus lib. 1. retract. cap. 22. fine. Auguſtinum ſequuntur Magiſter & communiter Scholaſtici 1. diſt. 28. poſt medium.

Rurſus voluntatem conditionalem affirmat Auguſtinus in Enchirid. cap. 104. etiam poſtquam in præcedenti capite negauerat, Deum velle ſaluos fieri alios, vltra eos, qui de facto ſaluantur. Vnde oſtendit, hoc intelligendum eſſe de voluntate abſoluta. Illius verba ſunt: 8.
Quapropter etiam primum hominem Deus in ea ſalute in qua conditus erat, cuſtodire voluiſſet; eúmque opportuno tempore poſt genitos filios, ſine vlla interpoſitione mortis ad meliora perducere; vbi iam non ſolùm peccatum committere, ſed neque voluntatem poſſet habere peccandi; ſi ad permanendum ſine peccato, ſicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum eſſe præſciſſet. Quia verò eum malè vſurum eſſe libero arbitrio, hoc eſt, peccaturum eſſe præſciebat; ad hoc potius præparauit voluntatem ſuam, vt bene ipſe faceret etiam de malefaciente.

Ad probandam eandem conditionem Fulgentius de remiſſione peccatorum lib. 1. cap. 11. adducit illud Iſaiæ 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; ſi autem nolueritis, neque audieritis me, gladius deuorabit vos. Os enim Domini locutum eſt hoc.* & Iſaiæ 30. *Si conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris.* Quibus ſubiungit Fulgentius: *In hoc teſtimonio cōditionali Deus & præcepto vtitur & promiſſo. Dicens quippe: Si conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris; oſtendit, ex conuerſionis conditione promiſſionem ſalutis omnino pendere. Hæc eſt igitur inter Deum, hominémque conditio, inter iudicem, qui ſine iuſtitia, miſericordiámque prærogat; & peccatorem, qui miſericordiam iuſtè iudicantis expectat.* Ergo non ſolùm promiſſio eſt conditionalis, ſed etiam interior actus miſericordiæ, quo Deus vult miſereri peccatoribus, eſt conditionalis volitio, *ſi volueritis & audieritis me.* 9. *Fulgentius.* *Iſaia 1.*

Anſelmus Matth. 6. ad illa verba: *Fiat voluntas tua; duæ ſunt*, ait, *voluntates in Deo; alia miſericordiæ, quæ non eſt cogens, nec aliquid libero arbitrio aufert, qua vult omnes homines ſaluos fieri, quod tamen in libera voluntate illorum poſitum eſt.* & infra: *In terra multi contradicunt voluntati Dei, illi ſcilicet, quæ eſt, ex miſericordia: cum enim vellet prauos etiam ſaluare, ſi vellent; tamen ipſi contradicunt operibus huic voluntati. Orat ergo, vt Deus faciat alios terrenos tales, qui nullo modo voluntati Dei reſiſtunt.* 10. *Matth. 6.*

Non minùs apertè loquitur Beda lib. variarum quæſt. q. 13. in fine dicens: *Ita Deus nobis bona ſua promittit, vt tamen labore noſtro adquirantur. Quod ſi voluerimus ad laborem in omnibus, quæ bene agemus, nobis cooperabitur.* Nobis ergo bona ſua Deus tribuere vult ea conditione, ſi nos voluerimus cooperari. *Beda.*

Conditionale decretum Dei poteſt efficaciter deduci ex Paulo ad Roman. 8. cum ait: *Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus Filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Iam igitur ſumus filij & hæredes, idque teſtimonio diuino confirmatum eſt. Sed quomodo hoc quod iam eſt, poteſt à conditione futura pendere; niſi quia ſumus filij & hæredes non in re, ſed in decreto & promiſſione diuina, conditione tamen adiecta: *ſi compatimur, vt & conglorificemur.* Vbi communiter expoſitores, conditionalem 11. *Roman. 8.*

lem ſenſum eſſe ſupponunt, licet hoc non ſatis exprimāt. Veluti Ambroſ. Chryſoſtomus, Theodoret. Beda ex Auguſtino, Gloſſa vtraque & Lyra in eum locum, Cyprianus lib. 4. epiſt. 1. & lib. 3. ad Quirinum cap. 16. in fine. Caietanus verò ad Roman. 8. ait: *Hanc enim conditionem appoſuit coheredibus Chriſti: vt, ſcilicet, ſint ſimiles Chriſto in vita iſta, qui inſtituti ſunt heredes Chriſti in vita futura.* Et clarius adhuc recentiores alij expoſitores ibi conditionem obſeruant, vt Toletus & Salmeron.

Cyprianus. Caietanus.

12. Poſtremò confirmatur, quia niſi conditionali decreto ſtatuiſſet regnum Saüli vſque in ſempiternum præparare, non potuiſſent verificari verba Samuëlis 1. Reg. 13. *Nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum.* Quod de omnibus reprobis dictum eſt in morali ſenſu: eorum námque typus fuit Saül. Cuilibet autem illorum Deus decreuerat æternum regnum præparare, ſi non tranſgrederetur diuina præcepta. Porrò conditionale illud decretum circa durationem regni Saulis, explicant & defendunt Lyra, & multò melius Abulenſis ibi quæſtione 12.

1. Reg. 13. *Saül reproborum typus.* *Abulenſis.*

13. S. Thomas in 1. diſtinct. 46. quæſt. 1. art. 1. poſtquam in corpore articuli explicuit diſcrimen antecedentis & conſequentis voluntatis diuinæ, ad 2. argumentum, ait: *voluntas antecedens poteſt dici voluntas conditionata, neque tamen eſt imperfectio ex parte voluntatis diuinæ, ſed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumſtantijs quæ exiguntur ad rectum ordinem in ſalutem.* Et in eadem quæſt. 1. art. 4. ad 3. *Mala,* inquit, *culpæ non fieri, vult Deus voluntate antecedente, non autem voluntate conſequente, niſi de illis, quos ſcit mala non velle facere, quia voluntas conſequens recipit conditionem creaturæ.*

14. Enchiridio Colonienſe titul. de Sacramentis pœnitentiæ fol. 99. cap. *His verò*, ait: *Haberent impij, quod ſemper quererentur de ſua imbecillitate, niſi conſtaret, Deum ſemper paratum eſſe, ad infirmitatem noſtram per gratiam ſuam ſubleuandam. modo ipſi inſpiranti obedire, ac iuſtificanti, ac adiuuanti conſentire & obſequi velimus.* Illud *modo* conditionalis dictio eſt.

15. Communiter Scholaſtici perſpicuè tradunt, voluntatem antecedentem ſaluandi omnes eſſe conditionalem, ita vt, quantum eſt ex parte Dei, offeratur gratia cum voluntate dandi, ſi homines velint accipere, Altiſiodoren. lib. 1. ſent. cap. 13. colum. 1. & 2. Albertus 1. part. quæſt. 79. memb. 2. art. 2. in quæſt. incidente, & in vltima particula. Alexander 1. part. quæſt. 36. membr. 2. D. Bonauentur. 1. diſtinct. 46. artic. 1. quæſt. 1. & diſt. 47. art. 1. quæſt. 1. Richard. 1. diſtinct. 46. art. 1. quæſt. 1. Vdalricus in ſumma apud Carthuſianum in 1. diſt. 46. quæſt. 1. vbi idem ſentit Carthuſianus quæſt. 1. fine, approbans ſententiam S. Bonauenturæ, dicens, eſſe communiorem, Gabriel in 1. diſt. 46. notab. 2. & corollario 6. Raynerius in Pantheologia in verbo *liberatio à peccato* cap. 18. ante med. Argentina 1. diſtinct. 47. quæſt. 1. art. 1. fine, Capreolus 1. diſtinct. 45. quæſt. vnica art. 2. conc. 4. fine, Soto ſub dubio ad Rom. 9. in digreſſione de prædeſtinatione pagin. 277. & ſequentibus, Ruardus Tapper contra Lutherum artic. 7. qui eſt de libero arbitrio prope med. §. *Quod autem Pharao*, pagin. 241. alias 334. Driedo de concord. liber. arbit. cum prædeſtinatione part. 1. cap. 4. ad 2. Corduba lib. 1. quæſtionarij quæſt. 56. notab. 1. Bellarmin. tom. 3. lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 5. colum. 2. Molina 1. part. quæſt. 19. diſput. 1. ſolut. 2. & 3. Suarez opuſculo de libertate Dei diſput. 1. ſection. 2. num. 10. Delphinus citatus in ſection. 5. diſputationis præcedentis verſus finem. Colligitur idem ex Durando 1. diſt. 46. quæſt. 1. fine, & diſt. 47. quæſt. 1.

Quinetiam Authores illi, qui videntur exiſtimare, antecedentem Dei voluntatem eſſe à conditione puram, & abſolutam; nihilominùs admittunt in illa ſaltem virtualiter & quidditatiuè imbibitam conditionem. Quemadmodum Scotus 1. diſtinct. 46. quæſt. vnica exiſtimare videtur, eſſe voluntatem à conditione abſolutam: nihilominus in 2. diſtinct. 37. §. *ad ſolutionem iſtorum.* conditionalem eſſe, ſatis apertè ſignificat, verbis, quæ retulimus diſp. 9. ſect. 5. verſus finem. 16.

Similiter Ioannes Maior in 1. diſt. 45. quæſt. 17.
vnica & diſt. 46. quæſt. vnica videtur exiſtimare, eſſe voluntatem à conditione abſolutam: nihilominus in 2. diſt. 37. quæſt. 1. colum. penultima ait: *Deus dicitur velle ſecundùm quid, & quaſi conditionaliter bona, quæ vult ſecundùm velle ordinationis antecedentis, quia quantum eſt de ſe, mallet ea eſſe, quàm non eſſe, niſi ſtaret ex parte voluntatis creatæ liberæ; & ſic vult omnes homines ſaluos fieri 1. ad Timoth. 2.*

SECTIO II.

Conditionale pactum Dei cum hominibus probat, eſſe conditionalem voluntatem antecedentem, ideóque nihil ſaluti repugnans potuiſſe Deum antecedenter velle.

SVppono primò, quod Deus antecedenter, & 1.
non conſequenter voluiſſet aliquid æternæ ſaluti repugnans; ſi non præſuppoſito libertatis exercitio præcognito, nec dependenter ab eo, nec quaſi coactus ab illo, ſua ſpōte voluiſſet permittere peccatum & finalem obſtinationem in illo, cum æterna damnatione, vel decreuiſſet vt fierent materiales actiones peccatorum & multò magis ſi per phyſicam neceſſitatem illas prædeterminaſſet) licet hæc dirigeret ad finem oſtendendæ iuſtitiæ.

Qua voluntate Deus ante exercitiū libertatis præcognitū aliquid æternæ ſaluti repugnãs voluiſſet.

Secundò ſuppono plurima teſtimonia ſacrarum literarum, quibus Deus conditionale pa- 2.
ctum hominibus offert abſque diſcrimine prædeſtinatorum, aut præſcitorum, ſpondens omnibus temporalia & æterna bona, ſi voluerint ſeruare Dei præcepta. Ex quibus illuſtriora ſunt hæc Eccleſiaſtici 15. *Si volueris mandata ſeruare, ſeruabunt te.* Matth. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum,* &c. Et cap. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Iſaiæ 1. *Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis.* Ioan. 8. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* Ioan. 12. *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Apocalyp. 3. *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum,* &c. Præter conditionalia fœdera, conſtituta cum populo Iſraël Exod. 19. Deuteron. 29. & 30. & 2. Paralipom. cap. 15. & Hieremiæ 17. & 18. & Ezechielis 18.

Pactum Dei cum hominibus abſque diſcrimine. *Eccleſiaſt. 15. Matt. 16. & 19. Iſaia 1. Ioa. 8. & 12. Apocalyp. 3.*

3. *Conditionalis pactis continet in Deo voluntatem antecedentē eſſe.* Dico igitur primùm. Ex prædictis promiſſionibus & pactis, oblatis ſub conditione liberæ voluntatis humanæ, concluditur ineſſe Deo voluntatem conferendi ſalutem æternam omnibus, quantum ex ſe eſt, ſub ea tamen conditione, ſi homines voluerint, ſeruauerint, obedierint, &c. *Probatur.* Probatio manifeſta eſt, quoniam ſi talis voluntas, vt minimùm defuiſſet intra Deum; mendacium, aut ſimulata fraus contineretur in exterioribus verbis, ſub conditione promittentibus & fœdus confirmantibus.

4. Dico ſecundò. Deus eſſet tranſgreſſor promiſſionis, & pacti conditionati; ſi non conſequenter ad præuiſum libertatis abuſum, ſed antecedenter voluiſſet ea, quæ numerauimus initio huius ſectionis. *Probatur.* Probatur, quia tranſgreſſor eſt promiſſionis & pacti conditionati, quicumque deliberatè vult, & dedita opera procurat, conditionem non impleri eo fine, vt liber maneat ab obligatione. *Tranſgreſſor promiſſionis, & pacti quis.* Quod ſi Deus antecedenter & independenter à libertatis exercitio præuiſo, voluiſſet permiſſionem peccati, & finalis obſtinationis, voluiſſetque prædeterminare materiales actiones peccatorum, & in æternum punire, prius ratione, quàm eius voluntas eſſet prouocata peccatis, hoc ipſum eſſet deliberatè velle, atque dedita opera procuratē, conditionem ab hominibus non impleri, vt Deus liber maneret ab obligatione conditionalis promiſſionis. Ergo Deus eſſet tranſgreſſor pacti, ſi prædicto modo vellet permiſſionem, & materiales actiones peccatorum, ac punitionem.

5. Maiorem huius argumenti tradunt communiter Doctores, quando diſputant de conditionata obligatione; ac nominatim de voto conditionato Richard. 4. diſtinct. 38. articul. 5. quæſt. 3. latè. Supplement. 4. diſt. 38. quæſt. 1. artic. 3. concluſ. 2. fine, Angelus *votum* 1. num. 10. Sylueſt. *votum* 2. quæſt. 2. part. 2. Tabien. *votum* 2. quæſt. 2. & communiter recentiores, vt Nauar. in manuali cap. 12. num. 42. Palacios in 3. diſtinct. 38. diſput. 1. dub. 3. concl. 5. fol. 838. colum. 1. Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. de voto cap. 6. num. 12. & lib. 4. cap. 17. num. 14. Azor lib. 11. inſtitut. moral. cap. 20. quæſtione vltima, Thomas Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 4. de voto cap. 23. quæſt. vltima num. 47.

6. *Occurritur ſolutionibus.* Confirmatur argumentum, & ſimul occurritur ſolutionibus, quæ poſſent excogitari. Primò enim diceret aliquis, nihil valere argumentum, quod ex noſtris tranſgreſſionibus & obligationibus tentat inferre diuinas: quoniam Deus ſupremus omnium Dominus poteſt liberè plurima, quæ nobis non licent. *Vnde dicta obligatio naſcatur.* Hæc tamen ſolutio refutatur, quia obligatio & tranſgreſſio, de qua in præſenti loquimur, tota naſcitur ex naturali obligatione verificandi propria verba promiſſoria, & implendi obligationem, quam ſibi ipſi impoſuit, qui promiſit; quæ obligatio in Deo eſt tantò excellentior, quàm in hominibus, vt propterea tranſeat in phyſicam neceſſitatem, ita vt Deus, ſicut non poteſt ſe ipſum negare, ita non poſſit non eſſe fidelis, ſtando promiſſis, vt Apoſtolus docuit. *Deus non poteſt non eſſe fidelis.* De quo plura dicemus infrà diſp. 27. ſect. 5. & 6. & tota diſp. 30.

Rurſus falſificari promiſſoria verba, ſi promittens data opera procurat, vt non impleatur conditio, imò nec poſſibile ſit actualiter impleri; hoc non variatur ex ratione ſupremi dominij; ſed regulandum eſt per generales regulas verificandi verba promiſſoria.

Confirmatur ſecundò, quia conditio per Deum appoſita pacto hæc eſt: ſi per homines non ſteterit, quo minus gloriam obtineant, per me non ſtabit. 7. *Conditio per Deum appoſita pacto.* At verò per Deum ſtat, ſi procurat Deus, vt per homines ipſos ſtet, prædeterminando materialem actionem, quam neceſſariò conſequitur malitia, & antecedenter volendo permiſſionem peccati, & obſtinationis, prius ratione, quam ſupponatur hominis culpa, per quam ſtet.

Confirmatur tertiò, quia conditio, intrinſecè includens præuiam actionem perſonæ promittentis, obligat ad procurandam impletionem eiuſdem conditionis. 8. *Conditio intrinſecè includens præuiam actionem perſonæ.* Veluti ſi promittas ſponſalia, ſub ea conditione, ſi tuus Pater conſenſerit; teneris bona fide procurare, vt conſentiat. Quod ſi data opera procures vt non conſentiat, eris tranſgreſſor datæ fidei. At verò conditio, quam Deus appoſuit promiſſioni ſuæ, intrinſecè includit præuiam actionem Dei, qua Deus ex parte ſua conferat ſalutis media. Ergo Deus tenetur bona fide illa præbere. Quod ſi data opera procuret fieri actiones materiales, ex quibus neceſſariò ſequitur æterna mors, & antecedenter vellet permiſſionem peccati, & finalis obſtinationis; eo ipſo tranſgreſſor eſſet datæ fidei & pacti. Hæc omnia robur accipient ex probationibus ſequentis aſſertionis.

Dico tertiò. Si Deus prædicto modo violaret conditionale pactum; eo ipſo teneretur quibuſlibet peccatoribus, etiam obſtinatis gloriam præbere. 9. Probatur, quia quicumque vult & procurat ſuæ obligationis conditionem non impleri; manet obligatus ad ſoluendum, perinde ac ſi conditio fuiſſet impleta. *Probatur.* Quod fundamentum explico & probo de conditione, quæ eſt poteſtatiua, ſeu totaliter, ſeu partialiter; nimirum quia implenda eſt libera poteſtate, & actione honorati, cui poſtquam impleuerit conditionem illam, debetur aliquid ab alio. *Suæ obligationis conditionem non impleri procurans, obligatus manet.* Quod exemplis poſtea ſubiiciendis manifeſtum erit.

Nunc à priori probo, quoniam ſic intellecta maior recipitur à Iureconſultis communiter, non tanquam ius poſitiuum, ſed tanquam iuris naturalis declaratio, nata ex vi verborum & ex naturis rerum. 10. *Maior tanquam iuris naturæ declaratio recipitur à Iureconſultis.* Habet autem ea regula fortiorem rationem, atque vim in oneroſo contractu, quàm in liberali donatione aut promiſſione, aut vltimis voluntatibus: quoniam manifeſtior eſſet inæqualitas, ſi oneroſo contractui conditiones ſimiles apponerentur in eo ſenſu, vt liber maneret ab obligatione ille, cuius fraude impeditur alter, ne conditionem ſibi impoſitam impleret, ac ſubinde ne conſequeretur pretium, aut præmium ex contractu debitum. *Regula vim habet in oneroſo contractu, & donatione gratuita.* Nihilominus in quibuſcumque etiam gratuitis promiſſionibus, donationibus, & vltimis voluntatibus idem præſumitur fuiſſe ſenſus & animus illius, qui ſibi aut aliis impoſuit obligationem. Alioqui foret inutilis, & illuſoria illa gratuita, & liberalis promiſſio, aut donatio. Hinc conſtat etiam in contractu Dei cum hominibus inito, quod partim gratuitum, partim oneroſum eſt, vim hanc naturalem retinendam eſſe, vt ſi Deus procuret conditionem non impleri, maneat obligatus

ad

Digitized by Google

ad reddendam gluriam, perinde ac ſi conditio fuiſſet impleta.

11. *Regula* in iure ciuili.

Confirmatur primò ex regnla in iure ciuili. 1aa.ff. de regulis iuris, cuius verba ſunt: *In iure ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, non fiat, quominus non impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. Quod ad libertates & legata, & ad heredum inſtitutiones perducitur, quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per compromiſſionem factum eſt, quominus ſtipulator conditioni pareret.* Ergo ſi per Deum compromiſſorem factum ſit, quominus homo ſtipulator conditioni pareret, iam conditio habetur pro impleta; proindéque Deus illi gloriam debet. Eadem tegula, eodémque ſenſu retento eum petexigua mutatione verborum habetur lege *Iure ciuili*, de conditionibus & demonſtrationibus.

12. *Lex* in executione 85.§.*finali.*

Confirmatur ſecundò, quia Lex *in executione* 85.§.finali.de verborum obligationibus, ſic habet: *Quicumque ſub conditione obligatus curauerit, ne conditio exiſteret; nihilominus obligetur.*

Regula cùm non ſtat.

Confirmatur tertiò, ex regnla *Cum non ſtat* 66. De regulis iuris in 6. quæ ſic habet. *Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quominùs conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.*

13. *Lex* vter ex fratribus.

Confirmatur quartò ex lege *Vter ex fratribus* ff.de conditionibus inſtitutionum, cuius poſtrema pars ſic habet: *Plerumque hac conditio, ſi vxorē duxerit, ſi dederit, ſi fecerit ita accipi oportet, quod per eum non ſteterit, quo minus ducat, det, aut faciat.* Atqui non obſtat per hominem, ſi per antecedentem neceſſitatem prædeterminatur ad materialem actionem peccati & obſtinationis, decernitúrque illius permiſſio per voluntatem antecedentem, & independenter à præuiſo libertatis exercitio.

14.

Huius generalis regulæ aliqua exceptiones.

Notanda eſt obiter illa dictio, *plerumque*, denotat enim, aliquas eſſe exceptiones huius generalis regulæ. De quibus videri poteſt Philippus Decius regula 121. & Dynus regul. 66. & alij expoſitores in eaſdem regulas iuris Canonici & Ciuilis. Cæterum tes, de qua in præſenti tractamus, nulla exceptione defeodi poteſt, ne comprehendatur ſub prædictis generalibus regulis; quoniam in ea maximè vrget radicalis ratio regulatum, quam ſupta diximus. Quod ex ſequentibus exemplis erit magis apertum.

15. *Emptor compelli poteſt vt emptum accipiat, & pretium reddat.*

Quintò confirmatur, *nam ex vendito agi poteſt* (videlicet, emptorem compellendo, vt emptum accipiat, & pretium reddat) *quaſi impleta conditione, quando per emptorem ſtat, quominus impleatur conditio*: vt habetur l. *Labeo ſcribit*, ff. de contrahenda emptione, cuius regulæ exemplum præmiſerat his verbis: *Si mihi bibliothecam ita vendideris, ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, in quo eam ponerem, & per me ſtet, quominus id à Campanis impetrem, non eſſe dubitandum, quin præſcriptis verbis agi poſſit.* videlicet, me compellendo, vt bibliothecam accipiam, & pretium reddam.

Deus per contractum iuſtitiæ gloriam promiſit.

Cùm igitur Deus per contractum iuſtitiæ commutatiuæ, gloriam promiſerit quaſi pretium & mercedem obſeruantiæ mandatorum, ſub ea conditione, ſi liberum arbitrium locum præbuerit diuinæ gratiæ, & illi cooperari volnerit, conſequens eſt, vt præſctiptis verbis agere poſſit quilibet damnatus, compellendo Deum, vt ſibi gloriam reddat; ſi per Deum ſtetit, quo minus locum ſuæ gratiæ impetraret à libero arbitrio: quoniam voluit per antecedentem neceſſitatem prædeterminare materialem actionem peccatorum & obſtinationis, quibus gratiæ locus negarur.

Confirmatur ſextò, quia ſi ego tibi ſeruum vendidi ſub ea conditione, ſi prius rationes redderer meo arbitrio; & ego potui rationes accipere, & non accepi, eo ipſo impleta eſt emptionis conditio, vt tenear tibi ſeruum tradere. Quod expreſsè decernitur leg. *hac venditio* ff. de contrahenda emptione. Quanto fortior erit in me ratio obligationis tradendi ſeruum; ſi deliberata & affectata volnntate per me poſita fuerint impedimenta, ex quibus neceſſariò ſequutum fnerit, vt ſeruus non reddat rationes, & eo animo poſuerim, ne ſeruum tradam: Prudens lector applicet inſtituto præſenti. 16.

Confirmatur ſeptimò, quia ſi teſtator legat ſeruo ſuo libertatem, aut fundum ſub conditione, ſi decem dederit hæredi, & per hæredem ſtat, quominus recipiat; conditio habetur pro impleta, & ſernus obtinet libertatem, & quilibet legatarius obtiner legatum: vt expreſsè decernitur C.de conditionibus inſertis, l. finali, & ff.de ſtatu libert.lege 3.in princip.& in fine. Similitérque *Si ita heres inſtitutus ſim, ſi decem dedero: & accipere nolit, cui dare iuſſus ſum, pro impleta conditione habetur.* Verba ſuor legis *Si ita* ff. de conditionibus inſtitutionum. 17.

Lege finali, ff. de ſtatu libert.

At verò Christus Dominus teſtamento nobis reliquit gloriam, tanquam cohæredibus, ſub ea conditione, ſi obedientiam dederimus. Quod ſi Deus efficaci & abſoluta voluntate recuſat accipere obedientiam alicuius hominis, & ea intentione prædererminat materiales actiones peccatorum, decernírque permittere finalem obſtinationem ea intentione, vt gloriam deneget & in æternum puniat: iam Deus hæreditatem debet perinde, ac ſi fuiſſet impleta cōditio.

Christus Dominus teſtamento nobis tanquam cohæredibus reliquit.

Octauò idem argumentum ſumi poteſt ex lege *Vter ex fratribus*, ff. de condition. inſtitut. vbi hæres inſtitutus ſub ea conditione, ſi Mariam duxerit, Maria recuſante matrimonium contrahere cum illo, conſequitur ſuam hæreditatem, perinde, ac ſi Mariam duxiſſet. Atque idem prorſus de fœmina hærede ſub conditione, ſi nupſerit Petro, traditur expreſsè leg. 1. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus & l. 1. C. de his quæ ſub modo. Et vterque caſus ſimul de viro & fœmina traditur fuſius leg. *in teſtamento* la 2. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. 18.

Hæres inſtitutus ſub conditione, ſi Mariam duxerit.

Nonò, Si tibi legatum aut hæreditas relicta ſit ſub ea conditione, ſi ſtatuas in municipio poſueris, ſi paratus ſis ponere, & locus tibi à municipibus non detur; hæreditas tibi vel legatum nihilominus debetur, vt expreſsè decernitur l. *Titius ſi ſtatuas*, ff. de conditionibus & demonſtrationibus. Plures tandem caſus prædictis ſimiles reperiuntur in iure ciuili: vt l. *Multa.* ff.de conditionibus & demonſtrationibus, & in authent. *vt actione inſtante*, &c. collatione 7.titul.5. cap.a.& l. *Hac venditio*, ff. de contrahenda emptione. & l. *ſed ades*. §.finali & l. *qui operas*. ff.locati, & conducti. & l.1.§. *Diuus*. ff.de extraordinaria cognitione. & l. *Mania*. ff.de annuis legatis. & l. 3.C.de conditionibus inſertis. & l. *Turpia* §. 2.ff.de legatis 1. 19.

Theologos & vtriuſque iuris Doctores, qui communi conſenſu ita exiſtimant, non refero; 20.

quoniam facilè poterunt inueniri, ſiue dum exponunt leges ſupra citatas, ſiue dum diſputant de conditionibus appoſitis contractibus, votis, promiſſionibus, ſponſalibus, matrimoniis, teſtamentis, aliiſque verborum obligationibus.

Refutatur.

21. Reſpondebit fortè aliquis, prædictas leges eſſe humanas, ideóque nullam ex illis obligationem imponi voluntati diuinæ. Cæterum non ſatisfaciet: quoniam prædictæ leges non ſunt poſitiuæ, hoc eſt prouenientes à libera voluntate legiſlatoris; quin potius proficiſcuntur ex intima quidditate veracitatis ſeruandæ in promiſſione, pacto, & conditione appoſita; ideóque à Iureconſultis traduntur, quaſi naturalis iuris declarationes. Quapropter Deus maiori & altiori obligatione tenetur ad illas ſeruandas propter fundamenta, quæ poſuimus ſupra poſt ſecundam aſſertionem.

SECTIO III.

Præcedentium argumentorum ſolutiones refutantur, & oſtenditur explicitam eſſe conditionem ſupradictam.

Dupliciter vis argumentorum effugitur.

1. DVas in partes diuiduntur Authores contrariæ ſententiæ, per quas vim præcedentium argumentorum effugiant. Illi námque qui vident, negari non poſſe voluntatem Dei eſſe conditionalem; apponunt diuino fœderi conditionem falſam, vt veram excludant. Alij verò diffitentur, Dei voluntatem eſſe conditionalem.

2. Priorem ſoluendi rationem ſequuntur, qui dicunt voluntatem antecedentem importare formaliter in Deo actum conditionatum, quo vellet ſalutem omnium, niſi ex hoc impediretur pulchritudo vniuerſi & bonum vniuerſale diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ. Atque id ſanè reuocari potuiſſet ad conditionem veram, niſi poſtea probantes hanc concluſionis partem, inferrent conditionem, quæ includitur in voluntate antecedente, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, non eſſe iſtam, ſi ipſi voluerint, aut per eos non ſteterit.

Conditio ponitur expreſsè à Patribus.

3. Hæc ſolutio refutatur primò, quoniam conditio, *ſi voluerint, aut per eos non ſteterit*, ponitur expreſsè à pleriſque Patribus & Scholaſticis citatis in ſection. 1. & implicitè atque virtualiter continetur in doctrina omnium Sanctorum Patrum & Scholaſticorum, quos tota præcedenti diſput. retulimus. At verò iſtius conditionis, quam apponit prædicta ſolutio; nullus inuenitur Author, ſiue inter Patres, ſiue inter antiquiores Scholaſticos. Quamuis enim fateantur omnes, ad permittendam culpam & æternam damnationem multorum hominum fuiſſe rationem vniuerſale bonum diuinæ iuſtitiæ & miſericordiæ: hoc tamen non eſt conditio appoſita pacto & promiſſioni.

4. Refutatur ſecundò, nam plurima teſtimonia Scipturæ ſacræ conditionem conferunt in arbitrium hominis, videlicet, ſi voluerit, ſi fecerit, cuiuſmodi eſt illa celebratiſſima Eccleſiaſtici 15. *Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te.* Ioan. 14. *Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Ioan. 8. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* & alia eiuſmodi plurima, quæ retulimus ſub initium præcedentis ſectionis.

Eccleſiaſt 15. Ioannis 14. Ioannis 8.

Confirmatur, nam qui fideliter, & ex animo promittit; verè vult opere complere id ipſum, & eodem modo, quo promittit. Sed in plurimis locis Scripturæ ſacræ Deus promittit æternam vitam ſub conditione noſtræ volitionis & cooperationis; ergo verè vult opere complere æternam vitam ſub conditione noſtræ volitionis, & cooperationis.

Cõfirmatur.

Refutatur tertiò, quia licet Deus antecedente voluntate, verè, realiter & propriè voluerit, quantum ex ſe eſt, omnium hominum ſalutem, etiam præſcitorum; non impeditur vniuerſale bonum diuinæ iuſtitiæ, ac miſericordiæ, nec impeditur vniuerſi pulchritudo, vt conſtat ex tota fere diſputatione præcedenti, præſertim ſection. 4. Ergo ſine ſufficienti ratione conditionem illam apponeret: ſi non impeditur vniuerſale bonum iuſtitiæ & miſericordiæ. 5.

Vniuerſale bonum iuſtitiæ, & miſericordiæ non impeditur.

Refutatur quartò, quoniam ſi homo iſte, qui eſt præſcitus, Dei legem impleret, & obtineret vitam æternam, non impediretur, ſed potius perficeretur pulchritudo vniuerſi, & bonum vniuerſale diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ. Ergo ſi Deus antecedenter voluerit & procurauerit ſupradicta impedimenta ſalutis; per Deum ſtabit, quominus impleatur prædicta conditio de pulchritudine mundi, & boni vniuerſali iuſtitiæ & miſericordiæ. Quapropter Deus teneretur gloriam reſtituere damnatis: quoniam vires ſuas recuperarent argumenta poſita in ſect. præcedenti. 6.

Refutatur quintò, quoniam illa conditio pulchritudinis vniuerſi, & boni vniuerſalis iuſtitiæ ac miſericordiæ, vel pendet præciſè atque merè ex arbitrio Dei, vel eſt mixta & dependens ſimul ex arbitrio voluntatis humanæ. Si merè atque præciſè pendet ex arbitrio Dei; perinde erit, ac ſi Deus diceret: Si ego voluero, dabo tibi gratiam & gloriam; ſi noluero, non dabo. Hoc autem genus promiſſionis & pacti eſt nullius prorſus vtilitatis, & obligationis; & ea propter indignum eſt homine liberali & prudente; nedum infinita Dei liberalitate: vt fuſius notauimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 3. ſect. 5. Si verò prædicta conditio eſt mixta & dependens ſimul non ſolùm ex arbitrio Dei, ſed etiam ex arbitrio voluntatis humanæ; conſequens eſt, Deum virtute illius conditionis teneri talem voluntatis affectum habere, totámque prouidentiam ita diſponere, ne per Deum apponantur impedimenta ſupradicta bonæ voluntatis humanæ. 7.

Poſteriorem ſoluendi rationem ſequuntur, qui diſſitentur, Dei voluntatem eſſe conditionalem. Hæc ſolutio non indiget aliis impugnationibus, præter eas, quæ verſantur in conditione probanda ſupra ſect. 1. & 2. Nunc ſufficiat obiicere inconſequentiam, ratione cuius partes iſtius ſententiæ non bene inter ſe cohærere videntur, ſed potius præpoſterum ordinem ſeruare. Nam illius Authores introducunt in Deum volitiones merè conditionatas, quæ nullo modo includuntur in aliquo abſoluto, & efficaci decreto, pertinente ad regimen vniuerſi, ſed ſolummodo decernunt de rebus nunquam creandis, cùm tamẽ apud antiquos Patres, & Scholaſticos non poſſit oſtendi illarũ expreſſa mentio, & videatur potius eſſe ſuperfluas; ſiquidẽ neque ad intrinſecam Dei perfectionẽ conferre poſſunt, neque ad 8.

Inconſequentia ratio obiicitur.

Volũtas merè conditionata ſuperflua.

gubernа

gubernationem creaturatum:vt oſtendimus ſupra diſp.8. ſect.7.¹& fuſius præcedenti tomo de Scientia diſp.71.ſect.9.10.& 11.

9. E contra verò Doctores iidem refutant volitiones mixtè conditionales, videlicet, illas, quæ continentur neceſſariò in decreto abſoluto & partim efficaci:perfectéque diſponente regimen vniuerſi. Cuiuſmodi eſt volitio cooditionata concedendi gloriam Iudæ,ſi perſeuetaret in gratia vſque ad mortem. Quæ volitio includitut in vniuerſali decreto abſoluto & efficaci concedendi gloriam omnibus hominibus, qui in gratia deceſſerint, & concedendi omnibus peccatoribus pœnitentiæ locum, & remedium ſalutis; quam conditionalem voluntatem expreſsè teſtantur Patres & Scholaſtici citati ſect.1.

10. *Recentiorum placitum.* Docti recentiores exiſtimant,in voluntate antecedente conditionem non eſſe adiectam formaliter, & explicitè; ſed tantum virtualiter & implicitè, quatenus talis eſt abſoluta complacentia Dei circa hominum iuſtificationem & gloriam; vt ex illa complacentia ſequeretur in Deo volitio efficax noſtæ iuſtificationis, & ſalutis, niſi hominum libera volnnras obſtaret. Et ſane quod attinet ad vtilitatem hominum, & ad excludendam antecedentem voluntatem impediendi ſalutem modo ſuperius explicato, parum intereſt vtrum formaliter & expreſsè conditionalis ſit; vel virtualiter ſolummodo, atque implicitè. Quoniam argumenta omnia,quæ in vtraque ſect. præcedenti ſumuntur ex ratione conditionis, eandem vim retinent, ſiue conditio fuerit formalis, & explicita; ſiue virtualis & implicita. Hæc autem ratio fuit, ob quam Doctores aliqui in fine ſect.1.citati, de antecedente voluntate nunc tractent, quaſi de abſoluta, nunc verò,quaſi de conditionali.

11. *Præcedentium argumentorum vis manifeſtatur exemplo.* Quod autem argumenta omnia, poſita in præcedentibus ſectionibus, eandem vim retineant, etiamſi conditio fuerit virtualis & implicita,manifeſtari poteſt exemplo.Nam poſſibilitatis conditio virtualiter & implicitè claudirur in quocumque contractu, ac proinde etiam in venditione,& emptione. At verò ſi venditor penes ſe retinuerit ſeruandam rem, quam vendidit:atque illam tradiderit irrecuperabiliter alteri perſonæ contra voluntatem emptoris,vel ad Indos tranſmiſerit,vel conſumpſerit,vel ſua negligentia perire permiſerit;contra venditionis contractum peccat,& reſtituere tenetur. Quodcùm ſit manifeſtum,non indiget maiori confirmatione. Sic ergo quamuis conditio liberæ volitionis creatæ,non formaliter, ſed implicitè & virtualiter contineretur in volitione diuina; vim ſuam retinerent rationes poſitæ in ſect.1.& 2.

12. Cæterùm perfectio maior eſt,ac proinde concedenda Deo explicitè ac formaliter velle totum,quod ſignificatur his propoſitionibus: *Placet mihi iuſtificatio & ſalus omnium hominum*, volendo hoc de ſingulis hominibus in particulari. *Volo vt,quantum ex mea parte eſt, nihil antecedenter impediat iuſtificationem & gloriam,etiam à præſcitis obtineri. Volo permittere, vt mihi reſiſtant,ſi voluerint.Volo,quantum ex me eſt,efficaciter dare iuſtificationem, & gloriam omnibus, etiam reprobis,ſi illi non reſtiterint meis auxilijs.*

* * *

SECTIO IV.

De imperfectionibus, quas præſeferre videntur volitio inefficax,& à conditione ſuſpenſa: diluuntur obiectiones.

Contrariæ ſententiæ quædam argumenta ſoluta ſunt alibi,vel inferius erunt ſoluenda, quædam enim argumenta immediatè diriguntur ad probandum, quod diuina voluntas totaliter præcedat noſtras voluntates, ita nullo modo illas expectet. Hæc autem ſoluta ſunt alibi. Alia verò argumenta immediatè atque directè contendunt, applicationem Dei ad concurrendum cum libero arbitrio, fore confuſam, cæcam & fortuitam, ſi penderet à conditione; dummodo liberum arbitrium voluerit. Nihilominus hanc illationem eſſe nullam oſtendemus infra diſputatione 45. & ſequentibus. 1.

Præſentis autem inſtituti propriæ videntur eſſe obiectiones ſequentes. Prima eſt. Inefficacia voluntatis eſt imperfectio: ergo nulla volitio Dei eſt inefficax. Confirmatur, quia deſiderium rei non obtinendæ ex natura ſua aptum eſt contriſtare & affligere deſiderantem. 2. *Prima obiectio.* *Confirmatio.*

Reſpondetur.Inefficacia eſt imperfectio quando prouenit ex impotentia voluntatis. Cæterum quando voluntas potuiſſet, ſi vellet efficaciter conſequi quodcumque obiectum, & tamen non vult illud efficaciter conſequi, ſed tantum deſiderare illud inefficaciter; tunc potiùs eſt perfectio voluntatis, & dominium ſupra ſe ipſam, & ſupra ſuam potentiam. *Inefficacia ex impotentia voluntatis.*

Confirmatur, quoniam velle non producere alios mundos, non eſt imperfectio, ſed potius perfectio: ergo ſimiliter velle non producere efficaciter actiones liberas,ſed tantum præbere concurſum ad illas ſufficientem, non erit imperfectio. Ad confirmat. reſpondetur, ſi res deſiderata non obtinetur propter defectum potentiæ, aut ſi res deſiderata auget aliquo modo fælicitatem voluntatis deſiderantis; tunc eam rem non obtinere ex ſe poteſt contriſtare & affligere. At Deo neque potentia deficit, vt obtineat, neque ex conſequutione rei deſideratæ augetur vllo modo Dei fœlicitas. *Cõfirmatur.* *Ad cõfirmationem reſpondetur.*

Secunda obiectio eſt,quia conditionalis volitio eſt propria voluntatis,quæ non poteſt conſequi illud bonum ſine conditione appoſita:ſicut conditionalis volitio retinendi merces in tempeſtate, eſt propria voluntatis, quæ non poteſt vitare naufragium, niſi iactura mercium facta. Confirmatur, quia voluntas illa mercatoris ſeruaret efficaciter merces, ſi poſſet citra periculum, vel incommodum, & difficultatem. Deus verò citra periculum, incommodum, & difficultatem potuiſſet omnes homines ſaluare; ſi vellet. Ergo neque voluntate conditionali vult illorum ſalutem. 3. *Cõfirmatur.*

Reſpondetur negando primum antecedens. Quamuis enim voluntas ſit omnipotens,& poſſit ſine conditione appoſita obtinere tale bonum; nihilominus ſapientiſſimè ac potentiſſimè vtitur volitione conditionata, quando aliud maius bonum incompoſſibile amatur volitione efficaci,quod à prædicta conditione dependet.Maius autem bonum melior adminiſtratio vniuerſi, & 4.

illuſtrior oſtenſio diuinæ iuſtitiæ ſimul, & miſericordiæ requirit omnium ſalutem amari, quantum eſt ex parte Dei efficaciter, nec paritur per antecedentem Dei voluntatem ſalutis impedimenta decerni, & procurari: ſimul autem requirit, multos homines ita ſuo arbitrio relinqui, vt permittantur, ſi velint prædictæ Dei voluntati reſiſtere. Quoniam igitur hoc maius bonum efficaciter à Deo volitum contradictionem implicat cum ſalute eorumdem hominum efficaciter volita; ideo Deus ſapientiſſimè ac potentiſſimè volitioni ſuæ conditionem apponit, pendentem ab hominum arbitrio. Hæc enim volitio ſatisfacit naturali propenſioni, ac beneuolentiæ, quam erga homines etiam reprobos abſque ſimulatione profitetur.

Cur Deus antecedenti voluntati conditionem apposuit.

5. Confirmatur exemplo humanæ voluntatis Christi Domini cui non deerat potentia euitandi mortem, ſecundùm illud Matth. 26. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* & Ioan. 10. *Ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me; ſed ego pono eam à me ipſo.* Cæterum non volebat efficaciter vitare mortem, vt implerentur Scripturæ, quoniam ſic oportet fieri, ſcilicet, ad Dei gloriam, & hominum redemptionem. Habuit ergo volitionem inefficacem ſine defectu potentiæ, vſque adeo, vt quamuis Pater æternus præceptum reuocaret; humana voluntas eligeret mortem efficaciter, ob maiorem Dei gloriam & hominum vtilitatem. Inde conſtat ſolutio confirmationis. Deus enim non ſaluaret omnes homines efficaciter citra iacturam prædicti maioris boni.

Chriſtus potuit vitare mortem. Matth. 26. Ioannis. 10. Conſtat confirmationis ſolutio.

6. Tertia obiectio ſumitur ex præcedenti ſolutione, quoniam repugnantia volitionum eſt imperfectio. Hæc autem repugnantia datur, ſi Deus volitione inefficaci & conditionata vult ſalutem eorum hominum, quos efficaci voluntate reprobat, & damnat. Ergo Deus non habet hanc volitionem inefficacem & conditionatam. Reſpondetur. Repugnantia volitionum, quæ ſimpliciter & abſolutè eſt repugnantia, eſt imperfectio. At verò inter prædictas volitiones Dei, non intercedit repugnantia, niſi ſecundùm quid: quoniam ſalus reproborum non eſt volita ſimpliciter, ſed ſecundùm quid tantum, hoc eſt abſtrahendo à libera reſiſtentia reproborum. Damnatio verò eſt volita ſimpliciter, ſuppoſita libera reſiſtentia reproborum.

Reſpondetur. Inter prædictas volitiones Dei repugnantia ſecundū quid.

7. Quarta obiectio eſt, quia ex dictis ſequitur, diuinæ volitioni admiſceri inuoluntarium ſecundùm quid. Sequela probatur, nam volitio puniendi hunc hominem eſt ſecundum quid inuoluntaria Deo: ſiquidem Deus ſimul habet volitionem antecedentem, qua ſecundum quid vult eumdem hominem non punire. Confirmatur primò, quoniam illud eſt iouoluntarium, quod eſt ab extrinſeco contra innatam inclinationem. At verò eiuſdem hominis peccata, quæ Deus vult non committi, Deum compellunt, vt puniat, cum Deus à ſe ipſo deſideret non punire. Ergo habet hoc admixtum aliquid inuoluntarij.

Confirmatur primò.

8. Confirmatur ſecundò, quoniam aliqua incompoſſibilitas eſt inter hæc obiecta à Deo volita: & hæc incompoſſibilitas eſt, veluti quædam vis illata diuinæ voluntati, quæ ſecundùm quid compellit. Confirmatur tertiò, quoniam peccatum verè eſt Deo inuoluntarium, non ſolùm negatiuè, ſed etiam poſitiuè, quippe quod odio poſitiuo proſequitur. Ergo quæ non ſunt bona, niſi peccato præſuppoſito, habent admixtum inuoluntarium, quo Deus præoptat, non dari peccatum, quod ad ea bona compellat. Confirmatur quartò, nam hoc inuoluntarium ſecundùm quid ſignificare videntur Scriotura teſtimonia, quæ dolorem & gemitum Deo tribuunt, quando punit.

Confirmatur ſecundò. Confirmatur tertiò. Confirmatur quartò.

9. Conſequens autem eſſe falſum probatur, quia inuoluntarium diuinæ voluntati, neque admiſcetur ratione ignorantiæ, neque ratione imperfectæ conſiderationis actualis, neque ratione paſſionis, neque ratione coactionis extrinſecæ aut metus, neque ratione malitiæ, vt creatis voluntatibus contingit. Ergo neque ſecundùm quid inuoluntarium admiſceri poteſt volitioni diuinæ.

10. Reſpondeo, & dico primò. Inuoluntarium ſecundùm quid admiſcetur diuinæ volitioni, quando eius obiecto admiſcetur aliquid mali ſecundùm quid. Tunc enim non ex defectu voluntatis, ſed ab exigentia obiecti, & à præſcripto rectæ rationis prouenit, quod miſceatur aliquid inuoluntarium ſecundùm quid. Nam ſicut bonum debet eſſe voluntarium, ita malum admixtum debet eſſe inuoluntarium. Quapropter diuinæ volitioni puniendi reprobos, miſcetur inuoluntarium ſecundùm quid, quoniam ſupplicio reproborum admixta eſt malitia ſecundùm quid, quæ eſt priuatio gratiæ & gloriæ, quam Deus ex ſe proſequitur odio, ſicut amat oppoſitum bonum. Hæc admixtio inuoluntarij commendat maximè diuinam voluntatem à bonitate & clementia, eſtque digniſſima Deo. Atque hanc probant optimè præcedentia argumenta, & eam probabimus ſequenti diſp. 21. ſect. 2.

Dico primò. Inuoluntarium ſecundùm quid in diuina volitione.

11. Dico ſecundò. Circa obiectum proprium diuinæ voluntatis, quod eſt bonum præciſum ab omni malitia, nullo modo poteſt inuoluntarium admiſceri. Probatur, quia neque propter obiectiuam mixtionem mali cum bono, neque ratione ignorantiæ, inconſiderationis, paſſionis, coactionis, metus, aut contrariæ volitionis malæ, vel bonæ, nec alia ratione, quæ poſſit probabiliter excogitari, poteſt inuoluntarium admiſceri.

Probatur.

12. Quinta obiectio ſic ab aliquibus proponitur, quoniam Agatho in epiſtola decretali, quæ refertur in ſexta Synodo Conſtātinopolitana actione 4. dicit, Chriſtum Dominum habuiſſe duas voluntates, diuinam, ſcilicet, & humanam; inter quas hæc aſſignatur differentia, quod voluntas diuina Chriſti ſemper impletur, non autem humana, vt patet quando Marci 7. *Voluit latêre & non potuit.* Ex quo deſumitur argumentum. Si in Deo eſſet formaliter velleitas, ſeu conditionalis voluntas, differentia aſſignata inter voluntatem diuinam & humanam Chriſti Domini, eſſet nulla. Etenim voluntas humana Chriſti abſoluta ſemper fuit impleta; non autem voluntas conditionalis, vt quando dixit: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Si autem in voluntate diuina reperitur formaliter velleitas, ſeu conditionalis voluntas; eodem modo voluntas diuina Chriſti, quando eſt abſoluta, ſemper impletur, non autem conditionalis.

Agatho in epiſtola decretali. Marci 7.

13. Reſpondetur. Non in eo præcisè diſcrimen vtriuſque voluntatis conſtituit Agatho, quoniam humana Chriſti Domini voluntas non

Diſcrimē inter humanā & diuinam Chriſti voluntatem.

ſemper

ſemper impletur; ſed præcipuè in ratione, propterquam non impletur, & ipſa bumana voluntas nolebat impleri, videlicet propter ſubordinationem ad voluntatem diuinam, cui, licet per impoſſibile voluiſſet, reſiſtere, non poſſet. Eſt autem contraria ratio, vt conditionalis Dei voluntas non impleatur, videlicet, ex eo præcisè, quod ipſa vult non impleri, niſi poſita conditione. Vnde quando non fit, quod vult, impletur melius, quam ſi fieret abſque requiſita conditione: vt vidimus præcedenti diſp. 19. ſect. 13.

14. Prædictam verò ſubordinationem humanæ voluntatis ad diuinam fuiſſe rationem diſcriminis, datam ab Agathone, conſtat ex toto illius epiſtolæ contextu, præſertim in verbis, quæ tanguntur in argumento, quorum hic eſt contextus. *Ioan. 6.* *Et vt homo dicit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui me miſit.* *Marc 9.* *Ioan. 4.* *Et nolebat per Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere: & iterum: Surgens venit in partes Tyri, & ingreſſus in domum noluit aliquem ſcire, & non potuit latere.* *Ioan. 7.* *Marc. 7.* *Ergone ille omnium conditor ac redemptor, de quo dicitur: Omnia, quæ voluit Dominus, fecit in cælo & in terra: cuius velle hoc eſt, quod poſſe, &c.* *Pſalm. 134.*

15. Sit obiectio ſexta, quoniam conditionata volitio eſt, quam appellare ſolemus *velleitatem*, velleitas autem foret imperfecta, nam illius virtute Deus non diceret: Volo ſalutem omnium, etiam reproborum, ſed tantum apud ſe diceret; Vellem illorum hominum ſalutem ſi mihi non reſiſterent. *Cõfirmatur.* Confirmatur, nam velleitas eſſe videtur propria voluntatis ignauæ, quæ vellet ſibi bonum aliquod obuenire ſine labore & expenſis.

16. *Dico primò.* Reſpondeo & dico primò. In Deo voluntatem antecedentem eſſe velleitatem, rectè concedit D. Thom. art. 6. ad 1. D. Bonauent. 1. diſt. 46. art. 1. quæſt. 1. & diſt. 47. art. 1. quæſt. 1. Richard. 1. diſt. 46. art. 1. quæſt. 1. Soto ad Rom. 9. in digreſſione de prædeſtinatione pagin. 277. & ſequenti. Cordub. lib. 1. quæſtionarij quæſt. 56. notab. 1. Molina in præſenti quæſt. 19. art. 6. diſp. 1. fol. 2. & 3. Suarez opuſculo de libertate Dei diſp. 1. 1. ſect. 2. num. 10. *D. Thom.* *D. Bonauent.*

Probatur. Probatur, quia velleitas appellatur volitio, per quam obiectum volumus non totaliter, & abſolutè, ſed ſecundùm quid, & ſub conditione. Huiuſmodi autem eſt voluntas antecedens.

17. Dico ſecundò. Ex ſupradictis ſequitur, non ita velleitatem in Deo eſſe, quaſi modo de facto nõ poſſit Deus affirmare: *Volo ſalutem hominum, etiam eorum, quos præſcio reſtituros; ſed tantum poſſit affirmare: vellem ſalutem hominum, etiam præſcitorum, ſi ipſi mihi non reſiſterent.* Nam hæc ſecunda propoſitio, non ſignificat voluntatem, quæ actu exiſtat in Deo, ſed quæ exiſteret in tali caſu. Attamen in Deo actu exiſtit prædicta volitio ſalutis reproborum. Vnde optimè & veriſſimè Deus affirmat: volo ſalutem omnium.

18. *Velleitas, quæ non vult ex parte ſua præſtare, quæ præſtari requiritur propria voluntatis ignauæ.* Dico tertiò. Velleitas, quæ non vult ex parte ſua præſtare, quæ præſtari requirit illud bonum, quod per eam eſt volitum, illa videtur eſſe propria voluntatis ignauæ, ſicut in confirmatione dicitur. Sed aliter ſe habet Dei velleitas: vt ex dictis conſtat.

19. *Velleitas verbo ſubiũctiui ſignificatur.* Sed inſtat ſeptimò Gregorius 1. diſtinct. 47. quæſt. vnica poſt med. quoniam velleitas non ſignificatur verbo indicatiui, ſed verbo ſubiunctiui, dicendo: Deus vellet omnes homines ſaluos fieri: at verò per verbum indicatiui Paulus ait: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.* Ergo hæc volitio antecedens ſalutis omnium non eſt velleitas.

Reſpondetur ex dictis Velleitas præſens multo melius ſignificatur verbo indicatiui, dicendo: *Deus vult:* nam & voluntas vitandi mortem in voluntate humana Chriſti Domini, non erat voluntas efficax, ſed conditionata velleitas, & tamen per verbum indicatiui ſignificatur Matthæi 26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Et tunc maximè velleitas ſignificatur verbo indicatiui, quando ex parte volentis nihil deficit, quo minus obtineatur effectus volitus, nam talis volitio eſt partialiter efficax & abſoluta, vt ſupra probatum fuit. *Voluntas humana Chriſti Domini vitãdi mortem* *Matth. 26.* *Quando velleitas verbo indicatiui ſignificatur.*

SECTIO V.

De cauſa reprobationis & modo prouidentia circa præſcitos, aliæ obiectiones aduerſus antecedentem voluntatem ſalutis eorum.

EAm obiectionem præmitto priorem, cuius ſolutio viam aperiat cæteris, videlicet, quoniam Deus ante præuiſa opera reprobauit homines præſcitos: ergo Deus, quod ex ſe eſt, non deſiderauit eorum ſalutem; ac proinde non deſiderauit voluntate antecedenti, quæ eſt deſiderium ex ipſo Deo exiſtens: vt vidimus ſupra diſp. 19. ſect. 2. & 3. Conſequentia probatur, quoniam ſi Deus ex ſe deſideraret ſalutem horum hominum; non vellet eorum damnationem, niſi coactus peccatis præuiſis. Confirmatur, quoniam ex vna parte vehementer deſiderare ſalutem Cæſaris, v. g. & eam procurare magnis expenſis; & ex alia parte efficaciter velle, vt Cæſar non obtineat ſalutem, videtur primò imprudens modus agendi ex parte Dei. Secundò videtur ſimulata beneuolentia erga homines. Tertiò videtur laqueus hominibus iniectus potius: quam beneficium & remedium. Quartò videtur beneficium collatum animo nocendi, captando opportunitatem maioris nocumenti. Vnde videmur incurrere in eadem inconuenientia, quæ obiecimus aduerſariis diſp. præcedenti ſect. 4. & ſequentibus. 1.

Hæc & ſimilia fuſius tractauimus agentes de prædeſtinatione, neque vacat in præſenti ad vnguem examinare. Satis ſit reſpondere, Deũ non velle damnationem alicuius hominis, antequam præcognoſcat eius peccatũ, vt abſolutè futurum: quamuis ante præuiſa opera, vt abſolutè futura, velit negare prædeſtinationẽ efficacem. Qua negatione data, ſcit Deus infallibiliter, eſſe futurum peccatum finale hominis, non propter defectum diuinæ voluntatis antecedentis, aut prouidentiæ, quæ ſequitur ex illa, ſed propter hominis malitiam liberè peccantis finaliter, quam malitiam, licet Deus præoccupare poſſet in cunctis hominibus, illam non permittendo, ſicut non permittit in prædeſtinatis; nihilominus abſque ſimulatione beneuolentiæ, & abſque animo laqueum iniiciendi verificatur Dei voluntas ſaluandi prædictos homines, ſi & ipſi voluerint ſaluari. 2. *Reſpondetur.* *Damnatio hominum volita poſt præuiſum peccatũ vt abſolutè futurum.*

Secunda obiectio ex eodem principio, videlicet, reprobatione ante præuiſa opera infert, primum effectum reprobationis, nempe primi peccati permiſſionem, eſſe etiam ante præuiſa opera, & ideo independenter à libertate: ergo permiſſio hæc volita eſt per voluntatem antecedentem 3.

Reſpondetur. Primi peccati permiſſio, reprobationis effectus,

impediendi ſalutem. Reſpond. primi peccati permiſſionem eſſe quidem teprobatinnis effectum, & prædictam permiſſiooem ſactam eſſe independentet à præuiſione aſterius peccatl, vt abſoſutè futuri. Cæterum non eſt facta, niſi ſuppoſita conditionali ſcientia, dictante, quod ſi talis homo conſtitueretut in taſibus circumſtantiis, eum remediis ad ſalurem daris per antecedentem Dei voluntatem, & poteſtate non peceandi; liberèpeccaret.

4. Huie obiectioni copulantur aliæ multæ, quas generalitet notandum eſt, non militate contra noſtram ſententiam, quæ minimè admittit qnod illæ ſupponunt, videlicet, ante permiſſionem primi peccati requiri præcognitionem alrerius priotis peccati, quod implicat contradictionem. Nos enim nonniſi prædictam conditionalem ipſins peccati, quod permittitur, requirimus cognitionem. Vnde nulla ratione colligitur proceſſus in infinitum, quem nobis opponunt. Alia argumenta prætereo, quoniam tractant de ſufficientia auxiliotum, & efficacia, prout conciliatur cum reprobatione ante præuiſa opera, vt ſuo loco & tempore diluantur.

5. *D. Thomas.* Tertia obiectio ſumitur ex authoritate D. Thom. 1. p. quæſt. 23. art. 3. ad 1. vbi ait. *Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, in quantum omnibus vult aliquod bonum: non tamen quodcumque bonnm vult omnibus. In quantum igitur quibuſdam non vult hoc bonum quod eſt vita æterna, dicitur eos habere odio vel reprobare.* Et art. 5. eiuſdem quæſtionis ad 3. id ipſum confirmat. Reſpondetur. His in locis manifeſtè D. Thomas, agebat de voluntate efficaci, quam prædeſtinatio includit, vel præſupponit. Nam de voluntare antecedente, quod ſæpius ooſtram ſententiam docuerit, conſtat ex iis quæ tetulimus ſect. 1. num. 13. & diſp. præcedenti ſect. 3.

De volitate effi aci qua in prædeſtinatione includitur loquitur D. Thom.

6. *Auguſtinus.* Quarta obiectio ſumitur ex Auguſtino dicente, quòd *multi ſalui non fiunt, non quia ipſi nolint ſed quia Deus non vult; quod abſque vlla controuerſia manifeſtatur in paruulis.* Ergo condirio, quæ includitur in voluntate antecedente, qua Deus volt omnes homines ſaluos fieri, non eſt iſta, ſi ipſi voluerint, aut per eos non ſteterit.

Reſpondetur. Auguſtini mens.

Reſpondetur. Manifeſtum eſt conditionem hanc pertinere ad homines adultos & rationis compotes, citca quos primariò verſatut antecedens voluntas, vt ſaluentur, quoniam cum illis ioitum eſt fœdus, virtute cuius tenentur homines, ſeruare præcepta: & Deus eo ipſo tenetur ex parte ſua præbere, quidquid eſt ſimpliciter neceſſarium, vt obſeruent. Inſupet Auguſtinus, quoties commemorat prædictum paruulorum exemplum, probare intendit, Deum iuſtè negare poſſe quibus voluerit adultis, efficacem prædeſtinationem, ſicut eam denegat paruulis; eum tamen illam miſericorditer & merè gratis concedat quibus voluerit. Nihil igitur Auguſtinus his in locis de voluntate antecedenti.

7. Sed audiamus Auguſtini verba lib. 4. contra Iulianum cap. 8. prope med. *Vbi ſi dixeris mihi, cur ergo non conuertit omnium nolentium volnntates? Reſpondebo: Cur non omnes morituros adoptat lauacro regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias inuenit voluntates? Si hoc profundius eſſe perſpicis, quam vt abs te valeat inueniri, vtrique noſtrum profundum ſit, cur & in maioribus, & in minoribus Deus velit alteri, & nolit alteri ſubuenire: dum tamen & certum & immobile teneamus, non eſſe iniquitatem apud Deum, qua quemquam ſine malis meritis damnet: & eſſe, bonitatem apud Deum, qua multos ſine bonis meritis liberet, demonſtrans in eis, quos damnat, quid omnibus debeatur. vt hinc diſcant, quos liberat, qua ſibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia condonetur.* Atque eadem eſt ſententia Auguſtini epiſtol. 157. ad Optatum propius ad med. quàm ad finem, cuius verba ſuis commentariis inſeruit Beda in id Roman. 9. *Quod ſi Deus volens oſtendere iram*, &c. *Roman. 9.*

Quinta obiectio, quia ſi volirio antecedens eſt inefficax & conditionalis ſequitur, eam diſtingui à voluntate conſequente, non ſolum propter diuerſitatem obiecti; ſed etiam propter diuerſum modum tendendi in obiectum inefficaciter, vel efficaciter. Hoc autem videtur falſum; primò propter ſimplicitatem diuinæ volitionis: ſecundò propter communem ſententiam Scholaſticorum, notantium, diſcrimen voluntatis antecedentis & conſequentis non ſumi ex parte ipſius voluntatis diuinæ, in qua nihil eſt prius, neque poſterius, ſed ex parte volitorum, vt loquitur D. Thom. hic art. 6. ad 1. & ſimilia docent Alexander, Bonauentura, Richardus & Scotus citati ſupra ſect. 1. Vnde Durand. 1. diſtinct. 47. quæſt. 3. num. 14. ait: Altera voluntas propterea dicitur antecedens, quia vult antecedens, id eſt, potentiam obtinendi ſalutem, quæ potentia eſt antecedens. Ex quo poteſt ſequi conſequens, ſcilicet, ſalus ipſa. 8.

D. Thomas. Bonauentur.

Reſpondeo, voluntatem antecedentem & conſequentem diſtingui non ſolùm penes diuerſa obiecta materialia, ſed etiam penes modos tendendi materialiter diuerſos; quorum diuerſitas nihil obeſt ſimplicitati diuinæ volitionis; cum aliunde conſtet, in eadem volitione diuina propriiſſimè repetiri complacentiam ſimplicem diuinæ bonitatis ſine efficaci voluntate producendi ſuam bonitatem, & cum ſumma appretiatione ſuæ bonitatis, atque ſimplicem complacentiam creaturarum poſſibilium cum inferiori appretiatione coniunctam, & cum voluntate efficaci creandi aliquas res, & alias non creandi. Quæ volitiones diſtinguntur non ſolum penes obiecta materialia, ſed etiam penes modos tendendi materialiter diuerſos. Hoc autem minimè negare intendunt Doctores Scholaſtici, ſed tantum intendunt aſſerere, nullam perfectionem, re aut ratione diſtinctam, addi Deo per voluntatem antecedentem, aut conſequentem, ſicut de actu libero diximus generaliter in diſp. 11. Cæterum volitio libera Dei propter infinitam eminentiam continet in ſe formaliter & perfectiſſimè modum tendendi volitionis efficacis & inefficacis, idque ſine diuerſitate perfectionis. 9.

Modus tendendi materialiter diuerſus ſimplicitati diuinæ volitionis non repugnat.

SECTIO VI.

Quia Deus vult medium ſalutis, formaliter, vt medium, conuincitur velle finem & nullum impedimentum antecedenter velle.

Præcipuè ponderatur paſſio, & redemptio.

AVthores quibus cum diſputamus, ſuæ doctrinæ præſidium inuenire ſe putant, in voluntate conferendi media ſalutis, ne compellantur concedere, Dei voluntatem verè ac realiter 1.

Digitized by Google

ſeı intendere, ac deſiderare ſalutem eorum hominum, qui de facto damnandi ſunt; aut ſaltem ne compellantur concedere tantam iſtius voluntatis plenitudinem, vt ex parte ſua nihil deſit, quominus efficaciter obtineatur ſalus, niſi per liberum arbitrium ſteterit. Cæterum impugnationem potius, quàm ſolidam defenſionem dabit voluntas mediorum, ſi iuxta philoſophiæ moralis ac Theologiæ iura examinetur; quia nec poteſt ſubterfugere veram & realem intẽtionem finis, nec poteſt antecedenter, & quantum ex parte ſua fuerit, velle contraria impedimenta.

Qui mediũ vult formaliter, vt medium, vult eo ipſo finem.

2. Huius primaria ratio eſt, quia quicumque vult media formaliter vt media, vult eo ipſo finem, & conſequenter non habet voluntatem antecedentem impediendi conſecutionem finis; ſed media ſalutis ſingulorum hominum Deus vult formaliter vt media ſalutis. Ergo vult eo ipſo ſalutem ſingulorum, & conſequenter non habet voluntatem antecedentem impediendi ſalutem, prædeterminando ad materialem actionem peccati, vel independenter à libero arbitrio, permittendo finalem obſtinationem.

Medium deſtinatur ad finem.

3. Maior probatur, quia medium formaliter vt medium quidditatiuè conſiſtit in eo quod deſtinetur ad finem actualiter conſequendum. Ergo qui vult medium formaliter vt medium, vult eius deſtinationẽ, & eo ipſo vult finis conſecutionem, ſub ea conditione, ſub qua continetur in medio.

4. Confirmatur primò, quilibet enim antecedenter & quantum eſt ex parte ſua volens impedimentum apponere medio, ne finem actualiter conſequatur; eo ipſo vult in medio non exerceri rationem medij. Confirmatur ſecundò, nam qui modo prædicto vult medium, vult illud manere in ſola & præciſa entitate materiali abſque ratione formali medij, quæ conſiſtit in deſtinatione ad finem.

Deus media præpoſterè diligeret.

5. Inde etiam confirmatur tertiò, quia ſi Deus ex parte ſua denegat aliquid requiſitum, vt ſua media conſequantur finem in multis hominibus; conſequens eſt, illa media præpoſterè à Deo diligi quaſi finem, & non quaſi media; ſiquidem omne medium, quod ita amatur, vt non ordinetur ad proprium ſibi finem obtinendum, eo ipſo amatur, non quaſi medium, ſed quaſi finis proximus & immediatus, quidquid ſit de fine remoto.

Quorundam ſolutio refutatur.

6. Confirmatur quartò, refutando quorundam ſolutionem, qui aſſerunt, Deum voluntate beneplaciti velle, vt omnes ſaluari poſſint, ſed non velle vt omnes ſalui fiant; niſi per eos ſteterit. In qua doctrina continetur apertè, quod nuper inferebamus, inconueniens, videlicet potentiam obtinendi ſalutem eſſe bonum, comparatione multorum hominum ita volitum à Deo, vt per eius voluntatem non deſtinetur ad ſalutem eorundem hominum prius, & magis volitam quaſi finem. Confirmatur quintò, quia nullus vult medium formaliter, vt medium, niſi determinatus & motus à volitione finis, vt finis. Ergo media ſalutis huic homini præſcito conferre, non vult Deus vt media ſunt, niſi motus & determinatus à volitione ſalutis, vt finis.

Medium, vt medium ex finis determinatione diligitur.

Septima confirmatio.

7. Confirmatur ſextò, nam qui vult medium formaliter vt medium, vult illud propter finem. Vnde prius & magis vult finem. Septima confirmatio ſit Eccleſiæ poſtrema oratio in die Paraſceue: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, ſed vitam ſemper inquiris*. Sed quicumque inquirit, ab intentione actualiter inueniendi, quod inquirit, mouetur ad inquirendũ medium, alioqui doloſè & fictè inquirit. Rurſus illa diſtributiua dictio, *ſemper*, licet formaliter & expreſsè non referatur, niſi ad tempora; nihilominus eo ipſo virtualiter & implicitè refertur ad omnes peccatores, nullo excepto, dum eſt in ſtatu viatoris.

Præcedẽs diſcurſus explicatur magis, & confirmatur.

8. Minorem primariæ rationis probo, & totum præcedentem diſcurſum explico magis, & confirmo; nam præſtantiſſima ſaltem, & vniuerſaliſſima media ſalutis humanæ, conſtat eſſe à Deo volita formaliter, vt media in ordine ad ſalutem non ſolùm prædeſtinatorũ, ſed etiam cæterorum omnium hominum. Imprimis námque fides docet, Chriſti Domini paſſionem ac redemptionem oblatam eſſe pro ſalute cuiuſque hominis, nullo excepto, dicente Apoſtolo 1. Corinth. 15. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*. & 2. Corinth. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*. & Hebræos 2. *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem*. Vnde Dionyſius Areopagita epiſtola 8. ad Demophilum non longè à principio: *Ipſam*, inquit, *vitam ſuam pro transfugis profudit*.

Chriſtus Dominus pro hominibus oblatus

1 Corint. 15.
2. Corinth. 5.
Hebræos 2.
Dionyſius Areopag.

9. Confirmatur primò, quoniam hic diſcurſus occulto quaſi in ſemine cõtinetur 1. ad Timoth. 2. vbi poſtquam Apoſtolus docuit, orare pro omnibus, etiam infidelibus; *Hoc enim bonum & acceptum eſt coram ſaluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Hanc bonæ voluntatis vniuerſalitatem probat his verbis: *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*. Quaſi diceret, qui pro omnibus ſe ipſum redemptionem dedit, ſine dubio, quantum ex ſe eſt, voluit omnium hominum ſalutem. Quæ námque prudentia foret emptoris, qui tanti pretij iacturam pateretur non inuitus, neque coactus ab aliena culpa; ſed ex ſe ipſo apponens impedimentum, ne redemptionis fructum perciperet maxima multitudo eorum, quos infinitis expenſis redemerat.

1. ad Timot. 2.

Communis Patrum ſententia.
Ambroſius.

10. Confirmatur ſecundò, nam eadem vis argumenti continetur in communi Patrum ſententia. Ambroſius in Pſal. 118. ſerm. 8. ad illud: *Miſericordia Domini plena eſt terra. Sol*, inquit, *iuſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſſus eſt, & omnibus reſurrexit. Si quis autem non credit in Chriſtum, generali beneficio ipſe ſe fraudat*. Quaſi diceret, non fraudatur generali beneficio, quantum eſt ex parte Chriſti Domini, ſi quidem illud ad omnium ſalutem deſtinauit. Quod ſubiuncto exemplo explicat Ambroſius: *Vt ſi quis clauſis feneſtris radios ſolis excludat*. Idem Ambroſius 1. Corinth. 11. prope finem. *Quid eſt*, inquit, *niſi pœnas dare mortis Domini? Occiſus eſt enim pro ijs, qui beneficium eius irritum ducunt*.

11. Confirmatur tertiò, nam quoſlibet viatores etiam peccatores & præſcitos comprehendit illud præceptum. 2. Ioan. 4. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*. & 1. Ioan. 3. *Si ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere*. Quòd ſi Chriſtus Dominus ſuam mortem non deſtinaſſet ad æternam vitam omnium, etiam reproborum; ſequeretur, hunc titulum obligationis diligendi Deum non eſſe certum, & generalẽ in omnibus hominibus, ſed in plurimis eſſe ambiguum, & falſa quadam præſumptione collectum, in illis præſertim, qui plura ſuis operibus oſtendunt ſigna reprobationis.

2 Ioan 4.
1. Ioan 3.

Digitized by Google

nis. At verò prædicta obligationis ratio, quaſi certa & indubitata proponitur à Scriptura, Patribus & Scholaſticis.

12. Nazianzen. oratione in Arrian. & de ſe ipſo colum. 5. *At ego* inquit, *ita ſimplici & philoſophico animo præditus ſum, vt vnum, idémque cœlum omnibus commune eſſe exiſtimem, communem etiam Solis & Lunæ conuerſionem, communem Syderum ſitum, & ordinem, communem dies, noctiſque æquabilem portionem, & vtilitatem.* Et poſt alia eiuſmodi exempla naturalium beneficiorum de ſupernaturalibus ſubdit: *Vt maiora proferam, communem rationem, legem, Prophetas, ipſas Chriſti perpeſſiones, quarum opera omnes citra vllam exceptionem inſtaurati ſumus, qui eiuſdem Adam participes fuimus, verſutáque & captioſa Serpentis oratione circumuenti, & per peccatum enecti, atque extincti, ac per cœleſtem Adamum ſaluti reſtituti, atque ad vitæ lignum, vnde excideramus, per ignominiæ lignum reuocati ſumus.* Perpende præcipuè illud: *Omnes citra vllam exceptionem inſtaurati ſumus qui eiuſdem Adam*, &c. Et in oratione 2. in Paſcha verſus med. *Victima legalibus ſacrificijs immixta eſt, illa, inquam, non exigua cuiuſdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, ſed totius mundi, nec vnquam intermoritura expiatio.*

13. Ephræm Syrus toto ſermone de paſſione Saluatoris tradit, oblatam fuiſſe pro cunctis peccatoribus. Peculiariter notanda ſunt illa verba verſus finem: *Contemplaris, ô homo, immaculatiſſimum Dominum, in cruce ſuſpenſum: audéſque, ô impudens, & infœlix homo, in delicijs ac riſu, vniuerſum vitæ tuæ tempus in terris transigere? An neſcis ô miſer, & impudens, quod de his omnibus negligentijs, atque deſpicientijs rationem abs te exiget, qui pro te crucifixus eſt Dominus? Nunc quidem hæc dum audis negligis, in delicijs rides; & omni cura vacuus, ac liber viuis: ſed veniet profectò dies illa terribilis, dies vltionis, vt ſine fine lugeas, exclaméſque præ doloribus tuis in igne perenni: neque prorſus ibi erit, qui reſpondeat, animæque tuæ miſereatur.* Perpende, ad eundem hominem, qui damnandus eſt igne perenni, dirigi illationem, *pro te crucifixus eſt.*

14. Non diſſimiliter Chryſoſtomus 1. ad Timoth. 2. hom. 7. col. 4. ait: *Et quomodo inquies, illi non crediderunt? quia noluerunt: ſuas tamen ille partes executus eſt, dum pro eis in cruce penderet. Venit enim, vt teſtimonium perhiberet paternæ veritati.*

15. Eodem modo Proſper lib. 2. de vocat. Gent. cap. 16. initio: *Nulla*, inquit, *ratio dubitandi eſt, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum pro impijs & peccatoribus mortuum, à quorum numero, ſi aliquis liber inuentus eſt; non eſt pro omnibus mortuus Chriſtus. Sed prorſus pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* Et ad cap. Gallorum ſent. 9. *Qui dicit, quod non pro totius mundi redemptione Saluator ſit crucifixus: non ad ſacramenti virtutem, ſed ad infidelium reſpicit partem: cum ſanguis Domini noſtri pretium totius Mundi ſit. A quo pretio extranei ſunt, qui aut delectati captiuitate, redimi noluerunt, aut poſt redemptionem ad eandem ſunt ſeruitutem reuerſi.*

16. Eandem fuiſſe mentem Auguſtino, conſtare potuiſſet ſatis ex præcedentibus verbis Proſperi, qui nunquam à ſui magiſtri doctrina receſſit. Sed probemus abundantius variis locis eiuſdem doctoris, qui ad ſolos prædeſtinatos reſtringere vi-

Auguſtinus. detur orationem & redemptionem Chriſti D. tract. 31. in Ioan. poſt med. ad illa verba cap. 7. *Vbi ego ſum, vos non poteſtis venire*, dicens: *Non debebant deſperare, pro quibus Dominus, in cruce pendens, dignatus eſt orare. Videbat quoſdam ſuos inter multos alienos. Illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat quod ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.* Quæ omnia videntur referri ad quoſdam ſuos, non ad multos alienos.

Nihilominus exiſtimo, ex mente S. Auguſt. referri ad ſingulos homines totius collectionis in 17.
qua videbat Chriſtus D. quoſdā ſuos inter multos alienos, ita vt quorumdā ſuorū ſalus præcipuè & efficaciter intenta, fuerit præcipuum motiuum, propter quod oratio atque redemptio fuſa fuerit ad totam collectionem, in qua erāt permixti multi alieni. Sic enim vniuerſaliter & ſine reſtrictione accipiuntur illæ ſententiæ: *Illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat, quia ab ipſis moriebatur; ſed quia pro ipſis moriebatur.* *Mens Auguſtini declaratur.*

Confirmatur, quoniam alias non eſſet efficax conſecutio; quã infert Auguſtinus ſtatim dicens: *Vt nemo de ſui peccati dimiſſione deſperet, quando illi veniam meruerunt, qui occiderunt Chriſtum.*

Auguſtinus in Pſal. 54. ad illa verba; *Quoniam* 18.
vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, ait: *Pſalm. 54.*
Extendebat manus ad populum non credentem, & contradicentem; & tamē ipſos expectans, dicebat: Pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt. Adhuc ſanè reliquiæ ſæuiunt illius ciuitatis, adhuc contradicunt de frontibus omnium, modo extendit manus ad reliquias non credentes & contradicentes. *Iſai 65.*

Clarius tamē præſens dogma tradit idem Au- 19.
guſtinus de Symbolo ad catechumenos lib. 2. cap. 8. dicens, Chriſtum Dominum fortaſſe propterea ſeruaſſe vulnera, vt in die iudicij inimicis demonſtret, ac dicat: *Videtis vulnera, quæ infixiſtis; agnoſcitis latus, quod pupugiſtis; quoniam & per vos, & propter vos apertum eſt, neque tamen intrare voluiſtis.* Et tract. 2. in Ioan. col. 3. *Ingrate*, inquit, *irrides eum, qui ad te venit, vt redeas.* & tract. 92. in Ioan. ſub med. *Sanguis*, ait, *Chriſti ſic in remiſſionem omnium peccatorum fuſus eſt vt ipſum etiam poſſet delere quo fuſus eſt.* Similia docet in id Ioan. *Ioan. 8.*
8. *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* & D. Thomas ibidem.

Sumitur idem ex Cypriano in libro de opere 20.
& eleemoſyna. Nā in principio cōmendat ſalutis *Cyprianus.*
remedia, nobis per Ieſum Chriſtū oblata. Et longè poſt medium inducit Diabolum, in die iudicij de ſuis ſeruis iſta iactantē: *Ego pro iſtis nec alapas accepi, nec flagella ſuſtinui*, &c. Et prope finē eiuſdem libri: *Quodcumque*, inquit, *Dei eſt, in noſtra vſurpatione eſt, nec quiſquam à beneficijs eius, & muneribus arcetur, quominus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter perfruatur. Sic æqualiter dies illuminat, ſol radiat, imber rigat, ventus aſpirat, & dormientibus ſomnus vnus eſt, & ſtellarum ſplendor ac luna communis eſt.*

Cyrillus Hieroſolym. catecheſi 18. col. penultima ſcribit. *Multimoda ſanè quædam relicta eſt ratio conſequendæ vitæ æternæ, propter illius paſſionem: benignus enim cùm ſit Dominus, non vnam neque alteram tantum, ſed multas æternæ vitæ ianuas aperuit, vt omnes quantum in ipſo eſt, abſque impedimento illa potiri poſſent.*

Leo Magnus ſerm. 16. de Paſſione cap. 3. ante 21.
med. ait: *Qui enim venit peccatores ſaluos facere, neque ipſis quidem interfectoribus ſuis miſericordia denegauit.* Et confirmat Actuū 2. *Vobis eſt enim facta repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, quoſcumque aduocauerit Dominus.* Clemens Ale- *Clemēs Alexand.*
xandrinus

Digitized by Google

xandrinus lib.7. Stromat. pagin.2. fusè probat, Deum voiuerſorum hominum curam gerere, quoniam nec imbecillis eſt, vt non poſſit, nec minùs bonus, aut inuidus, vt nõ velit. Ac præſertim probat, *quia propter nos carnẽ accepit patibilem, & ſeruator eſt, non horũ quidem, ſed nõ illorũ, ſed omniũ.*

22. Confirmatur tertiò, nam Saluatorem, eiúſque mortem, reſurrectionem, & Euãgelij promulgationẽ Iſraëlitis primariò miſſam fuiſſe, ad procurandam ſalutem eorum etiã, qui de facto recipere noluerunt, Petrus & Paulus docent in actibus Apoſtolorum. Nam Petrus cap.2. poſt. med. *Vobis*, inqnit, *eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, quoſcumque aduocauerit Dominus Deus noſter.* Et cap. 3. fine: *Vobis primùm Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis, vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.*

Actuum 2. & 3.

23. *Notanda quinque.* Vbi notandũ eſt primò, quibus reſuſcitatus eſt Chriſtus eiſdem hominibus fuiſſe mortuum, hoc eſt ad illorum vtilitatem. Secũdò Dei filius miſſus, mortuus & reſuſcitatus eſt omnibus hominibus, ſed Iſraëlitis primùm; quoniã Deus, quantum in ſe fuit, intendebat eorum ſalutem procurare priùs, quibus Chriſtus Dominus fuerat promiſſus. Tertiò perpende illud: *Benedicentẽ vobis.* Quod vt minimum ſignificat deſiderantem, imprecantem, & ſaluere iubentem, quantũ ex ſe eſt. Quartò finis per hæc media procuratus eſt, non ſolùm, vt vouſquiſque poſſit ſe cõuertere, ſed vt de facto *conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.*

24. Quintò obſerua vniuerſalitatẽ illius dictionis, *vnuſquiſque*, atque ne poſſis excipere Iudæos plurimos, qui de facto nunquã receperunt Euangelinm, audi Paulũ Actor. 13. dicentẽ: *Vobis verbum ſalutis huius miſſũ eſt*, & longè inferius: *Conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Iidem ergo homines erant, quibus primariò miſſus eſt Saluator, & Euangelica prædicatio, & qui repulerunt illam, & indignos ſe iudicarunt æternæ vitæ.

Actorum 13.

25. Proprerea de his hominibus atque de cæteris præſcitis, ſeruata proportione debita, argumẽtari poſſumus, ſicut Paulus Rom. 8. de prædeſtinatis ageos argumẽtatur. *Quia qui proprio Filio ſuo non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit illũ; quomodo non etiã cum illo omnia illis donauit?* Quod ſiue de præterito legas, ſiue de futuro *donabit*, idẽ ſenſus eſt, qood ad præſens attinet. Si enim cõſequentia Pauli bona eſt, cum illius antecedẽs verificetur, non ſolùm de prædeſtinatis, ſed etiã de præſcitis, vt nuper probatũ eſt, neceſſario fit, vt cooſequens eiuſdem argumenti verificetur etiã de præſcitis hominibus; ac proinde concedendũ eſt, Deũ cum ſuo Filio, quantũ eſt ex parte ſuæ præparationis offerentis remedia, iã de facto donaſſe quæcũque ſunt illis ad ſalutem neceſſaria, ita vt ſolummodo deficiat ex parte illorũ libera recipiẽdi voluntas.

Rom. 8.

26. *Ambroſius.* Vnde Ambroſius de Iacob & vita beata lib.1. cap.6. poſt med. ait: *Sed vereris dubios vitæ anfractus, & aduerſarij inſidias, cùm habeas auxilium Dei, habeas tantam eius dignationem, vt Filio proprio pro te non pepercerit.* & poſt pauca: *Pro quibus igitur, quod ſuper omnia eſt, dedit, poteſt fieri vt non in illo vniuerſa donauerit? Nihil enim excepit, qui omnium ceſſit authorem. Nihil eſt igitur quod negari nobis poſſe vereamur, nihil eſt, in quo munificentiæ diuinæ diffidere perſeuerantia debeamus.* Plurima ibidem in eandem ſententiam.

SECTIO VII.

Alia, quæ magis exaggerant affectum Dei volentis, vt omnibus prodeſſet eius paſſio. Vbi potiſſimum de ſiti.

PRimum eſt animi præparatio, qua Chriſtus Dominus quantum attinet ad ipſius charitatem & miſericordiam, promptus eſt iterum pro peccatoribus mortem ſubire, ſi foret neceſſarium. Hoc nos docuit viſio Carpi, viri propter mentis puritatem ad Deum cernendum aptiſſimi, cuius viſionem veram eſſe, Dionyſius Areopagita credit in epiſt. 8. ad Demophilum monachum fine, apud quem legere poteris viſiooem, fuſius enarratã, oobis hoc erit ſatis. Videbat Carpus impios quoſdam & pernicioſos bomines in ſummo vitæ diſcrimine cõſtitutos: quos etiã ipſe, vt deiiceret, incumbebat, & malè precabatur. Vidit autem *Ieſum quem ad miſericordiã id, quod gerebatur, commouiſſet, ſurrexiſſe ex cæleſti ſolio, & cum ad eos deſcendiſſet, manũ benignam porrexiſſe, & Angelos, qui vna auxilium ferrent, viros aliũ alia ex parte retinuiſſe, dixiſséque Carpo Ieſum porrecta iam manu: feri me iam, paratus ſum enim rurſus ſalutis hominum cauſa mortem perpeti, mihique hoc pergratum eſt, dum alij homines non peccent.* 1. *Promptus Chriſtus pro peccatoribus iterum mortem ſubire. Carpi viſio. Dionyſius. Areopag.*

Tam vehemens deſiderium ſalutis omnium, vt inferat præparationem iterãdi paſſionem, non patitur antecedenter velle ſalutis impedimenta pooere: & multò minus patitur velle prædeterminare materiales actiones, quas neceſſariò mors æterna conſequitur. Rurſus hoc non de prædeſtinatis, ſolũ, ſed de quibuſcũque hominibus dictum eſſe à Chriſto Domino ipſa verborũ ſeries indicat, præſertim extrema, videlicet, *dum alij homines non peccent.* Idem colligitur, ex inſtituto, ad quod probandum à S. Dionyſio refertur ſuperior hiſtoria, nimirum, omnium ſalutem orationibus, exemplis, conſiliis, exhortationibus, manſuetudine, atque patientia eſſe procurandam. 2. *Tam vehemens deſiderium nõ patitur prædeterminare materiales actiones.*

Secundò creſcunt eiuſdem argumenti vires, quoniam non ſolùm pro omnibus peccaroribus, aut pro multis illorum ſimul, ſed etiã pro ſingulis, ac ſubinde pro vno tantum homine Chriſtus Dominus mortem ſubiiſſet, ſi foret neceſſariũ ad illius ſalutem reparandã. Quod deducit Chryſoſtom. ex verbis Apoſtoli Galat. 2. *Qui dilexit me, deditque ſemetipſum pro me.* dicens: *Declarat, hoc quoque par eſſe, vt quiſque noſtrum non minus agat gratias Chriſto, quàm ſi ob ipſum ſolum adueniſſet. Neque enim recuſaturus erat, vel ob vnum tantã exhibere diſpenſationẽ, adeo ſingulum quemque hominẽ pari charitatis modo diligit, quo diligit orbẽ vniuerſũ.* 3. *Pro vno tantum peccatore Chriſtus Dominus mortẽ ſubijſſet. Chryſoſtom.*

Exiſtimant Doctores aliqui, prædictũ affectum erga ſingulos homines pertinuiſſe ſolũmodo ad creatam charitatem, per quam humana Chriſti Domini voluntas parata erat id facere, ſi Deus ita ordinaſſet: Deum verò id non fuiſſe ordinatum, quia non expediebat, nec neceſſarium erat. Nos verò ſimiliter fatemur, nõ eſſe neceſſarium, ideóque non expedire modò, vt Deus ita ordinet. Nihilominus verum eſt abſolutè, quòd pro ſingulis, ac ſubinde pro vno tantũ homine Chriſtus Dominus mortem ſubiiſſet, ſi foret neceſſarium ad illius ſalutem reparãdam. Hæc enim neceſſitas eſſet ſufficiens ratio congruitatis, propter quã infinita Dei clemẽtia & charitas mirabiliores ſui radios effunderet, ſi nõ ſolũ humana, ſed etiam diuina voluntas ad tã copioſã redẽptionẽ 4. *Quid aliqui Doctores exiſtiment de prædicto affectu. Propriũ placitum. Probatur.*

propende

Digitized by Google

propenderet: neqoe audeo iuxta mei cordis puſillanimitatem coarctare, quæ Doctores ſacri, à Deo, vt credimus, inſpirati, de bonitate Dei magnanimiter ſentientes, tradidere.

5. Confirmatur primò, quoniam aliter non plene ſatisfit verbis Chryſoſtomi; nam gratiatum actio pro redemprionis beneficio primariò refertur ad diuinam volontatem Chriſti Domini eiúſque increatam chatitatem; de qua verificari non poterit, oon fuiſſe recuſatutum, vel ob vnum hominem tantam exhibere diſpenſationem. Porro paritas illa, ſeu æqualitas dilectionis, qoæ in præſenti loco aſſeritur à Chryſoſtomo, refertur ad beneficia ſimpliciter requiſita ad ſalutem; noo verò ad maiorem illorum abundantiam. Sic enim æqualitatem affirmare ſolent antiquiſſimi quique Patres: vt alibi oſtendimus.

6. *Ambroſius,* Confirmatur ſecundò, quoniam ſaltem Ambroſins non de humana voluntate, ſed expreſsè de increata charitate loquitur lib. 1. de Iacob & vita beata cap. 6. poſt. med. vbi explicans illud *Rom 8.* Rom. 8. *Pro nobis omnibus tradidit illum*, ait: *Mirè autem addidit pro omnibus, vt oſtenderet, quod ita omnes diligat, vt dilectiſſimum Filiũ pro ſingulis traderet.* Quomodo ergo impediret, quod tantopere deſiderabat.

7. Tertiò totum præſentis & præcedentis ſectionis diſcurſum confirmant verba Chriſti Domini *Ieremia 49.* apud Ieremiam, cap. 49. prope init. *Et ego dixi, in vacuũ laboraui, ſine cauſa, & vanè fortitudinẽ meam conſumpſi.* Quæ lamentabilis querela neminem prædeſtioatorum tangit, ſed ad ſolos præſcitos referri poteſt. Vode conſtat, illorum etiam iuſtificationem, & ſalutẽ à Chriſto Domioo fuiſſe intentam, & procuratam redemptionis beneficio. Etenim ſi noo intendiſſet, & procuraſſet, niſi ſolam iuſtificationem, & ſalutẽ prædeſtinatorum; conſequens foret, illius intentionem, & laborem in nulla perſona fuiſſe defraudatum ſoo fructu; ac proinde ooo in vacuũ laboraſſe, nec ſine cauſa & vanè fortitudinem ſuam conſumpſiſſe.

Confirmatur, nam ad incredulitatẽ Iſraëlitici populi præcipuè dirigitur illa querela. Ad illos oamque ſe miſsũ eſſe Chriſtus Dominus teſtatur *Matt. 15.* Matth. 15. Atque ita notãr Cyrill. Alexand. Ieremiæ 49. lib. 4. orat. 4. vbi etiã Hieronym. lib. 13.

8. Vide autem vtrum de ſe ipſo potius, quàm de incredulis conqueri potuiſſet Chriſtus Dominus ſi laborem ita poſuit, & fortitudinem ita conſumpſit, vt ex propria & libera voluntate, independenter à libera hominum malitia, adhibuerit prædeterminationẽ ad materiales actiones peccatorum, virtute cuius erat ſimpliciter neceſſarium, in vacuum, vanè, & ſine froctu factas eſſe *Hieronymus,* tantas expenſas. Vnde Hieronymus concludit: *Hæc autem vniuerſa dicuntur, vt liberum hominis monſtraretur arbitrium. Dei enim eſt vocare, & noſtrum credere. Neque ſtatim ſi nos non credimus, impoſſibilis Deus eſt; ſed potentiam ſuã noſtro arbitrio dereliquit, vt iuſtè voluntas præmium conſequatur. Quia ergo nolueriis per me in te credere, iudiciũ meũ apud te eſt, quia omnia fecerim, quæ facere debui.*

9. Quarta confirmatio deducitur ex ſiti Redemptoris, nunquam ſatis expleta; vnde ſic argumen- *Sitis redemptoris nunquam ſatis expleta.* tor. Si ardens illa ſitis & deſiderium ſolos prædeſtinatos reſpiceret; illorum ſalus maneret ſatis expleta, veluti ſuauiſſimo vino: ſed non fuit ſatis expleta: ergo ſitit etiam, ac vèrè deſiderat etiam reproborum ſalotem, & peculiariter Iſraë- *Pſalm. 68.* litici populi. Vnde vox erupit in Pſal. 68. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Vbi Auguſtinus, *id eſt* inquit, *fidem illorum* *Auguſtinus* *deſideraui, & vetuſtatem inueni.* Similiter tract. 15. in Ioan. col. 3. *Qui bibere quærebat, fidem ipſius mulieris ſitiebat.* Quibus conſequentia ſunt quæ tradit tract. 119. in Ioan. ad verba Chriſti Domini peodentis in cruce: *ſitio, &c.*

In eiuſdem loci cõmentario D. Tho. Ioan. 19. 10. lect. 5. *Per hoc*, ait, *quod dicit: ſitio, oſtendit mortem* *D. Thomas.* *ſuam eſſe veram, non phantaſticam. Item oſtenditur eius ardens deſiderium de ſalute generis humani 1. Timoth. 2. Vult omnes homines ſaluos fieri. Luc 19.* *1 Timoth. 2. Luca 19.* *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Vehemens autem deſideriũ conſueuimus exprimere per ſitim. Pſal. 43. Sitiuit anima mea ad Deũ viuum.* Sequens autem cõtextus apertè ſignificat, hanc ſitim extendi etiam ad eos homines, qui pro vino acetum offerunt ſitienti ſalutem eorum.

Non alia eſt ſententia Drogonij Hoſtienſis 11. Epiſcopi ſermone de Sacramento Dominicę paſ- *Drogonius Hoſtienſis Epiſcopus.* ſionis col. 3. cùm ait: *Sitio inquit; Domine quid ſitis? Ergone plus crucias ſitis, quam crux? De cruce ſiles, & de ſiti clamas? Sitio: Quid? Veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium; plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet. O vos omnes, qui tranſitis per viã attẽdite & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Attẽdite dolorem meũ, vt in dolore meo, videatis dolorẽ veſtrũ &c.*

Gregorius in 4. Pſalm. pœnitentialem ad illum 12. verſum: *Quia cinerem, tanquam panem manducabam, eſuriem, vt ſitim redemptoris fuiſſe, notat de ſalutifera agri intellectualis cultura* & ſubiũgit: *Quid enim ſitit Deus, niſi fidem noſtram? Vnde & à muliere Samaritana quæſiuit bibere, de cuius eum non legimus aqua bibiſſe; ſed ſpiritualem potum ei mulier obtulit, cum mundi eum ſaluatorem agnouit. In cruce quoque poſitus ſitiebat, & pœnitentiam peccantium, & fidem exoptabat perfidorum. Sed vinea Domini Sabbaoth in Patribus à Deo plantata, & doctrina aratro, & verbi ligonibus per manus Prophetarum exculta, nouiſſime in amaritudinem verſa, dum ei vinum lætitiæ ferre debuit feralis inuidia acetum porrexit.* Sitiuit ergo Redemptor ſuauem potum etiam ab illis accipere, qui oon niſi acetum propinarunt.

Cyrillus Hieroſolym. catech. 13. propius ad 13. finẽ quàm ad med. *Ac ille*, inquit, *hæc ſuſtinuit pro ſalute omnium veniens; populus vero malam illi mercedem reddidit. Dixit Ieſus: Sitio. Qui educebat ipſis ex rupe aquas, en petit à vinea, quã plantauit, fructus. Sed quid vinea. quæ ſecundùm naturam quidem erat ex ſanctis Patribus, ſecundùm voluntatem autem ex Sodomis (vinea enim illorũ ex Sodomis, & Sarmentum illorum ex Gomorrha) ſitienti Domino ſpongia ma-* *Deut. 32.* *defacta, & impoſita arundini, porrigit acetum. Et dederunt in cibum meum fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Et paucis interiectis: *Et vt ne omnia re-* *Iſai 5.* *petamus: Expectaui, inquit, vt faceret vuam: ſitiui, vt daret vinum; ipſa autem fecit ſpinas.*

Paulinus Nolanus epiſt. 33. ad Deſiderium in 14. medio: *Cogitans*, inquit, *quia miſericors & miſerator Dominus, neminem vult morte morientẽ, neque creaturam ſuam in illa arbore, ſed inimicum plantationis ſuæ, vitium arboris maledicendo damnauit.* Et paulò inferius: *Cùm dixiſſet, non inueniſſe Dominum in arbore illa fructum, id quod arborem excuſare videatur, appoſuit, dicens: Non enim erat tempus, vt fructũ ha-* *Matth. 11.* *beret. Quod ſi ita eſt, ſine cauſa videtur arbor excepiſſe maledictũ, quæ culpa ſterilitatis carebat.* Et magis explicata eadem ratione dubitãdi, reſpondet. *Propter nos vtique ſcriptum eſt, in quibus eſcã ſuam*

Deus

Digitized by Google

Deus ſemper vult inuenire. Nam & agrum, & vineam in nobis habet. Nos in area ſua ventilat, in nobis purgat triticum, diſiicit paleas; vrit Zizania. Itaque in illa arbore ſalutem hominis eſuriebat, & ab homine debitum ſibi fructum petebat: ſed & cum in ſua propria veniſſet, ſui eum non receperunt; & debitam fidei frugem, quam per legem & Prophetas in eos ſeminauerat; ſterilis infidelium Iudæorum ſynagoga non reddidit. Venit ad arborem eorum, quærens à filijs plantationis ſuæ expectati germinis dulcem cibum:
Pſalm 68. *at illa ſubductis pietatis fructibus, dedit in eſcam illius fel; & vuas petenti obtulit ſpinas; & ipſum bonæ vineæ plantatorem, ipſum veram vitam, & botrũ ſuauitatis, aceto vrente potauit.*

15. Et in fine eiuſdem epiſtolæ: *Hoc eſt, quod voluit intelligi per Euangeliſtam, nobis indicando, non ſuo tempore fructum ab arbore ſe petiiſſe, vt omni tempore homo, ſe fructum Deo debere, cognoſcat, quia bonus Dominus, qui hominem mortalem immortalitati præparat iam, & in hoc ſæculo vult, eum ſpeciem perpetuitatis induere, vt fructum non accipiat de tẽpore, ſed omni tempore ſit maturus ille, cum quo, vel in quo manſurus eſt ſine tẽpore.* Paulini ergo ſententia de hominibus etiam de facto dãnandis maturum bonorũ operum fructum Deus ſemper eſurit, ſitit, deſiderat, procurat, exigit; & ad eum colligendum auxiliorum culturam adhibet, vrendo zizania, purgando triticum, diſiiciendo paleas.

16. Arnoldus Carnotenſis S. Bernardi familiaris tom. 1. bibliothecæ tract. de verbo Chriſti, *ſitio*, prope initium: *Ego verò*, inquit, *ſacramentalem hãc ſitim intelligo, in qua non tam deſideratur potus, quàm hominum ſalus.* & paulò inferiùs: *Sitit cõuerſionem, currit ad remiſſionem, exoluit, quo non rapuit. Et licet illi pretium illud magnum cogitarent repellere; iam abſorpto ſerpente, feſtinat ad lauacrum inimicorum, & moritur pro impijs, & rebelles adoptat, & tanti effectus beneficij largitur ingratis.* Et à medio eiuſdem tract. ait: *Sed peruerſa, & auerſa mens carnalium, ſitis huius non intelligens ſacramentum, ſancto ori amaritudinem applicat in calamo; & fonti miſericordiæ venena propinat.* Et iterum *Hoc potius ille fons ſitit irriguus, vt ex eo affatim haurias, illaque repiearis dulcedine; vt puri te refrigerent latices, & ardentium in te libidinum extinguant carbones. Hoc ſitit, vt virens in te charitas perſeueret; vt ſicut palma in ſublime comam ſpei attollas, & ſicut cedrus Libani imputribilis viuas.*

SECTIO VIII.

Cætera Scripturæ teſtimonia, quæ vim ſuperioris argumenti corroborant.

1. EX eo quòd Incarnationis atque doctrinæ ſuę remedium hominibus adhibere voluerit, eo ipſo voluiſſe totius mundi ſalutem, Chriſtus D.
Luca 12. comprobat Luc. 12. dicens: *Ignem veni mittere in terram. Et quid volo, niſi vt accendatur?* Quaſi diceret, quid aliud velle poteſt, qui ignem admouet materiæ combuſtibili, niſi vt accendatur de facto & re ipſa, ita vt, quantum ex ſe eſt, nullum impedimentum adhibeat, ex quo neceſſariò ſequatur ardoris priuatio. Cuius argumenti vim magis expreſſit Baſilius tomo 1. homil. vltima, cui titu-
Baſilius. lus eſt. *Quod ſine diuina virtute & gratia, reſiſtere Satanæ non poſſumus.* Vbi ita legit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi, vt iam eſſet accenſus?* Vide quantum amet actualem ipſum ardorem, vt quod ex ſe eſt, velit iam eſſe accenſum à multo tempore. Vide rurſus quanta ſit eius efficacia, quantum ex ſe eſt, vt Chriſtus Dominus Chryſoſtom.
dicat. *Volui videre ſi iã accenſus ſit.* Ita legit Chryſoſt. ſerm. 2. de Spiritu ſancto in Pentecoſt. propius ad fin. quàm ad med.

Ne fortè quiſpiam voluntatem hanc reſtrin- 2.
gat ad ſolos prædeſtinatos, aduertat, à Patrib. in- Dionyſius.
telligi de omnib. & ſingulis hominibus. Sic Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 3. initio. *Sacrorum*, inquit, *præfectus, qui ſemper Dei ſimilitudine omnes homines ſalutem adipiſci, & ad veritatis notitiam venire, cupiat, prædicat omnibus ex veris Euangelijs, Deum, qui pro ſua, naturalique bonitate, ijs, qui terram incolebant, propitius eſſet, ad nos pro ſua humanitate veniſſe; & ignis inſtar ea, quæ vnum facta ſunt, connectentem, &, vt ita dicã, ſecum vnientem, perduxiſſe ad ſui ſimilitudinem, quantum quidque eorum aptum erat ad percipiendam diuinitatem. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo* Primò ponderandum.
nati ſunt. Pondera primò, Deum hominem connectentem, & vnientem ignis inſtar, ad ſui ſimilitudinem perduxiſſe, quantum quiſque aptus erat, vt perciperet diuinitatem, recipiendo Chriſtum. Quamobrem, quantum eſt ex parte Chriſti Dom. nullum apponeretur impedimentum. Secundò pondera, hoc prouenire ex vniuerſali Secundò ponderandum.
voluntate, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quam voluntatem imitatur ſacrorum præfectus, videlicet, Epiſcopus omnibus Euangelium prædicans.

Quid propriè ſignificet ſuperior metaphora 3.
ignis, obſeruauit Gregor. in Ezechiel. homil. 2. in Gregorius.
medio dicens: *De bono igne ſcriptum eſt: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt accendatur? Ignis quippe in terram mittitur, cum per ardorem ſancti Spiritus afflata terrena mens à carnalibus ſuis deſiderijs concrematur.* Rurſus, prædictam Redemptoris voluntatem ita fuiſſe generalem, vt eos etiam homines comprehenderet, qui liberè ſe præbebant, vt cineres, ad concipiendum ignem ineptos, docet in 4. Pſalm. pœnitentialẽ ad illum verſum: *Quia cinerem tanquam panem manducabam*, vbi: *Illos*, inquit, *volebat curare qui ſalutem nolebant habere, qui aduerſus ſalutem ſuam armati, & phreneticorum more medicum incuſantes, volebant potius ex infirmitate mortem incurrere, quam vitam ex ſalute inuenire. Sed cineres Redemptor noſter mãducabat, quando in corpus ſuum eos traiiciebat. Cineres namque erant: quia dum principem tenebrarũ magis, quàm authorem ſequerentur luminis, in eorum cordibus, quaſi extinctus fuerat diuini prorſus ignis amoris. Cineres, inquam, erant, videlicet, nulli apti vſui, & ſine charitatis glutino omnino diſſoluti. Quis non has miretur miſericordiæ Dei diuitias?*

Bernardus in ſerm. in natiuit. S. Ioannis Bap- 4.
tiſtæ prope init. ait: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? Hoc nempe commune mandatum, hoc eſt quod exigitur ab vniuerſis; nec vlla, ſi deeſſe contigerit, admittitur excuſatio.* Atque ſub eadem vniuerſalitate & ſine limitatione, reliqui Patres intelligere videntur hunc locum, vt Chriſtus Dominus velit, vrendo peccata conſumere & inflammare charitatem; vt Auguſtinus contra Fauſtum Manich. lib. 22. cap. 93. Ambro- 5.
ſius, Cyrillus & Chryſoſtomus Luc. 12 citato. Pſalm. 18.
Secundò, eadem vis eſt Pſalm. 18. *Neque eſt,*

Digitized by Google

qui ſe abſcondat à calore e us. vbi Auguſt.in 1. ex-

Auguſtinus.

poſitione ait; *Cum autem Verbũ etiam caro factum eſt, & habitauit in nobis, nõ permiſit vllũ mortalium excuſare ſe de vmbra mortis. Et ipſum enim penetrauit, Verbi calor.* Quod non alia ratione verum eſt; niſi quatenus præſtitit omnia, quæ in ſe erant, vt Verbi calor penetraret omnes homines.

6. Quam congruenter & opportunè deſtinatus

Oſeas cap 6.

fuerit aduentus Chriſti Dom. ad hominum ſalutem, ſimilitudinibus explicuit Oſeas cap. 6. ſub init. dicens: *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius: & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ.* Quod de Chriſto Domino intelligendum eſt, vt notat ibi Hieronymus, dicens:

Hieronim.

Qui non ſolum mane vocatur, & aurora, & diluculum: ſed veniet nobis, quaſi imber temporaneus, & ſerotinus terræ. Hæc eſt pluuia, de qua Dominus pollicetur: Dabo vobis pluuiam temporaneam & ſerotinam. Atque hoc potentiſſimo remedio dato, Deus ita conqueritur: *Quid faciam tibi Ephraim? Quid*

Mich. 6.

faciam tibi Iuda? Miſericordia autem veſtra, quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. Propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei. Et poſt pauca: *Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum.*

7. Vbi Hieronymus ait: *Quando dicit: Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? parentis in perditos filios monſtrat affectum, iuxta illud, quod in Iſaia legimus: Quid eſt, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? & in Michæa: Popule meus, quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde mihi: quia eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruientium liberaui te, & miſi ante faciem tuam Moyſem, & Aaron, & Mariam.* & poſt pauca: *Dolaui vos in Prophetis, & verbis terribilibus comminatus ſum: ſcalpellum, ignes, & cauteria protuli, vt qui clementem contemnebatis, timeatis offenſum; & occidi negligentes in verbis oris mei; vt ante peccatores verborum terrore punirem, quam captiuitas immineret.*

8. Tantis ergo ſalutis remedijs adhibitis, quando illa interrogatione vrgentur obſtinati: *Quid faciam tibi Ephraim. Quid faciam tibi Iuda?* Pero

Impiorum reſponſio.

an iure & meritò reſpondere poſſint. Quorſum Domine nobis applicas tot ac tãta remedia; quãdo ſimul per antecedentem voluntatem, non præſuppoſito noſtræ libertatis exercitio, vis prædeterminare materiales actiones peccatorum, vnde nobis eſt ſimpliciter impoſſibile actualiter conuerti & pœnitere. Quòd ſi tale reſponſum non poteſt iure ac merito dari prædictis reprehenſionibus Dei: reſtat vt Deus non voluerit adhibere prædictam prædeterminationẽ, aut aliud impedimentum ſalutis ex parte ſua, ſed potius tantis remedijs, tantóque conatu noſtram ſalutem procurauerit, vt laborem & laſſitudinem cauſare potuiſſent, quod ex ſe eſt: iuxta illud Ieremiæ 15. *Laboraui rogans Vt iam defecerit Deus crebro eis ignoſcendo; & laſſus ſit, ſemper eos prouocans ad ſalutem.* Ita explicat ibi Hieronymus.

Prædeterminationem Deus noluit adhibere.

Ieremiæ 15.
Ieremiæ 6.

9. Quinto, vis eadem latet Ieremiæ 6. fine: *Omnes iſti principes declinantes ſunt, ambulantes fraudulenter; æs, & ferrum vniuerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator, malitia enim eorum non ſunt conſumpta: argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.* Qua metaphora ſignificatur, ab artifice argentario iam fuiſſe adhibitam omnem ſuæ artis diligentiam: ſiquidem euſque conflauit, quouſque defecit ſufflatorium, & conſumptum eſt plumbum, quod miſceri ſolet metallis adulteratis atque violatis, vt materia ſeparetur aliena, ſicut notat Hieronymus ibi. Vnde ſubdit: *Ita omne eloquium doctrinarum, & ſermo propheticus perit in his, qui audire contemnunt.* Et confirmat ex Pſalm. 57. *Sicut aſpides ſurdæ & obturantes aures ſuas, quæ non audierunt vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Quæ omnes reprehenſiones legitimam recipiunt excuſationem, ſi inter remedia ponitur impedimentum independenter ab exercitio voluntatis humanæ.

Plumbũ miſcetur metallis adulteratis, & violatis.

Hieronym.
Pſalm. 57.

Rectè igitur Gregor. Nazianzen. oratione 15. 10.

Gregorius Nazianzen.

in plagam grandinis prope medium orationis introducit Deum obiicientem, atque interrogantem: *Quanam ratione, quóue modo erudire vos oportuit, quo non erudierim?* Quam expoſtulationem fusè perſequitur, oſtendens, quaſcumque plagas eſſe medicinas, à diuina prouidentia deſtinatas ad noſtram ſalutem, & nihil deeſſe ex parte voluntatis diuinæ, quominus miſereatur noſtri; totum autem deeſſe ex parte noſtra, qui noſtri ipſorum non miſeremur. Id ſupradicto teſtimonio Ierem. 6, confirmat dicens: *Defecit follis, defecit plumbũ: incaſſum argentum conflat aduerſarius.*

Plaga medicinæ ad noſtram ſalutem deſtinata.

Ieremiæ 6.

Sextò probatur Amos 4. *Dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reuerſi ad me dicit Dominus.* Vbi Hieronym. ait: *Quæ vniuerſa feci, non ob crudelitatem & ſæuitiam, ſed vt conuerteremini ad me. Iuxta illud, quod ſcriptum eſt: Fruſtra percuſſi filios veſtros: diſciplinam non receperunt.* Et in prædicto cap. 4. Amos enumerantur plurima alia flagella, iterum atque iterum repetendo verſum intercalarem: *Et non rediſtis ad me, dicit Dominus.* Secundum aliam tranſlationem eandem ſententiam Amos ad præſens inſtitutum adducit Nazianzenus modò citatus. 11.

Amos 4.

Hierem. 1.

Septimò igitur propterea generale argumentum ſumitur ex omnibus flagellis præſertim durioribus, omnibúſque comminationibus & terroribus pœnarum, tam ſæculi præſentis, quàm futuri, quæ in veteri & nouo Teſtamento frequenter peccatoribus incutiuntur. Cuius vim explicabunt titillationes importunæ, quas otioſi adoleſcentes ſuis ſodalibus adhibere ſolent: quorum vnum, aut alterum, media nocte dormientem, lecto prius bene alligant, poſtea horrendo fragore excitatum alloquuntur acuto, atque nimium ſuſpenſo vocis accentu, furtiuiſque fulgoribus, per laruas, & ſpectra intermicantibus, terrent; ſomnolentiam & ignauiam accuſant, ruinam domus, incendium, aliáue pericula minantur; niſi quam celerrimè ſurgat. Exprobrant, quod tot, tantíſque medijs ad excitandum adhibitis non ſurrexerit. 12.

Generale argumentum ſumptum ex comminationibus, & terroribus pœnarum.

Cauillationes eiuſmodi tolerari fortè poſſunt, quoniam deſinunt tandem in fabulas, & cachinnos. At vbi de æterna vita, aut æterna morte agitur: non poteſt in Deum cadere eiuſmodi cauillatio, qua Deus prius & antecedenter voluerit ſuos auditores alligare ad materiales actiones deliciarum, & propriæ voluntatis poſitiue contrarias diuinis præceptis, phyſicam prædeterminationem ad illas imponendo; deinde verò eoſdem auditores ſic alligatos percutiat flagellis, terreat minacibus verbis ſupremi iudicij, atque æterni ſupplicij; ac demum exprobrando, quod neque toleratis aduerſitatibus, & imminentibus periculis longè grauioribus, nũquam fuerint expergefacti à ſomno peccati. Quod & Ieremiæ cap. 5. 13.

Phyſica prædeterminatione alligarentur homines ad materiales peccatorũ actiones.

deplorat

deplorat,dicens : *Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos , & noluerunt recipere diſciplinam :* vt ſupra Gregorius attigit.

14. Octauò, eadem intentione obtinendi ſalutem illius increduli populi præmiſiſſe Baptiſtam , cuius authoritati facilius crederent,docuit Chriſtus Dom.Ioan.5.dicens : *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio,ſed hæc dico,vt vos ſalui ſitis.* Vbi notandum eſt primò , ſermonem eſſe cum proteruis & perfidis,qui propterea magis quærebant Ieſum interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbathū, ſed patrem ſuum dicebat Deum , vt conſtat ex num.18.eiuſdem capitis. Horum ergo,qui vel omnes , vel maiori ex parte præſciti erant , & actualiter omnes erant obſtinati , ait Chriſtus Dnm.ſe ſalutē procurare ea intentione,vt actualiter ſalui ſint:atque id procurare non ſolùm excellentioribus mediis,& ex ſe fortioribus;ſed etiā aliis magis accommodatis ad eorum captum: quamuis ſuam dignitatem quodammodo demittat. Vnde Chryſoſtomus ita interpretatur illa verba : *Hæc dico vt vos ſalui ſitis. Hoc eſt,ego hominis non indigeo teſtimonio,cùm Deus ſim: verum,cum Ioannes tanta apud vos authoritatis ſit,cum tanquam Prophetam admiremini; mihi autem etiam miracula facienti,non creditis,idcirco eius vobis teſtimonium in memoriam reduco.* Eadem ferè ſententia eſt Theophylacti & Leontij in eum locum.

Ioannis 5.

Chriſtus Dominus media accommodata ad captū hominum ſalutem eorum procurat.

Chryſoſtomus.

15. Confirmatur, nam & cæteras omnes actiones Chriſti Domini ad eum finem fuiſſe comparatas, vt nihil prætermitteret, quod attineret ad ipſum, quominus credere poſſent , ſi vellent, illi etiam, qui præſciuntur non credituri ; ſcitè notauit Theophylactus ad illa verba Ioan.12. *Abijt , & abſcondit ſe ab eis,* dicens : *Abſcondit ſe Ieſus, inuidiam illorum mitigans,interimque eis tempus dat,& otium,vt per quietem de ſermonibus, & operibus eius conſiderare queant. Ita enim , ſi quidem voluiſſent, peruenire ad cognitionem Deitatis illius potuiſſent. Quamuis enim incredulitatem eorum prænoſſit ; attamen omnia,quæ ad ſe attinebant,faciebat.*

Theophylactus.

Ioannis 12.

16. Nonò cunctos Apoſtolos, magiſtros, concionatores,eorúmque doctrinam, exempla,miracula,inſuper Eccleſiæ Sacramenta,leges,conſilia,& cætera generalia media , quæ quibuslibet hominibus , ſiue prædeſtinatis , ſiue reprobis exteriùs offeruntur, eſſe à Deo volita non materialiter tantum,ſed etiam formaliter in ratione medij, & hac ſincera intentione quibuslibet hominibus offerri,quantum eſt ex parte Dei, probatur 2.Corinth.2. *Deo autem gratias, qui ſemper nos triumphat in Chriſto Ieſu , & odorem notitiæ ſuæ per nos manifeſtat in omni loco : quia Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Ecce quæ Deus præſtat,quantum ex ſe eſt,& ad quem finem dirigit prædicatores, miracula,exempla,martyria:ij námque ſunt triomphi Chriſti. Sed quoniam poterat audiens obiicere, plurimos non credidiſſe; ſubiungit Paulus: *In iis, qui ſalui fiunt , & in ijs , qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem , aliis autem odor vitæ in vitam.*

Generalia media hominibus oblata ſincerè Deus vult.

2.Corint.2.

Triumphi Chriſti.

17. Hieronymus tom. 3.epiſt.150. de duodecim quæſtionibus ad Hedibiam q.11. poſt med. præmiſſis, quæ ſupra diximus, ſic explicat poſtrema verba Pauli : *Et eſt ſenſus. Nominis Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco, & prædicationis noſtræ longè,latéque ſpirat fragrantia; ſed quia homines ſuo arbitrio derelicti ſunt,neque enim bonum neceſſitate faciunt,ſed voluntate: vt credentes coronā accipiant, increduli ſuppliciis mancipentur:ideo odor noſter,qui per ſe bonus eſt,virtute eorum,& vitio,qui ſuſcipiunt, ſiue non ſuſcipiunt,in vitam tranſit,aut mortem.* Nota primò,negari neceſſitatem,atque eius negationem requiri ad coronam vel ſupplicium. Secundò nota,virtute hominum , aut vitio, tranſire in vitam aut mortem id , quod ex ſe deſtinatur ad vitam.

Bonum non neceſſitate facimus.

Similia ſcribit Auguſtinus lib.de prædeſtinat. & grat.cap.15.nam cum prius cap.13.fine,de reprobis ſimul & prædeſtinatis diſputans , dixiſſet: *Nulli tamen agnoſcendæ veritatis abſtulit facultatem,* vt eandem facultatem in Pharaone defenderet , tanquam in exemplo reproborum omnium, diſputauit multa cap.14. & cap.15. illum cum Nabuchodonoſore pœnitente comparans , ait: *Hîc mihi rationem reddat,qui diuinum conſilium nimium altum ſapientis corde diiudicat , cur medicamentum vnius medici confectum , alij ad interitum, alij valuerit ad ſalutem , niſi quia Chriſti bonus odor aliis eſt odor vitæ in vitam aliis odor mortis in mortem?* Et magis explicat infra rationem,quia Pharao *libero contra Dei voluntatem pugnauit arbitrio.* 18.

Auguſtinus.

Eodem teſtimonio Pauli Gregorius Nyſſenus in Eccleſiaſten homil.8. propius ad med. quàm ad princip. confirmat , in liberi arbitrij poteſtate eſſe per amorem participare naturam , ſiue eorum bonorum , quæ verè conſiſtunt , ſiue aliorum,quæ non conſiſtunt. 19.

Gregorius Nyſſen.

Liberi arbitrij poteſtas.

Conſulto prætermittimus cauillationes , quibus Caluinus, enumerans varias vtilitates reprehenſionum & exhortationum erga præſcitos homines , defendere conabatur, eas non procedere ex intentione , qua Deus, quantum eſt ex parte ſua, deſideret, & procuret eorum æternam ſalutem,& ſolum per eorum liberam voluntatem ſteterit. Eas refert,& bene refutat Horantius locor. Catholicor.lib.1.cap.33.& 34.& ſequentibus.

Caluini cauillationes prætermittuntur.

SECTIO IX.

Exemplo Iudæ confirmatur huius & præcedentis diſputationis doctrina de voluntate ſaluandi , etiam præſcitos.

IVdas reproborum omnium perditiſſimus , & quantum erat ex proprio merito alieniſſimus à beneuolentia Dei, argumentum præbet à maiori ad minus. Si enim non fuit denegata,cui maximè deneganda foret diuina voluntas,quod ex ſe erat præparata , vt conferret quæcumque ad ſalutem requiſita , deſiderânſque re ipſa conferre vitam æternam : multo minus denegabitur cæteris hominibus,licet præſcitis. Vnde Ambroſius lib. de paradiſo cap.8 prope initiū ita ratiocinatur: *Accipiant etiam ipſi,qua ratione Dei Filius vel præuaricaturo mandauerit,vel elegerit proditurum. Venerat Dominus Ieſus omnes ſaluos facere peccatores; etiam circa impios oſtendere ſuam debuit voluntatem. Et ideo nec proditurum debuit præterire,vt aduerterent omnes,quod in electione etiam proditoris ſui , ſeruandorum omnium inſigne prætendit , nec in eo læſus eſt vel Adam , quia mandatum accepit , vel Iudas, quia electus eſt. Non enim neceſſitatem Deus, vel illi præuaricationis , vel huic proditionis impoſuit,quia vterque ſi,quod acceperat,cuſtodiſſet; à peccato potuit abſtinere.* Perpende primò,in proditore Iuda ſeruandorum omnium inſigne præmiſſum. Ille ergo etiam ſeruatus fuit , quantum erat ex 1.

Argumentum à maiori ad minus.

Ambroſius.

Seruãdorum omnium inſigne præmiſſum.

parte Seruatoris. Secundò, inde etiam circa impios ſuam oſtendiſſe voluntatem, qui venerat omnes peccatores ſaluos facere. In qua ſi Iudas, cæteri etiam præſciti comprehenduntur. Quapropter exemplar totius prouidentiæ, circa quoſcumque præſcitos ſeruandæ, fuit modus deſiderandi & procurandi ſalutem Iudæ, vt à peccato potuerit abſtinere.

2. Vnde poſt pauca ſubdit Ambroſius: *Quod in Deo fuit, oſtendit omnibus, quod omnes voluit liberare. Nec tamen dico, quia præuaricationem neſciebat futuram, imo quia ſciebat aſſero; ſed non ideo pereuntis proditoris inuidiam in ſe debuit deriuare, vt adſcriberetur Deo quod vterque ſit lapſus. Nunc autem vterque redarguitur, atque reconuincitur, quia & ille mandatum, ne laberetur accepit, & hic etiam in Apoſtolatus munus aſcitus eſt, vt vel beneficio Dei reuocaretur à proditionis affectu: ſimul, vt dum alij reuincuntur, prodeſſet omnibus.* Iudas igitur prodeſt omnibus, argumentum miniſtrans, quo reuincantur cæteri præſciti: ſi enim Deus illum beneficiis procurauit reuocare à proditionis affectu; multo magis cæteros præſcitos, quantum ex ſe eſt, conabitur, à morte ad vitam traducere. Sic enim *quod in Deo fuit, oſtendit omnibus, quod omnes voluit liberare.*

Iudas, quo præſciti reuincantur argumentum miniſtrat.

3. Chryſoſtomus hom. 83. in Matth. poſt med. de Iuda ſic loquitur: *Hic & ſi præſidium Chriſti largum habuerit, tamen quoniam noluit attendere, nullam inde vtilitatem conſecutus eſt.* Idem homil. 69. in Ioan. propè init. ad illa verba cap. 13. *Ante diem feſtum Paſchæ*, ait: *Hunc, quàm humanè accipiat Dominus, operæpretium eſt intueri. Lauit eius pedes, quo officio cohibere eum à ſcelere illo voluit. Atqui ſi voluiſſet, poterat eum areſacere, quemadmodum & ficum: & ſcindere, vt petras, & velum. Sed non neceſſitate, ſed voluntate propria volebat eum à proditione abducere; ideo lauit eius pedes. Neque hoc infælix ille reueritus eſt.* Cõſidera finem, quem Deus hoc modo voluit obtinere; & inde collige, nullum impedimentum appoſuiſſe, quantum ex ſua parte fuit, propter rationem generaliter ponderatam in ſect. 6. initio. Alia verba Chryſoſtomi ex homil. 80. in Ioan. retulimus diſput. 19. ſection. 5.

Ioannis 13.

4. Leo Magnus ſerm. 7. de Paſſione cap. 2. non procul à principio prędictionem futuræ traditionis ita commendat: *Dicens itaque Dominus: Amen dico vobis, quod vnus veſtrũ me traditurus eſt, notam ſibi traditoris, ac proditoris conſcientiam demonſtrauit, non aſpera, nec aperta impium increpatione confundens, ſed leni ac tacita admonitione conueniens, vt facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformaſſet abiectio. Cur, infælix Iuda, tanta benignitate non vteris?* Et paucis interiectis: *Non Apoſtolici ordinis honor, non ſacramentorum tibi cõmunio denegatur. Redi in integrum, & depoſito furore, reſipiſce. Clementia inuitat, ſalus pulſat, ad vitam vita te reuocat.* Nec iſta verba ſolùm, ſed etiam ſuperior, inferiórque contextus apertè ſignificant, Dei beneuolentiſſimum affectum erga ſalutem Iudæ, cuius benignitate & patientia Iudas vti noluit, ſed abuti.

5. Et ſermone 16. de Paſſione cap. 3. in fine: *Traditorẽ*, inquit, *ab immanitate concepti ſceleris, & beneficiis eſt reuocare dignatus, & verbis, aſſumendo in diſcipulum, prouehendo in Apoſtolum, monendo ſignis, conſecrando myſteriis; vt cui nihil beneuolentia deeſſet ad correctionem, nihil occaſionis ſupereſſet ad crimen. Sed tu impiiſſime homo, ſemen Chanaan, & non Iuda*, &c. Ergo Chriſtus Dominus, quantum ex parte ſua fuit, nihil contulit, quod ad crimen foret occaſio: eſſet autem ſumma occaſio per phyſicam prædeterminationẽ mouere ad materialẽ actionẽ, cui ratio criminis inſeparabiliter eſſet cõiuncta.

Prædeterminatio phyſica criminis occaſio.

6. Gaudentius Brixienſ. ſerm. 13. de Natali Dom. prope med. eandem lenitatis rationem ponderat, dicens: *Nihil ergo acerbũ Chriſtus voluit pro merito ſceleratæ mentis illius loqui, ne Iudas eam tradere videretur iratus. Vult enim Dominus verè iuſtus iudex, vt meriti proprii ſibi ſit cauſa vnuſquiſque, vult & iuſtum pro ſola iuſtitia pati, vult & iniquum, ſi in malitia perdurauerit, reum mortis proprio arbitrio iudicari. Figurauit enim Deus hominem, vt Scriptura teſtatur; & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum, & dimiſit eum in manu conſilij ſui, poſuit ante eum ignem, & aquam dicens: Ad quod volueris extende manum tuam*, &c. Quibus Gaudentius probat, diuinam prouidentiam, ſic omnia diſpoſuiſſe circa Iudam, vt in manu conſilij ſui dimiſſus, potuerit manum extendere ad proditionem, vel manum à proditione contrahere & continere.

Iudas in manu cõſilij ſui dimiſſus.

7. Cyrillus Alex. lib. 11. in Ioan. cap. 21. in medio, ſatis apertè notauit, Chriſti Domini voluntatẽ & prouidentiam ſtudioſiſſimam ſeruandi Iudam, quantum in ſe fuit. Cuius verba retulimus pręcedenti diſp. 19. ſect. 5. circa med. Alia ex eodẽ cap. 21. & ex lib. 9. in Ioannem cap. 10. ad finem, retulimus tom. præcedenti de Scientia Dei diſput. 33. ſect. 4. quibus Cyrillus oſtendit, nullam antecedentem neceſſitatem impoſitam fuiſſe Iudę, vt periret, non obſtante diuina præſcientia, & prouidẽtia, circa proditionem. Et in eodem lib. 9. in Ioan. cap. 7. à med. ſic loquitur: *Sed huius clementia magnitudinẽ quis non admirabitur? Videbat animum eius, cognouerat venenoſa eum agitare conſilia: honorauit tamen, vt alios, & eius quoque pedes lauit, charitatem vſque in finem conſeruans: & antequàm crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens. Hæc mirabilis perfectáque clementia diuinæ naturæ propria eſt. Nõ enim quia nouit occulta, vt Deus, propterea illicò punit; ſed clementer ferens, multis reuocat modis. Cum autem non modo non proficere homines videat, imo verò contra, ſuæ improbitati hærere tũc tam permittit prauis conſilijs eorum, non diuinæ voluntatis opus id eſſe oſtendens. Ideo per Ezechielem dicit: Viuo ego, dicit Dominus, quia nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Et cap. 11. *Proditorem*, inquit, *oculatius arguens, reuocat.* Quæ omnia reſtantur apertè, Chriſtum Dominum, quod ex ſe fuit, voluntate valde propenſa deſideraſſe, atque procuraſſe Iudæ correctionem, & æternam vitam.

Nullam antecedentem neceſſitatem impoſitam Iudæ Cyrillus oſtendit.

Ezech. 18.

8. Theophylactus Ioan. 10. ad illa verba: *Oues meæ ſequuntur me. Quod ſi quis*, ait, *ex ordine ouiũ exciderit, & non ſequutus fuerit paſtorem, ſtatim perit. Vtitur autem & hoc de Iuda exemplo contra Manich. Etenim cũ ille ſanctus eſſet, & ouis Dei, & vertibili voluntate ſua ſponte excidit.* Et cap. 12. ad illa verba; *Sed quia fur erat*, inquirit: *Quare ſi quidem auarus erat, & fur, pecuniarum diſpenſationem ei permiſit Dominus?* Et reſpondet: *Propter iſtuc ipſum, quod fur erat, vt omnem ei occaſionem auferret. Non enim poterat dicere, quod propter pecuniarum amorem eum prodiderit. Nam ſatis conſolationis ex marſupio habebat, & neque marſupium gerens, fidelis erat.*

Ioannis 10.

Cur Iudæ furi pecuniarum diſpenſatio permiſſa

9. Magis directè & expreſsè, quod probare intẽdimus docuit in Ioan. cap. 13. ad illa verba: *Cum Diabolus iam miſiſſet in cor. Admirans*, inquit, *Euãgeliſta, quod Chriſtus lauerit eum, qui meditabatur proditionem, dicit: Cum Diabolus immiſiſſet in cor Simonis. Iam ergo vſque ad finem proditoris curam gerebat.*

Ioannis 13.

Digitized by Google

rebat. Neque fruſtra appoſuit: cœna autem facta: ſed vt oſtendatur inhumanitas Iudæ, quem neque menſa communio placauerat. Proinde Ieſus, ſciens quòd Pater omnia tradidiſſet ei in manus, hoc eſt, quod concrediſſet ei ſalutem fidelium, & deberat nũc omnia, quæ ad ſalutem eorum pertineant, monſtrare eis, cœpit & lauare pedes diſcipulorum. Rurſus cap. 17. ad illa verba: *Nemo ex eis perijt: Quomodo*, inquit, *O Domine, nullum perdidiſti, cùm & Iudas perierit, multique alij retroceſſerint? Quantum ad me attinet, inquit, nullum perdidi; quantum in me fuit, nullum amiſi, ſed ſeruaui eos, hoc eſt, omnibus modis eos cuſtodiui. Quod autem à ſe ipſis reſilierint, nihil hoc ad me.* Quibus conſonant quæ in Marci cap. 3. circa electionem Iudæ in Apoſtolum, notat idem Theophylactus.

Cur prœcunte Iuda, nemo ex iis periiſſe dicat Chriſtus Dominus.

10. *Matth. 26.* Euthymius Matth. 26. ad illa verba: *Amen dico vobis, quod vnus veſtrum me traditurus eſt. Simul*, inquit, *clanculũ teſtabatur, ſe noſſe cor eius. Etenim pedes etiam eius lauit, ad pœnitentiam eum reuocans, quanquam ille in duritia permanſit.* Et paulò inferius: *Elegit autem Chriſtus, vt ceteri omnes timerent, ac contriſtarentur, quo perditus diſcipulus conuerteretur.* Et iterum: *Et quare omnino ſuſcepit Chriſtus in diſcipulum eum, qui talis euaſurus erat? Vt manifeſta fieret magnitudo bonitatis Chriſti, & malitia proditoris: quomodo ille ſuum proditorem ſalutaria docuit, ac dilexit, gratiſq; dignum duxit, nec ab aliis ſegregauit, ſed omnia, quæ ad conuerſionem, ac correctionem eius erant, induxit: ne dicere poſſet, quòd præceptorem nactus non fuerat, qui volentem poſſet ſeruare. At ille cum omnia hæc conſequutus fuiſſet, nihilominus malus permanſit.* Obſerua potiſſimum dilectionem Dei erga Iudam, & non ſterilem dilectionem, ſed beneficiis cumulantem, vt reuocaret ad vitam.

11. *Luca 22.* Beda in Lucam cap. 22. in id: *Verumtamen ecce manus tradentis me, &c.* verba ſumens ex Hieronymo Matthæi 26. *Qui de Paſſione*, inquit, *prædixerat; & de proditore prædicit, dans locum pœnitentiæ, vt cùm intellexiſſet, ſcire cogitationes ſuas, & occulta conſilia, pœniteret eum facti ſui. Et tamen non deſignat ſpecialiter, ne manifeſte correptus, impudentior fieret. Mutat crimen in numero, vt agat conſcius pœnitentiam. Prædicit & pœnam, vt quem pudor non vicerat, corrigant denuntiata ſupplicia.* Conſtat igitur Hieronymi, & Bedæ iudicio, veram pœnitentiam & correctionem actualem Iudæ intentam fuiſſe à Chriſto Domino per media, quæ adhibuit.

12. D. Thomas in catena Ioan. 17. ad illa verba: *Nemo ex eis perijt, &c.* referendo approbat Chryſoſtomi ſententiam de Iuda dicentis: *Quantum ex mea parte, non perdam: quod manifeſtius alibi dicit: Non eijciam foras. Si vero per ſe ipſos exilient, non ex neceſſitate ad me trahо.* Et in Matth. cap. 27. propе initium cum Origine declarat liberam poteſtatem Iudæ ad vitandam proditionis culpam. Et paulò inferiùs cum eodem Authore ſupponit, ad Iudam etiam pertinuiſſe illud Ezechiel. 18. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, &c.* *Ezechiel 18.*

13. *Pſalm. 68. Auguſtinus.* Quin etiam D. Auguſtinus eidem doctrinæ valde fauet in Pſalm. 68. ad illum verſum: *Quoniam, quem tu percuſſiſti, &c.* dicens: *Proiecit pretium argenti, quo ab illo Dominus venditus erat, nec agnouit pretium, quo ipſe à Domino redemptus erat.* Ergò redemptionis medium etiam ad Iudæ ſalutem, ac libertatem obtinendam deſtinatum fuit per antecedentem voluntatem Redemptoris. Et in Pſalm. 108. *Si ergo Iudas teneret illud, ad quod* *Pſalm. 108.* *vocatus eſt; nullo modo ad eum, vel ſua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, ſed iniquitatem vetuſti generis potius elegit, redijt iniquitas patrum eius in conſpectu Domini.* Quod idem in ſuo commentario Proſper inſeruit. Generaliter autem ſæpius repetit Auguſtinus ibidem, cauſam infœlicitatis Iudæ fuiſſe, quia voluit, quia elegit. Cuius loci ſententiam breuiter, fideliterque complexus eſt Proſper in eundem Pſalm. 108. veluti quando ait: *Quid eſt ergo conſtitue ſuper eum peccatorem, niſi vt ei Diabolus præſit, cui ipſe ſe ſubdidit: & ipſum in dextris habeat, quem elegit?* Quia vnicuique ſiue in bono, ſiue in malo, hoc fiet dextrum, quod omnibus præfert. *Proſper.*

Cyprian. de bono patientiæ inter princip. & med. *Nec mirandum*, inquit, *quod circa obedientes talis extiterit, qui Iudam potuit vſque ad extremum longa patientia ſuſtinere, cibum cum inimico ſumere, hoſtem domeſticum ſcire, nec palam oſtendere, traditoris oſculum non recuſare. In Iudæis vero tolerandis æquanimitas quanta, & quanta patientia? Incredulos ad fidem ſuadendo flectere, obſequio ingratos fouere, contradicentibus reſpondere leniter, ſuperbos ſuſtinere clementer, humiliter perſequentibus cedere prophetarum interfectores, & aduerſum Deum ſemper rebelles vſque ad crucis & paſſionis horam velle colligere.* Obſerua poſtrema verba ex quibus cõſtat, Chriſtum Dominum, quod ex ſe erat, voluiſſe, atque beneficiis procuraſſe colligere, & ſuadendo flectere, cum cæteris ingratis & interfectoribus etiam Iudam proditorem. 14.

Denique quicumque ſit Author ſermonum ad fratres in Eremo apud Auguſt. tom. 10. ſerm. 28. propè init. *Dominus*, inquit, *Ieſus diſcipulum Iudam multis modis, minis, ſacramentis, & exemplis, & planctu volens eum corrigere, & prædictis modis ad correctionem inuitare, &c.* Et poſt pauca: *Vos mundi eſtis, ſed non omnes. Hoc autem Magiſter dicebat, volens diſcipulum verbo corrigere. Ecce quomodo verbis timoris eum correxit. Sed videns Dominus, quod verbis eum corrigere, ipſo nolente, non poterat, ſtuduit eum corrigere, & ſibi timorem æternum incutere, dum ait: Væ homini illi, per quem tradar ego, melius ei fuiſſet, ſi natus non fuiſſet. Sed Dominus cor diſcipuli, nequiter induratum, ad dilectionem Sacramenti dulciter inuitauit, dicens ſibi poſt Petrum, & cæteris; Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Sacramentum enim illud ideo hominibus datur, vt corpus in terris capiti coadunetur.* Et paulò inferius: *Licet etiam propter alios diſcipulos humilitatis exemplum præbuerit; tamen ouem perditam recuperare valde cupiebat.* 15. *Matth. 26.*

DISPVTATIO XXI.

Vtrum cæteri affectus Dei probent; cuiuſque viatoris ſalutem deſiderare, quantum ex ſe eſt.

SECTIO I.

De gaudio, triſtitia, & deſiderio.

QVONIAM ex his affectibus quidam non propriè, ſed metaphoricè Deo conueniũt; ex metaphora verò ſolidũ argumentũ ſumi non poteſt; niſi reiecta rei creatæ ſi- 1.

Ex metaphora ſolidum argumentum ſumi non poteſt.

militudine, id ſolúmodo relinquamus, quod in Deo verè & propriè reperitur. Propterea in ſingulis affectibus explicabimus quid propriè reperiatur in Deo, vt illud ſit argumenti fundamentum.

2. *Gaudiū propriè Deo conuenit.*

Primus igitur affectus eſt gaudium, ſiue lætitia, aut delectatio, qui Deo propriiſſimè, atque perfectiſſimè conuenit; (vt conſtabit diſput.52. ſection.1.2.& 3.) quamuis nouum augmentum gaudij non niſi metaphoricè conueniat. De hoc agens Chriſtus Dominus Luc.15. ſic parabolam de ouibus concludit: *Ita dico vobis gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiā agente, quam ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* Quod magis explicuit Matth.18. *Gaudet ſuper eam magis, quam ſupra nonaginta nouem, quæ non errauerunt.*

Luce 15. *Matth 18.*

3. *Ex gaudio Dei argumētū ſumitur.*

Vnde huiuſmodi argumentum ſumitur Paſtor, videlicet, Deus vehementer gaudet de cuiuſque peccatoris actuali pœnitentia. Ergo, quod ex ſe eſt, vehementer deſiderat, vt quilibet peccator actualiter pœniteat, & conuertatur ad Deum. Probatur conſequentia, quia nullus vehementer gaudet de conſecutione alicuius boni, quod non deſiderat vehementer: nam pro menſura deſiderij ſequitur magnitudo gaudij. Hæc autem conſequentia notatur ſequentibus verbis Chriſti Domini Matth.18. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Quibus ſignificat, voluntatem Dei eſſe, vt ſaluentur omnes, vt Hieronymus & D.Thomas notant ſupra diſput.19.ſection.1.

De conſecutione boni nō deſiderati nemo gaudet.

4. *Per antecedentē neceſſitatem non prædeterminat Deus materiales actiones.*

Ex eodem principio infertur, Deum antecedenter, proprio motu, & independenter à præcognito libertatis abuſu, non velle permiſſionem obſtinationis finalis, nec velle per antecedentem neceſſitatem prædeterminare materiales actiones, quas neceſſariò conſequitur mors æterna. Nemo quippe diſponit & procurat, vt ſit abſolutè impoſſibile actualiter conſequi effectum, de cuius conſecutione vehementer gaudet; ſed potius ita res diſponit, vt quantum eſt ex parte ſuæ prouidentiæ, poſſibile ſit actualiter conſequi eundem effectum, quo gaudeat & lætetur, niſi per liberam alterius maliriam ſteterit, quam permittere pertineat ad munus optimi gubernatoris.

5. Confirmatur, nam eandem gaudij concluſionem Chriſtus Domin. intulit ex parabola mulieris inuenientis drachmam perditam, & patris recuperantis prodigum filium Luc.15. cuius extrema verba ſunt: *Epulari autem, & gaudere oportebat; quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus eſt.*

Luca 15.

Vnde Dionyſius epiſt.8. ad Demophilum monachum poſt explicationem parabolæ, concludit: *Feſtum diem agit, conuocat amicos, id eſt bonos, vt ſit omnium lætantium habitatio.* Et poſt pauca: *Quomodo enim inquit, non debebat is, qui bonus eſt, ex eorum qui perierant, ſalute, & eorum, qui mortui erant, vita lætari? Denique & in humeros impoſitam ouem fert eam, quæ vix ab errore reſipuerat: & Angelos ad lætitiam gaudiúmque inuitat, & benignus eſt in gratis, & oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos ac malos: & ipſam vitam ſuam pro transfugis profundit.* Ex gaudio igitur Dionyſius colligit generalem Dei affectum beneficia præſtandi etiam ingratis, & transfugis.

Matth.6. Luc.6.

6. Eundem magis explicuit lib. de diuinis nominibus cap.12. ſub finem dicens: *Ex ea* (nimirum diuinitate) *ſimul ac ſemel nata eſt, ac diſtributa omnis ſimplex vniuerſa ac ſincera munditiæ perfectio: omnis rerum & ordo, diſcretio, quæ inconcinnitatem, inæqualitatem, ac non aptam compoſitionem exterminat; gaudétque vno, eodémque aptè, rectéque diſpoſito ordine, & omnia quæ ipſam adipiſci meruerunt, continet: perfecta omnis, & omnium, quæ pulchra ſunt poſſeſſio: omnis denique diuina prouidentia, quæ contemplatur & conſeruat ea, quæ curat, ſéque benignè offert ad formandam in eis, qui ad ipſam conuertuntur, Diuinitatem.* Gaudet igitur Deus, Dionyſio teſte, præcipuè de virtute atque ſanctitate creaturarum intellectualium. In ea námque conſiſtit maximè ordo & ornatus, inconcinnitatem, inæqualitatem, ac non aptam compoſitionem exterminans. Inſuper Deus paratum ſe offert, ad formandam diuinitatem, nimirum per gratiam, & hæc præparatio non minus generalis eſt ad omnes homines, quam illa prouidentia, qua conſeruat omnia, quæ curat, licet illius fructum non admittant, niſi qui conuertuntur ad diuinitatem. Fauet valde commentarius S.Thomæ ad hunc locum, licet aliam tranſlationem ſequatur.

Gaudet Deus Dionyſio teſte.

Reſpondebit aliquis, hoc gaudium pertinere ſolummodo ad eos, qui ſaltem ad gratiam prędeſtinati ſunt: nam illi tantum actualiter conuertuntur, propteréaque nullum inde argumentum ſumi, quod probet, Deum vehementer deſiderare ſalutem cuiuſque hominis quantumcumque præſciti. Hæc tamen ſolutio refutatur primò, quia licet Deus actualiter non gaudeat niſi de ſalute illius peccatoris, qui de facto conuertitur: nihilominus ex ſe propenſus eſt, ad gaudendum conditionaliter, ſi quilibet peccator egerit pœnitentiam, & obſeruauerit Dei præcepta, Deuteron.30. *Reuertetur Dominus, vt gaudeat ſuper te, in omnibus bonis, ſicut gauiſus eſt in patribus tuis: ſi tamen audieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodieris præcepta eius.* 7.

Refutatur primò. *Deuteronom. 30.*

Refutatur ſecundò, quoniam gaudium & triſtitia verſantur circa idem bonum, vt cuius præſentia, & poſſeſſione gaudemus, eiuſdem abſentia & priuatione triſtemur; ſed Deus vehementer triſtatur, & dolore afficitur de morte illorum hominum, qui numquam de facto pœnitentiam agunt: vt paulò inferius oſtendemus. Ergo vehementer gauderet, quod iidem homines pœnitentiam actualiter agerent. Tertiò, quoniam prædictæ omnes parabolæ, quantum eſt ex intentione Chriſti Domini, & miniſtrorum eius diriguntur, vt omnes peccatores, nullo excepto, inuitent ad pœnitentiam, oſtendendo Dei viſcera, ex ſe paratiſſima, atque promptiſſima, vt omnes quærat, & admittat, ſi redire velint. Ergo ille affectus non eſt limitandus ad ſolos prædeſtinatos. Quartò, quia ſaltem quando illi homines, qui præſciuntur finaliter peccaturi per veram pœnitentiam redeunt in domum Patris, epulæ, ſymphonia, & omnia ſigna lætitiæ non carerent ſimulatione, ſi ſub illis lateret animus, ita tractandi filium, tantáque rerum anguſtia & egeſtate premendi, vt neceſſarium eſſet iterum actualiter à domo paterna fugere, & impoſſibile actualiter in ea perſeuerare. 8.

Triſtitia, & gaudium ſunt de eodem bono. *Refutatur tertiò.* *Refutatur quartò.*

Refutatur quintò, quoniam Patres generaliter de omnibus hominibus, nullo excepto, prædictum gaudium & voluntatem Dei exponunt, conditionaliter tamē, ſi pœnitentiam egerint. Quemadmodum Cyprian. lib.4. epiſtola 2. longè poſt 9.

De omnibus hominibus prædictum gaudiū Patres exponūt. Cyprianus.

med.

med.ait. *Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti Dominus comminatur: Habeo, inquit, aduerſus te multa, quod vxorem tuam Iezabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere, & ſeducere ſeruos meos fornicari, & manducare de ſacrificio, & dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & pœnitere noluit à fornicatione. Ecce mitto eam in luctum, & qui cum ea fornicati ſunt, in maximam tribulationem, niſi pœnitentiam geſſerint ab operibus ſuis. Quos vtique ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in Euangelio: Dico, inquit, vobis, ſic erit gaudium in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonaginta nouem iuſtis, quibus non eſt opus pœnitentia. Nam cum ſcriptum ſit: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, vtique neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire.* *Apocalyp. 2.*

10\. Perpende primò apud Cyprianum valere argumentum, quo ex diuino gaudio de pœnitentia peccatoris, colligitur, cupere Deum, vt peccatores pœnitentiam agant, & ad vitam actualiter redeant. Secundò, hoc deſiderium Dei nõ minùs vniuerſale eſſe, quàm illas Scripturæ propoſitiones: *Non lætatur in perditione viuorum, & neminem vult perire;* à quibus nullus homo, quãtumcumque præſcitus excipitur. Maximè cum illa prior comminatio quæ deſumpta eſt ex Apocalip. cap. 2. ad reprobos præcipuè pertineat.

Confirmatur Confirmatur, quoniam nullus Patrum, quem viderim, gaudendi præparationem ad ſolos prædeſtinatos limitat; ſed omnes agunt, quaſi de affectu, in quoſlibet peccatores ita penpenſo. Videri poteſt Hieronym. tota fere epiſtola de filio prodigo ad Damaſum, & in commentarijs ad Iſaiam in illud cap. 44. *Memento horum Iacob*: Iſidorus li. 2. ſent. cap. 14.

11\. *Triſtitia propriè in Deum non cadit.* Gaudio contrarius eſt affectus triſtitiæ, doloris, ſeu mœroris. Hic propriè in Deum cadere non poteſt vt oſtendemus diſp. 54. ſec. 4. Quapropter reſecata illius imperfectione, debemus in Deo relinquere integra quæcumque abſque imperfectione verificari poſſunt. Propriè igitur Deo conuenit diſplicentia illius mali, propter cuius præſentiam dolere, atque triſtari dicitur. *Non quælibet diſplicentia meretur, triſtitia nomen.* Sed non quælibet diſplicentia meretur triſtitiæ nomen, Sed illa tantum, quæ eſt de amiſſione alicuius boni, quod amabat Deus, atque deſiderabat. Nam vt Auguſtinus notat lib. 14. de Ciuitate cap. 7. & 9. amor eſt cauſa triſtitiæ, ſicut & cæterarum affectionum animæ. *ex Auguſtin. ſententia amor eſt cauſa triſtitia.* Quod etiam recipit Sanct. Thomas 1. 2. quæſt. 36. argumento 3. vnde tam in eo articulo, quam in ſequenti rectè infert, concupiſcentiam eſſe doloris cauſam.

12\. *Deus triſtatur quod homines propria ſaluti non conſulant.* Ex hoc principio procedunt argumenta duo. Primum. Deus triſtatur & dolet, quod homines non velint propriæ ſaluti conſulere, ſed eligant potius in æternum perire. Ergo Deus, quod ex ſe eſt, amat & concupiſcit, vt ijdem ipſi homines, qui de facto pereunt, non pereant in æternum, ſed actualiter velint propriæ ſaluti conſulere. Vnde præterea infertur, Deum eiſdem hominibus non velle ſalutis impedimenta, qualis eſt phyſica prædeterminatio ad materiales actiones peccatorum, vel affectata peccatorum permiſſio, *Affectata peccatorum permiſſio.* antecedenter volita, & independenter ab exercitio libertatis. Sic enim Deus procuraret ſuæ triſtitiæ, mœroriſque cauſam, quod vix poteſt in hominem ſanæ mentis cadere, nedum in Deum.

13\. *Auguſtin.* Secundum argumentum, quoniam vt Auguſtinus ait lib. de natura boni cap. 20. *In animo dolorem facit voluntas, reſiſtens poteſtati maiori: in corpore dolorem facit ſenſus, reſiſtens corpori potentiori.* Quod explicat optimè atque defendit S. Thomas 1. 2. q. 36. art. 4. *S Thomas.* ſed cùm, comparatione diuinæ volũtatis, nulla ſit poteſtas ſimpliciter maior; oportet concedere aliquam poteſtatem ſecundùm quid maiorem, cui reſiſtat diuina voluntas, quantum ad reproborum ſalutem. Quod obiectum ab illa eſt volitum non abſolutè, ſed ſub conditione aliqua: vt explicuimus tota diſp. 20. præſertim quinque ſectionibus prioribus. *Mœror Dei ſignificat voluntatem inuitam tolerare peccatorum malum* Deus igitur in ſacris literis mœrere, atque dolere dicitur de morte impiorum: vt ſignificetur Dei voluntatem, quaſi coactam & inuitam tolerare illud malum, cauſatum à voluntate creata, quam plerumque permittere poſtulat munus ſummi gubernatoris. Quapropter conuincitur, diuinam voluntatem, quantum ex ſe eſt, non afferre tale prouidentiæ genus: vnde neceſſarium ſit, impios actualiter in mortem incurrere. Alioqui non coactè, ſed propria ſponte procuraret illam amiſſionem boni, de qua dolet, & triſtatur, quod repugnat quidditati doloris, atque triſtitiæ.

14\. *Confirmatur primò.* Vtrumque argumentum confirmatur primò, quoniam prædictus affectus, & effectus, non ſolum non includit imperfectionem; ſed etiam requiritur, vt contraria imperfectio abſit à diuina voluntate. *Prædictus affectus perfectus & requiſitus, vt contraria imperfectio à Deo abſit.* Eſſet enim non pietatis, ſed crudelitatis officium, flere cum flentibus, & miſeris condolere & compati; occultè tamen procurando & diſponendo, vt illis ſit abſolutè impoſſibile actualiter euadere miſeriam; cum per eorum liberam voluntatem non ſtet, quominus hanc poſſibilitatem accipiant, ſed per liberam & meram illius voluntatem, qui ſuam compaſſionem, condolentiam & triſtitiam inſinuat. *Confirmatur ſecundò* Confirmatur ſecundo, nam idem affectus, & effectus notatur in ſacris literis & ſanctorum commentarijs, veluti Ioan. 11. *Ioan. 11.* Lazaro mortuo, *lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.* *Auguſt.* Vbi Auguſt. tract. 49. ait: *Quid eſt amabat? Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* *Chriſti do lachrima* Ergo Chriſti Dom. lachrimę ſignificant illius amorem erga viatores mortuos in peccatis.

15\. *Lachryma Chriſti domini pro præſcitis profuſa* Rurſus Chriſti Domini lachrimas non pro ſolis peccatoribus prædeſtinatis ad vitam; ſed etiam pro præſcitis ad mortem, fuiſſe profuſas, conſtat Luc. 19. nam *videns Ciuitatem, fleuit ſuper illam.* *Luca 19.* Vbi ſi quiſpiam reſpũderit, humanam ſolummodo Chriſti Domini voluntatem fuiſſe triſtatam, nihilominus non debilitatur argumentum. Quoniàm Diuinitas ſuos increatos affectus, quos in ſe ipſis viſibiliter oſtendere non poterat, per aſſumptam humanitatem ſincerè, atque ſine vlla fictione ſignificabat: & oppoſitum non careret vitio: quemadmodum animi ſpirituales affectus videri & audiri nequaquam poſſunt exterius: nihilominus vir probus & verax exterius lachrimas, ſuſpiria, lamentationes & gemitus non debet effundere, niſi ex animo amet, atque deſideret, quod ex ſe eſt, fælicitatem illius perſonę, cui condolet. *Peculiaris ratio.* Vrget autem peculiaris ratio, quando Chriſtus Dominus loquitur, in quantum Deus & homo, ſaluator & iudex, tunc enim humanitatis affectus debent aptè correſpondere diuinis,

Hæc fuit ratio acerbiſſimum modũ redemptionis eligenda.

Sic autem loquatur hoc loco, de viſitatione atq; ſupplicio mentionem faciens. Confirmatur, quoniam hæc ſine dubio fuit vna ex præcipuis rationibus, ob quas diuinum Verbum prælegit acerbiſſimum modum redimendi, cum poſſet ſuauiſſimè ſine vlla moleſtia redimere; nimirum, quoniam paternus amor indolentiam horret in morte filiorum pluſquam ferinam crudelitatem; amat autem dolere vehementer, & omnibus modis poſſibilibus exterius dolorem oſtendere. Quoniam ergo ratione diuinitatis incapax erat triſtitiæ, aſſumpſit humanitatem, vt eadem perſona, quæ per Diuinitatem erat pereuntium pater, per humanitatem doleret de illorũ interitu.

17. Vnde Chryſoſt. homil. 67. in Ioan. ſub finem ſic ratiocinatur: *Hæc autem dicit Scriptura, vt noſtra cauſa deſeri nos, & nobis ipſis perditionis noſtræ authores eſſe demonſtret: Deus autem non modo nos non derelinquere, & punire vult, ſed quoties punit, inuitus punit. Chriſtus, cum peritura eſſet Hieruſalem, etiam lachrimatus eſt: quod nos in amicis facimus.* Eo igitur humanæ ſalutis deſiderio Chriſtus Dominus pro perituris Hieroſolymitanis lachrimatus eſt, quo fidelis amicus ſolet deflere miſeriam, aut interitum amici. Vnde rectè Chryſoſtomus colligit, Deum non punire, niſi inuitum, & ex noſtra parte ſolummodo eſſe cauſam permittendi peccatum & interitum noſtrum.

Cyrillus apud D. Thom.

Idem oſtendit Cyrillus apud D. Thomam in catena Lucæ 19. dicens: *Miſerebatur enim eorum Chriſtus, qui omnes homines, vult; ſaluari. Quod nobis non patuiſſet, niſi per aliquid humanum fieret euidens, effuſa enim lachrima ſunt ſigna triſtitiæ.* Ad eandem rem faciunt, quæ ſcribit Hieronymus Micheæ 7. initio, & Epheſ. 4. in fine.

Hieron.

18. *Fauſtus Galliarum Epiſc.*

Nec prætereundum videtur teſtimonium Fauſti Galliarum Epiſcopi, quod licet ab hoc authore nullam, cæterum à conſonantia doctrinæ cum alijs Patrum teſtimonijs, toto præſenti libro citatis, non contemnendam authoritatem habet. Hic ergo lib. 1. de gratia & libero arb. cap. 19. tractans eundem locum Luc. 19. ait: *Si Dominus perituris ſalutis intercluſerat aditum: ergo falſò illorum defleuit exitum. Si autem eorum perditionem vero (vt manifeſtum eſt) mœrore perdoluit, non voluntatem ſuam hominis, ſed conſenſum hominis voluntati ſuæ defuiſſe monſtrauit. Quid mirum, ſi pro ſalute hominis lachrimas ſudit, mox ſanguinem profuſurus?*

19. *Matt. 15. Marc. 7. Hugo.*

Idem propter eandem rationem colligitur ex Matth. 15. & Marc. 7. vbi Chriſtus D. ſanaturus ſurdum & mutum, *ſuſpiciens in cælum, ingemuit.* & Marc. 8. *Et ingemiſcens ſpiritu ait: Quid generatio iſta ſignum quærit?* Vnde Hugo in lib. de voluntate Chriſti, quem refert & ſequitur S. Bonauent. in fine lib. 1. ſent. nimirum diſt. 48. art. 2. q. 2. prope med. corporis, ait: *Voluntas pietatis per compaſſionem in malo ſuſpirabat.* Loquitur autem de humana Chriſti D. voluntate.

S. Bonauent.

20. *Chriſt. Dom. comminationibus, increpationibusq; frequenter vſurpabat interiectionẽ, væ. Matth. 11. Hieronym. Euthymius. Chryſoſtom.*

Confirmatur tertiò, nam Chriſtus D. quando incredulis exprobrabat ſcelera vel increpabat aut ſupplicia minabatur, frequenter vſurpabat interiectionem væ, quæ doloris & planctus affectum continet. Vnde Matth. 11. ad illa verba: *Væ tibi Corozaim*, &c. Hieronymus ait: *Corozaim & Bethſaida à Saluatore planguntur.* Et Euthymius: *Cœpit miſeras dicere, & deplorare.* Chryſoſtomus verò homil. 38. ad citata verba Matt. 11. ait: *Ita ipſos, partim quoniam vt miſeros luget, partim quoniam terret, allicere ſtudet.* Et homil. 60. ad illud Matth. 18. *Væ mundo à ſcandalis*, prope initium ait: *Ideo væ, dolentis vocem adhibuit, vt dolore ſuo ipſos incitaret, ac diligentiores, vigilantioreſque faceret. Ad hæc beneuolentiam quoq; ſuam erga illos, & clementiæ magnitudinem oſtendit, quia vel contradicentes deflet. Ita non modo nullam moleſtiam ex duritia aduerſariorum capiebat, verum etiam, & flendo, & prædicendo, ad ſanam eos mentem reuocare conabatur.* Conſonat Gloſſa ordinaria Luc. 10. cum inquit: *Has plangit Dominus, quia poſt tantas virtutes & miracula non pœnituerunt.* Idem notat Beda in eodem loco, & Abulenſ. Matth. 7. q. 46. poſt medium. Vis & ſignificatio eiuſdem interiectionis clarior eſt lib. 1. Machab. cap. 2. *Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei.* &c. & Apocalypſ. cap. 8. verſu 9. 15. & 19. *Flentes, & lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna.* &c.

Matt. 18.

1. Machab. 2.

Apocalyp. 8.

21. *Ionas Chriſti Dom. figura.*

Confirmatur quartò, quia in hoc affectu, ſicut in alijs euentibus Chriſti Domini figuram prætulit Ionas in cap. 4. mœrens, non quidem de conuerſione gentilium, ſed de ſui populi reprobatione, quam præuidebat: vt notat ibi Hieronymus. Confirmatur quintò, nam ad Diuinitatem etiam triſtitia refertur in ſacris literis. Ezechiel. 20. *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.* Iſaiæ. 7. *Quia moleſti eſtis & Deo meo.* Vbi Hieronymus: *Iubentis Dei ſententia contradicitis, ita vt exhibeatis ei laborem.* Iſai. 1. *Laboraui ſuſtinens.* Malach. 2. *Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.* Iſai. 43. prope finem: *Seruire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vbi Hieronymus in commentario addit: *Vt cogerer dicere: laboraui ſuſtinens, & nequaquam vltra ferre te poſſum.* Zachar. 11. *Contracta eſt anima mea in eis: ſiquidem anima eorum variauit in me.* Iudic. 10. ad finem: *Deus doluit ſuper miſerijs eorum.* Quare Benedictus ex mente ſacræ Scripturæ in prologo ad ſuam regulam prope initium ait, *de malis noſtris actibus contriſtari Deum.* Quòd bene explicat Smaragdus in commentario.

Confirmat. 5.

Ezech. 20. Iſaia. 7. Hieronym.

Iſaia 1. Malach 2. Iſaie 43.

Hieronym.

Zachar. 11.

Iudic 10.

Benedictus.

22. *Epheſ. 4.*

Celebre eſt in hoc genere illud Epheſ. 4. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis.* Vbi Patres, quamuis agnoſcant, Deum non eſſe triſtitiæ capacem: nihilominus intelligunt, aliquod obiectum eſſe mœrore dignum, quia contrarium ſit diuinæ voluntati; vt quod læſerimus Deum, & ab hoſpitio pellamus, propterèaque Spiritus ſanctus triſtari faciat ſuos miniſtros. De quo videndi ſunt Ambroſius, Hieronymus, Magiſter & D. Thomas ibi, & Auguſt. de Geneſ. ad lit. lib. 4. cap. 9. Quapropter ſicut Deus ſuos miniſtros congaudere ſibi, & congratulari vult de peccatore pœnitentiam agente, vt à principio huius ſectionis citauimus, ita de huius gaudij negatione vult conformiter ad diuinum affectum, & ad humanam triſtitiæ capacitatem attractos incedere.

Deus ſuos ſeruos congaudere ſibi vult.

23. *Triſtitiæ materiam non ex Dei prouidentia prædeterminante.*

Rectè igitur hanc triſtitiæ materiam, non ex Dei prouidentia, prædeterminante materiales noſtrorum actiones peccatorum, per neceſſariam illationem inferri; ſed in libera hominis poteſtate conſtitutum eſſe illam vitare, ex eodem teſtimonio colligit Macharius Senior Ægyptius homil. 27. ante med. dicens: *At quo pacto ſcriptum eſt; Spiritum nolite extinguere, ſi ipſe inextinguibilis eſt, & lucidus? Tu vero voluntate tua negligens ac non conſentiens extingueris à Spiritu: Eodem modo dicit: Nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei, in*

Macharius ſenior.

quo

quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Vides, in tua voluntate poſitum eſſe, ac libero tuo arbitrio, vt honore afficias Spiritum ſanctum, & non angas.

Iſaiæ 1. *Hieronymus.* *S. Bonauentura.*

24. Confirmatur ſextò, nam eundem affectum mœroris oſtendit, quando viatores punit, & tùc, non niſi correctionis & ſalutis deſiderio: vt Iſai. 1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Vbi Hieronym. *Plangit autem clementiſſimus Pater principes delinquentes, & hoſtes ſuos vocat.* & poſt pauca: *Conſolatio ergo Dei ſuper hoſtibus eius, & inimicis, eſt: vt qui non ſenſerunt beneficia, ſupplicijs corrigantur.* Et S. Bonauent. in 1. diſt. 48. art. 2. q. 2. corp. ante med. *Aliquid oſtendit Deus, ſe velle voluntate abſoluta, ſed oppoſitum velle, quantum in ſe eſt, vt mala, quæ infligit.* & poſt pauca: *Deus non delectatur in noſtris pœnis: ſed magis dicit: Heu, heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis.*

Deſiderium propriè non eſt in Deo. *Iſaiæ 48.*

25. Poſtremò deſiderium propriè non eſt in Deo, prout eſt efficax amor rei abſentis, quam abſolutè vult, eſſe præſentem: vt oſtendemus diſp. 22. ſect. 7. nihilominus eſt in Deo deſiderium, prout eſt antecedens & inefficax voluntas rei, quæ propter alienam culpam eſt abſens, quam Deus, quod ex ſe eſt, cuperet eſſe præſentem. Sic enim Iſai. 48. ad finem; *Vtinam*, inquit) *attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua, ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, non interiiſſet,* &c. Et Deuteron. 5. ad finem: *Quis det, talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt bene ſit eis, & filijs eorum in ſempiternum.*

SECTIO II.

Affectus iræ atque punitiuæ iuſtitiæ, coactus noſtris ſceleribus, probat eandem voluntatem humanæ ſalutis.

Ira non propriè, ſed metaphoricè Deo conuenit. *S. Thomas.* *Ira triſtitiã ſupponit.* *Ariſtoteles.* *Nemeſius.* *Sic habet.*

1. TAm præſens ſectio, quam ſequens pertinet ad eos affectus Dei, qui maximè videbantur eſſe alieni à miſericordia, & deſiderio, procurante reproborum ſalutem; propterea validius ab illis argumentum ſumitur. Si enim proficiſcuntur illi ex deſiderio ſalutis, multò magis proficiſcentur & reliqui. Suppono autem, iram non propriè, ſed metaphoricè Deo conuenire, ſecundùm communem Patrum ſententiã, quos referemus infra diſp. 54. ſect. 5. Cuius rationem S. Thomas reddit in eiuſdem quæſt. art. 1. ad 1. quoniam ira triſtitiam ſupponit, etiam ex parte eius, quod eſt formale in irã, videlicet, appetitus vindictæ. Nam vt Ariſtoteles definit 1. de Anima text. 16. cap. 1. *Eſt appetitio doloris viciſſim aduerſario inferendi.* Vel, *recruciationis appetitus*. vt Nemeſius definit lib. 4. Philoſoph. cap. 13. ſiue, ſecundùm aliam tranſlationem, & diuiſionem, libro de Animæ facultatibus cap. 21. in cuius fine ait: *Cum enim ratio iudicauerit, rem eſſe dignam, quæ ægrè & moleſtè feratur, ſuccedit ira, ſi modo proprium & naturalem ordinem tueantur.* De quo plura diſp. 54. ſect. 5.

Vera diſplicẽtia mali in Deo.

2. Reſecata igitur imperfectione doloris accepti, quem rependere intenderat, relinquitur in Deo vera diſplicentia & odium illius mali, quod punit; & verum deſiderium contrarij boni cauſandi, atque procurandi, quantum eſt ex parte ſua. Quapropter, quoties ſcriptura ſacra Deum proponit iratum & furore accenſum aduerſus viatores, toties aut expreſſè, aut tacitè ſignificat, quantum ex ſe eſt, deſiderare & procurare, vt omnes actualiter reſipiſcant, etiam qui præſciuntur eſſe damnandi, & condolere, ac compati, quod ſibi oblatam ſanitatem reſpuant. Quod bona ex parte probatum eſt præcedenti diſp. 20. ſect. 8.

Tobiæ. *Ea phraſi minus dicitur, & plus intelligitur.*

Nunc verò ex proprio ſectionis præſentis inſtituto probatur Tobiæ 3. ad finem. *Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius, ſi in probatione fuerit coronabitur; ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrimas, & fletum, exultationem infundis.* Vbi nota primò rationem à priori: *Quia non delectatur Deus in perditionibus noſtris.* Qua phraſi minùs dicitur, & plus intelligitur, nimirum, Deum, quod ex ſe eſt, deteſtari & odiſſe perditiones noſtras. Secundò inde prouenit, vt certum debeat eſſe cuicumque colenti Deum, quantum eſt ex parte Dei, licere ſemper & poſſibile eſſe, venire ad miſericordiam, id eſt, gratiam. Tertiò, Deum, quantum ex ſe eſt, niſi per nos ſteterit, omnibus hominibus tranquillum facere poſt tempeſtatem, & exultationem infundere poſt lachrimationem & fletum. 3.

Hunc affectũ per humanitatem oſtẽdit Chriſtus Dominus. *Marci 3.* *Chryſoſtomus.*

Hunc propriæ Diuinitatis affectum, etiam per humanitatem viſibilibus ſignis oſtendit Dominus Ieſus Chriſtus Marc. 3. initio. *Circumſpiciens eos cum ira, & contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum.* Id eſt ſecundùm Græcam vocem, *condolens*. Itaque triſtitiam ſignificat, non quamcumque, ſed eam, quæ compaſſionis eſt, & commiſerationis. Porrò illos, quibus condolebat, de facto non reſipuiſſe, ſaltem eo tempore, conſtat ex ſequenti contextu. Nam *repleti ſunt inſipientia, & cum Herodianis conſilium inierunt, quomodo Ieſum perderent.* Quantum verò ſalutis deſiderium in hac commutatione vultus oſtenderit Redemptor, animaduertit Chryſoſt. Matth. 12. homil. 41. prope init. dicens; *Circumſpexiſſe, vt aſpectu & oculorum motu ad miſericordiam ipſos flecteret, & voluiſſe ipſos curare præ cæteris, & multis modis remedium attuliſſe, tum re ipſa, & ſignis, tum verbis, & argumentis; illos autem omnem rationem retruſiſſe.* 4.

De rebus aduerſis proximorum dolendum. *Deus quandoque per Angelos punit.*

Idem Chryſoſtomus homil. 45. in Actus Apoſt. col. vltima, tractans, quomodo Dei affectum imitari debemus, dolendo de rebus aduerſis proximorum, quamuis eorum ſint & iuſta ſupplicia, & ſalutares medicinæ, ait. *Quoniam igitur; neque is, qui punit lætatur; igitur & tu quoque ne læteris. Sed ſi iuſtè quidem, inquis, puniuntur, non oportet dolere? Etiam propter hoc eſt dolendum, quia digni ſupplicio viſi fuerunt. Dic obſecro quando videris filium tuum vri, vel ſecari, non doles?* &c. Et ſubdit Chryſoſtomus, hanc eſſe rationem, ob quam Deus non per ſe ipſum, ſed per Angelos punit; cùm tamen per ſe ipſum ſæpe beneficia conferat. Quod multis teſtimoniis confirmat. 5.

Voce tenus à Patribus diſſidet Lactantius.

Sola vocis acceptione à communi Patrum ſententia diſſidet Lactantius integro libro vnico de ira Dei, fusè cõtra Stoicos probans, Deum ira commoueri. Cæterum, ſi attentè legatur, præſertim cap. 5. & cap. 14. & 15. conſtat, nomine iræ intelligere odium mali, quod neceſſario & inſeparabiliter cohæret cum amore boni contrarij, reſecatis omnibus aliis imperfectionibus creaturarum. 6.

Digitized by Google

erearuratum. Illud tamen ad præſens inſtitutum pertinet, quod ita Dei deſcendat ex voluntare, qua Deus vult omnes homines eſſe iuſtos, & honorare Deum ranquam Patrem, & hominem diligere velut fratrem: vt conſtat ex dicto cap. 14. fine & toto cap. 15. & cap. 17. itam ita definit: *Eſt motus animi ad coercendum peccata inſurgentis.*

7. Hieronymus epiſtola ad Cyprian. exponens Pſalm. 89. ad illa verba: *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam ſic notamfac, & eruditos corde in ſapientia.* reddit rationem, dicens: *Non enim corripit vt interficiat, atque diſperdat; ſed vt corrigat & emendet.* Idem Hieronymus Ezechiel. 7. prope initium ait: Quod autem dicit: *Non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor: quaſi clementiſſimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carioſa vulnera adurere cauterio: non parcit, vt parcat: non miſeretur, vt magis miſereatur: ne quid putridum, viuáſque carnes ſua vicinia corrupturum, remaneat in corpore. Percutit autem Dominus, quem diligit, & caſtigat omnem filium, quem recipit. Cuius intelligentia eſt: ego percutiam. & ego ſanabo.* Idem probant quæ ootat Ezechielis cap. 16. & retulimus ſupra diſp. 19. ſect. 2.

Pſalm. 89.

8. Eodem exemplo Baſilius exponit illum verſum Pſalm. 26. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Medicus,* inquit, *vbi ſigno quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam, & ſanie refertam, iudicat, inciſionem neceſſariam eſſe faciendam malè affecto. Hoc itaque thymon ſacrum nominat eloquium. Poſt verò medici iudicium ac ſententiam afferendi remedij venitur ad rem, & ea exequenda, quæ ſunt viſa, & iudicata: hoc eſt ad ferrum incidens, & dolorem ei, qui inciditur, inferens.* Quod ſubiode applicans, ait: *Hoc vult Deus: hoc eſt, vt omnes eius vitæ participes ſint. Circumſtantiæ verò pœnarum non ipſius voluntate fiunt, ſed pro merito eorum, qui peccauerunt, inferuntur. Vitam itaque Deus cuique propria voluntate tribuit. Iram verò, ſibi quiſque theſaurizat in die iræ & reuelationis, & iuſti iudicij Dei. Mos eſt ſacri eloquij, ſi quando triſtia, lætáque commemorat, triſtia lætis in ordine præponere: fruitio enim boni efficitur iucundior, triſtibus iam exactis. Beneficium pœna eſt poſterius: Percutiam, & ego ſanabo.* Perpende quam ab extrinſeco Deo conueniat puniendi voluntas, vt eam Baſilius non dignetur nomine voluntatis, imitatus videlicet, Dauidem; ſed dicat, Deum velle, vt omnes eius vitæ participes fiot, & vitam propria voluntate tribuere.

Baſilius.

Ab extrinſeco conuenit Deo puniendi voluntas.

9. Proſper ad illud Pſalm. 144. *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis. Qui etiam,* inquit, *flagella meditatur, ideo caſtigat, vt parcat.* Ideo non ex voluntate deſtruendi, ſed ex magna Dei beneuolentia & affectu corrigendi caſus aduerſos, quaſi rem magni momeoti lectores admoouit author ſecundi libri Machabæorum, cap. 6. dicens: *Obſecro eos, qui hæc lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent, ea quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium.* Et poſt pauca: *Corripiens verò aduerſis populum ſuum non derelinquit.*

Pſalm. 144.

2. Machab. 6.

10. Confirmatur primò, quooiam Deus inuitus à nobis trahitur ad iram; ergo ſua prouidentia non procurat talem circunſtantiarum diſpoſitionem, & prædeterminationem materialis actionis: vnde neceſſarium ſit à noſtris peccatis ad iram trahi, & impoſſibile ſit ab homine actualiter vitari prædictam cauſam iræ. Conſequentia probatur, quia ſi hæc procuraret, aut diſponeret, non traheretur inuitus, ſed ſpontaneus veniret in iram. Vnde præterea infertur, verum eſſe illud diſcrimen voluntatis antecedentis & conſequentis, quod diſp. 19. ſect. 2. & 3. probauimus, videlicet, obiectum voluntatis conſequentis non eſſe bonum, neque diuina voluotate digoum, niſi præſuppoſita libera culpa; ſed voluntatem antecedentem, quantum ex ſe eſt, vehementer deſiderare, nullam à nobis dari cauſam & rationem prædictæ voluntatis conſequentis.

Deus ſpontaneus veniret in iram ſi ſua prouidentia prædeterminaret materiales actiones.

Huius confirmationis antecedens, videlicet, illa, quaſi coactio diuinæ voluntatis, probatur primò Ierem. 5. *Super quo propitius tibi eſſe potero? Filij tui dereliquerunt me.* Quaſi diceret: Ipſi reddunt impoſſibilem propitiationem, præſtandam ſecundùm leges ordinariæ prouidentiæ, quam ego potius optarem. Cui coactioni & impoſſibilitati, conſonat illud Marci 6. *Non poterat ibi virtutem vllam facere.* Quod expoſuit Nazianzenus ſuprà diſp. 9. ſect. 15. non procul à principio. 11.

Ieremia 5.

Marci 6.

Probatur ſecundò, nam coactionem notat expreſsè Chryſoſtom. homil. 67. io Ioaon. cuius verba retulimus ſect. præced. Et Auguſtinus in præfatione ad Pſalm. 51. col. 2. *Extorſit populus,* inquit, *à Domino habere Regem, & datus eſt Saul: tanquam dati eſſent illi in manus ſuas, qui manibus, & verbis accerſierunt mortem, & figurata eſt in Saule ipſa mors.* 12.

Auguſtinus.

1. Reg 8.

Sap. 1.

Petrus autem apud Clement. Recognit. lib. 5. propius ad med. quàm ad finem: *Interdum,* inquit, *contra bonitatem conditoris, fatigata ſceleribus impiorum vincuntur elementa: & inde eſt, quod aut terra fructus corrumpitur: aut aeris temperies temeratur: aut ſupra modum ardor Solis incenditur: vel imbrium ac frigorum vis immenſa diffunditur.* Cuius ſeorentiæ mentem rectè aſſequitur explanatio Grureri eidem ſubiuncta, quæ ſic habet: *Contra bonitatem Dei, id eſt, permittente Deo, quamuis nollet punire: ſed in humanum genus, mallet ſemper beneficus eſſe.* Bernardus ſerm. 5. in Natali Domini in medio, ait: *Quod iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus.* vt retulimus diſput. 19. ſect. 3. numero 1. 13.

Bernardus.

Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus in lib. 1. de prouidentia propius ad med. quàm ad fin. *Cum Angelos,* inquit, *Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare voluit, quod etiam malos puniret inuitus ſcilicet, vt cum legeremus, quæ à Sodomis Angeli pertuliſſent, & videremus ſcelerum immanitatem, criminum turpitudinem, libidinum obſcœnitatem: probaret vtique nobis Deus, quod ipſe eos noluerit perdere, ſed ipſi extorſerint, vt periret.* Et lib 4 inter priocip. & medium: *Cúmque eius natura ſit mons Dei atque maieſtas, vt nulla iracundiæ paſſione moueatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio eſt, vt per nos cogatur iraſci. Vim, vt ita dixerim, facimus pietati ſuæ, ac manus quodammodo afferimus miſericordiæ ſuæ. Cúmque eius benignitatis ſit, vt velit nobis iugiter parcere, cogitur malis noſtris ſcelera, quæ admittimus, vindicare.* Et col. penultima eiuſdem libri: *Vim Deo facimus iniquitatibus* 14.

quitatibus noſtris, ipſi nos iram diuinitatis armamus. Cogimus ad vlciſcendas criminum noſtrorum immanitates, nolentem Deum. Prope eſt, vt eum non permittamus, vt parcat. Nam cum in eum nullum vnquam, iniuſtitiæ ſignum cadere, aut apparere poſſit: ſic agimus, vt ſi enormitates noſtrorum ſcelerum non vlciſcitur, iniuſtus eſſe videatur.

25. Naxianzenus oratione in plagam grand. paulò poſt med. *Ego*, inquit, *miſericordia diuina ſponſor. Haud dubiè miſſa facta ira, quæ ipſius naturæ aduerſatur, miſericordiam, quæ ipſi natura ineſt, amplectetur. Ad illam enim à nobis vi pertrahitur: ad hanc ſuapte natura fertur. Cum igitur non, niſi coactus, percutiat, quid afferri poteſt, quin natiua ſua poteſtate vtens, indulgentem ſe nobis præbiturus ſit, modò noſmetipſos noſtri miſereat, iuſtiſque patris viſceribus viam patefaciamus?* Hæc omnia nullo modo patiuntur independenter à noſtra libera culpa, per antecedentem voluntatem prædefiniri permiſſionem peccatorum, & illorum ſupplicia: multóque minus patientur prædeterminari materiales actiones peccatorum, & obſtinationis, ne noſmetipſos noſtri non misereat, neque iuſtis patris viſceribus viam patefaciamus.

16. Confirmatur primò, quia conſonat illud
Threnor. 3. Threnor. 3. *Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum.* Quod merito Maior in 2.
Maior. diſt. 37. quæſt. 1. prope finem exponit; *quaſi diceret: Quodammodo inuitè, & ex ſuppoſitione ſolum hoc facit, vt peccata puniat.* Atque idem ſumitur ex Hieronymi commentar. ad eum locum.

17. Confirmatur ſecundò, nam quicunque propria ſpōte, & ab intrinſeca inclinatione ſine exteriori coactione molitur aliquod opus, non quærit impedimenta, nec occaſiones deſiſtendi ab illo. Has autem quærit quicunque contra innatam ſibi inclinationem, & quaſi coa-

Occaſiones deſiſtendi ab ira Deus quærit. ctus ad illud opus adigitur. Sed Deus quærit impedimenta, & occaſiones deſiſtendi ab ira, atque punitione impiorum. Ergo contra propriam inclinationem, & quaſi coactus adigitur ad illam. Minor traditur Ezech. 21. ad fi-
Ezechiel. 22. nem: *Et quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni. Et effudi ſuper eos indignationem meam.*

18. Confirmatur tertiò, quoniam grauiſſima
Grauiſſima hominum miſeria, & diuina miſeratione digniſſima. miſeria, & diuina commiſeratione digniſſima eſt, hominem conſtitutum eſſe in tali ſtatu, in quo ſit illi ſimpliciter neceſſarium actualiter peccare mortaliter, & impoſſibile ſit illi actualiter in gratiam redire. Cuius miſeriæ comparatione, minor eſt quælibet calamitas aut temporale flagellum. Sed hanc minorem miſeriam Deus velle non poteſt, niſi coactus & propter obtinendam ab hominibus pœnitentiam: vt nuper probatum eſt. Ergo illam maiorem miſeriam non vult Deus, præſertim quamdiu nullum præceſſit aliud peccatum, à quo proueniat coactio. Nam illa miſeria per ſe non dirigitur ad pœnitentiam obtinendam, vel alium virtutis fructum, vt manifeſtè conſtat. In illa igitur ceſſat ratio, quæ diuinam voluntatem allicit ad alias miſerias, & augetur ratio, quæ diuinam voluntatem auertit ab eiſdem.

19. Confirmatur quartò, nam ex eadem beneuolentia Dei erga quoſlibet homines, prouenit intentare minas atque terrere. Vnde ſic argumentatur Clemens Alexand. lib. 1. Pedago-
gi cap. 8. poſt medium: *Qui minatur apertè* *Clementis Alexandrini argumentatio.*
oſtendit. ſe nihil mali velle facere, nec ea, quæ minatur exequi; ſed incuſſo timore mala reprimit, & ſuam in homines beneuolentiam oſtendit, adhuc differens, & oſtendens, qualia ſunt paſſuri, ſi peccatores permaneant: non autem ſicut ſerpens ſtatim infixus momordit. Bonus eſt ergo Deus. Et paulò inferiùs: *Videte quomodo Deus propter ſuam bonitatem requirit pœnitentiam, & in ipſa minarum intentione tacitè oſtendit ſuam in homines beneuolentiam.*

Hieronymus in Ezechiel. 33. ad illa verba: 20.
Si me dicente ad impium, &c. Nec ſtatim ſequi- *Ezechiel. 33.*
tur, vt quia Propheta prædicit, veniat, quod prædixit; non enim prædicit, vt veniat, ſed ne veniat, Nec quia Deus loquitur, neceſſe eſt fieri, quod minatur; ſed ideò comminatur, vt conuertatur ad pœnitentiam, cui minatur, & non fiat, quod futurum, ſi verba Domini contemnantur.

Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. longè poſt me- 21.
dium: *In Pſalmis*, inquit, *etiam legimus cenſu-* *Pſalm 58.*
ram pariter, & clementiam Dei comminantis ſimul, atque parcentis; punientis, vt corrigat, & cum correxerit reſeruantis: Viſitabo, inquit, in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. Origenes lib. 4. contra Celſum poſt medium ait: *Quod autem non affectus Dei ſit ira, ſed vnuſquiſque eam ſibi peccatis ſuis contrahat, docebit*
Paulus illis verbis: An diuitias bonitatis illius, &c. *Rom. 2.*
Peculiariter verò ponderat illud: *Theſaurizas tibi iram.*

Tertullianus in lib. de Trinitate, vel potiùs 22.
Nouatianus adhuc catholicus cap. 5. ait: *Quod iraſcitur Deus non ex vitio eius venit, ſed ad remedium noſtri illud facit. Indulgens eſt enim etiam tunc, cùm minatur: dum per hæc homines ad recta reuocantur.* & poſt pauca: *Omnes iſta vel iracundia Dei, vel odia, vel quæcunque ſunt huiuſmodi, ad medicinam noſtram proferuntur.* Idem docuit Epiphanius lib. 1. hæreſi 38. poſt med.
dicens: *Prædixit itaque Scriptura iuxta præcogni-* *Epiphanius.*
tionem nos præmuniens, ac docens, vt ne incidamus in iram Dei immedicabilem, non ex affectu decretam, neque ex eo quod ab affectibus ſuperatus ſit Deus, contingentem; ſed hominibus peccatum facientibus iuſtiſſimè præparatam. Nota, etiam ipſam iræ prædictionem deſtinari à Deo, vt nos cauere faciat ab illa, & iram non eſſe ex affectu decretam, vt diſput. 19. ſect. 4. ex Auguſtino & Proſpero retulimus.

Eandem ſententiam fuſiùs tradit Hilarius in 23.
id Pſalm. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua.* Pe- *Pſalm. 2.*
culiariter notanda ſunt illa verba: *Sagittas ſuas*
arſuris operatus eſt. Operatus autem eſt, non ad *Hilarius.*
motum repentinæ iræ, quæ per cupiditatem vlciſcendi ſubito accenſa ſit: ſed operatus arſuris eſt, qui per impœnitentem voluntatem ipſi ſe conſtituent vrendos. Oſtendit autem, Deum eo fine denuntiare terrores, vt homines ſibi caueant, quoniam ipſe neminem punire vellet. Vnde paulò ſuperiùs dixerat: *Et quanquam nos ad voluntatem bonitatis, id eſt, ad bene, honeſtéque viuendum per ſpem promerenda, & vtenda ſua bonitatis illiceret; pœnam tamen deuitata, & contempta bonitatis adiecit. Vt cùm libertatem nobis voluntatis ad bonitatem promerendam reliquiſſet, quia meritum neceſſitas naturæ non haberet, libertatem ipſam quotidie propoſitus è contrario pœnæ terror argueret.*

Et

Et longè inferiùs: *Sic loquitur iratus, ſic conturbat indignans, non puniens admiſſam impietatem, ſed impœnitentiam ad pœnitentiæ confeſſionem commemoratæ poteſtatis terrore perturbans.*

24. Proſper epigrammate 5. ſic cecinit:

Cum Deus exerta peccantes verberat ira,
Vt norint homines, quid mereantur agit.
Nam dum mortalis peraguntur tēpora carnis,
Auxilium miſeris ipſa flagella ferunt.
Et vindicta breuis ſic noxia crimina finit,
Ne ſine fine habeat debita pœna reos.

Concors itaque Patrum ſententia eſt, vniuerſam iram Dei in vita præſenti deſtinati ad correctionem & vtilitatem hominum, vt præter citatos, copioſè docent S. Maximus Æconomicorum centuria 3. cap. 9. 10. 16. 22. & 23. tom. 5. Bibliothecæ. Baſilius in Pſalm. 37. *Domine, ne in furore tuo*, &c. ſub init. Ambroſius in eundem Pſalm. col. 2. Athanaſius diſp. contra Arium, habita in Concilio Nicæn. inter med. & finem. Cyrillus Alex. contra Iulianum lib. 5. inter princip. & med. Bernardus ſerm. 42. in Cantic. inter princ. & med.

S. Maximus.
Baſilius.
Ambroſius.
Athanaſius.
Cyrill. Alexand.
Bernardus.

25. Confirmatur quintò præſtantiſſimo exemplari diuinæ beneuolentiæ, ac ſuauitatis erga reprobos, cuius hiſtoriam continet Exodus, ſed commentarium tradidit liber Sapientiæ, præſertim cap. 11. illis verbis: *Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti*, & poſt pauca in fine cap. 11. *Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.* De induratis Ægyptiis ſermo præcedens fuerat. Quapropter ab illis quibus minimè videbatur eſſe parcendum, ſapiens colligit, Deum, quantum ex ſe eſt, omnibus peccatoribus parcere, etiam induratis & præſcitis, niſi per eorum liberam malitiam ſteterit, quominus emolliantur.

Diuinæ beneuolentiæ exemplar.
Sapientia.

26. Exclamat propterea cap. 12. *O quàm bonus & ſuauis eſt Domine, Spiritus tuus in omnibus.* Ab hac generalitate neminem quantumcunque obſtinatum, & reprobum excipiendum eſſe, conſtat ex toto ſequenti cap. vbi admiratio hæc ſuperabundantis bonitatis, & ſuauitatis refertur præſertim ad modum tractandi habitatores antiquos terræ ſanctæ, *cum magna reuerentia, & attentione*, id eſt, ſumma adhibita cautione, circumſpectione & vigilantia, ex vehementi amore profecta, ne aliter corriperentur, quàm vt expediebat ad eorum conuerſionem, & ſalutem obtinendam, cùm tamen Deus præſciret eſſe damnandos.

Modus tractandi habitatores antiquos terræ ſanctæ.

27. Vnde ſubditur: *Ideóque eos qui exerrant, partibus corripis*, id eſt ſenſim, paulatimque punis, non totam ſimul effundens iram, *& de quibus peccant, admones & alloqueris.* In ſacris literis & apud ſanctos Patres admonitio, & allocutio Dei ſignificare ſolet illuſtrationes & inſpirationes. Vtriuſque autem prouidentiæ finis, quem Deus intendit, hic eſt, *vt relicta malitia, credant in te Domine.* Nimirum vt actualiter credant, non ad hoc ſolum, vt poſſint credere. Nam quantum eſt ex parte Dei, de facto crederent, niſi per eos ſtaret.

Admonitio, & allocutio Dei quid ſignificet.
Finis à diuina prouidentia intentus.

28. Et poſtquam explicuit Sapiens enormia facinora, propter quæ deleri ſunt antiqui habitatores terræ ſanctæ, ſubdit verſu 8. *Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & miſiſti antecesſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent.* Huius autem indulgentiſſimi modi puniendi homines ſceleratiſſimos rationem fuiſſe intentionem alliciendi ad pœnitentiam, conſtat ex verſu 10. *Sed partibus iudicans, dabas locum pœnitentiæ.* Idque quamuis Deus non ignoraret, quàm difficile ac prope impoſſibile foret, tam obſtinatam malitiam, diuturna conſuetudine contractatam, flectere ad pœnitentiam. Hoc enim ſignificant illa verba: *Et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum.*

Indulgentiſſimus modus puniendi ſceleratiſſimos homines.

Ab intrinſeca propenſione Dei prouenire illud prouidentiæ genus, oſtendit Sapiens, cùm ait: *Quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti? Non enim eſt alius Deus, quàm tu, cui eſt cura de omnibus, vt oſtendas, quoniam non iniuſtè iudicas.* Vbi cura eſt ſtudioſa prouidentia, ne pereant, quantum eſt ex parte Dei. Vt conſtat ex illis verbis: *Si perierint*, Senſus námque eſt non ſuperioris alicuius imperium timens, omnium ſalutem curas: ſed tua innata bonitate, vtque oſtendas omnibus tam Angelis, quàm hominibus, quàm iuſta ſit reproborum damnatio, qui diuinam ſuæ ſalutis curam pro ſua libera malitia neglexerint. Quod magis explicat cùm ait: *Ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.* Nullus alius te ad miſericordiam excitat, & facit vt velis parcere; ſed tu primum & vnicum principium huius voluntatis te ipſum moues, & determinas, vt quantum eſt ex parte tua, parcas omnibus, etiam antiquis Palæſtinis, niſi per ipſos ſteterit. Cùm tamen Deus ſe non faciat punire aliquem, ſed ipſe peccator Deum faciat punire. 29.

Et ſubdit: *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas*, id eſt, non ſummo iure, ſed æquitate iudicium temperans, *& cum magna reuerentia diſponis nos.* Vbi S. Bonauent, in commentar. ait. *Reuerentia in effectu, id eſt, cum multa moderatione.* Quapropter reuerentia hæc non eſt inferioris ad ſuperiorem honor; eſt tamen honor ſuperioris ad inferiorem, natus ex amore, & habens adiunctam vigilantiſſimam curam cauendi pericula eius perſonæ, quæ manibus tractatur, perinde ac ſi diceres, matrem cum magna reuerentia diſponere tenerrimum infantem, vlceribus plenum, cuius vitam exoptat ſummopere, quod Hiſpanè dicimus, *con gran tiento, y recato*, non minus, quàm prudentes viri ſolent tractare cum regibus, quos præ reuerentia timent aliqua in re offendere. Quod idem intendit, cùm addit: *Si enim inimicos ſeruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciaſti attentione*, nimirum attentiſſimè proſpiciens, ne quantum erat ex parte tua, impediretur; ſed potius prouocaretur, & iuuaretur finis à te intentus per omnia ſupplicia vitæ præſentis, nimirum, *dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia*, ſiue, *per quæ mutarentur à malitia*, vt Græca habent. 30.

Bonauent.
Reuerentia hæc honor ſuperioris ad inferiorem non inferioris ad ſuperiorem.

Theologus ergo conſideret phyſicam prædeterminationem, qua illi homines ad materiales actiones idololatriæ & pertinaciæ ita determinarentur, vt in ſenſu compoſito, & ex ſuppoſitione prædeterminationis, non poſſint à malitia mutari ad pœnitentiam: & videat verum hæc conſentiat cum prædicta ſuauitate, intentione reuocandi ad pœnitentiam, cura ſalutis, reuerentia, attentione, & circumſpectione diſponendi omnia, quæ ex parte Dei neceſſaria ſunt ad ſalutem, etiam in ordine ad illos antiquos Paleſtinæ habitatores. Sed de 31.

Phyſica prædeterminatio cum prædicta ſuauitate non conſentit.

hoc

hoc dicemus magis ex profeſſo diſputat. 35. ſect. 6. & 7.

SECTIO III.

Odium, zelus, fluctuatio, & pœnitentia Dei probant, cuiuſque hominis ſalutem deſiderare.

1. SI quatuor affectus in reprobos exercentur, multo magis, quàm in prædeſtinatos. Quapropter efficaciter probant, in reprobos exerceri amorem, & ſalutis deſiderium, quod includunt. Quod ad odium attinet Hieronymus Malach. 1. ad illa verba: *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; ad finem commentarij ait: *Porrò dilectio, & odium Dei, vel ex praſcientia naſcitur futurorum, vel ex operibus. Alioqui nouimus, quod omnia Deus diligat, nec quidquam eorum oderit, quæ creauit: ſed propriè eos ſua vindicet charitati, qui vitiorum hoſtes ſunt, & rebelles. Et è contrario illos odit, qui à Deo deſtructa, cupiunt rurſus ſtruere.* Vnde fit primò, vt Deus, quantum ex ſe eſt, omnia diligat, deſtruat autem vitia, quæ odit. Sed quoniam mali ea quæ Deus deſtruit, ædificare iterum cupiunt, ideo eos odio habet. Secundò, nō perſonas, ſed vitia Deus odit. Vnde cōtinuò ſubiungit: *Odiſſe autem Deus antropopathos dicitur, vt flere, vt dolere, vt iraſci, vt quando audimus odium eius in malos, ea quæ Deum intelligimus odiſſe fugiamus.*

Malach. 1. Hieronymus. Sap 11. Non perſonas, ſed vitia Deus odit.

2. Tertiò Hieronymus hoc loco nihil docet cōtra prædeſtinationem ante præuiſa opera, neque contra iuſtificationis initiū ex ſola gratia & miſericordia Dei, non ex noſtris operibus. Quia ſolūmodo aſſerit peccata conſtituere obiectū odij, quibus peccatis ſublatis, ſuo natiuo pondere Deus hominē diligit, quemadmodum ignis aſcēdit, impedimento ſublato. Quapropter aliter dilectio Dei, & aliter odium naſcitur ex operibus præſcitis. Quartò quod humanum patiens Deus dicatur odiſſe, ſicut flere dicitur, intelligendū eſt, prout odiū refertur ad perſonas ipſas. Hoc enim non dicitur propriè, ſed metaphoricè, vt dicemus diſp. 54. ſect. 3. Ad peccata verò in quantum peccata ſunt, propriè refertur odium, nec enim vllam imperfectionē includit; ſed potius eſt perfectio, neceſſariò cohærēs cum ſumma dilectione boni honeſti, qua priuat peccatum in quantum peccatum eſt. Quæ cohærentia tacitè innuitur Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Sap. 14. *Similiter* [autem] *odio eſt Deo impius & impietas eius.* Videlicet vtrumque formaliter tantum, in quantum impius, & in quantum impietas eſt. Iudith. 5. *Deus illorum odit iniquitatem.* Et ſub verbo abominandi, & abominationis plurima reperies eiuſdem odij teſtimonia.

Contra prædeſtinationē ante præuiſa merita nihil docet Hieronymus. Peccati odiū perfectio cohærens cum dilectione boni honeſti. Pſalm 44. Sapient. 14. Iudith. 5.

3. Vnde ſumitur argumentum, probans, in ipſomet odio Dei neceſſariò claudi amorem, ac deſiderium ſalutis cuiuſq; impij, odio habiti. Quemadmodum medicus, odio habens prolixum & incurabilem languorem, odio ipſo, quantum ex ſe eſt, deſiderat ab ægroto ſanitatem actualiter recuperari, & multo magis ſi medicus ipſe ſit pater ægroti. Deus igitur eodem genere odij peccatores proſequitur, quod ſacris ſcriptoribus inſpirauit, veluti Pſalm. 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint.* Quod optimè Auguſtinus explicuit, & paulò breuiùs in eandem ſententiam Proſper, dicens: *Iracundiæ & odij videtur eſſe vox iſta, ſed eſt præcipua charitatis: hoc enim ait, quod & ſupra, vt auferatur ſpiritus ſuperborum, & deficiant: & mutatur in illos Spiritus Dei, vt fiat noua creatura, deficiente malitia, non pereunte ſubſtantia. Qui enim cū eſſet impius, iuſtificatus eſt, non erit impius, ſed erit iuſtus.* Eandē maledictionē Pſalm. 103. ſonare clementiam, optareque vt iniqui eſſe ceſſent, notauit Hieronymus. li. 1. contra Pelagianos propius ad med. quàm ad finem.

In odio Dei neceſſariò claudi deſiderium ſalutis impiorum. Pſalm. 103. Proſper. Pſalm. 103. Hieronym.

4. Alter affectus eſt zelus, à quo poſtquam detraxeris omnem triſtitiam, perturbationem & paſſionem; adhuc remanet vehemens, & quantū ex ſe eſt efficax diſplicētia adulterij, ab ſpōſa cōmiſſi, vel mittendi. Quapropter verò Zelo Dei erga ſuam ſponſam repugnat talis gubernatio & prouidētia, vt ex vi illius independenter à libera malitia ſpōſæ, ſit neceſſarium ſponſam actualiter adulterari, & ſit impoſſibile actualiter ſeruare fidem thalami. Alioqui aut ſponſus conſeretur cauſa adulterij, aut certè negligere ſponſam, & eius fidem, vel adulteria non curare: Ideoque non verè zelaret. De ardentiſſimo Dei zelo erga Synagogam, Eccleſiam, & ſingulas animas, paſſim occurrunt teſtimonia in ſacris literis.

Vero Zelo Dei erga ſuā ſponſam repugnat gubernatio ex vi cuius independenter à malitia ſpōſa adulteriū ſit neceſſariū.

5. Metaphoricus eſt, ſed vera & vehementi beneuolentia plenus affectus, & fluctuatio dubitantis animi, qui paulò momento huc, atque illuc impellitur, propter interiorem pugnam, illinc ratione perſuadente, & extorquente ſupplicium ab inuito Deo; hinc verò Dei miſericordiæ recurrente ad ſuum natiuum ingenium & non inuenientis viam, & rationem qua poſſit exequi ſupplicium ſceleribus debitum. Oſeæ. 11. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael. Quomodo dabo te ſicut Adama, ponam te vt Seboim. Conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea: non faciam furorem iræ meæ*, &c. Vbi Hieronymus: *Nunc*, inquit, *Deus ad Iſrael parentis loquitur affectu: Quid tibi faciam Ephraim? Quomodo te meo auxilio denudabo? Qua te arte corripiam? Quo potero ſanare medicamine?* Et poſt pauca: *Cum duram, imo crudelem ſententiam protuliſſet: rurſum parentis affectu miſericordia vincitur. Dicit enim, conuerſum eſt in me cor meum pariter conturbata eſt pœnitudo mea.* Et poſt alia in eandem ſententiam dicta Hieronymus concludit: *Homo ad hoc punit, vt perdat Deus ad hoc corripit, vt emendet.* Eundem parentis affectum notat Hieronymus Oſeæ 6. prope init. ad illa verba. *Quid faciam tibi Ephraim?* de quo dixi diſp. 20. ſect. 7.

Oſeæ 11. Hieronym. Oſea 6.

6. Theodoret. Oſeæ. 11. ait: *Ego, inquit te defendere ſtudeo, verum non me hæc facere ſinunt tua impia ſcelera. Quare ſicut Adama ponam te, & ſicut Seboim, quæ vna cum Sodoma, & Gomorrha deflagrata ſunt: at vix contra eos calculum eduxerat, cum miſericordia adductus, ſententiam reuocat. Parentes imitatur, qui cum maximo labore filios ab errore reuocare non poſſunt, natura perturbantur.*

Hierem. 17. Hieronym.

7. Huic ſimillimus affectus eſt pœnitentia, & quaſi reuocatio prioris decreti, & prædictionis Hierem. 18. *Repente loquar aduerſum gentem & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſum eam, agam & ego pœnitētiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei: & ſubito loquar de gente & regno, vt ædificem.* &c. Vbi Hieron. li. 4. in Hierem. prope init. ait: *Vt liberum ſignificaret arbitrium, dicit, ſe & mala annunciare genti, & regno illi, vel illi: & rurſum bona, nec tamen hoc euenire, quod ipſe prædixerit, ſed è contrario fieri, vt & bona malis eueniant, ſi egerint pœnitentiam; & bonis mala, ſi poſt repromiſſiones fuerint ad peccata conuerſi. Et hoc dicimus non quod ignoret Deus, hoc vel illud gentem, aut Regnum eſſe facturum;*

Hierem 18. Hieron.

ſed quod dimittat hominem voluntati ſuæ,vt vel præmia vel pœnas ſua voluntate, & ſuo merito recipiat, Hæc quàm longè diſtent ab antecedenti voluntate puniendi ad oſtendēdam iuſtitiam,quæ moueat ad prædeterminandam materialē actionem, punitione dignam,ſatis conſtat ex præcedentibus ſectionibus, ac diſputationibus.

DISPVTATIO XXII.

Qualis ordo prioritatis, qua lege, quóue fundamento ſit aſsignandus inter diuinos actus.

SECTIO I.

Vtrum realis, vel tantum ſecundùm rationem ſit ordo prioritatis inter actus diuinos.

1\. PRæſenti diſputatione tractamus ſolummodo generaliter de ordine prioritatis, & poſterioritatis: in ſequentibus autem diſputationibus magis in particulari comparabimus ſingulas intellectiones ad inuicem, deinde cum volitionibus, poſtremòq; volitiones mutuo prioritatis ordine coordinabimus. Solent de hoc agere, nonnulli expoſitores ad art. 5. præſentis quæſtionis 19.nos autem ibi ad finem diſp.15.diſtulimus in hunc locum:eſt enim magis opportunus,quoniam ſupponit iam explicatam voluntatem ſigni & beneplaciti,antecedentem & conſequentem;quarum ſingulis debetur peculiaris ordo prioritatis, aut poſterioritatis, ſiue comparatione ſcientiæ viſionis,aut ſcientiæ conditionatæ, ſiue comparatione aliarum volitionum.

2\. *Neceſſitas huius doctrinæ.* Quanta verò ſit neceſſitas iſtius doctrinæ, vel ex eo colligi potuiſſet,quod inueſtigantibus cauſam prædeſtinationis, occurrat frequens ſignorũ, ac prioritatum ordo multiplex, quo diuini conſilij rationem in quorundam electione, & aliorum reprobatione intelligere, atque applicare nituntur authores.Occurrit etiā tractantibus de ſcientia viſionis, probantibuſq; non eſſe cauſam rerũ, atque diſſerentibus de ſcientia conditionata,& de illius neceſſitate ad conciliandam libertatem cum voluntate vel concurſu diuino. Præterea ſuperiores diſputationes, præſertim à diſp.11. vſq; ad proximam diſp.21.frequenter mentionem faciũt præſcientiæ, quæ ſupponatur ad volendum facere,vel permittere, vel vnius volitionis, quæ ſupponitur ad aliam. *Decretum Incarnationis.* Iam verò decretum Incarnationis, & aliæ præſtantiſſimæ partes diuinæ prouidentiæ nequeũt explicari,ſine prioritatibus, ſicut nec aliquæ difficultates circa Trinitatis myſteriũ occurrentes in actibus intellectus, & voluntatis, per quos procedunt Filius & Spiritus ſanctus. Ideo, ne voce tenus ac ſine mente proferamus prioritates,neue ſiniſtrũ aliquid intelligamus lucē preferet doctrina huius & ſequētiũ diſputationũ.

3\. *Aliqua prætermittuntur, & multiplex ordo prioritatis declaratur.* Pro cuius declaratione prætermittenda ſunt aliqua certiora. Primum eſt, multiplicem ordinem in actionibus intellectus & voluntatis diuinæ poſſe conſiderari. Primus eſt merè extrinſecus,conſiſtens prorſus in obiecto materiali,& inde nullomodo tranſiens ad actiones diuinas.Hoc modo ignis eſt prior, quàm fumus, cum tamen inde nō ſequatur prius volitum eſſe à Deo ignem, quam volitus ſit fumus. Secundus ordo videtur aliquo modo ad diuinam actionem pertinere: conſiſtit enim in hoc formaliter,quod Deus cognoſcit vnum obiectum eſſe prius alio, & vult vnum obiectum eſſe prius alio; ſicut cognoſcit ignem eſſe priorem fumo,& vult ignem eſſe priorem fumo. Cæterum hic ordo prioritatis non ſufficit, vt cognitio ignis dicatur eſſe prior cognitione fumi; neque vt volitio ignis dicatur prior volitione fumi: quia ſicut ridiculum eſſet dicere, diuinam cognitionem eſſe calidam, quia oſtendit ignem eſſe calidum;ita non eſt dicendum,cognitionem diuinam ignis, eſſe priorem cognitione fumi,quia oſtendit ignem eſſe priorem fumo, ſi non adſit alia ordinis ratio.

Secundò euidens eſt,in diuinis actionibus non eſſe realem ordinem prioris & poſterioris.Ratio eſt,quia ordo prioris,& poſterioris diſtinctionem eſſentialiter ſupponit, nam vbi datur prius & poſterius, oportet eſſe vnum & alterum, ne idem ſit prius ſe ipſo. Atqui inter diuinas actiones nō eſt diſtinctio ante opus intellectus,ſed ſolùm per operationem intellectus cum fundamento in re (vt probatum eſt ſupra diſp.1.ſect. 3. & præcedenti tomo de ſcientia diſp.8.) ergo inter diuinas actiones non eſt ordo prioris & poſterioris ante opus intellectus. 4. *Ordo realis prioris,& poſterioris non eſt in diuinis actibus.*

Tertiò ex hoc fundamento infertur, id quod etiam confirmatur, videlicet inter diuinas actiones ad intra,non ſolum non eſſe prioritatem durationis, qua vna ſit in vno inſtanti temporis, in quo non ſit alia; ſed etiam nullam eſſe realem prioritatem naturæ,& cauſalitatis.Ratio eſt,quia prioritas huiuſmodi, quæ ante opus intellectus ſit, requirit duo extrema, quorum vnum reali dependentia pendeat ab alio: at verò nulla actio diuina pendet realiter ab alia, quia neq; cauſatur realiter ab alia quę realiter nō eſt vna & alia,ſed vnica tantum actio. Sicut conſtat ex dictis diſp. 15.ſect.1.& præcedēti tomo de ſcientiæ diſp.14. 5.

Quartò certum eſt, diuinas actiones à nobis intelligi, quaſdam prius, alias verò poſterius. Controuerſia autem præſens eſt,vtrum iſte intelligendi modus chimericus ſit, & ſine ſolido fundamento in diuinis actionibus, an verò habeat fundamentum reale & verum in Deo,ita vt ratio aſſignandi prioritates diuinarum actionum, non ſit ſolum, quia Deus cognoſcit & vult quædam obiecta eſſe priora aliis obiectis:ſed etiam ſit alia ratio prioritatis propria & intrinſeca diuinis actionibus. 6. *Diuinas actiones quaſdam prius, alias poſterius intelligimus.* *Præſens controuerſia.*

Prima opinio abſolutè admittit, quaſdam intellectiones & volitiones diuinas eſſe naturas priores aliis,Huius author eſt Scot.1.diſt.28.q.3. & lib.3.ſenten.diſt.7.q.3.& diſt.19. q.1. Quem ſequitur Leuchetus 1.diſt.5.& alij eiuſdē Scholę. Eorum fundamentum eſt, quia ſicut inter attributa,ſic inter actiones Dei diſtinctionem admittunt ex natura rei, ac proinde diſtingunt varia ſigna,in quorum primo quædam Deus vidit,alia verò in ſecundo,quæ non viderat in primo;ſicq; varia ſigna multiplicat, vt videbimus diſput.24. ſectione 2. 7. *Probatur.*

Sed cùm parum referat examinare quid ſibi voluerit Scotus, dicendum eſt, hanc prioritatem naturæ, ſi ante opus intellectus intelligatur eſſe in diuinis actibus, & ex natura rei præciſo opere intellectus, eſſe contra communem Theologorum placitum, atque Patrum authoritate & validis rationibus reuinci falſitatis, eiſdem videlicet, quibus in Deo nullam eſſe diſtinctionem ante opus intellectus, probatum eſt locis nuper citatis. Si verò hæc prioritas naturæ intelligatur eſſe ſolummodo per operationem intellectus cum fundamento in re; nihil à veritate recedit, vt ſtatim probabimus. Veruntamen à modo 8. *Impugnatur.*

loquendi

loquendi Scoti abſtinendum erit,quia diſtinctionem ante opus intellectus, profectam ex natura diuinorum actuum,magis ſignificat.

9. Secunda opinio aſſerit, inter diuinas actiones nullũ eſſe ordinem prioris & poſterioris, niſi per intellectum ratiocinantem,non verò cum fundamẽto in ipſis actibus;ac proinde omnia ſigna rationis, in quibus vnus actus diuinus intelligatur eſſe non exiſtente alio,negat prorſus,vt chimerica. Hanc opinionem tenere videntur Ocham 1. diſt.9.q.3.Gabriel 3.diſt.2.q.vnica dub.3.verſus finem,Capreol.3.diſt.1.q.1.art.3. initio. Deza in eadẽ quæſtione;quamuis hi Doctores explicationem patiantur, vt ſolummodo Scoti ſententiam oppugnent, cùm alias admittant, vt referemus ex ſuo magiſtro S.Thoma.

10. Colligitur etiam hæc ſentẽtia ex Doctoribus, qui huiuſmodi propoſitiones,vt falſas explodũt: *Deus cognoſcit hoc obiectũ, quia cognouit aliud. Deus vult hoc obiectũ.quia vult aliud*:Prioritas enim eſſe nequit,niſi quia vnus actus ſit alterius ratio.Hoc autem aſſeruit D.Thom.1.p.q.14.art.7.corpore, & ad 3.& in præſenti q.19.art.5.Henric.quodl. 4.q.19.lit. O.Gabriel 1.diſt.41.q.vnica artic.2. poſt 3.concluſionem.Driedo de concordia lib.arbitrij cum prædeſt.1.p.cap.4.

11. Ochami argumenta nõ ſunt pauca, quibus ſuã ſententiã probare conatur.Sed quoniam illorum pars maxima dirigitur ad probandũ nullũ actum diuinũ eſſe realiter priorem altero;quod nos ſupra libenter admiſimus: & reliqua omnia cõtendunt,chimerica eſſe & ficta quædam inſtantia rationis,in quorum primo ſit vnus actus diuinus,& in ſecundo alius,quod etiam nos fatebimur ſect. 5.verſus finem, opus non erit ea referre, vt ſoluantur. Quædam etiam argumenta,quibus contendit, hanc fictionem inſtantium non eſſe vtilẽ, vt viam aperiat ad melius intelligendos diuinos actus,facilè ſoluentur ex dicendis.

12. *Alia opinio.* A præcedenti ſententia parum in re ipſa differt alia,dicens,inter diuinos actus,ordinem prioritatis eſſe, tantùm ratione connotati explicitè dicti. Sed hanc commodius referemus, & impugnabimus ſect.4.

SECTIO II.

Ordo prioritatis ſecundùm rationem ratiocinatam datur inter diuinos actus.

1. CONcluſio directè reſpondens titulo primæ ſectionis, hęc eſt.Prioritatis & poſterioritatis ordo,ſecundùm rationem cum fundamento in re conuenit immanentibus Dei operationibus:& apprimè neceſſarius eſt,vt intelligatur ratio diuini cõſilij,modúſq; prædeſtinandi ac reprobandi, nec non decretum Incarnationis,& alia,quæ cõmemorauimus initio ſectionis primæ.Hanc concluſionem certã reddit nõ ſolùm ratio,ſed etiam communis ſententia nobiliorum Scholaſticorũ. *Communis ſententia nobiliorũ Scholaſticorum.* Eam aliis verbis docet S.Thomas multis in locis; quamuis enim generaliter negare ſoleat aliũ ordinem in diuinis, præter ordinem originis,tractãs nimirum de ordine reali:cæterum ordinem ſecũdùm rationem fatetur infra q.23.art.4. cùm ait; ad prædeſtinationem ſupponi electionem, & ad electionẽ ſupponi dilectionẽ & de veritate q.6. art.1.ſub finem corporis & ad 3.& 3.p.q.1.art.3. ad 4.*Prædeſtinatio*,inquit,*ſupponit præſcientiã futurorũ.* & 1.contra gent.cap.82.ad obiectionem 3. ait,diuinam voluntatem determinari à diuina cognitione,proponente bonum,vt cõueniens,quod explicuimus ſupra diſp.7.ſect.6. Sic etiam lib.1. ſent.diſt.12.q.vnica art.1.& diſt.15.q.4.art.2.ad 2. prioritatem rationis admittit, inter generationem Filij & proceſſionem Spiritus ſancti.

Eadem eſt mens aliorum antiquorum, cõmuniter dicentium,quod præſcientia meritorum informat voluntatem diuinã ad prædeſtinationẽ, & eſt ratio,ſed non cauſa prædeſtinationis,quantum ad liberum ordinem, quem Dei volitio habet ad prædeſtinatos,non verò,quantũ ad neceſſariam ſubſtantiam actus diuini.Ita Albertus 1.p. q.63.memb.3. art.1.q.incident. 1.Alexãd.1.p.q. 28.memb.3.art.3.Bonauent.1.diſt.41.art.1.q.2. vbi Ricard.art.2.q.1.& 2. & diſt.45. art.2.q.4. Gregor.diſt.41.q.1.art.2.Gabriel q.vnica initio. Marſilius lib.1.q.31.art.2.initio;quorũ tres vltimi Authores ſupponunt, ſaltem fuiſſe poſſibile præſcientiam fuiſſe rationem aut conditionem, ob quam Deus aliquibus voluerit dare gloriam. 2.

Pro eadem concluſione ſunt Scholaſtici, quãdo ſolã prioritatẽ rationis admittunt inter generationem Verbi & proceſſionem Spiritus ſancti lib.1.ſent.diſt.12.vbi S.Bonauent.art.1.q 4.Durandus q.1.præſertim num.15.& in fine.Ricard. art. vnico q.4. Carthuſ.q.2. Argent.1.diſt.9.q. vnica art.2. 3.

Magis apertè,propriiſque vocabulis prioritatem & poſterioritatem ſecundùm rationem inter diuinos actus,& vnum eſſe rationem vel conditionem præſuppoſitã ad alium,ſine qua non exiſteret alter actus, affirmant Durandus 1.diſt.41. q.1.art.2.& q.2.num.5.Maior eadem diſt.41.q. 1.propè init. Caiet.3.p.q.1. art.3.ad 4.& 1.p.q. 42.art.3.Ferrar.4.contra gentes cap.55.col.vltima,Canarienſis 1.p.q.42.art.3. circa med. Corduba li.1.quęſtionarij q.56.opinione 5.punct.2. ad 2.dub.Suarez 3.p.tom.1.diſp.5.ſect.1.&diſp. 41.ſect.4.initio, & in relectione de libertate diuina diſp.1.ſect.1.& 2.& lib.3.de attributis cap. 7.num.12.Molin.1.p.q.23.art.4. & 5.diſput.1. memb.7.& 8. & q.42.art.3.fine. Valentia præſenti q.19.puncto 5.aſſertione 2.imo etiã Ochamus,ſect.1.citatus,aliquod genus iſtius prioritatis admittit lib.1.ſent.diſt.9.q.3. conc.4. & ſequẽtib.& clariùs 1.diſt.41.q.vnica ad argumẽta. 4.

Concluſio probatur,nam vt prioritas & poſterioritas à nobis concipiatur cum fundamento in re,ſatis eſt,immanentes Dei operationes eſſe ratione ratiocinata diſtinctas & inſuper vnam operationem, eſſe quocumque modo requiſitam ad aliam,vt magis conſtabit ſectione 3.& 4. At verò diuinas operationes intellectus & voluntatis ab inuicẽ eſſe diſtinctas ratione ratiocinata, probatũ eſt ſupra diſp.1.ſect.3.& tom.præcedẽti de ſciẽtia diſp.8.ſect.6.& ſequentibus.Summa verò probationis eſt, quoniam ratione ratiocinata diſtingui non eſt aliud, quam verè ac realiter Deo conuenire,quod intelligimus,concipientes intellectionẽ,& quod intelligimus concipientes volitionem,nihilominus conceptus intellectionis, & volitionis ita eſſe diſtinctos, vt vtroq; ſimul melius intelligatur Deus,quàm vno tãtum illorum: ideóque non fruſtra,ſed vtiliſſimè multiplicatur noſter conceptus ad melius intelligendũ Deum. 5. *Operationes intellectus,& voluntatis ratione ratiocinata diſtincta.* *Quid ſit ratione ratiocinata diſtingui.*

Rurſus vnam operationem ita diſtinctam eſſe neceſſariò prærequiſitam ad aliam, inde fit euidens, quoniam cognitio intellectus, proponens obiectũ vt bonum,neceſſariò requiritur ad amãdum,& eligendum illud obiectum:ſimiliter au- 6. *Vna operatio neceſſariò prærequiſita ad aliam.*

tem amor vltimi finis, & obiecti formalis neceſſariò requiritur ad amandum medium, ſiue obiectum materiale. Magis autem in particulari declaratur & probatur, quia Deus non potuiſſet velle creare mundum, niſi naturã illius, & creandi modum intellectione penetraret: nec id ſatis eſſet, niſi ſciret etiam, hoc obiectum honeſtum eſſe, & dignum quod propter ipſum Deum, tanquam propter finem ametur. Deinde verò non potuiſſet Deus velle creare mundũ, niſi ſeipſum diligeret, tanquã vltimum finem, à quo moueretur ad volitionem creandi mundum. Alia quamplura exempla videbimus ſequentibus ſectionibus. & diſp. Nũc iſta clariora ſufficiunt. Cõfirmatur, nã huius prioritatis fundamentũ eſſe in actibus diuinis, magis conſtabit ſect. 3. & ſequentib.

In particulari declaratur, & probatur.

Cõfirmatur.

SECTIO III.

Vtrum ab intrinſeco fundamento prioritas conueniat immanentibus Dei operationibus, diſcrepans à prioritate creaturarum.

1\. DVplex eſſe poteſt comparatio diuinarũ operationum cum creaturis, ad quas terminantur. Primò namque Dei cognitiones & volitiones cõparari poſſunt cum ordine, quẽ hominum intellectiones & volitiones eorundem obiectorũ ſeruare ſolent. Secundò comparari poſſunt cum ordine, quem ipſa obiecta ſeruant ad inuicem, ſiue ſit ordo durationis, aut naturæ, vel perfectionis, aut vtilitatis, aut cuiuſuis alterius rationis.

2\. Circa primam igitur cõparationem opinio prima Durandi lib. 1. ſenten. diſt. 12. q. 2. ſub finẽ, & diſt. 41. q. 1. art. 2. aſſerit, ordinem rationis, qui eſt in diuinis inter abſoluta (vt excludat ea, quæ ad perſonas pertinent) non accipi ab intellectu noſtro, niſi Deo comparato cum creaturis, in quibus ſimiles formalitates realiter differunt, atque realem ordinem prioris & poſterioris habent. Quia qualem ordinem realẽ habent aliqua, vbi ſunt diſtincta realiter, talem inquit, habent ordinem rationis, vbi ſecundùm rationem diſtinguuntur. Illius autem fundamentum eſt, quia hic ordo prioris & poſterioris diſtinctionẽ ſupponit: ſed ea quę ratione tantùm diſtinguuntur, non aliter diſtingui poſſunt ab intellectu, niſi cõparentur ad ea, quæ realiter diſtinguntur. Ergo non aliter eſſe poſſunt ſecundùm rationem priora & poſteriora, niſi ab intellectu ordinentur ad eorũ exemplaria, quę realiter priora & poſteriora ſunt. Ideóq; diuinæ intellectiones ac volitiones non aliter erunt ſecundùm rationem priores aut poſteriores, niſi quemadmodum humanæ intellectiones, & volitiones ſunt realiter priores & poſteriores.

Prima opinio Durandi.

Fundamentum illius

3\. Nihilominus ſit prima concluſio. Ordo diuinorum actuũ immanentium ſæpe diſcrepat ab ordine, quẽ habent creatæ intellectiones & volitiones eorundẽ obiectorum. Atq; adeo ex duabus actionibus ea, quæ in nobis eſt realiter prior, ſæpe in Deo poſterior eſt ſecundùm rationem. Probatur, quia de quàmplurimis rebus, non prius cognoſcimus, illas eſſe poſſibiles, quã videamus eas exiſtere acto: Deus autẽ prius cognoſcit eſſe poſſibiles, quam cognoſcat, eas exiſtere in aliqua differentia temporis, vt dicetur ſequenti diſput. 23. ſect. 1.

Prima concluſio.

4\. Confirmatur primò, quia nos cognoſcimus & amamus creaturã prius, quàm Deum: Deus verò prius ſeipſum quã creaturas cognoſcit, & diligit. Confirmatur ſecundò, quoniam in nobis perſonæ conſtitutiuum prius eſt, quàm actiua generatio, & quàm relatio Patris: in Deo verò perſona per relationem Patris conſtituitur, & actionẽ generationis ſecundùm rationem ſupponit. Cuiuſmodi exempla non ſolùm in formalitatibus Dei, ſed etiam in rebus creatis reperientur infinita.

Nos prius creaturam, quàm Deũ, Deus verò prius ſe, quã creaturas cognoſcit, & diligit.

5\. Quare ſententia Durandi, vt ſonat, eſt abſolutè falſa; ſed poteſt ita explicari, vt tunc ſolũ, quæ ratione diſtinguuntur habeant inter ſe talem prioritatis ordinem, qualẽ habent, quæ realiter diſtinguntur, quando in his, quæ ratione diſtinguntur, inuenitur ſimilis ratio, ob quam vnum ſupponatur ab alio, vt explicabitur ſect. 5. Atque hinc etiam ſatisfit fundamẽto Durandi, nã quamuis diſtinctio rationis ratiocinatæ ad ordinẽ prioritatis ſupponatur, cæterum minimè ſufficit: ſed præterea requiritur quædam, quaſi dependentia, vnius formalitatis ab alia: & inde euenit diuinis actionib. quæ in ordine ad aliquas actiones noſtras diſtinguuntur, non ineſſe eundem ordinem quem noſtræ habent.

Sententia Durãdi abſolutè falſa, poteſt tamen explicari

Ad ordinem prioritatis ſupponitur, non ſufficit.

Dependentia requiritur.

6\. Circa ſecundã comparationem ſecunda ſententia Caiet. 3. p. q. 1. art. 3. ex natura, & ordine rerũ, quæ ſciẽtiæ aut voluntati diuinæ obiiciuntur, ordinem cognitionũ ac volitionum diuinarum colligendum putat. Quapropter vniuerſam ſcientiã, ſiue ſimplicis intelligentiæ, ſiue viſionis, qua res naturales & peccata cognoſcuntur à Deo, & omnem volitionẽ, qua vel amantur, vel permittũtur, omnem deniq; prouidentiã naturalium rerũ, dicit, priorem eſſe vniuerſa prouidentia rerum ſupernaturaliũ, & hanc etiam priorem eſſe volitione ac prouidentia hypoſtaticę vnionis, quã aſſerit, eſſe omniũ poſtremam. Hæc Caietani ſententia mirum eſt, quantum diſcrepet, non ſolum à veritate, ſed etiam ab eiuſdem authoris doctrina, qua ibidem ſoluit tertium Scoti argumentum.

Secunda ſententia Caiet.

7\. Sit ergo ſecunda concluſio, Multoties prioritatis ordo diuinarũ actiunum contrarius eſt ordini, quem obiecta illarũ actionum à parte rei ſeruãt. Probatur primò. Deus pro libito potuit ab æterno velle rem aliquã independenter ab hoc, quòd præuideret, aliã rem eſſe exiſtentem: & potuit etiã pro libito eandem rem non velle, niſi dependenter ab illa præuiſione. Igitur ordo diuinarum actionũ ex natura rerum, quæ ſcientiæ & voluntati obiiciuntur, non niſi falsò colligitur. Antecedens probatur primò, quia licèt variè Doctores ſentiant circa decretũ Incarnationis, vtrum de facto præſuppoſuerit Adami peccatũ: nihilominus ferè omnes ſupponunt, Deum ab æterno potuiſſe Incarnationẽ duplici modo decernere: altero modo, vt eſſet primariò & directè volita in remediũ peccati præuiſi, vt futuri, alio modo, vt independenter à peccato Adami prius fuiſſet volita, poſtea verò præuiſo Adami peccato directa etiam fuiſſet ad illius remedium. Igitur ordo diuinæ preſcientiæ, ac volitionis, non rectè colligitur ex natura rerum, quas Deus ſcit & vult: ſed Deus liberè poteſt varios ordines eligere in ſuorum actuum prioritate.

Probatur primò.

Potuit Deus ab æterno incarnationẽ duplici modo decernere.

8\. Confirmatur primò, quia de facto peccatũ originale multo tẽpore prius fuit, quàm Incarnatio, nihilominus Incarnationis volitio potuit eſſe ratione prior, quàm præuiſio peccati originalis: quia potuit Deus ex voluntate prædeſtinãdi Chriſtum Dominũ moueri ad permittendum peccatũ originale, cuius damnum altiori gratia reſarciret.

Incarnationis volitio ratione prior, quàm præuiſio peccati originalis.

9\. Confirmatur ſecundò, quia naturalis ſubſtantia totius vniuerſi eſt prius tempore, quàm gratia & gloria, nihilominus abſque dubio fuit poſſibile (quod fuiſſe de facto vera Theologia docet) Deum priuſquam decerneret producere naturalem ſubſtantiam vniuerſi, voluiſſe liberè gratiam

Potuit Deus prius gratiã, ac gloriam, quàm naturalem vniuerſi ſubſtãtiam velle.

Digitized by Google

gratiam & gloriã producere; & inde mooeri ad volẽdum produeere naturalem rerum omnium ſubſtantiam, vt in illa gratiæ & gloriæ dignitas fundaretur. Ergo non eſt oeceſſarium actiones Dei, quę circa res naturales verſãtur eſſe priores actionib. quę verſantur circa res ſupernaturales.

10\. *Poſſibilis aliquorum prædeſtinatio ante ſcientiam viſionis de generatione eorum.*

Confirmatur tertiò, quia Deus potuit plures homines ita prædeſtinare, vt prius ſupponeretur ſcientia viſioois, qua cognoſcit illos liberè ab aliis hominibus eſſe generandos, & potuit è cõtra priuſquam aliquorũ hominũ generationem præuideret, prædeſtinare illos, & ex prædeſtinationis decreto moueri ad eorum generationem prædefinieodam: quæ prædeſtinatio & prædefinitio prior erit viſione hominis exiſtentis in rerum natura: vt magis explicabitur in diſputationibus de prædeſtinatione.

11\. *Hic prædeſtinationis ordo in præſtantiſſimis Eccleſiæ luminib.*

Nunc verò hunc prædeſtinatioois ordinem ſaltē in præſtantiſſimis Eccleſiæ luminibus negate oon poſſumus. Nullus enim ſapientũ dicet, permiſſum eſſe libertati diuorum Ioachimi & Annæ, vt diuerſum tempus eligẽtes, diuerſamve materiam generationi miniſtrantes, non beatiſſimam Virginem Mariam, ſed alios filios in lucem ederent; ac non potiùs, Deum propter decretum euehendi beatiſſimam Virginẽ ad tam excelſum gratiæ & dignitatis faſtigiũ prædefiniuiſſe omnia, quæ vt in rerum natura exiſteret, requirebantur. Iam ergo Mariæ Virginis naturalis ſubſtantia, non prius volita fuit, neq; præuiſa vt exiſtens, quàm prædeſtinaretur: cùm tamen in aliis poſſit eſſe præuolita aut præuiſa ſubſtantia naturalis independenter à prædeſtinatione.

12\. *Dona gratiæ collata Christo Domino antequam præuideretur futura naturalis illius ſubſtantia.*

Confirmatur qoartò, quia idem clarius elucet in Chriſti D. humanitate, quam propterea Deus producere, atque tot ſupernaturalibus gratiæ & gloriæ ornamentis decorare conſtituit, quoniam illam ſibi hypoſtathicè vnire decreuerat. Quare prius fuit vnionem hypoſtaticam decernere, quã cognoſcere vt exiſtẽtia ſumma dona gratiæ habitualis, & gloriæ, quæ illi collata ſunt: atq; hæc dona prius diuina volũtate conſtituta ſunt, quã præuideretur futura naturalis illius humanitatis ſubſtantia: quia tanquàm à fine ex voiooe hypoſtatica determinatus eſt Deus ad alia, quæ ſunt media, & effectus ad illam requiſiti.

13\. *In diuina volitione prior mors Christi Domini, & ſalus mundi, quàm permiſſio peccati.* *Mors hominis ad genus rerum naturalium pertinet.* *Mors homini reprobationis, aut prædeſtinationis effectus.*

Confirmatur quartò, quoniam prius extitit in re perfidia & crudelitas Iodæorum, & illius permiſſio, quam Chriſti D. mors, & totius mundi ſalus inde reſultans, ac præcipuè Gentium: & tamen in diuina volitione prius eſt mors Chriſti Domini, & ſalus mundi, ac præcipuè Gentium, quàm permiſſio tam horrendi ſceleris: quod Deus nequaquã permitteret, niſi propter intentionem colligendi prædicta bona. Confirmatur quintò, quoniam mors homiois non pertinet ad genus rerum ſupernaturalium, ſed naturalium: & tamen non eſt præuiſa priuſquam homo prædeſtinetur, aut reprobetur; quin potius eſt effectus prædeſtinationis, aut reprobationis: vt oſtẽdemus tractantes de prędeſtinationis effectibus.

14\. Ex his colligi poſſunt alia pleraq; exẽpla, quibus oppugnatur opinio Caietani, in quibus minimè neceſſarium eſt oſtendere de facto fuiſſe ordinem io actibus diuiois diuerſum ab ordine obiectorom. Satis nàmque fuerit, ſi liberè Deus potuit ordine diuerſo velle: inde quippe probatur euidenter, ex ordine obiectorũ noo colligi ordinem diuinorum actuum, quoniã ex obiectis nõ colligitur, in quam partem ſe liberè inclioauerit voluntas Dei. Secundò notandum eſt, aliquid veri contineri in Caietani ſententia, videlicet, ordinem naturæ quadam ratione prius volitum eſſe à Deo, quàm ordinem gratiæ, quia nõ poſſet Deus voluntate efficaci velle gratiam, niſi etiã vellet naturã, quę in genere cauſæ materialis ad illã pręrequiritur. Verùtamẽ hęc prioritas nõ eſt abſolutè maior: vt dicemus diſ. 24. ſect. 1. & 2. *Aliquid veri continet Caietani ſententia*

Tertiò, vt conſtet, quanta ſit firmitas & amplitudo precedentis cõcluſionis, obſeruandum eſt, duplicẽ ordinem eſſe inter res creatas. Alter eſt ordo generationis, ſed perfectionis alter. Qui ordines frequenter ita commutantur, vt res quæ perfectione & dignitate prior eſt, ſit generatione poſterior: vt gratia & gloria & totus ordo ſupernaturalis prior eſt perfectione, ſed generatione poſterior, quàm res naturales. 15. *Duplex ordo inter res creatas*

Quo ſuppoſito, ſicut Caietanus venatur ordinẽ diuinarum actionum ex ordine generationis, quo res naturales præcedunt, & ſequuntur res ſupernaturales: ita tertia ſeotentia Scoti diuinis actionibus ordinẽ præſcribit ex ſolo ordine perfectionis obiectorũ: vt propterea volitio finis ſit prior volitione mediorũ, & inter media illud quod eſt perfectius & accommodatius, & propinquius ad finem conſequendum, ſit prius volitũ, quàm aliud. Sed quoniam hęc ſententia agit de ſolis actionibus volũtatis, illius difficultas ſpecialis tractabitur infra diſput. 24. ſect. 2. Nunc verò ſatis erit monere noſtram concluſiooem ſecundam, & illios argumenta vniuerſalia prorſus eſſe, ita vt nullus ordo obiectorum poſſit eſſe regula certa aſſignandi ordinem in diuinis actibus, ſiue obiectũ ſit prius origine; ſiue perfectione, ſiue quacunq; alia ratione ſit prius: idque præſertim in actionibus, quæ potuerunt nõ eſſe in Deo, ſiue propter libertatem Dei, ſiue propter libertatem Angeli, aut hominis, qui poſſunt ſuis liberis actionibus ſubminiſtrare, aut ſubtrahere obiectũ diuinæ cognitiooi, & occaſionem volitioni. Quoniam igitur in huioſmodi actionibus, quæ potuerunt oõ eſſe in Deo, grauior eſt difficultas ordinis explicandi, tam circa decretum Incaroationis quàm circa prędeſtinationem, & alias prouidẽtias: ideò circa illas adiungo tertiam concluſionem, quæ ex ſecunda colligitur, & illam magis explicat. 16. *Tertia ſententia.* *Nullus ordo obiectorum poteſt eſſe regula certa ordinis diuinorũ actuũ.*

Tertia concluſio. Liber eſt ordo earũ actionũ, quas potuit nõ habere Deus, ita vt ab æterno potuiſſet cognoſcere, & amare ordine diuerſo, ab eo quo de facto cognoſcit & amat quãuis eadem obiecta produceret ad extra, quę modo producit. Hanc cooclusionẽ probant omnia argumẽta coocluſionis præced. Sed nuoc explicatur & cõfirmatur exemplo. Dato, quòd Petros abũdet diuitiis, & illis bene vtatur, & propterea ſit cõſecuturus gloriam, oõ variatis his obiectis potuit Deus ab æterno duplici ordine illa cognoſcere & amare. Nã potuit velle diuitias Petro indepedenter à volitione beatitudinis Petri, & velle beatitudinem Petri dependẽter à præuiſo bono vſu diuitiarũ liberè eliciẽdo à Petro. Tũc autẽ volitio diuitiarũ, & ſcientia viſionis, vt terminatur ad bonum vſum diuitiarũ, ſunt priores quàm decretũ dandi gloriam eidẽ homini. Potuit etiã Deus ab æterno pro ſua liberalitate velle Petro dare gloriã independẽter à viſione, intuitiua boni vſus diuitiarũ, ſed decernẽdo conferre illi diuitias; & bonum vſum illarum, & hoc modo volitio conferendi diuitias, & viſio boni vſus illarum poſteriores ſunt, quàm volitio efficax conferendi gloriam. 17. *Explicatur, & probatur exemplo.*

SECTIO IV.

Cùm tota perfectio diuinæ volitionis neceſſariò fuerit in Deo: quomodo potuit ab intrinſeco fundare prioritatis ordines, quos de facto non fundat.

1. *Argumentũ difficile.*

ADuerſus doctrinam probatam in ſectione præcedenti, moleſtum argumentum inſurgit, natum ex difficillima quæſtione, de conſtitutiuo liberæ volitionis Dei, quam tractauimus diſp. 11. 12. & 13. Pro cuius claritate ſupponendum eſt primò, liberam poteſtatem, quam Deus habuit, ita volendi, vt fundarentur diuerſi, & contrarij ordines inter eius operationes, qui de facto non fundantur, non prouenire ab entitate ſcientiæ neceſſariæ, quæ continetur eſſentialiter in ſcientia rei contingentis, quæ potuit non eſſe; nec prouenire ab entitate amoris neceſſarij, quæ continetur eſſentialiter in libera volitione: ſi neceſſaria entitas amoris & ſcientiæ conſideretur præciſè ac formaliter, vt talis.

Prædicta poteſtas non prouenit ab entitate ſciẽtia & volitionis neceſſaria.

2. *Probatur primò.*

Hoc fundamentum probatur primò, quoniam entitas ſcientiæ neceſſariæ, & entitas amoris neceſſarij, ſicut non potuerunt non eſſe in Deo, ita non potuerunt non eſſe illo ordine, quo ſunt: ac proinde non potuerunt eſſe ratio diuerſi ordinis ac liberi; ſi præciſè conſiderentur, vt ſunt ſcientia neceſſaria, & amor neceſſarius. Probatur ſecundò, quoniã ſcientia neceſſaria, & amor neceſſarius, vt ſic præciſè abſtrahunt prorſus à cognitione veritatis cõtingentis, & à volitione libera & abſoluta rei cõtingentis. Ergo harũ formalitatũ ordo non poteſt afferri per ſcientiã neceſſariam, & amorẽ neceſſarium præciſè vt ſic.

Probatur ſecundò.

3. *Nouæ relationes rationis ab obiectis creatis Deo aduenire nequeunt niſi obiecta aliter ſe habeant. Probatur.*

Suppono ſecundò denominationem extrinſecam ſiue relationem rationis, quæ ex obiectis creatis redundat in diuinas actiones, non poſſe aliam eſſe, quàm quæ de facto eſt, niſi res creatæ realiter ſe habeant aliter, quàm de facto ſe habent. Quod probo quoniam relationes rationis, ſiue denominationes extrinſecæ non fiunt à Deo directè, neque ſubiiciuntur diuinæ potentiæ directè, ſed ratione fundamenti. Quapropter ſuppoſito, quod ego amem Petrum, implicat cõtradictionem, Petrum nõ eſſe amatũ à me, & è cõtrario implicat contradictionẽ Petrũ eſſe amatũ à me, niſi ego amẽ illum. Vnde fit vt extrinſecã denominationẽ, qua Petrus dicitur amatus, impoſſibile ſit afferre, vel auferre, niſi poſito, vel ſublato in me amore Petri. Quod idẽ in ſingulis relationib. rationis poteſt oſtẽdi. Ergo quæcunque ſit illa denominatio extrinſeca, vel relatio rationis, quæ Deo reſultat ex creaturis, non poteſt nõ reſultare, niſi ſublatis creaturis, vel realiter ſe habentibus aliter, quàm ſe habẽt.

Relationes rationis directè non ſubiiciuntur diuinæ potentia.

4. *Scientia veritatis contingentis nihil reale ſupra ſcientiã neceſſariam addit.*

Suppono tertiò communiter receptam opinionem Theologorum, ſcientiam contingentis veritatis in Deo nullam realitatem addere ſuprà ſcientiam neceſſariam Dei, ita vt non ſolùm nihil realiter diſtinctum, ſed etiam nulla formalitas realis, diſtincta ſola ratione, ſuperaddatur, ſed tantùm denominatio extrinſeca à veritatibus cognitis. Similiter etiam volitio libera producendi aliquid ad extra, nullam realem formalitatẽ affert, re vel ratione diſtinctam ab amore neceſſario, ſed ſolum ponit in Deo amorẽ, quo Deus neceſſariò complacet in creaturis vt poſſibilibus, & tantum addit denominationem extrinſecam à re, quæ in tempore creanda eſt. Cuius ratio eſt, quoniam aliàs aliqua realis perfectio ex his, quæ in Deo de facto ſunt, potuiſſet non eſſe in Deo; ſi Deus, vt potuit, non vellet illas creaturas creare; prout aduerſus Caietanum probatum eſt fuſiùs dicta diſp. 13.

His poſitis, vt clariùs proponam generalem difficultatem, redeo ad exemplum poſitum in 3. concluſione ſectionis præcedentis, quo diximus, ab æterno fuiſſe poſſibilem duplicem ordinem contrarium inter diuinos actus circa diuitias & æternam ſalutem Petri: alterum quo volitio dandi diuitias, & viſio boni vſus illarũ, priores eſſent, quam volitio efficax conferendi Petro gloriam; alterum quo eſſent poſteriores. 5.

Duplex ordo contrarius inter diuinos actus poſſibilis.

Contra hoc ſic argumentor. Hæc varietas ordinis liberi inter diuinas volitiones & viſionem, non poteſt prouenire à reali entitate diuinorum actuum, neq; poteſt prouenire ex denominatione extrinſeca obiectorũ, quæ ſunt extra Deum. Ergo non eſt poſſibilis illa varietas ordinis. Conſequentia eſt euidens, quoniam nihil aliud fingi poteſt, vnde proueniat. Sed antecedentis prima pars probatur, quoniã tota entitas diuinæ ſcientiæ, & volitionis eſt neceſſaria, ita vt nulla realis formalitas ratione diſtincta reperiatur in illis, quæ potuerit non eſſe, vt ſuppoſui in tertio fundamento. Sed ab entitate neceſſaria præciſè, ſine additione alterius formalitatis realis, ſiue re, ſiue ratione diſtinctæ, non poteſt prouenire varius ac liber ordo, qui potuerit non eſſe, ſed determinatus, & neceſſarius ordo; ita vt nõ potuerint actus aliter ſe habere: vt probatum eſt in fundamento primo. Ergo non potuit eſſe inter diuinas volitiones & intellectiones ille varius & contrarius ordo prioritatis. 6.

Obiectio.

Secunda pars Antecedẽtis probata eſt in fundamento ſecundo, quoniã denominationes extrinſecæ, vel relationes rationis, prouenientes Deo ex obiectis creatis, non poſſunt ſe habere aliter, quam ſe habeãt de facto, niſi obiecta creata realiter ſe habeant aliter. Ergo ſuppoſita exiſtentia diuitiarum Petri, & bono illarum vſu; & cõſecutione gloriæ eodem modo ſe habentibus, ordo inter diuinas actiones, quæ ad hæc obiecta terminantur, non potuit ſe habere duplici modo contrario, ſed vnico duntaxat. 7.

Confirmatur primò, quoniam hic ordo liber diuinarũ actionũ, vel illis eſt intrinſecus & realis: & hoc non, quia nihil reale & intrinſecũ diuinis actionibus, potuit illis deeſſe: at verò hic ordo potuit nõ eſſe in diuinis actionibus. Vel hic ordo eſt merè extrinſecus, & ſola relatio rationis in diuinis actionibus: & hoc non, quoniã electionem ad gloriam pendere aut non pendere ex viſione boni vſus diuitiarũ, non poteſt prouenire ex rebus creatis in Deũ, ſed è contrario deſcẽdit in res creatas à Deo. Cõfirmatur ſecundò. Deus enim non poteſt intelligi voluiſſe aliud, quàm quod de facto vult, niſi faciendo aliud ad extra, quod de facto non facit. Ergo nõ poteſt intelligi, alio ordine velle, quã vult, niſi ad extra efficiẽdo aliquam diuerſitatem in obiectis, quàm de facto non efficit. Antecedens probatur, quia cum Deus non velit per additionem, aut mutationẽ ſui actus: neceſſariũ eſt vt diuerſitas volitionis ſit per additionẽ, aut mutationẽ obiecti ad extra. 8.

Confirmatur ſecundò.

Ad euitandam huius argumenti difficultatẽ, & alias, quæ naſcuntur ex illa, doctores aliqui putarunt, in Dei operationibus immanentibus, ac potiſſimum in liberis volitionibus, non aliter eſſe dependentiam ac veluti cauſalitatem, nec aliter eſſe prioritatis ordinem: 9.

Prima opinio.

niſi

niſi qua ratione diuina volitio denominationem extrinſecam accipit ab ordine, & cauſalitate, quam Deus vult eſſe in effectibus creandis, volendo nimirum, vt vnus ſit alterius cauſa, vel prior duratione, quàm alter.

10. In hanc ſententiam veniunt aliqui diſputantes de cauſa prædeſtinationis & aſſerentes, non alio ſenſu quæri poſſe cauſam prædeſtinationis, niſi accipiendo prædeſtinationem pro effectibus, quos cauſat in nobis, ita vt petere prædeſtinationis cauſam, ſit prorſus idem, quod petere cauſam totius effectus prædeſtinationis, vel cauſam denominationis extrinſecæ, quæ reſultat in diuinos actus ex ordine, quem prædeſtinatio cauſat in ſuis effectis. Sic opinantur Molina in præſenti quæſt. 19. art. 5. & infra q. 23. art. 5. difficultate 1. memb. 1. & 7. & 8. Vaſquez 1. p. diſp. 91. cap. 1. Zumel. 1. p. q. 23. art. 5. ſua q. 1. notab. 1. Driedo tractatu de prædeſtinatione p. 1. cap. 3. quod eſt de hæreſibus & opinionibus prope initium, & ca. 4. ad 4. argumentum.

11. Tenentur autem eodem modo ſentire quicumque ſupra diſp. 21. ſect. 3. initio dixerunt, liberum Dei actum conſtitui, vel vltimatè compleri per extrinſecam denominationem, vel relationem rationis, quæ ab obiectis creatis reſultat in diuinam volitionem eorum. Ij ſunt Capreol. Deza, Silueſ. Ferrar. Medina, Bannes & alij recentiores, quibus fauent Alexander, Albertus, & alij veteres Scholaſtici locis citatis in eadem ſect. 3.

12. *Secunda opinio.* Aureolus autem lib. 1. ſentent. diſt. 40. art. 1. §. *Sed ſi ita dicatur.* & ſub finem eiuſdem articuli docuit inter actus intellectus & voluntatis diuinæ, non alium ordinem eſſe, niſi ratione connotati explicitè dicti. Hic Author alijs è veſtigio referendis præſtat in eo quod opinionis conſtantiam & conſequentiam retinet: quippe qui volitionem liberam & efficax decretum exiſtimat, in Deo non eſſe propriè, ſed metaphoricè, prout retulimus & impugnauimus dicta diſp. 21. ſect. 1. & ſequentibus. *Quid alij ſentiant.* Alij namque liberos actus Dei componunt propoſitionibus repugnantibus: nam licet fateantur, quod verum eſt, volitionem liberam & efficax decretum, & ſcientiam contingẽtium Deo realiter ac propriè conuenire, aliunde dicunt conſtitui, vel vltimatè compleri per extrinſecam denominationem, aut relationem rationis, ita vt intra Deum ſolũmodo ſit amor neceſſarius propriæ bonitatis & ſimplex complacẽtia creaturarum, vel diſiuncta volitio, quæ ſimiliter ſit neceſſaria, nec potuerit in Deo non eſſe, quæ omnia impugnauimus dicta diſp. 21.

13. *Sententia aliorum.* Maiorem verò repugnantiam inuoluit eorum ſententia, qui tentant defendere diuerſum ordinem inter diuinas intellectiones & volitiones fuiſſe poſſibilem, licet actus liberi Dei conſtituãtur, aut compleantur connotatione productionis ad extra. Dicunt enim eos effectus à Deo produci poſſe per diuerſas intentiones; tũc autem creatas productiones realiter diſtingui, diuerſúmque ordinem inter ſe habere, propterea quod procedant à diuerſis intentionibus Dei. Cuius ſententiæ repugnantiam oſtendimus diſp. 22. ſect. 3. ſub initium, & iterum probatione poſtrema.

14. *Concluſio. Ordo prioritatis habet fundamentum in increata entitate operationũ diuinarum.* Sit igitur vnica concluſio. Prioritatis & poſterioritatis ordo, repertus in ſcientia veritatum contingentium, & liberis Dei volitionibus, licet non ſit realis, habet tamen reale fundamentum in diuina, increata & intrinſeca entitate illarum operationum: quapropter ille prioritatis ordo non conſtituitur per connotationem alicuius rei exiſtentis extra Deum, nec per denominationem extrinſecam ab ordine prioritatis, quem habent effectus, producti per diuinas operationes, nec reſultat ex rebus creatis.

15. Hæc concluſio colligitur ex doctoribus, qui ſupra diſp. 21. ſect. 3. referuntur pro concluſione, quoniam exiſtimant, liberos Dei actus, nec vltimò conſtitui, nec compleri per connotatas creaturas, nec per relationem rationis, aut extrinſecam denominationem: ſed potius totam formalitatem illorum eſſe perfectionẽ realem, increatam, & exiſtentem intra Deum ab æterno (Caietanum excipio, qui defecit à ſe ipſo: vt vidimus præcedenti ſect. 3. in 2. ſententia.) Colligitur etiam ex Authoribus, quos retulimus ſect. 2. quoniam in multis illorum locorum tractant potiſſimum de operationibus, quæ potuerunt in Deo non exiſtere, quantum ad liberam terminationem ad creaturas, ſimilitérque potuerunt alium prioritatis ordinem habere, quem de facto non habent.

16. *Efficax volitio abſque metaphora reperitur in Deo.* Ratione probatur primò, quoniam in Deo realiter, & abſque vlla metaphora, vel improprietate reperitur efficax volitio producendi & conſeruandi mundum corporeum propter conſequendum finem gratiæ ac gloriæ prædeſtinatorum & gloriæ diuinæ, quæ relucet in illis. Sed hoc eſt reale fundamentum propter quod volitio creandi mundum, tanquam volitio medij, non poſſit eſſe ſine volitione prædicti finis, & ideo quaſi pendeat ab illa ſecundùm rationem: ſicut apud nos electio medij realiter pendet ab intentione finis: conſequenter autem eſt reale fundamentum, propter quod viſio medij & finis, vt exiſtentium, quaſi pendeat à volitione libera cauſandi mundum & gratiam & gloriam. Vnde prouenit vt horum viſio ſit aliquo modo poſterior, quàm illorum volitio; ſimilitérque volitio creandi mundum ſit aliquo modo poſterior, volitione cauſandi gratiam & gloriam. Ergo reale fundamentum datur intra realem entitatem diuinarum operationum, vt vna concipiatur, quaſi prior; altera quaſi poſterior. Poſterioritas enim non eſt aliud, quàm iſta veluti dependentia.

17. *Modus tendendi circa diuerſa obiecta non eſt denominatio extrinſeca.* Confirmatur primò, quoniam ſi talis modus tendendi circa diuerſa obiecta, per quem Deus efficaciter velit vnum obiectum propter aliud, quaſi propter finem proximum & immediatum; eſſet in Deo denominatio extrinſeca, proueniens ab obiectis creatis: eadem ratione foret extrinſeca denominatio formalitas ipſa liberæ volitionis, qua Deus efficaciter vult producere obiecta cõtingentia. Conſequens autem eſſe prorſus abſurdum ſatis probatum tota diſp. 21. præſertim ſect. 3. & ſequentibus. Sequela verò probatur, quia formalitas ipſa, qua conſtituitur vltimatè diuina volitio in ratione volentis efficaciter creare mundum corporeum, v.g. continet in ſe formaliter & intrinſecè velle mundum, vt medium propter illum finem taliter, vt niſi mundus corporeus foret medium ad illum finem ſpiritualem principaliter volitum: Deus non vellet illum virtute præſentis decreti. Igitur talis modus volendi mũdum corporeum propter altiorem finem eſſe non poteſt extrinſeca denominatio; niſi fuerit etiam extrinſeca denominatio prædicta formalitas efficacis volitionis, in qua continetur intrinſecè.

18. *Prioritatis ordo operationum Dei diſcrepãs ab ordine obiectorum.* Probatur ſecundò, prioritatis enim & poſterioritatis ordo conueniens operationibus Dei, multoties diſcrepat ab ordine, quem obiecta, ſiue

effectus creati ſeruant inter ſe mutuo, & eiſdem effectibus retentis potuit eſſe varius ordo diuinarum operationum. Ergo talis ordo non eſt extrinſeca denominatio ab obiectis creatis proueniens. Antecedens probatum eſt ſect. præcedenti & conſtat etiam ex dictis tota diſp. 12. Sequela verò probatur, quoniam extrinſeca denominatio proueniens ab obiectis creatis, neceſſariò foret eadem, nec poſſet vlla ratione variari, quamdiu retineretur omnimoda identitas in formis denominantibus, videlicet in obiectis, quæ ſunt effectus ad extra producti. Quod magis conſtare poterit ex dictis diſp. 11. ſect. 6. §. 7. & ſequentibus & diſp. 12. tota fere ſect. 3.

19 *Peccata non ſunt cauſa bonorum ex illis collectis.* Probatur tertiò, quoniam ex ipſis peccatis Deus vult colligere multa bona; nihilominus nō vult peccata eſſe cauſam illorum bonorum in aliquo genere cauſalitatis, quantumcumque minimæ. Ergo prioritatis ordo, per quē volitio colligendi bona, prior eſt, quàm volitio permittendi peccata, non reſultat per extrinſecam denominationem ex ordine prioritatis, quem habent bona colligenda comparatione peccatorum, ex quibus colliguntur. Quod vt fiat euidentius adhibeamus exemplum illud eximium *Rom. 9.* Rom. 9. *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuā, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ.* *Ex reproborum peccatis oſtēſio gloriæ diuinæ colligitur.* Deus igitur ex reproborum peccatis & interitu colligere vult maiorem oſtenſionem ſuę gloriæ circa prædeſtinatos; & tamen illa peccata, & interitus nullo genere cauſæ ſunt medium, aut cauſa talis oſtenſionis.

20. *Reſponſio.* Quod ſi reſpondeas, permiſſionem peccatorū eſſe medium & cauſam illorum bonorum; adhuc vrget argumēti robur. *Refutatur.* Etenim aut permiſſionem accipis pro volitione diuina, qua vult non impedire, ſed præbere generalem concurſum: & ſic habeo intentum, videlicet vnam volitionem Dei ordinari ad aliam, & ab alia quodammodo pendere. *Permiſſio dupliciter accipitur.* Vel intelligis ſolam extrinſecam negationem impediendi peccata, vel generalem concurſum ad extra datum ad materiales actiones peccatorum: & hæc in quantum à Deo procedunt, nullo modo ſunt determinata ad materiales actiones peccatorum: vt oſtendemus diſp. 29. & multis ſequentibus; & diſp. 42. & ſequentibus: ergo prout procedunt à Deo non poſſunt habere ordinem ad ea bona, quæ neceſſariò & quidditatiuè ſupponunt malitiam peccatorum, vt pœnitētia, martyrium, Chriſti Dom. paſſio & his ſimilia.

21. *Reſpondetur ad argumentum.* Ad argumentum igitur initio ſectionis huius propoſitum reſpondeo, negando Antecedens. Quinpotius ordo liber inter diuinos actus prouenit ex reali & intrinſeca entitate actuum diuinorum: & oppoſitus ordo, ſi ab æterno fuiſſet, vt potuit, proueniret etiam ex reali & intrinſeca entitate diuinorum actuum. *Oppoſiti ordines ex intrinſeca entitate actuū diuinorum.* Deinde quando arguitur. Tota realitas diuinæ ſcientiæ & volitionis eſt neceſſaria, ita vt nulla realis formalitas ratione diſtincta ſit in Deo, quæ potuerit non eſſe; ſed ab entitate neceſſaria præcisè ſine additione alterius formalitatis realis, ſaltem ratione diſtinctæ, non poteſt prouenire ordo liber ac multiplex. Diſtinguenda eſt hæc Minor: nam ſi entitas neceſſaria nō ſit infinitæ eminētię in genere actus abſolutè vera eſt propoſitio. *Entitas neceſſaria infinitæ eminentiæ in genere actus.* Si verò entitas neceſſaria ſit infinita, eminētiori modo continens vim actus neceſſarij ſimul ac liberi: tunc eadē entitas ſimpliciſſima, ſine additione nouæ perfectionis realis formaliter diſtinctæ poterit eſſe fundamentū ordinis multiplicis & liberi, quatenus liberè quædā amat⁹ vt finē, alia, vt media depēdenter ab hoc fine, & independenter ab alio. Recolendū eſt tamen ex dictis diſp. 13. ſect. 2. & 3. quod realis formalitas liberæ volitionis, quāuis non potuerit non eſſe in Deo, quantum ad totam ſuam perfectionem; potuit tamen eſſe, quantum ad terminationē ad hæc obiecta volēda propter illa, quapropter infimo quodam gradu diſtinctionis rationis ratiocinatæ diſtinguitur illa formalitas volitionis liberæ ab alijs volitionibus: prout ibidem fuſius declaratum fuit.

Ad primam confirmationē reſpōdetur. Hic ordo non eſt abſolutè intrinſecus diuinis actionibus, quoniā non eſt realis, ſed tātum ens rationis: vt ſect. 1. probauimus: eſt tamē intrinſecus, quaſi proueniens ab intrinſeca entitate realis actus diuini. 22. *Hic ordo eſt ens rationis.* Vnde ſicut actus, quo Deus voluit creare mundum, & quo videt mūdum exiſtentē, quāuis ſit realis, & intra ipſum Deum, & nō denominatio extrinſeca: nihilominus potuit non eſſe, quātū ad terminationē: abſq; varietate vel detractione diuinę perfectionis; ita etiā ordo reſultās ex his actibus potuit non eſſe in Deo, quantum ad terminationem. *Prædictus ordo potuit non eſſe, quātum ad terminationem.*

Ad ſecundā confirmationē: reſp. negādo Antecedens, ad eiuſq; probationē reſpōdeo. 23. Ea eſt eminētia Dei, vt ſine mutatione reali obiectorū ad extra, & ſine ſui mutatione velle poſſit & nolle; quod abunde probatum fuit diſp. 12. ſect. 2. & 3. & conſtat ex præcedenti ſectione 3. *Eminentia diuinæ volitionis.*

SECTIO V.

Vnde ſumendus ſit, & qua lege prioritatis ordo, tam in quo, *quam* à quo, *vel ſubſiſtendi conſequentia, vel inſtantibus.*

QVamuis iſtius quæſtionis vera deciſio non obſcurè colligatur ex falſitate ſententiarū, quas refutauimus tribus ſectionibus præcedētibus, operæpretium erit eā amplius explicādo corroborare. 1. Sit ergo cōcluſio. *Concluſio.* Inter diuinas operationes, ordo prioris ac poſterioris accipiendus eſt ex eo, quod vnus actus ſit prærequiſitus ad aliū. Quod amplius explicatur ſic. Ordo diuinarum actionum ex eo ſumitur, quod vnus actus ſit alterius ratio, vel conditio, vel occaſio requiſita, vel quolibet alio modo ſecundum rationem præſupponatur ad alium.

Probatur, prioritatis enim ordo diuinarū operationū ab humano intellectu cōcipitur ad modū realis prioritatis, quā in creaturis inuenit, eo quod vna res ſupponit aliam, à qua dependet, propterea que poſterior eſt; alia verò prior eſt, à qua dependet poſterior. 2. *Intellectus prioritates diuinas ad modum prioritatis realis concipit.* Cū igitur inter diuinas operationes ad intra, non poſſit eſſe realis & vera dependentia: nihil aliud reſtat, quod ſecundùm noſtram conſiderationem magis accedat ad illā; quā conceptus, ac formalitates diuinarum actionum ita ſe habere, vt quod vno importatur exiſtere nō poſſit, niſi exiſtente illo, quod per alium conceptum importatur, quaſi prærequiſito, à quo aliud aliquo modo ſecundùm rationem pendet.

Sed dices in rei veritate non poſſe reddi rationem illius actus diuini, neque conditionem prærequiſitā, quia ille actus in re eſt ipſe Deus. *Reſpondetur.* Reſp. non reddi rationem diuini actus ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundùm formalitatem, id eſt, non cur ille actus ſit Deus, ſed quare terminetur ad

hoc

hoc obiectum potiùs, quàm ad illud: vt vidimus diſp. 13. ſect. 2. & 3. Hæc regula clarior fiet exẽplis, quæ circa peculiares ordines prioritatis in actibus intellectus & voluntatis ſubijcientur in diſputationibus ſequentibus.

Duplex prioritatis gradus.

4. Hinc primò infertur, duplicem eſſe prioritatis gradum; alium quidem ſummum & perfectiſſimum, quo aliqua actio Dei præſupponitur, ſed non præſupponit; & non pendet ab alia, ſed tantum alia pendet ex illa. Quo modo cognitio creaturarum vt poſſibilium, prior eſt decreto creandi; quia hæc cognitio neceſſariò prærequiritur ad tale decretum, quod ſine illa, non poſſet exiſtere. Poſſet tamen cognitio creaturarũ vt poſſibilium exiſtere ſine decreto creandi. Quare cognitio infertur ex decreto, ſed non infert illud. Hoc tamẽ genus prioritatis agnouit Ocham. 1. diſt. 9. q. 3. in concluſionibus, diminutè quidem, inconſequentérque locutus. Nam, cùm ibidem concedat in rebus realiter diuerſis mutuam prioritatem propter mutuam dependentiam, in diuerſo genere cauſæ, ſicut eſt inter materiam & formam, nec nõ inter formam ſubſtantialem & accidentia; concedere etiam debuiſſet alium ſecundum prioritatis gradũ, quamuis minùs perfectum in diuinis actibus, quo ſit mutua prioritas, propter mutuam quaſi dependentiam, in diuerſo genere. Qua ratione intentio finis & electio medij vnici mutuã habent dependẽtiam & prioritatẽ, quod exemplũ & alia plura conſtabũt ſequent. diſputationibus

Intentio finis, & electio medij vnici.

5. Secundò infertur, licet in ordine tẽporis quoties duæ res nullum habent prioritatis ordinem, debeant neceſſariò eſſe ſimul, ſi exiſtunt; nihilominus in ordine rationis non valere argumentũ. Hæc actio ſecundùm rationẽ neq; prior, neque poſterior eſt illa actione. Ergo vtraq; actio eſt ſimul. Contingit enim neq; priorẽ, neq; poſteriorẽ, neq; ſimul cum alia eſſe, propriè loquendo: quia nullam dependentiã habet ab alia actione, neque vllam aliã connexionem. Quam ob cauſam nihil intereſt, quod priùs aut poſteriùs, aut ſimul intelligatur. Exempla conſtabunt præſertim ſequenti diſp. 23. quibus huius regulæ vtilitas oſtendetur. Illa verò propriè ſimul erunt, quæ vtrinq; æqualẽ habent prorſus connexionem; ratione cuius ſe mutuo exigunt, & nõ magis exigũt, quã exiguntur: quo modo cognitio relationis mutuæ erit ſimul in Deo, intellecta hac ſimultate ad eum modum, quo relatiua in re ſimul natura exiſtunt.

Quæ æqualẽ connexionem habẽt propriè ſimul eſſe dicuntur.

6. Tertiò infertur, aliquã prioritatem eſſe in diuinis actibus, diuerſam à prioritate, quæ dicitur ſubſiſtendi conſequentia. Quamuis enim illud, quod ita eſt prius, vt à poſteriori nullo modo pendeat, ſit prius ſubſiſtendi conſequentia, hoc eſt, inferatur ex alio, & non inferat exiſtentiã alterius (qua ratione valet conſequentia. Exiſtit decretũ creandi mundum; ergo exiſtit ſcientia ſimplicis intelligentiæ, oſtendens, creari poſſe Mundum: ſed non valet è contrario: Exiſtit ſcientia ſimplicis intelligentiæ de poſſibilitate mundi; ergo exiſtit decretum creandi mundũ) nihilominus illæ actiones diuinæ, quæ mutuo dependent, ſunt ſibi inuicem priores & poſteriores in diuerſo genere, vt diximus corollario primo: & tamen in illis non datur prioritas ſubſiſtẽdi conſequẽtia: quoniã hęc prioritas directè excludit mutuã illationẽ, vt conſtat apud Ariſtotelem in poſtprædicamentis in cap. de modis prioris.

Prioritas diuerſa à prioritate in ſubſiſtendi conſequentia.

Prioritas in ſubſiſtendi conſequentia mutuam illationem excludit.

7. Quartò ſequitur, non eſſe verã ſententiã, quæ putat, nihil eſſe prius *à quo*, niſi prius ſit *ſubſiſtendi conſequentia*. Quã tenet Vaſq. 1. p. diſp. 99. cap. 4. prope fin. ac probare tentat ex Ariſtotele in prædicto cap. de modis prioris. Reſpondetur tamen, in eiuſdem capitis extrema parte Ariſtotelem aſſignare prioritatem naturæ, cauſalitatis & dependentiæ, quæ reperiatur inter eas res, inter quas non eſt prioritas *ſubſiſtendi conſequentia*. Quod Ariſtoteles probat exemplo veræ propoſitionis & obiecti, quæ ſunt ſimul conſequẽtia, quoniã mutuo ſe inferũt; ſed nõ ſunt ſimul natura. Eſt enim hæc conſequentia bona: Homo eſt albus; ergo vera eſt propoſitio, dicẽs, hominem eſſe albũ: ſimiliter autem è contrario ex eo, quod talis propoſitio ſit vera, ſequitur, hominẽ eſſe albũ. Propterea tamen non ſunt ſimul natura, quoniã obiectũ, videlicet, hominẽ eſſe albũ, eſt ratio, ac veluti cauſa vt vera ſit illa propoſitio: quæ tamẽ non eſt ratio, nec cauſa, vt homo ſit albus. Quapropter, tam ex Ariſtotele, quam ex rationibus ſuperioribus conſtat, prioritatem à quo, ſiue dependentiæ reperiri quandoq; ſine prioritate *ſubſiſtendi conſequentia*.

Sententia Vaſquij falſa.

Ariſtotelis exemplum.

Quintò infertur, ordinem prioris & poſterioris in diuinis actionibus non eſſe formalitatẽ ſuperadditã præter hoc, quod eſt, ex duabus formalitatibus diſtinctis vnã requiri ad aliã: quod valde notandũ eſt ad ſoluẽda plurima argumenta, quæ circa Trinitatẽ, Prædeſtinationẽ, Incarnationẽ, & circa alias materias Theologiæ negotiũ faceſſunt his, qui prioritates fingũt ad modũ earũ, quę ſunt in diuerſis inſtantibus tẽporis, vt poſtea oſtẽdetur exẽplis. Quare ſicut in Angelo, cuius ſubſtantia realiter eſt prius natura potentiis, hæc prioritas nulla alia formalitas eſt, niſi potentias Angeli pẽdere à ſubſtantia Angeli, vt à ſubiecto & radice; inſtãtia verò naturæ, in quorũ primo exiſtat ſubſtantia Angeli ſine potentiis, & in ſecundo exiſtãt potentiæ: chimerica ſunt; ita etiã in iis, quæ per rationem diſtinguntur cum fundamento in re, quorum vnum non poteſt eſſe ſine alio, ipſa quaſi dependentia vnius ab alio, eſt formaliſſimè ordo poſterioris ad prius: qui tamen ordo ens rationis eſt, ſicut diſtinctio, quã ſupponit eſt ens rationis. 8.

Ordo in diuinis actibus non eſt formalitas ſuperaddita.

Inſtantia naturæ chimerica.

Diſtinctio eſt ens rationis.

Sextò, hinc eſt, inſtãtia quædã rationis, & illorũ ordinem prioris & poſterioris eſſe intellectus fictiones, & in eis ſiſtendũ nõ eſſe, quaſi in veritate rei, quam inueſtigamus (vt quidã Doctores facere videntur) nam prorſus falſum eſt, dari inſtans rationis, in quo exiſtat in Deo, v.g. cognitio ſui ipſius, & non exiſtat cognitio creaturarũ: quia licet cognitio Dei poſſit à nobis ita intelligi, vt in ea nõ intelligatur à nobis explicitè cognitio creaturarum (quæ dicitur abſtractio præciſiua) ſi tamen adiungas abſtractionem negatiuam, & dicas, tunc in eo priori non eſſe cognitionem creaturarũ; eo ipſo cognitio Dei exiſtens in illo priori, erit chimerica, quia nõ erit cõprehenſiua Dei, niſi cognoſcantur creaturæ, & erit imperfecta. 9.

Inſtantia rationis, & illorum ordo fictiones intellectus.

Abſtractio præciſiua, & negatiua.

Cognitio non terminata ad creaturas non eſt diuina.

Idem argumentũ fieri poteſt in plerisque aliis exemplis, velut in eſſentia diuina, quæ prior eſt actionib. eſſentialibus; in cognitione diuina, quæ prior eſt volitione: in generatione Verbi, quę prior eſt proceſſione Spiritus ſancti, aliiſq; ſimilibus. Confirmatur, mera námque fictio noſtri intellectus eſt, vnum inſtans illorum facere prius, aliud vero poſterius: cum nulla ratio ſit, ob quam vnum ſit ita prius, vt cum eo non coëxiſtat aliud, niſi quoniam volumus, eo modo diuinis actionibus inſtantia coaptare. 10.

Quamuis igitur in hoc rectè ſenſerit Ochamus: malè tamen ille, ſicut & iuniores aliqui, fictiones 11.

Harũ fictionũ vtilitas.

Harũ fictionum vtilitas. ctiones has reiiciunt, & inutiles. Quin imo valde iuuãt omnia ingenia, potiſſimũ tardiora, quia poſtquã ad modũ noſtrarũ operationũ, quæ alias tẽpore priores ſupponunt, effingimus diuinas operationes, facilius eſt, reiecta fictione, concipere connexionem, & quaſi dependentiam earum operationum, quas nos in Deo diſtinguimus. Vtilitas ergo diſtinguendi inſtantia non eſt, vt ille modus intelligendi retineatur, ſed vt viam aperiat veritati, qua reperta relinquatur.

DISPVTATIO XXIII.

Quem ordinem prioritatis habeant intellectiones, comparatione volitionum diuinarum & inter ſe mutuò.

SECTIO I.

Proponuntur argumenta, peculiariter autem ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & ſcientia conditionata cum volitionibus comparantur.

1. *Iuniorum ſententia.* ALiqui recentiores exiſtimant, omnem intellectionem eſſe priorem, quacunque volitione diuina. Probantq; primò, quoniam omnes actus diuini intellectus ſimul ſunt, & aliqui actus diuini intellectus citra controuerſiam priores ſunt quolibet actu diuinæ volũtatis. Ergo omnes actus diuini intellectus priores erunt. Minorem probãt, quoniam in Deo vnius rei cognitio non eſt ratio cognoſcendi aliam rem; ergo vna cognitio nõ eſt prior alia cognitione, ſed omnes erunt ſimul.

Secundum argumentũ. Secundum argumentum eſt, quia ſi omnis cognitio diuina cõſtituatur prior omni volitione diuina; facilis modus oſtenditur, quo Deus voluerit Incarnationem in remedium peccati, priuſquam voluerit Adamum create in iuſtitia originali, & vitatur inexplicabilis quidam ſignorum concurſus, ex quibus in diuina, prouidentia, tam circa prædeſtinatos, quàm circa reprobos pullulant obiectiones quam plurimæ.

2. *Prima concluſio. Sciẽtia ſimplicis intelligentia prior qualibet volitione diuina. Probatur.* Nihilominus dico primò, certum eſſe, omnem ſcientiam ſimplicis intelligentiæ priorẽ eſſe, qualibet volitione diuina, hoc ordine, vt deſignato quocumque obiecto, prius ſit illud cognoſcere, quoad omnes propoſitiones perpetuæ veritatis, quàm illud ipſum amare vel odiſſe. Ratio eſt, quia intellectus proponit obiectũ volũtati, & propterea voluntatis actus præſupponit cognitionẽ.

3. Generalis hæc ratio peculiarem applicationem poſtulat circa liberas omnes volitiones. Nã ſcientiam ſimplicis intelligentiæ priorem eſſe beneplacito, ſeu efficaci decreto producendi, quatenus dirigit illud, oſtẽdimus præcedẽti tomo de ſcientia diſp. 15. præſertim ſect. 1. & 2. & diſp. 16. ſect. 6. Conſequenter igitur ad omnem volitionem liberam non ſolùm prærequiritur cognitio honeſtatis, id eſt, quæ dictet obiectum non eſſe intrinſecè malum (hæc enim præſupponitur etiam ad neceſſarium amorem complacentiæ) ſed præterea requiritur cognitio, conferens inter ſe bona repugnãtia, dictánſq; quodnam illorum ſit melius; ne temere Deus eligat minùs bonum, poſtpoſito meliori. *Ad volitionẽ liberã cognitio conferens bona repugnantia requiritur.* Quod non ſolùm ab Authoribus affirmantibus infallibilitatem optimi ſupra diſp. 9. & 10. Sed etiam à contradicentibus neceſſariò concedendum eſt, vt ſi Deus minòs bonum elegerit, ſciens & prudens, & conſultò prætermittat melius bonum.

4. Dico ſecundò. Quædam ſcientia ſimplicis intelligentiæ neq; prior, neq; poſterior, neq; ſimul eſt cũ ea volitione diuina, quæ verſatur circa obiectum omnino diſparatum. Sic enim ſciẽtia ſimplicis intelligentiæ, prout verſatur præcisè circa bouem, aut equum non eſt prior, neq; poſterior, *Probatur.* neque ſimul cum volitione producendi piſces aut aues; quoniam hæc volitio nullomodo pendet ab illa ſcientia, neque tanquam à proponẽte exemplum, nec tanquam à ratione aut conditione requiſita, nec habet cum illa neceſſariam cõnexionem, niſi propter generalem connexionem diuinarum omnium operationum. *Cõfirmatur.* Confirmatur, nam vt vidimus diſp. præcedenti ſect. 5. corol. 2. licet vna formalitas non ſit prior, neque poſterior altera; non ſtatim ſequitur, eſſe ſimul, niſi mutuam & æqualem dependentiam habeant.

Dico tertiò. Plerumque ſimplex intelligentia vnius obiecti, prior eſt volitione alterius diuerſi obiecti, potiſſimum verò volitione libera & abſoluta. 5. *Probatur primò.* Probatur primò, quoniam obiectũ non poteſt efficaciter amari, decernendo productionem illius, niſi cognoſcatur illius conſecutio ſimpliciter eſſe poſſibilis. Hęc autem non cognoſcitur eſſe poſſibilis, niſi cognoſcantur eſſe poſſibilia media, per quæ neceſſarium eſt peruenire ad conſecutionem finis, ſimilitérq; cognoſcantur, vt poſſibiles quæcumque aliæ res, à quibus quomodocumque pendet conſecutio finis. Falſum eſt igitur quod Durãdus 1. diſt. 41. q. 1. art. 2. dicit, amorem finis eſſe priorem cognitione mediorum, quibus finis obtineri poſſit.

6. *Volũtas finis mediorum voluntatem includit.* Confirmatur, quoniam voluntas abſoluta & efficax finis eſſentialiter includit (aut formaliter, aut virtualiter) volũtatem efficacem mediorum: ſed efficax volitio mediorum neceſſariò ſupponit ſimplicem intelligentiã poſſibilitatis eorum; ergo eandem ſupponit & prærequirit voluntas efficax finis. Cõfirmatur ſecundò, quoniã alioqui volũtas efficax finis nõ vacaret temeritate ac periculo fruſtrationis, quantum erat ex ſuo modo procedẽdi, iuxta illud Lucæ 14. *Lucæ 14.* *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius cogitat ſũptus, qui neceſſary ſunt?* &c. *Aut quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, non prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere? &c.*

7. Probatur ſecundò, conſtat enim ex aliis diuerſis obiectis accipi cauſas & rationes ob quas Deus voluit incarnari, voluítque permittere peccata, vel voluit alias res bonas operari, iuxta cõmunem doctrinam Patrum, quam vidimus diſp. 15. ſect. 3. probat. 4. & ſequentibus. Illorum ergo diuerſorũ obiectorum, & rationum, prouenientium ex illis, ſcientia ſimplicis intelligentiæ prærequiritur ad volitionem incarnationis, permiſſionis peccatorum, & ad volitiones alias.

8. *Scientia mediorum.* Confirmatur & explicatur amplius, quia non modò ſcientia mediorum, vt ſic, ſed etiam ſcientia conferens media, & oſtendens, quod illorum ſit optimum, & ſcientia conferens inter ſe rationes, & motiua, oſtendénſque præſtantiam quorundam, prærequiritur & eſt prior volitione efficaci, qua perfectiſſimum habet volendi modum, vt ea ratione vel optimum medium, optimáſque rationes eligat; vel ſaltem non temere, ſed conſulto recedat ab illis.

9. *Scientia conditionata præfinitione, prior.* Dico quartò. Quælibet ſcientia conditionata prior eſt volitione efficaci prædefiniendi liberas volitiones hominum & Angelorum. Dixi *quælibet*, vt comprehendam vtramque ſcientiam conditionatam, videlicet, eam, quæ præcisè cognoſcit & indicat illationem moraliter infallibilẽ creatæ

volitionis ex circũſtantijs (quę ſciẽtia eſt ſimpliciter neceſſaria) & eã, quę iudicat quęnã volitiones coëxiſterent cum quibuſcumq; circunſtantiis, ſi ponerẽtur quã appellamus mediã; quoniã ex parte obiecti participat aliquid de ſciẽtia libera, & aliquid ex ſcientia neceſſaria: de quib. dictũ eſt ſatis to. pręced. diſp. 61.

Exponeret ſe Deus fruſtrationis periculo.

10. Probatur aſſertio, quia niſi Deus certò ſciat, quibus medijs & circũſtantiis adhibitis alliceretur humana volũtas, vt liberè cõciperet talẽ volitionẽ, licet eã poſſet non cõcipere: nõ eſſet poſſibile tuto, & ſine vllo fruſtrationis periculo, Deũ efficaciter velle vt humana voluntas eiuſmodi volitionẽ conciperet. Confirmatur; quoniã ſcientia conditionata præluxit atq; dirvarexit prędeſtinationẽ, reprobationem, Incarnationis decretũ, volitiones permittẽdi peccata, atq; plurimas alias Dei volitiones: prout ex ſacris literis & Patribus probatũ eſt multis diſp. præced. tom. de Sciẽtia præſertim diſp. 69. Alia exẽpla videbimus ſect. 3. initio.

Volitiones Dei conditionaliter futuræ. Infimi gradus prioritas.

11. Dico quintò. Quodammodo volitiones Dei, tanquam conditionaliter futuræ, ſunt priores in ratione obiecti, quàm ſcientia conditionata non ſolùm illarum, ſed etiam volitionum humanarum: quoniam omnes pendent à Dei volitionibus, Hæc autem prioritas eſt infimi gradus, qui vix mereatur prioritatis nomen; ſiquidem ea conuenit omnibus volitionibus creatis, non ſolùm his, quæ ſunt infinita duratione poſteriores, ſed etiam ijs, quæ nunquam erunt, ſed tantum forent ſub quibuſdam circunſtantijs. Quod autem hæc obiecta ſupponantur ad ſcientiam mediam, vt in ſe ipſis cognoſcantur, quaſi præſentia, probatum eſt eodem tom de ſcientia diſp. 75. & 77.

Probatur.

12. Dico 6. Nulla ſcientia conditionata prior eſt; neq; poſterior, neque ſimul cõparatione diuinarum volitionum, quæ non ſunt totaliter efficaces: qualis eſt non tantum complacẽtia ſimplex omnium bonorũ, quæ neceſſariò conuenit Deo; ſed etiam voluntas antecedens ſaluandi omnes, quæ libera eſt, & quantum ad ipſam attinet, eſt efficax: vt probatum eſt diſp. 19. ſect. 12. Probatur, quoniam ad huiuſmodi volitiones concipiendas ſufficit intelligentia ſimplex, oſtẽdens virtutem mediorum, & poſſibilitatem obtinendi finem: igitur ad illas nihil opus eſt præſcire, quid voluntas faceret ſub talibus circunſtantijs. Aliunde vero, neq; volitiones illę prærequiruntur ad ſcientiã conditionatã, & ideo neque ſunt priores, neq; poſteriores, nec ſimul, iuxta dicta diſp. præc. ſect. 5. col. 2.

13. Vnde poſtremò colligitur potiori iure ſcientiam viſionis nõ eſſe priorem eiuſmodi volitionibus ſimplicis complacentiæ, vel conditionatis, ſiue volitionibus antecedentibus; quamuis eadem ſcientia ſit aliquo modo poſterior, quatenus illæ volitiones prærequiruntur ad realem exiſtentiam obiectorum, quæ ſupponuntur ad ſcientiam viſionis, vt magis conſtabit ex ſect. ſequenti.

SECTIO II.

Quomodo ſcientia viſionis poſterior ſit volitionibus diuinis.

1. Dico primò. Nulla ſcientia diuina ſic eſt poſterior volitione, quaſi Deus ideo cognoſcat & iudicet aliquam veritatem, quoniam vult illam cognoſcere & iudicare: quemadmodum nos quando volumus, & quod volumus intelligimus, atque, dũ euidentia non obſtat in contrarium, vt volumus iudicamus. Scientia quippe diuina, quantum ad exercitiũ, & quantũ ad iudicium, eſt prorſus neceſſaria, ſicut dictum eſt frequenter in tomo præcedenti.

2. Dico ſecundò. Nihilominus omnis ſcientia viſionis rerum contingentium (cuiuſmodi ſunt omnes creaturarum exiſtentiæ) poſterior eſt aliquibus volitionibus, ea præſertim volitione, qua Deus voluit creare rem illam, aut voluit creare cauſas ſufficientes, productiuas illius rei. Sicut ſcientia viſionis Mũdi, vt abſolutè futuri, ſupponit decretum creandi Mundum: & ſcientia viſionis peccati ſupponit decretum creandi voluntatem liberam cum omnibus circumſtantiis, quæ ad peccandi poteſtatem ſufficiunt, & decretum permittendi peccatum. Huius autem ratio eſt, quia ſcientia viſionis diuinæ præſupponit, tanquam conditionem requiſitam ex parte obiecti materialis, illius exiſtentiam in aliqua differentia temporis: vt probatum eſt tomo pręcedenti de ſcientia diſp. 28. & 29. Atque ad hanc exiſtentiam præſupponitur decretum liberum creandi rem illam, vel creandi cauſas ſufficientes illius, aut etiam permittendi. Ergo hoc decretum prius eſt viſione illius rei.

Scientia viſionis ſui obiecti decretũ efficax ſupponit.

Sed negant aliqui conſequentiam iſtam, quia variatur, inquiunt, genus cauſæ, & prioritatis: nam decretum diuinum eſt in genere cauſæ efficientis prius Mundo: Mundus autem non in genere efficientis, ſed in genere obiecti materialis prius eſt viſione diuina. Verumtamẽ hæc ſolutio parum refert ad præſentem diſputationem. Nam cum præcedenti argumento fiat euidens, viſionem Mundi, vt futuri prærequirere exiſtentiam Mundi, vt abſolutè futuram: eadem ratione prærequiriti creationem Mundi; ac proinde etiam prærequirit voluntatẽ creandi Mundum. Rurſus, cum nomine prioritatis nos nihil aliud intelligamus, quàm hanc veluti dependentiam & neceſſariam connexionem, ratione cuius vnus actus implicat contradictionem: niſi exiſtente alio: nihil eſt quod intendamus amplius inferre, quàm quod viſio mundi prærequirit voluntatem creandi mundum, quaſi producentem, & monſtrantem obiectũ materiale, à quo determinetur diuina ratio. 3.

Aliquorum ſolutio, & eius refutatio.

Hinc ſequitur, non eſſe veram quorundam neotericorum ſententiam, qui exiſtimant, diuinam voluntatem efficacem, qua vult elici aliquem actum liberum, ſupponere viſionem eiuſdem actus liberi, vt abſolutè futuri; quam ſententiam refutaui tomo præcedenti de ſcientia diſp. 15. ſect. 3. & ſequentibus & diſp. 16. ſect. 6. Ratio breuiter eſt, quia ſi talis voluntas efficax Dei requiritur, vt eliciatur ille actus liber, quem vult; iam ſupponitur ante præuiſionem illius actus (vt probatum eſt) Si autem non requiritur ſuperflua eſt, & neganda. 4.

Quorundam neoteri corũ ſententia.

Neque ſatis eſt reſpondere, voluntatem efficacẽ eſſe priorem & poſteriorem viſione diuerſo genere dependentiæ: nam licet inter alios actus Dei concedere liceat mutuam dependentiam; cæterum inter viſionem & volitionem efficacem; quę ad creaturam terminatur, repugnat. Sicut enim mundũ eſſe creãdum propterea verum eſt, quia Deus liberè decreuit creare; ita propterea Deus videt eſſe creandum mundum, quia decreuit creare. Et ſicut è contrario non eſt verum, propterea Deum liberè velle creare mundum, quia mundus creandus eſt; ita abſurdum eſſet aſſerere, ideo Deum determinatum eſſe ad creandum mundum, quia præuidit eſſe creandum. 5.

Huius rei repugnantia clarius ex perſpicua & attenta rei ipſius conſideratione, quam ex vlla alia ratione conſtabit. Oſtenditur autem hoc ſigno, quia independenter à viſione, qua Deus videt, creaturam exiſtere, intelligitur res abſolutè exiſtere; ac proinde intelligitur res conſtituta in omni genere cauſæ ac præſupponere omnem ſeriem præcedentiũ cauſarum. Vnde non præſupponet viſionem eiuſdem rei. Hæc dicta ſunt de ijs, quæ Deus vult voluntate efficacj: nam quædam ſunt, quæ Deus non vult 6

voluntate

Quæ à Deo voluntate efficaci non vult.

voluntate efficaci, veluti peccata & eorum materiales actinnes; atque illorum omnium viſio ſupponit in Deo volitionem efficacem tribuendi concurſum vniuerſalẽ & alia neceſſaria, vt poſſit talis actus elici.

7. *Obiectio.*

Contra præcedentem rationem obiicies, qnoniá vt oſtendimus præcedenti romn de ſcientia diſp. 26. ſect. 4. diuina ſcientia ſic fertur in diuinam volitiunem liberam, vt ex modo cognoſcendi non ſupponat, diuiná volitionẽ actu exiſtere, ſed tantum ſupponat illam eſſe futuram, ad eum modũ, quo diuina viſio noſtri actus liberi futuri, non ſupponit exiſtentiam actus, niſi vt fututam in aliqua differentia temporis. Ergò ex vi talis modi cognoſcendi ſuam volitionem, poterit in Deo prior eſſe viſio eiuſdem voluntatis vt futuræ, quá eiuſdem voluntatis exiſtẽtia.

8. *Ad viſionem ſufficit volitionem Dei eſſe futuram.*

Reſpond. negando conſequentiam. Ratio eſt, quáuis enim Deus ex vi modi videndi non ſupponat, ſuam volitinnem exiſtere actu, ſed ad viſionem ſufficiat, volitionem Dei eſſe futuram; nihilominus nnn poteſt eſſe Deo ratio volendi aut determinatiuũ ad volẽdum mundũ, quod videat, ſe voliturũ eſſe mundum. Alias volitio Dei eſſet obiectum, quod cognitũ determinat ad ſe ipſam, quod per ſeſe videtur abſurdum, vt antea dicebamus. Inde ſequitur, vt viſio volitionis creandi mundũ aut viſio mundi, vt futuri, nõ poſſit eſſe propriè prior, quàm volitio ipſa creandi mundum; ſed potios ſit poſterior, id eſt, pendens vt à proponente obiectum. Argumeotũ autem rectè probat, quod volitio diuina non ſit tam perfectè prior viſione diuina; quoniam in illo genere prioritatis, vt ſic præciſè conſiderato, non repugnabat nihilominus eſſe poſteriorem tempore.

9. *Scientia futuritionis creaturarum ſubpræfinitione.*

Dico tertiò. Clarior eſt ratio, propter quam ſit poſterior decreto Dei ſcientia futuritionis creaturatum, quam Deus babet in decreto producendi, vel præfiniendi res illas; quæ ſcientia diſtincta eſt à ſcientia viſionis, quoniam ex peculiati modo rendendi, non ſupponit creatutarum exiſtentiam in ſe ipſis, ſed in ſoa cauſa ſuprema: ſicut probatũ eſt tomo præced. de ſcientia diſp. 25. ſect. 3. & ſequentib.

10. *Tertius modus cognoſcẽdi res futuras.*

Dico quartò, Tertius alius modus eſt, quo Deus omnes res futuras cognoſcit, tanquam abſolutè futuras; cognoſcit autem non præſuppoſita fututitione abſoluta illarum rerum, nec præſuppoſita fututitione abſoluta ſui decreti; ſed tantum præſuppoſita fututitione conditionata ſui decreti, & volitionum creatarum, ſicut hæc ſupponuntur ad ſcientiá mediam: de quo diximus præcedenti tomo de ſcientia diſp. 77. ſect. 6. & 7. Præſentis autem diſputationis proprium eſt recolere, talem ſcientiam abſolutæ futuritionis, non eſſe poſteriorem Dei volitionibus, tanquam abſolutè futuris, ſed tantummodo tanquam conditionaliter futuris.

11. Dico quintò. Viſiones intuitiuæ quorundam obiectorũ, aut ſaltem ſcientiæ, quibus eorum abſoluta futuritio cognoſcitur, priores ſunt quàm volitiones efficaces aliorũ obiectorũ, quotieſcumq; Deus ex vnius rei exiſtentia futura, ſumpſit rationẽ, aut occaſionẽ volendi aliá rem. Cuius primariũ exemplũ eſt in ſentẽtia S. Thomæ, iuxta quá præuiſio originalis peccati, tanquam abſolutè futuri fuit prior decreto Incarnationis, quooiam Deus eam noluit, niſi dependenter à peccato præuiſo. Secundum exemplum ſit præcognitio medij tanquam abſolutè futuri, quæ potuit eſſe prior efficaci volitione finis: quoniam poſſibile eſt, Deum ex medio liberè faciendo ab homine, vel etiam à dæmone, quod præcognoſcit eſſe abſolutè futurum, occaſionem ſumere volendi efficaciter aliquem finem quem ex vi præſentis volitionis non intenderet efficaciter, niſi præcognouiſſet abſolutam futuritionem medij.

Primarium exemplum.

Tertium exemplum ſimiliter eſt de poſſibili (quoniam de facto res aliter ſe habet) quamuis enim Authores diſſentiant circa prædeſtinationem, vtrum facta fuerit ante præuiſa opera, vel poſt præuiſa: cæterum omnes vt certũ ſupponere videntur, de potentia abſoluta fuiſſe poſſibile, ſaltẽ aliquos homines ad gloriam prædeſtinari poſt præuiſa merita, & alios reprobari, poſt prǽuiſa peccata; quidquid dicãt aliqui recẽtiores, alioqui nobiles inter primarios Theologos, vt Vaſq 1. part. diſp. 89. cap. 11. dum Caietanum refutat, & Suarez 3 part, tom. 1. diſp. 5. ſect. 1. col. 5. 12.

Prædeſtinatio de facto ante præuiſa merita poſſibilis tamen poſt

Poſſibilitatem iſtam ſupponere videtur Proſper epiſtola ad Auguſtinum prope finem, quoniam ſic eum interrogat: *An in hos, qui aliquid boni acturi ſunt, per præſcientiam poſſit ſtare propoſitum? An verò vniformiter, licet diuidi præſcientia à propoſito non poſſit; præſciẽtia tamen quodã ordine ſit ſubnixa propoſito?* Nota quemdam ordiõẽ, quo ſciẽtia futuritionis abſolutæ ſit poſteriòr propoſito, quoniá ſit ſubnixa propoſito. Denique ſi Deus nõ prędefiniret merita prædeſtinati ad gloriã, vt ad præmiũ; forer nunnino prærequiſita præſciẽtia meritorũ, vt abſolutè futurorũ. 13.

Proſper.

SECTIO III.

Soluuntur incidentes dubitationes, & argumenta poſita in ſectione prima.

PRima dubitatio verſatur in quibuſdam obiectis, quorum efficax volitio ſupponere videbatur ſcientiam abſolutæ futuritionis aliorum obiectorum. Primò namque volitio prædicendi aliquid futurum, ſupponere videtur viſionem, aut aliam ſcientiam abſolutæ fututitionis eius euentus, qui prædicendus eſt. Secundò, volitio puniendi æterna pœna, & volitio permittendi finale peccatum ſupponere viderur præſcientiam finalis peccati tanquam abſolutè futuri, vt ea ratione ſit voluntas conſequens, iuxta dicta diſp. 19. & 20. 1.

Volitio prædicendi futurum.

Tertio volitio creandi ſingularem hanc animam rationalem de lege ordinaria videtur ſupponere, præcognitam eſſe tanquam abſolutè fututam talem materiam, tali loco & tempore, talibus diſpoſitionibus præparandam. Quartò. Quoties ſcriptura teſtatur, hominis opera fuiſſe cauſam, ſeu rationem, vt Deus amaret, aut beneficium conferret; toties videtur, præſcientiam humanorum operum, tanquam abſolutè futurorum fuiſſe præſuppoſitam ad amorem Dei, quo voluit beneficium conferre. Sicut Ioan. 10. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam.* Ioan. 16. *Ipſe Pater amat vos, quia vos me amaſtis.* Lib. 3. Reg. cap. 3. *Quia poſtulaſti verbum hoc, &c. ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos.* Apocalypſis 3. *Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis.* 2.

Volitio creandi hanc animam rationalem.

Opera hominis cauſa cur Deus beneficium conferat.

Ioannis 10.

3. Reg 3.

Apocalyp. 3.

Reſpondetur, liberum Deo fuiſſe prædictas omnes volitiones concipere, præſupponendo ſcientiam viſionis, aut aliam ſcientiam futuritionis abſolutæ, atque dependenter ab illa ſcientia: tuncque poſteriores eſſent. Verumtamen id non fuit neceſſarium; quia ſatis erat ſcientia conditionata, virtute cuius tuto & certò Deus potuiſſet, eos omnes effectus decernere dependenter ab aliis effectibus conditionaliter præcognitis. 3.

Secunda dubitatio, vtrum ſecluſa dependentia poſſit diuina viſio prior eſſe, quàm volitio alterius obiecti diſparati, vel poſſit eſſe poſterior. Ratio dubitandi poteſt hoc loco declarari: volitio producendi hoc tempore leonem, & volitio prædeſtinandi Petrum Apoſtolum ſimul ſunt: ſed viſio leonis hoc tempore producendi, poſterior eſt volitiooe producendi eundem leonem. Ergo viſio illius leonis poſterior eſt volitione prædeſtinandi 4.

Ratio dubitandi.

Petrum Apoſtolum. Maior probatur, quia volitio producendi hoc tempore leonem, & volitio prædeſtinandi Petrum non ſunt inuicem priores & poſteriores: ergo ſunt ſimul.

5. Reſp. hanc vltimam illationem eſſe nullam, quin potius omnes operationes, quæ nullo modo pendent ab inuicem, nullo modo ſunt priores, & poſteriores, nec ſimul, in hoc enim genere ſimultas conſiſtit in mutua & æquali dependentia, ſicut prioritas & poſterioritas conſiſtit in dependentia. Diximus hoc diſp. 22. ſect. 5. corol. 2.

6. *Prima ſolutio.* Ad argumenta poſita initio ſectionis primæ, ſolutio prima ſit, quæ nuper data eſt. Quamuis enim nullus actus intellectus ſit prior alio, non ſequitur eſſe ſimul. *Secunda ſolutio.* Secunda ſolutio eſt: Quidam actus diuini intellectus ſunt priores aliis: quia licet vnius obiecti creati cognitio nõ ſit Deo ratio cognoſcendi aliud obiectũ: cæterum vnius veritatis cognitio prærequiritur ad volitionẽ, & volitio prærequiritur ad viſionem rei volitæ: vt vidimus ſectionibus præcedentibus: hoc autẽ ſufficit, vt vna cognitio ſit prior alia cognitione. Sed de hac prioritate plura dicemus ſect. ſequenti.

7. *Vtilitas illa grauius diſpendium affert.* Ad ſecundum reſpondetur, illam vtilitatem eſſe contemnendam propter grauius diſpẽdium, quod affert. Concedit enim quod maximè durum & abſurdum in hac re dici poteſt nimirum aliquid velle Deum dependenter ab hoc, quod ſciat, ſe voliturum eſſe, ita vt ex modo volendi non determinaretur ad volendum, niſi gubernaretur cognitione ſuæ volitionis, vt futuræ: quod refutatum eſt iam ſect. 2.

SECTIO IV.

Quem prioritatis ordinem poßimus inter diuinas intellectiones concipere.

1. *Diſcurſus Deo repugnat.* Dico primò. Inter diuinas cognitiones repugnat illud prioritatis genus, quo vna cognitio propriè & verè cauſa eſt alterius cognitionis; qualis prioritas eſt diſcurſus, qui Deo repugnat: vt latè probatum eſt tom. præcedent. diſp. 14.

2. *Cognitio Dei prior cognitione creaturarum.* Dico ſecundò. Cognitio Dei, in quantum terminatur ad Deum ipſum prior eſt ſecundùm rationem, quam cognitio creaturarum: quia illa eſt ratio formalis, à qua euidentiam & certitudinem, & ſpecificam rationem participat cognitio creaturarũ. Nihilominus aliquomodo poſterior eſt cognitione creaturarũ; quia non eſſet cognitio comprehenſiua Dei niſi comprehenderentur creaturæ, vt obiecta materialia: ſed in hac mutua prioritate perfectior, & vt ita dicamus, maior prioritas eſt, quæ naſcitur ex obiecto formali.

3. Dico tertiò. Nulla cognitio creaturæ eſt prior cognitione alterius creaturæ hoc genere prioritatis, ſcilicet, vt ratio formalis alterius. Quia, quamuis Deus cognoſcat cauſam, & effectum procedere à cauſa: nihilominus in Deo cognitio *In Deo cognitio cauſæ non eſt ratio cognoſcendi effectum.* cauſæ non eſt ratio cognoſcendi effectum (loquor de cognitione ſimplicis intelligentiæ.) Nam diuina eſſentia eſt per ſe ipſam ſufficiens ratio formalis cognoſcendi omnia, & nulla alia creatura eſt ratio formalis cognoſcendi aliam, vt dictum eſt tom. præced. diſp. 5. & diſp. 10. ſect. 3.

4. Dico quartò, quamuis nullius creaturæ cognitio ſit Deo ratio formalis cognoſcendi aliam; nihilominus poteſt eſſe ratio materialis cuiuſdam præcisè formalitatis diuinæ ſcientiæ. Deus *Deus comprehendendo cauſam comprehendit effectus.* enim comprehendendo cauſam creatam, eo ipſo comprehendit omnes effectus illi poſſibiles, quos etiam cõprehenderat prius in eſſentia diuina. Talis igitur effectuũ cognitio, præcisè, prout habetur in cauſa, tãquam in obiecto materiali, eſt poſterior cognitione cauſæ. Quã eandẽ poſterioritatẽ intellige de cognitione cauſæ præcisè, prout Deus nouit talẽ cauſã ex talibus effectib. inferri.

5. *Creaturarũ cognitiones æquali prioritate inuicẽ priores.* Dico quintò. Creaturarum cognitiones, etiam ſub primaria ratione, quatenus in diuina eſſentia creaturæ comprehenduntur, ſunt inuicem priores æquali prioritate ac dependentia; ſubiudéque ſunt ſimul. Quia cognitio cauſæ, cui eſſentialiter conuenit eſſe cauſam, & cognitio effectus, cui eſſentialiter conuenit eſſe effectum, & aliorum, quæ mutuo ſe reſpiciunt, ſiue tranſcendentali, ſiue prædicamentali relatione, ſunt inuicem priores & poſteriores, & ideo ſimul: quoniam vnius cognitionis obiectum non poteſt intelligi, niſi alio cognito; ideóque dependent inuicem cognitiones illorum.

6. *Cognitio viuentis corporei in animalis cognitione includitur.* Aliæ autem cognitiones abſolutè dici poſſunt priores aliis, ad quas ſupponuntur, vel potius in quibus includuntur, ſed tamen illas non includunt, neque ſupponũt. Sic enim cognitio viuentis corporei ſupponitur & includitur in cognitione animalis, quam tamen non includit, nec ſupponit. Cognitio materiæ continetur in cognitione particularis compoſiti, ſed nõ includit eam. Cognitio formæ poſitiuæ ſupponitur ad cognitionẽ priuationis, veluti cognitio lucis ad cognitionem tenebrarũ; ſed non ſupponit cognitionem priuationis. Hactenus cõparauimus inuicẽ ſolas cognitiones ſimplicis intelligẽtiæ; nunc de ſcientia conditionata & ſcientia viſionis eſt dicẽdum.

7. *Scientia media, & ſcientia infallibilis illationis poſterior ſimplici intelligentia.* Dico ſextò. Scientia media, & ſcientia infallibilis illationis vtraque poſterior eſt, quã ſcientia ſimplicis intelligentiæ eorundem obiectorũ, vel aliorum habentium neceſſariã connexionẽ cum illis. Cæterorum autem obiectorum, quibus non eſt cõnexio neceſſaria, nec prior eſt, neque poſterior vna ſcientia, quam altera, propter rationẽ in ſimili traditã de volitionibus ſect. 1. dict. 2. & 6.

8. *Scientia media vnius obiecti prior viſione eiuſdẽ.* Dico ſeptimò. Comparatione quarumcũque rerum, quas Deus prædefiniuit, fieri dependenter à libertate creata, ſciẽtia media (vel ſcientia infallibilis illationis, in quibus ea reperitur) eſt prior, quàm intuitiua viſio illarum rerum, & quàm alia quælibet cognitio futuritionis abſolutæ prædictarum rerum, & habentium connexionem cum illis: de quo plura diximus tomo præcedenti diſp. 25. ſect. 3. & diſp. 75. ſect. 6.

9. Dico octauò. Reſpectu eiuſdem obiecti creati ſemper eſt prior ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quàm ſcientia viſionis: tum quia ſcientia viſionis ſupponit poſſibilitatem, quam oſtendit ſcientia ſimplicis intelligentiæ; & addit actualitatẽ, in qua eſſentialiter includitur. Tum vel maximè, quia ſcientia ſimplicis intelligentiæ ſupponitur ante decretum diuinum creandi aliquam rem, vel creandi cauſas, à quibus produci poſſit; hoc autẽ decretum ſupponitur ante ſcientiã viſionis eiuſdem rei: vt vidimus ſect. 2. Conſequenter cognitio intelligentiæ ſimplicis vnius obiecti prior erit viſione alterius obiecti, quando illius productio requiritur ad productionem alterius: ſicut cognitio Solis, vt poſſibilis, prior erit quã viſio equi, vt naturaliter geniti. Verùm iſta dependentia ſeclusa, nullus erit ordo inter cognitiones ſimplicis intelligentiæ, & viſiones diuerſorũ obiectorum.

10. Dico nonò. Si comparemus inuicem viſiones

rerum,vt præſentium in æternitate:prioritas aut ſimultas illarum aſſignanda erit eodem modo, quo de ſcientia ſimplicis intelligentiæ diximus aſſertione 5. Sed addendum eſt, contingere frequenter,vt res aliqua viſa iam vt futura,ſit ratio, vel conditio requiſita,vt Deus velit aliquid aliud facere: ſicut videre peccatum liberè factum, in ſententia D.Thomæ,cōditio fuit prærequiſita ad decernendam Incarnationem. Tunc igitur etiam viſio illius cōditionis,vt peccati, prior eſt viſione alterius boni voliti,v.g. Incarnationis.

11. *Alius ordo inter viſiones diuinas ab authoribus cōſtituitur.* Decimò. Inter viſiones diuinas à quibuſdam Authoribus conſtituitur alius ordo ex eo ſolum, quod obiecta viſa ab inuicem pendeant, vel à Deo volita ſint, aut permiſſa cum aliquo ordine prioritatis & dependentiæ obiectorum ab inuicem. Et quidem aliquis ordo videtur redundare in viſiones ex obiectis quatenus vnius viſionis obiectum non exiſteret, niſi exiſtente alterius obiecto: verumtamen hic ordo parum intrinſecus eſt viſionibus:ſiquidem vnius obiecti viſio, non eſt ratio,neque conditio requiſita, vt videatur aliud:ſicut quamuis exiſtentia Solis neceſſaria ſit,vt exiſtat equus, tamen ex modo videndi nullo modo prærequiritur in Deo viſio intuitiua Solis ad viſionem intuitiuam equi.

DISPVTATIO XXIV.

Quiſnam prioritatis ordo rectè concipiatur inter volitiones diuinas.

SECTIO I.

Quæ ſunt clariora præmittuntur.

1. Imprimis certum eſt repugnare diuinæ ſimplicitati realem prioritatem, quæ proueniat à reali dependentia, per quam vna volitio cauſetur ab alia, vel ab alia realiter pendeat. Sicut probatum eſt diſput. 15. ſect. 1. & diſp. 22. ſect. 1.

2. *Iuniorum placitum.* Secundò, licet iuniores aliqui propter ſummam ſimplicitatem diuinæ volitionis, ita prioritatis ordinem à diuinis volitionibus excludant, vt ſolùm relinquere videantur obiectorum ordinem,quem Deus vult in illis eſſe, qui prorſus extrinſecus eſt diuinis volitionibus: nimirum quatenus Deus vult,vnam rem eſſe finem,aliam eſſe medium ordinatum ad finem, & exiſtens propter finem:nihilominus ex dictis diſput. 22. ſect. 3. & 4. & diſp. 15. ſect. 3. & ſequentibus, manet abunde probatum; ineſſe diuinis volitionibus aliud magis intrinſecum fundamentū prioritatis ſecundùm rationem,diſcrepantis à prioritate obiectorum. *Impugnatur* Conſiſtit autem hic ordo in eo formaliter, quod vnius obiecti volitio eſt ratio determinans ad aliam volitionem, ſiue quaſi finis vltimus & obiectum formale, ſiue quaſi materiale, ſecundariùmque motiuum (vt vidimus dicta diſputat. 15.)nec determinat, quoad ſubſtantiā volitionis (quæ eſt neceſſaria) ſed quoad liberam terminationē ad obiectum creatum.

3. *Duo prioritatis gradus.* Sunt igitur duo gradus prioritatis inter volitiones. Primus & maximus eſt, quo dilectio diuinæ bonitatis eſt prior quolibet amore creaturarum, non ſolùm amore libero, quo diliguntur voluntate antecedenti,& conditionali,vel abſoluta & efficaci voluntate; ſed etiam neceſſariò amore complacentiæ. Nihil enim diligit Deus, niſi propter infinitam bonitatem,tanquā propter obiectum formale. Secundus gradus eſt,quo volitio producendi vnam creaturam eſt prior volitione producendi alteram,quoniam vna creatura eſt ratio ſecundariò mouens, tanquam obiectum materiale, vt Deus velit aliam producere. Sic enim Deus propterea voluit dare redēptionem & Sacramenta,quia voluit homines ſaluare: propterea vult homines prouocare ad importunam orationem,quia vult concedere,quod petitur:propterea hortatur ad pœnitentiam,qua vult condonare peccata. Cuiuſmodi alia exempla conſtabunt ex ſequentibus ſectionibus.

Tertiò ſimplex còmplacentia neceſſaria creaturarum eſt prior quolibet amore libero creaturarum,etiam antecedentis volūtatis;& inter voluntates antecedentes volitio finis eſt prior volitione mediorum;ſicut de volitionibus efficacibus dicemus ſect. ſequenti. Denique voluntas antecedens eſt prior volitione conſequenti,quorumcumque obiectorum,quæ ſupponunt oblata fuiſſe vel data,quæ dedit aut obtulit antecedens voluntas. 4. *Volūtas antecedēs prior conſequente.*

Quartò. Cùm omnis volitio verſetur aut circa finem, aut circa media; ſit vt tota ferè ratio conſtituendi ordinem inter volitiones diuinas, pendeat ex eo; vtrùm ſemper ſit prior intentio finis, quàm electio medij: & vtrùm electio medij proximioris ad finem, ſemper ſit prior,quàm electio medij remotioris à fine. Nam quod aliquando priores ſint,dubitari non poteſt. 5.

Quintò. Ad huius explicationem notandum eſt axioma, Theologis ac Philoſophis familiare, videlicet,quod eſt primum in intentione,poſtremum eſt in executione. Quod deſumptum eſſe videtur ex Ariſtotele lib. 3. Ethicor. cap. 3. circa med. vbi ait,conſultationem & inuentionem medij peruenire ad illud medium, quod eſt prima cauſa in executione, licet poſtrema fuerit in inuentione,& intentione:vt bene explicat Euſtratius Nicen. Epiſcopus ibi. Hanc doctrinam clarius tradit D.Thomas 1.2.q.1.art.4 corpore. 6. *Axioma Theologis,& philoſophis familiare. Ariſtoteles. Euſtracius Nicenus Epiſcopus. D. Thomas.*

Itaque executionis ordo contrarius eſt ordini intentionis; idque propterea, quoniam ordo intentionis eſt cauſæ,prout eſt finalis,cuius virtus, & eſſentia in eo conſiſtit,vt in mouendo appetitum ſit prima cauſa. Quare iam in ordine intentionis prima eſt. Sed quoniam aut finis ipſe, aut conſecutio finis eſt effectus, producendus per media, vt per cauſas efficientes, aut materiales; alioqui non indigeret mediis: inde ſit, vt idem finis ſiue illius conſecutio ſit poſtremum in executione,hoc eſt ſecundùm ſeriem cauſarum efficientium & materialium. 7. *Virtus,& eſſentia cauſæ finalis.*

Sextò. Plures neotericorum in diuinis actionibus concedūt vtrumque ordinem prædictum, alium intentionis, alium executionis: vt Suarez 3.p.tom.1.diſp.5.ſect.1. & poſtea in difficultate 2.& lib. 3. de auxiliis cap. 19. à num. 5. vſque ad 8. & cap. 18. num. 4. Cuius fundamentum eſt, quoniam in Deo diſtinguntur ratione ratiocinata volitio finis, & volitio exequendi eundem finem, applicando potentiam ad media, per quæ conſequendus eſt finis. Ergo in his duabus volitionibus erit diuerſus ordo. Nam volitio finis erit quandoque independens à mediis particularibus; ſed volitio exequendi, ſemper pendebit à medio particulari, à quo incipit executio. 8.

Sed

9. *Ordo executionis denominatio extrinſeca.*
Sed ne huius occaſione contingat in ſequentibus diſputationibus error; tria breuiter dicenda ſunt. Primum. Ordo executionis eſt in diuinis actionibus denominatio extrinſeca à rebus, quæ volitæ ſont. Secundum. Ordo executionis eſt in volitione diuina ſicut obiectum expreſsè, & diſtinctè,& realiter à Deo volitum; quoniam Deus realiter & expreſsè vult, vt medium ſit efficiens cauſa, vel diſpoſitio ad finem, & vt finis pendeat à medio, tanquam à cauſa efficiente, vel diſpoſitione. Quo modo prioritas eadem aſſignari poteſt in cognitione diuina; quoniam cognoſcit finem pendere à medio, vt ab efficiente, & quandoque eſſe poſterius tempore.

10. *Ordo executionis in volitione diuina non eſt formaliter, & per ſe. Probatur.*
Tertium eſt. Ordo executionis non poteſt eſſe in volitionibus diuinis formaliter & per ſe, niſi tantum vt obiectum, & per denominationem extrinſecam, vt ouper dictum eſt. Probatur, quoniam ordo executionis eſt ordo efficientiæ, vel cauſæ materialis, quo media concurrunt ad aſſecutionem finis, ſicut nuper dictum eſt: hæc autem efficientia aut cauſalitas materialis, nullo modo eſt inter diuinas actiones, ita vt vna aliam efficiat, vel diſponat ad illam. Confirmatur, quoniam ordo executionis ſemper eſt idem, ita vt ſecundum illum ſemper ſit prius illud medium, quod magis diſtat finis conſecutione. Cæterum ordo intrinſecus diuinarum volitionum varius eſſe poteſt; quoniam poteſt ita amari finis, vt eius amor pendeat ab amore determinati medij; & poteſt independenter amari, vt in ſequenti ſectione dicetur. Vnde fit, vt quamuis in executione finis pendeat ab hoc medio; nihilominus eius amor non pendeat ab amore huius medij, & propterea non habeat ab intrioſeco eundem ordinem.

Confirmatio. Ordo executionis ſemper idem.

11. *Reſpondetur ad fundamentum Suarij.*
Ad fundamentum Suarez reſpondeo. Tantum probat, volitionem exequendi poſteriorem eſſe intentione finis, & poſteriorem eſſe electione omnium mediorum: ſi fortè voluntas exequendi diſtincta eſt à volitione efficaci finis, & mediorum (de quo nihil attinet ad præſens.) Verum non probatur inde ordo executionis in diuina voluntate; quoniam etiam inter volitiones exequendi, volitio exequendi medium poſterior eſt, & dependens à volitione exequendi finem; eum tamen in ordine executionis medium ſit abſolutè prius, & independens à fine.

12. *Talis executionis ordo nec Theologicis rationibus nec philoſophiæ conſentaneus.*
Sed quoniam illa ſententia, tribuens diuinis volitionibus ordinem executionis, deſtinatur ad explicandam prædeſtinationis cauſam ex mente Auguſtini: notandum eſt, neque Auguſtinianæ prædeſtinationi, nec Theologicis rationibus, nec philoſophiæ conſentaneum eſſe talem executionis ordinem: vt oſtendemus, vbi de prædeſtinationis cauſa tractauerimus Interim videri poteſt Vaſquez 1. part. diſp. 89. cap. 7. §. *Tertio dicunt.*

13. *Dicenda de ordine intentionis intelligenda.*
Propterea moneo tandem, quæcumque ſunt in hac diſputatione dicenda de ordine diuinarum volitionum, eſſe intelligenda de ordine intentionis, non verò de ordine executionis, cuius vtilitas ad explicandam Dei prædeſtinationem, vt exiſtimo, non eſt alia, niſi vt plura latibula præbeat reſpondentibus, multiplicitatis an fractibus, & circuitionibus diuerſorum ordinum.

***

SECTIO II.

Vtrùm in Deo volitio finis ſemper ſit prior volitione mediorum.

Frequenter eſſe priorem volitionem finis, nemini dubium eſt: quare difficultas non eſt, niſi de huius ordinis neceſſitate: ita vt impoſſibile ſit volitionem medij eſſe abſolutè prioré. Scotus 3. diſt. 7, q. 3. & diſt. 19. q. 1. & diſt. 32. artic. 3. vt generalem regulam ordinandi actiones diuinæ voluntatis, hanc propoſitionem præmittit. Qui ordinatè vult, prius vult finé, quam ea, quæ ſunt ad finem; & prius vult maius bonum, & propinqoius & accommodatius ad finem, quam quod minus bonum eſt, aut minus accommodatum ad finem. A Scoto Verba tranſcripſit Gabriel lib. 3. diſt. 32. q. vnic. art. 1. notabili 3. neque multū diſſidet Ochamus 1. diſt. 41. q. vnic. ſoluens argum. 1.

Scoti regula, & illius opinio.

Hæc regula, ſi accipiatur, vt congrua ratio venandi ordinem diuini conſilij, quādo oppoſitum validioribus. rationib. non probatur, vtilis eſt & vera. In hoc ſenſu videtur tradi à Scoto, cum in eiſdem locis cit. & in 1. diſt. 41. in variis opinionibus ſupponat multa eſſe, ex quibus Deus poteſt pro libito vnum velle prius, aliud verò poſterius: vt contra Caietan. oſtendimus in diſp. 22. ſect. 3. 2.

Sed notandum eſt, aliquòd medium eſſe propinquius fini tripliciter. Primò, quoniam eſt medium, quo poſito magis accedit ad cōſecutionem finis, & ante quod prærequiruntur alia media. Qua ratione ad beatitudinem propinquius medium eſt perſeuerantia, quam iuſtificatio, & hæc propinquior, quam vocatio. De hoc genere propinquitatis dicemus in opinione ſecunda. Secundo modo dicitur medium propinquius fini, quoniam eſt illi ſimilius, vel accommodatius ex ſe ad talem finem. Et hoc modo, ſicut Deus potuit, relicto medio accommodatiori ex ſe, vti medio, quod ex ſe minùs accommodatum eſt; ita potuit medium minus accommodatum præponere, & prius velle; quoniam ad oppoſitum ordiné nulla neceſſitas compellit: vt infra conſtabit. 3.

Mediū, propinquius fini tripliciter.

Imò quandóque ſi Deus ad vnum finem vtatur minus proportionato medio, vt prius & magis intento; inde conſequetur alium finem oſtendendi ſuam ſapientiam, & potentiam, & libertatem. Confirmatur, quoniam poteſt Deus finem intendere, non in ſumma perfectione, ſed in aliquo gradu inferiori. Tunc autem ad finem, in eo gradu limitato conſequendum, congruentius erit vti medio minus proportionato cum fine ſecundùm ſe, quamus ſit magis proportionatum ad limitationem finis. 4.

Poteſt Deus finem in gradu inferiori perfectionis intendere.

Tertió modo dicitur medium propinqoius ſecundùm rationem perfectionis. Manifeſtum eſt autem, non eſſe neceſſarium, vt Deus prius velit quod magis perfectum eſt: alioqui omnioo neceſſarium eſſet, vt prius volita eſſet Incarnatio, quàm creatio Mūdi & Adami; & prius volita eſſet viſio beatifica petri, quàm illius gratia, & quā naturalis illius productio. Sed Doctores ſupponunt, hæc potuiſſe in diuina volitione priora eſſe: & potuiſſe etiā poſteriora eſſe. Ergo hic ordo non eſt neceſſarius. Confirmatur, quoniam ex ea ſententia ſequeretur, Deum neceſſario voluiſſe prius prædeſtinare eos, qui perfectius Deum vident, quam eos, qui minus perfectè; & prius voluiſſe producere leonem, quàm lupum; quoniam leo perfectior eſt, in quibus neceſſitates 5.

Non eſt neceſſe prius velle quod perfectius eſt.

Cōfirmatur.

ordinis ponere prorſus abſurdum erit.

6. Secunda opinio ſolùm affirmat priorem partem opinionis Scoti, videlicet, vt volitio finis prior ſit, quam volitio mediorum, & inter media, quæ Deus in ſua voluntate ſubordinat, ita vt vnũ medium velit deſeruire ad conſecuoonem alterius, illud medium ſit prius volitum, quod eſt proximius fini; quoniam illud ſe habet vt finis reſpectu alterius. Veluti quando vult vocationem propter contritionem, & contritionem propter iuſtificationem, & iuſtificationem propter glorificationem; prior eſt in Deo volitio glorificationis, quàm aliorum; & prior eſt volitio iuſtificationis, quam contritionis, & volitio contritionis prior, quàm volitio vocationis. Ita exiſtimate videntur Suarez 3.part.tom.1.diſp.5.ſect.1. ante primam difficultatem, & in difficul.2.& difficult.3.notab.2.& Vaſquez 1.part.tom.1.diſp. 89.cap.7.præſertim io §. *Quarto etiam.* & cap.11. qnamuis hoc limiter modo dicendo infra ſect.3. difficultate 2.

7. *Primum argumentum ex D.Thom. Secundũ argumentum.* Ex Snarez colligo hæc argumenta. Primũ ex authoritate D.Thomæ 1.p.quæſt.23.artic.4.dicentis, voluntatem finis priorẽ eſſe ordinationem mediorum ad finem. Secundum argum. quoniam motiuum amandi medium eſt amor finis: ergo prius in ratione canſæ & motiui eſt amor finis.

8. *Tertium argumentum.* Tertium argumentum, quoniam vt in Deo vnum attributum eſt ratio alterius, ſicut intellectus eſt ratio liberè volendi, ita etiam inter volitiones diuinas amor finis eſt ratin amandi media. *Quartũ argumentum.* Quartum eſt ab exemplo intellectus diuini, qui licet vno & ſimpliciſſimo actu omnia iotelligat; nihilominus prius ſecundùm rationem intelligit rei eſſentiam, quam proprietates; & prius intelligit principia, quam concluſionem: quoniam ex parte obiecti concluſio pendet à principiis, & non è conuerſo. Sic autem ſe habet finis ad voluotatem, ſicut principium ad intellectum. Ergo prius vult finem, quàm media.

9. *De volitione medij, & finis locutio duplex.* Pro deciſione notandum eſt de volitione medij vel finis nos loqui poſſe dupliciter. Primò de volitione efficaci medij prout eſt medium, & finis, prout eſt finis, hoc eſt, de volitione, qua Deus vult, hunc finem eſſe finem huius medij, & hoc medium eſſe medium, quo efficaciter aſſequamur hunc finem. Quemadmodnm vult, vocationem Petri eſſe medium ad efficaciter conſequendam gratiam, & gloriam; & vult, gloriam eſſe finem efficaciter conſequendum per vocationem.

10. *Prima conclusio.* De hniuſmodi voluione finis, vt finis, & medij vt medij, ſit prima concluſio. Volitio finis eſt abſolutè prior vnlitione medij: quoniam ſe habet vt ratio mouens ad illius amorem: quamuis alia ratione ſit etiam poſterior: quoniam volitio huius finis, quatenus finis eſt huius medij, neceſſariò pendet à volitione huius medij: quamuis minor ſit hæc dependentia. Hanc concluſionem demonſtrant argumenta Suarez: & hæc eſt præcipua eorum ſolutio. *Solutio argumentorum Suarij.*

11. Secundo modo loqui poſſumus de fine & medio materialiter acceptis. Et quæſtio erit, vtrùm res, quæ eſt finis, ſemper ſit priùs volita, quàm res, quæ eſt medium. Rurſus autem de medio & fine loqui poſſumus, aut vagè, aut determinatè. Dicamus ergo prius de medio, & fine materialiter & vagè acceptis.

Secunda conclusio. Sit igitur ſecunda concluſio. Semper volitio rei, quæ eſt medium, ſupponit vt priorẽ volitionem rei, quæ eſt finis, ſaltem vagè. Veluti ſi Deus vult Petro tribuere ſacramenta & alia remedia ſalutis, illa volitio neceſſariò ſupponit intentionem colligendi gloriam Dei aliquo modo, vel per ſalutem Petri, vel eius damnationem iuſtam. Ratio eſt, quoniam Deus nihil poteſt amare, niſi ad eliciendam inde ſuam gloriã, aliqua via. *Probatur.* Confirmatur quoniam nmne agens per voluntatem in omni actione intẽdit aliquam rationem boni, quæ eſt motiuum & finis illius actionis, ſiue ea ſit ſimplex ratio, ſiue componatur ex multis diſiunctiuè aut copulatiuè intentis.

12. Tertia concluſio. Volitio rei, quæ eſt finis, ſemper eſt aliquo modo poſterior, & dependens à volitione rerum, quæ ſunt media, ſaltem vagè. Quoniam ſi Deus, v.g. vult Petrum efficaciter ad gloriam perducere, & hoc poteſt efficaciter per plura media obtinere; hæc volitio Dei neceſſario pendet à volitione vtendi aliquo medio ex poſſibilibus, ſaltem vagè; quamuis in hac voluntate, nullum medium determinatum ſit.

13. *Triplex ordo in medio, & fine materialiter ſumptis. Quarta conclusio.* Sequentes concluſiones agunt de fine & medio materialiter acceptis, & in particulari. In qua comparatione triplex ordo reperiri poteſt, explicandus triplici concluſione ſequenti. Sit igitur quarta concluſio. Pnſſibile eſt, Deũ velle in particulari materialem rem, quæ eſt finis omnino independenter à volitione rei, quæ eſt medium in particulari. Declaratur & probatur, qnoniam non repugnat, ſi Deus velit efficaciter aliquam rem, certus illam conſequi poſſe plurimis mediis; & in ea volitione præciſè non determinet particulare medium, ſed relinquat determinandũ, vel per aliam volitionem Dei, vel per libertatem noſtram. Etenim ſi Deus efficaciter velit, Petro prædeſtinato ſacerdotẽ adeſſe tunc, quando in mortis articulo confiteri vult, & in ea volitione præciſè non determinet, quomodo illuc adducendus ſit ſacerdos, quoniam nihil intereſt, vtrùm ſacerdos veniat ſponte, aut vocatus, aut errabundus in eum locum incidat: neque vtrũ veniat ad petendam eleemoſynam, vel ad prædicandũ, neque vtrum equo, vel curru, vel naui per mare aut per flumen vectus: tunc prior eſt abſolutè intentio huius finis, quod ſacerdos adſit morienti, quoniam ab hac pendet voluntas Dei, qua determinat, ſacerdotem venire ad prædicandum equo vectum; & tamen ab hac voluntate huius medij determinati non pendet intentio illius finis: nam etiamſi hoc medium determinatum non voluiſſet Deus, nihilominus voluiſſet illum finem.

14. *Quandoque amor determinati medij prior amore determinati finis.* Concluſio quinta. Ad eundem ferè modum intelligendum eſt, quãdoque amorem medij determinati priorem eſſe intentione determinati finis, proximi & immediati, quod tunc ſolũ contingere poteſt, quãdo medium ſubſeruire poteſt ad varios fines, & Deus permittit noſtrę libertati, vt determinemus ad vnũ, aut ad alium finẽ proximum: ſicut poſſibile fuit ita Denm voluiſſe Incarnationem, vt ex vi præſentis decreti non determinaret proximum finem paſſionis & redemptionis, quouſque Deus præuidiſſet, Adamum eſſe peccaturũ; quo viſo, potuit Incarnationem ordinare in remedium peccati.

15. Aliud etiam exemplum eſt poſſibile. Quando Deus aliquem prædeſtinatum flagellis & aduerſitatibus, aut concionatoris voce prouocat ad opera bona, relicta libertate, qua poſſit hic & nunc peccare, ſi velit: potuit ita præciſè velle flagella, vel concionatoris exhortationem, vt ex vi talis volitionis non determinet, quod hic

& nunc

& nunc iſte prædeſtioatus non peccet, ſed bene operetur: inſuper poſtquam præuidet, illum prædeſtinatum hic & nunc bene operari, poteſt Deus velle dirigere flagella, vel concionatoris exhortationem, ad tribuendam gloriam, quam prædeſtinatus mererur, per bonas operationes. Quod ſi Deus præuideat, illum prædeſtinatum adhuc peccare, poteſt illa peccata ordinare ad humiliationem illius, & vt cautior reſurgat cum maiori odio peccati. Ecce in hoc caſu poſſibili volitio dandi has moniriones hic & nunc, quæ ſunt medium, vt prædeſtinatus rectè operetur, & mereatur hîc & nunc, non pendet à voluntate efficaci & determinata conſequendi hic & nũc effectum meriti & gloriæ: cùm tamen voluntas, quæ poſt præuiſionem operis boni, decernit præmium vt finem, pendeat à præexiſtente voluntate conferendi prædictas moniriones; ergo aliqua voluntas medij in particulari prior eſſe poteſt voluntate alicuius finis determinati & in particulari.

16. *Amor medij, & finis determinati ſimul.*

Sexta concluſio. Amor medij & finis in particulari & determinatè poſſunt eſſe ſimul, hoc eſt, cum mutua dependentia & prioritate, quando ex vi decreti Deus no vellet hanc rem, quæ eſt finis, niſi per hoc medium, neque hoc medium, niſi propter hunc finem. Quod tunc maximè continget, quando medium partialem perfectionẽ habuerit, diuina electione dignam, & ſimul cũ fine compleuerit vnũ integrum obiectũ adæquatum volitionis, cuius nulla pars ametur ſine altera.

17. *Prædeſtinati ad gloriam Chriſti Domini vt ad finẽ ordinati.*

Sic enim, quamuis omnes prædeſtinati ordinentur ad gloriam Chriſti Domini vt ad finem ex Tridentino ſeſſio. 6. cap. 7. nihilominus ſine dubio poſſibile fuit eiuſmodi decretũ, quo Deus voluerit Chriſti Domini gloriam dependenter à volitione prædeſtinandi alios homines & Angelos, & voluerit prædeſtinationem hominum & Angelorũ dependenter à volitione gloriæ Chriſti Domini ita vt ex vi illius decreti neutrum ſine altero Deus vellet: ad eum modum, quo Deus voluit creare Adamum integrum, ita vt ex vi illius volitionis, non vellet Deus creare manus aut pedes Adami, niſi vellet creare caput; nec vellet creare caput, niſi vellet creare manus & pedes. Vnde oſtenditur ratio, propter quam perfectior ſit hic modus amandi media & finem, quando, vt dixi, medium habet ſuam perfectionem, quæ cum bonitate finis complere poſſit vnum totum perfectum. Porro vtrum de facto Deus ita voluerit Incarnationem, & prædeſtinationem hominum & Angelorum cum mutua dependentia, pertinet ad materiam de Incarnatione: ſatis ſit in præſenti dicere, poſſibilitatem huius decreti eſſe debere certam; ſed quòd de facto fuerit, eſſe valde probabile.

Perfectior modus amãdi media, & finem.

18. *Finis cum fine & mediũ cum medio confertur.*

Septima concluſio. Si finem cum fine, & medium cum medio conferas, diſtinguere oportet: nam aut illa ſubordinata ſunt: ſicque vnus erit finis reſpectu alterius, quamuis in ordine ad ſuperiorem finem ſit medium. Quare inter illorum amores erit ordo, aſſignatus in concluſionibus ſuperioribus. Si verò non ſint ſubordinata, neque volita cum aliqua dependentia; tunc nullus erit inter illorum amores ordo prioritatis.

19. *Ad primum argumentum.*

Hæc omnia firmius conſtabunt, ſolutis difficultatibus, quæ reſtant, in ſect. ſequenti. Nunc ad argumenta ſecundæ ſententiæ reſpondeo. Ad primum D. Thomas ibi tantum dicit, imperium, ordinans aliquid in finem, ſupponere intentionem finis. Quare D. Thomas loquitur de volitione & imperio medij formaliter ſumpti, vt medium eſt, ordinatum ad finem, quod nos conceſſimus concluſione prima, & non contradicimus in ſequentibus.

Ad ſecundùm. Reſp. diſtinguendo Antecedens. Nam quando medium amatur formaliter, vt medium, tum ratio amandi illud eſt finis: ſed contingit aliquando rem, quæ eſt medium, amari vna volitione, vt finem, propter intrinſecam bonitatem ſuam, & alia volitione amari, vt medium ad vlteriorem finem. Contingit etiam amari propter finem indeterminatum vna volitione; & alia volitione, ſecundùm rationem diſtincta, amari formaliter vt medium determinati finis: & in his caſibus, priorum volitionum ratio & motiuum non eſt amor medij; vt conſtat ex concl. 5. 20.

Ad tertium reſpondetur eadem diſtinctione. 21. *Ad quartũ.*
Ad quartum argumentum reſpondetur, illius argumenti. Conſequens eſſe verum in aliquo ſenſu: ſed Antecedens eſſe omnino falſum. Nam amor finis, vt finis prior eſt; quam amor medij, vt medij. Frequenter autem amor entitatis materialis finis prior eſt, quàm amor entitatis materialis medij: ſed in Deo cognitio principiorum non eſt ratio cognoſcendi concluſionem: vt diximus ſect. 1. ſub initium.

SECTIO III.

Explicantur præcedentes concluſiones, ſolutis aliquot difficultatibus.

PRima difficultas eſt, vtrum ſaltem quando medium eſt vnicum ad aliquem finem, tunc debeant neceſſariò amari à Deo cum mutua dependentia & prioritate finis & medium. Reſpondeo. Si medium ratione ſui præcisè non poſſit amari, niſi in ordine ad alium finem, ac nullus ſit alius finis, in ordine ad quem deſeruire poſſit, atque ad eundem finem non ſit poſſibile aliud medium, ita vt huic fini vnicum ſit hoc medium, & huic medio vnicus ſit hic finis: tunc euidens eſt à Deo amari nõ poſſe volitione abſoluta, niſi cum mutua dependentia & prioritate. Sed extra hunc caſum erit poſſibilis ille triplex ordo, explicatus in concl. 4. 5. & 6. præcedentis ſectionis. 1.

Particulares quidam caſus.

Verumtamen notandum eſt, duplici modo finem indigere hoc vnico medio. Primò, ex natura finis ſecundùm ſe: ſicut nutritio indiget cibo. Secundò modo finis propter modũ, qui ſimul cum illo amatur, quaſi partialis finis, indiget aliquo medio vnico: ſicut nutritio commodior & vtilior adultorum indiget cibo ſolido, dentibus contcrendo: quamuis hic cibus non ſit neceſſarius ad nutritionem ſecundùm ſe. Dico igitur, vtriuſque finis volitionem pendere neceſſariò à volitione medij: vt rectè Suarez 3. p. tom. 1. diſp. 5. ſect. 1. notab. 2. Eadem proportione diſtinguere poteris de medio requiſito ad vnicum finem. 2.

Secunda difficultas eſt, vtrum quando media ſunt merita & finis eſt præmiũ; tunc neceſſarium ſit, Deum prius velle & videre hominis meritum, deinde velle illius præmium. Affirmat enim Vaſquez 1. part. tom. 1. diſp. 89. cap. 7. prope finem, & fuſius cap. 9. ratione 3. & cap. 11. & diſput. 91. cap. 11. numer. 79. & diſput. 82. cap. 5. Sed de hoc dicendum eſt ex profeſſo in diſputationibus de cauſa prædeſtinationis. Nunc ſolùm aſſero, Deum liberè poſſe velle præmium alicuius hominis prius, quam velit aut præuideat merita in particulari eiuſdẽ hominis, 3.

Affirmat Vaſquez.

ſed potius voluntas dandi præmium,ſit Deo ratio,vt velit dare efficaciter merita.

4. Tertia difficultas eſt, vtrum Deus poſſit ſuam voluntatem vni medio adſtringere, quando ſunt poſſibilia plura media ad conſequendum totum finem,quem Deus intendit. Negat Vaſquez 1.p. tom.1.diſp.89. cap.11.§. *Deinde Deum.* Probat, quoniam Deus potuit ab æterno voluntatem ſuam non alligare vlli medio : ergo non potuit eam alligare.Conſequentiam probat,quoniam ſi potuiſſet Deus vtroque modo velle finem, ſcilicèt,alligãdo ſuam volitionem vni medio,& non alligando volitionem ſuam vni medio : iam Dei volitio potuiſſet duplici modo diuerſo ſe habere comparatione earumdem rerum : hoc autem reputat eſſe inconueniens,quoniam Deus non poteſt diuerſitatem habere in ſuis actionibus, niſi res ad extra aliter ſe habeant.

Negat Vaſq

5. Verum huius fundamenti falſitatem oſtendimus ſupra diſp.12.& diſp.22. ſect.3.& 4. nunc ſatis ſit dicere, comparatione earumdem rerum, ſine vlla illarum mutatione ad extra, poſſe diuinam volitionem verſari cum dependentia, vel independenter,vt libuerit. Atque in particulari, quod Deus poſſit volitionem finis alligare vni medio,etiam ſi illud non ſit vnicum, diximus in præcedenti ſect.2.concluſ.6.

6. Quarta difficultas, quoniam in hominibus ex imperfectione prouenit finem velle prius quàm media, quæ non animaduertunt perfectè, quando primo eliciunt intentionem finis. Deus autem perfectiſſimè animaduertit omnia media poſſibilia in particulari,& quod illorum ſit conuenientius ad finem : ergo neceſſarium eſt, vt ſimul velit media & finem.

7. Reſpondeo,diſtinguendo maiorem,nam prioritas temporis, qua intentio finis præcedit electionem mediorum in particulari ex imperfectione eſt. Verùm prioritas dependentiæ & independentiæ pertinent ad perfectam libertatem circa electionem mediorum. Quia quamuis Deus in eodem inſtanti,quo efficaciter vult Petro dare tantam gloriam, cognoſcat, eam obtineri poſſe, vel per martyrium,vel per vitam ſolitariam, vel mille aliis mediis : pertinet ad perfectam libertatem volitionis diuinæ, vt poſſit velle dare gloriam tali volitione,quæ non pendeat à volitione martyrij aut vitæ ſolitariæ ; poſſitque velle dare gloriam ; ita vt volitio gloriæ pendeat à volitione martyrij & vitæ ſolitariæ.

Prioritas dependentiæ & independentiæ ad perfectam libertatem pertinet.

8. Quinta difficultas,quoniam ſaltem eſt perfectior modus amandi finem, ſimul volendo efficaciter medium determinatum, per quod obtinendus eſt finis : ergo ſemper Deus habebit huiuſmodi volitionem finis dependenter à volitione medij. Reſpond. diſtinguendo Antecedens ſecundùm modum duplicem, quo intelligi poteſt, vnam volitionem eſſe perfectiorem alia. Primus eſt, ita vt perfectiorem reddat Deum operantem : & hoc modo falſum eſt Antecedens:quia ſicut Dei volitio,qua vult Incarnationem non reddit Deum perfectiorẽ, quàm Deus eſſet,ſi vellet non incarnari:ita velle cum dependentia aut ſine dependentia, non reddit Deum perfectiorem.

Dupliciter vna volitio poteſt intelligi perfectior alia.

9. Secundò modn intelligi poteſt, quaſi perfectior ſit volitio perfectioris obiecti materialis. Qua ratione perfectior eſt in Deo volitio Incarnationis, quàm foret volitio non incarnandi. Et hoc modo perfectior erit vnica volitio Dei,quæ cum mutua dependentia terminatur ad finem & medium in particulari, quam foret volitio ſolius finis independenter à medio in particulari : præſertim in caſu dicto in præcedent. ſect. concl.6. Sed hinc non colligitur, neceſſariam eſſe in Deo volitionem finis dependenter à medio:ſicut non infertur, neceſſariam fuiſſe in Deo volitionem incarnandi;ſed nihilominus libera eſt.

Volitio Incarnationis perfectior volitione non incarnandi.

Denique quamuis vnus modus volendi ſit perfectior altero,perfectius tamen eſt vtrumque modum volendi exercere Deum;vt colligitur ex dictis ſupra diſp.9.& 10. 10.

Sexta difficultas, quoniam actus, quo Deus vult efficaciter finem & actus,quo vult efficaciter materialem entitatem medij in particulari, eſt in Deo vnus actus ſimpliciſſimus. Ergo pendent ab inuicem, ita vt nullo modo potuiſſet vnus actus eſſe ſine alio. Reſp. diſtinguendo Antecedens,nam licet volitio medij & finis ſit actus realiter ſimplex,verumtamen ratione ratiocinata diſtinguuntur infima quadam diſtinctione : de qua diximus diſp.22.ſect.4. 11.

Volitio medij, & finis infima diſtinctione rationis diſtinguuntur.

Sed vrget adhuc argumentum,quoniam hæc diſtinctio rationis ratiocinatæ non videtur ſufficere,vt actus ſint prorſus indepẽdentes,quorum vnus potuiſſet ab æterno eſſe ſine alio. Nam in actu, quo aliquis adultus vult baptizari propter conſequendam ſalutem æternam, poſſumus ratione ratiocinata diſtinguere intentionem finis vitæ æternæ, & electionem medij baptiſmi : & tamen vnus actus non poteſt eſſe ſine alio. 12.

Reſp.Sæpe contingit,eos actus,qui ſola ratione ratiocinata diſtinguntur, mutuo pendere ab inuicem;ita vt vnus non poſſit eſſe ſine alio:verum id non prouenit ex eo præciſè, quod ſola ratione ratiocinata diſtinguantur, ſed ex modo voleodi.Quare etiam in Deo conceſſimus quandoque intentionem finis, & electionem medij habere mutuam depẽdentiam, ita vt vnus actus non poſſit eſſe ſine alio.Hoc autem diſcrimen eſt inter Deum & nos, quod in nobis quoties entitas materialis,quæ eſt medium,amatur independenter à fine, toties eſt actus realiter diuerſus à fine;quia habet diuerſam rationem formalem:in Deo autem ille idem modus volendi entitatem materialem medij, eſt ſola ratione diſtinctus à volitione finis, verum independens ab illa vt in nobis : idque propter eminentiam diuinorum actuum,qui continent altiori modo omnes perfectiones libertatis, quas noſtri actus habent ex ſua reali diſtinctione. 13.

Denique contra proteruos obſeruandum eſt, prædictum argumentum eſſe euidenter fallax, ſi compares volitionem Dei, qua vult creare hunc leonem in Occidentali India, & qua vult hunc infantem baptizari in Hiſpania. Quæ volitiones Dei nullo modo ab inuicem pendent, & tamen ſola ratione diſtinguntur. 14.

REDEO IAM ad articulum 9.quem ante diſp. 17.remiſimus in hunc locum, ne longiori, grauiorique controuerſia ſequentium articulorum doctrinam, & cohærentiam cum ſuperioribus obliteraret.

* * *

ARTIC. IX.

Vtrùm voluntas Dei ſit malorum.

DISPVTATIO XXV.

Vtrùm mala pœnæ, naturaliúmque defectuum Deus velle poſſit.

SECTIO I.

De malo formaliter ſub ratione mali.

1. *Neque à diuina, neque ab humana volũtate mala pœna poſſunt appeti per ſe.*

SIT vnica concluſio. Fieri non poteſt, vt malum quodcumque ſiue ſit culpa, ſiue pœna appetatur per ſe ſub ratione mali à quacumque voluntate etiam creata, & multò minus à diuina voluntate, quoniam optima eſt. Ita D. Thom. hic art. 9. vbi communiter expoſitores, & Durandus 1. diſtinct. 46. quæſt. 2. numer. 5. Colligitur ex 18. Eecchiel. *Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus.* & cap. 33. *Nolo mortem impij.* & Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, neque lætatur in perditione viuorum: creauit enim, vt eſſent omnia: & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non eſt in illis medicamentum exterminij, neque inferorum regnum in terra.* Quæ teſtimonia non ſolum probant, Deum de facto non intendiſſe naturales defectus & mala triſtia, ſiue pœnas; ſed etiam probant talia obiecta ratione ſui præcisè non eſſe appetibilia diuinæ voluntati: quia ratione ſui non ſunt obiectum complacentiæ vel lætitiæ, vt ſtatim dicemus, nec ſunt effectus infinita bonitate digni.

Ezechiel 18. & 33. Sapientia 1.

2. Ratione probatur, quia impoſſibile eſt aliquam potentiam per ſe formalitérque tendere ad illud obiectum, quod directè opponitur ſuo obiecto formali: ſed malum, prout malum eſt, directè opponitur obiecto cuiuſque voluntatis. Ergo nulla voluntas poteſt per ſe formalitérque tendere in malum, prout malum eſt, etiamſi tantum ſit malum pœnæ, ſeu naturalis defectus. Et multò minus hoc poterit optima voluntas, qualis eſt diuina. Confirmatur primò, quia cuiuſque potentiæ appetitiuæ obiectum eſt aliquod bonum illius proprium: Ergo potiori iure voluntatis obiectum erit bonum.

Prima confirmatio.

3. Confirmatur ſecundò, nam vt Ariſtoteles ait lib. 1. Ethicor. cap. 1. initio. *Omnis actio eſt propter bonum: vnde bonum eſt quod omnia appetunt.* Dionyſius autem de diuinis nominibus cap. 4. prope med. *Si ea, quæ ſunt,* inquit, *pulchrum ſiue honeſtum & bonum expetunt: atque omnia, quæ faciunt, boni, quod videtur, cauſa faciunt: omnéque rerum inſtitutum ſibi habet bonum principium ac finem propoſitum (nihil enim mali naturam intuens facit, quæ facit) quomodo erit ex his, quæ ſunt malum.*

Secunda confirmatio. Ariſtoteles. Dionyſius.

4. Gregorius Nyſſenus lib. de opificio hominis cap. 20. inter princip. & med. *Profecto,* inquit, *in homine permouendo, nulla vitiorum efficacitas foret: ſi non quidam eis boni color additus, homini cupiditate ſui in fraudem illecto fucum faceret.* Multa quoque ſubiungit in eandem ſententiam. Quam vt exploratam ſupponit Auguſtinus lib. 2. Confeſſ. cap. 8. & 9. dum inquirit rationem boni, qua ducebatur ad furanda poma. Sed vniuerſalius lib. 11. de ciuitate cap. 27. probat, res omnes etiam inſenſibiles appetere proprium bonum. Cuius aliqua verba retulimus diſput. 1. ſection. 2. His concinit Seneca lib. 4. de beneficiis cap. 17. Hanc doctrinam pluribus confirmant S. Thomas & eius expoſitores 1. 2. quæſt. 8. art. 1. contra Ochamum, qui ſenſit oppoſitum, & Scotum, qui dubitauit.

Auguſtinus. Seneca. S. Thomas.

5. Reſpondebit aliquis, malum pœnæ, ſeu naturalem defectum non eſſe malum ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid, ideo non eſſe contra rationem voluntatis illud amare formaliter & per ſe, quatenus malum eſt. Hoc tamen refutatur, & confirmatur tertiò ſupradicta ratio, quia pœna, ſeu naturalis defectus ideo eſt malum ſecundùm quid, quoniam adiunctam habet bonitatem ſimpliciter, id eſt, conformitatem cum recta ratione, quibuſdam ſuppoſitis circunſtantiis: cæterum eius malitia conſiderata præcisè, prout poteſt ab adiuncta bonitate ſeparari per abſtractionem, eſt ſimpliciter priuatio bonitatis, & nihil includit bonitatis: proptereáque nihil prorſus habet propter quod ratione ſui, ac propter ſe ipſam diligatur. Sicut aër nubibus obductus ſecundùm quid tenebroſus eſt; illius tamen tenebræ formaliter conſideratæ, pro vt tenebræ ſunt, non poſſunt propter ſe ipſas videri.

Refutatur ſolutio.

6. Secunda ratio concluſionis eſt, quia formalitas, quæ eſt ratio triſtitiæ, non poteſt eſſe ratio volendi & amandi, ſed potius odio habendi: at verò malitia illa, quæ eſt in malo pœnæ, ſeu naturali defectu, eſt Deo ratio triſtitiæ, quantum ad diſplicentiam; ergo malitia illa non poteſt eſſe ratio volendi & amandi; ac ſubinde non poteſt propter ſe ipſam amari. Minor probata fuit diſput. 21. ſect. 1. poſt med. Maior autem ex terminis eſt euidens, vt propterea delectatio ponatur in definitione voluntatis ab Athanaſio tractatu de diffinitionibus colum. 4. titulo de voluntate dicente: *Voluntas eſt intelligentis & rationalis ſubſtantiæ appetitus, ad id quod animum ſuauiter afficit.* Sicut è contrario triſtitia, gemitúſque ſignificat negationem volitionis: vt obſeruauit S. Thomas Roman. 8. lect. 4. prope finem ad illud: *Vanitati creatura ſubiecta, eſt non volens.* & infra: *Omnis creatura ingemiſcit.* Exponit enim, *Ingemiſcit eſſe idẽ, quod non volens. In illis enim ingemiſcimus, quæ noſtræ voluntati repugnant.*

Illud, quod eſt ratio triſtitiæ, nõ poteſt eſſe ratio amandi, ſed odio habẽdi. Athanaſius. Rom. 8. S. Thomas.

7. Probatur tertiò, quod enim aliquis tolerat coactus propter retinendum bonum adiunctum illi, non vult, nec amat propter ſe ipſum: ſed malitiam pœnæ naturaliúmque defectuum Deus coactus tolerat propter bonum puniendi, vel tentandi, vel exercendi, vel propter bonum alterius rei (ſicut probatum eſt diſp. 21. ſect. 2.) ergo talem malitiam Deus non vult nec amat propter ſe ipſam.

Nemo per ſe amat, quod coactus patitur propter adiunctum aliud bonũ.

8. Obiicies. Poteſt Deus de potentia abſoluta velle omnes creaturas in nihilũ redigere, etiamſi inde nullum aliud eliceret bonum; ergo malum hoc annihilationis poteſt Deus velle per ſe. Reſp. Non poteſt Deus velle creaturas redigere in nihilum, ea ſola ratione ductus, quoniam annihilatio eſt malum, aut ex libidine nocendi, aut animi gratia. Poſſet autem id velle, vt exerceret ſuum dominium ſupremum, & abſolutam libertatem, quæ eſt ratio boni ſufficiens, vt phyſicè potuiſſet Deum mouere, ſed moraliter non potuiſſet, ſecundùm dicta diſput. 9. ſect. 3. & ſequentibus.

Solutio.

SECTIO II.

Per accidens propter adiunctum bonum Deus vult malum pœna, naturaliumque defectuum.

1. *Mala pœna naturaliſque defectus, terminare poſſunt diuinā volitionem, non per ſe ſed ratione adiuncti boni. Auguſtinus. D. Thomas.* PRima concluſio ſit. Malum pœnæ, vel aliquis naturalis defectus terminare poteſt volitionem diuinam. Hanc demonſtro, quoniam quidquid authore Deo fit, Deo volente fit; agit enim Deus per voluntatem, vt cum D. Auguſtino lib. 83. quæſt. quæſt. 3. docet D. Thom. hic articul. 9. in *Sed contra.* Magiſter & communiter Scholaſtici 1. diſt. 46. prope finem. Albertus tractat. 20. quæſtion. 79. memb. 2. artic. 1. Quod plurium Patrum teſtimonio confirmatum eſt diſputat. 14. ſection. 1. 3. & 4. At verò Deus author eſt malorum pœnæ Deuteronom. 32. *Congregabo ſuper eos mala.* Eccleſiaſtic. 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.* 2. Reg. 12. *Suſcitabo ſuper te malum.* Iſai 45. *Ego Dominus creans malum.* Hierem. 18. *Fingo contra vos malum*, & cap. 11. & cap. 36. *Adducam ſuper eos omne malum, quod locutus ſum.* Amos. 3. *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.*

Deuter. 32. Eccleſiaſt. 11. 2. Reg. 12. Hierem. 18. & 36. Amos 3.

2. *Confirmatio prima.* Confirmatur primò, quoniam reprobi prædeſtinantur ad pœnam, vt ex Auguſtino, Fulgentio, Proſpero & Concilio Valentino probauimus diſputantes de Prædeſtinatione. At verò prædeſtinatio vel eſt volitio, vel eſt imperium, ſupponens volitionem finis ad quem perſona deſtinatur, & mediorum, per quæ deſtinatur.

Confirmatio ſecunda. Confirmatur ſecundò, nam omnis effectus reprobationis eſt volitus per reprobationem; ſed pœna eſt effectus reprobationis: vt oſtendimus de reprobatione tractantes. Ergo pœna eſt volita per reprobationem.

3. *D. Thomas.* Concluſionis huius ratio à priori traditur à D. Thom. 1. 2. quæſt. 79. artic. 1. ad 4. quoniam pœna, licet ſit mala ſecundùm quid, videlicet, quia deſtruit aliquod bonum particulare: nihilominus eſt bona ſimpliciter, quia reparat ordinationem hominis, ad Deum, ſubiiciendo contra ſuam voluntatem eum, qui Deo recuſauit ſponte ſubiici, & oſtendendo odium Dei erga peccata. Vnde Dionyſius cap. 4. de diuinis nominibus part. 4. ait: *Puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum.* Quod fuſius oſtendit Auguſtinus initio libri de libero arbitrio, & lib. 1. retract. cap. 26. cuius verba refert Magiſter 2. diſt. 37. in fine. Eadem ratio confirmatur ex diſcurſu concluſionis ſequentis.

Dionyſius. Auguſtinus.

4. *D. Thomas. Concluſionis fundamentum.* Secunda concluſio. Diuina voluntas vult malum pœnæ, aut naturalem defectum per accidens, ratione boni, ad quod deſtinatur illud malum. Ita D. Thomas, & Durandus citati ſect. 1. initio, & ſupponitur tanquam certum ab omnibus doctoribus. Probatur, quia naturalis appetitus ignis non appetit deſtructionem aquæ per ſe, quoniam deſtructio eſt, ſed in quantum requiritur ad ſuæ ſpeciei propagationem: appetitus ſenſitiuus leonis ex directione primæ cauſæ appetit interfectionem ouis, non per ſe, quia interfectio eſt, ſed per accidens, quatenus interfectio requiritur, vt famem expleat, propriamque vitam alat; vel aliquando etiam vt vlciſcatur illatam iniuriam. Rationalis appetitus Imperatoris, non vult ciuium cruciatus & mortem, niſi propter bonum iuſtitiæ, pacémque Reipublicæ. Quin etiam crudeliſſimus ſicarius aut tyrannus non vult cruciatus aut mortem aliorum hominum, niſi propter oſtenſionem ſuæ potentiæ, vel propter aliud apparens bonum: non verò propter malum mortis, aut cruciatus. Igitur multò magis Deus non vult malum pœnæ, ſeu naturalem defectum, niſi per accidens ratione boni, ad quod deſtinatur.

5. *Rem declarat confirmatio.* Declaratur & confirmatur, nam quod attinet ad omnia irrationalia, Deus illorum corruptionem aut interitum non vult, niſi vt ea, quæ naturaliter ſeneſcunt, aut contabeſcunt, locum & materiam relinquant naſcituris nouis atque vigentibus. Quod ad homines attinet, Deus mortem & cætera mala triſtia non vult, niſi vt vt medicinam aduerſus peccata, vel propter bonum iuſtitiæ, vel propter exercitium virtutum. Ita Damaſcenus in dialogo aduerſus Manich. verſus finem, & lib. 4. de fide cap. 20. Chryſoſtomus homil. 1. ad Epheſios, & lib. 1. de prouidentia prope med. Fuſius Baſilius in homilia *quod Deus non ſit author malorum*, longè à principio. Auguſtinus lib. 4. de Trinitat. cap. 12. poſt med. & lib. contra epiſtolam Fundati à cap. 37. vſque ad 41. & alibi ſæpe. Iſidorus ſinonymorum, ſiue ſoliloquiorum lib. 1. colum. 5. & 6. Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 5. & 6. & 19. & 27. & alij quamplurimi citandi diſp. 35. ſection. ſexta, ſeptima & octaua qui hoc merito deducent ex ſupra citato cap. Sap. 1. & 2. & citati diſputat. 21. ſect. 2. & 3.

Damaſcen. Chryſoſtom. Baſilius. Auguſtinus. Iſidorus. Fulgentius.

6. *Quid exigat rectitudo vt Deus mala pœna poſſit amare.* Aliqui recentiores videntur poſtulare, vt bonum quod ex malo colligitur, ſit maius, quàm bonum, quod priuatur per malum. Idque inſinuat D. Thomas art. 9. corpore illis verbis: *Nunquam igitur appeteretur malum neque per accidens, niſi bonum cui coniungitur malum, magis appeteretur, quàm bonum, quod priuatur per malum.* Cæterum D. Thomas id pronuntiat de qualibet voluntate, tam creata, quàm increata: ac proinde intelligendum eſt, quod actuali volitione bonum, cui coniungitur malum, ametur magis, quam bonum, quo priuat malum: vt conſtat exemplo hominis, qui fornicationis delectationem præponit legi diuinæ, quod paulò antea D. Thomas adduxerat. Niſi exiſtimes, ſemper intercedere ignorantiam, quoties ab humana voluntate minus bonum præponitur maiori: quod ſatis impugnatum eſt à me 1. 2. quæſtion. 76. artic. 1.

D. Thomas.

7. *Quatenus verum habeat limitatio.* Sed quidquid exiſtimes de voluntate creata; nihilominus de diuina neceſſariò concedere debes, abſolutè & phyſicè liberam eſſe, vt propter minus bonum eligat priuationem maioris boni creati: quoniam diuina voluntas nullo indiget creato bono: quamuis infallibile ſit, quod non eliget triſte malum, niſi propter bonum, quod ſecundùm ſe ſit maius, quam aliud bonum, quod priuatur per malum: vt colligitur ex dictis ſupra diſput. 9. ſection. 4. & ſequentibus, præcipuè verò ſection. 11. ratione 2.

DISPVT.

DISPVTATIO XXVI.

Vtrùm Deus poſsit velle peccatum.

SECTIO I.

Negatiua pars decernitur.

1. *Hæreticorũ error.* FVIT error Lutheri, Caluini, Bezæ, & libertinorum hoc tempore, dicentium, Deum occaſiones offerre, & cogere ad peccandum, & cum hominibus peccatum operari. Ducit autem originem à Simone Mago, atque ab Appellianis & Manichæis, vt oſtendi in 1. 2. quæſtion. 79. artic. 1. ſub initium. Videri poteſt apud Bellarminum tom. 3. controuerſ. 2. generali lib. 2. & Valentiam in hoc art. 9. & in 2. tomo diſp. 6. quæſt. 9. de Simone Mago dicemus aliquid ſect. 2. De Luthero, Caluino & aliis recentioribus hæreticis dicemus diſp. 36. ſect. 2.

2. *Authoris concluſio. Neque per ſe neque per accidens Deus peccata vult.* Contra omnes illos ſtatuo concluſionẽ certa fide tenendam. Malum culpæ nullo modo Deus vult, neque per ſe, videlicet, propter ipſam malitiam; neque per accidens propter aliquod bonum adiunctũ peccato. In hac concluſione plura continentur membra inter ſe colligata, quæ ſe mutuo inferunt: vnde cuiuſque membri probatio erit probatio reliquorum. Explicabuntur autem variis aſſertionibus in hac & ſequentibus ſectionibus.

3. *Dico primò. Deus peccare non poteſt. Deuter. 32. 1. Ioan. 3. Rom. 3. & 9.* Dico igitur primò: Deus non poteſt peccare. Deuter. 32. *Deus fidelis & abſque vlla iniquitate.* Pſal. 144. *Sanctus in omnibus operibus ſuis.* 1. Ioan. 3. *Peccatum in eo non eſt* Rom 3. *Nunquid iniquus eſt Deus? abſit.* ad Rom. 9. *Nunquid iniquitas apud Deum? abſit.*

4. *Si peccare poſſet, poſſet eſſe malus.* Ratio euidens eſt. Prima, quoniam ſi Deus poſſet peccare, poſſet eſſe malus; ac proinde non eſſet incommutabile bonum ac ſimpliciter neceſſarium. Confirmatur, quia peccatum eſt ſummum malum: vt probatum eſt 1. 2. q. 88. artic. 1. Ergo ſummè repugnat ſummo bono.

5. *Nõ eſſet prima & ſumma regula, ſed infœlix.* Secunda ratio, quia Deus deficeret à regula, ac proinde non eſſet prima & ſumma regula. Tertiò foret Deus infelix, pœna dignus. Quarta ratio ſumitur ex 1. Ioan. 3. *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen illius in eo manet: & non poteſt peccare. quoniam ex Deo natus eſt.* Vnde Doctores cum D. Auguſtino in lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 7. & lib. 1. de gratia Chriſti cap. 21. colligunt, neminem, vt ex charitate operatur, poſſe peccare mortaliter nec venialiter: atque inſuper colligũt, peccatum lethale non poſſe conſiſtere ſimul cum Dei ſemine & filiatione per gratiam & charitatem, vt explicat Auguſtinus tract. 5. in epiſtolam Ioan. non procul à principio. Et Hieronymus lib. 1. contra Pelag. colum. 6. & lib. 2. in Iouinianum à princ. Ergo à fortiori, Deus qui eſt ipſa diuinitas & charitas per eſſentiam habebit hanc eſſentialem repugnantiam cum peccato. Denique maiorem eſſe libertatem Dei, quàm ſi peccare potuiſſet probatum eſt diſp. 8. ſect. 1. & 2.

6. *Dico ſecundò. Abac. 1.* Hinc infero & dico ſecundò: Deus non poteſt peccatum velle, neque per ſe, neque per accidens. Abacuc. 1. *Mundi ſunt oculi tui ne videãt malum, reſpicere ad iniquitatem non potes*, videlicet, aſpectu grato, & animo complacentiæ, (nam ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, & viſione intuitiua omnes iniquitates cognoſcit.) Exod. 23. *Auerſor impium*, ſcilicet, in quantùm impius eſt. Iudith. 5. *Deus illorum odit iniquitatem.* Pſalm. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Prouerb. 15. *Abominatio eſt Domino via impij.* Sap. 14. *Odio ſunt Deo impius & impietas eius.* *Exodi 23. Iudith 5. Pſ 5. & 44. Prouerb. 15.*

7. Confirmatur primò, quia Deus non vult mortem impij, neque in ea lætatur, quia mors eſt: nihilominus lætatur de morte ſiue interitu pœnæ ſuppoſita culpa propter bonum iuſtitiæ. Reſtat ergo ſola mors culpæ, quam Deus non velit, neque lætetur de ea, ſiquidem ad illius malum reparandum, Deus eligit mortem inferre ſupplicij, quam etiam odio habet quantum ea ſe eſt. Maior conſtat Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Minor verò probatur Prouerb. 1. *Ego quoque in interitu veſtro ridebo; & ſubſannabo cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* Quem affectum ineſſe ſibi, Deus indicio manifeſtat, quando lætitiam de pœna reproborum infundit iuſtis Pſalm. 57. *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam.* *Sapientia 1. Prouerb. 1.*

8. Confirmatur ſecundò, quoniam aduerſatiua propoſitio ſubiuncta de pœnitentia, & emendatione vitæ, quam Deus vult, oſtendit, potiſſimum de morte peccatorum intelligendum eſſe quod dicit, ſe non velle mortem peccatoris. Sic enim 2. Petri 3. *Nolens*, ait, *aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Ezechiel 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat.* & cap. 33. *Nolo mortem impij ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.* Quod proinde potiſſimum de ſpirituali morte intelligendum eſſe, notat Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 27. circa medium. Imo cæteri Patres idem ſupponunt, quoties hæc teſtimonia proferunt. *2. Petri 3. Ezechiel 18. & 33. Fulgentius.*

9. *Prima propoſitio ex præfatis locis manifeſtè probanda.* Sunt igitur obſeruandæ duæ propoſitiones, quæ manifeſtè probantur prædictis Scripturæ verbis. Prima eſt. Deus non ſolum non vult malum culpæ, quoniam malum culpæ eſt. Sic enim neque fur aut fornicator vult malum culpæ propter eius malitiam, ſed propter adiunctam delectationem vel vtilitatem. Deus igitur propter nullam rationem boni vult malum culpæ, ideóque prædicta teſtimonia negant Deo quemcumque modum volendi peccatum, qui ſufficit hominibus vt peccatores conſtituantur: huiuſmodi autem eſt peccatum velle per accidens, volendo per ſe bonum apparens, cui neceſſariò coniuncta eſt culpa.

10. *Secunda propoſitio Circa peccata non ſe habet Deus negatiuè.* Secunda propoſitio eſt. Voluntas diuina non mere negatiuè ſe habet circa peccata, ſed poſitiuo actu odij & diſplicentiæ ea proſequitur: vt ex citatis teſtimoniis conſtat. Quare quando Scholaſtici dicunt. Diuina voluntas non eſt malorum, intelligunt amando: nam ea, quæ proſequimur odio, non dicimur velle, quamuis voluntatis actu verſemur circa illa, cæterum recedendo & fugiendo ab illis.

11. *Si Deus peccata vellet etiam per accidens, Deus peccaret.* Prima ratio probans dictum ſecundum, hæc eſt, quia ſi Deus ſiue per ſe, ſiue per accidens vellet peccatum: Deus peccaret; Conſequens autem eſt impoſſibile, vt ex prima aſſertione conſtat. Ergo Antecedens etiam eſt impoſſibile. Sequela probatur, quoniam homines & Angeli non alia

ratione

ratione peccant,niſi quoniam peccatum volunt, quamuis illud velint per accidens, propter bonum cui coniungitur peccatum, videlicet, delectationem,propriam excellentiam, vindictam & ſimilia.

12. *Nulla ratione poteſt honeſtè amari, quod nulla ratione poteſt honeſtari.*

Confirm. quia quod nulla ratione poteſt reddi honeſtum, id nulla ratione poteſt amari honeſtè, ſed turpiter: At verò peccatum nulla ratione poteſt reddi honeſtum. Ergo nulla ratione poteſt à Deo amari honeſtè, ſed ſi ametur, amabitur turpiter. Minor explicatur & probatur, nam omne peccatum conſiſtit in volitione eſſentialiter turpi, quæ nulla ratione poſſit fieri honeſta. Quamuis enim ablatio rei alienæ poſſit reddi honeſta per aliquas circumſtantias neceſſitatis, aut recompenſationis, aut licentiæ Dei: nihilominus interior actus furti non poteſt reddi honeſtus, quia eſſentialiter eſt volitio auferendi rem aliam ſub circunſtantiis, ſub quibus à Deo prohibetur: vt fuſius oſtendi, diſputans de peccatis & de humanis actibus 1.2.quæſt.18. art.5.& quæſt.19. art.1. vſque ad 9. Cæterum id clarius conſtat in aliis peccatis,quæ ex obiecto ſunt intrinſecè mala indiſpenſabilia: vt mendacium, odium Dei, blaſphemia, quæ per nullam diſpenſationem aut circumſtantiam honeſtari poſſunt, & præciſa omni lege ſuperioris prohibentis ſunt turpia.

13. Secundam rationem adhibet S. Thomas in art.9. in fine coporis quia nullum malum appetitur etiam per accidens, niſi bonum cui coniungitur malum appetatur magis, quàm bonum, quod excluditur per malum: ſed nullum bonum Deus poteſt amare magis, quàm ſuam bonitatem: ergo Deus nullo modo poteſt velle malum culpæ,quod priuat ordine ad bonum diuinum. Hic ſyllogiſmus videbitur defectuoſus, niſi ſupponatur alter, qui virtute continetur in eo, videlicet. Virtutis & rectæ rationis ordo ad diuinam bonitatem & neceſſariò coniunctus cum diuina bonitate, quoad amorem, ita vt impoſſibile ſit debita appretiatione amare diuinam bonitatem, quin eodem amore ametur etiam charitas: quoniam omnis amor ſpontaneus amat amare:vt cum Auguſtino & communi Theologorum oſtendimus de charitate diſputantes. Vnde conſequens eſt, Deum non ſolum diligere charitatem,ſed etiam omnem virtutem, & omnem ordinẽ rationis qui cum charitate habet neceſſariam connexionem:his autem opponitur peccatum.Ideo ſicut non poteſt Deus appetere etiam per accidens aliquid contrarium ſuæ bonitati & charitati,ita neque contrariũ virtuti.

14. *Prima confirmatio.*

Confirmatur primò, quoniam peccatum eſſentialiter eſt auerſio à Deo, & quod ex ſe eſt, contrarium eſt Deo, & quodam virtuali affectu deſtructiuum eſt Dei,quatenus Deum non vult eſſe ſibi vltimum finem;ac proinde non vult,ſibi eſſe Deum:vt probatum eſt 1.2.quæſt.88. art.1.

Secunda cõfirmatio. 1. Ioan 4.

Confirmatur ſecundò, quoniam *Deus charitas eſt*.1.Ioan.4.& peccatum eſt directè contrarium charitati:vt diſp.10. de charitate quæſt. 2.& 3. probatum eſt.

15. *Tertia confirmatio.*

Quod eſſentialiter eſt auerſio, non eſt capax vt ad Deum conuertatur.

Confirmatur tertiò. Quamuis enim data opera coneris peccata ordinare ad Deum & ad virtutem, adhuc id non obtinebis ſolida & vera ordinatione, ſed tantum apparenti: quia quod eſſentialiter eſt auerſio non eſt capax vt conuertatur ad Deum, & quod eſſentialiter eſt inordinatio contra rationem, non eſt capax vt ordinetur ſecundùm rectam rationem: ſicut tenebræ non poſſunt illuminari, ſed excludi per lumen;& curuitas non poteſt rectificari.ſed excludi per rectitudinem.

16. *Principalis ratio à priori.*

Tertia & præcipua ratio à priori hæc eſt. Sicut omnis propoſitio negatiua ſumit ſuæ veritatis originem à propoſitione affirmatiua, & ab obiecto poſitiuo: ita omnis impoſſibilitas, quæ eſt genus quoddam negationis, ſumit ſuæ veritatis originem à neceſſitate, quæ eſt poſitiua veritas, quæ prærequiritur ad omnem impoſſibilitatem. Porro Deus neceſſario amat ſe ipſum, ſupra diſp. 4. Deus autem eſt eſſentialiter ipſa bonitas, virtus, rectitudo, & ratio: ergo Deus neceſſariò diligit bonitatem, virtutem, rectitudinem & rationem. Ex hac neceſſitate ſequitur impoſſibilitas volendi peccatũ ne Deus ſe ipſum neget:vt 2.ad Timoth.2.dicit Apoſtolus: *Deus fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt*. Conſequens igitur eſt nõ magis poſſe mentiri,quàm ſe ipſum negare,quoniam volendo mendacium deſtrueret ſuam veracitatem & rectitudinẽ actualem ſuæ voluntatis,ſibi eſſentialem. Quod latius proſequitur Auguſtinus in lib. contra mendacium, præcipuè cap. 7. & lib. de fide & ſymbolo & lib.15.de Trinit.cap.15.prope init.& lib.5. de ciuitate cap.10.prope initium. Anſelmus lib.1. cur Deus homo cap. 12. à medio & lib.de caſu diaboli cap.12. in medio. Hieronymus in proœmio ad comment.Oſeæ verſus finem,& breuiter Chryſoſtomus tom. 5. in expoſitione ſymboli Apoſtolorum homil.1.ſub initium.Plura de hac impoſſibilitate dicemus diſp.27.ſect.4.& 5.præſertim verò ſect.6.& diſp.30.

2.Timoth.2. *Auguſtinus.* *Anſelmus.* *Hieronymus.* *Chryſoſtom.*

17. *Ex præcedenti ratione alia excitatur. Nulla potentia extra ſuũ obiectum vagari poteſt.*

Ex tertia ratione deriuatur quarta, nulla quippe potentia poteſt ferri extra ſuum obiectum adæquatum: at verò adæquatum obiectum diuinæ voluntatis eſt bonum diuinum, vt obiectum formale; deinde tanquam obiectum materiale ſolum illud bonum, quod ordinabile eſt ad bonum diuinum:quoniã nihil poteſt Deus velle,niſi propter ſe ipſum; (ſicut probatum eſt diſp.3. ſect. 1. & 2.) ſed peccatum nullo modo eſt ordinabile ad bonum diuinum (ſicut in ſecunda ratione probatum eſt) ergo in peccatum non poteſt ferri diuina voluntas.

18. *D.Thomas.*

Confirmatur primò verbis D. Thom. infra q.21.art.1.ad 2. *Vniuſcuiuſque volũtatis obiectum eſt bonum intellectum,vnde impoſſibile eſt Deum velle,niſi quod ratio ſuæ ſapientiæ habet, quæ quidem eſt ſicut lex iuſtitiæ, ſecundùm quam eius voluntas recta & iuſta eſt: vnde quod Deus ſecundùm ſuam voluntatem facit, iuſtè facit: ſicut nos, quod ſecundùm legem facimus, iuſtè facimus: ſed nos quidem ſecundùm legem alicuius ſuperioris: Deus autem ſibi ipſi eſt lex.* Hinc ergo ſumitur hæc ratio: Nulla voluntas poteſt velle, niſi quod ſuus intellectus dictauerit ſibi eſſe bonum ad ſuum finem à ſe intentum: ſed diuinus intellectus non poteſt dictare, peccatum eſſe bonum ad finem intentum à Deo:ergo voluntas Dei non poteſt illud velle.

19. *Deus ſibi debet, phyſico debito, iuſtè & rectè operari.*

Confirmatur ſecundò, quia Deus ſibi debet non ſolum morali, ſed etiam phyſico debito,vel potius neceſſitate velle & operari rectè & iuſtè: vnde contra rectitudinem & iuſtitiam impoſſile eſt, Deum velle & operari, vt optimè explicant Magiſter 1. diſt. 43. vbi S. Bonauentura in tribus dubiis literalibus, D. Thomas infra quæſt. 25. artic. 5. ad 2. vbi communiter expoſitores,

ſitores, Alexander 1. part. quæſt. 21. memb. 2. §. 1. ad 1. Albertus & Ægidius, quos refert & ſequitur Carthuſianus 1. diſtinct. 43. quæſt. 3. vbi Durandus, quæſt. 6. Richardus artic. vnico quæſtion. 7. Henric. quodlib. 8. quæſtion. 5. pag. 2. & 4.

20. *Dico tertiò. Præcedentes rationes vim ſuam retinẽt circa peccatū veniale.* Dico tertiò. Duæ præcedentes aſſertiones intelligendæ ſunt non ſolùm de mortali, ſed etiam de veniali peccato: nam hoc etiam ſuo modo eſt contrarium Deo, & quodammodo auertit à Deo, excluditque honeſtatem & ordinem ad Deum; & eſſentialiter eſt contra rationem 1. 2. quæſt. 88. art. 1. dub. 11. & ſequentibus. Vnde in peccato etiam veniali retinent ſuam vim omnes præcedentes rationes.

21. *Dico quartò. Ad honeſtū bonum, modo in communi modo in ſpeciali, odio proſequendum, nullam habet potentiam Deus. Cõfirmatur.* Dico quartò Deus non poteſt odiſſe bonum honeſtum ſiue in communi, ſiue in particulari, neque habere diſplicentiam illius: ſed neceſſariò amat, ſaltem complacentia ſimplici, quodcumque honeſtum. Probatur, quoniam eiuſdem rationis eſt amare malum, & odiſſe bonum oppoſitum: odium námque eſſentialiter ſupponit amorem oppoſiti. Confirmatur, quoniam odiſſe bonum honeſtum eſt turpe non minus, quam velle malum turpe.

SECTIO II.

Vtrùm Deus velit, mala eſſe, vel fieri à creata voluntate.

1. *Exorbitans Theodori Mopſueſtiſis error.* THeodorus Mopſueſtenus in variis opuſculis ſcripſit, hominibus vtile fuiſſe peccare; ideóque Deum docuiſſe peccatum & aditum illi dediſſe, & conceſſiſſe vt homines peccarent, quoniam illis expediebat. Hoc inter blaſphemias de quibus accuſabatur Theodorus, refertur in quinta Synodo Generali, quæ eſt ſecunda Conſtantinopolitana, collatione 4. propius ad med. quàm ad finem. Et generaliter damnantur omnes in collatione 8. poſt medium.

2. *Alius non multum diſſimilis.* Eidem errori ſimillimus eſt alter quorumdam antiquorum, quos referunt Magiſter 1. diſt. 46. a. §. *Ideóque* & S. Thom. hic quæſt. 19. art. 9. ad 1. Apud quos Deus non vult mala: nihilominus vult mala eſſe, vel mala fieri. Hugo Victor. de Sacramentis fidei lib. 1. part. 4. cap. 5. & 13. & 14. planè videtur ita ſenſiſſe, ſi bene conferantur inter ſe illa capita, quibus nullam video, niſi violentam expoſitionem congruere, ne concedat, Deum velle, mala eſſe & fieri, licet non velit mala.

3. *Primum argumentum.* Primum argumentum ſimile eſt alteri, quod Simon Magus Apoſtolo Petro propoſuit apud Clementem lib. 3. recognition. pagin. 5. interrogans, *Si quod Deus vult eſſe, eſt? & ſi quod vult non eſſe, non eſt?* Nunc autem ſic proponitur: Vel Deus vult mala fieri, aut vult non fieri. Si vult non fieri, proculdubio non fient, cum ſit omnipotens: Si autem fiunt, Deo volente fiunt, ſine quo nihil fieri poteſt.

4. *Secundum. Auguſtinus.* Secundum argumentum quoniam Auguſtinus in Enchirid. cap. 95. fine ait: *Non fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendò.*

5. Confirmatur, quia licet mala non ſint bona: nihilominus bonum eſt mala eſſe, vel fieri: ait enim Auguſtinus in Enchirid. capit. 96. *Quamuis ea, quæ mala ſunt, in quantum mala ſunt, non ſint bona: tamen vt non ſolùm ſint bona, ſed etiam ſint mala, bonum eſt.* Ergo Deus vult mala eſſe, vel fieri. Probatur conſequentia, quoniam Deus vult eſſe omne bonum quod eſt, & vult fieri omne bonum quod fit.

Tertium, quoniam ex peccatis Deus colligit maxima bona, ad quæ Deus ordinat peccata. Ergo peccata ſub hac ratione bona ſunt, & appetibilia à Deo. 6. *Tertium.*

Quartum argumentum. Deus maximè vult totius vniuerſi perfectionem, quoniam vniuerſale bonum eſt diuinius: ſed ad Vniuerſi perfectionem confert peccatum, quod ſignificant illa verba D. Dionyſij 3. cap. de diuinis nominib. *Erit malum ad omnes*, id eſt, ad omnium perfectionem conferens. Id autem acceptum videtur potius ex cap. 4. de diuin. nomin. in verbis Hierothei. Fuſius autem illud probat Auguſtinus in Enchirid. cap. 10. & 11. & alibi ſæpe: vt oſtendimus ſequenti tomò de prouident. diſp. 2. & aliis in locis, quibus probatum eſt, perfectiorem eſſe mundum, vt nunc eſt, quàm ſi Deus nulla permiſiſſet peccata. 7. *Quartum. Dionyſius.*

His addimus alia difficiliora argumenta, quæ naſcuntur ex prædeſtinatione ac reprobatione, facta ante præuiſa opera, quam modò ſuppono, alibi à me efficaciter probatam. Sit igitur quintum argumentum. Nullus poteſt efficaciter velle finem, niſi ea quæ neceſſariò prærequiruntur ad finem, velit efficaciter, aut præuideat fore efficaciter volita per alienam voluntatem. Ergo Deus non poteſt efficaciter velle pœnitentiam, niſi velit peccata, quæ neceſſariò prærequiruntur ad pœnitentiam: aut præuideat fore efficaciter volita per humanam voluntatem. Atque eadem ratione non poterit Deus velle ſingularem gloriam martyrum, Doctorum, & virginum; niſi volita, aut præuiſa crudelitate tyrannorum, perfidia hæreticorum, & tentationibus impudicorum hominum. 8. *Quintum.*

Vnde vlteriùs ſic arguitur. Hæc peccata non ſunt præuiſa ante quàm Deus velit efficaciter gloriam pœnitentium, martyrum, doctorum & virginum: vt oſtendimus tractantes de prædeſtinatione. Ergo debent eſſe volita efficaciter à Deo, Alioqui Deus exponet ſuum decretum periculo fruſtrationis. 9.

Confirmatur, quoniam implicat contradictionem, hæc bona obtineri à Deo, niſi præſuppoſitis peccatis. *Cõfirmatur.*

Sextum argumentum quia licet aſſeras non eſſe neceſſarium velle media requiſita ad finem, quamuis ametur finis. Nihilominus videtur, negari non poſſe, quin ſaltem poſſit liberè velle media ſimpliciter requiſita ad finem, quicumque vult finem. 10. *Sextum.*

Septimò vrget magis difficultas in mediis per ſe requiſitis: hæc enim, quæ per ſe ordinantur ad aliquem finem, ſumunt ab illo honeſtatem & amabilitatem: ſed peccata fieri à creata voluntate eſt medium per ſe requiſitum ad fines bonos à Deo intentos: nam reprobatio, ſiue excluſio à regno Cœleſti intenta eſt à Deo; & ad illam ſunt media per ſe requiſita peccata reprobi: ſimiliter ad pœnitentiam Magdalenæ fuere media per ſe requiſita eius peccata. Quod probo, quoniam peccata eſſentialiter reſpiciuntur ab intrinſeca natura reprobationis, aut pœnitentiæ; & implicat 11. *Septimum. Ea quæ per ſe ordinantur ad aliquē finem ab illo ſumunt honeſtatem.*

contradi

contradictionem hæc bona eſſe ſine illis malis.

Sit tamen eõ luſio certa fide excipienda. Oppoſitus error contradictionem inuoluit manifeſtam. Rom. 9.

12. Nihilominus ſit concluſio de fide: Deus non vult mala eſſe, neque fieri: ſed talis volitio Deo repugnat, & oppoſitus error contumelioſus eſt Deo, non minus, quàm ille, qui præcedenti ſection. refutatus eſt. Inſuper inuoluit manifeſtam contradictionem: vt docet Gloſſa ad Rom. 12. in id: *Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta,* D. Thom. in præſenti artic. 9. ad argumenta. Albertus 1. part. tract. 20. quæſt. 80. memb. 2. artic. 3. Alexandr. 1. part. quæſt. 40. memb. 1. Magiſt. 1. diſtinct. 46. vbi communiter Scholaſtici D. Bonauentur. art. 1. quæſt. 2. & 3. Richard. art. 1. quæſt. 2. & 6. Durand. diſt. 47. quæſt. 2.

D. Bonau.

13. Demonſtratur primò, quoniam Deus non poteſt velle malum culpæ (vt conſtat ſect. 1.) Sed fieri malum culpæ eſt malum culpæ. Ergo Deus non poteſt velle fieri malum culpæ, etiam à voluntate creata. Minor probatur, quoniam omnis actio & motus ſiue paſſio ſortitur rationem ex termino: ſed mala fieri ſonat actionem ſeu motum & paſſionem tendentem ad mala, tanquam ad terminum: ergo mala fieri eſt malum. Confirmatur, nam peccati malitia fundatur in actione ſub ratione actionis, potius quàm in formalitate termini producti: vt probatum eſt 1. 2. quæſtion. 75. articul. 2. difficultat. 3. Quare quod ſignificatur hac oratione: *Mala fieri à voluntate creata*, repugnat formaliſſimè ac directè diuinæ rectitudini; ſicut ipſum malũ & peccatũ.

Confirmo rationem hãc.

14. Secundò probatur, nam, qui vult Antecedens per ſe ordinatum ad Conſequens, quod inde neceſſariò ſequitur, ille vult etiam conſequens: ſed fieri malum eſt Antecedens per ſe ordinatum ad malum, quod inde neceſſariò ſequitur. Ergo qui vult fieri malum vult etiam malum.

Qui antecedens vult ex quo neceſſariò conſequens infertur, cõſequens ipſũ etiam vult.

15. Tertiò probatur, quia ſi Deus vellet mala fieri, conſequenter vellet Deus, mala eligi à voluntate creata; neque enim aliter fieri poſſunt mala, niſi libera electione vnde ſequeretur, voluntatem creatam non peccare, eligendo mala. Sequelam probo, quoniam volũtas creata non peccat, ſe conformando cum diuina voluntate, quantum ad hoc præcisè, quod his verbis ſignificatur. *Volo quod Deus vult, me velle; & propterea volo, quia Deus vult, me velle, & ex ſuppoſitione, quod Deus vult, me velle,* quæ ſolet appellari conformitas in volito formali.

Si Deus vellet peccata fieri à volũtate humana, iſta eligendo non peccaret.

16. Hæc doctrina ſumitur ex Auguſtino in Enchirid. cap. 101. Clarius autem eam tradunt Anſelmus in dialogo de lib. arbitrio cap. 8. & lib. de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis cum liber. arb. cap. 1. inter med. & finem S. Thomas 1. 2. q. 19. art. 10. & 1. diſt. 48. q. vnica art. 2. vbi Magiſter & communiter Scholaſtici, S. Bonauent, art. 2. q. 2. Durandus, Ricardus, Ægidius Carthuſianus, quos referemus etiam diſp. 54. ſect. 1.

S. Thomas.

17. Confirmatur primò, quia liberari à culpa voluntatem creatam, ſi Deus voluit vt creata voluntas eligeret mala, docent Auguſt. lib. 3. de lib. arb. c. 16. Proſper ad obiection. Vincenti. obiect. 4. Niſſenus oratione catechetica cap. 5. prope finem, & de vita Moſis propius ad med. quam ad princip. Clemens Alexandrinus 4. Stromat. in medio. Tertullian. in exhortatione ad caſtitatem cap. 1. aliàs cap. 2. Quorum teſtimonia ponderabimus, & ſolutiones refutabimus infra diſp. 33. ſection. 1. 2. & 3.

Proſper. Niſſenus. Clemens. Tertullian.

18. Confirmatur ſecundò, nam ex eodem fundamento ſequeretur, abſolutè veram eſſe propoſitionem, quæ eſt vndecima inter errores Ioannis de Mercuria, meritò damnatos Pariſiis (habentúrque ad finem lib. 4. ſentent. *Quicumque peccat conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quod illa vult, ſicut Deus vult eam velle.*

Quartò probatur, nam ex eo quod Deus prohibet mala, Patres communiter colligunt, non velle vt fiant; nec eſſe authorem illorum. Ita Epiphan. Hæreſ. 66. inter med. & finem, Damaſcenus dialog. contra Manich. non procul à medio, Clemens Alexand. lib. 1. pedagogi cap. 9. ad finem Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulian. prope medium. Tertul. lib. de ſpectaculis cap. 2. in med. Ambroſius 1. exameron cap. 8. prope med. & de parad. c. 7. prope med. Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 20. Conſilium Arauſic. Secundum auctoritate Leonis Magni. Can. 23. ita definit: *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo diſplicet.* Verba prædictorum Patrum referemus infra diſput. 33. ſect. 4. 19.

Epiphanius. Damaſcen. Clemens. Cyrillus. Tertullian. Fulgentius. Conſilium Arau.

Confirmatur 1. nam iniuſtè Deus puniret peccata, ſi vellet ea fieri à voluntate creata. Quam rationem frequenter vrget Fulgentius lib. 1. ad Monim. præſertim cap. 5. 13. 19. & 22. & alij multi Patres, quos referemus infra diſp. 35. ſect. 4. & 5. 20.

Iniuſtè Deus peccata puniret. Fulgentius.

Confirmatur ſecundò, quia ſi Deus voluit vt Iudas traderet Chriſtum Dom. propter ſalutem humani generis: conſequens eſt, Iudam non modò, non eſſe pœna dignum, ſed etiam gratias illi deberi. Quocirca damnandi nõ forent Cainani, gratias agentes Iudæ, tanquam admirabili viro: qui, conſulens humani generis ſaluti, tradidit Chriſtum. Quem errorem referunt Tertullianus de præſcriptione cap. 47. Epiphan. hæreſi 38. apud Baron. tom. 2. anno 145. pag. 105. 21.

Tertullian.

Quintò probatur, quia ſi Deus vellet mala fieri ab hominibus impiis, Deus prædeſtinare poſſet malitiam impiorum, & impios prædeſtinare ad peccatum: ſed conſequens eſt impoſſibile: ergo etiam antecedens eſt impoſſibile. Minor probatur, nam impios eſſe prædeſtinatos ad malum culpæ, vel malitiam, & culpam eorum eſſe prædeſtinatam, aut præparatam à Deo, error eſt damnatus in conſilio Arauſicano Can. 25. & in Concil. Valent. ſub Lotario Imperatore cap. 3. & in Tridentino Seſſ. 6. Can. 17. Et Patres conſtanter affirmant, ſola bona eſſe à Deo prædeſtinata; ſed mala culpæ eſſe à Deo præſcita, non prædeſtinata. Ita Leo Nonus in epiſt. 4. ad Petrum Antiochenum in ſuæ fidei profeſſione col. 4. Auguſtinus de prædeſtin. ſanctorum cap. 10. Anſelmus de concord. lib. arbitrij cum prædeſt. cap. 2. Proſper Fulgent. perſæpe & & alij multi Patres referendi poſtea diſp. 35. ſect. 1. & 2. 22.

Poſſet Deus prædeſtinare malitiã impiorũ, & ad peccatũ impios. Concilium Arauſic. Concilium Valent. Concilium Trident. Leo. Anſelmus. Proſper, Fulgentius.

Generalem aſſertionem explico magis, deducendo propoſitiones, quæ in illa continentur, quarum prima eſt Deus non ſolum non poteſt velle vt voluntas creata committat actum malum, ſed etiam non poteſt velle, vt omittat actum bonum, quando obligat: quia hoc eſt peccatum omiſſionis. Secunda propoſitio: Deus non vult vt homines peccent, neque vult, vt furentur, adulterent, vel mentiantur. Tertia propoſitio: peccata non fiunt Deo volente. Quarta: ſicut Deus non prædeſtinat, ita non prædefinit peccata: nam prædefinire & prædeſtinare, vel ſunt idem prorſus, vel ſe mutuo inferunt. Vnde manifeſtius conſtat, Deum non poſſe prædefinire peccatum 23.

Velle nequit Deus vt volũtas creata actum bonũ omittat, inſtãte obligatione. Neque vt homines furentur velle poteſt. Neque ipſo volente peccata fiunt. Neque peccata præfinire, aut præfinire poteſt.

peccatum pro formali. Et præterea ſequitur, nõ poſſe prædefinire entitatem materialem peccati, neque illam antecedenter velle: de quo dicemus infra diſp. 27. & ſequentibus.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta, poſita initio præcedentis ſectionis.

1. *S. Petrus apud Clementem.*

AD primum argumentum Simonis Petrus apud Clementẽ lib. 3. recognit. pag. 6. præmiſſa declaratione cauſarum, quæ neceſſariò, & aliarum, quę liberè operãtur, adiũgit: *Ait ergo tu, ſi Deus vult aliquid eſſe, eſt: & ſi nõ vult, non eſt: ſcilicet, vt ſi reſponderem, quia quod vult eſt: quod autem non vult, non eſt: diceres. Ergo ipſe vult eſſe mala, quæ in hoc Mundo geruntur. Si verò reſpondiſſem non eſſe hoc, vt quod Deus vult, ſit; & quod nõ vult, nõ ſit: tum retorto ſermone diceres, ergo impoſſibilis eſt Deus: & exiſteres petulantior, vt qui nihil rectũ dixeris, viciſſe te crederes. Et ideo ignoras Simon, & valde ignoras, quomodo in ſingulis quibuſque voluntas Dei ſit: quædã enim voluit ita eſſe, vt aliud eſſe non poſſent, quàm id, quod ab ipſo inſtituta ſunt: & his neque præmia, neque ſupplicia ſtatuit. Ea verò, quæ ita eſſe voluit, vt in ſua poteſtate habeãt agere quod velint: his pro actibus & voluntatibus ſuis ſtatuit, vt aut remunerationes mereantur, aut pœnas. Secundum hanc diſtinctionẽ, omne, quod vult Deus, eſt, quod autem non vult, non eſt.*

2. Hanc eandem diſtinctionem magis Scholaſticè nomine permiſſionis tradunt, quando ad idem argumentum reſpondent, Magiſter, D. Thom. & reliqui Doctores citati. Deus neque vult mala fieri, neq; vult mala non fieri, ſed vult permittere mala. Itaq; circa ea peccata, quæ Deus vult permittere nulla datur in Deo poſitiua volitio abſoluta & efficax, quæ terminetur ad exiſtentiam, vel ad non exiſtentiam peccatorum: ſed tantum circa non exiſtentiam peccatorum datur volitio complacentiæ & volitio antecedens & inefficax, atq; voluntas ſigni prohibens peccata. Prætereàq; datur volitio abſoluta & efficax permittẽdi: vt infra ſect. 6. & 7. Porro cũ peccatum formaliter ſit nihil; poteſt fieri Deo non volente peccatũ, ſub ratione peccati: imò neque volente materialẽ actionem realem peccati, niſi ſub ratione communi & indifferente, vt oſtendemus diſp. 27. & ſequẽtib.

3. Ad ſecundum Reſp. Quæ Deus ſinit, ſiue permittit ea non vult fieri voluntate beneplaciti, quę ſola eſt propriè voluntas: ſed voluntate ſigni, quę metaphoricè dicitur volũtas, quoniam apud nos permiſſio ſolet eſſe ſignum noſtræ voluntatis. Ita D. Auguſtinum explicat D. Thom. infra art. 12. corpore & Magiſter 1. diſt. 45. §. penultimo, & explicatum eſt ſupra diſp. 17. ſect. 1.

Mala eſſe, aut fieri non eſt bonum.

Ad confirmationem argumenti ſecundi Reſp. Mala eſſe, aut mala fieri non eſt bonum, ſed malum (vt in prima ratione demonſtratum eſt.) Quod autem Auguſtinus ibi citatus dicit, ita intelligendum eſt. Bonum eſt, non ſolum eſſe bona, ſed etiam permittere mala, quorum occaſione illuſtriora reddantur bona.

4. *Nihil reputandum eſt appetibile propter eam bonitatẽ, quæ ex accidenti, ſed propter eam, quæ illi cõpetit per ſe. Matth. 7. Cõfirmatur. 1*

Ad tertium negatur conſequentia. Nihil enim iudicandum eſt appetibile propter bonitatem ſibi per accidens adiunctam contra ſuam intentionem, ſed propter id quod conuenit illi per ſe: at verò bona, quę Deus ex peccatis colligit, nõ ſunt fructus per ſe nati ex peccatis. Nemo quippe colligit de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus Matth. 7. niſi propter infinitam ſapientiam & potentiã colligentis. Confirmatur primò, nam bonus fructus ſequitur præter intentionem peccãtis, in quãtum peccãs eſt: ſicut pręter intentionẽ tyrãni eſt patiẽtia, & corona martyris: & pręter intẽtionẽ Luciferi Incarnatio & redẽptio Mũdi. Ita D. Thõ. hic ad 1. *S. Thoma.*

5. *Cõfirmatur. 2.*

Cõfirmatur 2. quoniã mala facienda non ſunt vt inde veniant bona, quãuis iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendet; aliàs iniuſtè Deus peccatores damnaret. Quẽ totũ diſcurſum docuit Paulus ad Rom. 3. Ergo fructus, quẽ Deus colligit ex peccatis nõ excuſat eorũ turpitudinẽ ac malitiã; ac proinde non reddũtur appetibilia propter fructũ. *Roman. 3.*

6. *Tãtum abeſt vt peccatum pertineat ad perfectionem vniuerſi, vt illam potius deſtruat. Dionyſius*

Ad quartũ Reſp. Peccatum per ſe deſtruit perfectionem Vniuerſi, & nullam ei perfectionẽ cõfert per ſe, ſed per accidens propter extrinſecam prouidentiam Dei, directè contrariã malitiæ peccati. Vnde quod dicit Dionyſius; malũ ad Vniuerſi perfectionem cõferre, potius negat, quoniã illud deducit quaſi incõueniens ex quodã errore; ſupponitq; Dionyſius, mala nõ conferre ad Vniuerſi perfectionem, vt notat D. Thomas art. 9. ad 2.

7. *Ad efficacem finis intẽtionem non requiritur efficax volitio, aut abſoluta præuiſio eorũ, quæ præequiruntur ad finem.*

Ad quintum Reſp. Poteſt quilibet velle finẽ, quãuis nõ velit efficaciter ea, quę neceſſariò prærequiruntur ad talem finem; neque præuideat vt abſolutè futura. Satis eſt ſi per ſcientiam conditionatam certo præſciat quod tales voluntates, ſi conſtituerentur ſub talibus circumſtantiis, eligerent ea, quæ prærequiruntur ad talem finem. Sicut quilibet Sacerdos poteſt velle efficaciter abſolutiones conferre, & eo fine accipere iuriſdictionẽ, atq; morali Theologiæ ſtudere: quia quãuis implicet contradictionem abſolutio; niſi ſuppoſito peccato: nihilominus certo præſcit, cõmittẽda fore plurima peccata, ſi Mundus perſeueret ſub eo prouidẽtię genere, quo gubernatur modò.

8. Quare multò facilius atq; certius poteſt Deus prædeſtinare patientiam martyris, antequã videat crudelitatẽ tyranni, vt abſolutè futuram: quoniã Deus certiſſima ſcientia conditionaliũ nouit fore, vt ſi tyranno tribuat regnum atque potẽtiam, ac dæmonibus habenas laxet permittẽdo, vt decipiant & fortius irritent: quãuis Deus hæc concedendo aut permittendo, non intendat, niſi ſuam liberalitatem exercere circa bona temporalia: & ſuam iuſtitiam, negando copiam lucis ſpiritualis, & permittendo dæmonis fraudes, & nullo modo intendat peccata tyranni, ſed tantum intendat ea permittere: tyrannus tamen eis abutetur ad inſolentiã & crudelitatẽ contra fideles. Idem intellige de reliquis bonis, ſeruata debita proportione.

9. *Deus cauſare poteſt circũſtantias ex ſe bonas intendẽdo permiſſionẽ peccati.*

Atq; vt aliis rer licis occurras, obſerua, Deũ non ſolum poſſe permittere, ſed etiam poſſe cauſare poſitiuè circũſtantias ex ſe bonas, intendẽdo permittere peccata, quæ per ſcientiam cõditionatam præſcit eſſe futura: vt probabimus diſp. 44. ſec. 1.

10. *Quando poterit quis media ſimpliciter neceſſaria ad finem dirigere ſi finem intẽdat?*

Ad ſextum Reſp. Quicumque vult finem, poterit etiam velle media ſimpliciter requiſita; ſi ea fuerint ab intrinſeco media, vel ſaltẽ non fuerint, ex ſe ordinata ad contrarium finem. At verò peccata ex natura ſua ordinantur cõtra omnes fines bonos, à Deo intentos, & ſolummodo propter extrinſecam ordinationem infinitæ ſapientiæ & bonitatis deſeruire poſſunt ad bonos fines; ideo non poſſunt à Deo amari, licet ametur finis.

11. *Quod debeat cenſeri medium per ſe ordinatum ad finem.*

Ad ſeptimum Reſp. peccata non eſſe media per ſe requiſita ad vllum finem honeſtum, ſed per accidens (vt oſtendi in ſolutione tertij & quarti argumenti.) Etenim vt medium ſit per ſe ordinatum ad finem, non ſufficit eſſentialis ordo, quem finis habet ad medium, ratione cuius non poteſt eſſe ſine illo: ſed requiritur ordo medij ad finem, ratione cuius medium ex

natura ſua non dirigatur ad contrarium finem, ſed ad hunc. Ar verò peccara ſua non diriguntur ad pœnitentiam, ſed potius contra pœnitenriam: ideo pœnitentia eſſentialiter reſpicit peccata, vr deſtruenda per ipſam: ſimiliter peccata non ordinantur ex natura ſua ad oſtendenda & glorificáda diuina attributa per reprobationem & punitionem; ſed potius quod ex ſe eſt, deſtinantur peccata contra Deí gloriam. Ideo peccara non ſunt media per ſe ordinata ad finem à Deo intentum: quamuis ſint media per ſe ordinata ad reprobationem pręcisè ſub ea ratione, qua eſt ſeparatio à ſummo bono, & diminutio gloriæ diuinæ, quantum ex ſe eſt.

SECTIO IV.

Deus in quocumque genere cauſalitatis phyſica aut moralis non eſt author neque cauſa peccati.

1. DE hac re, ſicut in proprio loco, diſſeruimus fusè 1.2.q.79.art.1. Ideo breuiter pręſtringenda ſunt ea rantú, quæ requiruntur, vt oſtendatur cohærentia præcedentium aſſertionú cum

Concluſio 1. ſequentibus. Sit igitur concluſio de fide: Deus non eſt author, nequa cauſa peccati, neque poteſt id cadere in diuinam bouitatem. Hęc diffinita fuit in Tridentino ſeſſ.6.Can.5.& 6. his ver-

Tridentinum. bis: *Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere; ſed mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permiſſiuè ſolú, ſed propriè & per ſe adeo vt ſit proprium eius opus nõ minus proditio Iuda, quã vocatio Pauli: anathema ſit.* Vbi ponderandum eſt, non ſolùm probari, Deum nõ cogere ad peccandum; ſed etiam non ita eſſe authorem peccati, ſicut eſt author bonorum operum propriè & per ſe, relicta libertate: ſicut fuit opus Dei conuerſio Pauli, quæ libera fuit.

2. Ex Scriptura probatur, nam 1.Ioan.2. *Concu-*

1. Ioannis 2. *piſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia*

Iacobi 3. *vita non ex Patre, ſed ex Mundo eſt.* Et Iacobi 3.

Hieremiæ 2. *Non eſt iſta ſapiẽtia de ſurſum deſcendens.* Hierem. 2. *Ego te plantaui vineam electam omne ſemen ve-*

Matth. 13. *rum: quomodo conuerſa es mihi in prauum?* Matt. 13. *Nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo: vnde ergo habet zizania? Inimicus homo hoc fecit.* Colligitur etiam ex omnibus teſtimoniis Scripturę & ſanctorum Patrum, adductis ſect. 1. & 2. Omittimus autem alia quam plurima.

3. Ratio prima & à priori eſt, quoniã Deus neceſſariò operatur benè atque iuſtè, ex ſuppoſitione quod liberè operatur: quoniam neceſſariò operatur quęcumque operatur ex honeſto amore ſui. Vnde in Scriptura dicuntur omnes viæ Domini rectæ & iuſtæ: de quo dicimus infra q. 21. de iuſtitia art. 1. Vnde Anſelmus in proſologi. cap. 10. ait, Deum iuſtum eſſe, quia facit, quod decet ſummè bonum. Ergo non eſt author pec-

Confirmatio. cati, quia dedecet. Confirmatur, quia quidquid Deus facit bonum eſt Geneſ. 1. vnde ſequitur, vt nihil odio habeat eorum, quæ fecit, Sapient. 11. Sed peccatum eſt malum, & illud Deus odio habet. Ergo non eſt author illius.

4. Secunda ratio, quia Deus non agit, niſi per intellectum & voluntatem: vnde nullius poteſt Deus eſſe author & cauſa, niſi volendo illud. Sed Deus non poteſt velle peccatum (vt ſect. 1. & 2. probatum eſt) ergo non poteſt eſſe author & cauſa peccati. Plures rationes & argumentorum ſolutiones dedi loco citato in principio huius ſectionis.

Secunda concluſio. Deus nõ poteſt cogere ad 5.

peccandum. Hæc diffinita eſt in verbis Tridentini, adductis pro concluſione prima. Colligitur ex *Concluſio 2.*

Eccleſiaſti. 15. *Ne dicas, ille me implanauit, nõ enim neceſſarij ſunt ei homines impij.* Quæ facilè demõſtratur ex ſuperiori doctrina. Primò, quia ſi Deus cogeret ad peccandũ; eſſet author & cauſa peccati, ac proinde vellet peccatum: ideóque Deus potius, quàm homo peccaret. Secundò, quia de ratione peccati eſt libertas: hæc autem eſt contraria coactioni. Tertio, idem à fortiori colligitur ex ſequentibus concluſionibus.

Tertia concluſio. Phyſicam peccati cauſam 6.

eſſe Deum contradictionem implicat. Hæc manifeſtè deducitur ex præcedentibus. Nam cauſa *Concluſio 3.*

phyſica eſt abſolutè cauſa: ſed Scriptura, Concilia & Patres docent, eſſe impoſſibile, Deum eſſe cauſam peccati, & hoc docent ſimpliciter abſque limitatione igitur eo ipſo docẽt, eſſe impoſſibile, Deum eſſe cauſam phyſicam peccati. Confirma- *1. Confirmatio.*

tur primò, quia omnis cauſa phyſica eſt propriè, per ſe & directè cauſa ſui proprij effectus ex Ariſtot. 2. phyſic. cap. 5. Sed Deo repugnat eſſe propriè, per ſe & directè cauſam peccati, vt Tridentinum definit adductum pro concl. 1. & declarat S. Thomas 1.2.q.79.artic.1.& 3. & q.80. art.1. Ergo Deo repugnat eſſe cauſam phyſicam peccati.

Confirmatur ſecundò, nam ex errore Mani- 7.

chæorũ & Priſcilianiſtarũ nõ inferebatur, Deum *2. Confirmatio.*

eſſe cauſam moralem peccati, ſed tãtum cauſam phyſicam, quoniam ſecundùm illos; agebat Deus ex neceſſitate: adhuc tamen illam cauſalitatem, vt repugnantem diuinæ bonitati refutãt Patres.

Confirmatur tertiò, nam moralis cauſalitas non *3. Confirmatio.*

eſt realis, ſed tantum ſecundùm rationem; ac ſubinde non ita propriè atque ſimpliciter cauſalitas eſt: nihilominus Deo repugnat eſſe cauſam moralẽ peccati: vt conſtabit ex concluſione ſequenti: ergo magis repugnat cauſalitas phyſica.

Præcedens concluſio requiritur ad condiendam & mitigandam ſolutionem quorundã ſcholaſticorum, præcipuè recentiorum, qui reſpondent, ideo non imputari Deo malitiam, licet concurrat ad materialem actionem peccati, quia Deus eſt tantum cauſa phyſica: ſed malitia non imputatur, niſi cauſæ morali. Quæ ſolutio verum ſenſum habere poteſt, explicandum infra diſp. 27. ſect. 2. & 3. 8.

Quarta concluſio. Moralem cauſam peccati 9.

Deum eſſe contradictionem implicat. Probatur *Sit concluſio quarta.*

diſcurrendo per ſingula genera cauſalitatis moralis. Et primùm Deus non poteſt pręcipere peccatum, neque licentiam aut diſpenſationem peccandi concedere. Eccleſiaſti. 15. *Nemini mãdauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi*, vel licentiam Hierem. 19. *Ædificauerunt excelſa Baalim, quæ non præcepi neque locutus ſum, neque aſcenderunt in cor meum.* Ratio demonſtrans eſt, quoniã qui præcipit directè inducit ad id, quod præcipit; & ſimiliter qui præbet licẽtiam aut diſpenſationem, approbat vt licitum. Deus autem neq; poteſt approbare peccatum, neque inducere ad illud. Cõfirmatur, quoniam peccatum tale, quod à Deo præceptum fuiſſet, vel data diſpenſatione & licentia approbatum, non eſſet dignum pœna: iniuſtè enim Deus puniret id, quod præcipit, aut approbat data licentia. *Neque Deus præcipere poteſt peccatũ, neque ad id diſpenſationem concedere. Eccleſiaſtici. 15. Hieremiæ. 19. Ratio aſſerti. Cõfirmatur*

Poteſt tamen Deus præcipere vel diſpenſare, vt licitè fiat opus, quod non eſt intrinſecè malum, & ſuppoſita Dei diſpẽſatione fit licitum. Si- 10.

cut filium

eut filium innocentem interficere illicitum eſt, ſed ſuppoſito Dei præcepto eſt licitum: Deus quippe, vt abſolutus Dominus, poteſt vel immediatè, vel interueniente parentis manu, vitam cui voluerit eripere. Quid dicendum ſit de furto filiorum Iſrael Exod. 12. & fornicatione Oſeæ 1. nec vacat, nec opus eſt nunc examinare. Vide D. Bonauent. in 1. diſt. 47. q. vltima. Alia verò ſunt eſſentialiter mala, quæ nullius præcepti aut diſpenſationis virtute poſſunt reddi licita: vt notauimus in ſect. 1. probatione 1.

D. Bonauentura.

11. Secundum. Conſulere peccatũ repugnat etiam diuinæ ſapientiæ & bonitati Iſai. 30. *Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me; & ordiremini telam, & non per Spiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum, &c.* Oſeæ 8. *Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt & non cognoui*, nimirum, ſcientiâ conſulentis & approbantis: ſic enim loquuntur homines de his, quæ ſine ſuo conſilio fiunt à ſubditis.

Peccata conſulere repugnat Deo. Iſaiæ 30. Oſeæ 8.

12. Tertium. Inde colligitur, adhortari, ſuadere, ſiue inducere ad peccãdum eſſe impoſſibile Deo, quoniam illud eſſet conſulere. Vnde tota concluſio quarta corroboratur. quoniam Diabolus veriſſimè dicitur fuiſſe ſimpliciter author & cauſa peccati, ex eo ſolùm quod primos parentes induxit ad peccandum conſilio & exhortatione; cuius peccati non fuit cauſa phyſica, ſed tantùm moralis. Ergo Deus abſolutè dicendus eſſet author & cauſa peccati; ſi conſilio vel exhortatione induceret ad peccatum. Confirmatur, nam illud Eccleſiaſtici 15. *Non dicas ille me implanauit, &c.* Auguſtinus de grat. & lib. arbit. cap. 2. ita legit: *Non dicas, quia ille me induxit.*

Idem, de adhortatione, ſuaſione, & inductione ad peccandum.

Confirmatur. Eccleſiaſtici 15. Auguſtinus.

13. Quartum. Deus non docet peccare, nec poteſt id docere. Contrarius error fuit Theodori: notatus fuit in quinta Synodo generali; vt vidimus ſect. 2. initio. Probatur, nam in Scriptura frequẽter filius appellatur alterius, qui docetur ab eo: pater autem, qui docet. Sed 1. Ioan. 3. nemo peccat vt Filius Dei, ſed vt filius diaboli. Quod etiã Chriſtus D. admonuerat Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* & infra: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis.* Ergo neminem Deus docet peccare. Vnde præterea colligitur, Deum non eſſe inuentorem peccati, quoniam inuentor eſt, qui primus docuit artem aliquam; & ille appellatur pater: vt Geneſ. 4. *Pater habitantium in tentoriis.* & infra: *Pater canentium cithara.* Si autem ſolus Dæmon eſt pater mendacij, & conſequenter omnis peccati Ioan. 8. *Mendax eſt, & pater eius.*

Neque peccatum docet Deus, neque docere poteſt.

1. Ioannis 3.

Ioannis 8.

Deus non eſt peccati inuentor.

Geneſis 4.

Ioannis 8.

14. Quintum. *Deus neminem tentat.* Iacob. 1. nec poteſt tentatione *noxia ſeductionis*, ſed tentatione *vtili probationis*: vt exponit Auguſtinus de bono perſeuerantiæ cap. 6. poſt med. & lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 30. ante med. & lib. 1. quæſtionum ſuper Geneſ. q. 57. Hypognoſticon lib. 4. verſus finem, Beda, Gloſſa & S. Thomas Iacobi 1. Dicemúſque plura de hoc diſp. 37.

Iacobi 1.

Auguſtinus.

Beda. Gloſſa. S. Thomas.

15. Sextum. Inde ſequitur, quod Deus nec inſtigat nec mouet ad peccandũ: quia inſtinctus ad peccandum mouens, eſt tentatio; ideóque tamquam proprius Diabolo tribuitur hic inſtinctus à Cypriano lib. 4. epiſt. 2. ad Anton. col. 2. & Tertullian. lib. de anima inter princip. & med.

Non inſtigat ad peccandum.

Cyprianus. Tertullianus.

16. Septimum. Non allicit, nec inuitat ad peccãdum, nec ſuggerit cogitationes, nec inſpirat eo fine. Sunt enim hæc propria tentationis. Ita docet Petrus apud Clementem 5. recognit. propius ad med. quàm ad finem, & epiſtola 1. ad Iacobum multò propius ad finem.

Nec allicit aut inuitat.

17. Sequentia genera cauſalitatis moralis admixtam habere ſolent cauſalitatem phyſicam, & propterea clarius eſt, repugnare.

18. Octauum igitur ſit. Deus non præmouet, nec præoperatur, nec præuenit, nec excitat, nec incitat ad peccandum. Sic Nazianzenus orat. 3. aduerſus Iulian. ante med. dicit, Iulianum à Deo non fuiſſe excitatum ad malum. Proſper ad 10. obiectionem Vincent. ait: *Neque cupiditates peccantium, prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit.* Colligitur etiam ex Auguſtino & aliis Patribus, qui tamquam peculiarem bonorum operum requirunt Dei motionem præmouentem, præoperantem, præuenientem & excitantem.

Non præoperatur aut præmouet. Nazianzenus. Proſper.

19. Nonum. Deus non impellit ad peccandum. Ita Auguſtinus lib. 1. ad Simplician. q. 2. poſt med. Proſper ad 13. obiect. Vincent. & ad 16. Hypognoſt. lib. 6. prope med. Leo ſerm. 7. de Paſſione poſt med. Euſebius de præparat. Euangel. lib. 6. cap. 5. verſus finem, Iſidor. lib. 2. ſent. cap. 19. in med. & alij plerique Patres, quorum verba referemus diſp. 36. ſect. 6. Vnde colligitur, quod nec inclinat ad peccandum, quia inclinare eſt impellere.

Non impellit. Auguſtinus. Proſper. Leo. Iſidorus.

20. Decimum. Deus non vocat ad peccandum. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam ſed in ſanctificationem.* 1. Theſſalo. 4. & Galat 5. *Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.* Proſper ita docet ad caput 5. Gallor.

Non vocat. 1 Theſſal. 4. Galat. 5.

21. Vndecimum. Denique ad peccandum creata voluntas à Deo non præparatur, nec agitur, nec Deus facit, vt peccemus, nec operatur in nobis velle & perficere, nec procurat, nec tradit, nec dat, vt peccemus, nec diſcernit peccatores, cauſando illorum diſcrimen à ſanctis. Nec inchoat peccatum, nec præbet initium peccati. Nam hæc omnia cauſalitatis genera pietatis operibus, vt propria tribuuntur in Scriptura & Patribus: vt probãdum erit diſp. 35. ſect. 6. 7. & 8. & diſp. 36.

Non agit vt voluntas agat, neque illam ad id præmit, aut præparat.

22. Quinta concluſio. Non ſolum de mortali, ſed etiam de quolibet peccato veniali ſunt intelligenda quæcumque dicta ſunt in quatuor præcedentibus concluſionibus: nam in peccato veniali eſt etiam repugnantia contra diuinam ſapientiam & bonitatem propter rationem adductam ſect. 1. dicto 3.

23. PLVRIMA SVNT ARGVMENTA, quæ contendunt, Deum velle peccata, ex quibus nonnulla diluimus iam ſect. 2. & 3. Quedam etiam magis Scholaſtica tractabuntur ſequentibus ſectionibus: ſed precipuum argumentorum pondus differimus ad diſp. 42. & ſequent. quoniã ad longè diuerſas concluſiones inferendas eadẽ fundamenta ſcripturarum & Patrũ atq; rationum adducũtur ab Hæreticis, & à quibuſdam Catholicis: ab illis quidem, vt Deum faciant authorem peccati; ſed ab iſtis, vt probent, Deum prædeterminare materialem actionem peccati. Quod poſtquam fuerit exactè refutatum commodior ſuccedet locus ſolutionib. argumentorũ.

SECTIO V.

Vtrum Deus, ſaltem ſecundùm quid, velit peccatum.

1. DIco 1. Deus vult, vt peccato cõueniat tota eſſẽtia peccati, & eius paſſiones, ex ſuppoſitione,

Deus vult vt peccato cõueniat to-

in eſſentia peccati ex ſuppoſitione quod ſit.

rione, quod ſit, peccatum. Itaque in illis non cõplacet ſimpliciter, ſed quodammodo, & ex ſuppoſitione. Verum eorum complacentia eſt potius ipſiſſima diſplicentia peccati, & complacentia boni oppoſiti: quãuis quodãmodo videatur eſſe complacentia in peccato. Explicatur & probatur; nam Deo placet primò, quod peccatum eo ipſo quod ſit contra Deum, ſit etiam contra rationem ita vt nihil contrarium Deo poſſit eſſe conforme rationi: & quod non poſſit eſſe ens, ſed priuatio entis; & quod eo ipſo ſit deteſtabile & abominabile. Sicque Deo placet, quod ſuppoſita exiſtentia peccati, conueniant illi reliqua prædicata eſſentialia, & paſſiones peccati, quia omnes ſunt in dedecus, & in deteſtationem peccati; conſequenter autem in laudem infiniti boni, quod eſt Deus.

Deo placet 1. quod peccatũ ſit contra rationẽ, ex ſuppoſitione, quod contra Deũ ſit.

2\. *Placet 2. Placet 3.* Secundò placet Deo, quod peccatum à nulla voluntate amari poſſit, niſi per accidens propter bonum, cui coniungitur. Tertiò placet, quod peccatum nõ poſſit ſubſiſtere niſi fulcitum bona entitate materialis actionis; & quod non poſſit peccati malitia excludere totam bonitatem actionis, ſed ſemper relinquat aliquam bonitatem ſecundùm quid.

3\. *Placet 4. Placet 5.* Quartò placet Deo, quod non poſſit fieri peccatum ſine Deo præbente generalem cõcurſum, & poſitiuè volente permittere, & ordinante ad maiorem ſuam gloriam. Quintò, quod à voluntate, quam Deus creauit, non procedat peccatum in quantum voluntas eſt à Deo, ſed in quantum eſt ex nihilo. Hæc autem omnia maximè commendant bonum, cuius tanta eſt dignitas, vt bono indigeat etiam malum. Atq; ſub hac ratione peccata ſunt obiecta cõplacentię diuinę, non abſolutè, ſed cõditionaliter, & ex ſuppoſitione. Fuſius autẽ hæc explicui de peccatis tractans 1.2.

4\. *Deus vult vt vnũ peccatum ſit ſui & alterius pœna.* Dico ſecũdò: Deo placet, quod malitia peccati ſit pœna ſui ipſius & alterius peccati: de quo 1.2. q.87. art.2. Ideóq; abſolutè concedi poteſt hæc propoſitio: Deus vult, vt vnum peccatum ſit pœna alterius & ſui ipſius. Nihilominus abſolutè falſa eſt hæc propoſitio: *Deus vult peccatum, in quãtum eſt pœna alterius.* Hæc enim ſonat, Deum voluiſſe peccatum propter eum finem, vt eſſet pœna peccati. At Deus non vult hoc fine peccatum, ſed tantum vult illud permittere, intẽdens, vt pœna ſit peccati. *Confirmatio.* Confirmatur, quoniam eadem ratione communiter reijcitur à recentioribus illa propoſitio: *Deus eſt cauſa peccati, vt eſt pœna alterius peccati*: de qua diximus 1.2. q.79. artic.1. dub.5. fine.

5\. Reſtant duæ difficultates. Altera vtrum ſaltem ex hypotheſi, quòd Deus præuideat hominem actualiter determinatum ad grauius peccatum, vel poſitum inter circumſtantias, inter quas infallibiliter committet peccatum grauius, niſi committat leuius peccatum, poſſit Deus velle, vt ille homo committat leuius peccatũ, idque conſulere, vel ad illud inclinare. Ratio dubitandi eſt, quoniam licitè conſulemus minus malum ad vitandum maius. De hoc tamen dicendum erit infra diſp.44. ſect.5.

6\. Altera difficultas eſt, vtrum ſaltem concedi poſſit, ſecundum rigorem Logicæ, veram eſſe hãc propoſitionem: *Deus peccatum vult*: quãuis falſa ſit hæc: *Deus vult peccatum.* Affirmãt enim nonnulli, occaſione ſumpta ex regula variandæ appellationis, quando terminus appellans anteponitur, vel poſtponitur: vt in illis propoſitionibus: *Papam vidi, vidi Papam.* Cui ſententiæ ſimillima eſt alia Gabrielis 2. diſt. 37. q. vnica art.3. dub.1. dicentis, verã eſſe hãc propoſitionẽ: *Deus peccatum facit*: quãuis falſa ſit hæc. *Deus facit peccatum.*

Nihilominus dico tertiò. Prorſus falſa eſt hæc 7.
propoſitio: *Deus peccatum vult*; ſicut hæc: *Deus vult peccatum.* Probatur primò, quia nihil refert anteponi, vel poſtponi terminum appellantem, vt appellet ſupra materiale ſignificatum termini appellati: nam communi vſu ſapientum quędam prædicata appellant ſupra formale, ſiue anteponantur, ſiue poſtponantur: & huiuſmodi eſt *velle peccatum.* Alia verò prædicata habent ambiguam appellationem, ideóque diſtinguenda ſunt.

Probatur ſecundò; quamuis enim vſu com- 8.
muni receptum foret in hac propoſitione: *Deus peccatum vult.* Appellari ſupra materialem actionem peccati, & non ſupra formalem malitiam peccati; adhuc falſa eſſet propoſitio: quoniam, vt videbimus diſp.27. & multis ſequentibus, pręcipuè diſp.50. ſect.2. & 3. Deus non vult materialem actionem peccati, niſi ſecundùm rationem communem actionis, quam Deus vult, vbicumque reperiatur.

SECTIO VI.

Deus volitione poſitiua vult permiſſionem peccati.

HÆc concluſio traditur ab Auguſtino in 1.
Enchirid. cap. 100. quem referunt & ſequuntur Magiſter, & communiter Scholaſtici 1. diſt.47. ſub init. illis verbis: *Neque vtique nolens ſinit, ſed volens; neque ſineret bonus malefieri, niſi Omnipotens etiam de malo poſſet facere bonum bene.* Atque in diſt. 46. §. *Illi verò.* Magiſter ait: Deus non volens mala, ſed volens ſinere mala, ſinit vt fiant, quia bonum eſt ſinere. D. Thomas hoc art. *D. Thomas.*
9. fine, ait: *Deus vult permittere mala fieri, quia hoc eſt bonum.* Quam ſententiam ex variis vtilitatibus, quas Deus colligit ex malorum permiſſione, confirmant. Albertus 1. p. tract.20. q.80. mẽb. 2. art.3. Alexander 1. p. q.38. & q.40. memb.2. & 3. S. Bonauent. 1. diſt.46. artic.1. q.3.4.5. & 6. & diſt.47. q.3. Ricard. diſt.46. art.1. q.3.5.7. & 8. Ex antiquis denique vnicum Scotum reperio; qui in 1. diſt.47. q. vnica ex profeſſo monſtrauit eſſe poſitiuam volitionem, quã Deus permiſſionem vult: ex recentioribus autem plures id affirmant obiter.

Concluſio probatur primò, quoniã ad perfe- 2. *Prima concluſionis pro.*
ctionem diuinæ volitionis pertinet circa quamcumque partem contradictionis verſari poſitiua volitione, ſi obiectum eſt capax diuinæ volitionis: ſicut probatum eſt diſp.8. ſect.3. ſed permiſſio peccati eſt obiectum capax diuinæ volitionis, quoniam eſt bonum nihil malitiæ includens. Quod probo, nam permiſſio peccati, quam dicimus eſſe obiectum diuinæ volitionis quatuor quaſi membra continet. Primum & caput totius permiſſionis, à quo reliqua manant eſt negatio illius volitionis efficacis, per quam Deus impediret peccatũ, ſi vellet efficaciter impedire. Secundũ eſt negatio congruentium mediorum, cauſarũ & circũſtantiarum, ſub quibus euitaret peccatum. Tertiũ eſt productio & conſtitutio mediorũ, cauſarũ & circũſtantiarũ, quę licet omnia ſint ex ſe bona: Deus tamen nouit illis poſitis, cõmittendũ eſſe peccatum propter hominis malitiam. Quartũ eſt pręparatio generalis cõcurſus ad omnẽ actionẽ liberã hominis nõ excludẽdo actionẽ

peccati

peccari medo explicando iofra diſp.50.ſect.2 & 3. Hæc autem omnia obiecta plurimum habent boni,ſed nihil mali. Ergo apta ſunt quæ à Deo amentur volitione poſitiua.

3. *1 Confirmatio.* Confirmatur primò,nam Deus vult quidquid oportet ad Dei gloriam & vtilitatem Eccleſiæ: ſed ad hos fines oportet Diabolo & Antichriſto, illorùmque membris plurima peccara permitti, *Apocal.20.* Apocal.20. *Oportet eum ſolui*,hoc eſt permitti,& *Auguſtinus.* non impediri ab exercenda tentatione: vt pon- *Math.24.* derat Auguſtinus 20.de ciuitate cap.8.ante med. *1.Corint.11.* Matth.24. *Oportet primum hæc fieri.* Prima Corinth.11. *Oportet hæreſes eſſe,vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.*

4. *2. Confirmatio.* Explicatur & confirmatur ſecundò, nam, vt optimè obſeruauit Scotus citatus, volitio permittendi, eſt volitio reflectens ſupra negationem propriæ volitionis, quatenus Deus vult ſe non velle impedire peccatum Iudæ,v.g. Hæc autem negatio vòlitionis impediendi peccatum Iudę nō eſt mala,quia Deus non tenetur velle impedire; ſed prudentiùs agit, permittendo multa peccata. *3. Confirmatio.* Confirmatur tertiò, quoniam Deus reflectit ſupra ſuam volitionem, volendo, ſe velle, quæ vult:ſicut dictum eſt diſp.3.ſect.5.Ergo ſimiliter vult,ſe non velle,quæ non vult; ſic enim perfectius habebit rationem volũtarij quidquid quocumque modo reſpicitur à voluntate diuina.

5. *4 Cōfirmatio.* Confirmatur quartò,quoniam ſecundum tertium & quartum membrum diuinæ permiſſionis non ſolùm eſt bonum ſecundùm entitatem materialem,quam continet,ſed etiam eſt bonum, in quantum non impedit efficaciter peccatum: quia Deus non vult efficaciter impedire, ne impediat bona,quæ inde colligit Probo autē hanc formalitatem eſſe bonam, quia in mediis,quibus Deus vtitur bona eſt commenſuratio cum diuina volitione efficaci, nihil efficaciter cauſando, niſi quod Deus voluerit efficaciter.

6. *Probatio.2.* Probatur ſecundò, quoniam omnis effectus prædeſtinationis eſt bonus & volitus per poſitiuam volitionem prædeſtinandi; ſimiliter etiam omnis effectus reprobationis eſt bonus,& volitus per poſitiuā volitionem reprobandi. At permiſſio peccati in prædeſtinatis eſt effectus prædeſtinationis,& in reprobis eſt effectus reprobationis, vt in diſputationibus de prædeſtinatione probauimus.Sed obſerua obiter,nihilominus nō eſſe concedendum,homines,prędeſtinati ad permiſſionē peccati. Cuius ratin præcipua eſt,quia hæc phraſis nō reperitur apud Doctores,& quia permiſſio neque eſt bonum gratiæ,neq; eſt vltimus terminus,ſicut pœna,ad quā dicitur reprobi prædeſtinari: ſicut ex profeſſo dictū eſt ibidē.

7. Tertiò probatur,quia Deus poteſt velle omne opus,cuius Deus eſt author:ſed Deus abſolutè & ſimpliciter eſt author permiſſionis peccati: nam abſolutè Patres affirmant: *Deum permittit,& ſinit mala.* Proinde quando Scriptura docet, Deum decipere,indurare,excæcare,ſuſcitare ad crimen, declinare ſemitas & ſimilia; Patres explicant Deo tribui permiſſionem:vt videbimus diſp.42. & 43.Ergo Deus eſt author permiſſionis:ac proinde illa bona eſt & amabilis.

8. *Peccati quælibet permiſſio à Deo præfinitur.* Quartò probatur,cuiuſlibet enim peccati permiſſio prędefinita eſt à Deo,tam exacta prędefinitione,vt peccatum nihil vnquam excedat, nec minuat menſuram, Dei prædefinitione præſcriptam: vt ea ratione certa ſit etiā menſura bonorum, quæ colligenda ſunt ex peccatis ſub certa menſura laborum,cruciatuum, & tentationum, quæ ſanctis inferuntur per dæmoοum, aut hominum malitiam,vtque firma ſint ſolatia patientiæ,nihilque timendum ſit ab alio,quam à Deo: & propter alias rationes fuſius ponderandas.infra diſp.44.ſect.3.& 4.

At,inquis, in permiſſione peccati ſaltem ineſt diminutio aliqua prudentiæ, & gubernationis 9. *Obiectio.* melioris, quæ non permittit maiora mala,vt inde colligat minora bona: ſed peccatum mortale eſt malum maximum omnium malorũ,& conſequenter maius in ratione mali,quam quodcumque bonum creatum in ratione boni(vt oſteodimus 1.2.q.88.art.1. & ſupponunt communiter Theologi tractantes neceſſitatem Incarnationis, vt redderetur ęqualis ſatisfactio pro peccato)ergo optima gubernatio non permittit peccatum mortale propter quæcumque bona.

Reſp. Peccatum mortale verè eſt maximum 10. malum eius perſonæ, cuius eſt peccatum, quia *Solutio,* ipſa peccat; cæterum eius perſonæ cuius noo eſt peccatum, quia illa perſona non peccat, peccatum mortale non eſt maximum omoium malorum, neque in ratione mali eſt maius,quam bonum,quod facit illa perſona.

Ideo maius bonum extrinſecum Dei, magiſq; 11. decens & ornans Deum,eſt facere bona,quorum Deus autbor eſt,& quę Deo imputantur,vt propria illius: minus verò malum,imo oullum malum Dei eſt permittere peccata protſus alieoa, quæ quia non ſunt peccata Dei, non ſunt mala Dei,neque imputantur Deo.

SECTIO VII.

Quamuis Deus velit permiſſionem non ſequitur velle peccatum.

Contra verum dogma probatum ſect.pręcedenti, primum argumētum eſt Lutheranorum 1. *Prima obiectio.* apud Sotum.1.de natura & grat.ca.18.col. 2.dicentium,verbum,*permittere* non eſſe mitius, aut mollius,quàm *facere.* Nam cùm Deus certo ſciat,nos non poſſe abſque eius lumine & fauore vitare peccatum; conſequens eſt vt ea negare perinde ſit,atq;cauſare peccatū.Idem iactitāt alij hęretici,quos referemus diſput.31. ſect.1. circa med. Cōfirmari poteſt primò ex Anſelmo lib.de conceptu virginali,& peccato originali cap.5.dicente,peccatum prouenire ſicut naufragium ex abſentia naucleri. Secundò ex Ariſtotele in 2. Phyſic. dicente, idem per abſentiam & præſentiam eſſe cauſam oppoſitorum,ſicut nauta præſens nauem ſeruat,abſens vero naufragium cauſat per abſentiam.

Reſp.& dico primò:Deus nō ita permittit peccata,vt neget lumen & fauorem, ſiue cōcurſum 2. *Dico primò. Deus non negat neceſſaria ad peccata vitanda.* ſimpliciter neceſſarium ad vitāda peccata, quod Lutherani volebant,Probatur,quoniam contradictionem implicat, aliquem peccare, & carere ſufficienti poſſibilitate vitandi peccatum; quia ſi hac poſſibilitate careret, non poſſet vitare peccatum; vnde non liberè peccaret; ac proinde non imputabiliter,ſed de hoc fuſius infr.diſp.38.

Dico ſecundò.Ex eo quod Deus nō adhibeat 3. *Dico ſecūdò.* illa media,quibus de facto impediretur peccatū; ſed vult peccatum permittere, non ſequitur, Deum velle peccatum, aut eſſe cauſam peccati. *D. Thomas. Probatur 1.* Cuius rationem aſſignat D.Thom.1.2.q.79.artic.1. corpore, quoniam Deus non tenetur impedire peccata: ſic enim gubernator non dicitur cauſa naufragij, niſi quando poteſt & tenetur naufragium Impedire. Secuoda ratio eſt; quia Deus non eſt cauſa negandi concur-

ſum, quo de facto concurret cum homine ad actus bonos, ſi homo vellet bene operari; ſed homo liberè ſe determinans ad peccandum eſt cauſa non accipiendi illum actualem concurſum: vt rectè Alexád.2.p.q.100.memb.3.art.6.§.2. fine ex Anſelm.in l.de caſu diaboli c.2.& 3.

4. Ad primam confirmationem Reſp. primò. Anſelmus ibi non agit de abſentia Dei permittentis, ſed de abſentia boni iuſtitiæ & rectitudinis, in cuius priuatione conſiſtit quidditas peccati. Ideo *naucleri*, ſiue gubernatoris non meminit, ſed saotum gubernaculi.

5. Reſp. Secundò. Licet Anſelmus ageret de abſentia Dei permittentis, explicandus eſſet vt peccatum proueniat ſicus naufragium ex abſentia naucleri, quam abſeotiam nó ipſe nauclerus, ſed nauis cauſet, à ſe proijciendo nauclerum. Vnde conſtat ſolutio ſecundæ confirmationis.

6. *Secunda obiectio.* Secúdum argum. Qui præcognoſcit effectum infallibiliter futurum ex cauſa, &c, eú poſſit impedire non impedit, ſed potius vult cauſam, cenſetur etiam moraliter velle effectum. Sed Deus præcognouit peccata infallibiliter futura, ſi crearetur liberum arbitrium, &, cùm potuiſſet non creare, nihilominus creauit liberum arbitrium, &, cùm poſſet impedire peccata, non impediuit; ergo cenſetur moraliter velle peccata.

7. Reſp. Maiorem eſſe ſimpliciter falſam, niſi limitetur ad perſonam, quę tenetur impedire effectum, & eo fine ſe continere à produceńda cauſa. Nam & armorum artifices ſciunt, committenda eſſe plurima homicidia, neque propterea cenſentur velle homicidia, dum fabricantur arma. Atq; hæc ſolutio ſufficeret, etiam ſi Deus hominem creaſſet cum ſolo concurſu naturali, ſine vllo auxilio ſupernaturali: quia Deus in libero arbitrio relinqueret poteſtatem peccandi non eo fine, vt peccaret, ſed eo fine, vt cohibendo peccata naturalem honeſtatem exerceret, humano arbitrio commenſuratam.

8. *Vrgetur difficultas.* Tertiò vrgebis, quia qui vult potentiam peccandi vult peccatum: potentia namque peccandi vt ſic, non habet alium fructum, niſi peccatum: ſed Deus vult potentiam peccandi, ſcilicet, liberum arbitrium creatū; ergo vult peccatū. Reſp. *Soluitur difficultatis inſtantia. Deus nó vult potentiam peccandi, in quantum potentia peccandi eſt.* Deus non vult potétiam peccandi formaliter, vt potentia peccandi eſt; quia vt ſic, defectú & imperfectionem dicit, & ſolummodo deſtinatur ad peccandum. Quapropter, vt ſic, non habet rationem boni amabilis; neq; vt ſic, producitur à Deo: ſicut oſtendimus 1.2.q.75.art.2.dub.1. At verò Deus vult potentiam peccandi in quantum eſt potentia liberè volitiua cuiuſque boni, ſiue honeſti, ſiue delectabilis, veri aut apparentis. Vnde non ſequitur, Deum velle peccatum, ſed velle laudem & honeſtatem, quæ conſiſtit in peccato cohibendo.

DISPVTATIO XXVII.

Vtrum Deus prædeterminet materialem actionem peccati.

SECTIO I.

Authores opinionis affirmatiuæ.

1. CIRCA modum, quo Deus vult materiales actiones peccatorum, aut vult ad illas cócurrere, difficilior eſt inter recentiores controuerſia. Sumimus autem exordium in hac & proximè ſequétibus diſputationibus ab ea veritate, quæ firmiter ſtabilita, viam aperiet cæteris, quæ dicenda ſunt de proportione, vel improportione materialis actionis peccati, vt ſit obiectum diuinæ voluntatis, infra diſp. 37. ſiue de præciſione & abſtractione, qua Dei voluntas ſubtiliſſimè talem actionem attingit, infra diſp.50.ſect.2.& 3.

Pro phyſica prædeterminatione ad materiales actiones peccatorum citatur à quibuſdam Bartholomæus Medina 1.2.q.79.artic.2.dub.1. conc.4. Et ille quidem paulò ante ſolutionem argumentorum concedit, Deum velle, & cauſare actum peccati: nihilominus nihil dicit vnde efficaciter colligi poſſit prædeterminatio, ex qua per phyſicam illationis neceſſitatem ſequatur materialis actio peccati: quin potiùs multa dicit, ex quibus veriſimilius eſt, contrarium ſenſiſſe, & conſtat ex ſolutione ad 2. quando explicat Auguſtinum, & ad alia argumenta. Et multò minus id docuit q.109.art 2. 2. *Authores, qui Deum conſtituunt materiales peccati actiones præmouentem, & determinantem.*

Alij verò Doctores ſub generalibus actionis & entitatis nominibus nulla exceptione appoſita, comprehendi voluerunt ſine dubio etiam materialem actionem peccati, quando ſcribunt ſequentes, aliaſque ſimiles propoſitiones: Concurſus diuinæ voluntatis determinat, & modificat omnes cauſas ſecundas, & ſubinde creatam volútatem ad quamcumque liberam operationem. Idem verò primę cauſæ concurſus à nulla ſecunda cauſa ſiue naturali ſiue libera modificatur, nec determinatur, nec pédet, nec impediri poteſt, nec relinquit in poteſtate voluntatis, vt ſe ipſam determinet. Has & ſimiles propoſitiones ſcribit Dominicus Bannez 1.p.q.14.art.13. dub. vltimo §. *Hactenus*, & §. *ad hoc reſpondetur*. & q.19.art.8. non procul à principio, impugnans Caietanum & in concluſione 3.& q.23.art.3.& dub.2. verſus finem, §. *Secundus ſenſus*. & in eodem artic.3. dub.3.conc.9.& alibi ſæpe. 3. *Modi loquendi quibus in hac materia nonnulli vtuntur.*

Sub prędicta generalitate intelligi non ſolùm prædeterminationem Dei ad quamlibet actionem bonam; ſed etiam ad malam actionem, in quantum actio eſt, non in quantum mala eſt, clarius adhuc idem explicuit 1. p.q.19. art.10.dub. 1.circa 5.argum.poſt documentum tertium, dicens: Antecedit quidem operationem noſtram liberam diuinæ voluntatis æternum, & immutabile conſilium, ſiue diuinæ prouidentiæ infallibilis prædefinitio, quæ omnem bonam operationem liberam prædefiniuit: imo & omnem operationem, in quantum bona eſt, & circa bonum exercetur. Et ſuperius inferiúſque explicuerat libertatem actionis ita prædefinitæ in eo conſiſtere, quod voluntas ſequatur iudicium rationis, iudicantis, medium, quod elicitur non habere neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ex ſe indifferens: quamuis volitio noſtra neceſſario ſequatur ex Dei prædefinitione. 4.

Ruſus 1.p.q.23.art.3.dub.2.poſt concl.2.§. *Ex hac doctrina*, ait: Deus eſt volens & efficiens cauſa actus odij Dei. Et volútas humana eſt cauſa eiuſdem actus voluntaria & efficiens. At verò volútas hominis, mala eſt, quia talé actú exercet ſine regula rationis, imo contra regulā & legem Dei: Deus autem bona voluntate vult fieri illum actum, permittens defectum cauſæ ſecundæ in ipſo, &c. Et non longè inferiùs in eodem dub. 2. §. *Secundus ſenſus* apertè docet, núquam eſſe hominis voluntatem indifferentem, vt ſe ipſam determinet ad operationem malam, vel bonam, 5.

ſed à

ſed à Deo ſemper determinari ad operationem permittendo malitiam: vt locis ſuperius citatis generaliter dixerat.

6. Noño Cabezudo ſub eadem vniuerſitate, eodémque modo philoſophandi, quo Bannes affirmat, diuino concurſu determinari noſtram voluntatem ad quamlibet actionem, ſiue naturalem, ſiue liberam, & nunquam determinari diuinum concurſum à noſtra voluntate efficienter. Videndus eſt 3. p. q. 62. art. 5. tota q. 1. & 2. de auxiliis: ſed præſertim q. 1. dum reſpondet ad 3. argumentum pag. 124. & ſequentibus, & ad finem quæſt. 2. dum liberi arbitrij definitionem conſtituit.

7. Eandem prorſus generalem doctrinam de motione primæ cauſæ determinantis & applicantis voluntatem ad liberas operationes, tradit Zumel 1.p.q.14. art. 13. ſua q. 2. concl. 2. & tom. 1. opuſculorum diſp. 5. ſect. 1. verſus finem, & ſect. 2. & tom. 3. diſcurſu 5. ſect. 4. & alibi ſæpe tam ex profeſſo, vt nemo dubitaret, quin ſub generalibus verbis comprehenderet etiam materiales actiones peccatorum, quoniam illis abſolutè neceſſarius eſt influxus primæ cauſæ, & ſubordinatio ſecundæ cauſæ ſub prima: niſi oppoſitum ipſe tradidiſſet, alibi frequenter affirmás actiones peccatorum à Deo non prædeterminari, & oppoſitam ſententiam ipſe appellaret ſuſpectam in fide, ne dicam, inquit, erroneam. 1.2. q.79. art. 2. diſp. 3. concl. 2. & tom. 1. opuſculorum pag. 150. in fine, dum reſpondet ad quandam confirmationem, & tom. 2. diſcurſ. 5. ſect. 6. pag. 285. & ſequentibus.

8. Quod ſub generali doctrina Dominici Bannes cótinebatur, primus omnium perſpicuis verbis conceſſit Trigoſus in 1.p. Summæ S. Bonauenturæ q.18. art. 4. dub. 3. ad 2. & 3. videlicet, peccati materialem actum in particulari prædeterminari à Deo. Sed ex profeſſo primus defendit Cabrera 3.p.q.18.art.4 diſp.2. §. 12. à num. 530. Fuſiùs poſtea Nauarrete tom. 2. in 1. p. S. Thom. controuerſ. 25. concl. 6. & 7. & quod attinet ad prædefinitionem per voluntatem diuinam controuerſia 26. concl. 2. & 4. Aluarez diſp. 24. cócl. 2. quæ non ſatis explicat eius mentem, niſi conferatur cum toto diſputationis progreſſu, præſertim num. 12. & 23. & cum diſp. 11. Ledeſma q. 2. de Auxiliis art. 18. concl. 3. & poſtea dum reſpondet ad 12. argumentum.

9. Quod autem omnes ſupra citati doctores intelligant illam prædefinitionem, ac prædeterminationem, quæ phyſica ſit non ſolùm cauſalitatis genere, ſed etiam illationis neceſſitate, conſtat ex eiſdem aliiſque locis eorundem authorum: ſicut explicuimus tomo præcedenti de ſcientia diſp, 38. Huius ſententiæ fundamenta ſingula referentur, quando fuerint refutanda in toto pręſentium diſputationum progreſſu, prout occaſio tulerit: reliqua verò diſp. 42. & ſequentibus decem.

10. *Antiquorum Scholaſticorũ opinio.* Antiquorum ergo Scholaſticorum nemo prorſus aſſeruit, Deum præmouere, ſeu prædeterminare voluntates creatas ad actum materialem peccati, cui neceſſariò coniuncta ſit malitia: quamuis aliqui aſſerant Deum præmouere ſeu prædeterminare ad communiſſimam rationem boni, & entis, & volitionis incluſam in actu materiali peccati, ex qua determinatione Dei, & ex materiali entitate, quam reſpicit, non ſequitur neceſſariò malitia. Scotus itaque, Caietanus, Capreolus, Durandus, Cano, Driedo, Sotus & alij, quos Cabrera, Nauarrete, Aluarez & Ledeſma pro ſua ſententia referunt, noſtram ſententiam expreſsè tradiderunt, pręter nonnullos illorum, quos nihil de præſenti controuerſia meminiſſe reperies: vt oſtendemus infrà diſput. 39. ſect. 3. 4. & 5. & bona ex parte conſtat ex his quæ retulimus tomo præcedenti de ſcientia diſput. 49. & 50.

Altiſiodorenſis in Summa lib. 2. tract. 26. q. 2. prope finem videtur ſecundum verborũ ſonitum fauere prædeterminationi materialis actionis malæ. Nam in poſtremo cap. reſpondens ad quandam rationem ſecundam ait: *mala actio eſt à Deo mouente & operante principaliter.* & reſpondens ad ſequentem rationem tertiam ait: *Deus voluit Adam comedere pomum: Deo diſplicuit, quod Adam comederet pomum, prohibuit enim hoc propter deformitatem, voluit propter eſſentiam.* Cæterum ex ſuperiori contextu conſtat agere Altiſiodorenſem de exteriori actione imperata; non de interiori intentione intrinſecè mala, qua homo conuertitur ad creaturam, & auertitur à Deo; hanc enim relationem ad finem malum (id eſt, intentionem) ſemper reiicit à Deo, vt illius author ſit liberum arbitrium creatum, & ſolum ait, mouere Deum ad actionem, quæ ex ſe deſeruire poteſt ad bonum finem: vt quod Nabuchodonoſor templi vaſa aſportaret Babylonem. Quod ſi fortè aliquam prædeterminationem ad materialem actionem peccati Altiſiodorenſis intellexit, at certè non intellexit phyſicam prædeterminationem, quoniam in eodem lib. 2. tract. 11. q. 3. docet, libertatem eſſe habilitatem eligendi, quod ſynderesis dictat. Vnde ſequitur, libertatem non eſſe ſine poſſibilitate eligendi bonum, quod ſynderesis dictat; ac proinde non eſſe compoſſibilem cum phyſica prædeterminatione ad materialem actionem intrinſecè repugnantem ſynderesi. Sed de huius doctoris ſententia dicemus iterum diſp. 39. ſect. 4. init. 11. *Fauet Altiſiod.* *Sed non agit de actione interiori, quæ intrinſecam continet malitiam.*

SECTIO II.

Non ſolùm phyſica, ſed etiam moralis cauſalitas peccati continetur in phyſica prædeterminatione ad materialem actionem illius.

Patum aut nihil curamus in toto libro præſenti de actibus cuiuſque potentiæ corporeæ, qualis eſt imaginatiua, ſenſitiuus appetitus, potentia loco motiua, & cæteræ omnes potentiæ corporis humani; quoniam illis malitia ſeu oppoſitio cum ratione recta non conuenit ab intrinſeco, ſed extrinſeca denominatione ab actibus intellectus & voluntatis. Agimus ergo præcipuè de actibus intellectus & voluntatis, non omnibus quidem, ſed illis tantum in quorum ratione ſpecifica quidditatiuè clauditur repugnantia cum diuina lege, cum ratione recta, & cum actu virtutis præcepto. Nam de cæteris actibus intellectus & voluntatis, quibus prædicta repugnantia ſolummodo conuenit ab extrinſeco per denominationem ab alio actu monente & imperante parum attinet ad præſens diſputate, cum facilè ſit, extrinſecam denominationem colligere poſtquam conſtitutum fuerit, quod attinet ad denominantes actus, quibus ineſt 1. *De quibus actibus ſermo ſit.*

totius origo maluiæ.

2. *Quid ſupponendum.* Suppnno autem ex iis, quæ diximus 1. 2. q. 18.totn ferè art.5.& q.19.toto ferè art.1.quamlibet actionem interiotem, quæ non per extrinſecam denominationem ab alio actu participat maliiiam, eſſe quiddatiuè monſtroſam ſecundùm ſpecificam rationem, realiter & poſitiuè cõtrariam diuinæ legi, quia eſt libera voliiio obiecti mali, cui ſcitur eſſe annexa malitia diuinæ legi contraria; aut certè vincibiliter ignoratur, & liberè contemnitur eius cognitio. Et quamuis hæc intrinſeca monſtroſitas & realis oppoſitio cum diuina lege repetiatur etiam in actibus intellectus & voluntatis, qui libertate carent: vt oſtendimus 1. 2. q. 71. art. 6. Nihilominus, ne præſens controuerſia impediatur aliis aliunde peritis, loquemur ſolummodo de actibus intellectus, & voluntatis ſcienter & cum plena deliberatione conceptis, ac ſubinde imputabilibus ad culpam.

3. *In odio Dei controuerſia diſcurſus erit inſtituendus.* Atque vt exemplũ aliquod proponamus, cuius intrinſeca monſtroſitas poſita ſit extra omnem dubitationem, totius præſentis & ſequentium duodecim diſputationum diſcurſus verſabitur præſertim in odio formali & expreſſo. quo aliquis homo proſequitur Deum, ſciens, hoc eſſe prohibitum diuina & naturali lege, cum poſſit non ſolum naturæ viribus, ſed etiam per auxilia ſupernaturalia ſibi oblata, ſuam voluntatem ab odio continere. In hoc igitur odio præſcindimus formalem rationem malitiæ, & conſideramus ſolummodo quidquid in illo reperitur entitatis realis, tam ſecundùm rationem genericam volitionis, quàm ſecundùm rationem ſpecificam & numericam, in quibus quidditatiuè clauditur poſitiua & realis repugnantia cum diuina lege ac bonitate diuina, necnon cum ratione recta. Hanc appellamus materialem actionem peccati. Et de illa inquirimus, vtrum poſſibile ſit à Deo phyſicè prædeterminari. Atque idem intelligendum erit de qualibet alia volitione intrinſecè mala, vt in ampliatinnibus explicabimus magis diſp. 38. & 40. ſect. 2. & tota diſp. 41.

4. *Repugnat omnino materialem peccati actionẽ prædeterminari.* Sit igitur primaria concluſio pręſentis & plurimarum, quæ ſequuntur diſputationum. Contradictionem implicat phyſicè prædeterminari materialem actionem peccati. Primarium verò illius fundamentum, à quo vires accipiunt omnes ferè rationes totius diſcurſus præſentis, illud eſt, quoniam ſi Deus non à libera hominum malitia determinatus, ſed propter ſuam merè liberam electionem efficaciter vult, & phyſicè *Fundamentum principale.* prædeterminat materialem actionem odij Dei, & totam illius realem & quidditatiuam repugnãtiam cum lege ac bonitate diuina: inde ſequitur, Deum eſſe cauſam & authorem huius peccati, cui malitia illius imputanda ſit potius, quàm creatæ voluntati.

5. *Prima illius ſolutio.* Huic argumento varias ſolutiones adhibent Authores citati ſect. 1. quas in hac & ſequenti diſputatione ſigillatim refutabimus. Prima eſt: Deus eſt cauſa phyſica materialis actionis malæ, ſed non eſt cauſa moralis: quapropter Deo non imputatur malitia, quippe quæ ſolæ cauſæ morali imputanda eſt. Fundamentum eſt, quia effectus non debet attribui, niſi cauſæ proportionatæ, cum autem peccatum ſit effectus moralis, non erit tribuendus cauſæ phyſicæ, ſed ſoli cauſæ morali. Si autem petas quare Deus non ſit cauſa moralis? Reſpondet hæc ſolutio, quia Deus neque præcipit, neque conſulit, neque inſtigat ad eiuſmodi actiones eliciendas.

Huius ſolutionis doctrinam, vt generaliter defendatur Deus non eſſe auctor, & cauſa peccati, non ad defendendam phyſicam prædeterminationem materialis actionis peccati tradunt ſequentes doctores; Soto lib. 1. de natura & grat. cap. 18. fine, Cano lib. 2. de locis cap. 4. ad argument. 7. & 8. & in relectione de Sacramentis part. 4. poſt 6. concluſionem. §. *Pro eius itaque*. Vega lib. 2. in Trident. cap. 15. poſt med. Vaſquez t. 2. diſp. 129. cap. 7. Angles in 2. diſt. 37. q. 7. in princip. concl. 2. & difficultate 1. ante concluſ. 1. & conc. 4. Rea 3. de prædeſtinatione q. 4. ſect. 3. num. 83. Zumel t. 2. q. 79. art. 2. diſp. 4. Aragon 2. 2. q. 1. art. 3. dub. 1. ad 2. Et licet aliis verbis atque minus perſpicuis, mente tamen eiuſdem doctrinæ authores ſunt. S. Thomas 1. 2. q. 79. art. 2. ad 2. & de malo q. 3. art. 2. ad 2. S. Bonauen. 2. diſt. 37. art. 2. q. 2. ad 2. & 3. Alexander 2. p. q. 100. membr. 3. art. 6. §. 2. fine. Altiſiodorenſis lib. 2. ſummæ tract. 15. q. vltim. prope finem. 6. *Doctrinam ſolutionis ad rem aliam tradunt Doctores.*

Hi omnes Doctores illud tantummodo tradunt de quo nullus Theologorum dubitauit vnquam, nec dubitare poteſt, niſi negãdo Dei concurſum ad omnes actiones, videlicet ex eo quod Deus concurrat quaſi vniuerſalis cauſa ad materialem actionem peccari, non colligi Deum eſſe cauſam moralem illius. 7.

Cæterùm contra eorundem Doctorum mentem eadem doctrina detorquetur, vt defendat, Deum non eſſe moralẽ cauſam materialis actionis peccati, etiam ſi ſua ſponte & à ſeipſo determinatus moueat & prædeterminet voluntates noſtras ad eiuſmodi actionem. In hoc igitur ſenſu refutanda eſt à nobis prædicta ſolutio. Quam tacitè docuiſſe videtur Bañes 1. p. q. 49. art. 2. §. vltimo, vbi quamuis non faciat mentionem phyſicæ prædeterminationis, eam tamen generaliter docuerat alibi, vt oſtendimus ſect. 1. num. 3. 4. & 5. Hac verò ſententia nunquam reuocata vtitur ſolutione, quam ſupra retulimus, quia Deus non eſt cauſa moralis. Clarius eam tradit Aluares diſp. 24. nu. 24. prope finem, & nu. 33. fuſiùs verò, atq; diſtinctione adhibita Ledeſm. art. 18. concl. 4. & 5. 8. *Contra Authorum mentem doctrinã promotores detorquent.*

Quod autem cæteri Doctores pro ſolutione citati num. 6 ſupponant Dei concurſum effectiuum non determinare ad materialem actionem peccati, conſtabit legenti S. Thomam 1. 2. q. 80. art. 1. ad 3. S. Bonau. 2. diſt. 37. art. 1. quæſt. 1. ad vlt. Alexandrum in eodem loco ſupra citato ex 2. p. q. 100. art. 6. §. 2. *fine*. & 1. p. q. 26. memb. 4. art. 3. Quod idem docuit Sotus magis ex profeſſo lib. 1. de natura & gratia cap. 16. prope initium, & cap. 17. & in fine cap. 18. Zumel 1. 2. q. 79. art. 2. diſp. 3. concl. 2. & colligitur ex Altiſiodorenſi lib. 2. ſummæ tract. 11. q. 2. & 3. dum explicat indifferentiam liberi arbitrij, & ex Cano in citato lib. 2. de locis cap. 4. ad 7. & 8. dum ait; Deum *non mouere* ad materiales actiones peccatorum, & Vega dicto libr. 2. cap. 15. dum poſt med ait, Deum quod ex ſe eſt, multò magis paratum eſſe ad bona opera concurrere, & paſſum eſſe duci ſe ad adulterium Dauidis, & cætera opera mala. Plura & apertiora teſtimonia Scholaſticorum pro noſtra ſententia referemus infra tota diſp. 39. in præſenti nàmque id ſolummodo agimus, vt oſtendamus quemcunque 9.

Theo

Theologum, ſi prædicta ſolutione vtitur, vt defeodat Deum non eſſe authorem peccati, quia non eſt moralis cauſa materialis actionis, debere eiuſdem ſolutionis fundamento niti dicendo, Deum nō prædeterminare ad materialem actionem peccati. E contra verò, ſi Deus phyſicè prædeterminat ad materialem actionem peccati; conſequens eſſe, vt eo ipſo ſit moralis cauſa illius, & peccati.

10. *Quadruplex cauſa moralitas.* Hoc vt oſtendam præmitto, quadruplicem eſſe moralitatem cauſæ, quæ obſcuritatem & errandi occaſionem affert, dum permiſcetur, agendo in concluſionibus de vna, & in eius probationibus de altera, & varias moralitates inuoluendo in ſolutionibus argumentorum. *Prima.* Prima moralitas conſiſtit in actione increata Dei ad intra, qua, præcedente iudicio rationis, propriè ac ſimpliciter decernit coocurrere ad extra ad materialem actionem odij. De hac moralitare nullus Theologorum dubitare poteſt: ac proinde nihil eſt, quod de illa diſſeratur in præſenti enntrouerſia; ſed tanquam certum ſupponatur, Deum hoc moralitatis genere, tanquam moralem cauſam concurrere ad quamlibet actionem peccati.

11. *Secunda.* Secunda moralitas cōſiſtit formaliter in actione Dei ad extra, quatenus eſt concurſus effectiuus, non ſolùm per eam cauſalitatem, quæ realiter & propriè pertinet ad genus cauſæ efficientis: ſed etiam per illam cauſalitatem, quæ non eſt realiter & propriè efficiētia, ſed ſolū in genere motis, ſine vllo influxu reali. Quemadmodum cauſa extrioſecè proponens aliquod motiuum, perſuadens, præcipiens, aut conſuleos. De cuius efficientiæ proprietate atque diſcrimine diximus tomo præcedenti de ſcientia, diſputatione 38. ſectione 4.

12. *Hac ſecunda nō eſt requiſita, neque ſēper ſufficit.* Hęc moralis cauſalitas multum quandoque conferet, vt alicui perſonæ imputari poſſit malitia peccati. Cæterum neque ſemper ſufficit ad hoc, neque ſemper erit requiſita. Nam dęmonis, & hominis volūtas reali & phyſico influxu producunt ſuas volitiones odij & inuidiæ contra Deum, & homines, cnmparatione quarum, aut ſemper, aut aliquando non exercent prędictam cauſalitatem moralem, ſed aliam, quam explicabimus in quarta moralitate. *Moralis cauſa eſt, qui omittit facere, quod tenebatur.* Nihilominus propterea non liberantur à culpa: quin potius illis optimo iure imputatur. At contra qui omittit cuſtodire caſtrum, aur gubernare Rempublicam qnam ex officio, & iuſtitia tenebarur, eſt moralis cauſa cuiuſque detrimenti conſecuti, quamuis neque phyſico influxu, neque motiua proponendo, ſuadendo, pręcipiendo, aut conſulendo ad ea detrimenta concurrat. Itaque imputabilitas malitiæ, de qua primario diſputamus in præſenti, independens eſt à prædicta moralitate cauſæ atque à phyſico & reali concurſu, quamuis ab illis quandoque proueniat.

13. *Tertia.* Tertia moralitas conſiſtit in eo quod Deus efficiat hominem agere humanomodo vel morali cauſalitate videlicet, deliberatione præcedente circa rationes vtriuſque partis, cum indifferentia poteſtatis, quæ ad libertatem imputabilitatémque requiritur. De huiuſmodi moralitate cauſæ nihil attinet ad præſens diſputare, cum inter authores phyſicæ prędeterminationis, & illius impugnatores conueniat, Deum eſſe, à quo tribuuntur hominibus quæcunque requiruntur, vt deliberent & moraliter cauſent ac liberè, non ſolùm in generali, ſed etiam in particulari circa quodlibet obiectom: nec non Deum eſſe primum & generalem mototem volnntatis, vt liberè concipiat volitiones.

14. *Quarta.* Reſtat igitur quarta & poſtrema moralitas, quæ conſiſtit formaliter in modo concurrendi ad noſtras actiones, ita vt illæ Deo imputari poſſint ſimpliciter & abſolutè. Hæc autem moralitas & imputabilitas quandoquè neceſſaria illatione colligitur ex ſecunda moralitate; quandoque verò nō colligitur ſimilitérque quādoq; colligitur ex phyſica cauſalitate, quandoq; verò non colligitur: vt num. 12. adnotauimus.

15. *Dico primò.* Ex his colligo, & dico primò, in quarta moralitate nuper explicata, præſens diſputatio pręcipuè ac primariò verſatur, intendimus námque probare, Deo imputandam eſſe peccati malitiam, ſi materialem actionem illius phyſicè prędeterminat. De hac igitur quarta moralitate intelligenda erunt omnia, quæ dicemus de morali cauſa, præterquam vbi fuerit aliud expreſsè notatum.

16. *Dico ſecundò.* Dico ſecundò, ſi Deus eſt cauſa moralis actionis odij Dei, quantum ad totam realem & poſitiuam oppoſitionem, quam habet cum lege diuina: conſequens eſt, Deum eo ipſo eſſe cauſam moralem, totius malitiæ, quæ eſt in odio Dei, & illi imputandam eſſe. Hanc conditionalem propoſitiooem probo, quia malitia peccati non poteſt directè per ſe & immediatè cauſari ab vlla cauſa ſiue creata, ſiue increata: vt communiter Patres docent, & oſtendimus t. 2. q. 75. Ergo malitia non poteſt alia ratione cauſari, niſi cauſando actionem quidditatiuè & realiter repugnantem diuinæ legi, ex qua actione neceſſariò ſequitur malitia. *Quiſquis cauſa moralis eſt, vt actio turpis exiſtat, eſt etiam cauſa malitia qua actioni eſt inſeparabiliter cōiuncta.* Quapropter author & cauſa cui malitia imputanda ſit, non poteſt eſſe alius niſi ille, cui tanquam authori & cauſæ morali tribuitur actio quidditatiuè & realiter repugnās diuinæ legi. Vnde colligo generale principium. Quidquid eſt cauſa moralis, vt actio talis exiſtat in rerum natura, eſt etiam cauſa moralis malitiæ, quæ talem actionem conſequitur neceſſariò & inſeparabiliter.

17. *1. Confirmatio.* Confirmatur primò, quia quæcunque primaria cauſa, primò determinans vt in rerum natura exiſteret materialis actio odij Dei, & tota illius realis oppoſitio cum diuina lege, eo ipſo fuit primaria cauſa, primò determinans. vt in rerum natura exiſteret malitia, quæ neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur talem actionem. Ergo illi imputādum eſt, quod cauſa ſit, vt exiſtat malitia, ac proinde erit cauſa moralis illios. *2. Confirmatio.* Confirmatur ſecundò, quoniam creata voluntas non alia ratione eſt cauſa moralis malitiæ, niſi quatenus creata volūtas eſt moralis cauſa illius materialis actionis contrariæ diuinæ legi, ad quam neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur malitia. Ergo ſi Deus eſt cauſa moralis eiuſdem actionis materialis, erit etiam moralis cauſa malitiæ neceſſariò conſequentis. *3. Confirmatio.* Confirmatur tertiò, quoniam *ex eadem cauſa pendet effectus, & omnia eius per ſe accidentia. Sicut enim homo eſt à natura; ita & omnia eius per ſe accidentia, vt riſibile, & mentis diſciplinæ ſuſceptibile*: vt loquitur S. Thom lib. 6. metaph. lect. 3. prope finem, *S. Thomas.* ſed materiali actioni realiter contrariæ diuinæ legi, vt ſic, per ſe accidit malitia. Ergo quicunque eſt cauſa illius materialis, & realis repugnantiæ cum diuina lege, eſt etiam cauſa malitiæ.

18. *Dico tertiò.* Dico tertiò. Si Deus non determinatus à libera malitia voluntatis creatę, ſed proprio motu ſolius electionis liberæ efficaciter vult, & phyſicè prædeterminat materialem actionem odij Dei, & illius totam realitatem, oppoſitioné cum diuina lege, & totam realem monſtroſitatem: inde ſequitur, Deum non ſolùm eſſe cauſam phyſicam; ſed etiam eſſe cauſam moralem totius eiuſdem realitatis, monſtroſitatis & oppoſitionis cum diuina lege. *Probatur illatio.* Illationem hanc probo primò, quia inter cauſas morales, de quibus in præſenti loquimur, illa eſt præſtantiſſima, & cui potiſſimùm imputatur effectus, quæ per liberam volitionem efficacem directè & expreſsè vult aliquem effectum, & adhibet omnia media, quæ ad illum requiruntur; præſertim verò, ſi à nullo alio principio, ſed à ſe ipſa determinetur ad talem effectum volendum & procurandum: Hæc autem omnia Deus exercet circa materialem actionem odij Dei, & totam illius realem oppoſitionem cum diuina lege, ſi illam efficaciter vult, non determinatus à libera malitia creatę voluntatis, ſed potius eam phyſicè prędeterminans ad talem actionem, vt facilè conſtabit diſcurrenti per ſingulas partes in maiori numeratas.

19. *Diſcrimen inter concurſum Dei, qui à creatura determinatur, eſt inter prædeterminantem.* Confirmatur primò, explicando diſcrimen inter concurſum Dei, qui determinetur à libertate creata & concurſum prædeterminantem. Si enim Deus circa peccatorum actiones ſolummodo vult præbere concurſum, quod ex ſe eſt, inclinantem ad bonum, & à malo retrahentem, permittendo vt à libera voluntate creata detorqueatur ad malam actionem ſi voluerit: inde non ſequitur Deum eſſe cauſam moralē realis monſtroſitatis & oppoſitionis contra legem Dei, quia directa & primaria intentio Dei, quod ex ſe eſt, volebat, vt nunquam exiſteret in rerum natura realis oppoſitio contra legem Dei, & realis monſtroſitas, & quaſi coactus munere vniuerſalis cauſæ permittit ſuum concurſum ex ſe propendentem ad bonum, à voluntate creata detorqueri ad malum, vt fuſius infra diſput. 29. & diſp. 50. ſect. 4. Quapropter in hac ſententia diſtinctione adhibita, dicendum eſt, Deum eſſe cauſam moralem concurſus ex ſe inclinantis ad honeſtas operationes, libertate relicta, & nullo modo eſſe cauſam moralem determinandi ſuum concurſum ad materialem actionem turpem, ſed hanc determinationem à ſola voluntate creata prouenire.

At contra, ſi Deus à ſe ipſo, & non à libera voluntate hominis determinatus, efficaciter vult, & phyſicè prædeterminat materialem actionem odij Dei, & totam illius realem oppoſitionem cum diuina lege; conſequens eſt Deum eſſe primariam cauſam, primò directè & per ſe determinantem, vt in rerum natura exiſtat prædicta materialis actio, & illius tota realis oppoſitio cum diuina lege: ac proinde quod hic totus realis effectus exiſtat, Deo imputandum erit, aut ſoli, aut præcipuè. Quapropter illius erit cauſa non ſolùm phyſica, ſed etiam moralis in eo moralitatis ſenſu, quem in præſenti tractamus.

20. *Primaria cauſa prædeterminanti potius, quàm ſecundariæ determinatæ attribuendus eſt effectus.* Confirmatur ſecundò, quia effectus primariæ cauſæ, prædeterminâti ad illum imputandus eſt potius, quàm ſecundariæ cauſæ, quæ non operatur, niſi determinata per aliam cauſam. Ergo ſi Deus phyſicè prædeterminat voluntatem creatam ad eiuſmodi realem monſtroſitatem, & realem oppoſitionem cum diuina lege; imputanda erit Deo potius, quàm creatæ voluntati. Ac proinde Deus erit moralis cauſa illius, potius quàm creata voluntas.

Confirmatur tertiò, quia prædicta materialis actio odij Dei, quãuis non imputetur Deo, quaſi volitio Dei, conſtituens illum formaliter inimicum ſui ipſius; nihilominus imputanda eſt Deo, quaſi effectus liberè & directè intentus, cauſatus & determinatus à Deo; idque potiori iure, quàm incendium imputatur homini: ſi eo fine ignem admouet, & potiori iure, quàm homini prouocanti complicem ad aliquod crimen imputatur non ſolum proprium, ſed etiam alienum crimen, tanquam effectus liberè cauſatus, non tanquam actio immanens illius. Ratio eſt, quoniam Deus altiori, & efficaciori modo prædeterminat voluntatem creatam ad prædictum effectum quidditatiuè monſtroſum, & contrarium diuinæ legi. 21.

22. *Secundum fundamentum.* Inde ſumitur probatio ſecunda, quæ non ſolùm ratione ſui, ſed etiam vim maiorem accipit, quoniam eius fundamentum conceditur à doctoribus contrariæ ſententiæ. Illi námque rationem explicantes moralis cauſæ, quam Deo negant, non ſolùm dicunt, quia non præcipit, nec conſulit; ſed etiam, quia *non inſtigat.* Ita Bañes citatus in numero 8. & Ledeſma art. 18. in fine concluſionis quartæ, & longè poſt concluſionem quintam pag. 402. col. 1. quia Deus non allicit, neque excitat voluntatem per particulares illuminationes, nec inducit, nec inclinat. Ruſus illi pro ſua ſententia referunt Sotum & Canum, qui tamen locis num. 6. citatis expreſsè rationem reddunt, quia Deus ope & fauore non mouet ad illam actionem. *Inſtigat Deus, ſi Deus prædeterminat.* Quod ſi Deus phyſicè prædeterminat materialem actionem odij, eo ipſo inſtigat, allicit, excitat, inducit, inclinat, & mouet creatam voluntatem, vt illam actionem eliciat: quapropter illius actionis materialis & totius poſitiuæ oppoſitionis contra diuinam legem, quam quidditatiuè continet, Deus erit cauſa moralis: de quo plura diſp. 39. præſertim ſect. 5. 6. & 7.

23. *Confirmatur.* Explicatur, & confirmatur, quoniam ex phyſica prædeterminatione ſequitur, Deum non ſolùm per realem influxum immediatè inſtigare, incitare, ac mouere ad prædictam actionem, ſed etiam mediatè per alium moralem influxum ſuaſionis & ſuggeſtionis inſtigare, incitare, ac mouere ad illam. Quod ita explico & probo, *Modus, quo dæmones ad peccandum homines inſtigant.* quia diabolus non aliter inſtigat hominem ad odium Dei, niſi mouendo in eius imaginatiua vehementes cogitationes de flagellis Dei, quaſi contra ſe crudelibus, & profectis ex odio, & neglectu ſui, & mouẽdo in appetitu ſenſitiuo eiuſdem hominis triſtitiam, iram, & rabiem eo fine, vt ratio conſentiat in odium Dei, nihil tamen cauſando in intellectu & voluntate hominis. At verò Deus, ſi prædeterminat hominem ad quaſcunque actiones materiales peccatorum; non ſolùm prædeterminat potentias corporeas, imaginatiuam, videlicet & appetitum ſenſitiuum ad prædictas cogitationes, & paſſiones prouocatiuas odij; idque intendens directè & formaliter eum finem, vt voluntas hominis eliciat materialem actionem odij Dei quidditatiuè ac realiter pugnantem cum diuina lege; ſed etiam Deus mouet in intellectu omnes illas cognitiones rationum fallacium, quæ inſtigare poſſunt ad hoc

odium,

odium, & mouet in voluntate omnes affectus triſtitiæ, aut iræ indeliberatæ, qui poſſunt prouocare ac fouere odium Dei. Inſuper eo fine hęc omnia præſtat, vt materialem illam actionem quidditatiuè & realiter contrariam diuinæ legi, faciat à voluntate humana prodoci & conſeruari. Quod ſi reſpondeas, hæc omnia repugnare Deo; cõſequens erit, repugnare Deo prædeterminationẽ phyſicã ad prædictas omnes actiones imaginatiuæ, appetitus ſenſitiui intellectus & voluntatis, nec non repugnare Deo directam & formalem volitionem, qua intendat eiuſmodi actiones producere.

Reiicitur diſcrimen.

24. Dices, diſcrimen eſſe dæmonis à Deo, quoniam dæmoo ex inuidia & odio Dei, & ex affectu minuendi eius gloriam, mouetur ad hæc omnia procuranda. Sed Deus mouetur ex amore ſui & affectu amplificandi ſuam gloriam. Hoc diſcrimen ſolummodo probat, dæmoni ad vituperationem, ſed Deo ad laudem imputandum eſſe prædicto modo inſtigare, incitare. atq; mouere: attamen idem diſcrimen nihil obſtat ne Deus verè ſit cauſa liberè inſtigans, incitans, & mouẽs ad actionem materialem odij, quam prædeterminat: ac proinde ſit cauſa moralis illius actionis. Erit autem Deus moralis cauſa, inſtigans, incitans, & mouens propter bonum finem maioris gloriæ ſuæ. Qoapropter Deo imputanda erit hæc laus, quod propter ſuam maiorem gloriam incitet, inſtiget ac moueat ad materialem actionem odij, & ad totam illius poſitiuam, & realem repugnantiam cum diuina lege. At verò eiuſmodi laus repugnat diuinæ bonitati: vt ex ſe conſtat, & magis explicabitur infra ſect. 4. præſertim à num. 4. vſque ad 12. Sed de compoſitione cum tentationibus dæmonis diſp. 37. ſect. 1.

Tertium fundamentum.
Qui odium Dei perſuadet, illius eſt cauſa moralis.
Deus perſuadet materialem actionem peccati, ſi illam prædeterminat.

25. Ex eiſdem principiis ſumitur probatio tertia, quoniam quicunq; perſuadet homini actionem materialem odij Dei eſt cauſa moralis eiuſdem actionis materialis: Deus autem perſuadet homini prædictam materialem actionem; ſi Deus prædeterminat & præmouet imaginatiuam, & intellectum hominis ad cogitandas rationes apparentes, iodicandúmque Deum ſibi fuiſſe truculentum inimicum, proindéque odio proſequendum. Si enim qui exterius proponeret eiuſmodi rationes eo fine, vt homo eliceret materialem actum odij Dei, verè eſſet perſuaſor odij Dei, multò magis perſuaſor erit Deus, ſi non ſolùm exterius, ſed etiam ioterius in imagioatiua & intellectu proponit rationes, & cauſat cognitiones, idque eo fine, vt eius voluntas eliciat materialem actionem odij Dei.

Confirmatur primò explicando duplex conſilij genus.

26. Explicatur & confirmatur primò, quia conſilium alicui præbere contingit dupliciter. Primò per modum legis & doctrinæ generalis, datæ ad omnes homines, & docentes, hoc eſſe magis honeſtum bonum, & hoc modo Deus non conſulit materialem actionem odij Dei, ſed potius prohibet. Secundo modo præbetur conſilium priuatum, & peculiare alicui. Veluti quando latro perſuadet ſociis rapinas, & homicidia propter vtilitatem pecuniæ & delectationem vindictæ; quamuis agnoſcat, non eſſe maius bonum honeſtum, imò eſſe turpiſſimum facinus: & hoc modo Deus conſulit materialẽ actionem odij Dei, & cuiuſque facinoris, ſi prædeterminat. Nam Deus eſt qui præcipuè in quocunque intellectu creato mouet, excitat & determinat cognitiones & iudicia de vtilitatibus, aut delectationibus temporalibus, idque eo fine vt determinet ad prædictas materiales actiones voluntatis. Hoc, inquam, ſequitur ſi Deus phyſicè prædeterminat materialem actionem peccati.

Confirmatur ſecundò.

Confirmatur ſecundò, nam ipſi etiam contrariæ opinionis authores expreſsè fatentur, Deum phyſicè prædeterminare intellectum ad illas cogitationes, & iudicium practicum, quo voluntas nititur ad concipiendam materialem actionem peccati; atque illud euidenter colligitur ex primæ cauſæ quidditate, quam ipſi conſtituunt.

Quartum fundamentũ.

27. Quartò probatur, quia qui præcipit eſt cauſa moralis illius actionis, quam præcipit. Sed Deus præciperet materialem actionem odij Dei, ſi ad illam phyſicè prædeterminaret. Ergo eſſet cauſa moralis illius. Minorem probo, quia omne præceptum naturale, præſertim verò pertinens ad honorẽ Dei, eſt à Deo, quaſi à primo legiſlatore: at verò pręceptum naturale eſt, pertinẽs ad Dei honorẽ, non violandi, neque tentãdi violare Dei omnipotẽtiam, neq; fruſtrandi Dei voluntatem efficacẽ. Quod ſi Dei voluntas efficax eſt, vt prędeterminetur hominis voluntas ad materialem actionem odij, ita vt in ſenſu compoſitò cum illa prædeterminatione contradictionem implicet non elicere talem actionem, eo ipſo erit attentatio violandi omnipotentiam Dei, & fruſtrandi efficacem voluntatem, ſi quis attentaret ſe cohibere ab odio. At, inquis, ignorat homo, ſe fore determinandum à Deo. Sed finge aliquem certo ſcire decretum Dei, quo efficaciter decreuit illum phyſicè prædeterminare ad odium Dei, ille tenebitur nihil impoſſibile & contrarium diuinæ omnipotentiæ attentare, aot velle, ac proinde tenebitur ab odio non ſe cohibere.

Longè aliter in authoris ſententia.

28. Neque poteſt hoc argumentum contra nos retorqueri, quoniam in noſtra ſententia Deus ſuam omnipotentiam ita interponit ad liberas actiones, vt relinquat ſolutam & expeditam poteſtatẽ non operandi. Quapropter nulla ſequitur violatio diuinæ omnipotẽtiæ ex eo quod attentetur omiſſio prædictæ operationis: ſicut non ſequitur eo quod poſſibilis ſit omiſſio. Et confirmari poteſt, nam Deus ſub conditione ſiue implicita, ſiue explicita vult ad aliquas actiones concurrere, ſi nos etiam voluerimus: atque inde fit, vt quando nolumus non fruſtremus, neq; reſiſtamus voluntati diuinæ propriè loquendo, ſicut explicuimus in ſimili ſupra diſputatione 19. ſectione 13. *Confirmatur*

Quintum fundamentũ.

29. Quinta probatio, quoniam contrariæ ſententiæ doctores non poſſunt reddere ſufficientem rationem diſcriminis, propter quam Deus non ſit cauſa moralis, ſicut eſt cauſa phyſicè prædeterminans: inde námque probant Deum phyſicè prædeterminare materialem actionem odij: quoniam tota illius ſubſtantia & entitas non ſolùm generica, ſed etiam ſpecifica & numerica bonitatem ac perfectionem quidditatiuè claudit. Hæc autem ratio ſimiliter probat, eandem entitatem eſſe debere terminum productum per cauſalitatem moralem Dei. Conſequentia probatur, quoniam effectus, qui propter ſuam bonitatem, & perfectionem non eſt iodignus diuina cauſalitate phyſica; non erit indignus diuina cauſalitate morali.

30. Confirmatur, nam vt ratio demonſtrat & aliqui phyſicæ prædeterminationis authores fatentur, actionis humanæ moralitas eſt aliqua

per

perfectio, ideóque deriuari debet à Deo, vt à primo agente in genere moris: ſicut actio phyſica deriuatur à Deo, vt à primo principio, in genere efficientis phyſicè. Inſuper ſicut actio, in quantum phyſica reducitur vltimo ad primum agens phyſicum, ita in quantum moralis actio reduci debet ad primam cauſam moralem.

31. *Refutatur prima ſolutio.* Reſpondent aliqui, rationem eſſe diſcriminis, quouiam phyſicè prædeterminare neceſſarium eſt, pro munere primæ cauſæ: non verò determinare in genere cauſæ moralis. Hæc tamen ſolutio refutatur primò, quoniam ſatisfaceret Deus muneri primæ cauſæ, licet non prædetermiuaret ad materialem actionem peccati: vt oſteudemus diſp. 29. ſect. 1.

32. *Refutatur ſecundò.* Secundò, quouiam ſicut Deus eſt prima cauſa phyſica, ita etiam eſt prima cauſa moralis, ergo ſubordinarionem requirit in voluutate creata, in quantum eſt cauſa moralis non minorem quàm in ratione cauſæ phyſicæ. Quare ſicut pro munere primæ cauſæ phyſicæ, neceſſarium eſt phyſicè prædeterminare, ita pro munere cauſæ moralis determinare moraliter neceſſarium erit.

33. Denique contta ſolutionem quæ concedit, Deum eſſe cauſam phyſicam, non verò cauſam moralem dicemus plura diſp. 32. ſect. 3. concl. 2. à uum. 14. & ſect. 6. prope initium.

SECTIO III.

Materialis actionis peccati cauſam phyſicam eſſe Deum, implicat non minus, quàm eſſe cauſam moralem.

1. ERit hæc altera via teſutandi ſolutionem primam quam in præcedenti ſect. num. 5. & 8. retulimus, tacitè námque videtur concedere, materialis actionis malæ Deum eſſe cauſam phyſicam: alioqui fruſtra diſtingueret moralem cauſam, & illius rationem peculiarem redderet ſi poſt negatam Deo moralem cauſalitatem, deberet ſimiliter negare cauſalitatem phyſicam.

2. *Prima concluſio.* Sit igitur concluſio prima: Materialis actionis malæ Deus non ſolùm non eſt cauſa moralis, ſed neque cauſa phyſica eſt, ſi propriè abſolutè & ſine diſtinctione loqnendum ſit: & oppoſitum implicat contradictionem. *Probatur primò.* Probatur primò, quoniam Scriptura, Cnncilia, & Patres, quando negant, Deum eſſe mali operis cauſam, non limitant cauſam moralem, ſed vniuerſaliter, & ſine limitatione pronuntiant, Deum non eſſe cauſam. Cuius contradictorium, uimirum Deum abſolutè & ſimpliciter cauſam eſſe mali operis, concedendum foret; ſi Deus eſſet cauſa phyſica illius. Nam cauſa phyſica eſt ſimpliciter & abſolutè cauſa. *Confirmatur.* Cnnfirmatur, quoniam Scriptura, Concilia & Patres loquuntur non ſolum de formali ratione malitiæ, ſed etiam de materiali & reali opere, quidditatiuè contrario diuinæ legi & virtuti: vt plurimis diſputationibus oſtendemus infra 31. & ſequentibus.

3. *Probatur ſecundò.* Probatur ſecuudò, quoniam Priſcilianus non dicebat aſtra eſſe moralem cauſam malæ aut bonæ actionis uoſtræ; imò error illius ſupponebat oppoſitum. Neque enim aſſerebat, ſtellas conſilio, præcepto, aut alia qnauis morali cauſalitate determinare; ſed ſua naturali influentia, quæ cauſalitas eſt planè phyſica. Nihilominus tamen iure optimo à Patribus & cæteris Theologis refutatur, non ſolùm quia libertatem adimit, ſed etiam, quia inde ſequitur peccati immediatam cauſam determinantem eſſe ſtellas, & mediatam eſſe Deum, qui illarum ordines, virtutéſque conſtituerit. Ergo cauſalitas phyſica operis mali, etiam pro materiali Deo repugnat non minus, quàm moralis cauſalitas. Confirmatur, nam Manichæi Deum faciebant non moralem cauſam, ſed phyſicam, vtpote natura ſua determinatum ad malum; & tamen à Patribus impugnantur eo argumento (vltra alia multa) quoniam Deum faciebant peccati authorem. De cuius argumenti robore dicemus ex profeſſo diſputatione 38. ſectione 1. & 2. in præſenti námque ſufficit aduotare, quod attinet ad phyſicam ſeu naturalem cauſalitatem, prout à morali cauſalitate coudiſtinguitur.

Tertiò probatur, quoniam cauſalitas phyſica eſt vera & realis efficientia; at verò moralis cauſalitas non eſt realis, ſed tantùm ſecundùm rationem, ac proinde ſecundùm quid. Ergo Patres & Concilia quando abſolutè dicunt, Deum non eſſe cauſam voluntatis malæ, aut operis praui veniuut intelligendi primario, ac præcipuè de cauſalitate phyſica: alioqui fuerint valdè impropriè locuti, perinde ac ſi abſolutè affirmaſſent, Deum non eſſe ens, quia non eſt ens rationis, ſed ſolummodo eſt ens reale. Huius rationis vis magis conſtabit diſputatioue 33. ſect. 4. fine; nunc autem confirmatur, nam prædictum diſcrimen phyſicæ cauſalitatis à morali, nnn ſolùm per ſe ipſum euidens eſt; ſed etiam à doctoribus contratiæ ſententiæ frequenter ponderatum ad probandum id, quod nos ſponte concedimus, videlicet, Deum phyſica efficientia concurrere ad quamlibet liberam volitionem: de quo diximus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 38. ſect. 2. 4. *Probatur tertiò.* *Cõfirmatur.*

Quartò explicatur ſimul & probatur à priori, quia omnis cauſa phyſica eſt directè & per ſe cauſa: ſed Deus nou eſt directè & per ſe cauſa materialis actus, cui quidditatiua eſt realis repugnantia cum diuina lege & recta ratione; ergo Deus non eſt cauſa phyſica illius, ſi propriè, & nulla limitatione adhibita loquendum eſt. Maior conſtat, quia cauſa, quæ non per ſe & directè ſed per accidens, & indirectè concurrit ad effectum aliquem, non eſt ſimpliciter cauſa phyſica; ſed cum addito diminuente, nimirum cauſa per accidens & indire[illegible]tè. Sic enim Ariſtoteles libro 2. phyſicor. cap. 5. text. 54. ait: *Vt accidens fortuna eſt cauſa, propriè autem nullius.* Et cum cauſa per accidens, ſecundùm plurimos gradus, plus minúſve recedat à proprietate & veritate cauſæ: ille gradus nobis in præſenti ſufficit, in quo aliqua cauſa concurrit ad effectum ſuæ primariæ intentioni contrarium, idque propter impedimeutum ab alia cauſa oppoſitum. Qua ratione grauitas non eſt ſimpliciter & propriè loquẽdo cauſa phyſica aſcendendi ſurſum, ſed potius deſcendendi, quamuis inde ſæpe contingat, reſilire ſurſum, ſi poſt adquiſitum impetum inueniat deſcendendi impedimentum. 5. *Probatur quartò.* *Ariſtoteles.*

Deinde probo minorem, quia ſi Deus directè & per ſe foret cauſa materialis actus, cui quidditatiua eſt realis repugnantia cum diuina lege, Deus eſſet etiam cauſa malitiæ, quæ non alio modo cauſatur, niſi cauſando directè & 6.

per

S. Thomas per ſe materialem actum. Quod ipſum S. Thomas expreſsè docuit 1.2. q.80.art. 1.ioirio corporis dicens: *Peccatum actus quidam eſt. Unde hoc modo poteſt eſſe aliquid directè cauſa peccati, per quem modum aliquis directè eſt cauſa alicuius actus.*

Confirmatio prima. Confirmatur primò ex ſequenti contextu, vbi ait, prædictum modum directè cauſandi actum, & peccatum, non contingere, niſi per hoc, quod cauſa mouet ad agendum proptium principium illius actus, quod principium eſt ſola voluntas creata. Ergo ſi diuinus concurſus voluntatem creatam mouet directè, & per ſe ad actum peccati, couſequens eſt mouere ad peccatum ipſum.

7\. *Confirmatio ſecunda.* Confirmatur ſecundò, nam ex eo quòd nulla cauſa præter Deum poſſit mouere voluntatem noſtram, & Deus, quamuis poſſit voluntatem noſtram mouere ad bonum actum, non poteſt mouere ad actum, qui malus eſt, colligit S. Thomas ibidem, ſolam voluutatem eſſe directè cauſam peccati, quantum attinet ad ea quæ effectiuè & immediatè interius voluntatem mouent: quamuis proponendo obiecta, & occaſiones ac varias illatum circunſtantias offerendo, etiam dæmones & homines mouere poſſint. Vnde conſtat apud S. Thomam, eam eſſe cauſam peccati, quæ directè mouet & determinat ad actum ipſum materialem. Studioſi lectoris erit attentè inſpicere priorem partem citati articuli: inueniet enim hanc eſſe Angelici doctoris mentem.

8\. *Confirmatio tertia.* Couſirmatur tertiò, nam eandem doctrinam fuſius explicuit in q. 3. de malo art. 3. corpore; vnde colligere & copulare debemus tres valdè diſtantes propoſitiones, quæ ſunt quaſi netui colligantes, & roborantes interiacentem diſcurſum eiuſdem articuli. Prima propoſitio eſt. *Prima S. Thomæ propoſitio.* *Sicut in formis producendis, cauſa perficiens eſt, ex cuius actione directè conſequitur forma, ita in actibus eliciendis cauſa perficiens eſt, ex cuius actione agens directè inclinatur ad agendum: peccatum autem non eſt forma, ſed actus. Illud ergo per ſe poteſt eſſe cauſa peccati, quod poteſt directè mouere voluntatem ad actum peccati.* *Secunda.* Secuudam propoſitionem ſcribit longè inferius prope finem corporis dicens: *Motus voluntatis directè procedit à voluntate, & à Deo qui eſt voluntatis cauſa, qui ſolus voluntatem inclinare poteſt in quodcumque voluerit.* Ex quibus duabus propoſitionibus optimè colligeretur, Deum eſſe per ſe cauſam peccati, directè inclinando voluntatem ad actum; niſi protinus S. Thomas explicuiſſet ſecundam propoſitionem, docens, eam poteſtatem iuclinandi voluntatem ad actum non poſſe exerceri à Deo circa actum peccati. ad quod ſignificandum ſubdit: *Deus autem non eſt cauſa peccati, vt ſuprà oſtenſum eſt. Relinquitur ergo, quod nihil aliud ſit directè cauſa peccati humani, niſi voluntas.*

9\. *Confirmatio quarta.* Confirmatur quartò, nam propterea ſanctus Thomas in eodem corpore artic. docuerat, voluntatem à Deo neceſſariò moueri circa finem, ſed non neceſſariò moueri circa particularia bona, vt voluntas per ſuam libertatem poſſit ſe ipſam determinare, ſi voluerit, ad turpem actum, ad quem Deus determinare non poteſt. Eandem prorſus doctrinam ex q. 3. de malo art. 3. ad aliud propoſitum ſequitur Capreolus in 2. diſt. 25. q. vnica art. 1. poſt concl. 3.

10\. *Probatur quintò.* Quinta probatio præcedenti cognata ſumitur ex D. Thom. 1. p. quæſt. 49. artic. 1. & 2. in corporibus: nam agens non alia ratione cauſat corruptionem ac defectum; niſi in quantum ſua virtute & perfectione producit aliquam formam intentam ab agente, ex qua ſequitur ex neceſſitate alterius formæ priuatio, quamuis ſequatur per accidens. Et propterea docet, Deum eſſe cauſam cuiuſque mali naturalis, non autem liberi mali. Ergo ſi Deus cauſaret determinando ſpecificam rationem poſitiuam odij, ex qua neceſſariò ſequitur priuatio amoris debiti; Deus eſſet cauſa mali moralis, quamuis per accidens, quemadmodum eſt cauſa mali naturalis. Huius autem Conſequentis falſitas conſtabit magis diſp. 35. ſect. 6.

11\. *Probatur ſextò.* Sexta probatio, licet peculiariter agat de obduratione, atque excæcatione; rationis tamen paritate concludit, ſentiendum eſſe idem de quibuſcuuque actionibus peccatorum. Sanctus *S. Thomas.* Thomas igitur 1. 2. quæſt. 79. artic. 3. initio corporis: *Excæcatio, inquit, & obduratio duo important; quorum vnum eſt motus animi humani, inhærentis malo, & auerſi à diuino lumine: & quantum ad hoc Deus non eſt cauſa excæcationis, & obdurationis; ſicut non eſt cauſa peccati.* At verò motus animi humani, inhærentis malo, eſt actus realis materialis. Ergo huius Deus non eſt cauſa, ne ſit cauſa peccati, & excæcationis, quatenus peccatum eſt.

12\. Quod idem clarius docuerat in 1. diſt. 40. quæſtione 4. articulo 2. corp. initio dicens: *Obduratio dicitur quandoque actus voluntatis obſtinata in malum, cui pertinaciter adhæret. Et ſic conſtat, quod obdurationis cauſa non eſt Deus, ſed homo: ſicut neque alicuius actus peccati, in quantum deformis eſt.* Id eſt ſecundùm eam rationem ſpecificam, in qua conſiſtit poſitiua & realis deformitas & à qua prouenit deformitas priuatiua. Alioqui ſi ſanctus Thomas reduplicaret ſolam priuationem bonitatis, fruſtra mentionem feciſſet actus: ſed clarius dixiſſet, malitiæ Deum non eſſe authorem. Rurſus pondera ex contextu ſequenti conſtare, non à Deo, ſed ab homine determinari prædictam actionem. Subiungit enim, prius ſupponi, hominem non velle recipere gratiam vt à peccato recedat, & ex ſuppoſitione huius Deum non velle infundere, ideóque abſolutè loquendo, primam cauſam huius defectus eſſe ex parte hominis. Sic etiam 1. diſt. 47. q. vnica art. 2. corp. ait: *Multa fiunt, quæ Deus non operatur.* Perpende verbum, *fieri*, quod non propriè ad priuationem, ſed ad poſitiuum actum refertur, & ratione illius ad conſequentem priuationem. Denique Antoninus 1. p. tit. 6. cap. 12. & Raynerius in pantheolog. verbo, *reprobatio*, cap. 5. explicant dilucidè ſententiam, & præcipua verba quæ nuper retulimus ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 80. art. 1. & q. 79. art. 3.

13\. Obiiciet aliquis, omnium Scholaſticorum conſenſum alia ex parte primæ concluſioni repugnare. Quia tanquam axioma frequenti ſermone receptum vſurpans S. Thomas de malo *S. Thomas.* quæſt. 3. art. 2. in fine corporis ait: *Propter hoc dicitur, quod actio peccati eſt à Deo ſed peccatum non eſt à Deo.* Et in 2. ſenten. diſtinctione 37. quæſt. 2. articulo 2. & 1. 2. quæſtione 79. articulo 2. corp. oſtendit, Deum eſſe cauſam actus peccati, in quantum eſt actus & ens: quem ſequitur Vincentius Beluacenſis, in tomo 3. ſpeculo morali lib. 3. diſt. 9. tranſcribens eadem verba S. Thomæ in q. 79. citata: & eodem mo-

do loquuntur Antoninus, Capreolus, Conradus, Caietanus, Raynerius, & cæteri diſcipuli S. Thomæ.

14. Imò & cæteri communiter Scholaſtici concedunt huiuſmodi propoſitiones: *Actio & res ſubſtrata peccato eſt à Deo. Deus eſt cauſa actionis, & rei, quæ denominatur peccatum.* Quo loquendi modo vtitur Albertus 2. p.q. 134. membr. 1. & 2. Alexand. 2.p.q. 100. membr. 3. art. 6.§.3. S. Bonauent. 2.diſt. 37. art. 1. q. 1. vbi Ricardus art. 2. q. 1. corp. & ad 1. Et fuſius, actiúſque quàm cæteri probat Ægidius 2. ſent. diſt. 37. q. 1. art. 3. Cui conſonat alter modus loquendi S. Auguſtini, Anſelmi & Scholaſticorum dicentium, Deum in malis operibus feciſſe quod ſint, ſed non, quod mala ſint: vt videbimus diſp. 37. ſect. 3. poſt med. & ſect. 8.

Modus loquendi Auguſtini.

Sic etiam Scotus 2. diſt. 37. q. vnica, dum reſpondet ad argumenta quartæ quæſtionis, ad penultimum argumentum ait: *Actus voluntatis mea eſt inordinatus, quia caret rectitudine debita; iſte autem actus à Deo cauſante, eſt ordinatè volitus, ſicut materiale reſpectu cauſantis:*

15. Confirmatur, nam quamuis communiter Theologi reiiciant doctrinam Gabrielis in 2. diſt. 37. q. vnica art. 3. dub. 1. dicentis, veram eſſe hanc propoſitionem: *Deus peccatum facit.* Quia ſecundùm dialecticas regulas appellationis, ſenſus eſt, Deum non facere formalem rationem peccati, ſed materialem illius entitatem, quo eodem modo Nominales alij loquuntur, vt Gregorius, Marſilius, Maior. Nihilominus multi non alia ratione reiiciunt, niſi quia periculum imminet intelligendi, Deum eſſe authorem malitiæ: alioqui exiſtimant, adhibita explicatione ac limitatione ad materiale peccati concedi poſſe: *Deus peccatum facit.*

16. Imo quidam Theologi antiquiores Magiſtro exiſtimabant, homicidium, adulterium, & quodcumque peccatum, in quantum eſt actus & volitio, & in quantum eſt eſſe à Deo, tanquam ab authore: non verò in quantum deordinatè contra legem Dei fit, & ſine debito caret, quia vt ſic, nihil eſt, ſed defectus & peccatum. Hanc opinionem eiúſque fundamenta refert Magiſter 2. diſt. 35. à cap. *Quidam autem*, ſed poſtea diſt. 37. init. ait: *Alij plurimi aſſerunt, voluntatem malam, & actum malum peccata eſſe, & nulla ratione bona, neque ſecundùm aliquam rationem ex Deo authore eſſe. quia ſine Deo fiunt.* Cuius fundamentum ſuperfluum duxi referre, præſertim cùm aliæ incidant occaſiones tangendi aliquas authoritates earum, quas ibi citat ex Auguſtino. Et quamuis huius controuerſiæ deciſionem relinquat lectoris arbitrio: Magiſter tamen propẽſionem oſtendit ad hanc ſecundam ſententiam. Hanc opinionem eſſe propinquiſſimam errori duplici, quorum alter ponit, plura eſſe prima principia; alter verò aſſerit, non reduci in Deum omne ens, & omnem actionem, notat S. Thomas in 2. diſt. 37. q. 2. art. 2.

Magiſter.

17. Ad ſolutionem obiectionis & plenam ſimilium locutionum explicationem ſit concluſio ſecunda. Tres ſunt modi, quibus actionem peccati eſſe à Deo, tradunt Scholaſtici doctores. Primus refertur ad exteriorem actionem, quæ ex ſe non habet inſeparabilem turpitudinem; ſed honeſtè fieri poteſt. Ideóque illa tota referri poteſt in Deum, vt in authorem, præſcindendo à denominatione extrinſeca, quam habet ea imperio voluntatis. Veluti ſi dicas, Deum fuiſſe cauſam, & authorẽ illius exterioris motus, quo Adamus pomũ ex arbore decerpens ori applicuit & comedit; ita tamen vt non fuerit cauſa, niſi ex ſuppoſitione quod libera volũtas Adami ſe ad illum actum exteriorem applicuit. Alioqui ſi Deus incitaret, ac pręmoueret prius ad illum actum, eſſet cauſa peccati: vt dicemus diſp. 40. ſect. 2.

2. Concluſio

Primus modus, quo actio peccati eſſe à Deo dicitur ab Scholaſticis.

18. Secundus modus refertur ad rationem communem actionis interioris, quæcunque illa fuerit, quæ non incluſerit realem repugnantiam cum diuina lege & ratione. Quomodo in volitione, qua peccauit Adamus conſiderari poteſt ratio entis & bonitas tranſcendentalis, ſeu bonitas in genere naturæ (vt loquuntur Scholaſtici) item communis ratio actionis vitalis, ratio volitionis: Inſuper etiam ratio volitionis comedendi, quæ vt ſic, præciſè conſiderata, non includit repugnantiam cum diuina lege, & ratione. Quapropter harum omnium rationum abſtractarum concedi poteſt Deus eſſe author & cauſa, dummodo cautè notetur, Deum quantum ex ſe eſt, inclinare, vt illæ rationes communes applicentur ad bonas actiones particulares, & non ad eas, quæ legi diuinæ contrariæ ſunt. Vide diſp. 44. ſect. 2.

Secundus modus.

Quo pacto Deus poſſit dici author rationum communium quæ in peccato ſunt, nec malitiã habent, ſi præſcindantur

19. Tertius modus refertur ad ſpecificam rationem interioris actionis, quæ intrinſecè, & realiter contraria eſt diuinæ legi, & rationi. Quomodo in volitione Adami conſiderari poteſt ſpecifica ratio, qua tanta appretiatione amabat apparens bonum comedendi pomum, vt illud anteponeret diuino præcepto, quod ſciebat conculcari. Huius etiam rationis ſpecificæ & realis concedi poterit Deum eſſe cauſam, dummodo adiungatur ſimul explicatio limitans atque minuens, vt Deus talem rationem ſpecificam non cauſet intendens illam per ſe & directè; ſed per accidens, & contra ſuam primariam intentionem determinatus à libero arbitrio creato concurrat Deus ad illam etiam rationẽ ſpecificam.

Tertius modus.

Cum addito diminuente concedi poſſit Deus author interioris actionis ſecundum ſpecificum conceptum, qui quidem aliis contraria eſſet diuinæ legi.

20. Hanc eſſe Scholaſticorum mentem conſtabit legenti ſingulos, & attentè conſideranti quæ retulimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 49. & 50. & in eodem num. 20. verſus finem. maximè verò ex S. Thoma, qui plurimis in locis aſſerit expreſsè, agentia libera determinare ſuas actiones, etiamſi reducantur in Deum. Et peculiariter id aſſeruerat in eadem diſt. 37. citata q. 1. art. 1. in fine. Sed pręſertim in Ægidio, qui acrior fuit in hac re, notandum eſt, quod in eadem diſt. 37. q. 2. art. 1. corpore docet, tam circa dominiũ volũtatis ſupra ſuam volitionẽ, vt illa vtatur, prout voluerit, quam circa malũ vſum volitionis, quo volitio applicatur obiecto prohibito. Quem modũ agendi expreſsè docet, non eſſe à Deo, quáuis prius dixiſſet, eſſe modũ realem ex parte actus, & relationem realẽ actus ad voluntatem. Sed clarius hoc conſtabit diſp. 39. præſertim ſect. 3. vbi oſtendemus, omnes ſcholaſticos doctores, etiam Ægidiũ docere, Deũ, quod ex ſe eſt, non determinare, neq; inclinare ad materialẽ actionẽ peccati.

21. Hinc colligitur primò, locutiones Scholaſticorum ſupra citatas nihil repugnare cum noſtra aſſertione prima, quia vt Deus abſolutè & ſine vlla diſtinctione diceretur eſſe cauſa phyſica materialis actionis, quæ mala eſt, oporteret Deum eſſe cauſam phyſicam determinantem ad totam actionem, & pręſertim ad rationem ſpecificam, à qua habet, vt mala ſit.

Ex dictis prima illatio.

Colligi

22. *Secunda illatio.* Colligitur ſecundò, ſcitè & cautè locutos eſſe Theologos, qui obſeruant Deum non eſſe cauſam, quæ tribuit ſpeciem actui peccati: neque Deum eſſe cauſam, vt actus ſit materiale peccati, neque vt ſit fundamentum malitiæ: neque Deum facere id, vnde actus habet, vt ſit fundamentum malitiæ: & ex influxu Dei non prouenire, quod actus ſit talis. Similia notat Ludouicus Molina 1. p. q. 19. art. 6. diſp. 3. in appendice §. *ibidem tamen*, & §. *His poſitis.* & in Concordiæ poſtrema additione q. 14. diſp. 32. §. *ad tertium*. Eodem ſenſu loquuntur alij Theologi dicentes: Deus non facit actum ſub ea ratione, qua neceſſario infert deformitatem & malitiam. Alij dicunt: Deus in peccato non eſt cauſa materialis proximi, ſed remoti. Appellantes materiale proximum rationem ſpecificam quidditatiuè contrariam diuinæ legi, & materiale remotum rationem communem, & abſtrahentem à contrarietate cum diuina lege.

23. *Temperant ſuam ſententiam recentiores citati ſect. 1. ſed voce tenus.* Verbo tenus ad eoſdem ſentiendi modos proximè accedunt recentiores citati ſect. 1. quando ſuam ſententiam ita temperant, vt Deus non ſit cauſa peccati pro materiali, ſi ly *pro materiali*, accipiatur formaliter, & vt dicit reſpectum ad formale peccati. Quoniam actus ex cauſalitate Dei non habet quod dicat ordinem ad formale peccati, vel fundet malitiam moralem, aut ſubiiciatur illi, ſed habet ex defectu voluntatis creatæ: vt notat Didacus Aluares diſp. 24. concl. 5. num. 23. Cui conſequens eſt, Deum non prædefinire, nec phyſicè prædeterminare materialem actionem peccati, neque prædeſtinare ſecundùm quod eſt initium & fundamentum ex quo deformitas conſequitur. atque vt induit rationem materialis, quod notant Nauarrete tom. 1. controu. 25. §. 4. concl. 8. & controu. 26. concl. 8. Ledeſma art. 18. concl. 1.

24. *Valdè tamen inter diſtant.* Re tamen atque mente longè diſtant ab eo, quod prædictæ voces ſonant. Si enim Deus non à libera malitia hominum, ſed libero ſuæ voluntatis affectu determinatus prædefinit, decernit, & ſuo efficaci concurſu prædeterminat vt hic homo, hic & nunc eliciat totam realitatem, & omnem intrinſecam rationem, tam ſpecificam, quàm numericam odij Dei; cum in illa quidditatiuè includatur realis contrarietas cum Dei amore naturali, ac diuina lege præſcripto: & ex hac contrarietate per ſe, atque neceſſariò conſequatur deformitas, & malitia, quam fundat; eo ipſo Deus cauſat materiale peccati, in quantum eſt materiale, fundans malitiam moralem, & in quantum eſt reale principium, à quo neceſſariò conſequitur peccati malitia. Quam illationem probant rationes omnes, quas adduximus pro concluſione prima. Vt igitur hi authores verè, atque in re ipſa defendere poſſent, materiale peccati, in quantum eſt materiale fundans malitiam, non cauſari; nec prædefiniri à Deo, deberent ſimul aſſerere ad illam ſpecificam & realem repugnantiam cum diuina lege, quæ in odio Dei clauditur, diuinam prædefinitionem, & concurſum non inclinare; ſed potius quantum ex ſe eſt, ab illa retrahere, inclinando ad amorem Dei, relicta interim poteſtate, vt voluntas creata determinet ſeipſam, & conſequenter diuinum concurſum ad illam realem repugnantiam cum diuina lege producendam. De quo dicemus diſput. 35. ſect. 2. contra ſolut. 3.

25. At inquis: Diuinus concurſus influit in totam illam realem contrarietatem cum diuina lege & amore Dei, atq; producit illam non ſolùm quantum ad rationem genericam, ſed etiã ſpecificam & numericam. *Præoccupatur ſolutio.* Etenim diuinus concurſus propter ſummam perfectionem, & vniuerſalitatem penetrare debet vltimas quaſque differentias & gradus, quos tranſcendit ratio entis. Ergo Deus verè cauſat materiale peccati ſub ea ratione, qua fundat malitiam. *Soluitur.* Huic argumento nunc ſatis eſt dicere, aliud eſſe concurrere ad vltimam & infimam quamlibet rationem realem actus: aliud verò ſimpliciter & abſolutè illam cauſare. Nam primum concedendum eſt Deo; ſecundum verò negandum, quando infima ratio eſt contraria diuinæ legi, quia Deus non eſt cauſa vt exiſtat talis ratio ſpecifica; ſed potius, quantum ex ſe eſt, cauſaret vt non exiſteret; niſi creatæ voluntatis malitia, & munus primæ cauſæ compelleret: vt conſtabit ex tota diſput. 28. & magis ex diſput. 29. & diſp. 45. ſect. 2. 7. & ſequent. & diſp. 50. præſertim ſect. 4.

26. Tertia concluſio. Quicunque doctores negant, diuino concurſu determinari voluntatem ad materialem actionem peccati, iidem rectè, & conſequenter dicunt, Deum non eſſe cauſam moralem eiuſdem actionis. Vnde rectè colligitur, eos concedere Deum eſſe quodammodo cauſam phyſicam, nimirum contra ſuam intentionem, & per accidens determinatam à creata voluntate. Ex quo non ſequitur, Deum eſſe cauſam peccati ſeu mali. Atque in hoc ſenſu loquuti ſunt omnes doctores, quos retulimus in ſect. 2. num. 8. & 9. Quapropter eorum vnus, videlicet Soto immeritò refutatur à Medina 1. 2. q. 79. art. 2. §. *Hic modus*, in fine dicente: *Medina* *Quod Deus ſit cauſa naturalis peccati tam abſonum videtur, & à vera Theologia abhorrens, quàm quod Deus ſit cauſa moralis peccati; imo peius eſſe videtur: ſignificatur enim quod Deus ſua natura malus ſit.* Hæc enim doctrina ſecundùm ſe vera nihil oppugnat eam Theologiam qua ita negatur Deo moralis cauſalitas actionis, vt eo ipſo denegetur cauſalitas phyſica directè & per ſe intenta, eo quod Deus non determinat, modo ſuperius explicato.

27. *Illatio & valida impugnatio.* Ex toto præcedenti diſcurſu colligitur noua & valida impugnatio primæ ſolutionis poſitæ in ſect. 3. quatenus accommodatur ad defendendam phyſicam prædeterminationem materialis actionis peccati. Quia dato & non conceſſo, per illam ſolutionem rectè defendi, Deum, ne conuincatur eſſe moralis cauſa peccati: attamen non defenditur Deus ne conuincatur eſſe abſolutè ac directè cauſa phyſica non ſolùm actus; ſed etiam peccati. Vt in aſſertione prima monſtrauimus.

28. *1. Confirmatio.* Cõfirmatur primò, quoniam iure optimo à recẽtioribus diſcipulis S. Thomæ refutatur ſententia Caiet. 1. 2. q. 79. art. 1. concedantis Deum eſſe cauſam mali moralis, quia Deus verè efficit differentiã eſſentialem actus, quã Caietan. exiſtimat eſſe malitiã moralem. Contra quam ſententiam non eſt locus in præſenti fuſiùs diſputandi; Solummodo notãda ſunt verba Medinæ in eadem q. 79. art. 2. §. Hic modus: *Medina.* *Aſſerere, Deum eſſe authorem malæ conuerſionis contra virtutem, valdè abſurdum eſt. Sequitur enim Deum eſſe cauſam mali moralis: præſertim ſecundùm ipſum, qui tenet, formale in peccato eſſe cõuerſionem contra virtutẽ. Item ſequitur ex eo, quod Deus hominẽ moueat ad operandũ cõtra virtutẽ: quod tamẽ ſacris literis nõ benè cõſonat,*

Vnde colligo, illum etiam, qui exiſtimatur fuiſſe primatius author phyſicæ prædeterminationis, agnouiſſe, impoſſibile atque ſacris literis repugnaos eſſe, quod Deus moueat ad illam realem, & poſitiuam monſtroſitatem, quæ eſt differentia eſſentialis actus, & eſt realiter & intrinſecè contraria virtuti. Confirmatur ſecundò, nam ſtatim ſubdit: *Opus quod fit, & eſt volitum à Deo, eo ipſo eſt diuina regula, & virtuti conforme. Ergo implicatio contradictionis eſt, quod Deus moueat contra virtutem.* Et ex ſequenti contextu conſtat, quod loquitur de qualibet cauſalitate, ſiue morali, ſiue phyſica.

2. Confirmatio.

SECTIO IV.

Optimi finis intentio Deum non excuſaret.

1\. EX principiis, quæ præcedenti ſectione conſtituta ſunt, oſtenduntur eſſe inſufficientes aliæ ſolutiones, quas præcipuo argumento, in ſect. 2. propoſito, adhibent aliqui contrariæ ſententiæ doctores. Secunda igitur ſolutio rationem diſcriminis ita ſumit ex fine. Homini, vel Angelo imputatur peccatum tanquam authori, ſed non Deo, quia Deus operatur omnia propter ſeipſum, tanquam propter finem, & operatur ſecundùm rationem formalem obiectiuam ſuæ potentiæ, quæ eſt ratio boni. Quapropter quidquid priuatur ratione boni, & ordine ad Deum non producitur à Deo, neque extenditur Dei potentia ad illud, niſi præciſè ſub ratione entis. At verò dæmonis & hominis mala voluntas verſantur circa malum, & circa obiectum: quapropter imputari debet ipſi tanquam authori. Hanc ob cauſam prædefiniendi materiale peccati rationem formalem aſſignant, ſecundùm quod ex illo reſultat peculiaris gloria Dei.

Alia ſolutio.

2\. Hæc ratio euidenter demonſtrat implicare contradictionem Deum eſſe authorem peccati; ſed non ſatisfacit rationibus, quæ probant ex hypotheſi quòd Deus prædeterminet materialem actionem peccati rectè inferri; Deum eſſe authorem peccati: vt conſtabit expendenti melius ſingulas rationes ſuperioris ſectionis. Nunc peculiares iſtius ſolutionis refutationes adiungo, quarum prima ſit, quoniam ille, qui metu graui compulſus iurat falſum, aut inopia vrgetur & trahitur ad furandum aliquando ab imo pectore deteſtatur malitiam illarum actionum, & quantum poſſibile foret præoptaret, ab illis reſecari malitiam, & oppoſitionem cum diuina lege, ſolámque ſibi relinqui materialem actionem periurij & furti, ſimul retenta Dei gratia, & obſeruantia diuinæ legis; nihilominus adhuc ille verè eſt author & moralis cauſa peccati & malitiæ ex eo ſolummodo, quia vult realiter & actu exercere actiones illas, quæ realiter & actu exiſtere nequeunt ſine malitia. Ergo etiam Deus cenſebitur author, & cauſa malitiæ; ſi vult efficaciter, & prædeterminat actionem materialem, cui poſitæ in re non poteſt non conuenire malitia.

Non ſatisfacit rationib. in contrarii adductis.

Vlterius tamen impugnatur prima ſolutio.

3\. Confirmatur, quia quamuis prædictus periurij reus vel fur adhiberet ſummum ſtudium poſſibile, vt à ſua intentione reſecaret omnem affectum, & intentionem malitiæ & oppoſitionis cum diuina lege, & adhiberet optimum finem, veluti liberandi innocentem per falſum iuramentum, vel dandi eleemoſynam ex furto: imò quamuis intenderet cooperari Deo ad eoſdem ipſos altiſſimos fines, quos Deus intendit quando prædeterminat hominem ad prædictas actiones, adhuc ille homo verè eſſet author malitiæ, & peccati. Ergo prædictæ intentiones bonæ non ſufficiunt liberare Deum ne verè ſit author peccati: ſi ipſe prædeterminat, vt in rerum natura exiſtat, & producatur ab homine illa materialis actio: quàm neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur malitia.

Optimi finis intentio non reddit honeſtum illud, quod eſt intrinsecè turpe.

Vnde refutatur ſecundò, quia ſequeretur inde, meritò à Deo & ab hominibus vſurpandam eſſe illam mutuam adhortationem: *faciamus mala vt veniant bona*, dummodo non ad formalem rationem malitiæ dirigeretur eorum intentio, ſed tantùm ad reales actiones realiter contrarias virtuti & rationi rectæ; veluti ad reale odium Dei, reale mendacium, & periurium, præſcindendo à malitia. At verò Paulus ab hac impiorum calumnia vehementer abhorret ad Rom. 3. dicens: *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico) Abſit alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc ego tanquam peccator iudicor? Et non (ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala vt veniant bona: quorum damnatio iuſta eſt.* 4

Poſſent ſe mutuò hortari Deus & homo ad mala facienda vt bona eueniret.

Roman 3.

Sed ais: Paulus loquitur de faciendo malo in quantum malum eſt. Atque idem ipſum ego libenter fateor: ſed inſuper addo id, quod noſtro argumento ſufficit, nimirum Paulum agere etiam de materiali, & reali actione, virtuti contraria, quam docet, non eſſe faciendam eo fine, vt Dei gloriam amplificet. Hoc autem probo, quia ratio qua Paulus vtitur vim habet non ſolùm in ratione formali peccati, ſed etiam in actione ipſa realiter contraria virtuti & rationi rectæ. Ratio enim Pauli, ſi ad ſcholaſticam formam reducatur, ſic ſe habebit: Mendacium & iniquitas noſtra non eſt cauſa per ſe & directè, ex qua proueniat Dei gloria, ſed tantùm per accidens, in quantum Deus ex illa colligit bonum: Ergo non eſt faciendum mendacium, & iniquitas, vt veniant bona. Antecedens probat Paulus, quia ſi mendacium & iniquitas noſtra eſſent cauſa per ſe, & directè, ex qua proueniret Dei gloria, ſequeretur, nos propter hæc opera eſſe præmio potius, quàm ſupplicio dignos. Quapropter iniquus eſſet Deus, qui infert iram puniendo. At contra Deus iuſtè punit. Ergo mendacium & iniquitas noſtra non cauſant per ſe, & directè diuinam gloriam. 5

Vim habet etiam in materiali actione.

Peccata non per ſe, aut directè, ſed per accidens cauſant Dei gloriam.

Hanc eſſe vim in ratione Pauli, conſtat ex cõmentario S. Thomæ; clariúſque ex aliis expoſitoribus. Cæterum non obſcurè ſumitur etiam ex Chryſoſtomo, & Oecumenio, Theodor. Ambroſ. Anſelmo, aliiſque Patribus in eum locum: ſemper enim tanquam abſurdas proponunt omnes formulas loquendi, quæ denotant cauſalitatem noſtrorum peccatorum, ex vi cuius colligatur diuina gloria, & pronuntiant, huiuſmodi propoſitiones: Iniquitates & mendacium non glorificant Deum; non ſunt cauſa gloriæ: nos per hæc opera non ſumus authores gloriæ, non glorificamus Deum; per ea 6

non

non proficimns ad diuinam gloriam: non ſumus cauſa victoriæ veritatis & iuſtitiæ. Hæc ſicut & alia ſimilia verba denotant cauſalitatem per ſe, quæ ſola eſt verè & propriè cauſalitas. Nam illa cauſalitas per accidens, quæ naſcitur ex ſola virtute & bonitate ſuperioris agentis Dei non eſt verè cauſalitas noſtrarum actionum, ſed ſolius Dei.

7. *Quantumuis formalis malitia præſcindatur, non poſſunt per ſe cauſare Dei gloriam, materiales peccati actiones.* Quo ſuppoſito vtor eadem ratione Pauli circa actiones materiales quidditatiuè & realiter contrarias virtuti, quantumcunque illas præſcindas à ratione malitiæ. Iſtæ námque actiones non ſunt cauſa per ſe, & directè ex qua proueniat gloria Dei, ſed tantum per accidens. Ergo neque à Deo, neque ab homine faciendæ ſunt eædem actiones, vt ex illis colligatur gloria Dei. Loquor autem de illo modo faciendi, qui determinet, vt actiones ſint contrariæ virtuti, & rationi rectæ. Antecedens probo, quia Deus iuſtè puuit operatores iſtarum actionum, & nulli præmium præbet propter materiales entitates illarum. Ergo illæ actiones non ſunt cauſa per ſe, & directè, ex qua proueniat diuina gloria. *Confirmatio.* Confirmatur, quoniam non ſolum in rationem formalem malitiæ, ſed etiam in prædictas actiones, realiter contrarias virtuti, optimè quadrant illa verba *S. Thomæ* S.Thomæ 1.p.q.19.art.9.ad 1. *Nihil iudicatur ſecundum illud, quod competit ei per accidens, ſed ſecundum illud, quod competit ei per ſe.* *Ad Rom. 6.* Eadem ratio colligitur ex cap. 6. ad Roman. *Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Si enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Quam rationem *Pet. Chryſol.* Petrus Chryſologus ſerm. 113. ſub init. ita exponit: *Siquidem medicus non vulneri, ſed curæ proficit & ſaluti: nec morbis, ſed ſoli congaudet ille ſanitati: Ita Deus non ad multiplicanda, ſed ad delenda delicta, imbrem ſuæ pietatis effudit.*

8. *Vualdenſis.* Tertia refutatio ſit illud ipſum argumentum, quod Vualdenſis lib. 1. doctrin. fidei cap. 28. ex profeſſo refutans ſimilem aliam doctrinam antiquorum, prope finem capitis addit: *Quia Dei exemplo hoc agerent homines, committendo furtum, vt inde parent eleemoſynam, & perpetrando periurium, vt redimant morientem contra mandatum Apoſtoli.*

9. *Eccleſ. 15.* *Impietas non eſt per ſe vtilis ad finem à Deo intentum.* Quarta colligitur ex Eccleſ. 15. *Non enim neceſſarij ei ſunt homines impij.* Ergo eorum propriis operationibus prauis Deus non indiget, tanquam medio vtili, & ordinabili ad aliquem finem à ſe intentum, qualis eſt illius gloria. *1. Confirmatio.* Confirmatur primò, quia omne medium amabile in ordine ad finem eſt vtile, & eo genere vtilitatis eſt neceſſarium. Hoc autem genere neceſſitatis, non ſunt neceſſarij Deo homines impij, ſicut neque *2. Confirmatio.* alia neceſſitate ſimpliciter. Confirmatur ſecundò, nam ſi materiales actiones impietatis eſſent media per ſe ordinabilia per diuinam intentionem ad ſuam gloriam colligendam, iam ad hunc ipſum finem Deo neceſſarij forent homines impij. Quoniam illi ſoli ſunt artifices & architecti ſimilium actionum, quas neque Deus ſe ſolo, nec homines ſancti patrare poſſunt.

10. Refutatur quintò, quoniam illa, quæ per ſe ipſa, id eſt ab intrinſeca quidditate ſunt mala, nulln bono fine licere poſſunt alicui: vt do- *Auguſtinus.* cet ſanctus Auguſtinus lib. contra mend. cap. 7. illis præſertim verbis: *Ea quippe opera hominum, ſicut cauſas habuerint bonas, ſeu malas, nunc ſunt bona, nunc mala, quæ non ſunt per ſeipſa peccata.* Nota illas voces, *Non ſunt per ſeipſa peccata*, id eſt, ab intrinſeco independenter à quacunque circunſtantia cauſæ finalis, vel perſonæ efficientis, & ſubdit: *Cum verò iam opera ipſa peccata ſunt* (ſubintelligit per ſe ipſa) *ſicut furta, ſtupra, blaſphemiæ, vel cætera talia; quis eſt, qui dicat, cauſis bonis eſſe facienda, vt vel peccata non ſint, vel quod abſurdius eſt, iuſta peccata ſint?*

Vbi nota primò, Auguſtinum loqui non ſolùm de formali ratione malitiæ; ſed etiam de materiali entitate illius. 11. *Prima notatio circa Auguſtinum.* Si quidem non ſolùm refutat eos, qui dicunt, peccata iuſta eſſe, ſi fiant propter bonum finem; ſed etiam eos, qui dicunt, blaſphemias & mendacia non eſſe peccata, ſi bonis cauſis fiant. Secundò nota, quamuis Auguſtinus loquatur de hominibus, eadem *Secunda notatio.* tamen ratio Auguſtini fortius militat in Deo pro illis operibus quæ per ſe ipſa & ab intrinſeco mala ſunt. Nam à malitia proueniente ab intrinſeca quidditate, non liberantur per bonum finem à Deo adiunctum, ſi Deus illorum operum author eſt. Ac proinde non licebit dicere, Deum eſſe authorem illorum operum, præciſè, quantum ad materialem rationem talis operis, quod ordinat in bonum finem, non verò, quoad rationem malitiæ.

Confirmatur primò verbis Innocentij Tertij cap. *Super eo*, de vſuris: 12. *Innocentius.* *Cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur; ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri, non videmus. Quia cùm Scriptura prohibeat, pro alterius vita mentiri; multo magis prohibendus eſt quis, ne pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur.* Quod ſi materialis entitas volitionis committendi vſuras, vel materialis entitas mendacij poſſent à malitia præſcindi, quando non intenditur earum malitia, ſed tantum intenditur bonus finis conſequendus per materialem entitatem illorum operum: iam ſuper his diſpenſatio fieri poſſet: nam diſpenſatio relinquit materialem tantum entitatem operis, ſublata malitia illius.

Sextò refutatur, quia intentio mali finis, 13. & tendentia ad malum culpæ, tanquam ad obiectum, in homine & Angelo ratio eſt, vt illis imputentur peccata (ſic enim prædicta ſolutio reſpondet.) Sed Deus efficaciter vult, & phyſicè prædeterminat totam illam realem intentionem mali finis, & totam realem tendentiam ad obiectum malum, ſicut prædeterminat cæteras omnes materiales actiones, etiam ſi malæ ſint. Ergo Deus eſt author & cauſa, vt dæmon & homo peccet. Probo conſequentiam, quoniam Deus eſt author & cauſa non ſolùm materialis actionis peccati, ſed etiam eſt author & cauſa, vt dæmon & homo eliciat realem intentionem mali finis, & realem volitionem malitiæ, tanquam obiecti à qua prouenit vtrique peccatum imputati. Conſequen- *Deus eſſet cauſa vt homines adiungerent malitiam formalem actionibus materialib.* tia probatur, quoniam quicunque eſt author & cauſa, vt homo non ſolùm eliciat materialem actionem, ſed etiam illi adiungat quamcunque rationem formalem, aut conditionem requiſitam, vt imputetur illi peccatum, eo ipſo eſt cauſa & author, vt homo peccet. 14.

Optimus finis in hac prædeterminatione quid efficeret? Refutatur ſeptimò, quia optimus finis propriæ bonitatis & gloriæ, quem Deus intendit in omnibus operibus, ſi aliquid excuſat phyſicam prædeterminationem actionis malæ ad

ſummum hoc tantum excuſat, ne Deo imputetur ad culpam, peccatum, & malitiam. Attamen nihil obſtabit, quominus Deo tanquam authori, & morali cauſæ imputetur ad virtutem, laudem & gloriam, quod cauſauerit materialem actionem odij Dei, & totam illius realem oppoſitionem cum diuina lege. Sic enim hæretici, qui Deum faciebant peccati authorem, hoc referebant ad ſummam laudem diuinæ bonitatis, ſapientiæ, atque potentiæ,

Ad ſummũ efficeret, vt Deo imputaretur ad laudem eſſe cauſam & authorem peccatis

15. Quod autem huic imputationi non obſtet bonus finis à Deo intentus inde probatur, quoniam bonus finis intentus, quamuis refundere poſſit bonitatem in voluntatem mediorum; nihilominus non poteſt impedire, quominus media imputentur, tanquam authori & morali cauſæ cuicunque perſonæ, quæ directè formaliter & efficaciter vult illa media propter illum finem. Denique ad huius ſectionis doctrinam confirmandam pertinent omnia, quæ dicemus diſputatione 33. ſect. 2. de proportione varia, ob quam diuinam voluntatem deceat aliqua obiecta velle, quæ non deceant creatam voluntatem; & quæ dicemus diſp. 32. ſect. 2. & diſp. 33. ſect. 3. à principio, referentes optimi finis intentionem, propter quam hæretici huius temporis Deum à culpa excuſare tentabant, licet moueret ad materialem actionem peccati.

Bona intẽtio non poteſt impedire quominus media imputentur cuicunque cauſa directè illa volenti.

SECTIO V.

Solutio tertia deſumpta ex obligatione, & ſubiectione ad legem, non ſatisfacit.

1. Inter diuinam & creatam voluntatem hæc ſolutio conatur oſtendere rationem diſcriminis, propter quam creatæ, & non diuinæ voluntati malitia imputetur; licet diuina voluntas ad actũ peccati moueat ac prædeterminet voluntatem creatam, quia nimirum creata voluntas legibus adſtringitur, quas quoniam violat, ideò imputatur illi malitia, & transgreſſio legis, quàm euitare tenetur. At contra Deus nulla tenetur lege, imò potius quadam veluti lege, & munere vniuerſalis cauſæ tenetur concurrere ad quamcunque actionem etiam malam, prędeterminando ad illam, & poteſt permittere peccata, neque tenetur illa impedire.

Inter creatã & increatã voluntatem diſcrimen.

2. Hanc ſolutionem breuiter attigiſſe videntur, qui rationem reddunt, propterquam voluntati creatæ, non verò prædeterminanti Deo imputetur malitia, quia creata voluntas eſt, quæ operatur ſine ſubiectione ad ſuam regulam. Ita Bañes 1. p. q. 49. art. 2. in fine, & Aluarez diſp. 24. pag. penult. cum Capreolo rationem reddit, quoniam priuatio comitatur actum, prout fit à tali agente, quod agendo talem actum, diſcrepat à ſua regula & lege. Nauarrete verò tom. 2. controu. 25. ſub finem rationem reddit, quoniam defectus, licet non ſit per ſe intentus ab homine qui peccat; tamen tribuitur eidem, quatenus ſe ſubtrahit à regula rationis ſecundùm genus cauſæ formalis, & quatenus ſe ſubtrahit à principio primo efficiente omnis rectitudinis, cuiuſmodi eſt Deus.

3. Et quoniam profitentur hanc ſolutionem eſſe D. Thomæ, inferiùs à num. 15. monſtrabimus, illum non fauere, ſed potius pugnare cum phyſica prædeterminatione materialis actionis peccati, quando reddit hanc ipſam rationem diſcriminis, quæ conſiſtit in ſubiectione, & obligatione humanæ voluntatis. Dicamus prius aliquid de cæteris Scholaſticis, inter quos exceſſit Ochamus in 2. q. 19. ante med. qui prædicta ratione diſcriminis vtitur, vt Dei bonitatem à culpa liberet, quamuis dæmonibus deneget Dei concurſum ad quemlibet actum bonum (vt falsò ille denegari exiſtimat: de quo dicemus diſp. 40. ſect. 5.) in qua doctrina fauere videtur phyſicæ prædeterminationi ad actum peccati, niſi aliunde integram ſeruaret libertatem dæmonis, ad cauendum peccatum, non quidem eliciendo bonum actum, ſed ſolummodo ceſſando ab actu malo.

Nonnullorũ authorum placita.

Improbabilius adhuc eſt, quod Gabriel in 2. diſt. 7. q. vnica art. 1. verſus finem docuit, Deum poſſe ſine libertate dæmonis in eo producere actum odij, aut ſaltem liberè productum ſine eius libertate conſeruare: neque propterea Deo imputari malum, quia non tenetur non producere, aut non conſeruare talem actum. Nihilominus agnoſcit bene Gabriel, tales actus eo ipſo non eſſe liberos: quapropter nullum inde patrocinium accipit phyſica prædeterminatio materialis actionis peccati. Similia docuerat in 1. diſt. 42. q. vnica verſus finem. 4.

Alij Scholaſtici non pauci reddunt prædictam rationem diſcriminis ex obligatione deſumptam, non vt defendãt prædeterminationẽ phyſicã, ſed generalem Dei concurſum ad materialem actionẽ peccati liberẽt à culpa: vt Ioã. Maior in 2. diſt. 37. q. 1. col. 1. & col. 4. ad quoddã ſecundũ argumentũ, & col. 5. ad 4. & alibi ſæpe, Scot. in 2. diſt. 37. ſub q. vnica. §. *Ad argumenta quarta quæſt.* ad 2. & clarius Gabriel in eadẽ diſt. 37. q. vnica art. 3. dub. 2. §. *Ad rationes.* vbi concedit, Deum concurrere ad actum & ad priuationem rectitudinis, aſſerit tamen propterea non culpari, quia Deus non tenetur ponere rectitudinem in actu, quam voluntas creata tenetur ponere, quia ſubeſt legi, Deus autem legi non ſubeſt. 5.

Sit igitur prima concluſio. Legis obligatio & ſubiectio ad regulã ſortitur vſũ, Theologię valdè conſentaneum, quo Deus defendatur à culpa & inordinatione immunis, quamuis non impediat plurima peccata, quæ potuiſſet impedire, ſaltem ſubtrahendo ſuum effectiuum & generalẽ concurſum ad illorũ materiales actiones requiſitum, cùm tamen homines iure culpentur, ſi ſua peccata non impediant. Imò etiam quandoq; quoniã aliena peccata nõ impediunt. Quia nimirũ Deus nõ tenetur deeſſe muneri vniuerſalis cauſę, quod poſtulat concurſum ita præparatum, vt libertatẽ ſinat, ſuos motus agere. At homines tenentur in ſeipſis cauere omnem culpam, & in aliis etiã ſecundùm regulam & menſuram charitatis. 6.

Prima concluſio.

Sæpe hominibus imputatur ad culpam alienum peccata non impedire, Deo verò nõ.

Secunda & principalis concluſio. Immunitas ab obligatione, & ſubiectione ad ſuperiorẽ legẽ, aut regulã, non eſt ſufficiẽs ratio, vt defendat, Deum nõ eſſe authorem & cauſam, vt homines eliciant actiones diuinis legibus realiter cõtrarias, ſi Deus prædeterminat ad materialẽ actionem peccati. Et in hoc ſenſu refutatur præſens ſolutio tertia. 7.

Non eſſe ſubiectũ Deum legi ſuperiori non excuſat à culpa ſi prædeterminat.

Primò, quia dato, & non conceſſo, quod Deus nulla prorſus intrinſeca & quidditatiua lege ſui ipſius teneretur non prædeterminare creatã voluntatem ad materiales actiones odij Dei & periurij: inde ad ſummũ defenderetur Deus, ne ſibi imputetur ad culpã & vituperationem, quod author ſit & cauſa moralis illarũ actionũ & totius oppoſitionis realis, quam habent contra diuinam bonitatem, & veritatem: nec vituperetur eo quod 8.

author

Adhuc Deus eſſet author vt homines elicerent actiones diuinæ bonitati contrarias, quamuis illi non imputarentur ad culpam.

anthor, & cauſa moralis ſit, vt homines eliciant eiuſmodi actiones. Attamen adhuc conſtans & firma erit illatio, qua infertur, Deum eſſe cauſam moralem, & authorẽ, vt homines eliciant actiones diuinæ bonitati, & diuinis legibus realiter contrarias; id tamen reputabitur Deo ad virtutem, & laudem, vt contra primam ſolutionem dicebamus ſect. 2. nom. 24.

9. *1. Confirmatio.* *Diſcrimen inter effectus directè, & indirectè volitos.*

Explicatur & confirmatur primò, recolendo diſcrimen inter illos effectus, qui directè, expreſsè, & formaliter ſunt efficaciter voliti, & directè cauſati; atque illos effectus qui non ſunt cauſati, nec voliti, niſi indirectè & interpretatiuè. Nam huiuſmodi effectus, quia non ſunt formaliter, directè & expreſsè voliti, neque realiter cauſati per actionem, ad hoc deſtinatam, ideo non imputantur, niſi quatenus obligatio euitandi illos facit, vt cenſeantor proprij effectus, qui ſecluſa obligatione forent prorſus alieni. At verò, quando effectus ſunt expreſsè & formaliter voliti per electionem efficacem, ac per illam directè & realiter cauſati, nulla ratione requiritur obligatio, vt imputentur. Quia vbi adeſt prima, & expreſſa ratio imputationis, quæ eſt expreſſa, & formalis volitio efficax, & cauſatio; non requiritur ratio interpretandi volitionem, qualis eſt obligatio vitandi.

10. *Ratio ob quã Deus eſſet author peccatorum ſi prædeterminaret eſto nullam legem haberet prohibentem ne prædeterminaret.*

Quapropter etiamſi Deus nulla teneretur obligatione, prohibente ne prędeterminaret materiales actiones peccatorum, adhuc Deùs verè & realiter foret author, & cauſa, vt homines elicerent actiones diuinis legibus realiter contrarias, quoniam hic ipſe foret effectus expreſsè & formaliter volitus per diuinam prædefinitionem, nec non directè & realiter cauſatus per phyſicam Dei prædeterminationem, ſi daretur.

11. *2. Confirmatio.*

Confirmatur ſecundò, recolendo iſtius doctrinæ rationem à priori, quam in t. 2. variis in locis explicuimus, pręſertim verò q. 73. art. 8. tractantes de nocumento indirectè volito. Et q. 76. art. 2. & 3. tractantes de ignorantia culpabili, & indirectè volita, videlicet, interueniente obligatione, propterea non ſolùm morali æſtimatione; ſed etiam phyſica & reali tendentia volitionis imputabilem eſſe effectum, qui ſecluſa obligatione nullo modo imputaretur: quoniam obligatio cõſtituit talem effectum coniunctum cum obiecto volito non ſolùm quantum ad exiſtentiam, ſed etiam quantum ad realem appretiationem, quia non poteſt voluntas amplecti illud obiectum, cuius conſequentes effectus vitare tenetur, niſi illud obiectum amet appretiatione maiori, quam obſeruantiam ſuæ obligationis, ideóque poſtponat obligationem vitandi tales effectus, vt proſequatur obiectum, quod pluris æſtimat. At contra quando effectus ſunt directè voliti & cauſati, neceſſario imputantur voluntati, etiam nulla interueniente obligatione, quemadmodum noſtra bona opera imputantur Deo, tamquam authori & primariæ cauſæ morali, licet nulla obligatione teneatur illa producere aut non producere. Quãobrem, vt Deo imputetur aliquod opus noſtrum, tamquam authori & cauſæ morali, non requiritur, quod teneatur illud vitare, neque ſubſit alicui regulæ, aut legi ſuperioris.

Effectus directè voliti neceſſariò imputantur voluntati, etiã qualibet ſecluſa lege.

12. *Explicatur doctrina de generali concurſu ad actum peccati.*

Confirmatur, nam ex eiſdem principiis conſtat, quare lex & obligatio primæ & generaliſſimæ cauſæ Deum excuſet, ne illi merito imputetur actio mala, quamuis ad illam præbeat generalem concurſum. Ratio enim eſt, quoniam Deus, quantum ex ſe eſt, non vult directè & expreſsè producere talem ſpeciem actionis, quæ realiter contraria eſt diuinæ legi; ſed præoptat potius, vt non produceretur: cæterum coactus munere primæ cauſæ præbet generalem concurſum ex ſe inclinantem potius ad bene operãdum. Qui contra Dei intentionem à creata voluntate detorquetur ad malam operationem. Quapropter directè & expreſsè Deus, neque vult, neque cauſat, vt homines eliciant actiones diuinis legibus realiter contrarias. Quod tamen directè & expreſsè vellet, & cauſaret, ſi ad illas phyſicè determinando, adigeret homines potius, quàm traheretur ab illis.

Sed operæ pretium erit radicitus explicare fundamentum interpretandi voluntatem atque colligendi effectus indirectè volitos, nullũ eſſe, niſi obligatione interueniente, atq; comparatione horum effectuum à Philoſophis & Theologis requiri obligationem, non verò comparatione aliorum effectuum, qui directè & expreſsè ſunt voliti & cauſati. Vtemur autem exemplo celebriori de ſubmerſione nauis, quæ indirectè, & interpretatiuè volita eſt, & cauſata à gubernatore abſente, qui lege iuſtitiæ tenebatur adeſſe ad gubernationem nauis. 13

Volitio interpretatiua effectus indirectè voliti eſſe nequit ſecluſa obligatione.

Deſumptum eſt hoc exemplum ex Ariſtotele 2. Phyſicor. text. 30. cap. 3. prope med. dicente: *Idem inſuper contrariorum eſt cauſa: quod enim præſens cauſa cuiuſpiam eſt, id & abſens nonnunquam cauſam eſſe contrarij dicimus. Vt gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis, cuius præſentia cauſa erat ſalutis.* Cui conſonat receptum illud axioma: *Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis.* Quod fundamentum habet in Ariſtotele lib. 1. Poſter. text. 30. cap. 13. aliàs cap. 10. Quod tamen non infert, Dei abſentiam, & ſubtractionem lucis abundantioris eſſe cauſam, propter quam homines non impleant diuina præcepta; quamuis Dei præſentia lux & protectio ſit cauſa, vt homines impleant diuina præcepta, quia ſuppoſita præparatione Dei quãtum ex ſe eſt, prompti ſemper ad præbendum concurſum potius ad bonum actum, atque vitandum peccatum: vt vidimus diſp. 19. & 20. & conſtabit ex multis diſputationibus ſequentibus. 14. *Ariſtoteles.*

Inſuper D. Thomam in præſenti controuerſia, quoties probat Deum directè non cauſare peccatum, non vti ea ratione, quoniam Deus non tenetur impedire peccatum: quam tamen rationem adducit, vt probet, Deum neque indirectè cauſare. Conſtat ex 1. 2. q. 79. art. 1. toto corpore. Peculiariter verò notanda ſunt illa verba: *Similiter etiam neque indirectè* (videlicet eſt cauſa noſtri peccati) *contingit enim quod Deus aliquibus non præbet auxilium ad euitandum peccata, quod ſi præberet, non peccarent: ſed hoc totum facit ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ, cum ipſe ſit ſapientia & iuſtitia. Unde non imputatur ei, quod alius peccet, ſicut cauſa peccati: ſicut gubernator non dicitur cauſa ſubmerſionis nauis, ex hoc, quod non gubernat nauem, niſi quando ſubtrahit gubernationem potens, & debens gubernare.* Nota duas poſtremas conditiones. 15. *D. Thomas.*

Ne ſiniſtrum aliquid accipiat lector ex prædicto teſtimonio S. Thomæ neceſſarium erit illud conferre cum altero 1. p. q. 49. art. 2. fine vbi ait: *Submerſio nauis attribuitur nautæ, vt cauſæ; ex eo quod non agit quod requiritur ad ſalutem nauis. Sed Deus non deficit ab agendo quod eſt neceſ-* 16.

ſariam ad ſalutem. Vnde non eſt ſimile.

17\. Hæc duo teſtimonia io cadem ſumma Theologiæ non obiter, ſed ex profeſſo eandem controuerſiam tractantia de concurſu Dei ad actum peccati; ſecum mutuo pugnarent; niſi in vtroque claudetentur partim explicitè, partim verò implicitè doæ propoſitiones. Altera: ſi Deus noo ageret quod requiritur ad ſalutem hominis, videlicet, vt euitet peccatum; Deo vt cauſæ attribueretur hominis peccatum: ſicut ſubmerſio nauis attribuitur nautæ, vt cauſæ ex eo quod non agit, quod requiritur ad ſalutem nauis. Vnde ſi Deus phyſicè prædeterminaret materialem actionem peccati; Deo vt cauſæ attribueretur hominis peccatum. Quoniam hanc phyſicam prædeterminationem ſubtrahere ſimpliciter requiritur ad ſalutem hominis: ita vt cum illa in ſenſu compoſito impoſſibile ſit actualiter euitare peccatum. Altera propoſitio eſt: Deus propterea ſuæ obligationi oon deficit, licet non impediat hominis peccatum, quia Deus non deficit ab agendo quod eſt neceſſarium ad ſalutem hominis.

Si Deus non ageret quod requiritur vt homo euitet peccatũ, ipſi Deo peccatũ attribueretur.

Licet peccata nõ impediat, eum peſſa illi non imputantur.

18\. *D. Thomas.* Vnde cooſtat contra mentem S. Thomæ ad probandam phyſicam prædeterminationem detorqueri, quod aſſerit 1. 2. q. 79. art. 2. ad 2. *In hominem, ſicut in cauſam reducitur non ſolùm actus, ſed etiam ipſe defectus; quia, ſcilicet, non ſubdituar ei, cui debet ſubdi, licet hoc ipſe non intendat principaliter, & ideo homo eſt cauſa peccati: ſed Deus ſic eſt cauſa actus, quod nullo modo eſt cauſa defectus concomitantis actum, & ideo non eſt cauſa peccati.* Notandum eſt illud membrum; *licet hoc ipſe non intendat principaliter.* Vode conſtat, prædictam obligationis rationem adduci ad probandum, defectum eſſe indirectè volitum, & cauſatum ab homine, ſed non à Deo. Attamen vt aliquid ſit directè & expreſsè volitum & cauſatum per phyſicam prædeterminationem, nunquam D. Thomas exegit obligationem; neque potuit exigere.

19\. *Caietanus.* Conſequenter Caietanus 1. p. q. 49. artic. 2. fine ait: *Tunc abſentia agentis dicitur cauſa effectus, quando debebatur præſentia. Et propterea, quia nunquam, cum rebus debetur, Deus ſubtrahit influxum; ideo non ſequitur, quod propriè loquendo, Deus ſit cauſa defectuum.* Vbi agit planè de cauſa non directè cauſante per ſui præſentiam, ſed indirectè per abſentiam. Et ab hac etiam indirecta cauſalitate propterea Deum liberat, quia nunquam, cum rebus debetur, Deus ſubtrahit influxum. Supponit itaque deberi aliquem influxum, & illum maximè, qui ſimpliciter neceſſarius eſt, vt voluntas creata actualiter euitet peccatum, ſi voluerit.

20\. Simili modo vtuntur prædicta ſolutione S. Thomæ antiquiores eius diſcipuli: vt Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. in §. *Probat ſecundam partem Antecedentis*, & Ferratien. 3. contra Gent. cap. 162. prope finem, maximè verò Capreolus 2. diſt. 34. q. 2. art. 3. ad 2. principale Scoti contra 2. concluſionem illis præſertim verbis: *De hoc S. Thomas 1. 2. q. 6. art. 3. initio corporis, voluntarium, inquit, dicitur, quod eſt à voluntate. Ab aliquo autem dicitur eſſe aliquid dupliciter, vno modo directè: quod, ſcilicet procedit ab aliquo, in quantum eſt agens, ſicut calefactio à calore. Alio modo indirectè ex hoc ipſo, quod non agit; ſicut ſubmerſio nauis dicitur eſſe à gubernatore: in quantum deſiſtit à gubernando.* Hæc verba S. Thomæ Capreolus eoaticquo ponderat, dicens: *Sed ſciendum, quod non ſemper id, quod conſequitur ad defectum actionis, reducitur ſicut in cauſam in agens ex eo quòd non agit: ſed ſolùm tunc, cum poteſt, & debet agere. Si enim gubernator non poſſet nauem dirigere, vel non eſſet ei commiſſa gubernatio nauis; non imputaretur ei nauis ſubmerſio, quæ per abſentiam gubernantis contingeret.* Quibus ſimilia ſcribit in eodem lib. 2. diſt. 37. col. vltima ad primum Durandi, illis præſertim verbis: *Vltra hoc requiritur, quod agens debeat, & teneatur vitare talem defectum, & cauſare oppoſitum illius defectus.*

Capreolus.

Vnde collige, oihil phyſicæ prædeterminationi fauere, quod adducitur ex Capreolo in eadem diſtinct. 37. artic. 3. in principio, dum diſtinguit duplicem modum conſecutionis, quo priuatio aliqua comitatur aliquem actum, videlicet, primo modo ex ipſa eſſentia, & natura actus, in ſe & abſolutè conſiderata: ſecundo modo, prout egreditur à tali agente, quod diſcrepat à regula & lege. Hæc enim oon diriguntur à Capreolo, vt defendat, Deo tanquam cauſæ non imputari, quod homines concipiant actiones realiter contrarias diuinis legibus; quamuis eas Deus phyſicè prædeterminet; ac proinde directè velit & cauſet. Agit námque Capreolus ibi ſolummodo de priuatione ſeu defectu indirectè volito, ſeu cauſato, non verò de illo, quod directè volitum, & cauſatum eſt. Adde, quod Capreolus agebat ibi, non de interiori actu intrinſecè malo, ſed ſolummodo de exteriori actu, qui poteſt eſſe bonus & malus: vt conſtat exemplo fornicationis, in quo ſuam diſtinctionem explicat. Vnde falsò & contra hanc ipſam Capreoli doctrinam colligitur quod deformitas peccati, ſeu malitia moralis non ſequitur intrinſecè, & ex natura rei ad actum blaſphemiæ, vel odij Dei, vt actus eſt, neque vt eſt ens in genere naturæ etiam in indiuiduo. Cæterum de reali quidditate intrinſecè contraria diuinę legi, dicemus diſp. 30. tractantes de mendacio, & diſp. 41. ſect. 1. 21.

Nihil fauet Capreolus prædeterminationi.

Redeo ad eandem doctrinam de indirectè volito effectu, qui ſolus requirit obligationem euitandi: vnde Ricardus in 1. diſtinct. 40. artic. 3. q. vltima ad 1. & ad 3. reddit rationem ob quam Deus oon ſit cauſa obdurationis, & perditionis, quia quamuis poſſit impedire per gratiam; non tenetur; ſed iuſtè ob merita peccatorum deſtituit. Quam doctrinam ſequitur Carthuſiaous ibidem, videlicet, in 1. diſtinct. 40. quæſt. 3. & in 2. diſtinct. 37. ſequitur doctrinam S. Thomæ 1. 2. quæſt. 79. artic. 1. quam ſupra numer. 15. retulimus. Eadem eſt ſententia Maioris in 2. diſtinct. 37. quæſt. 1. col. 5. ad quoddam 4. argumentum. Imo etiam Scotus in 2. diſtinct. 37. quæſt. vnica §. *Ad argumenta quæſtionis quartæ.* ad ſecundum ait: *Non propter hoc ſolum imputaretur peccatum voluntati creatæ, quia ipſa per accidens cauſat defectum; ſed quia ipſa tenetur agere rectè, in quantum effectus eſt ſub poteſtate ſua, & non agit rectè: non ſic autem tenetur voluntas diuina.* 22.

Scotus.

Ex quibus omnibus collige iure optimo, etiam à ſuis Authoribus refutari, quod Medina 1. 2. q. 79. art. 2. aſſeruit: Deus inclinat iodirectè ad malum morale. Hactenus de prima probatione concluſionis ſecundæ. Eiuſdem plures aliæ probationes tradentur ſectiooe ſequenti. 23.

Ex dictis illatio.

SECTIO

SECTIO VI.

Eiuſdem ſolutionis tertiæ refutationes aliæ, venientes ab obligatione, qua Deus nihil poteſt contra ſe ipſum committere.

1. *A quidditatiua rectitudine Deus obligatus eſt ad bonū honeſtum amplectendum.*

OMnium fundamentum eſt, quia Deus tenetur intrinſeca, & quidditatiua lege propriæ bonitatis & iuſtitiæ, quæ lex eſt dictamen ſapientiæ de bono honeſto, coniunctum cum neceſſario amore ſui. Hac lege obligatur Deus non à ſuperiore præcipiente, & imponente regulam, ſed ab intrinſeca, & quidditatiua rectitudine, quę ſibi ipſi regula & lex eſt.

2. *Pro cōcluſione ſecunda prima ratio.*

Vnde pro ſecunda concluſione, conſtituta in ſectione præcedenti, & eo ipſo pro refutatione dictæ ſolutionis tertiæ ſumitur eiuſmodi argumentum. Hæc lex Deum obligat, vt ſe ipſum, tanquam ſummum bonum honeſtum neceſſario diligat: ergo ex conſequenti prohibet, vel potius impoſſibile reddit, ne Deus velit & prædeterminet, vt creaturæ odio habeant, & contemnant, Deum per realem & poſitiuum actum odij, etiam præſcindendo à malitia. Probo conſequentiam, quia contra ſui ipſius amorem agit, qui vult & procurat ſe odio haberi, & contemni ab alio; ſi dignus eſt diligi, & magni haberi.

Contra ſui amorem agit qui procurat ſe odio haberi.

3. *Procurare, aut prædeterminare realem tendentiam odij cōtra ſummū bonum honeſtum, non poteſt eſſe conforme rectæ rationi.*

Confirmatur primò, quia procurare, prædeterminare & efficere, vt homines per realem volitionem odio proſequantur ſummum bonum honeſtum, & cōtemnant diuinas leges reali contemptu, non poteſt eſſe conforme dictamini ſapientiæ de amando bono honeſto, quantumcumque ab hoc odio & contemptu velis præſcindere malitiam, dummodo relinquas realem tendentiam contra Deum & eius legem.

4. *Magiſter.*

Confirmatur ſecundò communi Scholaſticorum conſenſu. Magiſter in 1. diſt. 43. cap. 3. ait: *Non poteſt Deus facere, niſi quod bonum eſt & iuſtum, hoc eſt, niſi illud, quod ſi faceret, bonum, & iuſtum eſſet.* & infra: *Non poteſt Deus facere niſi illud, quod ſi fieret, iuſtitiæ eius conueniret.* & infra: *Non poteſt facere id, quod iuſtitiæ eius conuenire non poteſt.* Et ſimiles alias propoſitiones ad eundem ſenſum admittit in ſequenti cap. 4. & magis explicat dicens: *Hoc verbum* (debet,) *venenum habet, multiplicem enim & inuolutam continet intelligentiam: nec Deo propriè competit, qui non eſt debitor nobis, niſi fortè ex promiſſo, nos verò ei debitores ſumus ex commiſſo. Vt autem venenum euacuetur, diſtingue verbi ſenſus: Non poteſt Deus facere, niſi quod debet, id eſt, niſi quod vult falſum eſt: ſic enim poteſt ipſe dici debere aliquid, quia vult illud. Si autem dicatur, non poteſt, niſi quod debet, id eſt, non poteſt niſi illud, quod ſi faceret, ei bene conueniret, verum eſt.* & cap. 5. poſt med. ait: *Non poteſt facere, niſi quod ratio eſt eum facere, id eſt, quæ rationabilia ſunt, & quæ ſi fierent, rationabilia eſſent.*

5. *S. Bonauentura.*

Has omnes Magiſtri ſententias exponit, atque defendit S. Bonauentura in tribus dubiis literalibus, peculiariter obſeruans, debitum *ex promiſſo eſſe meræ liberalitatis, & ſecundùm rem plus habere de ratione gratiæ, quam debiti,* & ſubdit: *Ratio debiti ſecundùm quod obligationem dicit propriè in Deo non cadit: ſi autem abutamur nomine, vt debitum ſonet in condeſcendētiam bonitatis Dei, ſic recipitur in Deo.* Idem ſentiunt communiter Scholaſtici Alexand. 1. p. q. 21. mēb. 2. §. 1. ad 1. Albertus & Ægidius, quos refert & ſequitur Carthuſianus 1. diſt. 43. q. 3. vbi Ricardus art. vnico q. 7. & in poſtremo dubio literali, Durandus q. 5. Henricus quodlib. 8. q. 5. pag. 2. & iterum pag. 4. Scotus verò in 1. diſt. 38. q. vnica & diſt. 44. q. vnica diſſentire videtur exiſtimans, Dei leges non alia ratione rectas eſſe, niſi quoniam ſtatutæ ſunt à bonitate diuina, quæ potuit aliter ſtatuere, ſi voluiſſet. Quibus ſimilia tradit Gabriel diſt. 42. q. vnica, & diſtinct. 43. q. prima. Sed vterque explicationem admittit, ne communi ſententiæ contradicat, in quo non eſt immorandum.

Confirmatur tertiò ex S. Thoma 1. p. q. 21. art. 1. ad 2. vbi ſic loquitur: *Cum bonum intellectum ſit obiectum voluntatis, impoſſibile eſt, Deum velle, niſi quod ratio ſuæ ſapientiæ habet. Quæ quidem eſt, ſicut lex iuſtitiæ, ſecundùm quam eius voluntas recta & iuſta eſt. Vnde quod ſecundùm ſuam voluntatem facit, iuſtè facit. Sicut & nos quod ſecundùm legem facimus, iuſtè facimus. Sed nos quidem ſecundùm legem alicuius ſuperioris: Deus autem ſibi ipſi eſt lex.* Vbi expreſſum vides illud fundamentum, quod in principio poſuimus. 6. *S. Thomas.*

Rurſus 1. p. q. 25. art. 5. ad 2. ait: *Deus non debet aliquid alicui, niſi ſibi. Vnde cum dicitur, quod Deus non poteſt facere, niſi quod debet, nihil aliud ſignificatur, niſi quod Deus non poteſt facere, niſi quod ei eſt conueniens & iuſtum.* Quod poſtea ita explicat: *Deus non poteſt facere, niſi id, quod, ſi faceret, eſſet conueniens & iuſtum.* Quapropter Deus hoc genere debiti debet ſibi, nihil facere contra ſui amorem, honorem, & leges. Contra hæc autem faceret, ſi efficaciter vellet, & phyſica neceſſitate prædeterminaret homines, vt Deum odio proſequerentur, atque contemptu: & vt vellent violare eius leges, quamuis in his actionibus Deus non intenderet, neque cauſaret, niſi ſolam realem contrarietatem cum ſui amore, honore, ac ſuarum legum obſeruantia. 7.

Secunda ratio, quia quamuis euidens ſit illatio, per quam probamus Deo non imputari culpam, ſiue peccatum, quia nullius alterius ſupremi domini legibus ſubiacere poteſt, in quarum tranſgreſſione conſiſtat eſſentia peccati: attamen ex alio cap. colligitur contradictorium vtriuſque propoſitionis, videlicet, alterius ſuperioris Domini legibus ſubiacere, Deum & contra illas verè & propriè peccare, & illi imputari peccatum & culpam. Hæc autem ſequela probatur, quia ſi Deus deuiare poteſt à recta ratione, volendo & faciendo actionem materialem, quæ ab intrinſeco & realiter contraria eſt rationi rectæ: iam diuinus intellectus & voluntas non poſſunt eſſe prima regula rationis rectæ: proptereáque neceſſarium eſt in officio contineri per leges ſuperioris alterius ac prioris regulæ. 8. *Secunda ratio.*

Si à recta ratione Deus poſſet deuiare, non eſſet iam prima regula, ſed alterius ſuperioris legibus ſubiaceret.

Ex eiſdem principiis proficiſcitur ratio tertia, quam ita concepit Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 12. à medio: *Quod dicitur, quia quod Deus vult, iuſtum eſt, non ita intelligendum eſt, vt ſi Deus velit quodlibet inconueniēt, iuſtum ſit, quia ipſe vult. Non enim ſequitur, ſi Deus vult mentiri, iuſtum eſſe mentiri: ſed potius, Deum illum non eſſe. Nam nequaquam poteſt velle mentiri; niſi voluntas in qua corrupta eſt veritas.* & poſt pauca: *Itaque de illis tantum eſt verum dicere: Si Deus hoc vult, iuſtum eſt, quæ Deum velle, non eſt inconueniens.* Similia docet etiam in Dialogo de caſu diaboli cap. 12. in medio. Eadémque doctrina ſumitur non obſcurè 9. *Tertia ratio. Anſelmus.*

ex eodem

ex eodem Anſelmo in prol. cap. 10. & 11. vbi poſtquam oſtendit, Deo id ſolummodo eſſe iuſtum, quod decet eius bonitatem, aut iuſtitiam; docet, inter ea, quæ ſic decent, *illud eſſe iuſtum, quod Deus vult, & non iuſtum, quod non vult.*

10. *Non excuſat Deũ ſufficienter à peccato non eſſe ſubiectũ legibus, ſi ex ſe facit quod turpe eſt.*

Ea qua doctrina, quæ certiſſima eſt, vtpote deſumpta ea viſceribus Scripturæ & ſanctorum Patrum, conſtat non eſſe ſufficientem rationem excuſandi Deum à malitia, eo quod nullius ſuperioris lege teneatur; ſi aliunde conceditur, Deum à ſe ipſo determinatum efficaciter velle, & phyſica neceſſitate prædeterminare dæmones & homines plurimos, vt mentiantur, & vt odio proſequantur Deum, aut eius leges. Sicut enim non poteſt velle mentiri, niſi voluntas, in qua corrupta eſt veritas: ita non poteſt velle efficaciter cauſare, & neceſſitatem inducere alteri perſonæ, vt mentiatur; niſi voluntas in qua corrupta eſt veritas. Vnde conſequens erit, iam illam voluntatem ſubditam eſſe legi alicuius ſuperioris. At contra ſicut intrinſeca & quidditatina lege ſuæ ſapientiæ & bonitatis obligatur, & neceſſitatur Deus ad veracitatem, ita vt numquam mentiatur etiam quoad materialem entitatem mendacij; ita etiam obligatur & neceſſitatur, ne author & cauſa ſit determinans, vt creaturæ mentiantur, etiam quoad realem entitatem mendaciorum. Sed in particulari de mendacio plura dicemus infra diſputat. 30.

11. *Tertullian.*

In eandem ſententiam Tertullianus libro 2. contra Marcion. cap. 6. *Bonitas,* inquit, *& ratio in omnibus conſpirant apud Deum noſtrum. Neque ratio enim ſine bonitate ratio eſt, neque bonitas ſine ratione bonitas, niſi fortè penes Deum Marcionis irrationabiliter bonum.* Sicut ipſe Tertullianus in præcedenti primo lib. contra Marcion. cap. 23. probauerat, Deum Marcionis non eſſe rationabiliter bonum. & dicto lib. 2. cap. 7. initio: *Exigere,* inquit, *à Deo debes & grauitatem ſummam, & fidem præcipuam in omni inſtitutione eius.* De quo fuſius poſtea cap. 11. fine & cap. 12.

12. Damaſcenus in Dialog. contra Manich. ſæpe repetit, Dei voluntatem eſſe bonitatis regulam; ideóque quidquid Deus vult, eo ipſo eſſe bonum, quamuis illius ratio ignoretur à nobis. Præſertim hoc docet prope med. Dialogi, & in medio, & multo propinquius ad finem quàm ad medium. Nihilominus ibidem conſtantiſſimè negat, Deum velle aut inclinare voluntates creatas, vt contra eius legem concupiſcant: ſed potius contendit Deum, quantum ex ſe eſt inclinare omnes voluntates ad bonum, etiam voluntates damnatorum: vt referemus diſput. 40. ſect. 5. num. 4. Inſuper reddit rationes varias congruentiæ, & bonitatis ex parte cuiuſque obiecti. Et vniuerſaliter docet, ſubeſſe tales rationes, etiam ſi à nobis ignorentur. Quapropter re ipſa ſupponit apertè Dei voluntatem, ita eſſe bonitatis regulam, vt ea ipſa ratione velle nequeat, quod ex parte obiecti eſt rationi & ipſi Deo contrarium.

13. Hieronymus in proœmio ad comment. Oſeæ versùs finem: *Sed reſpondebis,* inquit, *Deo iubente nihil turpe eſt. Et nos dicimus: Nihil Deus præcepit, niſi quod honeſtum eſt, nec iubendo turpia facit honeſta, quæ turpia ſunt: ſed quia ſcimus, nihil Deum velle, niſi quod honeſtum eſt; hoc præcepit, quod honeſtum eſt.*

Quin & Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. cap. 7. *Ciuilis iuſti aliud eſſe naturale, aliud legitimum; & naturale quidem eſt, quod vbique vim habet eandem, & non quia videtur, vel non videtur.* Id eſt non pendet ex libero arbitratu alicuius legiſlatoris: & ſubdit iuſtum naturale eſſe immobile, & forſitan apud Deos nullum eſſe iuſtum, quod moueatur. Quapropter exiſtimat apud Deos eſſe iuſta naturalia & immobilia. 14. *Ariſtoteles.*

Quarta ratio, quoniam ſancti Patres contra hæreticos, præſertim Manichæos, Marcioniſtas, & Priſcilianiſtas diligentiſſimi ſunt in reddenda ratione bonitatis, propter quam oportuit, hominem ita liberum creari, vt eius peccata permitterentur, ne hominis peccata & fragilitas cenſerentur ex Dei malitia prouenisſe, vt illi blaſphemabant. Ergo ſupponebant Patres ex parte obiecti voliti à Deo, ſemper requiri bonitatem & conſonantiam cum ratione recta, neque ſatis eſſe reſpondere, volitum eſſe aliquod opus à Deo; ſi aliunde conuincitur eſſe ab intrinſeco turpe. De his omnibus ex profeſſo Dionyſius de diuin. nominib. cap. 4. in fine, Tertullian. lib. 2. contra Marcion. cap. 6. & ſequentibus, Gregorius Nyſſenus oratione catechetica cap. 7. Athanaſius oratione contra idola inter princip. & med. Damaſcenus 2. fidei cap. 29. & in Dialogo contra Manichæos citato numer. 12. Auguſt. 3. de lib. arb. cap. 5. & 9. & alij plurimi. Eodem igitur argumento colligitur hæc veritas ex plurimis aliis operibus Dei, quorum rationes reddunt Patres, vt retulimus & ponderauimus diſput. 9. ſect. 7. & multis ſequentibus. Et vniuerſaliter ad idem probandum valent plurima, quæ circa rationem diuinę voluntatis ponderauimus diſp. 15. ſect. 3. 4. & 5. 15. *Quarta ratio.* *Supponunt Patres ſemper requiri bonitatem ex parte obiecti à Deo voliti.* *Dionyſius.* *Tertullian.* *Gregorius Nyſſenus.* *Damaſcen.* *Auguſtinus.*

Confirmatur, quoniam præter alias rationes, hac etiam Patres prædictos errores conuincunt; quoniam ex illis ſequeretur, Deum eſſe authorem peccati. Huic autem argumento neque Manicheus ſatisfaceret negando conſequentiam, eo quod Deus legi ſubiectus non ſit, ſed pro munere vniuerſalis cauſæ producat naturam aliquam ab intrinſeco malam. Neque ſatisfaceret Priſcilianiſta negando conſequentiam, eo quod Deus & ſtellæ non ſubiiciantur legibus; ſed Deus pro munere vniuerſalis cauſæ producat varias conſtellationes, quaſdam bonas, alias verò malas, quæ pro ſua intrinſeca natura & quidditate neceſſariò malum influant. De quo plura dicemus diſp. 38. ſect. 1. & 2. Nunc illud tantum inferimus, quod præſentis ſectionis eſt proprium, videlicet, immunitatem à ſubiectione legis, Deum non liberare à culpa; ſi determinat ad aliquid, ex quo neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur malitia. 16. *Si ex ſe iniuſtum conſequeretur, quia illud Deus vellet, Deus conuinceretur author peccati.*

Quinta & poſtrema ratio ſit, quia nullus Theologorum dubitauerit, erroneam eſſe doctrinam Caſſiani in collatione 17. Abbatis Ioſeph cap. 11. dicentis vniuerſaliter: *Non quid quis egerit, ſed quo voto egerit, eſſe inquirendum: ita vt reperiamus quoſdam per reprehenſibiles actus ad ſummam perueniſſe iuſtitiam, qui non pro contemptu Dei, neque delinquendi propoſito, ſed neceſſarij & ſancti finis intuitu vituperabilis initij ſuſtinuit neceſſitatem.* Quam generalem doctrinam præmittit, vt ſequentibus capitibus totius collationis, præſertim vſque ad caput 26. defendat, mentiri aliquando eſſe licitum, laudabile & meri- 17. *Vltima ratio.* *Caſſiani error.*

torium,

torium, ſi grauis neceſſitas vrgeat; & bonus finis intendatur, eum dolore, ac deteſtatione malitiæ, quæ eſt in mendacio, vt conſtat, præſertim ex cap. 12. Vnde cap. 17. initio: *Taliter*, inquit, *de mendacio ſentiendum, atque ita eo vtendum eſt, quaſi natura ei inſit ellebori. Quod ſi imminente exitiali morbo, ſumptum fuerit, ſalubre; cæterum abſque ſummi diſcriminis neceſſitate perceptum, præſentis exitij eſt.* Cuius rationem reddit eodem cap. *quia finis operis & affectus conſiderandus eſt perpetrantis, quo potuerunt quidam per mendacium iuſtificari.*

18. Vbi notandum eſt primò ſecundum errorem iſtum non licere velle formalem rationem malitiæ: quin potius ſemper de illa dolendum eſſe, monet Caſſianus vbique: veluti in dicto cap. 17. in medio, dicens: *Quando igitur grane aliquod imminet de veritatis confeſſione diſcrimen; tunc mendaciorum ſunt recipienda perfugia; ita tamen vt reatu humilis conſcientia ſalubriter mordeamur.* Loquitur ergo ſolummodo de materiali actione mendacij, quando illius electionem permittit.

19. Clarius autem Abulenſis in Ioſue cap. 2. q. 30. diſtinxit inter materialem entitatem mendacij & illius malitiam, & intulit aliqua mendacia licere, atque à malitia liberari propter optimos fines ad quos deſeruire poſſunt.

20. Secundò notandum eſt, tam generalem doctrinam de omnibus criminibus ad bonum finem deſtinatis, quàm particularem doctrinam de mendaciis propter bonum finem, atque vrgente neceſſitate, directè & ex profeſſo oppugnari validiſſimis argumentis à S. Auguſtino toto lib. de Mendacio, & toto libro contra mendacium tomo 4. prope initium, vbi frequenter repetit hoc generale atque veriſſimum axioma: ſi ſemel admittitur, neceſſitatem vrgentem, aut maximam vtilitatem optimi finis excuſare poſſe à malitia opera, quæ per ſe ipſa ſunt contraria veritati aut diuinæ legi; inde ianuam aperiri omnibus criminibus, vt liceant propter bonum finem: ac proinde vrgente neceſſitate aut exigente neceſſitate licebit idolis thurificare, blaſphemare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſtupra, adulteria, homicidia exercere.

Si vella intétio, vel vrgens neceſſitas aut vtilitas à malitia opus excuſaret, via pateret vniuerſis criminibus.

21. Neque dubium, quin Auguſtinus loquatur de materiali entitate horum criminum, quantumcunque præſcindatur à malitia, tum quia de hac agebant, ſcilicet, Caſſianus, & eius ſectatores contra quos diſputabat ibi Auguſtinus, vt nuper vidimus: tum etiam, quia id conſtat ex verbis, quæ retulimus in ſect. 4. numer. 10. aliiſque multis ſimilibus. Prædictæ doctrinæ conſonant Gregorius lib. 18. moral. cap. 4. & lib. 26. cap. 3. Iſidorus in Synonimis cap. 10. Sed clarius illam amplectuntur communiter Scholaſtici cum Magiſtro in 3. diſt. 38. ca. 3. & S. Thomas 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3. & 4. Nec non iuris Canonici Doctores cum Gratiano 22. q. 2. cap. *Primum eſt capitale*, & multis ſequentibus.

De materiali actione loquitur Aug.

S. Thomas.

22. Ex hoc vniuerſo diſcurſu ſic conficio argumentum. Illa opera, quæ ab intrinſeca quidditate realiter & poſitiuè contraria ſunt veritati aut rectæ rationi, nullo bono fine intento, & nulla adhibita præciſione malitiæ honeſtari poſſunt, vt laudabiliter fiant ab hominibus. Ergo multo minùs honeſtari poterunt, vt laudabiliter amentur, procurentur, & prædeterminentur à Deo. Probo conſequentiam, quia talis intrinſeca & realis contrarietas diuinam veritatem & bonitatem dedecet multo magis, quam humanam. His conſonant quæ dicemus tota diſput. 30. & quæ referemus diſput. 32. ſect. 3. de immunitate obligationis & legis, ob quam hæretici Deum excuſabant à culpa, licet ad actiones peccatorum impelleret, afferendo neceſſitatem.

Ex prædictis argumentum.

SECTIO VII.

De malitia, quæ non ſequitur ad actionem materialem, niſi prout egreditur à voluntate creata.

Refutatur ſolutio quarta.

VT ſolent phyſicæ prædeterminationis Authores argumenta, & ſolutiones ab antiquioribus Theologis traditas ad propugnandum Dei generalem concurſum, applicare ad defendendam phyſicam prædeterminationem; ita etiam in præſenti præſtant, dicentes: Licet Deus inclinet ad ſubſtantiam actus, quæ ſecundùm ſe eſt bona; non tamen inclinat ad malitiam actus: quia malitia non conſequitur ſubſtantiam actus, niſi præciſè in quantum illa ſubſtantia fit à voluntate creata deficiente, non verò in quantum fit à Deo. 1.

Solutio à prædeterminatoribus adhibita.

Prædictæ ſolutionis applicationem ad materialem actionem peccati videtur inchoaſſe Medina, qui materiales actiones peccati prædeterminari, licet expreſsè non docuerit, valde tamen ſignificauit: vt vidimus ſupra ſect. 1. num. 2. Rurſus præſenti ſolutione vtitur 1. 2. q. 79. artic. 2. §. *Pro vera* & ſequentibus. Clarius materialem actionem peccati phyſicè prædeterminari, docuit Bañez, vt vidimus in eadem ſect. 1. nom. 3. & ſequentibus, qui tamen vt diuinam cauſalitatem à culpa liberet, vtitur hoc exemplo 1. p. q. 49. artic. 2. fine: Deus eſt cauſa ambulationis, & tamen non ambulat: quia ambulare importat relationem ad animal, à quo procedit, & in quo recipitur. Sic quamuis Deus ſit cauſa naturalis actus, qui eſt moraliter malus, non peccat, neque eſt malitiæ author, & cauſa moralis, quia hæc denotant actionem, vt procedentem à voluntate ipſa, in qua recipitur talis actio, & quæ ſubiacet legi, & ab illa deuiat. Cæterum recentiores eorundem Authorum diſcipuli manifeſtè prædictam ſolutionem applicant materialibus actionibus peccatorum, phyſicè prædeterminatis à Deo. 2.

Exemplum addunt.

Ad eam ſolutionem explicandam & confirmandam vtuntur hypotheſi, quoniam ſi qualitas illa, quæ eſt ſubſtantia odij, vel blaſphemiæ produceretur à ſolo Deo extra omne ſubiectum, vel ſubiectaretur in lapide; tunc ex ſubſtantia odij, & blaſphemiæ non ſequeretur malitia peccati. Ergo malitia peccati non per ſe, & neceſſariò ſequitur ex ſubſtantia odij Dei, prout eſt producta à Deo, ſed prout eſt producta ab homine. 3.

Superaddũt hypotheſim.

Eandem quoque ſolutionem antiquioribus Scholaſticis tribuunt: quos tamen omnes, maximè verò S. Thomæ diſcipulos ſentire contra phyſicam prædeterminationem materialis entitatis peccati, conſtabit infra tota diſp. 39. præſertim ſect. 3. & bona ex parte probatum eſt tomo præced. de ſcientia diſp. 49. & 50. Cæterum fauent 4.

uent nonnihil antiquorum non pauci, quando affirmant, Deum propterea non eſſe cauſam peccati, etiamſi concurrat ad actum, qoia malitia non neceſſariò ſequitur ex actu poſitiuo, quem Deus cauſat; ſed potius idem actus poſitiuus poteſt eſſe ſine malitia. Huius doctrinæ præcipuus author eſt Ricard. 2. diſtinct. 37. art. 3. q. 1. ad 2. vbi Gabriel q. vnica art. 3. dub. 3. cui conſonat in 1. diſt. 42. fine. ſicut etiam Ochamus in 2. q. 19. ex profeſſo defendit, Deum poſſe cauſare in dæmone, quidquid abſolutum eſt io actu odij Dei, non cauſaodo aliquam deformitatem vel malitiam.

5. *Falſa Gregory doctrina.* Sic etiam illum actum, qui productus & receptus à voluntate creata eſt odium Dei, poſſe fieri à ſolo Deo, ſiue ſeparatum ab omni ſubiecto, ſiue receptum in voluotate creata, nihil prorſus ad illum efficienter concurrente: ac nihilominus Deo etiam in eo caſu non imputari malitiam (quia quando illa entitas non cauſatur à creata volũtate, ſed à Deo, iam non eſt odium Dei) docet Gregorius lib. 1. ſent. diſtinct. 1. q. 3. artic. 2. col. vltima ad quoddam ſecundum argumentum & diſt. 42. q. 1. col. penultima reſpondens ad argumenta contra ſecundam concluſionem & in 2. diſtinct. 37. q. vnica artic. 3. col. antepenoltima ad 3. argum. atque etiam ad 1. docet, propterea Deum non eſſe cauſam peccati, quamuis ad actionem materialem concurrat, quia Deus ſecundùm rectam rationem concurrit.

6. *Nō multum diſcrepat Maior.* Parum à Gregorio diſcrepanit Maior, nam in 1. diſt. 17. q. 10. & diſt. 43. q. vnica, docet entitatem odij Dei poſſe à ſolo Deo produci, ſiue extra ſubiectum, ſiue in aliqua voluntate: ſed non produci in ratione odij, neque imputari, ideóque Deum non malè agere. Nihilominus io 2. ſent. diſtioct. 7. q. 1. poſt med. à §. *contra iſtud.* exiſtimat entitatem odij Dei poſſe produci à ſolo Deo extra ſubiectum, & noo poſſe produci in ſubiecto, ita vt ſubiectum odio habeat Deum. Sed vtrum io ſubiecto producendo entitatem odij euitare poſſit hoc inconueniens, vt ſubiectum odio habeat Deum, Maior dubitat, & idem dubitat an illius entitas produci poſſit in ſubiecto à ſolo Deo. Tradit etiam ſimilia in diſt. 37. q. 2. ad 2.

7. Sic etiam Almainus in tractatu 1. Moral. cap. 16. apertè ſupponit, cuiuſlibet actus materialem entitatem poſſe à ſolo Deo produci, atque eo ipſo exui omni malitia, quam neceſſariò contraheret, ſi ab homine liberè produceretur: ita vt implicet contradictionem liberè produci ab homine, & non eſſe malum. Clatiùs hoc dicit idem Almainus in dictatis ſuper ſententiis Roberti Holcot, qoæ habentur poſt quartum ſententiarum eiuſdem Almaini in 2. q. fine. Atque pro eadem ſeotentia refert Petrum de Aliaco, & Adamum.

8. Quin etiam ex diſcipulis S. Thomæ Caietanus 12. q. 79 artic. 1. §. vltimo ita exiſtimat. Si actuale odium Deus conſeruaret extra ſubiectum, non remaneret in ratione actus vitalis, ſed per modum formæ: & ideo tunc oon comitaretur eam moralis deformitas. Et in toto artic. docet, deformitatem procedere ab actu peccati, quatenus procedit à libero arbitrin deficiente. Quibus conſequentia clarius & fuſius tradunt cæteri Thomiſtæ, dicentes, malitiam non prouenire ab actione odij, ſecundùm quod fit à Deo, ſed in quantum procedit à libero arbitrio creato. Addúntque, Deum poſſe per ſe producere actionem odij, & totam illius entitatem. Ita Capreolus 2. diſt. 37. q. 1. art. 1. conc. 2. & artic. 3. prope initium, vbi etiam Hiſpalenſis Deza diſtinct. 37. q. vnica artic. 3. notabili 4. & artic. 4. ad 1. contra ſecundam concl. & ad multa alia argumenta ſequentia, Conradus 1. 2. q. 79. art. 2. ad 3. Ferrarienſis 3. contra gentes cap. 71. in fine, quos ſequitur Valentia 1. 2. diſp. 6. q. 9. punct. 1. ad finem.

Sanctus denique Bonauentura in 2. diſtinct. 9.
37. artic. 1. q. 1. dum reſpondet ad argumenta præſertim ad 3. & 5. fauere videtur eidem ſolutioni, quatenus in ordine ad Deum agentem aſſignat ſolummodo bonitatem actionis; illius verò malitiam in ordine ad voluntatem creatam; quod etiam obſeruant S. Thomas, & alij Scholaſtici citandi in diſputat. ſequenti ſection. 1. 2. & 3. *S. Thomas.*

Sit igitur prima concluſio. Licet actionibus materialibus malitia non conueniret in quantum à Deo, ſed in quantum à voluntate creata procedunt: inde tamen rectè probaretur, Deum eſſe authorem & cauſam, vt homines committant peccatorum malitiam, ſi Deus phyſicè prædeterminat eorum materiales operationes. Probatur, ſupponendo ſemper hanc hypotheſim phyſicæ prædeterminationis, vt ex ea inferamus inconuenientia: primò quoniam malitia peccati conſequitur actionem materialem odij, in quantum illa actio fit à voluntate creata deficiente: ſed Deus eſt author & cauſa vt voluntas creata deficiens faciat prædictam actionem materialem odij: ergo Deus eſt author & cauſa vt homines committant malitiam, quæ conſequitur ad illam actionem odij, in quantum ab eorum voluntate procedit. 10. *1. Concluſ.* *Eſto actionibus non conueniret malitia in quantum à Deo proueniunt, adhuc eſſet Deus cauſa malitiæ ſi actiones prædeterminaret. Prima probatio.*

Explico & confirmn primò, quia ſecundùm Authores phyſicæ prædeterminationis, de ratione Primæ cauſæ eſt, vt determinet applicétque ad agendum quamcumque cauſam ſecundam: ideóque determinat & applicat voluntatem dæmonum & quorundam impiorum hominum ad actiones materiales odij Dei, & blaſphemiæ. Ergo Deus facit vt prædictæ materiales entitates odij & blaſphemiæ ſint à voluntate creata; ac proinde facit vt illę entitates habeant primariam radicem malitiæ ac peccati, quæ conſiſtit in ordine ad voluntatem creatam, tanquam ad cauſam efficientem, & recipientem. 11. *Prima confirmatio.*

Magis adhuc explico ſecundò, diſtinguendo in odio Dei rẽ & modũ qui eſt ordo ad volũtatẽ creatã. Res eſt effectus immediatè productus à voluntate, qui iam eſt in facto eſſe terminus actionis ab illa diſtinctus, ſaltem ratione formali (vtrum ante opus intellectus nihil intereſt ad præſens.) Modus autem, qui eſt ordo ad voluntatem creatam eſt formaliſſima ratio actionis, per qnam illa qualitas, quæ eſt odium Dei ſuum eſſe recipit à voluntate creata, & reſpicit illam tanquam actualiter prodocentem. Quo ſoppoſito ſic argumentor. Iſte modus, qui conſiſtit in formaliſſima ratione actionis, cauſatur à Deo, tanquam ab authore determinante & applicante voluntatem creatam, vt proprio ipſius voluntatis concurſu, & actione producat talem qualitatem odij Dei. Ergo non ſolum illa qualitas, quæ eſt odium, ſed etiam, quod illud odium fiat à 12. *Secunda confirmatio.*

fiat à voluntate creata,& habeat ordinem ad illam, cauſatur à Deo, tanquam à determinante, & applicante voluntatem creatam. Ergo Deus determinat & applicat ad odium, quantum ad illam ipſam rationem formaliſſimam à qua immediatè, per ſe ac neceſſariò prouenit malitia, nimirum quod ſit à voluntate creata.

13. *Secunda probatio. Magiſter.*

Hinc ſumitur probatio ſecunda oſtendendo diſcrimen inter actionẽ ambulandi, & actionem odio habendi Deum. Quod ſcitẽ adnotauit Magiſter 1.diſt.42.prope initium dicens: *Ambulatio, loquutio & huiuſmodi actiones à Dei potentia aliena non ſunt, ſed ad ipſam pertinent. Licet enim huiuſmodi actiones in ſe Deus habere non poſſit (non enim poteſt ambulare, vel loqui, & huiuſmodi) eas tamen in creaturis poteſt operari, facit enim vt homo ambulet, & loquatur, & huiuſmodi. Sed ſunt alia quædam, quæ Deus nullatenus facere poteſt, vt peccata.* Vnde peto ab Aothoribus phyſicæ prædeterminationis, vtrum ſicut Deus facit, quod homo ambulet, & loquatur: ita Deus faciat vt homo odio proſequatur Deum,& blaſphemet, quantum ad materialem rationem actionis, per quam producitur illa qualitas, quæ eſt odium, vel blaſphemia. Si enim Deus hoc facit: iam Deus facit, vt homo faciat materialem realitatem odij, & faciat ſecundùm eam rationem formalem ſecundùm quam ex illa per ſe & neceſſariò ſequitur malitia & ratio peccati. Si autem Deus hoc non facit, conſequens eſt, Deum non prædeterminare voluntatem hominis ad talem materialem actionem producendam.

14. *Confirmatur primò.*

Confirmatur primò, quia quamuis Deus non velit ambulare: nihilominus vult, vt homo ambulet. At contra Deus non ſolùm non vult odiſſe & blaſphemare; ſed etiam non vult vt homo blaſphemet, & odio proſequatur. Ergo non vult Deus, vt qualitas, quæ eſt odium vel blaſphemia producatur à voluntate creata, ex qua productione per ſe, & neceſſariò conſequitur, vt homo verè blaſphemet, & odio habeat:

Confirmatur ſecundò

Confirmatur ſecũdò, quoniam antiquorum aliqui Theologi exiſtimabant Deum, quamuis non velit mala: nihilominus velle mala fieri. Quorum ſententiam pręcedenti diſp. 26. ſect. 2. probauimus, errorem eſſe fidei contrarium. Nunc autem inferimus inde, non eſſe concedendum, quod Deus velit, & prædeterminet Petrum, vt elicear materialem actionem, qua producat qualitatem odij, & blaſphemiæ. Nam ex hac ipſa productione, quatenus eſt à Petro, per ſe & neceſſariò prouenit, vt Petrus peccet, blaſphemet, & odio proſequatur Deum.

15. *Tertia probatio.* *Si Deus eadẽ ratione qua actum ſpe rantia prædeterminat, prædeterminaret actum odij Deus verè eſſet author peccati.*

Probatur tertiò, quia data hypotheſi impoſſibili, quod Deus prædeterminaret ac produceret materialem actionem odij Dei, eodem modo, quo producit actum aliquem virtutis moralis, vt iuſtitiæ, vel temperantiæ, ita vt, quantum ad modum effectiui concurſos, ex parte Dei determinantis, & inclinantis, nullum eſſet diſcrimen: tunc Deus verè eſſet author & cauſa peccati. Et tamen in eo caſu non alia ratione Deus malitiam cauſaret, niſi cauſando vt homo cauſet actionem realem, ex qua neceſſariò ſequitur malitia: hoc autẽ præſtat prædeterminatio phyſica. Si reſpondeas, in eo caſu Deum intendere malitiam: non ſatisfacis; quoniam hypotheſis propoſita præſcindit à quacumque intentione, & agit de mera, & præciſa cauſalitate, quã ſupponit eãdem adhiberi ad bonos & malos actus.

16. *Quarta probatio.*

Quartò, quia ſi Deus perſuaderet, vel præciperet Petro, vt eliceret materialem entitatẽ odij Dei, nõ liberaretur à malitia Deus; etiãſi reſponderes, malitiã nõ ſequi ex tali actu, niſi prout eſt à volũtate deficiente. Ergo ſi Deus prædeterminaret materialem entitatem odij Dei, non liberaretur à malitia Deus etiam ſi reſponderes, malitiam non ſequi ex tali actu, niſi prout eſt à voluntate deficiente. Conſequentia probatur, quoniam phyſica pręde terminatio, non minùs, quam præceptum aut conſilium, ſufficiens eſt, vt Deo imputabilem reddat, non ſolùm actum prædeterminatum, ſed etiam quidquid ex illo neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur.

17. *Quinta probatio.*

Probatur quintò, quia formalis ratio meriti naturalis non cõſequitur actum, niſi prout eſt à voluntate creata: nihilominus Deus eſt author & cauſa, vt homo per ſuam liberam voluntatẽ merita naturalia lucretur: ergo quod malitia peccati conſequatur actum, prout eſt à volũtate creata, non impediet, quo minus Deus ſit author illius: niſi aliunde in ipſo modo concurrendi oſtẽdatur diſcrimen ratione cuius, Deus non determinet voluntatem vt deficiat, eliciendo actionẽ malam; ſed potius, quãtum ex ſe eſt inclinet ſemper vt elicear actionem bonam; ideóque merito cenſeatur author illius.

18. *Sexta probatio.* *Spiritus ſanctus dicitur poſtulare & triumphare, quia cauſa eſt, vt nos poſtulemus, & triumphemus.*

Sextò Spiritus Sanctus dicitur poſtulare pro nobis & triumphare nos in Chriſto, quia cauſa eſt, vt nos poſtulemus, & triumphemus: quãuis alioqui oratio, poſtulatio, & triumphus formaliter afferant actum prout eſt à voluntate creata, non verò prout eſt à Deo. Deus enim propriè nõ orat ſe ipſum, nec poſtular à ſe ipſo, neq; pugnat cum Dæmone, ac Mundo, illorum tentationibus reſiſtendo. Ergo quod malitia ſequatur ex actione odij, quatenus procedit à voluntate creata, nihil obſtabit, quominus Deus ſit verè author, & cauſa, vt homo Deum odio proſequatur, ſi aliàs phyſicè prædeterminat ad odium.

19. *Septima probatio*

Probatur ſeptimò, quia ſi Deus ad materiales actiones erroris, & mendacij prædeterminaret Prophetas, Apoſtolos, & cęteros authores S. Scripturæ; imò etiã Pontifices, & vniuerſam Eccleſiam; adhuc dicere poſſes, illius mendacij & erroris malitiã non conſequi ad ſubſtãtiam actus, niſi præciſè, quatenus illa ſubſtantia ſit à voluntate creata deficiente, & tamen omnino inſufficiens eſſet ſolutio. Cæterum, quia de hoc argumento ex profeſſo dicturi ſumus tota diſp. 30. nunc illud ſolummodò notandum fuit, valere etiam ad refutandam præſentem ſolutionem quartam, & noſtram concluſionem comprobandam.

20. *Octaua probatio à priori.*

His omnibus exemplis aperitur via intelligendi octauam rationem à priori, per quam deprehenditur inſufficientia prædictæ ſolutionis quartæ hoc modo. Quod malitia peccati conſequatur materialem actionem præciſè, in quantum eſt à voluntate creata, deficiente, hoc ſufficienter excuſat Deum, ne imputetur, quaſi actio immanens ipſius Dei; non tamen excuſat ne imputetur Deo, quaſi obiectum ad extra volitum, & tanquam effectus ad extra cauſatus: hoc enim modo imputatur Deo laus cuiuſque boni actus hominum & Angelorum; quamuis non imputetur vt actio Dei, ſed vt effectus ad extra volitus & cauſatus. Et hoc modo imputarentur errores & mendacia, ſi

Nõ imputaretur Deo tanquã actio immanens ipſius Dei, imputaretur vero tanquam obiectum ad extra volitum.

Deus ad illorum materialem entitatem determinaret Apoſtolos, Propheras, Pontifices, & Eccleſiam.

21. *Nona probatio.* Nonò probatur concluſio refutando fundamentum contrariæ ſententiæ, quod retulimus numero tertio, pro quo ſtatuendæ ſunt duæ, quæ reſtant, concluſiones. *Secunda concluſio.* Secunda concluſio. Implicat contradictionem à ſolo Deo produci materialem actionem odij Dei, ſiue extra omne ſubiectum, ſiue in ſubiecto corporeo, ſiue in voluntate nullo modo concurrente in genere cauſæ efficientis. Et quamuis impoſſibilem exiſtimem cuiuſque volitionis, aut intellectionis productionem à ſolo Deo ſine intellectu vel voluntate creata procedentem, ac præſertim extra ſubiectum, vel in ſubiecto corporeo: attamen de hoc diſputandi locus eſt alius. Illud tamen proprium eſt inſtituti præſentis, talem eſſe ab intrinſeco materialem entitatem odij Dei, & blaſphemiæ, vt Deo indigniſſimum, & omni ex parte repugnans ſit, Deum eſſe illarum cauſam etiam extra omne ſubiectum, vel in ſubiecto corporeo, vel in voluntate nihil effectiuè concurrente, vt oſtendemus infra diſput. 41. ſect. 1.

22. *Tertia concluſio.* Tertia concluſio. Dato & non conceſſo, quamlibet operationem voluntatis eſſe ab intrinſeco ita indifferentem ad bonum, vt in aliquo caſu fieri poſſet liberè ſine vlla malitia; adhuc contradictionem implicaret, Deum prædeterminare, vt fiat hæc actio hic & nunc, & cum talibus circumſtantiis, ſub quibus neceſſarium eſt, malitiam ſequi ex tali actione. *Prima probatio tertiæ concluſionis.* Probatur primò, quoniam eo ipſo determinaret Deus, cauſarétque vt exiſteret malitia, quæ neceſſariò conſequitur: vt dicemus diſputat. 40. ſect. 2. in principio.

23. *Secunda.* Probatur ſecundò, quia quamuis aliqui Scholaſtici exiſtiment, nullum actum eſſe intrinſecè malum, ſed quemlibet poſſe ab homine liberè & licitè fieri, accedente diſpenſatione Dei, aut præcepto, Deúmque poſſe diſpenſare, vt fiat licitè, vel etiam præcipere, vt fiat quilibet actus, etiam odij Dei: quam ſententiam tenuit Ocham, quem ſequitur Aliaco. lib. 1. ſent. q. 14. art. 3. ad 2. dubitationem, Gerſon, & Andreas de Caſtro nouo, quos refert Almainus lib. 1. moral. cap. 15. prope initium; nemo tamen Theologorum dixit, fieri poſſe, vt manente prohibitione Dei, & non reuocata, neque per diſpenſationem, aut præceptum contrarium, adhuc facere poſſit Deus, vt actus non ſit malus. Ac proinde manentibus his circumſtantiis non poteſt non eſſe indignus, quem Deus procuret, & faciat ab homine fieri, quia iam procurat, & facit, vt homo faciat actum neceſſariò malum, quem implicat contradictionem non eſſe malum.

24. Hæc dixerim, vt conſtet, noſtram doctrinam eſſe ita firmam, vt non ſolùm in communi & certa ſententia Theologorum, exiſtimantium, quoſdam actus eſſe indiſpenſabiles, & prorſus incapaces præcepti affirmatiui, qualia ſunt odium Dei, mendacium, blaſphemia, & his ſimilia; ſed etiam in contraria ſententia, valde improbabili paucorum Scholaſticorum, tanquam certa & inconcuſſa veritas ſupponatur. Porro vtrum aliqua lex aliquódve præceptum ſit prorſus indiſpenſabile à Deo, ſolet tractari in 1. ſent. diſt. 47. & 1. 2. q. 100. artic. 8.

Denique prætermittendum non eſt, quod Beza in aphoriſmo 19. ad temperandum, explicandúmque ſuum errorem, notauit: *Omnia bona ſunt, quatenus à Deo proficiſcuntur; & diſcrimen illud boni & mali in inſtrumentis dumtaxat locum habet.* Inſtrumenta verò ſemper appellat creatas voluntates. Similitérque in aphoriſmo 21. & 31. tradit, actionem, vt procedit à Deo, bonam eſſe, malam verò, vt procedit à voluntate corrupta: de quo dicemus diſput. 32. ſect. 2. num. 11. & 12. Quibus ſimilia ex Zvvinglio referemus ibidem num. 25. *Beza.*

DISPVTATIO XXVIII.

Vtrum defectus actionis, reducendus non in cauſam efficientem, ſed deficientem, defendat, vel potius oppugnet phyſicam prædeterminationem.

SECTIO I.

Qui Authores vtantur huiuſmodi ſolutione, & ad quam ſententiam defendendam.

OMnium ſolutionum celeberrima eſt, quæ ſumitur ex debita reductione defectus, qui non eſt referendus in Deum, quoniam eſt perfectiſſima cauſa efficiens, & nullo modo deficiens; ſed referendus eſt in voluntatem creatam, quæ eſt cauſa deficiens, eo quòd non ſubijcitur regulæ, quando operatur actionem peccati. Hanc ſolutionem antiquiſſimi quique Scholaſtici tradiderunt ad defendendum generalem concurſum Dei, ne poſſet illi peccatum imputari; ſed non ad defendendam phyſicam prædeterminationem; quin potius ad illam reijciendam: vt conſtabit partim ſectione ſequenti, & fuſius diſp. 39. vbi conſtabit, omnes antiquos & recentiores Scholaſticos, præter paucos, in hac ætate phyſicæ prædeterminationis authores, contra illam directè pugnare. 1. *Celebris ſolutio, ex eo quod defectus reduci debeat ſolū in cauſam deficientem.*

Eadem tamen antiquiſſima ſolutio detorquetur ad defendendam phyſicam prædeterminationem materialis actus peccati, eiſdem antiquorum exemplis munita, videlicet, claudicationis, quæ non reducitur in virtutem motiuam cruris, & monſtruoſi effectus, qui non reducitur in cœlorum influentias, vt fuſiùs referemus à num. 5. & ſect. 3. num. 6. Illam inſuper explicant variis loquendi formulis: qualis eſt illa deſumpta ex D. Thoma in 2. diſt. 37. q. 2. artic. 2. ad 3. Deus agenti *influit, & vt agat, & vt bene agat; ſed in malis actionibus, quamuis ſit cauſa earum, quantum ad eſſentiam, non tamen eſt cauſa, quantum ad defectum: & ideo abſolutè dicendus eſt cauſa bonorum operum, non autem peccatorum.* Vnde inferunt quod Deus non eſt cauſa voluntati, vt deficienter agat, etiam ſi prædeterminet materialem actionem peccati, nec Deus tribuit voluntari deficienter agere, nec Deus eſt cauſa actus, vt auerſiuus eſt à regula rationis, nec vt eſt fundamentum auerſionis à Deo. 2. *D. Thomas.*

Dicunt etiam: Non eſt inſtrumentum Dei voluntas, vt deficiens; ſed tantum vt efficiens. Non ſequitur malitia ex actione voluntatis, quatenus voluntas ſubordinatur Deo, vt princi- 3. *Alia excogitata ſolutio.*

pali

pali efficienti, ſed vt deficit. Præintelligitur, cauſam ſecuodam ſe ſubtrahere à cócurſu Dei, vt deficiat, & non ſubiici ei, cui debet ſubiici. Deus non cauſat omoia requiſita ad malitiam, & non cauſar deficientiam actoalem, à qua prouenit malitia. Voluntas ex vi prædetermioationis tendit in bonum & non deficit in actu.

4. *Vnica Authoris concluſio.* Has& ſimiles alias propoſitiones de diuino concurſu verificari non poſſe, ſi phyſicam prædeterminationem Deus adhibeat, oſtendemus ſect.2.& 3.maximè verò ſection.4. Vnica vero concluſio propria eſt præſentis ſectionis. Solidam Theologiam authoritate & ratiooe munitam continet ea ſolutio, quæ Dei generalem concurſum omni culpa vacate probat, quoniam defectus, ſeu malitia peccati non eſt reducendus in cauſam efficientem, ſed in deficientem, &c. Hanc concluſionem ex profeſſo explicare & probare oportet; qoia inde ſumuntur argumenta valida contra phyſicam prędeterminationem, vt videbimus ſection.2.& 3. tantum abeſt, vt hæc doctrina ſatisfaciat argumentis, quæ contra phyſicam prædeterminationem hoeuſque propoſuimus.

5. *S.Thomas.* Concluſio probatur primò: ſic enim S.Thomas 1.2.q.79.art.2.corpore ait: *Defectus autem ille eſt ex cauſa creata, ſcilicet, libero arbitrio, in quantum deficit ab ordine primi agentis, ſcilicet, Dei. Vnde defectus iſte non reducitur in Deum, ſicut in cauſam, ſed in liberum arbitrium ſicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curuam ſicut in cauſam, non autem in virtutem motiuam, à qua tamen cauſatur quidquid eſt motionis in claudicatione: & ſecundum hoc Deus eſt cauſa actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati, quia non eſt cauſa huius, quod actus ſit cum defectu.* Quæ poſtrema verba ponderabimus ſection.3. ſub initium.

6. Ibidem ad 2. argumentum diſcriminis rationem reddit S.Thomas, propter quam imputatur homini defectus, licet illum oon iotendat: non autem Deo, quamuis ad eundem actum realem concurrat, quia, ſcilicet, homo *non ſubditur ei, cui debet ſubdi.* At verò *Deus ſic eſt cauſa actus, quod nullo modo ſit cauſa defectus concomitantis actum.* Eandem ſolutionem S.Thomas tradit, quoties hæc difficultas occurrit expedienda, vt 1.p.q.49.artic.2.corp. & ad 2. & in 2.diſt.37.q.2.art.2.& 3.contra gent. cap.71. io fine & fuſius in q.3.de malo artic.2. vbi ſimilitudinem adiungit ductam à motu, & influxu cœlorum.

7. Eandem ſolutionem tradunt Albertus 1.p. q.26.memb.2.art.3.ad 3.Vincentius Beluacenſis in tom.3. ſpeculo moral. lib 3.diſt.9. ad 2. quæſtioné, S.Antoninus 1.p.tit.6.cap.12.Rayner. in Pantheolog. verbo *peccatum* cap.3.S. Bonauentura 2.diſtinct.37.artic.2.q.1. ad duo peoultima argumenta. Scotus latè & optimè eadem diſtinc.q. vnica §.ad ſolutionem iſtorum obiectorum, Carthuſian.2.diſtinct.37.q.1. Capreol.2.diſt.37.q.1.art.3.col. antepenultima & diſt.34.q.2.art.1.cooc.2.& art.3.ad argumenta contra ſecundam concluſionem. Deza in 2.diſtinct.34.q.2.art.3.notabili 2.3.& 4.& diſt.37. q.vnica art.3.ootab.4.& art.4.ad 11.contra ſecundam concluſionem, Conrad.1.2.q.79.art.1. in fine corpor.& ad 3.& artic.2.corpore ſub finem, Caietanus eadem q.79.art.1.& 1.p.q.49. art.2. Ferrarienſis 3. contra gent.cap.71. & recentiores communiter, vt Bellarminus tom.3. lib.2. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati cap. 5.& cap.18. Roſſenſis artic. 36. contra Luther. inter princip.& med.§. *Neutrum.* Eidem ſolutioni valde conſonat Magiſter primo diſt. 46.§.*item aliter.*

Probatur ſecundò, nam eandem ſolutionem magis explicat & confirmat illud generale principium, quia videlicet peccati malitia non conſequitor ex actu, quatenus eſt à cauſa efficiente & perfecta; ſed quatenus eſt à cauſa deficieote imperfecta. At verò Deus non eſt cauſa deficiens: imo tam virtus operatiua, quam actualis operatio Dei eſt perfectiſſima & digna ſapientiſſimo & potétiſſimo adminiſtratore Vniuerſi. Hac via, Deum non eſſe peccati cauſam, licet ad actum illius concorrat, defeodunt S.Thomas 3.contra gent.cap.10. & 1.p. q.41.art.1.ad 3. & artic.2.corpore & ad 2. & q.63.art.1. & 1.2.q.75.artic.1.& 2.& 4. & de Malo q.1.art.3. fusè & in 2.ſentent.q.1.art.3. & alibi ſæpe, Alexand.1.p.q.18. membr.4. à medio & 2.p.q.100.memb.3.art.6.§.3. corpore. Albertos 2.p.tract.22.q.134. Scholaſtici communiter cum Magiſtro in 2.diſt 34. cap.2. vbi S.Bonauent.artic.1.q.1. & 2.& diſtinct.37. art.2.q.1.in fine. Ægidius 2.diſtinct.37.q.1.artic.2.via.1.& q.2.art.1.& diſt.34.q.2.artic.2.in dub. literali & alibi ſæpe, Ricardus 2.diſt.34. artic.2.q.3.& 4. Durandus 2.diſtinct.34.q.3. Carthuſian.2.diſtinct.34.& diſtinc.37.q.1.Capreolus 2.diſt. 34. q.2.art.1.concluſione 2.& art.3. ad argomenta contra ſecundam concluſionem. Deza ibidem art.3.notab.2.3.& 4.Caietanus & Conradus 1.2.q.79.art.1. & 2.& q. 75.art.1.& 2. Scotus 2.diſt.37.col.9.§.*Quantum ad primum dico quod.* Gabriel 2.diſt. 34.q. vnica art.2.cooncl.3.& art.3. Marſil.in 1.q.44. art.1. poſt concluſionem 6.& in ſolut. ad 4. & in 2.q.18.art.1.in fine. 8.

Probatur tertiò, nam Patres hac ipſa ratione ſolent occurrere obiectionibus Ethnicorum, & Hæreticorum, qui in Deum referebant peccata, eo quod voluotatem creaſſet, quæ eſt cauſa peccati. Iis enim vt ſatisfaciant, ex profeſſo docent, peccatum, eo quod non ſit effectus, ſed defectus, non eſſe à cauſa efficieote vt efficiente; ſed potius vt deficiente. Sic S.Dionyſius de diuinis nominibus cap.4. prope finem cuius præſertim illa verba notanda ſunt: *Fieri malum non eſt ſecundùm virtutem, ſed propter infirmitatem. Et dæmonibus quod quidem ſunt, ex bono eſt & bonum; malum autem eſt ex ipſis ex caſu à proprijs bonis.* Quam veritatem explicat optimè S. Thomas in eius Commentario lection.22. 9. *S. Dionyſius.*

Eandem confirmat Auguſtinus in Enchirid.cap.23.vbi: *Nequaquam,* inquit, *dubitare debemus, rerum, quæ ad nos pertinent, bonarum cauſam, non eſſe, niſi bonitatem Dei: malarum verò ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatē prius Angeli, hominis poſtea.* Et in li.2. de libero arb.cap.vltimo fine: *Motus,* inquit, *ille auerſionis, quod fatemur eſſe peccatum, quoniam defectiuus motus eſt: omnis autem defectus ex nihilo eſt: vide quo pertineat, & ad Deum non pertinere ne dubites. Qui tamen defectus, quoniam eſt voluntarius, in* 10. *Auguſtinus.*

noſtra eſt poſitus poteſtate. Quæ verba ponderabimus ſect. ſequenti num. 15.

Magis ex profeſſo 12. de ciuitate cap. 6. & 7. tem diſcutiens Auguſtinus ait: *Nemo quærat efficientem cauſam malæ voluntatis; non enim eſt efficiens, ſed deficiens, quia neque illa effectio eſt, ſed defectio.* Similia ſcribit in lib. 83. quæſt. quæſt. 21. & alibi ſæpe. Vide ſect. ſequenti num. 17. Eiuſdem ſententiæ eſt Damaſcenus 4. fidei cap. 21. *Nyſſenus.* Conſonat Nyſſenus homil. 8. in Eccleſiaſten quatenus tota fere homilia docet, peccatum contingere ex abuſu arbitrij, quo relinquentes bona, quæ verè ſubſiſtunt, deficimus ad ea, quæ non ſubſiſtunt, ſed inania ſunt.

12. *Cur Deus nõ cauſet peccatũ ex ſententia Patrum.* Probatur quartò, nam antiqui Patres docent, peccatum eſſe nihil, aut defectum, aut priuationem, ideóque Deum non eſſe illius cauſam: ſine ipſo enim factum eſt nihil. Atque in huius doctrinæ explicationem & confirmationem incumbunt toto fere diſputationum pondere, quoties contra Simonem Magum, vel contra Manichæos, aut alios hæreticos defendunt, Deum non eſſe authorem peccati. Quapropter eorum diſcurſus aut expreſſè, aut implicitè continet illud generale principium, quo omne ens & omnis effectus, in quantum talis, reuocetur in Deum: ſed in quantum eſt defectus, priuatio & nihil, reducatur in cauſam deficientem productam ex nihilo.

13. Patres, qui peccatum eſſe nihil, aut defectum, aut priuationem docent, eo fine vt Deus non ſit illius author & cauſa, ſunt qui ſequuntur: Dionyſius de diuin. nomin. cap. 4. verſus finem & ſequentibus capitibus ſæpe, Epiphanius hæreſi 24. & hæreſ. 66. præſertim pagin. 3. poſt epiſtolam Marcelli, *Iuſtinus.* Iuſtinus in lib. quæſtionum à Gentilibus Chriſtianis propoſitarum quæſtion. 46. & 73. dicens: *Malum nihil aliud eſt, quam euerſio boni.* Euerſio autem idem eſt, quod deſtructio aut priuatio: *Baſilius.* Baſilius homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*, & in conſtitutionibus monaſticis cap. 3. fine, *Athanaſius.* Athanaſius in oratione contra idola pagin. 4. & ſequentibus, Nazianzen. orat. 9. *Nazianzen.* ad Iulianum tributorum exæquatorem numer. 20, *Nicetas.* Nicetas explicans eandem Nazianzeni orationem 9. & oratione 40. in Sanctum Baptiſma prope initium commentarij, *Nyſſenus.* Gregor. Nyſſenus homil. 2. in Cantica circa med. & oratione Catechetica capit. 5. & 6. & 7. & diſp. de anima & reſurrectione poſt med. pagin. 4. *Damaſcen.* Damaſcenus 2. de fide cap. 4. & toto dialogo contra Manichæos frequenter hoc repetit tanquam generale fundamentum ad omnes impugnationes, quas contra eorum errorem inſtruit. Atque in hiſtoria Barlaam. capit. 19. longè poſt med. *Chryſoſtom.* Chryſoſtom. homil. 2. in acta Apoſtolorum prope finem & prima Corinth. 15. homil. 42. ad illa verba: *1. Corint 15.* *Neque corruptio incorruptibilitatem.* Leo primus epiſtola 93. ad Turibium cap. 6. *Iſidorus.* Iſidorus lib. 1. ſentent. cap. 9. in principio. *Auguſtinus.* Auguſtinus ſæpiſſimè ac fuſiſſimè, vt tract. 1. in Ioannem, & in Pſalm. 68. enarratione prima colum. 3. ad illa verba: *Pſalm. 68.* *Et non eſt ſubſtantia.* & lib. 11. de ciuitate in fine, lib. 3. confeſſ. cap. 7. & lib. 7. cap. 12. & in Enchirid. cap. 11. 12. & 13. & lib. 2. de libero arbitrio cap. 20. & lib. 83. quæſtionum quæſt. 21. *Fulgentius.* Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 21. & 23. *Proſper* Proſper in lib. ſentent. ex Auguſtino ſententia 228. & in epigrammatibus cap. 95. *Anſelmus.* Anſelmus fusè in Dialogo de caſu diaboli præſertim à capit. 8. vſque ad 11. & lib. de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis cum libertate cap. 1. verſus finem, & de conceptu Virginali cap. 4. & 5. & 6. *Gregorius.* Gregor. Magnus 26. moral. cap. 24. à medio, alias 32. *Hugo.* Hugo Victor. tom. 3. fol. 324. videlicet lib. 1. de ſacramentis pagin. 5. cap. 26. *Laurentius Iuſtinianus.* Laurentius Iuſtinianus in Faſciculo amoris capit. 8. verſus finem. *Petrus Damian.* Petrus Damianus tom. 3. bibliot. epiſtol. 4. de omnipotentia Dei, cap. 4. & 10. *Auicena.* Quibus concinit Auicena tractat. 9. metaphyſic. cap. 6. poſt medium.

14. *Diadochus.* Vnde & Diadochus lib. de perfection. ſpirituali cap. 3. ait: *Malum nec eſt in natura, nec eſt quiſquam natura malus: Deus enim non fecit malum. Quando autem in deſiderio cordis aliquis format id, quod non exiſtit re ipſa: tunc incipit eſſe, quatenus vult ipſe, qui facit.* *Theodoretus Platonem referens.* Theodoretus lib. 6. de Prouidentia propius ad med. quam ad finem refert Plotinum Philoſophum; ita dicentem: *Sic ſtatuendum eſt, malum nihil eſſe aliud, quam boni defectum.* *Ariſtoteles.* Imò & Ariſtoteles in 7. Phyſicor. text. 18. *Virtus*, inquit, *quædam perfectio eſt. Vnumquodque enim tunc maximè perfectum eſt, cum attingit propria virtute. Malitia autem corruptio horum, & remotio eſt.*

Probatur quintò, nam inde ſumitur ratio à priori, ob quam impoſſibilis ſit vlla ſubſtantia intellectiua, cui ex ſua natura repugnet peccare. 15. Nimirum, quia quæcumque voluntas creabilis, quantum ex ſe eſt, peccandi poteſtatem, vel potius periculum, & impotentiam contrahit ex nihilo, vnde tanquam à termino à quo prodiit in rerum naturam: ac proinde, quod ex ſe eſt, liberè poteſt à perfectione agendi & eſſendi deficere ad priuationem & nihil. *Auguſtinus.* Ita S. Auguſtin. 12. de ciuitate capit. 1. & 6. & 7. & lib. 3. contra Maximin. capit. 12. à medio & lib. 83. quæſtionum quæſt. 4. in princip. *Gregorius.* Gregorius 5. moral. cap. 28. in id: *Qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles.* & clarius lib. 25. moral. cap. 4. explicans illud 1. ad Timothe. 6. *1. ad Tim 6.* *Qui ſolus habet immortalitatem.* *Ambroſius.* Ambroſ. lib. 3. de fide ad Gratianum cap. 2. poſt med. *Hieronym.* Hieronym. epiſtol. 146. ad Damaſum de filio prodigo prope finem. *Fulgentius.* Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. initio & cap. 21. & cap. 23. Damaſcen. 2. de fide cap. 3. parum à princip. & cap. 27. & dialogo contra Manichæos longè ante med. & inter med. & finem, & communis Scholaſticor. ſententia in 2. diſtinct. 23. & 1. part. quæſt. 63. art. 1. & alibi ſæpe. *Anſelmus.* Colligitur etiam ex Anſelmo lib. 2. *cur Deus homo* cap. 10. ad finem, cuius *Bernardus.* rationem breuiter complexus eſt Bernard. ſermone 1. de Annuntiation. prope initium, dicens: *Certum eſt ad ſuam originem vniuerſa, quantum in eis eſt, tendere, & in eam ſemper eſſe partem procliniora. Sic & nos, qui de nihilo creati ſumus, conſtat, quia ſi nobis ipſis relinquimur, in peccatum ſemper, quod nihil eſt, declinamus.*

* * *

SECTIO

SECTIO II.

Quoniam defectus & priuationis cauſa debet eſſe deficiens & ex nihilo producta, probatur Deum non prædeterminare materialem actionem peccati.

1. *Præmiſſa fundamenta nō propugnant ſed oppugnāt prædeterminationē phyſicam.*

PRæcedentis ſolutionis fundamenta, ſi conſiderentur attentiùs, non propugnant, ſed potius euertunt phyſicam prædeterminationem, ad quam defendendam afferuntur. Id quod in præſenti ſectione probandum erit, præſertim ex Patribus: ſed in ſect. ſequenti ex D. Thoma, cæteriſque Doctoribus Scholaſticis, adiunctis Theologicis rationibus.

2. *Solutio eſt optima ſi phyſica amoueatur prædeterminatio.*

Sit ergo concluſio vnica. Defectus actionis reducendus non in cauſam efficientem, ſed deficientem, rectè defendit, Deum non eſſe cauſam, neque authorem peccati ſupponendo, Deum non determinare, imò neque vllo modo inclinare voluntatem creatam ad materialem actionem peccati; ſed potius, quod ex ſe eſt, inclinare ſemper ad bonas actiones. Attamen hoc fundamento ſublato, prædicta ſolutio inuoluit repugnantiam, & non ſatisfacit argumentis, quibus ſupra oſtendimus, Deum eſſe authorem, & cauſam peccati; ſi phyſica neceſſitate determinat, ſeu præmouet ad materialem actionem, quidditatiuè contrariam rectæ rationi, & diuinæ legi: quin potius nouas ſententiæ veræ rationes ſubminiſtrat.

Aliter contradictionem ſuam affert arbitria ſolutio.

3. *Patres id plane ſentiunt.*

Probatur primò, quia Patres in præcedenti ſect. citati ex quidditate mali, ſeu peccati, quod non ſit ens, ſed priuatio, ſeu nihil, ea ratione colligunt, Deum non eſſe peccati authorem, quia Deus, quantum ex ſe eſt, inclinat ad bonas actiones, ad ea, quæ vera ſunt & ad lucem: liberum tamen arbitrium ſe determinat ac detorquet ad priuationem, ad ea quæ non ſunt, & ad tenebras; idque nulla neceſſitate; ſed potius cum poſſet bene operari ſi vellet. Peculiariter Damaſcenus ſæpe ac fusè toto dialogo contra Manichæos ſupra citato, cuius verba ſparſim referimus in variis diſputationibus, huius & præcedentis tomi Baſil. in homil. *quod Deus non ſit author malorum.* Epiphan. hæreſ. 24. poſt med. & hæreſ. 66. pag. 3. poſt epiſtol. Marcelli; Iuſtinus quæſt. 46. ad Gentiles. Nyſſenus homil. 8. in Eccleſiaſtem circa med. & orat. 2. in cantica prope medium.

Baſilius. Epiphanius. Iuſtinus. Nyſſenus.

4. Iidem Patres confirmant primo exemplo ſolis, vt Gregor. Nyſſenus in orat. catechet. cap. 7. fine; *Nullum,* inquit, *malum per ſe ſitum eſt extra liberam arbitrij electionem: ſed ita denominatur ex eo quod non ſit bonum. Quod autem non eſt, non conſiſtit. Eius autem, quod non conſiſtit, opifex non eſt is, qui eſt opifex eorum quæ conſiſtunt. Malorum ergo cauſa non eſt Deus, qui eſt creator & effector eorum, quæ ſunt, non eorum, quæ non ſunt: qui viſum eſt fabricatus, non autem cæcitatem; qui virtutem indicauit, non eius priuationem, bonæ electionis præmio adiecto bonorum fine iis, qui ex virtute vitam degunt nō violentæ alicui neceſſitati, vt ſibi videretur, humanam ſubiungens naturam, tanquam vt aliquod inanimum inuitum ad bonum attrahens. Si autem lucis tempore ſereno purè lucentis voluntariè quiſpiam ciliis apprehendit viſionē, ſol minimè eſt cauſa eius, qui nō aſpicit.*

5. Perpende primò rationem, qua probat, Deum non eſſe opificem & cauſam mali eo quod effector & creator eſt bonorum, & entium: at verò malum nihil eſt, & in priuatione conſiſtit, de qua ratione plura dicemus à num. 16. *Primum notandum.*

Secundò Deum, quantum ex ſe eſt, cauſam eſſe bonæ electionis, virtutis, & lucis: quemadmodum Sol, quantum ex ſe eſt, puræ & claræ viſionis cauſa eſt. *Secundum notandum.*

Tertio non adiecisse creatæ voluntati neceſſitatem, ſed reliquiſſe liberam arbitrij electionem, & in ea ſitum eſſe malum, eo quod liberè non eligat bonum: atque ea ratione non Deo, ſed libero arbitrio tribuendum eſſe peccatum. Quemadmodum, ſi quiſpiam ciliis, ſiue palpebris compreſſis, viſionem apprehendat proptereáque cæcutiat lucis tempore ſereno; Sol minime in cauſa eſt obſcuræ & confuſæ viſionis, ſed liberum arbitrium cilia ſeu palpebras comprimens. *Tertium notandum.*

6. *Athanaſius.*

Eodem exemplo rem clarius explicuit Athanaſius oratione contra idola multo propius ad princip. quàm ad medium, dicens: *Nullum malum nec à Deo, nec in Deo, nec ab initio extitiſſe, neque vllam eſſe eius ſubſtantiam. Sed homines per priuationem imaginandi, cogitandique boni ſibi illud, quod malum eſt, comminiſci incœperunt, effinxerúntque pro libidine ea, quæ non erant. Vt enim ſi quis Sole præſente, & vniuerſa terrarum ſuo iubare illuſtrante, conniueat clauſis oculis, ac inde tenebras, quæ nulla ſunt, animo fingat, ac poſt modum, quaſi in tenebris ambulans oberret, & nunc lapſante gradu procedat, nunc ad præcipitia ſeſe incitet, arbitratus interim non lucem, ſed tenebras eſſe, ſeque intueri, cum nihil videat. Ita quoque mens humana, clauſis oculis, quibus Deum contemplari poterat, effictis ſua imaginatione malis, in ea ſeſe agitat, ac mouet, inſcius interim, ſe nihil agere, dum ſe maximè negotioſam præbet, & quæ natura non ſubſiſtunt, animo comminiſcitur. Non enim qualis à principio condita fuit, talis permanet, ſed qualem ſe ipſa contaminando reddit.*

7. *Baſilius.*

Confirmatur ſecundò Baſil. in conſtitutionibus monaſt. cap. 3. poſt medium, quando contra Manichæum oſtendit, Deum, quod ex ſe eſt, bona omnia facere, ab illis præſertim verbis: *Vt enim luculenta quædam res, ac per ſe bona equus eſt, & quo is natura ferocior eſt, ac vehementior, eò præſtantior haberi ſolet: ſeſſore tamen perito eget, moderatoreque,* &c. Et poſtquam oſtendit, ex ignauia rectoris, hoc eſt rationis, non ex malitia paſſionum prouenire peccatum clarius explicat libertatem, & eſſentiam peccati, dicens: *Etenim ſi eiuſmodi eſſent affectiones iſtæ corporis, quæ ab animo domari non poſſent, meritò culpa in corpus poſſet transferri. Si verò inuenti ſunt multi, quorum ſtudijs deuicta illæ ceſſere, nequaquam ab iis iure corpus culpatur, qui ipſum, tanquam vitiorum authorem traducere non dubitant: ſed negligentiæ culpa in eo eſt, cui delatum corporis imperium eſt; cum neque ipſe animus naturaliter malum in ſe habeat, ſed propterea in vitio ſit (ſi quando ſit) quod virtutem deſerit. Siquidem vitium nihil eſt aliud, quam virtutis deſertio.*

8. Sic nempe Baſilius à Manichæorum blaſphemia Deum liberat; quoniam entia & bona ſunt omnia, quorum Deus author eſt: vitium verò nihil aliud ſit, niſi virtutis deſertio.

Rurſus *Si eiuſmodi eſſent affectiones iſtæ corporis, quæ ab animo domari non poſſent; meritò culpa in corpus poſſet transferri*, ac proinde etiam in Deum authorem corporis. Cæterum & Deus, &

corpus propterea liberantur à culpa; quoniam paſſiones corporis ab animo domari poſſunt. Quam poteſtatem eſſe plenam & completam, cui nihil deſit abſolutè requiſitum vt reducatur ad actum, Baſilius probat Sanctorum exemplo, quorum ſtudiis affectiones deuictæ ceſſere. De cuius argumenti robore multa diximus alibi.

9. *Exẽpla claudicationis, & cauſæ deficiẽtes, vim habent ſeclaſa præmotione.* Probatur ſecundò, quoniam ſimilitudines, ductæ à claudicatione, vel à defectu cauſæ cuiuſque particularis, atque id genus aliæ, ſunt ſatis aptæ, vt explicent & probent, Deum non eſſe authorem & cauſam peccati: ſi non prædeterminat materialem actionem illius. Si autem prædeterminat: eædem ſimilitudines probant, Deum eſſe authorem, cauſámque peccati. Quod probo recurrendo ad iſtius ſimilitudinis originem ab Spiritu ſancto per Scripturam, vbi metaphora claudicationis ſignificat obliquos greſſus, & operationes inordinatas, veluti Pſalm. 17. *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Michææ 4. *Congregabo claudicantem.* Sophon. 3. *Saluabo claudicantem.*

Pſalm. 17.

Sophonia 3.

10. Quo ſuppoſito, conceſſam eſſe à Deo poteſtatem libero arbitrio, vt rectos, vel obliquos greſſus faciat, vitando claudicationem, & errorem, aut claudicando & errando, ſi voluerit, colligitur efficaciter ex Paulo Hebræor. 12. *Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & rectos greſſus facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.* Non igitur phyſicè prædeterminati ſunt homines ad reales greſſus obliquos, & claudicantes, quibus neceſſariò & inſeparabiliter coniuncta ſit priuatio rectitudinis.

Hebræor. 12.

11. *Eadem ſimilitudine Auguſtinus vtitur.* Rurſus ad explicandam peccati cauſam, eadem ſimilitudo accommodata eſt ab Auguſtino, à quo illam deſumpſerunt Doctores Scholaſtici: vt notat Albert. 1. part. quæſt. 26. memb. 2. art. 3. ad 3. & quantum colligere poſſum non ex alio libro, niſi de perfectione iuſtitiæ ratiocinatione 4. vbi Cœleſtius ſic argumentabatur: *Si peccatum eſt res neceſſe eſt, vt habeat authorem. Et ſi authorem habere dicitur, iam alter præter Deum rei alicuius author eſt. At ſi hoc impium eſt; confiteri neceſſe eſt peccatum omne actum eſſe, non rem.* Rem autem hoc loco tam Cœleſtius, quam Auguſtinus intelligunt ſubſtantiam, à qua diſtinguitur actus, qui quamuis ſit reale accidens non eſt res.

Cœleſtius.

12. *Auguſtinus.* Huic ergo ratiocinationi Auguſtinus reſpondet, *peccatum quidem actum eſſe, non rem: ſed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus eſt, non res.* Quod propterea dicit Auguſtinus, ne Cœleſtius poſſet inferre, authorem alterum præter Deum. Nam quamuis cuiuſcumque rei, quæ eſt ſubſtantia concedendus ſit aliquis author diſtinctus ab homine: id tamen non eſt neceſſarium in quocumque actu. Licet enim bonus actus reducatur in Deum, vt in authorem, at verò malus actus reducitur in hominem, vt in authorem. Sed propter breuitatem, quam profitetur Auguſtinus à principio illius operis, non explicuit amplius rationem huius ſolutionis: ſed negauit, aut conceſſit, quod ſatis erat argumento Cœleſtij. Ex quo diſcurſu conſtat, ab Auguſtino negari, Deum eſſe authorem materialis actionis odij, aut alterius cuiuſque peccati: licet concurrat ad illam. Aliud námque eſt concurrere ad actum, quo voluntas creata odio habet Deum: aliud verò authorem eſſe, vt voluntas creata illum actum concipiat. Ratio verò, pro-

Negat Auguſtinus Deũ eſſe authorem materialis actionis odij, alteriuſque peccati.

pter quam non poteſt Deus eſſe author iſtius materialis actus, eſt quoniam habet neceſſariò cohærentem priuationem & nihil: quam rationem explicabimus à num. 16.

Confirmatur, nam libertas indifferens ad vtrámque partem contradictionis eſt præcipua ratio, qua S. Auguſtinus demonſtrat voluntatem, non vt perfectam, neque vt efficientem, ſed potius, vt deficientem, eſſe primam cauſam peccati. Etenim lib. 12. de Ciuitate cap. 6. à medio proponit, illos duos homines æqualiter affectos animo & corpore, & eadem tentatione pulſatos, quorum vnus reſiſtit, alius conſenſum præbet: & concludit, non eſſe aliam cauſam, propter quam peccato conſentiat, niſi voluntatem, indéque in principio ſequentis cap. 7. concludit: *Nemo ergo quærat efficientem cauſam malæ voluntatis, non enim eſt efficiens, ſed deficiens.* Inde igitur infertur, voluntatem, in quantum eſt deficiens, & non Deum eſſe cauſam primam peccandi; quoniam habens libertatem, per quam reſiſtere potuiſſet non minùs, quàm altera voluntas, quæ fortiter reſiſtit nihilominus noluit reſiſtere; ſed liberè manus dedit. Atque iſte locus Auguſtini in lib. 12. de ciuitate cap. 7. eſt, qui præcipuè citatur à S. Thoma quæſt. 1. de malo art. 3. in fine corporis: quamuis enim non citet capitis numerum; refert tamen exemplum tenebrarum, & ſilentij, quo vtitur S. Auguſtinus ibi. Idémque citatur ab Alexandro, aliiſque Scholaſticis locis notatis ſect. præcedenti num. 8. 13.

Ratio ob quã ex duobus hominibus omnino æqualibus alter peccato conſentit (altero non conſentiẽte) eſt voluntas. Voluntas in quãtum deficiens eſt prima cauſa peccati.

Imo etiam illa Auguſtini verba, quæ pro contraria ſententia referuntur ſect. 1. num. 10. concluſionem noſtram probant, ſi correctè legantur, & ponderentur: ait enim: *Omne bonum ex Deo: nulla ergo natura eſt, quæ non ſit ex Deo. Motus ergo ille auerſionis, quod fatemur eſſe peccatum; quoniam defectiuus motus eſt: omnis autem defectus ex nihilo eſt: vide quo pertineat, & ad Deum non pertinere, ne dubites.* Sic enim legunt recentiores & emendaciores codices tanta certitudine, vt neque in margine iudicauerint indicandam contrariam lectionem, videlicet, *ad Deum pertinere non dubites.* Quæ ſanè non cohærebat cum præmiſſis, quibus tanquam concluſio ſubiungitur ab Auguſtino. Ex eo námque quod motus defectiuus ſit, & omnis defectus ſit ex nihilo, rectè infertur, motum defectiuum eſſe ex aliquo principio, quod ſit ex nihilo: & non eſſe ex Deo, qui non eſt ex nihilo. Vnde continuo intulit Auguſtinus, cauſam & authorem eſſe voluntatem creatam, dicens: *Qui tamen defectus, quoniam eſt voluntarius, in noſtra eſt poſitus poteſtate.* Porro non eſſet in noſtra poſitus poteſtate, ſi prædeterminaretur phyſicè motus voluntatis, cui neceſſariò cohæret ille defectus. 14.

His proxima eſt probatio tertia clarius explicans ratiocinationem, per quam communiter Patres, in præcedenti ſect. citati, ex eo quod peccatum ſeu malum ſit priuatio, ſeu nihil, probant, Deum non eſſe authorem illius, neque authorem eſſe, vt liberum arbitrium faciat actionem, cui neceſſariò coniuncta eſt prædicta priuatio. Videlicet, quoniam Deus quidditatiuè eſt primum, & ſummum ens, infinita bonitas & ſapientia, ſeu ratio. Ergo Deus, quantum ex ſe eſt, ſemper vult, inclinat, & cauſat, vt omnes effectus ad quos concurrit ſint pleni atque perfecti entitate, bonitate, ac ſapientia, ſeu ratione, ac proinde vt nullum habeant defectum, quo diſſonent 15.

Ex eo quod malum & priuatio eſt nihil, probãt Patres non cauſari à Deo.

diſſonent à recta ratione, & deficiant ab entitate & bonitate, quam voluntas habere deberet. Quapropter eo ipſo Deus, quantum ex ſe eſt, ſemper vult, inclinat & cauſat, vt nulla volitio ſit odium Dei, quia talis effectus diſſonat à recta ratione, deficitque à bonitate & entitate, quam voluntas & omnis volitio, in quantum volitio deberet habere, videlicet ab amore Dei, aut ſaltem à ſubordinatione ac directione implicita, & virtuali ad Dei amorem, quam omnis volitio debet babere. Quod ſi Deus, quantum ex ſe eſt, ſemper vult, inclinat, & cauſat, vt nulla volitio ſit odium Dei, non poteſt ad illam phyſicè prædeterminare, quia ſi prædeterminaret, eo ipſo vellet, inclinaret, & cauſaret, vt aliqua volitio eſſet odium Dei, quod eſt contradictorium præcedentis propoſitionis.

Deus quantum ex ſe eſt ſemper inclinat vt nulla creata volitio mala ſit.

Si prædeterminaret, inclinaret vt aliqua volitio mala eſſet.

16. Prædictam probationem, qua parte ſumitur ex entitate ac bonitate diuina ſubtiliter docuit Nyſſenus ſupra num. 4. ſed clarius Auguſtinus lib. 83. quæſt. quæſt. 21. dicens: *Quiſquis omnium, quæ ſunt author eſt, & ad cuius bonitatem id tantum pertinet, vt ſit omne quod eſt, non eſſe ad eum pertinere nullo pacto poteſt. Omne autem, quod deficit ab eo quod eſt eſſe, deficit & tendit in non eſſe, Eſſe autem, & in nullo deficere bonum eſt, & malum eſt deficere. At ille, ad quem non eſſe non pertinet, non eſt cauſa deficiendi, id eſt, tendendi ad non eſſe: quia vt ita dicam eſſendi cauſa eſt. Boni igitur tantummodo cauſa eſt, & propterea ipſe ſummum bonum eſt. Quocirca mali author non eſt, qui omnium quæ ſunt author eſt, quia in quantum ſunt, in tantum bona ſunt.* Obſerua præſertim illud principium. *Ille ad quem non eſſe non pertinet, non eſt cauſa deficiendi: id eſt, tendendi ad non eſſe.* Sed velle tranſgredi diuina præcepta eſt deficiendo tendere ad non eſſe: ergo Deus non eſt cauſa vt liberum arbitrium reali tendentia volitionis eligat tranſgredi diuina præcepta.

Nyſſenus. Auguſtinus.

17. Rurſus ex eodem principio rectè deducitur, ſolam voluntatem creatam eſſe poſſe ſibi cauſam, & authorem vt ſua volitio, quam Deo concurrente, concipit, ſit odium Dei, quia voluntas creata ex nihilo, tanquam ex termino à quo ducit originem; ideóque à plenitudine entitatis & perfectionis poteſt ad nihilum deficere in ſuis actionibus. Quod non poſſunt aliæ creaturæ irrationales: quoniam, cum agant per impulſum, & inclinationem, impreſſam ab authore naturæ, ſicut author naturæ non poteſt ab entitate, bonitate & recta ratione deficere; ita neque omnes creaturæ irrationales. Sola igitur creata voluntas eſt, quæ propter ſuam libertatem, per quam permittitur deficere ab impulſu, & inclinatione Dei, poteſt à recta ratione, & bonitate deficere ad priuationem, & nihilum, vnde originem duxit.

Sola creata voluntas ſibi cauſa peccati.

18. In hac ratione notanda ſunt duo. Primùm, illius robur non eneruari, etiam ſi quis exiſtimet, rationem formalem peccati conſiſtere in aliquo poſitiuo, quia nihilominus nullus Theologorum negabit, hoc poſitiuum propterea eſſe maximum malum, quia ſecum affert inſeparabiliter coniunctam priuationem debitæ entitatis, & rectitudinis. Attamen firmior & clarior eſt ratio Sanctorum Patrum, ſecundùm magis probabilem, magiſque receptam Theologorum ſententiam, qui peccati rationem formalem in priuatione conſtituunt.

Duo notãda.

Sancti Patres rationẽ formalem peccati in priuatione conſtituunt.

19. Secundùm eſt, ſi Patres ſolummodo intenderent, malum ſiue peccatum non eſſe ſubſtantiam, neque vlterius procederent, negantes illi quodcumque genus entitatis; ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis; claudicaret altero pede illorum ratio, qua probant, Deum non eſſe creatorem peccati, vel mali, quoniam Deus cuiuſcumque entis, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, creator eſt. Vnde nihil contra Simonem, Manichæos & alios hæreticos concluderent. Sic temperare oportuit explicationem datam à plurimis antiquis Theologis, quam refert, & lectoris arbitrio relinquit Magiſter 2. diſtinction. 37. & ex parte ſequitur & fuſius explicat Gabriel Vaſquez 1. 2. diſput. 95. capit. 11.

Altero pede claudicaret, Patrum ratio.

SECTIO III.

Eadem concluſio probatur rationibus S. Thomæ & aliorum Scholaſticorum.

PRima ratio ſit, quoniam eſt verè cauſa & author peccati quicunque ita cauſat actionem peccati, vt ſimul etiã ſit cauſa huius, quod actio ſit cum defectu. Sed quicunque determinat voluntatem vt eliciat materialem actionem odij Dei, ille idem cauſa eſt huius, quod actio ſit cum defectu: è contrario tamen qui concurrit ad actionem, quod ex ſe eſt, inclinans ad amorem Dei & quaſi coactu; determinatur & flectitur ab alio agente ad materialem actionem odij Dei, ille non eſt cauſa huius, vt actio ſit cum defectu. Ergo ſi Deus determinat ad materialem actionem odij, eſt cauſa peccati: ſi verò non determinat, ſed determinatur à libera voluntate creata; non Deus, ſed voluntas creata erit cauſa peccati. 1.

Deus non eſt cauſa, vt actio ſit cum defectu.

Maiorem docuit S. Thomas in 1. 2. quæſt. 79. art. 2. in fine corp. vbi poſtquam propoſuit exemplum illud claudicationis, ita concludit: *Secundùm hoc Deus eſt cauſa actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati, quia non eſt cauſa huius vt actio ſit cum defectu.* Crediderim excogitari non poſſe alia verba, quæ tanta energia, perſpicuitate, & ſubtilitate aperiant primariam rationem tribuendi, vel non tribuendi culpam vni potiùs, quam alteri cauſæ. Quapropter cæteris omnibus prætermiſſis, hæc tantum verba ponderantur & explicantur à Caietano ſic: *Deus non eſt cauſa vt actio ſit cum defectu, id eſt, non eſt cauſa concomitantiæ ſeu coniunctionis defectus cum actu; coniunctio enim iſta non vndecumque prouenit, ſed ex deficiente libero arbitrio,* &c. Hic igitur eſt optimus commentarius ad alia loca S. Thomæ atque Scholaſticorum, quos in ſect. præcedenti probatione 1. & 2. retulimus; vt conſtabit, ſi attentè legantur ſinguli. 2.

S. Thomas.

Caietanus.

Confirmatur primò, quia efficiens, in quantum efficiens tribuit effectui entitatem & bonitatem ſuam, ſeu perfectionem. Ergo cauſa deficiens formaliſſimè, in quantum deficiens, eſt illa quæ cauſa eſt huius, quod actio ſit cum priuatione debitæ entitatis, bonitatis, & perfectionis. At huius cauſa eſt, quæcumque cauſa determinat, vt fiat actio materialis odij Dei, cui ab intrinſeco & inſeparabiliter coniuncta eſt priuatio debiti amoris erga Deum, debitæ entitatis & perfectionis. Contra verò illa cauſa, quæ quod ex ſe eſt, inclinat, vt ametur Deus, & actus eliciatur cum debita entitate, & perfectione, non erit cauſa deficiens. 3.

4. *Per cauſam determinantem ſtat quominus eſſe ...tus deficiat.*

Confirmatur ſecundò, quoniam illa eſt cauſa deficiens, per quam ſtat, quominus effectos habeat debitam perfectionem : ſed hoc ſtat per illam cauſam, quæ determinauit ad materialem actionem, coi ab intrinſeco repugnat habere debitam perfectionem : & non ſtat per cauſam, quæ ab alio determinatur (hæc enim dicere poteſt : Ego libentius, quod ex me eſt, produxiſſem perfectiſſimam actionem) ergo ſi Deus & non homo prædeterminat ; Deus & non homo eſt cauſa deficiens.

5. *Confirmatur exemplo.*

Tertiò explicatur & confirmatur exemplo, nam ſi ſcribendi Magiſter arreptam manum pueri, calamúmque determinaret ad totam realem figuram, formámque literarũ, ſine dubio eſſet cauſa deformitatis, obliquitatis, & obſcuritatis, & cuiuſcũque defectus, qui neceſſariò comitatur talem figuram realem. Si verò magiſter, quod ex ſe eſt, facit vt pueri manum moueat & calamum ad pulchras, perſpicuáſque figuras literarum; attamen pueri, vel ignorantia vel negligentia detorquet motum, ductúmqoe magiſtri, vt figuræ formentur realiter contrariæ iis, quas Magiſter intendit, iam magiſter non eſt cauſa defectus contingentis in ſcribendo ; ſed vnica illius cauſa eſt, pueri vel ignorantia, vel negligentia.

6. *Cur cœli motus non ſit cauſa defectuum, qui in inferioribus contingunt.*

Secunda ratio eſt, quia motus, ſiue influxus quo Cœleſtia corpora mouent inferiora cuncta ad ſuas particulares actiones propterea non eſt cauſa ſterilitatis, monſtroſitatis, & aliorum defectuum, qui contingunt inferioribus cauſis, quoniam cœli motus, quod ex ſe eſt, non determinat ad illos defectus ; ſed potius cauſæ particulares.

S. Thomas.

Vnde S. Thomas 3. quæſt. de malo art. 2. corpore, propoſito exemplo de motu, & influxu cœleſti ſubiungit rationem à priori, dicens: *Cum enim aliquid eſt in debita diſpoſitione ad recipiendam motionem primi mouentis, conſequitur actio perfecta ſecundùm intentionem primi mouentis. Sed ſi non ſit in debita diſpoſitione, & aptitudine ad recipiendam motionem primi mouentis, ſequitur actio imperfecta. Et tunc quod eſt ibi actionis reducitur in primum mouens, tanquam in cauſam.* &c.

7. Vnde S. Thomas infert, quidquid eſt actionis in nobis reduci in Deum, tanquam in cauſam: quod autem eſt ibi de deformitate, & inordinatione, non reduci in Deum : quia hæc prouenit ex libero defectu debitæ diſpoſitionis, ad recipiendam diuinam motionem. Inde igitur prouenit, vt motio Dei, quæ ſecundùm intentionem primi mouentis dirigebatur ad bonum, detorqueatur ad malum, ob liberum defectum noſtræ diſpoſitionis. Porro S. Thomas hoc loco diſpoſitionem appellat noſtram cooperationem.

8. *Efficax ratio deſumitur ex D. Thoma.*

Tertia & efficax ratio ſumitur ex D. Thoma 1. part. quæſt. 49. art. 1. in corpore & ad 3. & de malo quæſt. 1. artic. 3. corp. poſt med. vbi notat diſcrimen inter primam cauſam mali naturalis, & primam cauſam mali moralis. Nam prima cauſa mali naturalis ſemper eſt bonum, in quantum bonum & perfectum eſt, non in quantum deficiens eſt; quamuis ſit cauſa per accidens. Attamen cauſa proxima & immediata eiuſdem mali naturalis plerumque eſt cauſa deficiens. E contrario tamen mali moralis cauſa, non ſolùm proxima & immediata, ſed etiam prima cauſa, debet eſſe bonum aliquod, nempe voluntas, non in quantum bona & perfecta, ſed in quantum deficiens & carens actuali vſu regulæ rationis: quamuis eadem etiam per accidens & non per ſe ſit cauſa mali.

Hanc doctrinam tantò obſcurius, quanto breuius docoit S. Thomas 1. part. citata, ſed germanus illius commentarius eſt locus alter citatus ex quæſt. 1. de malo art. 3. corp. vbi quod attinet ad naturale malum, hoc exemplo explicat : *Huius mali, quod eſt monſtroſitas partus, cauſa eſt virtus deficiens en ſemine. Sed quæratur cauſa huius defectus, quod eſt malum ſeminis ; erit deuenire ad aliquod bonum, quod eſt cauſa mali per accidens, & non in quantum eſt deficiens. Huius enim defectus, qui eſt in ſemine, cauſa eſt aliquod principium alterans, quod inducit qualitatem contrariam qualitate, quæ requiritur ad bonam diſpoſitionem ſeminis, cuius alterantis virtus quanto fuerit perfectior, tanto hanc qualitatem contrariam magis inducit : ac per conſequens defectum ſeminis conſequentem. Unde malum ſeminis non cauſatur ex bono, in quantum eſt deficiens; ſed cauſatur ex bono, in quantum eſt perfectum, ſed per accidens.* 9.

Et poſt pauca explicans diſcrimen mali moralis, quantum ad primam eius cauſam, quæ debet eſſe deficiens, ſic loquitur: *Si ergo ita eſſet, quod voluntas ex neceſſitate reciperet impreſſiouem delectabilis allicientis, ſicut ex neceſſitate corpus naturale recipit impreſſionem agentis, omnino idem eſſet in voluntarijs, & in naturalibus* (nimirum vt vtriuſque mali naturalis, & voluntarij prima cauſa eſſet bonum in quantum perfectum, & non in quantum deficiens, ſed tamen per accidens cauſans malum) *non eſt autem ſic, quia quantumcumque exterius ſenſibile alliciat: in poteſtate tamen voluntatis eſt recipere, vel non recipere. Vnde mali, quod accidit ex hoc quod recipit, non eſt cauſa, ipſum delectabile mouens; ſed magis ipſa voluntas. Quæ quidem eſt cauſa mali ſecundum vtrúmque prædictorum modorum, ſcilicet, & per accidens, & in quantum eſt bonum deficiens.* 10.

Vnde colligo huiuſmodi argumentum : Neceſſitas recipiendi impreſſionem obiecti delectabilis allicientis, ſi daretur in voluntate ; inde ſequeretur, voluntatem oon eſſe primam cauſam deficientem. Et huius ratio eſt, quia tunc voluntas non poſſet non recipere illum defectum, & ideo ipſa non eſſet prima cauſa recipiendi, ſed obiectum delectabile. At voluntas non poſſet non recipere impreſſionem Dei inclinantis ad eandem delectationem obiecti delectabilis allicientis ; ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminaret voluntatem ad eam materialem delectationem. Ergo inde ſequeretur, voluntatem non eſſe primam cauſam deficientem; ſed illius defectus primam cauſam per accidens eſſe Deum, in quantum bonum & perfectum, non in quantum deficientem, quemadmodum de prima cauſa monſtroſitatis in partu demonſtrauit S. Thomas nuper citatus. 11.

His valde conſonat doctrina S. Thomæ in 1, 2. quæſt. 75. art. 1. & 2.

Quarta ratio ſumitur ex eadem quæſt. 1. de malo art. 3. in fine corp. collato cum ſolutione ad 6. aliiſque locis infra citandis. Nam in corpore art. citati, ait : *Vnde non vti regula rationis & legis diuinæ præintelligitur in voluntate ante inordinatam electionem. Huiuſmodi autem quod eſt, non vti regula prædicta, non oportet aliquam cauſam quærere, quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, vel non agere. Et hoc ipſum, quod eſt non attendere actu ad talem regulam, in ſe conſidera-* 12. *Quarta ratio ex D. Thoma.*

conſideratum non eſt malum, nec culpa, nec pœna, quia anima non tenetur, nec poteſt attendere ad huiuſmodi regulam ſemper in actu. Sed ex hoc accipit primum rationem culpæ quod ſine actuali conſideratione regulæ procedit ad huiuſmodi electionem.

13. *In poteſtate voluntatis ſitum vti vel non vti regula rationis, non tamen ſemper actu attendere.* Ex quibus apertè conſtat, in poteſtate voluntatis non ſemper eſſe actualiter attendere ad regulam rationis & legis diuinæ: eſſe tamen in poteſtate voluotatis vti vel non vti prædicta regula, quatenus poteſt agere, vel noo agere; ac proinde poteſt ſine actuali conſideratione regulæ ad electionem procedere, vel non procedere. Quod ſi negata phyſica prædeterminatione ad conſiderandam regulam, impoſſibile eſt actualiter conſiderare regulam: & data ſimul phyſica prædeterminatione ad electionem in eodem inſtanti, neceſſarium eſt, ſine actuali conſideratione regulæ, actualiter ad electionem procedere: conſequens eſt, vt non ſit in poteſtate voluntatis vti vel non vti regula; ac proinde quærenda ſit alia cauſa præter voluntatem, quæ cauſet illum defectum.

14. *Cur nō oporteat in infinitum procedere.* Rurſus in eodem artic in ſolut. ad 6. reddens rationem, ob quam non oporteat in infinitum procedere, aſſignando priorem aliquem defectum, qui ſit cauſa vt voluntas non conſideret actu regulam, ait: *Cum ergo dicitur, quod bonum, in quantum eſt deficiens, eſt cauſa mali, ſi ly,* In quantum, *deſignet aliquid præexiſtens, ſic non eſt vniuerſaliter verum. Si autem deſignet concomitantiam, ſic verum eſt vniuerſaliter. Quia omne quod cauſat malum, eſt deficiens, id eſt, defectum cauſans, ſicut ſi diceretur, quod omne calefaciens calefacit, in quantum eſt calefaciens.*

15. *Ante defectū poſitum in poteſtate voluntatis nihil ratione cuius voluntas ſit deficiens debet præcedere.* Quapropter ante illum defectum, qui poſitus eſt in libera poteſtate voluntatis, nihil debet præintelligi, ratione cuius voluntas ſit in actu primo deficiens, ac proiode neque poteſt præintelligi negatio phyſicæ prædeterminationis, ſimpliciter neceſſariæ ad cauendum peccatum, neque poſitiua prædeterminatio, neceſſitans ad actionem, cui inſeparabiliter coniunctus eſt defectus moralis malitiæ. Nam ſi hæc præintelligerentur, voluntas ratione illorum eſſet in actu primo ita deficiens, vt in eius poteſtate non eſſet cauere, ne deficeret.

16. Confirmatur primò, nam 1. part. quæſt. 49. artic. 1. ad 3. S. Thomas hoc diſcrimen conſtituit inter res voluntarias & naturales, quod in rebus naturalibus *nunquam ſequitur malum in effectu, niſi præexiſtat aliquid aliud malum in agente, vel materia.* Vnde ſupponit apertè, defectum voluntarium ſequi poſſe, quamuis nullus alius prior defectus præexiſtat in cauſa antequam liberè operetur voluntas. Efficacius ſumitur idem ex 2. ſentent. diſtinct. 34. quæſtion. 1. artic. 3. fine, cuius verba ponderabimus diſp. 40. ſect. 2. initio.

17. Confirmatur ſecundò, nam in 3. contra gent. cap. 10. ad finem ex profeſſo explicans, quomodo nullus inuoluntarius defectus præcedat peccatum, ratione cuius voluntas determinetur ad cauſandum peccatum; & nihilominus præcedat aliquis defectus, ita concludit: *Hic ordinis defectus voluntarius eſt, quia in poteſtate voluntatis eſt velle, & non velle: itémque in poteſtate ipſius eſt, quod ratio actu conſideret, vel à conſideratione deſiſtat: & quod hoc vel illud conſideret.* Ecce originalem *Rationē originalem cur voluntas deficiat, aſſignat D. Thomas.* rationem, ob quam voluntas, in quantum deficit à conſideratione primæ regulæ, & cum ea inconſideratione ſe applicat ad agendum, peccat: vt rectè explicat Ferrarienſis ibi.

18. *S. Bonauentura idem docet.* Sic etiam S. Bonauentura in 2. diſtinct. 34. artic. 1. quæſt. 2. io fioe corp. & ad vltimum argumentum expreſsè docet, nullam aliam diſpoſitionem nullúmue alium defectum præſupponi in voluntate, antequam prodeat in actum peccati; niſi quod poſſit peccare, eo quod ſit domina ſui actus, potens ſe conuertere ad obiectum, quod voluerit: & quomodo voluerit: & quod alioqui non ſit voluntas increata, ſed ex nihilo producta.

19. *Richardus.* Nec non Richard. 2. diſtinct. 34. artic. 2. quæſt. 4. in corpore ait: *Si voluntas non eſſet libera, quamuis ratione defectibilitatis egrederetur ab ea actus defectuoſus; ille tamen non haberet rationem culpæ: ſed quia per libertatem voluntas poteſt ſe tenere, ne per ſuam defectibilitatem exeat in actum defectuoſum: ideo habet rationem culpæ.* & poſt pauca: *Si enim aliquis faber fabricat cultellum, & alteri concedat ad debitum vſum, & ille poſtea ex peruerſitate voluntatis abutens cultello, faciat de illo aliquod opus illicitum; iſte abuſus non reducitur ad fabrum, ſicut in cauſam.* Vnde duo exiſtunt argumenta. *Inde duo argumenta. Primum.* Primum: Phyſicam prædeterminationem ad actionem odij fabricat ſolus Deus: & non concedit homini ad debitum vſum, nam contradictionem implicat quod homo bene vtatur tali prædeterminatione. Ergo defectus culpæ, qui ex illa ſequitur in Deum reducitur, ſicut in cauſam. *Secundum.* Secundum argumentum, quia ſuppoſita phyſica prædeterminatione, voluntas non poteſt ſe tenere, ne exeat in actum defectuoſum. Ergo eius defectus non habet rationem culpæ. Conſequens eſt impoſſibile: ergo & Antecedens.

20. Capreolus in 2. diſtinct. 34. quæſt. 2. artic. 1. concluſ. 2. refert & ſequitur teſtimonia, quæ ſuperius retulimus ex quæſt. 1. de malo artic. 3. & 1. part. quæſt. 49. art. 1. ad 3. Quibus conſonat Deza in ſecundo diſtinct. 34. quæſtion. 1. artic. 3. notab. 2. 3. & 4. & art. 4. ad argumeota contra 2. concluſionem.

21. *Conradus.* Conradus egregiè præ cæteris in 1. 2. quæſt. 79. art. 1. in poſtrema parte corporis ait: *Voluntas increata, & Deus ipſe non poteſt eſſe prima cauſa, & ratio deficiendi culpabiliter. Quia ſi Deus primò ſubtraheret rectitudinem actionis, tunc non eſſet in poteſtate voluntatis rectè agere.* & poſt pauca: *Imo, quantum eſt ex parte Dei, illa rectitudo ineſſet actui. Quod autē non inſit, eſt ex voluntate creata.* & iterum: *Diuina voluntas, licet nō teneatur dare rectitudinem effectui; tamen, quantū eſt ex ſe, daret ſi voluntas creata cooperaretur: quidquid enim Deus dat antecedenter, daret etiam conſequenter, quantum eſt ex parte ſui, niſi adſit impedimentum:* & infra: *Deus, quantum eſt de ſe cauſaret rectitudinem; ſi voluntas ſuam cauſalitatem cauſaret.* Quæ omnia & alia his ſimilia prior ſcripſit Scotus in 2. diſt. 37. dum promiſcuè diſputat quæſtiones quatuor, §. *Ad ſolutionem iſtorum.*

22. His omnino conſonant alij Scholaſtici citati in ſect. 1. num. 7. & 8. quorum ſingula verba referre fuiſſet operoſum atque prolixum. Præſertim cum eadem doctrina colligatur ex omnibus Scholaſticis citatis tomo præcedenti de Scientia diſput. 49. & 50. Sed magis in ſpeciali circa materiales actiones peccatorum referendis tota diſput. 39.

23. Quinta ratio, quia ſi Deus præciperet, vel conſuleret materialem actionem odij, non excu-

ſaretur

Si Deus materialē actionem odij præciperet, vel conſuleret nō excuſaretur ne foret cauſa peccati.

ſaretur Deus, ne foret cauſa peccati;etiamſi reſponderes, peccatum includere priuationem, & defectum,& ea dc cauſa reuocari debere in cauſam deficientem,quæ eſt homo,& nō in Deum: quinpotius eo ipſo concluderetur, Deum eſſe cauſam deficientem. Ergo ſi Deus prædeterminat materialem actionem peccati, non ſatis eſt reſpondere, peccatum includere priuationem & defectum; ideóque reuocandum eſſe in cauſam deficientem: quin potius eo ipſo concluditur, Deum eſſe cauſam deficientem, quia cauſa eſt, vt actio ſit cum defectu: vt ſupra diximus.

24. Sexta, quia iure optimo Deus crederetur eſſe author & cauſa mali; ſi ad materiales entitates erroris & mendacij prædeterminaſſet omnes Prophetas, omnes ſacros ſcriptores, Apoſtolos, Euangeliſtas, Romanos Pontifices, & vniuerſam Eccleſiam; nec ſatis eſſet reſpondere, malum & mendacium afferre priuationem & defectum, & ea ratione reuocari debere in cauſam deficientem,qualis non eſt Deus:quin potius eo ipſo conuinceretur Deus eſſe cauſa deficiens; vt conſtabit diſp. 30. Ergo ſolutio prædicta non liberat Deum à defectu,ſi applicatur ad phyſicam prædeterminationem actionis, cui neceſſariò & inſeparabiliter annectitur defectus.

SECTIO IV.

Appendix.

Colligitur refutatio ſolutionum, quæ adduntur ad explicationem primariæ.

1.

Sequitur primò.

Ex toto præcedentium ſectionum diſcurſu colligitur, illas omnes loquendi formulas, quas ſect. 1. num. 2. & 3. retulimus, verificari non poſſe, ſi Deus prædeterminat materialem actionem peccati: quinpotius verificantur contradictoriæ propoſitiones. Si enim Deus determinat voluntatem ad actionem, à qua impoſſibile eſt ſeparari defectum; Deus eſt cauſa voluntati, vt deficienter agat, tribuitque voluntati deficienter agere, & cauſat actum, vt eſt fundamentum auerſionis à Deo.

2.

Secundò ſequitur volūtatem vt efficientem & deficientē eſſe inſtrumentū Dei.

Inde ſecundò ſequitur, voluntatem non ſolum, vt efficiens eſt, ſed etiam, vt deficiens, eſſe inſtrumentum Dei. Siquidem Deus eſt primum mouens ad hoc vt actio ſit cum defectu. Vnde malitia ſequitur ex actione voluntatis,quatenus ſubordinatur Deo prædeterminanti ad actionem, cui defectus eſt inſeparabiliter annexus.

Cōfirmatur.

Confirmatur, quoniam nulla maior ſubordinatio voluntatis creatæ poteſt excogitari, quàm producere quod Deus vult,& præmouet,ac producere quando, & quomodo vult,& præmouet; & nihil aliud, nec alio modo producere.

3.

Sequitur tertiò voluntatem Dei perfectiſſimè ſubijci quādo deficit.

Sequitur tertiò, cauſam ſecundam non ſe ſubtrahere à concurſu Dei, vt deficiat;ſed potius illi perfectiſſimè ſubiici, quando deficit, ſi quidem Deus prædeterminat ad talem actionem, quam eliciendo contradictionem implicat non deficere.

Confirmatur primò.

Confirmatur primò,nam ſi per impoſſibile in eo inſtanti, in quo Deus prædeterminat ad materialem actionem odij Dei, voluntas diligeret Deum,vel ſaltem ſe contineret ab odio; tunc ſe ſubtraheret à concurſu Dei prædeterminante ad actionem odij, & non ſubiiceretur ei, cui debet ſubiici.

Confirmatur ſecundò.

Confirmatur ſecundò, quia ſatis ſubiicitur cauſa ſecunda, ſi quidem ſemper ſubiicitur, quantum poteſt ſubiici; ſi nunquam agit, niſi phyſicè prædeterminata.

4. Quartò Deus cauſaret omnia requiſita ad malitiam, quia cauſaret, vt creata voluntas eliceret liberè materialem actionem odij Dei, in quo inuoluuntur omnia requiſita ad malitiam: vt in ſimili diximus tomo præcedenti de Scientia diſput. 54. & plurimis ſequentibus.

Deus cauſaret omnia requiſita ad malitiam.

Cōfirmatur

Confirmatur, quoniam requiſita ad malitiam vel ſunt entitates reales;& illas omnes Deus cauſat prædeterminando ad illas; vel ſunt priuationes,aut relationes rationis;& illæ omnes neceſſariò conſequuntur ex prædictis realitatibus:quapropter cauſantur ab ea cauſa, quæ determinat, vt actio ſit cum talibus realitatibus contrariis rationi & diuinæ legi. Vnde facile eſt retorquere ſimiles alias locutiones eiuſdem ſententiæ.

5. Quintò notandum eſt, ab aliquibus eorundem Doctorum ita prædictam ſolutionem explicari, vt phyſicam prædeterminationem refutare videantur, & ſolummodo admittere Dei concurſum, quod ex ſe eſt, indifferentem. Nam quando argumentamur, explicando practicè phyſicam Dei prædeterminationem ad materialem conſenſum, reſpondent: Practica illa conſideratio ſupponit Deum tanquam agens particulare impellentem, & determinantem hominem indifferentem, ſeu tentatione vexatum, ad conſenſum in actum malum; hoc autem fictitium eſt, imo impulſus ille diuinus eſt ad rationem vniuerſalem boni repertam in actu malo,& ex altera parte relinquit indifferentiam ad bonum, & ad malum, vt dictum eſt, nec voluntas innititur præuio concurſui Dei,quando ſe determinat ad malum obiectum.

Prædicta ſolutio explicatur ab aliquibus.

6. Huic doctrinæ,ſi conſonarent cætera; nullum in hoc articulo reſtaret à nobis diſſidium: nihilominus iidem authores expreſſè docent, non ſolum communem, ſed etiam particularem rationem actionis, prædefiniri, & prædeterminari à Deo, quæ prædefinitio & prædeterminatio eo ipſo impellit ad materialem actum, qui malus eſt,ita vt in ſenſu compoſito eum prædeterminatione,impoſſibile ſit actualiter elicere contrarium actum bonum; ac proinde non relinquit indifferentiam ad bonum & ad malum. Rurſus voluntas innititur præuio concurſui Dei, quando ſe determinat ad hanc volitionem particularem, de cuius quidditate eſt verſari circa obiectum contrarium diuinæ legi, & velle poſtponere diuinam legem. Ergo voluntas innititur præuio concurſui Dei,quando ſe determinat ad malum obiectum.

7. Similis eſt eorundem authorum altera ſolutio,videlicet: Deus cauſat totam illam entitatem actus oppoſiti virtuti,tanquam cauſa vniuerſalis & æquiuoca, non quidem per aliquam conformitatem ad obiectum diſſonum rationi,vel contrarium virtuti; ſed per conformitatem ad ſe ipſum,& ad rationem vniuerſaliſſimam entis, in quantum ens.

Altera ſolutio.

8. Hæc omnia refutantur ex eiſdem principiis, ex quibus conſtat phyſicam Dei prædeterminationem per ſe, & quidditatiuè reſpicere, non præciſè atque nudè rationem vniuerſaliſſimam entis, in quantum ens, ſed rationem ſpecialiſſimam, & infimam cuiuſcumque volitionis,etiam illius,qua liberum arbitrium expreſsè vult odiſſe Deū,& eius rationē,regulā,& legē. Quapropter, quando Deus prædeterminat totam entitatem

Refutatur.

iſtius

ſtius volitionis, eo ipſo determinat per conformitatem ad obiectum diſſonum rationi, & contrarium virtuti charitatis.

SECTIO V.

In primo creationis inſtanti propterea nullus Angelus potuit eſſe malus, quoniam Deus prædeterminare non poteſt ad materialem actionem peccati.

Peccatum reduceretur in Deum ſi Angelus in primo inſtāti peccaret.

1\. INſiſtimus adhuc in probanda coocluſiooe quam ſtatuimus in ſect.2. num.4. nec digrediemur ab inſtituto, vt ex profeſſo diſputemus difficilem illam quæſtionem: Vtrum peccatum reduceretur in Deum, ſi Angelus in ptimo inſtanti peccarer: ſed ſupponendo, veram eſſe hanc conditionalem, atque illius illationem eſſe bonam, inde ſumimus argumentum contra phyſicam prædeterminationem materialis actioois peccati: oſtendimúſque, ſolutionem quæ ſumitur ex defectu, reducendo in cauſam deficientem, non ſufficere ad prædeterminationem eiuſmodi propugnandam.

Prædicta illationis ratio.

2\. Breuiter autem ſupponimus priùs, rationem prædictæ illationis hanc eſſe; quoniam prima intellectio, ptimáque volitio non eſt poſſibilis, niſi author naturæ determinet intellectum & voluntatem ad illas, prorſus independenrer ab hominis libertate: nec ſine illa determinarione poteſt inchoari aliqois motus liber voluntatis aur intellectus. Quod S. Thomas & Scholaſtici communiter eliciunt ex Ariſtotele variis in locis, quæ variè citantur à diuerſis authoribus. Dicunt enim, capite de bona fortuna, & in Moralibus & lib.7. Moral. Eudemiorum, prope finem vltra quem locum addo lib.2. Magnorum moral.cap.8. conferendo, quæ de fortuna ſcribir lib.2.phyſic.text.52. Clarius autem hanc philoſophiā docuit S. Thom.1.2.q.9.art.4. & q.109. art.2.ad 1.& q.111.art.2.& 3. & aliis plerìſque locis, quæ cum teſtimoniis aliorum Patrum & Scholaſticorum tetulimus alibi fusè, dabimus autem Deo volente tomo ſequenti tractantes de prædeſtinatioois & iuſtificationis exordio. Quo ſuppoſito, ſi prima operatio Angeli foret defectuoſa & amplecteterur obiectum rationi contrarium; ille defectus reducendus eſſer in authorem naturæ, qui talem operarionem indidit. Hæc ratio ſumitur ex Anſelmo lib. de caſu diaboli, præſertim cap.12.13.& 14. Sed clariùs & breuiùs eam tradidir Hugo Victor.tom.3. in ſumma ſent.tract. 2.cap.2. Magis ſcholaſticè vires illius expreſſit S. Thomas 1.p.q.63.art.5. vt optime ibi explicuit Caietanus, & fuſius Henricus quodlib.8.q.10.diſcutiens verba Anſelmi ſupra citati.

Ariſtoteles.

S. Thomas.

Anſelmus.

Hugo Victorinus.

S. Thomas.

3\. Et quamuis fortè de potentia abſoluta potuiſſet author naturæ determioare ad talem operatiooem primam, quæ non exhauriret actiuam potentiam voluntatis, ſed relioqueret illi poteſtatem ſimul cum illa concipiendi pro ſuo libero arbitrio aliquam operationem iootdinatam (de cuius poſſibilitate abſolura nihil intereſt in præſenti diſputate) attamen de potentia ordinatia non eſt poſſibile. Nec enim expedit authorem naturæ, ſoppoſito quod primam operatiooem tribuit, eam præbere ita imperfectam & diminutam, vt non capiat tantum boni, quantum ſimul & vno hauſtu capere poteſt potētia, vel certè potentiam expedit ita determioare ad bonum, vt ſimul cum illa operatione malum oon poſſit admitti. Ad quam rationem decentię, pluſquam cæteri Scholaſtici reſpexiſſe videtur S. Booauentura in 2.diſt.3.in 2.p. diſtinctionis art.1.q.2.io argumentis *ſed contra.*

S. Bonauentura.

4\. *Non oportuit hominem creari ſine perfecta ſanitate.*

Confirmari primò poteſt exemplo. Sicut non oportuit homioem creari in ætate puerili, & multò minùs oportuit creari ſine perfecta ſanitate omnium membrorum & porenriarum corporis. Secundò, nam & inuentor quilibet artificioſi operis debet illius primum vſum oſtendere, & quilibet magiſter aur prælatus conſtituens diſcipulum aut ſubditum in aliquo munere aut dignitate, debet illi peculiari ratione ad primam functionem aſſiſtere, vt fuſiùs ooſtendimus 1.p.q.63.art.5.

5\. Confirmatur tertiò, quoniā oportuit ita creari Angelos & hominē, vt ipſe creationis modus manifeſtè conuinceret, culpam, eo quod non à principio, ſed poſtea ſecuta fuerit, non poſſe in eius authorē reuocari. Proptereàque Eccleſiaſtes cap.7. explicata virorū & fœminarum pronitate ad peccandum, *ne videretur communem hominum damnare naturam, & Deū authorē mali facere, dum talium conditor eſt, qui malum vitare nō poſſunt, argutè præcauit, & ait: bonos nos à Deo creatos: ſed quia libero ſumus arbitrio derelicti, vitio noſtro ad peiora labi.* Sic Hieronymus explanat illud Eccleſiaſtes cap.7. fine: *Solummodo hoc inueni: quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* Eandem igitur ob cauſam tanto ſtudio Eccleſiaſt.cap.15. notauit, hominē ab initio rectum fuiſſe coostitutum à Deo & relictū in manu conſilij ſui: vt oſtendimus tomo præcedenti de ſcientia tota diſp.39. Et communiter Patres diligēter cōtra Manichæos obſeruāt, Angelos & hominem abſque vlla malitia ſuiſſe primum à Deo creatos; poſtea verò liberè ſibi fuiſſe authores peccandi. Quemadmodum breuiter notat Dionyſius de diuinis nomin.cap.4. & S. Thom. ibi lect.19. ſub init. Cyrillus Hieroſolym. catecheſi 2. ſub init. Aponius lib.2. in Cantica col.8. ad illa verba: *Si ignoras te.*

Eccleſiaſtes. 7.

Hieronymus Eccleſiaſtes. 7.

Dionyſius.

S. Thomas.

Cyrillus

Aponius

6\. Epiphan.lib.1.tom.3.hæreſ.42. ſub titulo, *Ex epiſtola ad Galatas*, confutatione 6. ait: *Nec eo tēpore, quo formata eſt caro peccauit, vt ne plaſtes cauſa peccati putetur, qui carnem peccatricem creauit. Neque ante formationē malum extitit. Verùm poſt tēpus ipſe Adam, cum haberet liberum arbitrium in propria voluntate, à ſe ipſo peccatum intra ſe ipſum excogitatū cōmiſit.* Similia de Angelis notat hęreſi 66. cuius verba referemus diſp.11.ſec.5.num.8.

7\. *Sexta Synodus.* *Athanaſius.*

Deinde ſexta Synodus Conſtantinop. Actor. 8. multo propiùs ad finē quàm ad med. refert ac recipit teſtimoniū Athanaſij de Humanitate aduerſus Apollinarem dicentis: *Quando Adam in principio formauit Deus, nunquid congenitū ei dedit peccatū? Quid ergo iam opus erat mādati? Quomodo ergo eū condemnauit peccantem?* Vnde conſtat, non potuiſſe imputari ad culpam, ſi à primo inſtanti cōgenitus fuiſſet illi actus, qui ſecundùm ſuam realem quidditatem eſt malus. Eiuſdem Athanaſij duo alia de hac re teſtimonia retulimus ſupra diſp.19.ſect.6. ad finem. Similia de Angelis & Adamo notat Theodoretus lib.5. epitome diuinorum decret.cap.10. quod eſt de diabolo, & Ambroſius lib.1. Hexaemeron cap.8. inter princip.& med. *In conſtitutione Mundi opinio*, inquit, *malitia interim ſequeſtretur; ne diuinæ operationi, &* pulcherrima

Theodoretus.

Ambroſius.

pulcherrima creatura ea, quæ decolorata ſunt. admiſcere videamur. Chryſoſtom. homil. 60. in Matth. col. 3. *Si ſcires,* inquit, *primum hominem prauum fuiſſe, quia talis fuerat factus; non ſolùm non accuſares, verum etiā veniam facilè dares. Nam ſi morbo ſerui conditione ignoſcis, cur creaturæ Dei non ignoſcis, ſi talem factū à principio arbitraris?* Quam eandem ſententiam tradunt plurimi alij Patres, quorum verba referemus infra diſp. 38. ſect. 3. 4. & 5. præſertim Antonius Mag. apud Athanaſium in eius vita inter princip. & med. Nazianzenus de Chriſti natiuitate verſus med. Damaſcenus 2. de fide cap. 3. & 4. & lib. 4. de fide cap. 21. & in Dialogo contra Manichæom prope medium. Nemeſius de natura hominis cap. 1. vltra med. & cap. 41. Leo epiſtola 93. cap. 6. Tertullianus contra Marcionem lib. 2. cap. 10.

Chryſoſtomus. Antonius Magnus. Nazianzenus. Damaſcenus. Nemeſius. Leo.

8. *Validum argumētum ex verbis D. Thomæ.* His ſuppoſitis validum argumentum ſumitur ex verbis D. Thomæ 1. p. q. 63. artic. 5. corpore poſt med. *Impoſſibile fuit Angelum in primo inſtāti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrij. Quamuis enim res aliqua in primo inſtanti, quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari; tamen illa operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente à quo habet eſſe: ſicut moueri ſurſum ineſt igni à generante.* Vbi notandum eſt ſanctum Thomā apertè loqui non de ſola & præciſa priuatione, hæc enim neque eſt actus liberi arbitrij, neque operatio procedens ab agente; ſed de reali & poſitiua operatione, quæ eſt realis actus liberi arbitrij, cui adiuncta eſt inordinatio, & defectus. Quapropter ex eo quod Deus cauſaret huiuſmodi poſitiuum, & realem actum, determinarétque, vt Angelus illum in primo inſtanti conciperet, S. Thomas colligit, Deum futurum fuiſſe authorem malitiæ. Quamobrem continuo ſubdit: *Vnde ſi aliqua res habeat eſſe ab agente deficiente, quod poſſit eſſe cauſa defectiua actionis; poterit in primo inſtanti, in quo incipit eſſe, habere defectiuam operationem.* Loquitur ergo non ſolùm de formali ratione defectus, ſed etiam de materiali operatione, quam defectus inſeparabiliter comitatur; idque propterea, quoniam agens primò producens eiuſmodi ſubſtantiam, & operationem, eo ipſo cauſaret defectū neceſſariò concomitātem.

Notandum circa D. Thomam.

9. Quod ſtatim confirmat eodem claudicationis exemplo in quo ponderando verſantur præcedentes ſectiones, præſertim 2. & 3. *Sicut ſi tibia, quæ naſcitur clauda ex debilitate ſeminis, ſtatim incipiat claudicare. Agens autem quod Angelos in eſſe produxit, ſcilicet, Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. Vnde non poteſt dici, quod Diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuerit malus.*

10. *Reſponſio.* Finge hic aliquem diſputatorem reſpondere prædictam D. Thomæ conſequentiam non valere, quoniam licet Deus Diabolo in primo inſtanti ſuę creationis impreſſerit materialē actionem odij Dei, ſiue phyſicè prædeterminauerit, vt illam concipiat; nihilominus ſola entitas & perfectio illius actionis reuocari poteſt in Deū, quaſi in cauſam & authorem, quoniā Deus eſt cauſa efficiens perfectè, atque nullo modo deficiens. Quapropter defectus & malitia illius actionis ſolummodo tribuenda eſt deficienti cauſæ, videlicet, voluntati Angelicæ. Nunc peto ab authoribus phyſicæ prædeterminationis, qua ratione poſſit hæc ſolutio refutari, vt firma conſiſtat ratiocinatio D. Thomæ? Etenim, ſemel admiſſa phyſica prædeterminatione ad materialē actionem odij, ſi propter prædictam diſtinctionem efficientis ac deficientis cauſæ Deus liberatur à malitia: poterit etiam liberari, quamuis in primo inſtanti determinet ad materialem actionē odij.

Refutatur.

Confirmatur primò, quia primum inſtās creationis non alia ratione conducit ad inferendum, creatorem eſſe authorem malitiæ; niſi quatenus author naturæ in primo inſtanti creationis tenetur eſſe author primæ operationis, cùm tamen non teneatur eſſe author operationum ſequentium in reliqua duratione, vel inſtantibus illius. Itaque primaria vis argumenti apud S. Thomam in eo conſiſtit, quod Deus author ſit primæ operationis, ac proinde author futurus ſit malitiæ, ſi prima operatio adiunctam habuerit malitiam. Ergo ſi Deus eſt author ſequentiū operationum omnium, & prædeterminat dæmonem vt illas cōcipiat: eadem ratione author erit malitiæ, quæ coniuncta eſt eiuſmodi operationibus. Conſequentia probatur, quoniā in ea hypotheſi; quælibet durationis partes, & quæcunque illius inſtantia, & omnes operationes in illis elicitæ, habent eam rationem formalem, propter quam prima operatio & illius malitia Deo, vt authori foret tribuenda. 11.

Author naturæ, primæ operationis author non verò ſequentium.

Confirmatur ſecundò, quia ſi omnes operationes, quæ non incipiunt cum eſſe Angeli, forēt ab agente, à quo habet eſſe, ſicut moueri ſurſum ineſt igni à generāte, etiamſi longo tempore poſt generationem moueatur ſurſum: tunc eadem eſſet vis rationis apud S. Thomam, vt nulla illarum operationum poſſet eſſe defectuoſa. 12.

Confirmatur tertiò, quoniam in eo caſu quæcumque operationes Angeli eſſent ab Angelo tanquam ab inſtrumento Dei: & conſequenter eſſent à Deo, tanquam ab agente principali, quod cùm deficere nequeat; nulla illarum operationum poterit eſſe deficiens, etiam prout procedit ab Angelo. *Tertia confirmatio.*

Quartò cōfirmatur exemplo D. Thomæ, nam ſi ex debilitate ſeminis proueniat, vt tibia, licet non ſtatim incipiat claudicare; poſt aliquod tamen tempus debilitetur, & claudicet; defectus claudicationis reducetur in defectum ſeminis. Ruſus, ſi conditor illius etiam poſt multos annos tangat neruum fæmoris, quemadmodū Geneſ. 32. Iacobi neruus ſtatim emarcuit, & claudicabat pede; ſine dubio conditor erit author, & cauſa cur claudicet, & obliquè incedat. Similiter ergo, etiam ſi poſt primum inſtans creationis volūtatem Angeli Deus determinet ad materialem actionem inuidię & odij, Deus erit author inordinationis & defectus, perinde ac ſi ad eandem operationem determinaret in primo inſtanti creationis. Quapropter, ſi ad omnem actionem determinat, nulla poterit claudicare, nec à recta ratione deficere. 13. *Exemplum D. Thomæ.*

Confirmatur quintò, quoniam ea obligatio ratione cuius Deus in primo creationis inſtanti tenetur non permittere defectum in operationibus, eſt obligatio conſequens ex eo quod ſit conditor ſubſtantiæ. At obligatio, qua tenetur non prædeterminare ad operationē realiter & quidditatiuè contrariam diuinæ legi; eſt obligatio per ſe, atque immediatè profecta ex eo quod Deus eſt author & cauſa illius actionis materialis, ad quam phyſicè prædeterminat. Quapropter hæc obligatio eſt vrgentior quàm illa; & ex illa colligitur à fortiori. 14.

Obligatio Dei ad non prædeterminandam operationem diuinæ legi contrariam.

Reſpondebit aliquis, prædictas rationes ſolui ex eiſdem principiis, quæ præmiſimus initio 15.

ſectionis

ſectionis præſentis, videlicet, reddendo ratio-
nem diſcriminis,quoniam prima operatio in pri-
mo creationis inſtanti concepta,eſt operatio na-
turalis, & neceſſaria, ſed operationes ſequentes
Refutatur 1. ſunt liberæ.Cæterum non ſatisfaciet argumen-
Operatio in primo creationis inſtanti concepta naturalis. tis:primò,quoniam operatio in primo creationis
inſtanti concepta,non alio modo eſt naturalis,&
neceſſaria,niſi quatenus Deus determinat volun-
tatem ad illam operationem. Quapropter quæ-
libet operatio ſequens erit eodem modo natura-
lis, ſi Deus ad illam determinet. Vnde eodem
modo erit libera,vel neceſſaria,eodémque modo
tribuenda Deo,vel voluntati creatæ.

16\. *Fatētur pramotores totam realitatem odij Dei, & quālibet eius formalitatem, vt authori Deo tribuendam.* Refutatur ſecundò,quoniam phyſicæ præde-
terminationis authores ingenuè fatentur, in eo-
rum ſententia totam realitatem odij Dei,& quā-
libet eius formalitatem realem eſſe tribuendam
Deo,vt authori,eo quod Deus cuiuſlibet entita-
tis debeat eſſe author. At verò ratio S. Thomæ
ſuperiùs adducta, ex eo ſolummodo, quod au-
thori naturæ tribuatur prima operatio, colligit
eidem fuiſſe tribuendam malitiam; ſi conſeque-
retur primam operationem.

17\. *Prima operatio in primo creationis inſtanti concepta non totaliter naturalis.* Refutatur tertiò, quoniam etiam prima ope-
ratio in primo creationis inſtanti concepta,non
erat totaliter naturalis,& neceſſaria; fuit namq;
verè libera & meritoria, prout verſabatur circa
particulare aliquod obiectum:vt ex D. Thoma,
& eius diſcipulis oſtēdimus 1.p.q.62.art.3.ſect.
2\. Quapropter ſicut illa non poterat eſſe defe-
ctuoſa, eo quod Deus eſſet illius author:ita etiā
operationes ſequentes, licet forent liberæ, non
poſſent eſſe defectuoſæ, ſi Deus earū author eſ-
ſet, quantum ad materialem entitatem illarum.

18\. Eiſdem fundamentis propter quæ ſolutio de
priuatione ac defectu,reducendo in cauſam defi-
cientem, non protegit phyſicam prædetermina-
tionem;refutari etiam poſſunt cæteræ ſolutiones
tractatæ in diſp.27.Sicut enim ſi Deus in primo
inſtāti creationis Angelum determinaret ad ma-
terialem actionem odij, non liberaretur à mali-
tia Deus,licet reſponderes, Deum non eſſe cau-
ſam moralem,aut Deum non teneri obligatione,
nec ſubiici legibus, vel malitiam non ſequi ex
actione materiali,prout egreditur à Deo,ſed tan-
tùm,prout egreditur à voluntate creata:ita etiam
omnes illæ ſolutiones non liberabunt Deum à
malitia in quocumque inſtanti vel tempore
creatam voluntatem determinauerit ad mate-
rialem actionem odij.

DISPVTATIO XXIX.

Vtrum Prima atque vniuerſaliſſima cauſa munus eandem prædeterminationem excludat.

SECTIO I.

Pars affirmatiua probatur.

1\. NE phyſica prædeterminatio materialis a-
ctionis, quam neceſſariò & inſeparabiliter
malitia conſequitur, videatur eſſe cauſatio ma-
litiæ, quæ propterea reuocetur in Deum, vt in
authorem; omnes argumentorum ſolutiones
quas tota diſp.27.& 28.refutauimus, frequenter
recurrunt ad officium primi mouentis & cauſæ

vniuerſaliſſimæ;quod,inquiunt,poſtulat,vt nul- *Promotores ad officium primi mouentis, & cauſa vniuerſaliſſima recurrunt.*
la voluntas creata poſſit elicere materialē actio-
nem odij Dei, vel aliam quamlibet materialem
actionem peccati, niſi Deus phyſicè prædeter-
minet illam. Propterea operępretiū fuerit oſten-
dere, munus & dignitatem Primæ cauſa, atque
vniuerſaliſſimi mouentis accuſare potius,quam
excuſare illius malitiam, ſi eiuſmodi actiones
phyſicè prædeterminat.

Eſt autem primarium argumentum,quoniam 2. *Primarium argumentū.*
indignū eſt diuina bonitate ad materialē actio-
nem odij vel blaſphemiæ præbere concurſum
maiorem & efficaciorem, quàm requiratur, vt
ſatisfaciat muneri Primæ & vniuerſaliſſimæ *Vt muneri vniuerſaliſſima cauſa Deus ſatisfaciat, non requiritur prædeterminatio.*
cauſæ.Sed huic muneri vt ſatisfaciat,non requi-
ritur concurſus prædeterminans,qui eſt ſummæ
efficaciæ; ſed ſufficit concurſus ex ſe inclinans
ad bonas actiones, & relinquens poteſtatem li-
beram determinandi illū.Ergo indignum eſt di-
uina bonitate præbere concurſum prædetermi-
nantem ad materialem actionem blaſphemiæ,
vel odij Dei.

Maior probatur, quia diuina bonitate indi- 3.
gnum eſt ſe exhibere cauſam particularem ma-
terialis actionis odij Dei,aut exhibere peculiarē
curam, & prouidentiam. vt eadem actio produ-
catur à voluntate creata. Hæc autem præſtaret,
ſi præberet concurſum maiorem & efficaciorē,
quàm requiritur, vt ſatisfaciat muneri Primæ
& vniuerſaliſſimæ cauſæ. Confirmatur primò, *Prima confirmatio.*
quia omnes Scholaſtici locis citatis in præce-
dentibus ſectionibus, quoties Deum à culpa li-
berant,quamuis concurrat ad materialem actio-
nem peccati,ea præſertim ratione excuſant,quia
Deus ex munere cauſæ vniuerſalis tenetur eum
concurſum præſtare. Ergo exiſtimant, Deum
non præbere concurſum maiorem & efficacio-
rem, quàm qui requiritur vt ſatisfaciat muneri
cauſæ vniuerſalis; cùm ad maiorem non tenea-
tur ex illo munere. Confirmatur ſecundò,nam *Secunda*
hi etiam Authores, contra quos diſputamus ea
præſertim ratione dicunt,Deum prædetermina-
re materiales actiones peccatorum,quia præde-
terminatio requiritur ad munus cauſæ vniuer-
ſalis: & apertè ſupponunt, alioqui non fuiſſe
concedendam phyſicam prædeterminationem
ad materialem actionem peccati.

Minor autem principalis argumenti proba- 4.
tur, quoniam muneri Primæ ac vniuerſaliſſimæ
cauſæ Deus ſatisfacit abundè,quando gubernat
& mouet eos homines, qui nunquam eliciunt
materialem actionem odij Dei, neque blaſphe-
miæ. Ergo vt Deus ſatisfaciat muneri Primæ &
vniuerſaliſſimæ cauſæ, non requiritur concur-
ſus prædeterminans ad eiuſmodi materiales
actiones.

Contrariæ ſententiæ propugnator reſponde- 5. *Reſponſio 1.*
bit fortaſſe primò,diſtinguendo Conſequens, vt,
videlicet concurſus prędeterminans ad materia-
lem actionem odij vel blaſphemiæ,non requira-
tur, vt Deus ſatisfaciat muneri vniuerſalis cau-
ſæ, prout hoc munus exercetur in aliis actibus;
at verò prout hoc munus exercendum eſt in hu-
iuſmodi actionibus odij & blaſphemiæ,opus eſ-
ſe vt exerceatur prædeterminando,& aliter non
ſatisfacere muneri vniuerſalis cauſæ.

Cæterum inde maiores vires ſumit argumen- 6. *Refutatur.*
tum hac ratione. Deus abundè poteſt munus
Primæ & vniuerſaliſſimæ cauſæ exercere in aliis
actionibus. Inſuper munus vniuerſaliſſimæ &

Primæ cauſæ non poſtulat neceſſariò, vt ſua ſponte,& ab intrinſeco determinatus Deus velit illud munus exercere in materialibus actionibus odij Dei,vel blaſphemię.Ergo vt ſatisfaciat Deus muneri Primæ cauſæ non requiritur concurſus prędeterminans materiales actiones peccatorum.

7. *Secunda reſponſio, & eius refutatio.* Si aliquis reſpondeat ſecundò, pertinere ad munus Primæ cauſæ, vt illud exerceat in omni genere actionum,ſiue honeſtarum,ſiue turpium; at ſaltem non poterit rationem reddere,ob quam munus Primæ & vniuerſaliſſimæ cauſæ poſtulet, vt tantam multitudinem actionũ turpium Deus prædeterminet,quæ nulla comparatione numeri & grauitatis excedunt actiones honeſtas:& non potius è contrario prædeterminet, actiones honeſtas plures eſſe, quàm turpes, præſertim, quia non prius determinante, & quaſi compellente hominum malitia,Deus ſua ſponte & propria libertate impulſus mouet ad tam immenſam multitudinẽ materialiũ actionum, quæ turpes ſunt.

8. *Tertia reſponſio, & refutatio.* Tertiò, ſi dicas, huius cauſam eſſe hominum demerita,in quorum pœnam prædeterminantur ad tantum numerum malarum actionum:reuoco diſputationem ad prima peccata, vnde orta ſunt demerita;& peto,quare munus Primæ cauſæ poſtulet prædeterminare ad prima demerita plura quam ſint prima merita bona,ad quæ prędeterminat.Quod pręſertim vrget in primis peccatis actualibus puerorum, qui poſt baptiſmum perueniunt ad vſum rationis.

9. Confirm. quia nulla poteſt reddi ratio,propter quam munus Primæ cauſæ poſtulauerit prædeterminare Luciferum & eius Angelos, vt in ſecundo inſtanti conciperent materialem actionem ſuperbiæ potius quam perſeuerantiæ in Dei obedientia & amore: ſimilitérque prædeterminare primos parentes ad primam actionem materialem inobedientiæ.

10. *Quarta reſponſio, & refutatio prima.* Quartò, ſi dicas,rationem eſſe humanæ conditionis naturalem diſpoſitionem,ſeu fragilitatẽ, cui debet ſe accommodare Prima cauſa pro ſuo munere, prædeterminando ſæpius ad materiales actiones,quibus adiunctus eſt defectus inſeparabiliter:hoc refutatur primò, quia in Lucifero & eius Angelis nulla erat fragilitas, neque naturalis diſpoſitio, quæ poſtularet Primæ cauſæ munus ita ſe accommodare ad materialem actionẽ prædeterminandam. *Confirmatio.* Confirmatur,quia eadem ratio eſt in primis parentibus, quamdiu erant in ſtatu innocentiæ ante omnem culpam.

11. Secundò refutatur, quia hæc ratio inuoluit contradictionem. Si enim omnes actiones, ſiue bonæ fuerint, ſiue malæ indigent Dei concurſu prædeterminante; ſequitur nullam eſſe fragilitatem humanæ conditionis;niſi quam Deus illi ſua ſponte ac merè libera voluntate vult conferre, quando & vbi vult,prædeterminando maximam partem hominum ad plurimas & frequentiſſimas actiones,quibus turpitudo eſt adiuncta. *Sequeretur nullam eſſe humanæ cõditionis fragilitatem.* Alioqui ſi Deus voluiſſet illud munus applicare, vt prædeterminaret ad actiones bonas multo plures, quàm turpes, iam eo ipſo natura humana, non eſſet fragilis,ſed conſtans & firma.

12. *Pſalm. 61.* Refutatur tertiò,quia ſequeretur inde,munus Primæ cauſæ poſtulare,vt *in hominem irruat, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ*, determinando ad materialem actionem ruinæ eum, qui totus ad ruinam propenſus eſt, & quantum ad hoc ſe accommodando ad eius fragilitatem.

13 Refutatur quartò, quia ſequeretur inde pertinere ad munus Primæ cauſæ conſummare tentationem dæmonis & carnis: atque illis præbere efficaciam, tunc præſertim, quando tentationes afferunt propinquam diſpoſitionem,& vehemẽtem inclinationem ad actionẽ peccati,tunc enim erit munus Primæ cauſæ,accõmodare ſe ad eiuſmodi diſpoſitionem & inclinationẽ determinando voluntatem ad materialem actionem conſenſus antequam ipſa ſe determinet, imo antequam ſe determinare poſſit ad illum.

14. *Perfectiſſima natura ſupremi Angeli multo fragilior fieret.* Quintò,quoniam perfectiſſima natura ſupremi Angeli foret multo fragilior,quàm humana, ſi Deus illam phyſicè prædeterminaret,vt materiales actiones peccatorum conciperet plures & inconſtantiores,quam natura humana. Quapropter,conceſſa phyſica prædeterminatione,ſequitur, nõ aliam præſupponi fragilitatem in natura, niſi quam attulerit prædeterminatio ad actiones peccatorum, vel abſtulerit prædeterminatio ad bonas actiones.

15. *Diſcurſus confirmatio prima.* Totus præcedens diſcurſus confirmatur primò, quia ſi concurſus vniuerſalis Primæ cauſæ, quantũ ex ſe eſt, vniformitatem & æqualitatem ſeruat comparatione omnium hominum,omniũ temporum & omniũ actionum, & ab extrinſeco arbitrio creato accipit diſparitatẽ ac diſſimilitudinẽ,qua flectitur ad diuerſas & cõtrarias actiones materiales peccatorum: ſic rectè intelligitur quomodo debitus ſit ille concurſus ſemper & vbique,omnibus hominibus & in omni actione,ſiue honeſta,ſiue turpi. At contra ſi concurſus Primæ & vniuerſaliſſimæ cauſæ à ſe ipſo habet eſſe multiplicem & applicantem ad materiales actiones peccatorum; iam non redditur ratio, propter quam Deus non ſatisfaciat muneri Primæ cauſæ, ſi ſemper, aut fere ſemper vtatur concurſu prædeterminante ad actiones honeſtas, & nunquam aut rariſſimè vtatur concurſu prædeterminante ad materiales actiones, quæ turpes ſunt. Siquidem adhuc Primæ cauſæ munus exerceretur in aliis actionibus.

16. *Cauſa vniuerſalis munus nõ compellit Deum ad prædeterminandum.* Confirmatur ſecũdò,quia munus cauſæ vniuerſalis non compellit Deum, vt prędeterminet hunc hominem,hîc & nunc ad eliciẽdam actionem odij Dei. Ergo ſaltem quod hîc & nunc ad hanc actionem potius, quàm ad aliam prędeterminet,non habet pro ratione munus Primę cauſæ,ſed ſolum liberum arbitrium Dei, nullo munere ſuo coactum.

17. Tertia atque præcipua confirmatio eſt quidditas Primæ cauſæ vniuerſalis,& quidditas particularis cauſæ liberæ,quæ ita inter ſe diſtribuũt determinationes & motiones, vt Prima & vniuerſaliſſima cauſa prædeterminet,moueátque ad communem rationem actionis amplectentis aliquid bonum, relicta indifferentia circa particulares actiones, & particularia bona; ſed cauſa libera determinet ad particulare bonum apparens, contrarium legi diuinæ: vt conſtat ex iis, quæ tractauimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 49. & 50. & dicemus diſput. 45. & ſequentibus.

18. Faciunt denique ad huius veritatis confirmationem quæ referemus diſp. 32. ſect. 4. à principio,de modo quo hæretici temperare atque explicare nitebantur ſuum errorem, de motione Dei neceſſitante ad materialem actionem peccati propter officium Primæ, remotæ, atque vniuerſalis

uerſalis cauſæ. Faciunt tandem, quæ dicemus diſp. 36. ſection. 4. à principio.

SECTIO II.

Refutatur ſolutio de volitione, quam ſine diuino concurſu voluntas eliceret, ſi poſſet.

1\. NE fortè reuiuiſcat aliquando ſolutio, quam olim ab aliquibus Theologis inuentam, nondum tamen in lucem prodiiſſe, nec ab authoribus recipi video, breuiter oſtendetur illius falſitas & inconſtantia. Rationem quippe aſſignabant aliqui, propter quam Deus pro munere Primæ cauſæ prędeterminatet hanc voluntatem hîc & nunc ad materialem actionem odij vel inuidiæ potius quàm ad bonam actionem; quoniam videlicet præcognouit Deus in voluntate noſtra quid volitura eſſet, hic & nunc; ſi abſque Dei concurſu effectiuo per ſuas tantum vires ſe determinare potuiſſet, ad hoc vel illud amandum: quo ſuppoſito Deus determinat ad eam ipſam volitionem ad quam voluntas noſtra ſe determinaret, ea hypotheſi data.

Solutio contradictionem inuoluit, & argumentis non ſatisfacit.

2\. In hac ſolutione contradictionem inuolui, & non ſatisfieri noſtris argumentis, probatur primò; quia ſi voluntas creata abſque Dei concurſu effectiuo per ſuas tantum vires potuiſſet determinare ſeipſam, nunquã eliceret materialem actionem peccati. Sequelam probo, quia eſſet increata voluntas in quam non poſſet cadere culpa.

Reſponſio, & refutatio illius.

Si reſpondeas, in hypotheſi illius præſcientiæ conditionalis præſupponi, quod voluntas noſtra non eſſet Deus, ſed eſſet peccatis obnoxia, & nihilominus operari poſſet ſine Dei effectiuo concurſu: adhuc tamẽ vrget argumentũ, quoniã vtraque pars contradictionis ſequitur ex vtraq; parte hypotheſis. Nã qua parte creata eſt, ſequitur, quod aliquando peccaret: Rurſus qua parte non indiget diuino concurſu effectiuo, ſequitur, quod numquam peccaret. Vnde non eſſet maior ratio ob quam Deus ex vi prædictæ præſcientiæ accommodaret ſe ad deteriorem partem determinando ad actum peccati.

Deus non liberaretur à culpa.

3\. Probatur ſecundò, quoniam, dato & non conceſſo, Deum prędicta conditionali ſciẽtia gubernari potuiſſe, vt hanc voluntatem hîc & nunc prædeterminaret ad hanc materialem actionem peccati: adhuc Deus non liberatur à culpa; ſed potius tota hominis culpa trãsfunditur in Deum. Quod probo, quia hæc voluntas non peccat in eo quod faceret, ſi potuiſſet operari, ſine vllo Dei concurſo effectiuo, neque peccat in eo, quod de facto vult, & operatur. Ergo nullo modo peccat voluntas creata, ſed ſolus Deus. Antecedens probo, quia nullus peccat in eo, quod ageret, ſed de facto non agit. Alioqui omnes iuſti peccarent ſemper, quia data hypotheſi, vehementium tentationum & occaſionum peccandi abſque ſpecialiſſimo Dei fauore, ſed communi prouidentiæ relicti peccarent, maximè ſi fuiſſent inter barbaros & infideles educati: vt contra Semipelagianos probabimus, Deo fauente, ſequenti tom. de prædeſtinatione. Vnde præterea ſequitur, eãdem voluntatem nõ peccare in eo, quod de facto vult & operatur, quia huius culpæ imputabilitas deriuanda eſt ex eo quod Deus non prædeterminaret ad talem volitionem niſi præſciret, quod voluntas ſe ipſam determinatura fuiſſet in dicta hypotheſi. Etenim ſi independenter à culpa eius determinationis, quam voluntas præeligeret in tali hypotheſi, homini & non Deo imputatur illud peccatum: fruſtra inducitur illa præſcientia, vt Deum excuſet, & accuſet hominem.

Probatur idẽ exemplo.

Tertiò probatur, quia quamuis certis coniecturis præſcias fore, vt blaſphemet gubernator nauis, ſi vehementiſſima tempeſtate irruente, cæteri nautæ negligenter, & ignauiter occurrant periculo: nihilominus erit intrinſecè malum & contrarium amori Dei, eundem hominem quocumque modo impellere, mouere, vel inducere ad materialem actum blaſphemiæ eliciendum tempeſtate irruente, & præ ignauia negligẽtibus nautis adhibere remedium. Ergo præſcientia illa conditionalis non poteſt excuſare, ne intrinſecè mala ſit præmotio ad materialem actum intrinſecè malum. 4.

Nec eneruatur argumentum propter diſcrimen voluntatis creatæ, quæ tenetur obligationibus à quibus liber eſt Deus: nam quantum ad actiones directè pugnantes contra Dei amorem & honorem, Deo ineſt ab intrinſeco impoſſibilitas, ſicut nobis imponitur prohibitio: vt oſtendimus diſp. 27. ſect. 5. & 6. 5.

SECTIO III.

Nihil ſupernaturale foret neceſſarium ad perſeuerandum longo tempore ſine peccato, ſi munus Primæ cauſæ prædeterminaret actiones peccatorum.

PRobare intendimus in præſenti, non pertinere ad munus Primæ atque vniuerſaliſſimæ cauſæ phyſicè prędeterminare quaſdam voluntates ad materiales actiones peccatorum, alias verò prædeterminare ad bonas actiones, quibus euitent peccata. Quoniam inde ſequeretur, non eſſe neceſſarium ſpeciale donum ſupernaturale ad euitanda omnia mortalia peccata collectiuè longo tempore: ſed quoslibet homines, ſiue iuſtos, ſiue peccatores toto tempore vitæ quãtumcumque diuturno poſſe perſeuerare abſque nouo mortali peccato, per ſolas vires naturę, ſuffultas ſolo munere, & concurſu generali Primæ cauſæ naturalis. 1.

Speciale donum ſupernaturale non foret neceſſarium.

Sequela probatur, ſupponendo non aſcendere ad munus authoris ſupernaturalis, ſed manere intra munus authoris naturalis quẽcumq; concurſum, & cauſalitatem Dei, quæ ſimpliciter neceſſaria eſt, vt peccatorum materiales actiones producantur à voluntate creata. Quapropter ſi phyſica prędeterminatio neceſſaria fuerit; pertinebit ad munus authoris merè naturalis. Huius fundamenti prima ratio eſt, quia merè naturale eſt, quidquid eſt ſimpliciter neceſſariũ ad producẽdos effectus merè naturales, qui neque quoad ſubſtantiam, neque quoad modum entitatis, aut productionis ſuæ participant aliquid ſupernaturale. Huiuſmodi verò ſunt omnes materiales actiones peccatorũ, aut ſaltẽ fere omnes. Quam limitationem adhibeo, quoniam vis argumẽti nihil debilitatur, etiãſi quis aſſerat, aliquam ſupernaturalem actionem aliquãdo eſſe peccatũ. Cuius contrariũ probare non eſt inſtituti præſentis. Dicemus aliquid diſp. 40. ſect. ſecunda & nona. 2.

Phyſica prædeterminatio pertinebit ad munus authoris merè naturalis.

Secunda ratio eſt, quia ad actiones materiales peccati, ſaltem qua parte realiter amplectuntur tranſgreſſionem diuinæ legis, non poteſt Deus concurrere, vt cauſa particularis, ſed tantum vt cauſa vniuerſalis. Quod etiam fatentur Authores phyſicæ prædeterminationis, dum ex munere cauſæ vniuerſalis excuſant 3.

à culpa phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem peccati. Quapropter nihil poteſt admiſcere Deus, pertinens ad munus authoris ſupernaturalis: qnoniam hoc ſemper habet adiunctum aliquid cauſæ particularis & principalis.

4 *Ad munus cauſæ vniuerſalis ſpectat prædeterminationem negare.* Inde colligo pertinere ſimiliter ad merè naturale munus cauſæ vniuerſalis negare phyſicam prædeterminationẽ ad eaſdem materiales actiones peccati, quando & quoties Deus eam negare voluerit. Nam ſecundùm hanc ſententiam munus cauſæ vniuerſalis eſt pro ſuo arbitrio merè libern negare vel concedere huiuſmodi prædeterminationes. Confirmatur, quoniam ſi merè naturale munus cauſæ vniuerſalis ſolummodo deſtinaretur ad prædeterminandas materiales actiones peccatorum, non verò ad prædeterminandas honeſtas actiones vel omiſſiones, quibus illa peccata vitantur: ſequeretur idem munus cauſæ vniuerſalis eſſe deſtinatum ac determinatum ad malum turpe, & ad ſolam perniciem creatarum voluntatum. *Munus cauſæ vniuerſalis eſſet deſtinatũ ad malum.*

5. *Tertia ratio.* Hoc igitur fundamento ſuppoſito, ſic argumentor. Deus ex munere cauſæ vniuerſalis pro ſuo libero arbitratu poteſt, huic vel illi iuſto, vel peccatori negare phyſicam prædeterminationem ad materiales actiones peccati, etiam longo tempore: & hac negata erit illi ſimpliciter impoſſibile actualiter peccare: ergo homo iuſtus vel peccator poterit longo tempore non peccare, & de facto non peccabit per ſolum munus cauſæ vniuerſalis ſibi præſtitum à Deo. Ergo non indiget alia ſpeciali prouidentia, & protectione, nec alio ſpeciali dono ſupernaturali, præter merũ & ſolũ munus authoris naturalis, & cauſæ vniuerſalis.

6. *Solutio, & refutatio illius.* Confirmatur primò; nam ſi dicas, ipſam diuturnã & continentem ſubtractionẽ phyſicę prædeterminationis etiã ſecundùm ſe, ac præciſè cõſideratam, eſſe ſpecialem prouidentiam, & protectionem: inde ſequitur ſimiliter eſſe ſpecialem prouidentiam, & protectionem Dei diuturnam, & continentem ſubtractionem phyſicæ prædeterminationis, ad interficiendum ſe ipſum, vel ad interficiendos filios: ac proinde ad huiuſmodi peccata longo tempore vitanda opus eſſe ſpeciali dono ſupernaturali. Conſequẽs autem conſtat eſſe abſurdum; cum fere omnes infideles quamdiu præſentis ſæculi proſperitate fruuntur, tamdiu facillimè ſe contineant ab eiuſmodi peccatorũ actionibus, nec tamẽ accipiant ſpeciale aliquod donum ſupernaturale ad hoc deſtinatum.

7. *Secunda ſolutio & impugnatio.* Rurſus, ſi reſpondeas peculiarem eſſe rationẽ de aliis peccatis ad quæ prona eſt humana fragilitas; hoc ego fateor eſſe abſolutè verum. Cæterum id ipſum non eſſet verum; ſi phyſica prædeterminatio pro Dei libito poſita neceſſariò infert materialem actionem peccati, & pro Dei libito ſublata, reddit impoſſibilẽ materialẽ actionem peccati; nulla enim propenſio erit nobis ad materialem actionem peccati ſi Deus deneget illam phyſicam prædeterminationem. *Prima cõfirmatio.* Confirmatur primò, quoniam nulla erit humanæ naturæ fragilitas, niſi quam Deus illi voluerit imprimere; nullàue propenſio ad aliqua peccata maior, quàm ad alia: quoniam ad illa propendebit ſolummodo, ad quorum materialem & realem propenſionem, ſeu operationem, Deus phyſicè prædeterminauerit: ad cætera verò non ſolùm non erit prona, & fragilis, ſed etiam erit illi ſimpliciter impoſſibile actualiter ea committere: vt oſtendimus ſect. 1. n. 11. & 14. *Secunda cõfirmatio.* Confirmatur 2. quia nulla eſt ſufficiens ratio, propter quam naturæ author nequeat longo tempore ſubtrahere phyſicam prædeterminationem ad materiales actiones peccatorum mortalium; ſi eam ſubtrahere nihil pendet ex arbitrio creato, ſed ex libero tantum beneplacito Dei.

8. *De fide iuſtũ non poſſe lõgo tẽpore perſeuerare ſine ſpecialis munere ſupernaturali.* Quod attinet ad conſequentis falſitatem, nihil opus eſt hoc loco immorari: cùm de fide ſit, hominẽ iuſtum nõ poſſe longo tempore perſeuerare in gratia; ac proinde non poſſe longo tẽpore vitare omnia peccata mortalia ſine ſpeciali munere ſupernaturali: (vt cõſtat ex Trid. ſeſſ. 6. c. 13. & Can. 22.) & multo minus hoc poſſit peccator.

9. *Homini iuſtificato nullũ habituale donum denuo infunditur, vt perſeueret in gratia.* Illud ſolummodo aduertendum eſt, homini iã iuſtificato nullum habituale donum denuo infundẽdum requiri, vt perſeueret in gratia & euitet mortalia peccata; ſed indigere ſolummodo prouidentia Dei exterius gubernantis, & protegentis, vt docet S. Thomas 3. contra gent. c. 155. fine, & cap. 161. ad finem, 1. 2. q. 109. art. 9. & 10. & cõmuniter Doctores ibidem. Quo ſuppoſito negata phyſica prædeterminatione ad materialẽ actionem peccati, datur quidquid exterius requiritur, vt non peccet ſine alia protectione. Cõfirmatur, quia non erit opus protectione arcente vehementiores tentationes Dæmonis, & occaſiones peccandi periculoſiores: neque præbere interius conſilia & exhortationes, aut exterius correptiones & exempla. Si enim Deus deneget phyſicã prædeterminationẽ ad materialẽ actionem peccati, quantumcunque tentationes vehementiſſimæ ingruãt, & periculoſiſſimæ occaſiones, ſine vllo bono exemplo, neque correptione interiori, neque exteriori, adhuc non peccabit homo etiam diuturno tempore.

10. *Obiectio, & illius ſolutio.* Retorquebit fortaſſe aliquis argumentum cõtra nos, ac dicet, eandem eſſe difficultatẽ, ſi Deus deneget concurſum generalem indifferentem. Huic obiectioni occurrimus, notando diſcrimen. Nam generalem concurſum indifferentem Deus non denegat pro ſuo arbitratu cuicumque vult, niſi in caſu rariſſimo. Et tunc Deus agit vt cauſa particularis & ſupernaturalis: ſed ille concurſus poſtulat in actu primo paratus aſſiſtere, vt quando voluntas creata ſe determinauerit ad materialem actionem peccati, concurrat cum illa, & alioqui non concurrat. Quapropter ex ſolo munere præbendi huiuſmodi concurſum non impediũtur peccata. E contrario tamen phyſicam prædeterminationẽ dare vel ſubtrahere poſitum eſt in ſolo arbitratu Dei independenter à libera determinatione voluntatis creatæ. atque eadẽ cauſa poſſunt impediri omnia peccata collectiuè per hoc ſolum munus, quando ad finem diuinæ prouidentiæ ita expedierit.

11. *Ex eadẽ hypotheſi aliud inconueniens.* Ex eadem hypotheſi ſequitur aliud inconueniens, videlicet, peccatorem non indigere gratia inhærente & iuſtificante ad vitanda omnia peccata mortalia longo tempore, ſub quibuſcumq; tentationibus & occaſionibus. Nam ſi ſubtrahatur illi phyſica prædeterminatio ad tales actiones, pro arbitratu Dei (quod illi competit ex munere vniuerſalis cauſæ) hoc ſatis eſt, vt nunquam peccet, etiamſi quocunque ſupernaturali habitu careat. Porro ſecũdùm legem cõmunem omnia peccata mortalia collectiuè ſumpta longo tẽpore non poſſe vitari abſque ſupernaturalibus habitibus gratiæ iuſtificantis & charitatis, ſuppono tanquam certum ex 1. 2. q. 109. art. 8.

DISPVTATIO XXX.

Circa fidei fundamentum & certitudinem quid ex phyſica prædeterminatione ſequatur.

SECTIO I.

Ad hoc explicandum & probandum variæ rationes.

1. PRobabiliter diſputando, nullámque ſententiæ contrariæ cenſuram, aut ootam inurendo, Theologis proponimus conſiderandas rationes, propter quas nutate videtur diuinæ veracitatis authoritas, quæ fidei fundamentum eſt: ac ſubinde tota fides Eccleſiæ dubijs fluctuare: ſi ſemel admittitot eſſe poſſibile prædeterminari à Deo materialem actionem peccati. Prima ratio, quia ſi Deus à ſe ipſo determinatus poteſt efficaciter velle, atque phyſicè prædeterminare materiales actiones realiter, & quidditatiuè pugnantes cum ratione recta, & amplectentes tranſgreſſionem diuinæ legis; dummodo Deus non inteodat formalem rationem malitiæ, ſed bonos alios fines ſuæ gloriæ: ſequeretur inde, potuiſſe Deum ita cum hominibus loqui, vt proferret, cauſarétque materialé entitaté propoſitionum aliquarũ quæ ſunt falſę, volendo efficaciter & cauſando materialem entitaté mendacij, & prędeterminádo intellectũ & voluntaté ad totá realitatem conſenſus in mendacium & erroré, dummodo Deus nõ intenderet rationem formalem malitiæ & falſitatis, ſed potius inde colligeret maiorem ſuam gloriam & omnium vtilitatem.

Prima ratio.

Poſſet Deus ita loqui, vt cauſaret materialem entitatem mẽdacij.

2. Explicatur primò eoumerando faciliores modos, quibus materialis entitas mendacij ſeu propoſitionis falſæ poſſet à Deo cauſari, atq; proferri; ſi poſſet phyſicè prædeterminare materiales actiones. Primus eſt, ſi per viſiones, ſiue vigilanti, ſiue dormienti homini proponat Deus talia obiecta ſenſibilia, quę ſignificent falſum aliquid, non intendendo falſitatem, ſed ſolũmmodo intendendo, atque cauſando totam realitatem illorum. Secundus, ſi cum intentione ſimili Deus formaret in aëre voces humanas, ad placitũ ſignificantes aliquid falſum. Tertius, ſi miracula ederet propria diuioæ virtutis, euioſmodi eſt mortuos, præſertim quatriduanos, ac fœtidos ſuſcitare, & his miraculis adiungeret materialem entitatem alicuius propoſitionis, aſſerentis, illa fieri in confirmationem talis veritatis, cùm tamẽ falſa eſſet & appareos tantum veritas. Quartus, ſi Deus immediatè moueat intellectum & voluntatem creatam, vt realem conſenſum producat in eioſmodi mendacia, non intendendo falſitatem illius conſeoſus, ſed ſolummodo intendẽdo atque caoſando materialem illius entitatem.

Faciliores modi enumerantur.

Primus. *Secundus.* *Tertius.* *Quartus.*

3. Explicator ſecundò, ſubindicando, atque ob oculos ponendo varios fines ex ſe optimos, qoos per materiales entitates mendaciorum, & errorum Deus intẽdere poſſet, atque colligere. (Hos vel excogitare horret animos, nedum credere, in Deum cadere poſſe.) Nimirum per exiſtimationem realem immortalitatis animæ, iudicij ſupremi, æteroæ gloriæ, & æterni ſopplicij, quamois ea exiſtimatio falſa foret, homines ad ſtudium virtutis allicere, & à vitiis deterrere, noo intendendo formalem rationem falſitatis & erroris, ſed ſolommodo cauſando materialem entitatem illius exiſtimationis eo fine, vt homines in officio & Dei obedientia contineat. Similiter per materiales quaſdam blanditias & ſuauitates, quibus Dei erga homines beneuolentia, eura & prouidentia ſignificari ſolet, cohibere quereſas hominum de diuina prooidentia, & exoitare Dei amorem, quamuis in prædictis omoibus ſignis ineſſet falſitas & fictio, ſed tamen à Deo non intenta, neque cauſata, eo quod ſolummodo vellet atque cauſaret materiales illas entitates.

Enumerãtur fines quos per materiales entitates errorũ Deus intendere poſſet.

Nunc verò quanta ſit falſitas & abſurditas Conſequentis, ac proinde, quantum diuinæ authoritati, & fidei certitudini repugnet, materialem entitatem falſæ propoſitionis à Deo poſſe proferri & cauſari; & poſſe mouere ac determinare ad materialem conſenſum, modo nuper explicato, probatur, quia totius fidei fundamentum & certitudo concutitur ac debilitatur per eiuſmodi materiales entitates non minus, quam ſi concederes Deum poſſe velle & cauſare mendacium, etiam vt mendacium eſt, ſecundùm eius rationem formalem falſitatis & malitiæ. Hoc autem probo, quia poſſibile eſt fidem noſtram rebus falſis deludi non minùs priori, quàm poſteriori modo. Si enim Deus potuit mihi proponere credendam falſam aſſertionem gloriæ & ſupplicij æterni, & me efficaciter mouere per interiorem impulſum ad illam credendam certiſſimè: iam mea fidès decipitur, etiamſi Deus intendat ſolam materialem entitatem mendacij & erroris, & ad optimum finem dirigat: neque magis falſa foret mea fidès, quantum ad hunc articulum, ſi Deus ex libidine mentiendi & decipiendi, mihi eandem falſitatem proponeret. 4.

Falſitatem, & abſurditatem conſequentis probatur, maximam eſſe.

Confirmatur primò, quoniam inde ſequeretur citra Dei contumeliam verificari potuiſſe illud Simonis Magi ad Petrum lib. 3. Recognit. Clementis in medio. *Cauillaris, quod ſi mortalis probetur anima, radicitus cõuellatur religionis iſtius, quam conaris adſerere, tota profeſſio. Et ideo laudo quidem prudentiam tuam, non tamen probo perſuaſionem; multis enim perſuades ſuſcipere religionem, & libidinis ſubire continentiam ſub ſpe futurorum bonorum: quibus euenit, vt neque præſentibus perfruantur, & decipiantur futuris.* Vides qon artificio dæmonis organum viam aperuerit collaudandi, tanquam prudentem & bonam deceptionem otdioatam ad boòum finem religionis & virtutis. 5.

Confirmatur ſecundò, quia non ſatisfaceret qoi diceret Deum affirmauiſſe iam, iuraſſe, & promiſiſſe nobis, ſe vera ſemper loquutum eſſe, & locuturum fore, neque voquam decepturum eſſe ſuam Eccleſiam; adhuc enim prudeotet dubitarent bomines, vtrom prædicta affirmatio iuramentum & promiſſio, fuerit materiale mendacium, & materialis error cauſatus in mentibus Eccleſiæ, intendendo optimum finem maioris gloriæ diuinæ, & vtilitatis noſtræ. Quapropter fides erit ſemper ambigua, niſi tanquam firmiſſimum fondamentum ſupponat, eſſe prorſus impoſſibile, vt Deus efficaciter velit & cauſet tales materiales entitates, quæ realiter pugnant cum veritate & ratiooe. 6.

Confirmatur tertiò ex Auguſt. in lib. de mendacio c. 8. prope init. dicente: *Quomodo credendum eſt ei, qui putat, aliquando eſſe mentiendũ, ne fortè & tunc mentiatur, cũ præcipit, vt credamus? Unde enim* 7.

Auguſtinus.

ſciri poteſt, vtrum & tunc habeat aliquam cauſam, ſicut ipſe putat, officioſi mendacij, exiſtimans, falſa narratione hominem territum, poſſe à libidine cohiberi, atque hoc modo etiam ad ſpiritalia ſe conſulere, mentiendo arbitretur: quo genere admiſſo, atque approbato, omnis omnino fidei diſciplina ſubuertitur.

8. Idem Auguſt. in lib. contra mend. cap. 4. initio, dum confutat eos, qui exiſtimabant, Catholicis licere mendacia, vt Priſcilianiſtas hæreticos explorando detegerent, & ab errore ad fidem reuocarent, docet, inde ſequi, vt Priſcilianiſtæ, etiã poſtquam voluerint ad Eccleſiam redire, non poſſint adhibere fidem doctrinæ Catholicorum, illis præſertim verbis: *Et quod eſt miſerabilius, etiam ipſi iam quaſi noſtri effecti, quemadmodum nobis credant reperire non poſſunt. Si enim ſuſpicentur etiam ipſi, Catholica dogmata nos mendaciter loqui, vt neſcio quid aliud occultemus, quod verum putamus: certè talia ſuſpicanti dicturus es, Hoc tunc ideo feci, vt caperem te. Sed quid reſpondebis dicenti: Vnde igitur ſcio, vtrum etiam nunc id facias, ne capiaris à me? Videſne quo tendat hoc malum, vt ſcilicet, non ſolum nos illis, ipſique nobis, ſed omnis frater omni fratri non immerito videatur eſſe ſuſpectus?*

9. Quæ igitur his duobus in locis Auguſtinus de hominibus ratiocinatur, eadem fortiorem vim obtinebunt, ſi referantur ad Deum. Ac proinde ſimiliter videtur Auguſtinus fuiſſe dicturus, ſemel admiſſo & approbato, Deum poſſe proferre, atque cauſare materialem entitatem propoſitionis falſæ, & poſſe intellectum & voluntatem determinare ad materialem, & realem aſſenſum illius, omnis omnino fidei diſciplina ſubuertitur. Si enim Deus reſpondeat, ſe illas materiales entitates mendacij, & erroris propterea cauſaſſe, atque prædeterminaſſe, vt nos caperet ad vtilitatem noſtram, & ipſius gloriam; ſubiungátque ſe in præſenti tempore non proferre, neque cauſare materiales actiones mendacij, & erroris; ſed ſolummodo veras propoſitiones, & aſſenſus: adhuc nullum erit fundamentum, vnde homo ſcire poſſit vtrum hæc ipſa materialis entitas propoſitionis, quamuis falſa ſit, propterea proferatur, & cauſetur à Deo, proptereáque intellectus humanus determinetur ad illius aſſenſum, vt homo cohibeatur à blaſphemijs contra Deum, & in eius amore tranquillus retineatur.

10. Propterea Petrus apud Clementem lib. 3. Recognit. poſt med. cum videret ſuæ fidelitatis exiſtimationem apud auditores periclitari propter Simonis calumniam, quam num. 5. retulimus, dixit: *Me enim mentiri fas non eſt, nec vt fidelis hic ſaluetur, nec vt non ſaluetur, fallere debeo.* Quam eandem ſententiam docuit Iſidorus lib. 2. ſenten. cap. 30. in medio, Concil. Tolet. Octauum cap. 2. inter med. & fin. & Theologi communiter. Quinetiam & Plato in dialogo 2. de Republica, ſiue de iuſto ad fin. ex profeſſo probat, cuiuſlibet vtilitatis cauſa mendacium eſſe Deo in ſuis ſermonibus impoſſibile & in alienis verbis & actionibus exoſum. Cuius teſtimonij partem referemus 41. ſect. 3. num. 9.

Petrus apud Clementem.

11. Quartò peculiariter confirmo illationem argumenti, initio propoſiti, & oſtendo, parem eſſe rationem in materiali actione loquutionis, qua Deus nobis proponat credenda, quæ falſa ſunt, non intendendo falſitatem ſeu malitiam erroris, ſed intendendo bonum finem: & in phyſica prędeterminatione materialis actionis odij Dei. Probo itaque, vtrumque vel neutrum eſſe Deo impoſſibile. Nam ex Paulo 2. ad Timoth. 2. ratio à priori propter quam Deus non poteſt mentiri, eſt, quia *negare ſeipſum non poteſt*; ac proinde nõ poteſt velle & facere aliquid veritati contrariũ. Nam ipſe veritas eſt. Omne autem mendacium, quantumcumque fingatur præciſum à formali ratione malitiæ, & acceptum ſecundùm materialem & realem entitatem, adhuc eſt realiter & poſitiuè contrarium veritati. Hæc autem eadem ratio prohibet, ne Deus velle & facere poſſit quamcumque actionem materialem odij Dei, à ſe ipſo determinatus, & prædeterminans homines ad illam; quia Deus quidditatiuè eſt amor ſui ipſius, & cõformitas cum ratione recta. Sed prædicta materialis actio odij, quantumcumque fingatur præciſa à malitia, adhuc eſt realiter & poſitiuè contraria Dei amori, & rationi rectæ. Quapropter Deus ſe ipſum negaret, ſi ſua ſponte ac motu proprio vellet, atque prędeterminaret materialem actionem odij. Idem argumentum ſumitur ex illis verbis ad Hebræos 6. *In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.*

Illatio argumenti confirmatur quartò.

Timoth. 2. Ratio à priori propter quam Deo mentiri repugnat

Hebræ. 6.

12. Confirmatur quintò, quoniam hæc impoſſibilitas nulla ex parte minuit potentiam Dei, ſed eam potius perficit, complet, atque commendat, quod Dionyſius de diuinis nominibus cap. 4. verſus finẽ inde probat: quia *neque quod malum ſit, hoc à poteſtate proficiſcitur, ſed ab imbecillitate.* Cuius rationem præcedenti contextu fuſius docuerat, quia nimirum, hoc non eſt facere, ſed deficere, cùm malum ſit priuatio boni.

Dionyſius.

13. Et in eodem lib. de diuin. nomin. cap. 8. circa med. vt defendat prædictam Pauli ſententiam 2. ad Timoth. 2. hæreticorum obiectionem ita refert: *Quod ſi, inquit Elymas Magus, prapotens rerum omnium eſt Deus, quo modo aliquid non poſſe a Theologo veſtro dicitur? maledictis autem vexat Diuinum Paulum, qui ait, Deum ſe ipſum negare non poſſe.* Cui poſt pauca reſpondet: *Negatio enim ſui eſt à veritate prolapſio. Veritas autem eſt: & à veritate prolapſio, eſt ab eo quod eſt prolapſio. Si ergo veritas eſt: negatio autem veritatis, eſt prolapſio ab eo quod eſt: Deus ab eo quod eſt, prolabi non poteſt: neque id eſt, quod non eſt, vt aliquis dicat, ae non poſſe non poteſt: atque non intelligere per priuationẽ non poteſt.*

14 Similiter Nazianzenus orat. 2. de Filio Dei quæ eſt 4. de Theolog. prope med. *Impoſſibile,* inquit, *eſſe dicimus, Deum malum eſſe, aut non eſſe: hoc enim Dei impotentiam potius atque imbecillitatem arguerit, quam potentiam.* Chryſoſtomus autem tom. 5. in expoſit. Symboli Apoſt. homil. 1. ſub init. *Creditis,* inquit, *Deo Omnipotenti, qui poſſe ipſius non poteſt inuenire non poſſe: tamen aliqua non poteſt, vtpote falli, fallere, mentiri, ignorare, initium & finem habere, non prauidere præterita, obliuiſci præſentia, non attendere futura, neſcire, ad vltimum negare ſe ipſum non poteſt. Ecce quanta non poteſt: tamen eſt Omnipotens.*

Nazianzen.

Chryſoſtom. ſic habet.

15. Clarius id docuit Auguſtinus 5. de Ciuitate cap. 10. *Neque poteſtas Dei minuitur, cùm dicitur mori, fallique non poſſe: ſic enim hoc non poteſt, vt potius ſi poſſet, minoris eſſet vtique poteſtatis. Dicitur enim Omnipotẽs faciẽdo, quod vult, nõ patiendo quod nõ vult: quod ſi accideret, nequaquã eſſet Omnipotẽs. Vnde propterea quædã nõ poteſt, quia Omnipotẽs eſt.* Ex quo principio rectè idẽ Auguſtinus lib. 15. de Trinit. ca. 15. prope initiũ intulit: *Magna Diuini*

Auguſtinus.

Verbi

verbi potentia eſt non poſſe mentiri, quia non poteſt eſſe illic eſt & non, ſed eſt eſt, non non. Quam ſententiam recipiunt Scholaſtici cum Magiſt. 1. diſtinctione 42. §. 2. & 3. Rationem verò fuſiùs explicat Anſelmus in proſolog. c. 7. & 2. ad Timoth. 2. ad illa verba: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.* Et S. Thom. in eiuſdem loci commentario.

2. Timoth. 2.

16\. Ex vi eiuſdem principij, euidenter colligitur pertinere ad rationem diuinæ omnipotentię non poſſe peccare: vt notant S. Thomas 1. p. q. 25. art. 3. corp. & ad 2. & S. Bonauent. 1. diſt. 42. art. 1. quæſt. 3. ad finem. Cuius ratio à priori eſt omnimoda perpetuitas & neceſſitas diuini eſſe, ratione cuius prorſus impoſſibile eſt non eſſe quidquid Deus eſt. Vnde quia Deus eſt fidelis, & verax, non poteſt vlla ratione non eſſe fidelis & verax, ideóque non poteſt mentiri. Hæc autem ratio eſt, quam explicat Chryſoſtomus, & Ambroſius 2. ad Timoth. 2. in illis verbis: *Ille fidelis permanet; negare ſeipſum non poteſt.* & Dionyſ. ſupra num. 13.

Ratio à priori cur Deus mentiri non poſſit.

17\. Sextò confirmatur ſimili alia ratione impotentiæ, quæ ſummopere Dei omnipotentiam commendat. Habacuc. 1. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Id eſt, non poteris approbare libenter, vt omnes ibi expoſitores intelligunt. Vnde ſic argumentor: Deus non poteſt per complacentiam approbare materialem actionem peccati. Ergo multo minùs poteſt illam ſua ſponte velle efficaciter, & prædeterminare.

Habacuc. 1.

18\. At, inquis, Propheta loquitur non de materiali actione peccati, ſed de formali ratione mali, & iniquitatis. Cæterùm ſequens contextus demonſtrat, contra munditiam oculorum Dei pugnare non ſolùm complacentiam in ratione formali, ſed etiam in actione materiali. Sequitur enim: *Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces, deuorante impio iuſtiorem ſe: & facies homines ſicut piſces maris, & quaſi reptile non habens principem?* Vbi ſecundùm omnes expoſitores, proponitur dubitandi ratio, quæ ſolet afflictis occurrere contra diuinam prouidentiam, præſertim quando vident, deterioribus impiis concedi poteſtatem & imperium aduerſus meliores ſe, cui querelæ nullus exiſtimabit, ſatisfieri, reſpondendo, Deum in huiuſmodi tyrannide non approbare, niſi actiones materiales, nullo modo approbando rationem formalem malitiæ.

Solutio, & eius refutatio.

Habacuc. 1.

Afflictorum querela contra diuinam prouidentiam.

19\. Quin potius Propheta iudicauit, aliam eſſe reddendam rationem diuinæ prouidentiæ, ne videretur approbare crudelitatem Chaldæorum aduerſus Dei populum, nimirum, quia Deus id ſolummodo approbauerit, voluerit, fecerit, quod bonum erat, & ad bonum deſtinatum per ſe, & ex intentione Dei. Id nempe Propheta notauerat præcedentibus verbis: *Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem, vt corriperes, fundaſti eum.* Scilicet Chaldæorum populum poſuiſti, vt punias: atque fortitudinem ei tribuiſti, vt tuos filios corriperes, & emendares: hoc totum, quod tibi placuit, & te authore factum eſt, optimum eſt; reliqua tibi diſplicent. Ideo ſubditur: *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum.*

Habacuc. 1.

20\. Septimò confirmatur, quia ſi Dei bonitatem decet velle efficaciter & prædeterminare materiales actiones peccatorum propter bonum aliquem finem; ſequeretur inde ſupradictæ querelæ, atque interrogationi: *Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces,* &c. optimè atque veriſſimè ſatisfieri dicendo, rationem eſſe, quia Deus ipſe ſuis oculis exhibet iucundiſſimum ſpectaculum, quando hominem iniuſtum prædeterminat, vt conculcet & vexet iuſtiorem ſe, & potentiorem determinat, vt deuoret debiliores, & Reſpublica ſurſum deorsúmque miſceatur, quemadmodum reptile non habens principem. Quæ omnes actiones Dei oculos delectant, non ſecundùm formalem rationem malitiæ; ſed tantùm quoad materialem entitatem, & intrinſecam ſibi bonitatem, ac pulchritudinem, ob quam dignæ ſunt vt cauſentur, & prædeterminentur à Deo: hoc, inquam, ſequitur ex phyſica prædeterminatione. Sed contrarium ſignificant citata verba: *Mundi ſunt oculi tui,* &c. Idémque naturale rationis dictamen perſuadet.

Quid ex phyſica prædeterminatione ſequatur.

Contrarium ſignificans citata verba.

21\. Confirmatur octauò Galat. 5. *Currebatis benè; quis vos impediuit, veritati non obedire? Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.* Vbi ſuppono perſuaſionem eſſe realem, & poſitiuum aſſenſum, quo Galatæ adhærebant errori contrario fidei. Hæc igitur eſt vis argumenti, quod virtualiter continetur in hac ſententia Pauli: Si veſtra hæc perſuaſio foret ex Deo, ſecum ipſe Deus pugnaret, ſuúmque proprium munus impediret: nam illius munus eſt vos ad fidem vocare. Quod impediret aliunde immittens & cauſans in vobis perſuaſionem fidei contrariam. Ergo perſuaſio hæc non eſt ex Deo, tanquam ex authore & cauſa.

Galat. 5.

Vis argumenti virtualiter contenti in ſententia Pauli.

22\. Prædictam ratiocinationem in eius loci commentario agnouit Hieronymus, dicens: *Aliud quippe opus Dei eſt, aliud hominum: Dei opus eſt vocare: hominum vel credere vel non credere.* Et ſubdit: *Aliqui ſimpliciores putantes, ſe deferre Deo, vt perſuaſio quoque noſtra in eius ſit poteſtate, abſtulerunt partem orationis: Non, & ſenſum contrarium Apoſtolo reddidere: Perſuaſio hæc eſt ex Deo qui vocat vos.* Errabant igitur illi contra ſenſum Apoſtoli, quando exiſtimabant, ad Dei honorem, gloriam & potentiam pertinere, vt quælibet perſuaſio etiam illa, quæ fidei contraria eſt, ſit ex Deo, tanquam ex cauſa & authore.

Hieronymus.

23\. Confirmatur nonò, quia non ſolùm immediatè per ſeipſum; ſed etiam mediatè per Angelum, aut hominem Deus non poteſt author eſſe, vt aliquis ſibi perſuadeat falſum, & decipiatur. Vnde Auguſtinus libro 83. quæſt. q. 53. non longè à principio: *Deus,* inquit, *per ſeipſum neminem decipit, eſt enim Pater veritatis, & veritas, & ſpiritus veritatis.* Poſtea verò latè atque efficaciter confirmat etiam quando peccator dignus eſt pœna deceptionis, Deum neque per ſeipſum immediatè decipere poſſe, neque per hominem veritatis amatorem, ſed per dæmonem, qui ſua obſtinata voluntate propenſus ad decipiendum eſt, aut per hominem, qui ſua libera voluntate velit decipere. Vnde ſubdit: *Legimus deceptum Regem falſo vaticinio Prophetarum, & ita legimus, vt neque ſine diuino iudicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille ſic decipi: neque per Angelum, quem deceptionis officium ſuſcipere non deceret; ſed per Angelum erroris, qui ſibi vltro tales partes imponi cum lætitia poſtulauit.*

Nec per ſe, neque per alium falſi Deus author eſſe poteſt.

Auguſtinus.

3. Reg. 22.

24\. Et poſt medium capitis ait: *Quapropter cùm Aegyptij deceptione digni eſſent, & populus Iſrael pro illa ætate generis humani in tali gradu morum*

Exod. 12.

conſtitutus eſſet, vt non indignè hoſtem deciperet, factum eſt, vt iuberet Deus, vel potius pro illorum cupiditate permitteret, vt vaſa aurea & argentea, quibus adhuc terrenæ rei appetitores inhiabant, & peterent ab Aegyptiis non redituri, & acciperent quaſi redituri. Ecce ipſum materiale opus deceptionis, & accipiendi, quaſi rediturus ſit, qui accipit, cùm tamen animo ſit nunquam redeundi, hoc ipſum non erat dignum à Deo fieri, ſed permitti, nec dignum erat, Deum impellere ad illam realem & materialem cupiditatem auri, quæ inordinata erat, & ad decipiendum inclinabat. Sed ſolummodo Deus permiſit tam cupiditatem, quàm deceptionem, vtramque verò deſtinauit ad iuſtam punitionem infidelis populi, & temporalem vtilitatem populi fidelis. *Notandum.* Vbi notandum eſt, quod materialiter, & exempli cauſa tangitur hic ab Auguſtino, in controuerſiam vocari poſſe, videlicet vtrum Hebræi peccauerint petentes & accipientes, & vtrum hoc fuerit à Deo præceptum, vel ſolummodo permiſſum, in quo diſputationem præſentem non oportet immorari. Nam quod formale eſt, ac primariò intentum ab Auguſtino citato perſtabit adhuc firmum de quacunque cupiditate, quæ fuerit inordinata, & de quacunque locutione, quæ fuerit mendax.

25. *Sequeretur poſſe Deum præmouere ad materialē entitatem erroris intellectum, & linguam & calamum ſcriptoris ſacri.* Confirmatur decimò, quia ſi Deus prædeterminaret & cauſaret materialem entitatē odij Dei, atque blaſphemiæ; ſequeretur potuiſſe Deum præmouere ac prædeterminare ad materialem entitatem erroris non ſolum intellectum & voluntatem, ſed etiam linguam & calamum cuiuſcunque Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſtæ, aut alterius ſacri ſcriptoris, nimirum, vt exiſtimaret vera, & à Deo reuelata, quæ falſa ſunt, eáque Dei nomine credenda proponeret: ſimilitérque potuiſſe Romanos Pontifices, Generalia Concilia, & vniuerſos fideles præmouere, & prædeterminare ad materialem entitatem iudicij, quo crederent eſſe à Deo reuelata, quæ reuelata non ſunt, atque codices ſcripturarum corruptos librariorum vitio, reciperent tanquam legitimas, atque authenticas ſcripturas: qua inſuper materiali entitate iudicij ſacram ſcripturam interpretarentur in ſenſu falſo, & anathematizarent dogmata vera per Deum reuelata, damnando aſſertores illorum.

SECTIO II.

Præoccupantur ſolutiones.

1. ARgumentis ſectione præcedente propoſitis nondum à doctoribus contrariæ ſententiæ ſolutionem expreſsè adhibitam, reperio. Quapropter opus erit præoccupare ſolutiones, quas veriſimilius viſum fuerit ab eis adhibendas fore, quando reſpondere voluerint. *Prima ſolutio impugnatur.* Prima ſolutio eſt, Deum promiſiſſe, atque prædixiſſe fore, vt ſemper ipſe verè loqueretur, & Eccleſia, ſummique Pontifices ſolummodo ea, quæ vera ſunt, crederent. Nihilominus, hanc ſolutionem eſſe inſufficientem, conſtat ex dictis in ſectione præcedenti à numero 6. vſque ad 9.

2. Secundò, reſponderet aliquis, longè aliud eſſe ad materialem entitatem odij Dei, vel erroris contra fidem priuatos homines determinare, ſalua communitate totius Eccleſiæ: aliud verò eſſe ad eaſdem actiones materiales determinare Eccleſiam vniuerſam, aut eas perſonas, quæ Dei nomine, & ex eius ore loquuntur: deinde, aliud eſſe Deum loqui falſa, cauſando materialem entitatem propriæ locutionis: aliud verò determinare aliquem priuatum hominem ad materialem entitatem locutionis falſæ.

Hæc tamen ſolutio refutatur, quia quamuis plurima diſcrimina poſſint aſſignari inter prædictas determinationes; attamen nullum diſcrimen aſſignari poteſt, quod ſolidam & ſufficientem rationem reddat ob quam impoſſibilis ſit vna prædeterminatio, ſi altera eſt poſſibilis, imò etiam neceſſaria, quoties homines errant, aut peccant. 3. *Refutatur ſecunda ſolutio. Diſcrimen ſolidum aſſignari non poteſt.* Quod probo ſupponendo, Deum non loqui ad Angelos, neque ad homines, niſi cauſando aliquod creatum ſignum, ſiue in intellectu, & voluntate, aut imaginatiua; ſiue extra homines & Angelos cauſando in aëre voces, aut viſibiles figuras, aut quodlibet aliud ſignum creatum. *Loquitur Deus ad Angelos, & homines cauſando aliquod creatū ſignum.*

4. Quo ſuppoſito, ſic argumentor. Prædicta ſigna creata, Dei nomine ſignificantia, tanquam Deo loquente per illa, repugnat à Deo cauſari, quoniam inde ſequeretur, Deum eſſe authorem & cauſam erroris. Huius autem illationis, & impoſſibilitatis primaria & intrinſeca ratio eſt, quoniam falſitas, & malitia erroris per ſe ac neceſſariò ſequitur ex prædicta materiali entitate ſignorum & locutionis, etiamſi falſitas & malitia non intendatur à Deo. *Illationis primaria, & intrinſeca ratio.* At verò ex materiali entitate illius aſſenſus realis, quo Arianus quilibet iudicabat, vnicam tantùm eſſe diuinam perſonam, & Ieſu Chriſti perſonam eſſe creatam, per ſe, ac neceſſariò ſequebatur falſitas & malitia. Ergo licet hanc Deus non intenderet, adhuc foret author & cauſa illius, ſi Arianas voluntates, & intellectus prædeterminando, cauſabat in illis realem illum & materialem aſſenſum.

5. Vnde præterea ſequitur, prædictam materialem entitatem erroris prædeterminati & cauſati in homine aliquo priuato eadem impoſſibilitatis ratione repugnare, qua repugnat illam cauſari in Apoſtolis, aut aliis ſcriptoribus ſacris, aut in vniuerſo Concilio Generali, vel in vniuerſa Eccleſia. In omnibus enim primaria & intrinſeca impoſſibilitatis ratio eſt conſecutio per ſe ac neceſſaria, per quam falſitas cohæret cum effectu, cuius Deus eſt author. In eo tamen diſcrimen erit, quod hæc ratio manifeſtior eſt in Eccleſia, Concilijs & ſacris Scriptoribus, ſed obſcurior eſt in homine priuato.

6. Confirmatur, nam loquitur Deus quandoque per ſigna ad placitum ſignificantia, vt per voces & characteres, quorum entitas materialis nullam habet neceſſariam connexionem cum falſitate. Nihilominus propter circunſtantias extrinſecas impoſitionis ad placitum, repugnat diuinæ veracitati producere bonam entitatem materialem illorum ſignorum ſuo nomine ſignificantium aliquid falſum. Ergo magis ab intrinſeco repugnabit, eas materiales entitates producere, quæ ab intrinſeco per ſe, ac neceſſariò adiunctam habent malitiam & falſitatem, qualis eſt materialis entitas aſſenſus in pluralitatem Deorum, vel in diuerſitatem ſubſtantiæ Filij ab æterno Patre.

7. *Prædicta ſolutio iterum refutatur.* Tandem prædicta ſolutio refutatur, quia non ſolùm vniuerſalis Eccleſiæ, ſed etiam priuatæ cuiuſ

cuiuſque perſonæ aſſenſum in obiectum falſum, non eſſe ex Deo, nec poſſe à Deo cauſari, ſatis oſtendimus ſectione præcedenti num. 21. & ſequentibus.

8. *Solutio.* Tertiò dicat fortaſſe aliquis, hæc eadem argumenta in nos retorqueri poſſe, vt noſtra ſolutione diluantur. Concedimus enim omnes Catholici, Deum velle permittere, vt maxima pars hominum ſibi perſuadeat plurimos errores fidei contrarios. Rurſus verò fatemur eſſe impoſſibile, permittere Deum, vt Eccleſia vniuerſa ſimiles errores ſibi perſuadeat, vel Summus Pontifex, quando res fidei decernit: inſuper impoſſibile fuiſſe permittere, vt Apoſtoli, Prophetæ, aut cæteri Scriptores ſacri falſa literis mandauerint. Quæ igitur ratio diſcriminis fuerit, vt non hæc, ſed illa permittantur, eadem erit ratio diſcriminis, vt non hæc, ſed illa prædeterminentur.

9. *Refutatur & inſtauratur argumentũ.* Nihilominus facilè refutatur hæc ſolutio & inſtauratur argumentum, nam ſi ſupponamus, implicationem contradictionis inuolui in quacunque prædeterminatione materialis actionis, cui per ſe ac neceſſariò coniuncta ſit malitia, vel falſitas, cum aliunde miracula & innumera credibilitatis argumenta euidenter oſtendant, eſſe euidenter credibile, Deum determinaſſe Prophetas, Apoſtolos, Scriptores ſacros, Eccleſiam vniuerſam, & ſummum Pontificem ad credenda & proponenda Dei nomine & ex eius ore, *Fidei myſteria euidenter credibilia.* quæcunque credit, atque credenda proponit: euidenti conſequentia deducitur, eſſe euidenter credibile, omnia hæc dogmata eſſe vera & ſanctiſſima: proindèque contradictionem implicare quamcunque falſitatis aut erroris ſuſpicionem, non ſolùm, quoad rationem formalem, ſed etiam quantum ad materialem entitatem erroris aut falſitatis. Huius autem argumenti præcipuum fundamentum debilitari videtur, ſi non ſolum eſt poſſibile, ſed etiam neceſſarium, vt quæcunque fiunt materiales actiones erroris, & mendacij, Deo prædeterminante fiant, neque reſtat aliud ſolidum fundamentum: vt oſtendimus præcedenti diſcurſu.

10. *Dicet aliquis.* Confirmatur primò, quia ſi dicas eſſe ſingularem Dei amorem ac prouidentiã erga Prophetas, Apoſtolos, Scriptores ſacros, Eccleſiam, & ſummum Pontificem, quibus prædixit, atque promiſit perpetuam protectionem à falſitate perpetuámque lucem Spiritus ſancti ad veritates fidei cognoſcendas: *Manet eadẽ ratio dubitandi.* adhuc manet eadem ratio dubitandi, quæ prius, niſi ſupponas impoſſibilitatem prædeterminandi ad materialem entitatem erroris. Dubitabit enim aliquis, vtrum prædictæ promiſſiones & prædictiones de aſſiſtentia & luce Spiritus ſancti & de ſpeciali protectione Dei fuerint quædam materiales entitates mendaciorum & errorum ad quos prædeterminauerit Deus ſuos Prophetas, Apoſtolos, Scriptores, Eccleſiam, Pontifices ſummos. Nec erit vnde conuincas, hoc fuiſſe impoſſibile: nam ſi opponas omnia miracula, & cætera credibilitatis argumenta, quæ Dei nomine confirmant doctrinam fidei; dicet ille qui dubitat horum omnium argumentorum materialem entitatem à Deo eſſe factam, ad producendam materialem entitatem confirmationis falſi dogmatis, & ad producendam materialem entitatem erroris, idque propter altiſſimos fines diuinæ gloriæ & noſtræ ſalutis, vt homines veluti pueros terriculationibus, blanditijs, atque inanibus ſpeciebus contineret in officio: ſicut fuſiùs diximus ſect. præcedenti à num. 6.

Confirmatur ſecundò, quia ſi mera permiſſio erroris aut falſitatis contradictionem implicat cum prædeterminatione actionis materialis (vt noſtra ſententia fert) inde euidens ratio redditur, propter quam impoſſibile fuerit permittere errorem, aut falſitatem in prædictis perſonis, quantum ad actiones, quas Deus in illis prædeterminabat, & cauſabat, nimirum quia falſitas & malitia per ſe ac neceſſariò conſequens ex effectu non merè permittitur, ſed propriè cauſatur ab authore illius effectus. Cæterum hoc fundamento ſublato, prædicta ratio corruet. 11. *Euidẽs ratio propter quã Deo impoſſibile fuerit permittere errorem in ſacris ſcriptoribus.*

Confirmatur tertiò, quia ſi Deus ex ſua innata propenſione, & quantum in ſe eſt, deteſtatur, & abhorret non ſolùm à formali ratione malitiæ ac falſitatis, ſed etiam à quacunque materiali actione, cui neceſſariò & per ſe coniuncta ſit malitia, vel falſitas; tunc manifeſta eſt ratio, propter quam indecens ſit, ac prorſus impoſſibile tales actiones permittere in ijs perſonis, quæ à Deo motæ Dei nomine loquuntur. At verò ſi Deus ex ſua innata propenſione antequam à libero arbitrio creato determinetur, ſeipſum determinat, ac prędeterminat hominum maximam partem ad infinitum numerum talium actionum; ceſſat prædicta ratio indecentiæ, vel certè illius euidentia obſcuratur. 12. *Alia eiuſdẽ impoſſibilitatis ratio.*

Reſpondebis quartò, diuinum concurſum alium eſſe ſolummodo vt cauſæ vniuerſalis, alium verò eſſe concurſum proprium cauſę particularis. Deus ergo concurrens vt cauſa particularis non poteſt prædeterminare ad materialem actionem erroris aut mendacij: proptereáque non potuit Prophetas, Apoſtolos, cæteróſque ſacros ſcriptores, ſummos Pontifices, & vniuerſam Eccleſiam prædeterminare ad materialem actionem erroris & mendacij; quoniam hos Deus mouet, concurrens, vt cauſa particularis. At contrario modo gubernat quoſcunque priuatos homines: ideóque plurimos, vt cauſa vniuerſalis prædeterminat ad materiales actiones erroris & mendacij. 13.

Hæc ſolutio refutatur primò, quia ſi ſemel admittitur Dei vniuerſalem concurſum eſſe ſufficientem, vt quos Deus voluerit, homines prędeterminet ad quamcunque materialẽ actionem, cui neceſſariò & per ſe coniuncta ſit falſitas, vel malitia: conſequens eſt, eundem concurſum ſatis fuiſſe, vt ſi Deus vellet per illum prædeterminaret quemcumque Prophetam, Apoſtolum, Euangeliſtam, Pontificem, Eccleſiam, vt elicerent materiales actiones erroris & mendacij circa fidem, vnde iuſta naſceretur ratio dubitandi, vtrum de facto Deus hoc ipſum fecerit. 14. *Prima refutatio.* *Dubitaretur an Deus de facto Eccleſiam ad materialẽ actionem mendacij determinaſſet.*

Atque inde ſumitur ſecunda refutatio, quoniam per eundem concurſum vniuerſalem poſſibile fuerit eoſdem Prophetas, Apoſtolos, Scriptores, Pontifices prædeterminando neceſſitate ad materialem actionem erroris, quo ſibi perſuadeant, ſe moueri à Deo, tanquam à cauſa particulari, cùm tamen non moueantur, niſi tanquam à cauſa vniuerſali. Similitérque fuerit poſſibile per concurſum Dei, vt cauſæ vniuerſalis prædeterminari omnes, & ſingulos fideles, ac proinde vniuerſam Eccleſiam, vt eliciant materialem 15. *Refutatio ſecunda.*

terialem actionem erroris, quo firma adhæſione credant, Deum tanquam cauſam particularem mouiſſe, ac prædeterminaſſe Propheras, Apoſtolos, Scriptores ſacros, & Pontifices ſummos, cùm tamen non mouerit, niſi vt cauſa vniuerſalis.

16. Refutatur tertiò, quoniam quando Deus, ſine vlla exteriori viſione aut locutione, per ſolum interiorem mentis impulſum dirigit Prophetam, Apoſtolum, aut alium ſacrum Authorem; tunc ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminat ſingula verba; ita vt impoſſibile ſit alia proferre, quam quæ Deus prædeterminat; ille concurſus abundè ſufficit, vt dicatur Deus mouere illos, tanquam cauſa particularis. Ergo talis prædeterminatio non præſtatur per concurſum vniuerſalem prædeterminando Lutherum, aut Caluinum, vt hæc verba Dei nomine proferat, & ſcribat, ita vt impoſſibile ſit illi alia proferre ex ſuppoſitione diuinæ prædeterminationis.

17. Confirmatur, quoniam ex eodem principio ſequitur præterea, ſuperfluum eſſe, quemlibet concurſum Dei, vt cauſæ particularis ad tales actiones materiales, quas Deus, ſi vult, prædeterminat vt cauſa vniuerſalis. Vel potiùs ſequitur diuinum concurſum ad quaſcumque actiones materiales eſſe concurſum cauſæ particularis, quoniam ad illas prædeterminat eodem modo quo prædeterminaret, ſi voluiſſet concurrere tanquam particularis cauſa, ſimul concurrente hominis voluntate, ac intellectu.

Diuinus concurſus ad quaſcumque materiales actiones non vniuerſalis, ſed particularis eſſet.

18. Denique ſi reſpondeas, obiecta ſupernaturalia & actiones ſupernaturales pertinere ad Deū, tanquam ad cauſam particularem, non verò falſa obiecta & materiales actiones errorum: vera quidem proferes; ſed argumenti vim non minues. Quoniam ſi Dei veracitati non repugnat, prædeterminare homines ad materialem actionem erroris, & mendacij, dummodo hanc prædeterminationem præſtet, vt cauſa vniuerſalis, non verò vt cauſa particularis; eo ipſo viget adhuc ratio dubitandi, vtrum Deus, quaſi vniuerſalis cauſa prædeterminauerit Scriptores ſacros, Pontifices, & Eccleſiam, vt exiſtiment eſſe ſupernaturalia obiecta, quæ non ſunt, niſi falſa & fictitia: vt exiſtiment, ſuas intellectiones & volitiones de illis obiectis eſſe ſupernaturales, cum ſint merè naturales & turpes; vel per eundem generalem concurſum phyſicè prædeterminauerit ad materialem actionem, qua velint decipere, dicendo, eſſe myſteria ſupernaturalia, quæ ſciunt eſſe mendacia. Quæ omnia inconuenientia ceſſant; ſi Deus nec vt particularis, nec vt generalis cauſa poteſt prædeterminare, nec mouere ad materialem actionem erroris; ſed tantùm ad illam concurrere, determinatus à malitia voluntatis creatæ.

Vltima ſolutio, & eius impugnatio.

SECTIO III.

Quæ circa mendacium refutantur à Theologis, argumenta miniſtrant noſtræ ſententiæ.

5. PRimum argumentum ſumitur ex conſtantia & fidelitate, qua Deus promiſſis ſtare tenetur, & quæ prædixit implere. Contra quam Dei perfectionem pugnare prædeterminationem de qua loquimur probo, quoniam nullus Theologorum veram eſſe exiſtimabit doctrinam illam Caſſiani collat. 17. Abbatis Ioſephi cap. 25. à medio dicentis, Deum poſſe miſericordiæ, ac pietatis intuitu ſuum caſſare ſermonem, & contrarium eius facere, ſicque addidiſſe quindecim annos ad vitam Ezechiæ, & Niniuitis remiſiſſe prædictum ſupplicium. Atque, vt conſtet, hanc, vt ſonat, & non in alio ſenſu mitiori eſſe mentem Caſſiani, legendum eſt totum illud cap. 25. & quæ præcedunt à cap. 12.

Diuina conſtantia, & fidelitati contraria prædeterminatio.

Quod ſi Deus poſſet efficaciter velle & prædeterminare materialem entitatem erroris aut mendacij, non illorum falſitatem & malitiam, ſed bonos alios fines intendendo: ſequeretur, poſſe Deum facere materialem entitatem earum rerum, quæ contrariæ ſunt eius promiſſis, etiam ſi vero atque ſyncero animo ſe obligandi promiſerit: ſimilitérque poſſe facere materialem entitatem earum rerum, quæ ſuis prædictionibus contrariæ ſunt, non intendendo rationem formalem malitiæ, inconſtantiæ, & infidelitatis; ſed tantummodo intendendo materialem entitatem illarum propter bonum finem. Quapropter etiam poſtquam Deus promiſit iuſtis æterna præmia, & iniquis denunciauit æterna ſupplicia, potuiſſet vtroſque vel annihilare in æternum, vel nunquam reſuſcitare, vel ſine præmio & pœna ſub æquali aliqua ſorte relinquere, vt pueros limbi; dummodo non intenderet formalem rationem malitiæ, violantis fidem: ſed tantummodo intenderet materialem entitatem propter aliquos optimos fines oſtendendi ſuam potentiam, & ſapientiam, qua declinare valet ab omni obligatione, etiam illa, quam ipſe ſibi promittendo, voluiſſet imponere. 2.

Poſſet Deus ſuis promiſſis contraria facere.

Conſequentis falſitas probatione non indiget, cùm per ſe ſit manifeſta, ſatis erit in memoriam reuocare illud Num. 23. *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis, vt mutetur, dixit, & non faciet, loquutus, & non implebit?* Porrò cum materiali entitate rei oppoſitæ neceſſariò coniuncta eſt negatio faciendi & implendi, quæ loquutus eſt. Vnde ſicut impoſſibile eſt non facere, & non implere, quæ dixerit: ita impoſſibile eſt facere contrarium, etiam quoad materialem entitatem illius non intendendo malitiam. 3.

Numer. 23.

Confirmatur, nam vt Paulus ait Hebræor. 6. citato in ſectione 1. num. 11. virtute pollicitationis & iuramenti Dei; *fortiſſimum ſolatium habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.* Nulla verò foret firmitas ſpei noſtræ, nullúmque ſolatium, ſi non obſtante pollicitatione, ac iuramento, potuiſſet Deus fidelibus perſeuerantibus in obſeruantia mandatorum prædeterminare intellectum & voluntatem, vt in æternum haberent reales entitates illius ſtatus, quem habituri ſunt in æternum pueri limbi, non intendendo falſitatem aut malitiam negandi promiſſam gloriam, ſed tantùm intendendo quidquid in illo ſtatu reale eſt, quamuis alioqui repugnet viſioni Dei. Confirmatur, quoniam optimi finis intentio Deum non excuſaret, vt oſtendimus ſuprà diſput. 27. ſectione 4. 4

Hebræor. 6.

Nulla foret firmitas ſpei noſtræ.

Confirmatur.

Secundum argumentum, quoniam nulli Theologorum, quem ſciam, probatur; ſed potiùs communiter refutatur, tanquam ſanè Theologiæ contraria, doctrina Abulenſis in Ioſue cap. 2. q. 30. dicentis, Deum poſſe mouere hominē vt mendacium proferat propter bonum finē. In qua 5.

A Theologis communiter Abulenſis doctrina improbatur.

ſententia

ſententia cauit ſapientiſſimus vir, ne hoc iutelligeretur dictum de ratione formali malitiæ, ſed tantum de materiali entitate mendacij, in quantum poteſt deſeruire ad bonum finem, ſic loquitur: *Abulenſis.* *Sciendum eſt, quòd Deus aliquando monet ad peccatum veniale: non quidem ratione venialis peccati, aut peccati quomodocumque; nam peccatum in quacumque ratione habet naturam, & rationem mali: Deus autem non poteſt mouere ad rationem mali, cùm non ſit ens. Contingit autem, quod ille actus, qui eſt peccatum veniale, contineat occaſionaliter bonum aliquid: & Deus, intendens bonum illud, mouebit ad veniale, quod non eſt directè contra Deum.*

6\. *Nota primò.* Vbi nota primò Abulenſem valde conſequenter eſſe locutum, dum de quacumque materiali entitate peccati venialis aſſeruit, quod affirmare conſtituit de materiali entitate mendacij. *Nota ſecundò.* Nota ſecundò, Abulenſem agnouiſſe & expreſsè docuiſſe in q.29. & 30. Deum nõ poſſe monere determinando ad mortale peccatum eo modo, quo exiſtimabat poſſe moueri ad veniale peccatum, & rationem reddit, quia peccatum mortale repugnat ordini amoris in Deum. Si ergo ſententia Abulenſis de ſola materiali entitate venialis mendacij iure optimo reſpuitur, à fortiori Deus non poterit præmouere, ac prædeterminare ad materialem entitatem odij Dei, blaſphemiæ, aut infidelitatis.

7\. *Adami ſententia propter eandem rationem refutatur.* Confirmatur, nam propter eandem rationem refutatur Adami ſententia in 3. ſent. diſt. 14. q. 5. dub. 2. fine dicentis: *Accipiendo decipere pro fallere aliquem contra inſtinctum legis diuinæ, vel legis naturæ, vel contra conſcientiam, neque Deo conuenire poteſt; neque homini neque Angelo licitum eſt. Sumendo autem decipere pro falſa vocis ſignificatione, vel alterius ſigni æquiualentis cum intentione fallendi, id eſt faciendi quod aliquis haberet aſſenſum falſum, vel quod aliquis erraret in ſic iudicando circa aliquid expreſſum ſibi, vel notificatum, quod vtique fieri poteſt ſine peccato; non video, quin Deus poſſit hoc facere, & poſſit alicui præcipere vt faciat, qui etiam hoc licitè facere poſſet.* Ecce malitiam excludit Adamus, excludendo oppoſitionem cum diuina & naturali lege & cum conſcientia, & ſolum relinquit materialem actum erroris & materiale ſignum falſum. Et tamen hæc ſententia merito reiicitur ab omnibus Theologis.

8\. *Maior.* Vnde Ioan. Maior in 1. diſt. 43. q. vnica prope initium his verbis refert prædictam opinionem: *Hibernius, Adam, Holkot, Petrus Aliacenſis cum nonnullis ſubſcribentibus dicunt, Deum de potentia abſoluta poſſe fallere; licet non de potentia ordinata; & hoc ſi deordinationum notiones ille reuciat.* Quæ poſtrema verba reſecant malitiam & nudam relinquunt materialem entitatem deceptionis. Nihilominus Maior ibi hanc ſententiam bene impugnat; & dum reſpondet ad priorem rationem, quamuis concedat, entitatem deceptionis produci poſſe extra ſubiectum; negat tamen in ſubiecto produci poſſe à ſolo Deo, quia in ſubiecto habet rationem deceptionis.

9\. *Almainus probabilem putat Adami ſententiam.* Almain. in dictatis ſuper ſententias Holkot (quæ habentur poſt 4. ſententiarum eiuſdem Almaini) in q.2. fine probabiliorem exiſtimat ſententiam Adami, & Petri de Aliaco, dicẽtium, Deum poſſe ſpeciali concurſu concurrere ad cauſationem aſſenſus falſi, ſed non quatenus importat deformitatem. Perpende quanto ſtudio hi omnes Doctores materialem actionem præſciderunt à formali ratione malitiæ. Nihilominus Gregorius Ariminenſis in 1. diſtinct. 42. q. 2. latiſſimè & optimè non ſolùm probat oppoſitam ſententiam; videlicet, quod Deus non poſſit dicere falſum, neque mouere ſpeciali concurſu ad falſos aſſenſus eliciendos, ne poſſet decipere: ſed etiam oppoſitum vocat horrendam ſententiam, & euitandam fuiſſe confitendo iguorantiam, etiamſi argumentorum ſolutio ignoraretur.

Atque vt omittamus cæteros huius ætatis Theologos, idem ſentientes, quando de fide ac veracitate diuina diſputant, ponderemus quid de hoc articulo ſentiat primarius phyſicæ prædeterminationis author Domin. Bañez 2.2. q. 1. artic. 3. dub. 1. conc. 3. vbi merito decernit errorem eſſe fidei contrarium aſſerere, Deum de potentia abſoluta mentiri poſſe per ſe vel per alium, quamuis id non poſſit de potentia ordinaria. Cuius aſſertionis vnam ex præcipuis rationibus ſcribit his verbis: *Si Deus de potentia abſoluta mentiri poteſt per ſe vel per alium, infirma eſt fides noſtra. Vnde enim nos ſumus certi, quod tali potentia non eſt vſus? Si dicas, ipſum dixiſſe non mentitum in his, quæ nos docuit: Contra, vnde ſcis, cum hoc dixit, non vſum ſua potentia abſoluta? ac per conſequens tota fidei machina rueret.* Nunc peto quid dicendum ſit de mendacio, quod Deus per ſe ipſum, vel per alium cauſaret, quantum ad materialem entitatem mendacij, & quantum ad materialem entitatem erroris, nullo modo intendendo eius malitiam, ſed ſolummodo intendendo optimum aliquem finem? Peto inquam, vtrum ſaltem de potentia abſoluta hoc poſſibile ſit? Non dubito quin idem ſapientiſſimus Theologus negaret, rectè agnoſcẽs, idem prorſus ambiguitatis periculum creari fidei diuinæ. Ergo non poteſt Deus hominem mouere & determinare ad materialem actionem veritati aut rationi realiter & poſitiuè cõtrariam; etiamſi eius falſitatem & malitiam non intendat. 10. *Primarius phyſicæ prædeterminationis author.* *Bannez.*

Ex his conſtat non ſolùm propter rationes, quibuſcumque actionibus peccatorum generales, ſed præcipuè propter eas, quæ peculiariter vrgent in materialibus actionibus erroris, atque mendacij, refutandam eſſe ſententiam eorum authorum, qui expreſsè aſſerunt, quod Deus in ſua prædefinitione vult, me velle hîc & nunc exercere iſtam actionem, quæ ex deficiẽtia mea dicitur mendacium, & vult illam actionem, ſecundùm totam rationem, quæ eſt in prædicamento actionis à prima ratione generica, vſque ad vltimam rationem particularem, & indiuidualem præſcindendo à priuatione. Et qui non ſolum generaliter, ſed etiam ſpecialiter concedunt, prædefiniri materialem entitatem mendacij, Deúmque velle, & prædefinire, vt ego velim mentiri; ſicut etiam alij concedunt, Deum applicare intellectum humanum, ad aſſenſum, qui eſt falſus, non vt eſt falſus, ſed vt eſt ens. 11. *Refutanda contraria ſententia.*

terialem actiooem erroris, qno firma adhæſione credant, Deum tanquam cauſam particularem mouiſſe, ac prædeterminaſſe Prophetas, Apoſtolos, Scriptores ſacros, & Ponuifices ſummos, cùm tamen non mouerir, oiſi vr cauſa vniuerſalis.

16. Refutatur tertiò, quoniam quaodo Deus ſine vlla exteriori viſione aut locutione, per ſolum interiorem mentis impulſum dirigit Propheram, Apoſtolum, aut alium ſacrum Authorem; tunc ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminat ſingula veiba; ita vt impoſſibile ſit alia proferre, quam quæ Deos prædeterminat; ille concurſus abundè ſufficir, vt dicatur Deus mouere illos, tanquam caoſa particularis. Ergo talis prædeterminatio non præſtatur per concurſum vniuerſalem prædeterminando Lutherum, aut Caluinum, vt hæc verba Dei nomine proferat, & ſcribat. ita vt impoſſibile ſit illi alia proferre ex ſuppoſitione diuinæ prædeterminationis.

17. Confirmatur, quoniam ex eodem principio ſequitur præterea, ſuperfluum eſſe, quemlibet concurſum Dei, vt cauſæ particulatis ad tales actiones materiales, quas Deus, ſi vult, prædeterminat vt cauſa vniuerſalis. Vel potiùs ſequitur diuinum concurſum ad quaſcumque actiones materiales eſſe concurſum cauſæ particularis, quoniam ad illas prædeterminat eodem modo qoo prædeterminaret, ſi voluiſſet concurrere tanquam particularis cauſa, ſimul concurrente hominis voluntate, ac intellectu.

Diuinus concurſus ad quaſcumque materiales actiones non vniuerſalis, ſed particularis eſſet.

18. Denique ſi reſpondeas, obiecta ſupernaturalia & actiones ſupernaturales pertinere ad Deũ, tanquam ad cauſam particularem, non verò falſa obiecta & materiales actiones errotum: vera qoidem proferes; ſed argumenii vim non minues. Quooiam ſi Dei veracitati nnn repugnat, prædeterminare homines ad materialem actionem errotis, & mendacij, dummodo hanc prædeterminationem præſtet, vt cauſa vniuerſalis, non verò vt cauſa particularis; eo ipſo viget adhuc tatio dubitandi, vtrum Deus, quaſi vniuerſalis cauſa prædeterminaucrit Scriptores ſacros, Pootiſices, & Eccleſiam, vt exiſtiment eſſe ſupernaturalia obiecta, quæ non ſunt, niſi falſa & fictitia: vr exiſtiment, ſuas intellectiones & volitiones de illis ebiectis eſſe ſupernaturales, cum ſint metè naturales & turpes; vel per eundem generalem concurſum phyſicè prædeterminauerit ad materialem actionem, qua velint decipere, dicendo, eſſe myſteria ſupernaturalia, quæ ſciunt eſſe mendacia. Quæ omnia iuconnenientia ceſſant; ſi Deus nec vt particularis, nec vt generalis cauſa poteſt prædeterminare, nec mouere ad materialem actionem erroris; ſed tantùm ad illam concurrere, determinatus à malitia voluntatis creatæ.

Vltima ſolutio, & eius impugnatio.

SECTIO III.

Quæ circa mendacium refutantur à Theologis, argumenta miniſtrant noſtra ſententia.

1. PRimum argumentum ſumitur ex conſtaotia & fidelitate, qua Deos promiſſis ſtare tenetur, & quæ prædixit implere. Contra quam Dei perfectionem pugnare prædeterminationem de qua loquimur probo, quoniam nullus Theologorum veram eſſe exiſtimabir doctrinam illam Caſſiani collat. 17, Abbatis Ioſephi cap, 25, à medio dicentis, Deum poſſe miſericordiæ, ac pietatis intuitu ſuum caſſare ſermonem, & contrarium eius facere, ſicque addidiſſe quiodecim annos ad vitam Ezechiæ, & Niniuitis remiſiſſe prædictum ſupplicium. Atque, vt conſtet, hanc, vt ſonat, & oon in alio ſenſu mitioti eſſe mentem Caſſiani, legendum eſt totum illud cap. 25. & quæ præcedunt à cap. 12.

Diuina conſtantia, & fidelitati contraria prædeterminatio.

Quod ſi Deus poſſet efficaciter velle & prædeterminare materialem entiiatem erroris aut mendacij, non illorum falſitatem & malitiam, ſed bonos alios fines intendendo: ſequeretur, poſſe Deum facere materialem entitatem earum rerum, quæ contrariæ ſunt eius promiſſis, etiam ſi vero atque ſyncero animo ſe obligaodi promiſerit: ſimilitérque poſſe facere materialem entitatem earum rerum, quæ ſuis prædictionibus contrariæ ſunt, non intendendo rationem formalem malitiæ, inconſtantiæ, & infidelitatis; ſed tantummodo intendendo materialem entitatem illarum propter bonum finem. Quapropter etiam poſtquam Deus promiſit iuſtis æterna præmia, & iniquis denunciauit ætetoa ſupplicia, potuiſſet vtroſque vel annihilare in æternum, vel nunquam reſuſcitare, vel ſine præmio & pœna ſub æquali aliqua ſorte relinquere, vt pueros limbi; dummodo non intenderet formalem rationem malitiæ, violantis fidem: ſed tantummodo intenderet materialem entitatem propter aliquos optimos fines oſtendendi ſuam potentiam, & ſapientiam, qua declinare valer ab omni obligatione, etiam illa, quam ipſe ſibi promittendo, voluiſſet imponere. 2.

Poſſet Deus ſuis promiſſis contraria facere.

Conſequentis falſitas probatione non iodiget, cùm per ſe ſit manifeſta, ſatis erit in memoriam reuocare illud Num. 23. *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis, vt mutetur, dixit, & non faciet, loquutus, & non implebit?* Porrò cum materiali entitate rei oppoſitæ neceſſariò coniuncta eſt negatio faciendi & implendi, quæ loquutus eſt. Vnde ſicot impoſſibile eſt non facere, & non implere, quæ dixerit: ita impoſſibile eſt facere contrarium, etiam quoad materialem entitatem illius noo intendendo malitiam. 3.

Numer. 23.

Confirmatur, nam vt Paulus ait Hebræor. 6. citato in ſectione 1. num. 11. virtute pollicitationis & iuramenti Dei; *fortiſſimum ſolatium habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.* Nulla verò foret firmitas ſpei noſtræ, nullúmque ſolatium, ſi non obſtante pollicitatione, ac iuramento, potuiſſet Deus fidelibus perſeuerantibus in obſeruantia mandatorum prædeterminare intellectum & voluntatem, vt in æternum haberent reales entitates illius ſtatus, quem habituri ſunt in æternum pueri limbi, non intendendo falſitatem aut malitiam negandi promiſſam gloriam, ſed tantum intendendo quidquid in illo ſtato reale eſt, quamuis alioqui repugnet viſioni Dei. Confirmatur, quoniam optimi finis intentio Deum non excuſaret, vt oſtendimus ſuprà diſput. 27. ſectione 4. 4

Hebraer. 6.

Nulla foret firmitas ſpei noſtra.

Confirmatur.

Secundum argumentum, quoniam nulli Theologorum, qoem ſciam, probatur; ſed potiùs commooiter refutatur, tanquam ſanę Theologię contraria, doctrina Abulenſis in Ioſue cap. 2. q. 30. dicentis, Deum poſſe mouere hominẽ vt mendacium proferat propter bonum finẽ. In qua 5.

A Theologis communiter Abulenſis doctrina improbatur.

ſententia

ſententia cauit ſapientiſſimus vir, ne hoc iutelligeretur dictum de ratione formali malitiæ, ſed tantum de materiali entitate mendacij, in quantum poteſt deſeruire ad bonum finem, ſic loquitur: *Sciendum eſt, quòd Deus aliquando mouet ad peccatum veniale: non quidem ratione venialis peccati, aut peccati quomodocumque; nam peccatum in quacumque ratione habet naturam, & rationem mali: Deus autem non poteſt mouere ad rationem mali, cùm non ſit ens. Contingit autem, quod ille actus, qui eſt peccatum veniale, contineat occaſionaliter bonum aliquid: & Deus, intendens bonum illud, mouebit ad veniale, quod non eſt directè contra Deum.*

Abulenſis.

6. *Nota primò.* Vbi nota primò Abulenſem valde conſequenter eſſe locutum, dum de quacumque materiali entitate peccati venialis aſſeruit, quod affirmare conſtituit de materiali entitate mendacij. *Nota ſecundò.* Nota ſecundò, Abulenſem agnouiſſe & expreſsè docuiſſe in q. 29. & 30. Deum nõ poſſe mouere determinando ad mortale peccatum eo modo, quo exiſtimabat poſſe moueri ad veniale peccatum, & rationem reddit, quia peccatum mortale repugnat ordini amoris in Deum. Si ergo ſententia Abulenſis de ſola materiali entitate venialis mendacij iure optimo reſpuitur, à fortiori Deus non poterit præmouere, ac prædeterminare ad materialem entitatem odij Dei, blaſphemiæ, aut infidelitatis.

7. *Adami ſententia propter eandem rationem refutatur.* Confirmatur, nam propter eandem rationem refutatur Adami ſententia in 3. ſent. diſt. 14. q. 5. dub. 2. fine dicentis: *Accipiendo decipere pro fallere aliquem contra inſtinctum legis diuinæ, vel legis naturæ, vel contra conſcientiam, neque Deo conuenire poteſt; neque homini neque Angelo licitum eſt. Sumendo autem decipere pro falſa vocis ſignificatione, vel alterius ſigni æquiualentis cum intentione fallendi, id eſt faciendi quod aliquis haberet aſſenſum falſum, vel quod aliquis erraret in ſic iudicando circa aliquid expreſſum ſibi, vel noſſicatum, quod vtique fieri poteſt ſine peccato; non video, quin Deus poſſit hoc facere, & poſſit alicui præcipere vt faciat, qui etiam hoc licitè facere poſſet.* Ecce malitiam excludit Adamus, excludendo oppoſitionem cum diuina & naturali lege & cum conſcientia, & ſolum relinquit materialem actum erroris & materiale ſignum falſum. Et tamen hæc ſententia merito reiicitur ab omnibus Theologis.

8. *Maior.* Vnde Ioan. Maior in 1. diſt. 43. q. vnica prope initium his verbis refert prædictam opinionem: *Hibernius, Adam, Holkot, Petrus Aliacenſis cum nonnullis ſubſcribentibus dicunt, Deum de potentia abſoluta poſſe fallere; licet non de potentia ordinata; & hoc ſi deordinationum notiones ille reuciat.* Quæ poſtrema verba reſecant malitiam & nudam relinquunt materialem entitatem deceptionis. Nihilominus Maior ibi hanc ſententiam bene impugnat; & dum reſpondet ad priorem rationem, quamuis concedat, entitatem deceptionis produci poſſe extra ſubiectum; negat tamen in ſubiecto produci poſſe à ſolo Deo, quia in ſubiecto habet rationem deceptionis.

9. *Almainus probabilem putat Adami ſententiam.* Almain. in dictatis ſuper ſententias Holkot (quæ habentur poſt 4. ſententiarum eiuſdem Almaini) in q. 2. fine probabiliorem exiſtimat ſententiam Adami, & Petri de Aliaco, dicẽtium, Deum poſſe ſpeciali concurſu concurrere ad cauſationem aſſenſus falſi, ſed non quatenus importat deformitatem. Perpende quanto ſtudio hi omnes Doctores materialem actionem præſciderunt à formali ratione malitiæ. Nihilominus Gregorius Ariminenſis in 1. diſtinct. 42. q. 2. latiſſimè & optimè non ſolùm probat oppoſitam ſententiam; videlicet, quod Deus non poſſit dicere falſum, neque mouere ſpeciali concurſu ad falſos aſſenſus eliciendos, ne poſſet decipere: ſed etiam oppoſitum vocat horrendam ſententiam, & cuitandam fuiſſe confitendo ignorantiam, etiamſi argumentorum ſolutio ignoraretur.

10. Atque vt omittamus cæteros huius ætatis Theologos, idem ſentientes, quando de fide ac veracitate diuina diſputant, ponderemus quid de hoc articulo ſentiat primarius phyſicæ prædeterminationis author Domin. Bañez 2. 2. q. 1. artic. 3. dub. 1. conc. 3. vbi merito decernit errorem eſſe fidei contrarium aſſerere, Deum de potentia abſoluta mentiri poſſe per ſe vel per alium, quamuis id non poſſit de potentia ordinaria; Cuius aſſertionis vnam ex præcipuis rationibus ſcribit his verbis: *Si Deus de potentia abſoluta mentiri poteſt per ſe vel per alium, infirma eſt fides noſtra. Unde enim nos ſumus certi, quod tali potentia non eſt vſus? Si dicas, ipſum dixiſſe non mentiri in his, quæ nos docuit. Contra, vnde ſcis, cum hoc dixit, non vſum ſua potentia abſoluta? ac per conſequens tota fidei machina rueret.* Nunc peto quid dicendum ſit de mendacio, quod Deus per ſe ipſum, vel per alium cauſaret, quantum ad materialem entitatem mendacij, & quantum ad materialem entitatem erroris, nullo modo intendendo eius malitiam, ſed ſolummodo intendendo optimum aliquem finem? Peto inquam, vtrum ſaltem de potentia abſoluta hoc poſſibile ſit? Non dubito quin idem ſapientiſſimus Theologus negaret, rectè agnoſcẽs, idem prorſus ambiguitatis periculum creari fidei diuinæ. Ergo non poteſt Deus hominem mouere & determinare ad materialem actionem veritati aut rationi realiter & poſitiuè cõtrariam; etiamſi eius falſitatem & malitiam non intendat.

Primarius phyſicæ prædeterminationis author.

Bannez.

11. Ex his conſtat non ſolùm propter rationes, quibuſcumque actionibus peccatorum generales, ſed præcipuè propter eas, quæ peculiariter vrgent in materialibus actionibus erroris, atque mendacij, refutandam eſſe ſententiam eorum authorum, qui expreſsè aſſerunt, quod Deus in ſua prædefinitione vult, me velle hîc & nunc exercere iſtam actionem, quæ ex deficiẽtia mea dicitur mendacium, & vult illam actionem, ſecundùm totam rationem, quæ eſt in prædicamento actionis à prima ratione generica, vſque ad vltimam rationem particularem, & indiuidualem præſcindendo à priuatione. Et qui non ſolum generaliter, ſed etiam ſpecialiter concedunt, prædefiniri materialem entitatem mendacij, Deúmque velle, & prædefinire, vt ego velim mentiri; ſicut etiam alij concedunt, Deum applicare intellectum humanum, ad aſſenſum, qui eſt falſus, non vt eſt falſus, ſed vt eſt ens.

Refutanda contraria ſententia.

DISPV

DISPVTATIO XXXI.

Vtrum oppoſitio inter facere atque permittere ad materiales etiam actiones referatur à Patribus.

SECTIO I.

Propria permiſsionis differentia prohibet prædeterminari materialem actionem peccati.

Permiſſionis acceptio triplex.

1. TRIPLEX eſt permiſſionis acceptio per quandam analogiam & participationem, à propria permiſſione deſcendens. Primaria quippe quæ propriè, & in rigore permiſſio dicitur, eſt mera negatio operationis cauſantis, & volitionis amplectentis illum actum, qni permittitur. Huius participatione appellantur etiam permiſſiones illæ Dei operationes, quæ habent aliqnid admixtum prædictæ negatinnis. Eapropter in ſecunda acceptione permiſſionis dicuntur ea permitti, quæ ſunt minora bona; quoniam licet, qua ratione bona ſunt, cauſentur, & intendantur à Deo: nihilominus qua ratione deficiunt à maiori bono & illins negationem includunr, non ſunt digna quæ per ſe intendaotur, & cauſentur à Deo; ac proinde ſub hac ratione participant aliquid permiſſionis.

Prima, & qua propriè permiſſio dicitur mera negatio. Secũda permiſſionis acceptio.

2. Sic 1. Corinth. 7. *Iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium.* Vbi S. Thom. lect. 1. poſt med. *Ad hoc,* inquit, *poteſt reſponderi dupliciter. Vno modo, vt indulgentia ſumatur hic pro permiſſione. Eſt autem duplex permiſſio. Vna quidem de minus malo, ſicut dicitur Matth. 19. quod Moyſes permiſit Iudæis dare libellum repudij propter duritiam cordis eorum, ſcilicet, ad vitandum vxoricidium.* & poſt pauca: *Alia autem eſt permiſſio de minus bono, cùm ſcilicet, homo præcepto non cogitur ad maius bonum. Et hoc modo Apoſtolus hic indulget, id eſt, permittit matrimonium, quod eſt minus bonum, quàm virginitas, quæ non præcipitur, quæ eſt maius bonum.* Eodem modo indulgentiam explicat ibi Gloſſa, quam ſequitur S. Bonauent. in 1. ſent. diſt. 47. art. vnico, q. 2. fine.

1. Corinth 7.
S. Thomas.

3. Ad hanc permiſſionis ſpeciem reducitur illa permiſſio, quæ adiunctam habet diſpenſationem, atque relaxationem iuris communis propter iuſtam cauſam maioris boni. Quo modo in teſtamenro veteri permiſſa fuit pluralitas vxorum, atque in eo ſenſu multi Doctores accipiunt illud Matth. 19. *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras*, videlicet, ita vt diuina diſpenſatione licuerit.

Permiſſio adiunctam habens relaxationem communis iuris.
Matth. 19.

4. Poſtrema & maximè diſtans à propria ratione permiſſionis, eſt illa, quæ refertur ad omnia bona, ſiue maiora, ſiue mioora, quæ, Deo authore, per noſtram liberam voluntatem fiunt. In quibus licet Deus ſit totius entitatis & bonitatis primaria cauſa; cæterum quia non prohibet, neque impedit, ne noſtra volũtas liberè ſe ipſam determinet, neque prohibet aut impedit, quominus finem conſequatur, quem intendit; per hanc præciſam & formaliſſimam rationem negationis participat aliquid de quidditatiua ratione permiſſionis. Quapropter ſapienter obſeruauit Albertus 1. p. q. 80. memb. 1. fine, omnes acceptiones permiſſionis, ſiue cùm ad bona obiecta, ſiue cùm ad mala refertur, in eo conuenire, quod Deus non impedit aliquid fieri, ſed potius remouet ea, quæ poſſent impedire, ne fieeent.

5. Huius exempla ſunt 1. Corinth. 16. *Spero, me aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.* & Hebræor. 6. *Et hoc faciemus, ſi quidem permiſerit Deus.* Quod S. Thomas lect. 1. poſt med. ita explicat: *Minus dicit & plus ſignificat, nam non eſt tantum neceſſarium, quod Dominus permittat, ſed oportet, quod omnia faciat.* Cæterum vis primaria permittendi refertur ad non apponenda impedimenta, quibus diuina prouidentia quandoque impedire ſolet, ne ſortiantur effectum etiam illa bona, quæ ſancti, Deo inſpirante, operari decernunt. Quemadmodum Actor. 16. *Vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia, cùm veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam; & non permiſit eos Spiritus Ieſu.* & Rom. 1. *Sæpè propoſui venire ad vos: & prohibitus ſum vſque adhuc.*

1. Corint. 16.
Hebr. 6.
S. Thomas.
Vis primaria permittendi refertur ad non apponenda impedimenta.
Actor. 16.
Roman 1.

6. Ex prædicto fundamento primarius Syllogiſmus præſentis diſputationis ita cõficitur. Quidquid Deus permittit mera permiſſione, & ſtrictè ſumpta, Deus non facit, nec prædeterminat, vt fiat à nobis: ſed materialem actionem peccati Deus permittit mera permiſſione, & ſtrictè ſumpta: ergo materialem actionem peccati Deus non facit, neque prædeterminat, vt fiat à nobis.

Præſentis diſputationis primarius Syllogiſmus.

7. Vtraque Syllogiſmi præmiſſa probatur primò, nam in ſacris literis *permittere* ſtrictè ſumptum ſignificat, ſubtrahendo protectionem & gubernationem non impedire actionem peccati: quemadmodum Pſalm. 80. *Et dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.* In cuius comment. Theodoretus: *Nam cùm minimè,* inquit, *dicto audientem vidiſſem, mea cura ipſum expoliaui. Suis verò ipſum ſuis conſiliis ferri, veluti nauem fundo, gubernaculóque carentem.* Et Actuum 14. *Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.* Quod Proſper lib. 2. de vocat. gent. cap. 4. prope init. ita interpretatur; *Hoc eſt, ſecundum propriam permiſſæ ſunt viuere voluntatem.* Sic etiam de cæcitate, quam dæmonis inuidia procurauit Tobię 2. dicitur: *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi.* & Lucæ 8. *Dæmones rogabant Ieſum, vt permitteret eis in porcos ingredi, & permiſit illis.* Vbi notandum eſt, materiales actiones peccatorum eſſe deſideria cordis; adinuentiones, vias, tentationes, & ingreſſus, & de illis affirmatur permiſſio propriè dicta.

Pſalmo 80.
Theodoretus.
Actuum 14.
Proſper.
Tobiæ 2.

8. Confirmatur primò, nam è contrario non permittere ſignificat, conferendo protectionem & fauorem ad opus bonum, impedire non ſolum maliriam, ſed etiam materialem actionem virtuti contrariam: quemadmodum Iudith 13. *Non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me Dominus gaudentem.* Confirmatur ſecundò, nam etiam de hominibus affirmatum, aut negatum permittendi verbum, ſignificat, eos, quantum poſſunt, per humanam prouidentiam peccatorum actiones impedire, vel non impedire. Vt Tobiæ 4. *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas.* Vbi præcipitur diligentia

Quid non permittere ſignificet.
Iudith 13.
Confirmatur ſecundò.
Tobiæ 4.

ligentia reſiſtendi, atque impediendi erumpentem ex animo ſuperbiam.& 1.ad Timoth.2. *Docere mulieri non permitto, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio.* Apocalypſ.2. *Permittis mulierem Ieſabel ſeducere ſeruos meos.*

Ad Tim.2.

Apoc.2.

9. Probatur ſecundò ex cõmuni conſenſu Scholaſticorum in 1.diſt.45.cap. *Permiſſio*, & diſt.46. cap. *Illi verò*, & ſequentibus, nam vtrobique obſeruat Magiſter, Deum nõ facere, neque velle vt à nobis fiant ea opera, quæ permittit, aut ſinit fieri. Ideóque inter membra, quæ ſub ſe complectitur voluntas ſigni, numerat Dei operationem & permiſſionem, quaſi membra condiſtincta. Vnde conſtat, permittere nõ eſſe operari. Quamobrem omnes Scholaſtici ſemper de permiſſione loquuntur quaſi de ſubtractione fauoris & protectionis impedientis peccatum; negantque Deum cauſare, aut velle, quæ permittit. Ita Albert. 1.p. q.80.memb.1.fine, & memb.2.art.3.init.& eiuſdem art. particula 4. & in 2.p. q.134.memb.1. Alex.1.p. q.36. memb.1.ad 9. & q.38. & q.40. memb.1.& 2.& 3.& in 2.p. q.100. memb.3.S. Thom.1.p.q.19.art.9.fine, & art.12.corp.& in 1. ſent.diſt.47.q.vnica art.2.S.Bonauent.in 1.diſt. 45.art.3.q.2.& diſt.46.à q.2.vſque ad 6.& diſt. 37.in dub.literal.2.& in art.1.q.2.& 3.Vincentius Beluacenſ.in ſpeculo naturali, videlicet, tomo 1.lib.29.cap.68.& cap.81.& multis ſequentibus, Raynerius in Pantheologia verbo *Fortuna*, cap.2.verbo *Peccatum*, cap.5. & aliis plurimis, & *Liberum arbitrium* ſæpe, & verbo, *Prouidentia* cap. 5.& 6.& *Reprobatio* à cap. 5. vſque ad 11. Ægidius 2.diſt.37.q.1.art.2.ad 1.& vltimũ, Ricard. 1.diſt.45.art.3. q.1. & diſt.46. art.1.q.2. & 3. quibus ſequentes quæſtiones conſonant, & in fine diſt.47.§. *Circa literam*, & diſt.38.artic.vnico q.5.& diſt.39.art.2.q.2. Durand.1.diſt.45.q.3. & diſt.46.q.2. & diſt.47.q.1. Scotus 1.diſt.47. q.vnica. Gabriel 1.diſt.46. q.1.art.3.propoſitione 2.& ad argumenta, Argentina diſt.46. art.3. Marſil.1.q.45. artic.2. Henricus in 2.p.ſummæ art.41.q.3. ad 1. Maior in 1. diſt.48. q.1.prope init. Carthuſianus 1.diſt.46.q.2.& 3.& diſt.47. q.vnica, Ekius in Enchir. loco 31.de libero arb. ad finẽ, dum reſpondet ad ſeptimã obiectionem, Franciſcus Sonnius in demonſtrationibus toto tract.13.qui eſt poſtremus de permiſſionibus, & cæteri Scholaſtici quos recenſere opus nõ erit.

Permittere non eſt operari.

10. Confirmatur, quia in permiſſione Deus ſe habet, tanquam remouens prohibens, quod dicitur mouens per accidens in 8.Phyſic.text.32.vt notauit S.Thom.1.p.q.19.art.12.corp.eſtque ſententia fere omnium Scholaſticorum locis citatis. Sed hoc magis exactè in proprio loco explicans S.Thom.1.2.q.79.art.1.notauit, Deũ non poſſe dici cauſam peccati, etiam indirectè, quia remotio probibentis nõ infert moralem cauſalitatem, niſi quando tenetur aliquis impedire: vt vidimus diſp.27.ſect.5.& tam in eodem art.1.ad 1.quàm in art.3.corp.ſemper negando cauſalitatem Dei, ſubiungit, Deum non impedire, remouendo prohibens, hoc eſt, negando motiua, occaſiones, & protectionẽ, quæ ſi darentur, homo nõ peccaret.

In permiſſione Deus ſe habet tanquam remouens prohibens.

11. Obiicies ex Auguſtino, & Scholaſticis citatis colligi, Dei volitionem includi in permiſſione; ait enim Auguſtinus in Enchirid. cap. 95. *Nihil fit, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendo.* & cap.100. *Neque vtique nolens ſinit, ſed volens.* Vnde omnes Scholaſtici colligunt permiſſionem eſſe diuinæ voluntatis ſignum, & ea ratione appellari voluntatem. Reſp. Illud ipſum opus, quod Deus permittit, Deus non facit, neque vult: vt expreſsè S. Auguſtinus, & cæteri Theologi teſtantur variis in locis. At verò Deus vult permiſſionem, hoc eſt, negationem volitionis. Nam ſua volitione reflectẽte ſupra ſe ipſam, Deus vult, ſe non velle, neque cauſare opus malum, neque efficaciter impedire; quod clarius, quàm cæteri explicuit Scotus 1.diſt.47.q.vnica; nos autem fuſius ſupra diſp.26.ſect.6.

Auguſtinus.

Reſpondetur.

12. Tertiò probatur, quoniam huiuſmodi doctrinam de permiſſione tanto firmiùs atque conſtantiùs retinere debent Catholici Doctores, quanto huius temporis hæretici vehementiùs illi reſiſtunt, agnoſcentes, per illam eneruari omnia eorum argumenta, quæ contendunt, Deum eſſe cauſam peccati. Nam quãdo hæretici producunt teſtimonia Scripturæ ſacræ, quæ videntur aſſerere, Deum facere, aut cauſare mala opera; Catholici ſecundùm doctrinam Patrum reſpondent, eſſe intelligenda ſecundùm permiſſionem, non ſecundùm voluntatem & operationẽ Dei. Contra verò hæretici, vt vanam & eluſoriam irrident huiuſmodi interpretationem, contendentes non eſſe mitius, aut mollius permittere, quàm facere: imo in ſacris litteris permiſſionis voce ſignificari non ſolam negationem impedimenti, ſed etiam voluntatem Dei & operationẽ. Ita de Lutheranis refert Sotus 1.de natura & grat.cap.18.arg.2.de Caluiniſtis Maldonatus Matth.19.num.8.de Petro Martyre in cap.9.ad Rom.refert Bellarminus lib.2.de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap.16. col.3.& de Caluino refert in eodem lib.2.cap.3. col. 2. de Philippo Melanchthone Ruardus, vt diſp.ſequenti ſect.1.num.2.

Huic doctrinæ hæretici vehementer reſiſtunt.

13. Probatur quartò, quoniam Cõcilia & Patres, de actionibus peccatorum loquentes, ſemper negant, à Deo fieri, ſeu cauſari: affirmant verò permitti; vt conſtabit ſect.3.& 4.& diſp.32.

Concilia & Patres peccatorũ actiones à Deo fieri negant.

14. Cæterùm ne tam multa & luculenta teſtimonia, quæ referenda ſunt ibi, debilitari videantur contrariæ ſententiæ ſolutione: occurrendum erit in præſenti. Solutio autem generalis eſt, ſicut ad omnes rationes Theologicas, ita etiam ad omnia Conciliorum & Patrum teſtimonia, videlicet, ita intelligenda eſſe, vt ſolummodo permittatur ratio formalis malitiæ, priuationis, deformitatis, atque defectus: ſed tota poſitiua entitas actionis non permittatur propriè; ſed cauſetur & prædeterminetur à Deo.

Generalis ſolutio ad teſtimonia Patrum.

15. Hæc tamen ſolutio refutatur primò, ſupponendo, formalem rationem malitiæ atque peccati à Deo impediri non poſſe, niſi impediat materialem actionem liberam, cui fuerit annexa malitia; ſicut è contrario impoſſibile eſt, formalem rationem malitiæ non impediri, niſi non impediendo materialem actionem liberam, cui fuerit annexa malitia. Quapropter impedire, vel non impedire formalem rationem malitiæ, & impedire, vel non impedire materialem actionem peccati, ſunt duæ formalitates neceſſariò connexæ, & adæquatè conuertibiles, ita vt quæcumque inferat alteram. Quo ſuppoſito ſic argumentor. Permittere eſt non impedire, vt conſtat ex præcedenti ſectione: ſed non impedire refertur nõ ſolum ad rationem formalem malitiæ, ſed neceſſariò ſimul refertur ad materialem actionem peccati, vt ex præcedenti fundamento conſtat. Ergo permittere refertur non ſolùm ad formalem rationem malitiæ, ſed etiam ad materialem actionem peccati.

Refutatur primò.

Impedire formalem malitiam, & impedire materialem actionẽ peccati duæ formalitates cõnexæ.

Ruiz de Voluntate Dei. D d Reſpondebit

Digitized by Google

16. *Reſponſio.* Reſpondebit aliquis negando conſequentiam, quoniam permiſſio includit non ſolùm negationem impedimenti, ſed etiam negationem cauſalitatis. Ideóque materialis actio peccati non permittitur, quia licet non impediatur; attamen cauſatur à Deo. *Non ſatisfacit.* Sed non ſatisfaciet, quoniam quicumque cauſa eſt, vt in rerum natura exiſtat actio, quam neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur defectus & malitia; idem etiam cauſat defectum & malitiam vt conſtat ex tota diſp. 27. præſertim ſect. 2. & 3. & tota diſp. 28. præſertim ſect. 3. *Qui cauſat actionem cui neceſſariò ſequitur malitia, cauſat malitiam.* Quapropter vel de materiali actione ſimul cum illius malitia; vel contra nec de malitia, nec de materiali actione verificandum eſt propriè & ſtrictè permitti; quoniam Deus nec impedit, nec vult, nec facit, nec cauſat, vt exiſtat in rerum natura.

17. *Diſcrimẽ inter materialem actionẽ, & formalem rationẽ malitiæ.* Illud tamen intereſt inter materialem actionem & rationem formalem malitiæ, quod Deus non ad hanc, ſed ad illam ſolummodo concurrit vt cauſa vniuerſalis. Quoniam malitia, cùm non ſit ens, non indiget diuino concurſu: at verò actio indiget diuino concurſu, cæterum tali, qui, quantum ex ſe eſt, potius inclinaret ad actionem honeſtam illi contrariam: vt in eadem diſp. 28. ſect. 2. & 3. notauimus. *Quem poſitiuum concurſum formaliter permiſſionis ratio excludat.* Vnde colligo, formalem atque quidditatiuam rationem permiſſionis non excludere quemcumque concurſum poſitiuum; ſed eum ſolummodo, virtute cuius Deus verè ſit author, & cauſa, vt talis res exiſtat in rerum natura. Sed de hoc plura dicemus diſp. 32. ſect. 7.

18. *De quidditate permiſſionis nõ mera negatio impedimẽti, ſed libera illius omiſſio eſt.* Refutatur ſecundò, ſupponendo, de quidditate permiſſionis eſſe, non meram negationem impedimenti, ſed liberam omiſſionem illius, cùm poſſet impedire qui permittit. Neque enim concedi poſſet, Hiſpaniæ Regem permittere, vt Turcarum Imperator compellat maximam Orbis partem eſſe Mahumetanam: quoniam licet hoc non impediat Hiſpaniæ Rex, attamen impedire non poteſt. *Scotus.* Id quod ſcitè adnotauit Scotus in 1. diſt. 47. quæſt. vnica prope med. quando ait: *Non enim dicor propriè permittere illud, de quo nihil ſcio: vel illud, quod ita fit ab alio, quod placet mihi, ſed illud permitto, quod ſcio ab alio malè fieri, & diſplicet, ſi non prohibeo, hoc permitto, ſi poſſem prohibere.*

19. Confirmatur primò, nam idem manifeſtè ſupponunt omnes ſcholaſtici Doctores citati ſupra num. 9. & omnes Patres citandi in tribus ſectionibus ſequentibus; vt intuenti conſtabit. *Confirmatur ſecundò.* Confirmatur ſecundò, nam ex prædicta poteſtate impediendi, quod Deus de facto non impedit, deſumitur ratio vnica propter quam permiſſio appellatur voluntas Dei, & numeratur Inter voluntates ſigni. Quam acceptionem Gloſſa in id *Rom. 12.* Rom. 12. *Quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.* Magiſter 1. diſt. 45. prope fin. D. Thomas 1. part. quæſt. 19. artic. 12. & reliqui Scholaſtici probant ex Auguſtino in Enchirid. cap. 95. in fine, cuius verba referemus ſect. 3. num. 10. vbi Deum, aſſerit, velle fieri, non ſolùm quæ ipſe facit, ſed etiam quæ ſinit, vt fiant. *Confirmatur tertiò.* Confirmatur tertiò, nam in ſequenti cap. 96. ait, Deum facere bene, ſinendo vt fiant, quæcumque fiunt malè. At facere bene non eſt, niſi cum poteſtate non faciendi. Vnde etiam Tridentinum citandum diſp. 32. ſect. 1. concedit Deum operari mala opera permiſſiuè tantum, quod propriè non eſt operari.

Quo ſuppoſito ſic argumentor. Poteſtas impediendi quæ permittuntur, eſt de quidditatiua ratione permiſſionis; ſed nulla eſt Deo poteſtas impediendi ſolam formalem rationem malitiæ, ne ſequatur ad materialem actionem odij Dei, liberè conceptam: ergo ſola formalis ratio malitiæ non eſt illud quod permittitur à Deo. Rurſus poteſtas in Deo eſt impediendi malitiam odij, quatenus impedire poteſt materialem actionem odij, ex qua inſeparabiliter ſequitur. Ergo materialis actio odij eſt, quod magis immediatè reſpicitur à permiſſione. Deus igitur quando vult non impedire malitiam, vult nõ impedire materialem actionẽ. Sed primariò & totaliter ſubtrahit Deus operationem ſuam à malitia: cæterum à materiali actione non ſubtrahit totaliter ſuam operationem, quia ſic impediret, & non permitteret. 20. *Non poteſt Deus ſolam formalẽ malitiæ rationẽ impedire.*

Impugnatur tertiò, quoniam Concilia & Patres non ſolùm de formalitatione, ſed etiam de materiali opere loquuntur, quando affirmant, Deum permittere, ſed non eſſe authorem, aut cauſam; neque velle, aut prædeſtinare, vt conſtabit in ſequentibus ſectionibus, & in diſp. 32. & ſequentibus. Confirmatur primò, nam & teſtimonia Scripturæ ſacræ, quæ num. 7. retulimus, non ſolùm ad malitiam, ſed etiam ad materialem entitatem referunt permiſſionem. Confirmatur ſecundò, quoniam quamuis Scriptura ſacra, Concilia, & Patres nullam mentionem feciſſent operis materialis, ſed ſolius malitiæ, & deformitatis; adhuc in hoc implicitè negabatur præmotio ad materiale operis. Nam ex ea ſequeretur, Deum cauſare malitiam. Quam illationem efficaciter probauimus diſp. 27. & 28. 21. *Prima confirmatio.* *Secunda.*

Refutatur quartò, quoniam ſi prædicta ſolutio ſatisfaceret: conſequens eſſet etiam de hominibus rectè affirmari poſſe, quod permittunt ſolummodo & non committunt, neque cauſant peccatum quando eliciunt aliquam actionem, non intendentes illius malitiam, ſed dolentes potius quod talis actio habeat adiunctam malitiam, tunc enim dici poſſet, materialem actionem ab illis cauſari, ſed malitiam tantummodo permitti. 22.

Quintò, quia niſi Concilia & Patrés permiſſionem propriè dictam referrent ad materialem actionem peccati; non diſcreparet ab illis quorundam hæreticorum ſenſus. Quam rationem vrgebimus magis diſput. 32. ſection. 2. & ſequentibus. 23.

Refutatur ſextò, quoniam permiſſio quidditatiuè reſpicit potentiam cauſæ ad vtrumque oppoſitorum ſe habentem: vt docet S. Thom. in 1. diſt. 47. quæſt. 1. art. 2. corpore, & ad 3. cuius verba referemus ſect. ſequenti num. 16. conteſtantúrque cæteri Patres, & Scholaſtici in eadem ſect. citandi. Si autem permittitur ſolum malitia actus prædeterminati, & cauſati à Deo: permiſſio non reſpicit potentiam cauſæ ad vtrumque oppoſitorum ſe habentem, ſed potentiã iam de facto determinatam ad vnum oppoſitorum. Confirmatur, quoniam permiſſio relinquit poteſtatem, vt fiat oppoſitum eius, quod permiſſum eſt. At verò ſuppoſita prædeterminatione ad materialem actum odij Dei, permiſſio malitiæ non poteſt relinquere poteſtatem ad oppoſitum eiuſdem malitiæ: quia ſuppoſita prædeterminatione ad materialem actum, impoſſibile eſt, non exiſtere malitiam illius. 24. *Cõfirmatur.*

25. Septimò contra eandem ſolutionem pugnant, quæ dicemus diſp. 35. ſect. 1.

SECTIO II.

Vtriuſque partis indifferentiam permiſſio confert: ideóque phyſicam prædeterminationem excludit.

1. PRæſentis ſectionis argumentum eſt minus generale, quam præcedentis: in illa quippe refutatur quælibet prædeterminatio, aut præmotio ad materialem actionem peccati, etiamſi non attulerit phyſicam illationis neceſſitatem, ſed reliquerit ſolutam & expeditam vtriuſque partis indifferentiam. At verò in præſenti ſectione illa ſolummodo prædeterminatio refutatur, quæ phyſica fuerit illationis neceſſitate. *Fundamentum.* Fundamentum verò eſt, quoniam permiſſio, propriè dicta quidditatiuè continet eam vim, vt non ſolùm remoueat impedimenta operationis, ſed etiã remoueat impedimenta quælibet, & vincula libertatis, & relinquat potentiam actiuè indifferentem, vt operetur & non operetur, vel etiam operetur contrarium. Quapropter permiſſio directè pugnat cum antecedente neceſſitate, quam phyſica prædeterminatio affert: vt oſtendimus tomo præcedenti de Scientia, diſp. 33. & 34.

2. Probatur primò variis teſtimoniis Scripturæ ſacræ, quorum ſingula in proprio genere ſignificant, permiſſione tolli neceſſitatis vinculum antecedenter determinantis ad vnam partem, & indifferentiam relinqui ſolutã & expeditam, quemadmodum *Ioannis 11.* Ioan. 11. *Prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: ſoluite eum, & ſinite abire.* *Sinere* autem idem eſt, quod *permittere.* *Permittere eſt omne vinculum antecedentis neceſſitatis auferre.* Quapropter permittere eſt auferre omne vinculum neceſſitatis antecedentis, vt homo poſſit pedibus, hoc eſt affectibus tendere quo velit, & manum porrigere ad ignem, vel aquam; ad bonum, vel malum; ad vitam, vel mortem, ad quæ relinquitur homo in manu conſilij ſui, Eccleſiaſtici 15. vt vidimus præcedenti tomo de Scientia diſp. 39. *Actuum 27. & 28.* Sic etiam Actuum 27. Iulius Centurio quando vinctum ducebat Paulum, *Permiſit ad amicos ire & curam ſui agere.* & Actuum 28. *Permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.* Quantum igitur relaxauit de vinculis impedientibus agere quæ vellet, & manere vbi vellet, tantum contulit permiſſionis. Idem colligitur *Geneſ. 47. Deuter. 20.* Geneſ. 47. *Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis.* Deuteronom. 20. *Nullum omnino permittes viuere.*

3. Secundò probatur ex Patribus, qui frequenter cum permiſſione notant vtriuſque partis indifferentiam, vt *Petrus apud Clementem.* Petrus apud Clementem lib. 4. Recognit. pag. 2. *Operum verò ratio poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſque permittitur.* Quæ verba Clemens repetit epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini prope finem. *Tatianus.* Tatianus Aſſyrius ſectator Iuſtini Martyris orat. contra Græcos colum. 5. tom. 4. Bibliothecæ ait: *Verbum ante creatos homines produxit Angelos: vtraque verò creatura arbitrij ſui libertati permiſſa eſt, boni rationem non ſibi natiuam, ſed apud Deum ſolum repoſitam habens.* & poſt pauca: *Angelus autem ille primogenitus in dæmonum mutatur, & alij phantaſmata eius ſecuti dæmonum exercitus deputantur, & propter arbitrij libertatem ſtultitia ſua permittuntur.*

Ruiz de Voluntate Dei.

4. Origen. in Ezech. homil. 1. longè ante med. *Deus,* inquit, *mortem non fecit, nec malitiam operatus eſt. Liberum arbitrium & homini, & Angelo ad vniuerſa permiſit. Hic iam intelligendum eſt quomodo per arbitrij libertatem alij ad bonorum conſcenderint ſummitatem, alij corruerint in malitia profundum.* Permiſſio itaque pertinet ad libertatem indifferentem ad bonitatem, & malitiam; mortem, & vitam.

5. *Tertullian.* Profundiùs quàm cæteri præſentis probationis vim aperuit Tertullianus, lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 7. dicens: *Deum non intercessiſſe* (hoc eſt non obſtitit poteſtate) *aduerſus ea quæ noluit euenire, vt conſeruaret ea quæ voluit. Si enim ſemel homini permiſerat arbitrij libertatem & poteſtatem, & dignè permiſerat; vtique fruendas eas ex ipſa inſtitutionis authoritate permiſerat. Fruendas autem, quantum in ipſo Deo eſt ſecundùm ipſum Deum, id eſt in bonum, quis enim aduerſus ſe permitteret aliquid? Quantum verò in homine, ſecundùm motus libertatis ipſius. Quis enim non hoc præſtat ei, cui aliquid ſemel frui præſtat, vt pro animo & arbitrio ſuo fruatur.* Vbi breuiter aſſertiones quinque complectitur. *Aſſertiones quinque cõplectitur.* Prima permiſſio eſt negatio reſiſtentiæ, qua Deus intercedat obſtando, & impediendo. Secunda, Deus non vult ea quæ permittit. Tertia. Permiſſione relinquitur arbitrij indifferentia. Quarta. Nihilominus Deus, quod ex ſe eſt, intendit, vt à creata voluntate bonum, & non malum eligatur. Quinta. Si hoc non intenderet Deus, ſecum ipſe pugnaret.

6. Chryſoſtomus in Geneſ. cap. 4. homil. 19. prope initium ait: *Et neceſſitatem non imponit: ſed congruis remediis appoſitis, totum in ægrotantis ſententia ſitum eſſe permittit.* Epiphanius contra hæreſẽ 66. *Epiphanius.* Manichæi poſt epiſtolam Marcelli pagin. 3. *Cum Deus propter excellentem iuſtitiam, & ob eximiã bonitatem, omnes & omnia vtiliſſima eſſe voluerit, & ſua bona omnibus propoſuerit. Iuxta permiſſionem verò liberi arbitrij, omnibus propria voluntate vti concedat, vt quiſque quod voluerit faciat, quod ipſe quidem malorum cauſa non ſit. Permiſſionem* legunt emendatiores codices, licet alij *permixtionem* Perpende igitur, ex eo quod Deus malorum cauſa non ſit, prouenire, vt permiſerit libero arbitrio quod voluerit facere; cum tamen ipſe Deus, quantum ex ſe eſt, voluerit, omnes homines, & omnia eorum opera vtiliſſima & optima.

7. Damaſcenus lib. 2. de fide Orthod. cap. 12. ante med. ait: *Poteſtatem habet & manendi, & proficiendi in bono diuinæ cooperator gratiæ; identidem & mutari ex bono, & in malum prolabi, Deo id permittente propter liberam ipſius poteſtatem. Nam non virtus eſt, quod violentia ſit factum.* Et in eodem lib. 2. cap. 29. fine, *Eorum,* inquit, *quæ in nobis ſunt, ſi bona quidem præſertim antecedentérque vult, & acceptat: ſin mala, & reuera mala, neque præſertim vult, neque conſequenter vult; ſinit autem arbitrium ad illa liberum.* Vnde conſtat primò, nullam voluntatem Dei eſſe, quæ amplectatur mala, ſiquidem neque eſt voluntas antecedens, neque conſequens. *Nulla volũtas Dei eſt quæ amplectatur mala.* Secundò conſtat, permiſſionem eſſe, qua Deus ſinit arbitrium liberum ad ea, quæ in nobis ſunt, ſiue fuerint opera bona, ſiue mala. Atque in hoc ſenſu recipitur hæc Damaſceni ſententia ab Alberto 1. part. q. 79. memb. 2. art. 2. quæſt. incidente in fine, Alexandro 1. p. q. 36. memb. 2. in fine, Gregor. 1. diſt. 46. quæſt. vnica fine, vbi exactè perpendit prædicta verba Damaſceni.

8. Gregorius Nyſſenus in orat. de dormientibus

longè poſt medium ait: *Vt propria ſui poteſtas naturæ maneret, & malum abeſſet, hanc diuina ſapientia rationem inuenit, nempe vt ſineret, hominem, in quibus voluiſſet, verſari, vt guſtatis malis experientia doctus, ſua ſponte per cupiditatem recurreret ad primam beatitudinem*, &c. Quod explicat exemplo *medici, qui permittat pacro noxius vti eo fine, vt ab illis abhorreat poſtea.* Idem Nyſſenus in diſputatione de Anima & reſurrect. longè ante med. ait: *Lex diuina, cùm omnibus bonis, quæ erant in Paradiſo, hominem abundè frui & vti permiſiſſet, ab illo ſolo prohibebat*, &c. Vbi prohibitionis negatio ſignificatur nomine permiſſionis, quoniam libertatẽ ſoluit ab aliquo vinculo, ad vnam partem obligante.

9. Baſilius Exæmetou hom. 10. inter med. & fin. *Nunc*, inquit, *quando potentia quidẽ nos ſimiles Deo fecit, largitus poteſtatem in hoc, vt aſſimilemur Deo: reliquum erat, vt nos ſineret cooperari iſti gratiæ ſimilitudinis ad Deum, nobis potentia prærogata.* Deus itaque dicitur ſinere & permittere, quia relinquit arbitrium indifferens ad malũ & ad bonum.

10. *Pſalm. 2.* Hilarius in id Pſal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua. Vnicuique noſtrûm*, ait, *libertatẽ vitæ, ſenſúmque permiſit, non neceſſitatem in alterutrum affigens.* Et poſt pauca: *Voluntas ergo permiſſa bonitas eſt.* & rationem reddit: *Vt non eſſet neceſſitas indiſereta per legem.* & iterum ait: *Atque ita per rationem æqui atque iuſti ad meritum præmij permiſſa libertas eſt.*

Argumentũ contra prædeterminationem. Vnde ſic argumentare: Deus quando permittit libertatem vitæ, non neceſſitatem in alterutrum affigit, ſed phyſicè prædeterminãdo neceſſitatem ad alterutrum affigit: ergo quando permittit, non prædeterminat phyſicè. Idem Hilar. in Pſal. 118.

Pſalm. 118. prope finem ad illa verba: *Quoniam mandata tua elegi*, ait: *Vnicuique ad id quod volet, via eſt propoſita viuendi, & appetendi, atque agendi eſt permiſſa libertas.*

11. Hieronym. in epiſt. ad Damaſum de filio prodigo, explicans illud: *Diuiſit illis ſubſtantiam*; ait: *Ad exemplum Dei permiſſum eſt nobis, facere quod velimus.* Prius autem dixerat hoc fieri, *non ex neceſſitate, ſed ex voluntate.* Et in caput 50. Iſaiæ prope initium Deum interpretatur ita loquentem: *Adulteram matrem veſtram vltra tenere non potui, ſed volentem abire permiſi. Quod autem peccatis vnuſquiſque venundatur; dum proprio arbitrio derelicti noſtra voluntate vel ad bonum vel ad malum ducimur.* Sic etiam Ambroſius in Pſalm. 118. conc. 11. verſu 4. ad finem appellat permiſſam poteſtatem eam, qua non vtimur de facto, cùm poſſemus vti, ad conculcandos dæmones.

12. Cyrillus Alexand. lib. 8. contra Iulianum prope finem ait: *Vt nos quoque ad quoduis bonum ſponte incederemus, conſilio, & non coactè viuere ſuper terram hominem permiſit Deus.* & poſt pauca: *Deus permiſit initio, ſuæ voluntatis motu gubernari hominem.* & expreſsè ibi affirmat indifferentiam ad vtramque partem. Atque in lib. 3. contra Iulian. col. 4. *Permiſſa eſt*, inquit, *voluntariis impetibus ad quodlibet ire.*

13. *Matth. 6.* Anſelmus in Matth. cap. 6. ad illa verba: *Fiat voluntas tua*, ait: *Dei voluntas, permittens eſt, quod efficiat malum quandocumque vult*, ſcilicet voluntas creata. Et in elucidario in medio: *Quæ Deus vult, vt fiant, vt cælum & terra, ineuitabile eſt non euenire, ſed per omnia neceſſe eſt ita contingere. Quæ autem fieri tantum permittit, vt homines per liberum arbitrium bonum, vel malum facere, non eſt neceſſe euenire.* Deus itaque non vult, vt ineuitabiliter fiant actiones liberæ; ſed vult ad illas permittere vtriuſque partis indifferentiam. *Deus non vult, vt ineuitabiliter fiant actiones liberæ.*

Idem colligitur ex eo quod Macharius Senior Ægyptius homil. 15. à med. ait: *Nonnulla ſunt, quæ Dominus ita diſpenſat, vt teſtimonium gratiæ diuinæ, & vocationis ſuæ præbeat: ſunt item & alia quædam; quæ ita, permittendo, moderatur, vt probetur & exerceatur homo, quo perſpicua fiat humana libertas arbitrij.* Diodorus, aliàs Theodotus Epiſcop. Tarſenſ. li. 7. de fato cap. 45. apud Phocum in ſua bibliotheca pag. 259. dicit: *Si perpetrare mala Deus per fatum nos cogit; quomodo rurſus velut peccantes caſtigat? Aliud eſt enim permittere quemlibet libero arbitrio vti, aliud ad committenda mala impellere.* 14. *Macharius.* *Diodorus.*

Imò & Auguſtinus eãdem permiſſionis proprietatem ſine dubio reſpexit lib. 7. de Ciuitate cap. 30. cùm dixit: *Sic itaque adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat.* Conſtat autem apud omnes, *ſinere* idem eſſe quod *permittere*, præſertim verò apud Auguſtinum; vt videre eſt lib. de Diuinatione dæmonum cap. 1. & 2. *Auguſtinus.*

Tertiò probatur, nam ignorantia huius diſcriminis inter permittere & facere, occaſio fuit vt Marcionitæ concluderent, Deum velle & facere mala, quæ permittit, vt Prudentius refert in Hamartigenia propius ad med. quàm ad finẽ dicẽs: 15.

Si non vult Deus eſſe malũ, cur nõ vetat? (inquit) *Prudentius.*
Nilque refert author fuerit, factórve malorum,
Cùm poſſit prohibere, ſinat? & poſt pauca:
Cõdidit ergo malũ Dominus quod ſpectat ab alto,
Et patitur fierique probat, tanquam ipſe crearit.
Ipſe creauit enim, quod, cùm diſcludere poſſit,
Non abolet, longóque ſinit graſſarier vſu.

Huic argumento Prudentius reſpondet ex indifferentia libertatis & ſui dominio à Deo tradito: præcipuè notandum eſt illud.

——— Quodcumque ſequendum eſt
Sub noſtra ditione ſitum, paſſimque remiſſum.
Alterutram calcare viam.

Vbi *remiſſum* eſt idem quod *permiſſum.* Et poſtquam deſcripſit liberam optionem vitæ ac mortis homini datam ait:

Præſtet & alterutram permiſſa licentia ſortem.

Quarta probatio ex doctrina Scholaſticorum ac præcipuè S. Thomæ, qui huic veritati locupletiſſimũ teſtimonium dedit in primo ſent. diſt. 47. q. vnica, art. 2. ad finẽ corporis, dicens: *Multa fiant, quæ Deus nõ operatur ſed permiſſio pertinet ad cauſam, quæ voluntati conſequenti ſubijcitur, vt ſit potens deficere & non deficere.* & poſt pauca: *Præter permiſſionem nihil poteſt fieri, vel contra eam; poteſt tamen fieri oppoſitum eius, quod permiſſum eſt: quod tamen fit ſecundùm permiſſionem; quia permiſſio reſpicit potentiam cauſæ, ad vtrumque oppoſitorum ſe habentem; vnde neutrum oppoſitorum eſt contra permiſſionem, ſed vtrumq; eſt ſecundùm eam.* 16. *S. Thomas.*

S. Bonauent. in 1. diſt. 47. art. vnico q. 3. in corpore: *Ad perfectionem*, inquit, *vniuerſitatis neceſſe fuit fieri creaturam arbitrio liberam, & peccare potentẽ; ſed adminiſtratio vniuerſitatis eſt, vt Deus ſic res conditas adminiſtret, vt eas agere proprio motu ſinat: ſicut dicit Auguſtinus de Ciuit. Dei. Ideo cum debuerit dare potentiam peccandi, & debuerit regere, ſaluo ordine ſuæ conditionis; ſi voluit peccare, debuit permittere: & ſi non voluit peccare, debuit conſeruare.* De permiſſionis indifferentia idem ſentiunt Albertus, Alexander, & Gregor. quos ſupra num. 3. retulimus, & Carthuſianus in 1. diſt. 47. q. vnica. 17.

Durandus in eadem diſt. 47. quæſt. 1. ad finem 18.

tradit,

tradit, voluntatem permiſſionis ſecundùm generalem rationem nominis eſſe, qua liberi arbitrij actiones *a Deo volita ſunt in vniuerſali, & in potentia, & ſecundùm indeterminationem, ita vt præſente obiecto, & excluſo omni impedimento, non neceſſariò ſequantur.* Permutatus eſt verborum ordo, ſententia tamen & verba eadem ſunt apud authorem. *Conradus.* Rectè etiam Conradus 1.2.quæſt.79. art.2.ad 2.prope finem ait: *Dei eſt permittere, vt creatura libera, potentes deficere, agant ſecundùm modum ſuum.* *Caietanus.* Sic etiam Caietanus 2.p.quæſt.22. art.2.prope finem: *Actus*, inquit, *peccati, quamuis prohiberi, id eſt, non permitti potuiſſet; ſuauis tamen diſpoſitio liberi arbitrij creati hoc non exigit, ſed magis vt ſua vi ſeipſum agat.* & q.23.art.5.§. *Ad quartum*, circa med. *Suauis diſpoſitio creaturarum rationalium manifeſtè eſt cauſa permiſſionis peccatorum; dum homines quidē relinquuntur in manu conſilij ſui.*

19. *Ioannes Bacho.* Præterea Ioannes Bacho in 1.diſt.40.art.2. inter medium & fin. refert & ſequitur opinionem cuiuſdam authoris dicentis: *Sic habet.* *Alia Deus non vult velle efficaci, ſed ſolum permiſſiuè; & reſpectu ſic productorum voluntas diuina eſt cauſa activa per generalem, tribuens agenti particulari facultatem agendi ſic vel ſic; non tamen determinat agens ad aliquam, neque efficienter vult hanc vel illam. Et iſto modo voluntas diuina eſt cauſa actuum noſtrorum, quantumcumque deformium.*

20. Idem tandem colligitur ex Scoto, qui ſemper docet, in mera permiſſione certo cognoſci futurum peccatum propter indifferentiam & indeterminationem, quam permiſſio relinquit. Ita docet in 1.diſt.41.longè poſt med.verſic. *Sed adhuc* & verſ. *Primum iſtorum ſoluitur*, & diſt.47.fine. Atque propter eandem rationem idem colligitur ex plurimis aliis ſcholaſticis.

SECTIO III.

Permiſſionem non ſolùm ad malitiam, ſed etiam ad materialem actionem Patres referunt.

1. VT obſtruatur quoad fieri poſſit ſolutionis via, quam ſect.1.num.14.retulimus, obſeruare oportet apud Patres non ſolùm formalem rationem malitiæ, ſed etiam materialem illius actionem permitti ea permiſſionis ſpecie, quæ directè negat cauſalitatem Dei vt authoris. Id quod ſequentia teſtimonia confirmant. Clemens Alexand. lib.1. ſtromat. circa med. latè probat, Deum non fuiſſe cauſam eius mali, quod diabolus committebat, dum per Græcā philoſophiam homines ad impietatem prouocabat. Rationem verò reddit, quoniam Deus non operabatur illas actiones, ſed tantum non impediebat, idque propter meliores vtilitates colligendas. Præſertim *Clemens Alexand.* notanda ſunt illa verba: *Ad eos autem dicimus, in faciendo, operando, & agendo cauſam intelligi. Id autem quod non prohibet, hoc ipſo remotum eſt ab operatione.* Et poſt alia multa in eandem ſententiam allata, concludit: *Diabolus autem cùm liberum haberet arbitrium, & duci poſſet pœnitentia, & furari, ipſe quoque furti cauſa eſt, non autem Dominus, qui non prohibuit.* Vbi manifeſtè notat, quantum Dei permiſſio diſtet ab operatione & cauſalitate, inſuper hoc intelligi etiam de reali operatione, qua Dæmon perſuadet malum.

2. Et lib.4. ſtromat. in med. ait: *Reſtat igitur vt breuiter dicamus, ea, quæ ſunt eiuſmodi, euenire, Deo non prohibente; hoc enim ſolum ſeruat & prouidentiam, & Dei bonitatem. Non eſt ergo exiſtimandum, eum operando exercere afflictiones, nec enim hoc cogitare licuerit, ſed non prohibere eos, qui eas exercent, perſuaſum habere conuenit; & ad bonum vti audacibus cœptis aduerſariorum. Deſtruam*, inquit, *murum, & erit in conculcationem.* *Iſai. 4.* Perpende, afflictiones exercere, materialem, & realem actionem eſſe, atque illam à Deo non fieri, ſed permitti.

3. *Diuina prouidentiæ perfectio circa ſingularia nō minuitur, ſed cōmendatur.* Rurſus diuinæ prouidentiæ perfectionem circa ſingularia omnia in particulari, non minui, ſed potius commendari ex eo, quod non determinet voluntatem ad actiones malas, etiam pro materiali, ſed tantum permittat, probatur ex Cyprian. lib.1.epiſt.3. ad Cornelium inter principium & medium dicente: *Cyprianus.* *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & neuter eorum cadit in terrā ſine Patris voluntate? Cum ille neque minima fieri ſine volūtate Dei, dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna, aut non ſciente, aut non permittente Deo, in Eccleſia Dei fieri?* Nota, prius dixiſſe, neque minima fieri, ſine voluntate Dei: poſtea verò explicuiſſe permiſſionem.

4. *Diſcrimē inter bonam & malam electionem.* Vt autem hoc clarius oſtendant ipſa verba Cypriani, nota diſcrimen inter bonam electionem Epiſcoporum, & malam electionem: nā de priori aſſerit, fieri *ex ſententia Dei*; de mala autem electione mali Epiſcopi, ſubdit: *Planè Epiſcopi nō de voluntate Dei fiunt, ſed qui extra Eccleſiam fiunt, ſed qui contra diſpoſitionem & traditionē Euangelij fiunt: ſicut ipſe Dominus in duodecim Prophetis ponit, & dicit: ſibimet ipſi Regē conſtituerunt non per me.* & *Oſea 8.* iterum: *Væ vobis filij deſertores, hæc dicit Dominus:* *Iſai 30.* *Habuiſtis conſilium & non per me: & feciſtis conuentionem non per Spiritum meum.* Vnde ſic argumentor. *Argumentū contra prædeterminationem.* Conſilium, conuentio, & Regem ſiue Epiſcopum facere, atque his ſimilia denotant, non ſolùm malitiam, ſed etiam ipſam materialem entitatem actionis, & hanc magis immediatè: at hæc non eſt ex voluntate Dei, ſed ex permiſſione tantùm: non ergo determinat Deus ad materiales actiones malas.

5. Damaſcenus lib.2.fidei cap.29.ante med.tractans de operibus prouidentiæ ait: *Prouidentia verò hæc quidem ſecundùm acceptationem, hæc autem ſecundùm permiſſionem: ſecundùm acceptationem ſunt, quæcumque ſine controuerſia bona ſunt: ſunt & quædam ſecundùm permiſſionem.* Et huius exempla ſubiiciens ait: *Aliquando ſinit quippiam abſurdum fieri, permittitur & quis quandoque in turpem actionem incidere.* Itaque de actione ipſa quæ turpis eſt, loquitur, & de eo ipſo ente, quod fit ab homine, ad quæ Deus non determinat, ſed concurrit, permittens ſe determinari ab homine.

6. *Damaſcen.* Clarius adhuc idē Damaſcenus in lib.4. fidei cap.20.in principio: *Solus profectò ipſe eſt vniuerſorum opifex: ſed non ipſe honorabilia aut ignominioſa ſtruit vaſa, ſed propria vniuſcuiuſque volūtate ac delectu.* Supple, ſtruit. Quaſi diceret: Non ſolus Deus. & infra: *Cōcludit Scriptura omnia in incredulitate, & dedit illis ſpiritū compunctionis, vt oculis nō videant, & auribus non audiant: hæc omnia non vt Deo agente accipienda ſunt, ſed vt Deo permittente ob liberam agendi facultatē, quod ſine violentia bonū eſſe debet.*

7. Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus in lib.de natura hominis & animæ facultatibus cap.44.prope finem de permiſſione ſcelerum, & bonis, quæ inde colligit Deus, tradit eandem fere doctrinam, quam Damaſcenus citato lib.2. de fide cap.29. Inſuper idem Nemeſius eodem lib.de animæ facultatibus cap.40.inter med.& fin. *Nemeſius.* *Opus*, inquit,

Ruiz de Voluntate Dei.

ipſum aliquando permittitur à prouidentia, aliquando prohibetur. Nam cum & in noſtra ſit aliquid poteſtate, & prouidentia ſit, neceſſe eſt ab vtriſque quæ fiunt euenire. Nam ſi ex altero tantum acciderent, non eſſet alterum. Sed cum quæ fiunt mixta ſint, aliquando proficiſcentur à noſtra voluntate, aliquando fient ratione prouidentiæ, aliquando manabunt ex vtroque. Vnde conſtat, opus quod permittitur, & non prohibetur, id eſt, non impeditur, manare, non ex vtroque, videlicet, prouidentia Dei & voluntate creata, ſed ex ſola voluntate creata. In poſtremo igitur cap. 45. in medio concludit: *Verùm illud perſpicuum eſt, cùm dicimus omnia rectè fieri, nos non de hominum vitiis loqui, neque de operibus, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt, & à nobis fiunt; ſed de prouidentiæ effectu, quæ in noſtra poteſtate non ſita ſunt.*

8. Auguſtinus toto lib. de corrept. & gratia probat, circa bona opera, Deum operari, vt nos velimus & faciamus: ſed quando mentionem facit de prauis operibus, loquendi modum permutat ab actione in permiſſionem. Quemadmodum cap. 12. ad finem, comparans Adamum in ſtatu innocentiæ cum hominibus eleuatis per gratiam Ieſu Chriſti, ait: *Fortiſſimo quippe dimiſit, atque permiſit facere quod vellet: infirmis ſeruauit, vt ipſo donante inuictiſſimè quod bonum eſt, vellent.*

Sic habet,

9. Et lib. de diuinatione dæmonum, toto fere cap. 1. & 2. inſiſtit in eo, quod diſpliceant Deo, quæ permittit, & fieri ſinit. Quemadmodum in cap. 2. poſt med. ait: *Vnde colligitur, quod Deus aliquid & improbet iuſtus, & tamen permittat omnipotens. Hæc cùm dicta eſſent, conceſſum eſt, non ideo putandum aliquid iuſtè ac bene fieri, quia hoc omnipotens, quamuis ei diſpliceat, fieri tamen ſinit: fatendúmque eſſe, etiam illa mala, quæ contra religionem, qua colitur Deus, fiunt, & diſplicere Deo iuſto, & ratione iudicij eius ab omnipotente permitti.* Loquitur itaque de prædictionibus dæmonum, aliíſque materialibus actionibus religioni contrariis, de quibus Auguſtinus contendit, non placere Deo, quòd à dæmone, vel ab hominibus fiant.

10. Præterea in Enchiridio in fine cap. 97. & princip. cap. 96. ait: *Non ergo fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo, vt fiat, vel ipſe faciendo. Neque dubitandum eſt, Deum facere bene etiam ſinendo fieri quæcunque fiunt malè.* Vbi non ſolùm agit de malitia, quæ comitatur ea quæ fiunt malè, ſed etiam de reali actione & entitate quæ requiritur, vt fiant, etenim non fiunt, niſi quæ ſunt entia. Illa igitur entia ſinit, & non facit Deus: propterea enim vtitur Auguſtinus illa diſiunctiua. Eadem argumentatio colligitur ex cap. 100. eiuſdem libri, vbi ait: *Propterea namque magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat propter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem: quia non fieret, ſi non ſineret: neque vtique nolens ſinit, ſed volens. Neque ſineret bonus fieri malè, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.*

Non ſolùm de malitia, ſed de reali actione loquitur Auguſtinus

Pſalm. 110

11. De Geneſi ad lit. lib. 8. cap. 24 ait: *Deus bipertito prouidentia ſua opere præeſt vniuerſæ creaturæ; naturis, vt fiant, voluntatibus autem, vt ſine ſuo iuſſu, vel permiſſu nihil faciant.* Quid autem hoc loco ſignificet *iuſſus*, dicemus num. 13. Sunt etiam ad rem præſentem omnia, quæ Auguſtinus docet de Geneſi ad literam toto fere lib. 11. præſertim cap. 6. & cap. 9. 10. & 11. & 12. & lib. 83. quæſt. q. 53. à medio.

12. Proſper ad excerpta Genuenſ. dub. 7. poſt med. *Malè enim velle facillimum eſt malis, & eorum damnabilem voluntatem, non dubium eſt, à Dei voluntate concludi, vt effectum cupiditatis ſuæ, niſi ille permiſerit, habere non poſſit.* Quare ad effectum etiam, non ad ſolam formalitatem malitiæ pertinere permiſſionem exiſtimat Proſper. Vnde & Pſalm. 110. ad illum verſum: *Magna opera Domini*, ait: *Quando aliquid Deus contra ſuam voluntatem fieri ſinit, miſericordiam ſuam, iuſtitiámque demonſtrat.* & in lib. ſententiarum Proſperi ſentent. 58. ex Auguſtino ait: *Voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſa omnium corporalium, ſpiritualiúmque motionum: nihil enim fit viſibiliter, & ſenſibiliter, quod non de inuiſibili, & intelligibili ſummi Imperatoris aula, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundùm ineffabilem iuſtitiam præmiorum, atque pœnarum, gratiarum & retributionum in iſta totius creaturæ ampliſſima quadam, immenſáque republica.*

Permiſſionem ad effectum, & non ad ſolam formalitatem malitiæ pertinere exiſtimat Proſper.

Pſalm. 110.

13. Perpende primò, Proſperum hoc loco agere de munere atque influxu Primæ & ſummæ cauſæ. Nota ſecundò, non de ſola malitia vel bonitate, ſed etiam de ſpiritualibus motionibus (quales ſunt volitiones, & intellectiones, quæ realiter ſunt rationi rectæ, virtutibúſque contrariæ) pronuntiare diſiunctiuam illam: *Aut iubeatur, aut permittatur.* Tertiò recole ex dictis tomo præcedenti de ſcientia diſp. 44. ſect. 3. duplex eſſe apud Patres imperium; aliud obligans, & dirigens; aliud verò exequens efficacem Dei voluntatem. Non igitur ſolum primum, ſed præcipuè ſecundum imperium excluditur à Proſpero, quando tradit, non iuberi à Deo eas actiones, quæ permittuntur. Qua etiam phraſi vſus eſt Auguſtinus ſupra num. 11.

Duplex apud Patres imperium.

14. Quartò prædicta ſententia citatur, quaſi deſumpta ex Auguſtino epiſt. 105. ad Sixtum, vbi eius verba non reperio. Senſus autem non ſolùm inde; ſed etiam ex plurimis aliis locis ſumi potuit. At verba cum perexigua mutatione deſumpta ſunt ex lib. 3. de Trinit. cap. 4. in med. vbi *Voluntas Dei eſt*, inquit, *Prima & ſumma cauſa omnium corporalium ſpecierum atque motionum.* Cætera verba nihil diſcrepant à Proſpero, qui mentem Auguſtini maluit retinere, quàm verba, quando addidit, *ſpiritualiúmque.*

Auguſtinus.

15. Eandem edoctus ſententiam Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 26. ait: *Neque in ipſis malæ voluntatis operibus Deus deſerit operum ſuorum iuſtum ordinem: quia & hoc in ipſo ordine habet, quod malam iuſtè deſerit voluntatem: Quam tamen ſic in ſuis malis operibus à ſe diſcedentem deſerit, vt ibi permittentis Dei operatio bona non deſit,* &c.

Fulgentius.

16. Nazianzenus orat. 1. in Iulianum (quæ ſecundum recentiores editiones eſt 3. & incipit: *Audite hæc, omnes gentes.* longiùs à princ. quàm à medio dicit, *vexationem Chriſtianis obortam, vel à Diabolo immiſſam, vel à Deo permiſſam ob eas cauſas, quas ipſe nouit, fortaſſe propter ſuperbiam, inſolentiámque noſtram purgatione indigentem.*

17. Theodoretus lib. 5. epitome diuinorum decretorum, cap. 24. de Antichriſto in medio, tractans illud 2. Theſſalon. 2. *Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio; Ea*, inquit, *de cauſa permittit ſapientiſſimus, vt adueniat, & ſe oſtendat ille ſceleſtus & perditus. Clarum eſt enim, quod ſi Deus nollet, non appareret: non tamen actionem, aut operationem eius voluntatem vocamus. Deus enim non eſt cauſa malorum, vt volunt etiam externi Philo*

ni Philo

ni Philoſophi. Neque enim ipſe Cain effecit homicidam, quia cùm vellet fratrem occidere, non prohibuit. Neque vt filij Iacob fratrem venderent, perfecit, quia eorum conatum non repreſſit. Inuenire enim poſſumus, illos quoque malè eſſe vſos libero ſuæ mentis arbitrio. Itaque Deus non perfecit, vt filij Iacob fratrem venderent, quæ fuit materialis actio, habens adiunctam malitiam; ſed tantùm permiſit, eorum conatus oon reprimendo: atque eodem modo ſe habebit Deus circa operationes Aotichriſti.

18. D. Leo ſerm. 16. de Paſſione Dom. ait: *Non inde proceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi: neque de vno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris. Non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed omiſit: neque præſciendo quod faciendum erat, coëgit vt fieret, cùm tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, vt fieret.* Nota primò, voluntatem interficiendi, & impias furentium manus immittere, eſſe materiales actiones peccatorum, quæ non potuerunt à Deo procedere. Secundò nota, non coëgiſſe, id eſt, nulla neceſſitate induxiſſe. Nam ſæpè Patres coactionem pro neceſſitate vſurpant. Tertiò quod ait, carnem ſuſcepiſſe, vt fieret, intelligendum eſt, vt pateretur ea, quæ præſciebat fore facienda, ſi carnem aſſumeret; non verò quod intenderet, atque vellet eas actiones fieri.

Tria notanda.

19. Gregorius lib. 6. moral. cap. 12. propè finem: *Iuſtus*, inquit, *& miſericors, mortalium acta diſponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus: atque ea, quæ permittit, ſic tolerat, vt hæc in ſui conſilij vſum vertat.* Non igitur ſola formalis ratio malitiæ, ſed reales etiam hominum actiones permittuntur, tolerantur, & conuertuntur io vſum diuini conſilij: ſed à Deo non cauſantur. & lib. 11. moral. cap. 5. ad illa verba Iob 12. *Si deſtruxerit, nemo eſt, qui ædificet. Omnipotens*, inquit, *Deus humanum cor deſtruit, cùm relinquit. Nec enim humanam mentem debellando deſtruit, ſed recedendo, quia ad perditionem ſuam ſufficit ſibi dimiſſa.* & infra: *Includit hominem, quem in ſuorum operum tenebris relinquit.*

Iob 12.

20. Iuſuper 29. moral. cap. 15. aliàs 21. explicans illud Iob 38. *De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cælo quis genuit?* ait: *Cùm enim de Abraham natus eſt Caiphas, quid aliud niſi gelu de cælo proceſſit? Quod tamen gelu idcirco Dominus genuiſſe ſe dicit, quia Iudæos, quos naturaliter ipſe bonos condidit, iuſto iudicio per eorum malitiam frigidos à ſe exire permiſit. Dominus enim author eſt naturæ, non culpæ. Genuit ergo creando naturaliter, quos permiſit viuere tolerando patienter.* Similia docet longè inferiùs cap. 24. iterum explicans eundem verſum. Eadem acceptione atque proprietate permiſſionis de malis operibus Diaboli loquitur ſæpè lib. 33. moral. cap. 13. aliàs 18. & 59. & lib. 2. moral. cap. 6. Vnde ſententiam eandem cum perexigua mutatione verborum deprompſit Iſidorus lib. 3. ſentent. cap. 5. non procul à principio.

Iob 38.

21. Anſelmus lib. de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis cum libertate cap. 2. ante med. *Deus*, inquit, *mala, quæ non facit, dicitur facere, quia permittit. Nam dicitur hominem indurare, cùm non emollit; ac inducere in tentationem, cùm non liberat.* Et in Dialogo de caſu diaboli, in extrema totius operis cooclusione ait: *Nempe non ſolùm habet aliquis à Deo quod Deus ſponte dat, ſed etiam quod iniuſtè rapit, Deo permittente: & ſicut dicitur Deus facere, quod permittit fieri, ita dicitur dare, quod permittit rapi. Quoniam igitur permittente Deo, Angelus malus per rapinam vſus eſt poteſtate à Deo ſponte data; à Deo habuit vti, quod non eſt aliud, quàm ipſum velle. Non eſt enim aliud velle, quàm vti poteſtate volendi: ſicut idem eſt loqui, & vti poteſtate loquendi.* Pondera quod in Angelo malo Deus fecit, & dedit ipſum velle; ſed oon aliter, niſi permittendo, vt Angelus malus vellet, faceret & raperet. Ergo Deus non determinauit Angelum malum etiam ad materialem entitatem volitionis illius.

Similiter prius in cap. 20. eiuſdem Dialogi circa medium dixerat: *Cùm diabolus voluit, quod non debuit, hoc ille à Deo accepit, quia Deus permiſit; & non accepit, quia Deus non conſenſit. Cùm igitur Diabolus conuertit voluntatem ad quod non debuit; ipſum velle, & ipſa conuerſio fuit aliquid: & tamen non niſi à Deo, & de Dei voluntate aliquid habuit, quoniam neque velle, neque mouere potuit voluntatem, niſi illo permittente.* Nota, non ſolùm auerſionem à Deo, ſed etiam conuerſionem ad obiectum prohibitum, & ipſum velle, quod eſt aliquid, hæc omnia eſſe à Deo permittente. Noo igitur à Deo prædeterminante, vel inclinante ad illa, ſed taliter præbente concurſum, vt permitteret flecti, & determinari ad tale obiectum prohibitum. Denique Anſelmus in libello de voluntate Dei verſus finem ait: *Permittens voluntas eſt, quæ permittit aliquid fieri, etſi diſpliceat quandoque, vnde dicitur: Quem vult indurat, & cui vult miſeretur.* 22.

Auerſio à Deo, & conuerſio ad obiectum prohibitũ, ſunt à Deo permittente.

Hugo Victorinus variis in locis ſæpè repetit, Deum non facere, nec cauſare mala opera; nec impellere ad ruinam, ſed permittere, & ordinare ad bonum. Veluti lib. 1. de Sacramentis p. 2. cap. 18. vſque ad caput 23. & p. 5. cap. 29. & lib. 1. eruditionis Theologicæ ex Miſcellaneorũ cap. 175. Quamuis hanc veram ſententiam nonnihil maculauerit alia, quam referemus diſp. 33. ſect. 3. fine. Plura teſtimonia Patrum de permiſſione videbimus infra diſp. 35. ſect. 6. & diſp. 43. ſect. 3. & ſequentibus, & tota diſp. 44. 23.

Rectè igitur antiquiſſimum Eccleſiæ ſenſum aſſecutus Archiepiſcopus Colonienſis in Enchiridio Chriſtianæ inſtit. tractatu de Sacramento pœnitentiæ, prope titulum de confeſſione, cap. *paucis tantum*. fol. 100. ait: *Licet Deus præſciuerit, hominem caſurum; non tamen per hanc præſcientiam, homini naturale illud donum (quod creando impertiit) ademit: aut vt ſic ageret, coëgit, ſeu impulit. Deus enim ita præuidet, ac determinat contingentia, vt non tollat modum agendi naturæ inditum; ſed determinat actiones ſicut fiunt. Præuidit Deus Iudæ malam voluntatem, permiſit, vt proderet Chriſtum, non coactus, ſed voluntariè, & decreuit quomodo Iudam ſic voluntariè peccantem perderet. Non ergo Iudas peccauit neceſſariò.* Quod ſi Deus materialem actionem proditionis phyſicè prædeterminaſſet; impuliſſet Iudam, illique impoſuiſſet neceſſitatem. 24.

Archiepiſcopus Colonienſis.

Ex his omnibus colligitur, rectè cũ omnium Patrũ de permiſſione ſententia conſpirare argumentum illud Tertulliani, quo probat ea quæ permittuntur, non ex mera & tota voluntate procedere, ſed ex voluntate quaſi inuita, & quæ patitur aliquid ſibi quodammodo contrarium, vnde cauſam ſumat: vt magis explicuimus diſp. 19. ſect. 2. & 3. & diſput. 21. ſect. 2. Quapropter non prædefinit Deus ea quę permittit, nam præ- 25.

Prædefinitio eſt mera voluntas, & tota ex ipſo Deo exiſtens.

deſinitio eſt mera voluntas, & tota ex ipſo Deo exiſtens, non quaſi inuita, nec paſſa ſui cauſam. Tertullianus itaque in exhortatione ad caſtitatem non procul à principio ait: *Si quædam videntur voluntatem Dei ſapere dum à Deo permittuntur, non ſtatim omne quod permittitur ex mera & tota voluntate procedit eius qui permittit. Ex indulgentia eſt quodcumque permittitur, quæ etſi ſine voluntate non eſt, quia tamen aliquam habet cauſam in loco, cui indulgetur, quaſi de inuita venit voluntate, paſſa cauſam ſui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis ſit voluntas, cuius altera ſit cauſa.*

Tertullian.

26. Rurſus in libro de fuga in perſecutione, non procul à principio, ſæpe vtitur permiſſionis voce, quoties dæmoni permittitur facultas excitandi perſecutionem aduerſus Chriſtianos, & extrema verba orationis Dominicæ ita explicat: *Id eſt, ne nos induxeris in tentationem, permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur à Diaboli manibus, cùm illi non tradimur in tentationem.*

SECTIO IV.

Non ſolùm de malitia, ſed etiam de materiali operatione loquuntur Patres dicentes, non fieri à Deo.

1. HOc vnum reſtabat probandum ex illis principiis, ex quibus argumenta confecimus ſect. 1. & 2. Hoc autem ſæpe docuit Auguſtinus. Veluti 5. de Ciuitate cap. 8. ante med. *A quo* inquit, *ſunt omnes poteſtates, quamuis ab illo non ſint omnium voluntates.* & ſequenti cap. 9. inter med. & finem: *Sicut enim omnium naturarum creator eſt, ita omnium poteſtatum dator eſt, non voluntatum. Malæ quippe voluntates ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt.* Sed magis ex profeſſo lib. 12. de Ciuit. cap. 6. & 7. & lib. 2. de nuptiis & concupiſcentia cap. 28. docet, Deum non fuiſſe authorem & cauſam malæ voluntatis; ſed illius primam cauſam eſſe bonam potentiam voluntatis à Deo creatam, in quantum deficiens eſt. Quem ſequuntur Magiſter, & communiter Scholaſtici in 2. diſt. 34. à principio. In his omnibus locis non ſolùm de malitia, ſed etiam de voluntate, quæ mala eſt, & realiter contraria virtuti, loquitur Auguſtinus.

Auguſtinus.

2. Sic etiam lib. 2. de libero arbitrio cap. vltimo ex profeſſo tractans eandem quæſtionem concludit, eſſe indubitabile, *ad Deum non pertinere motum illum auerſionis, quem fatemur eſſe peccatum:* vt vidimus diſp. 28. ſect. 2. num. 15. Et in ſequenti cap. 1. lib. 3. inter med. & finem ait: *Quid opus eſt quærere vnde iſte motus exiſtat, quo voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum; cùm eum non niſi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fateamur?* Itaque non à Deo, ſed ab animo ducit originem. Nota, *motum*, ſæpe ab Auguſtino vſurpari pro eo, quod Scholaſtici huius temporis appellant materialem actum: qui propterea defectiuus appellatur & non defectus, quoniam cum tali materiali actu defectus eſt neceſſariò coniunctus. Alioqui vt ſolam rationem formalem malitiæ ſignificaret, debuiſſet dicere, non defectiuum motum, ſed defectum.

3. Rurſus de ſpiritu & litera cap. 31. *Nuſquam legimus: Non eſt voluntas, niſi à Deo: & rectè non ſcriptum eſt, quia verũ non eſt. Alioquin etiam peccatorum, quod abſit, author eſt Deus; ſi non eſt voluntas, niſi ab illo. Quoniã mala voluntas, iam ſola peccatum eſt, etiamſi deſit effectus, id eſt non habeat poteſtatem.* Perpẽde vim illationis. Ex eo præciſè, quod non ſit voluntas, niſi à Deo, ſequitur, Deum eſſe authorem malorum. Hanc conſequentiam ſi negaueris Auguſtino, atque dixeris, aliud eſſe voluntatem, aliud verò malitiam, quæ ex voluntate conſequitur: & Deum non eſſe authorem malitiæ, ſed tantum voluntatis, ex quo conſequitur malitia: nonne concludes, infirmum & inefficax fuiſſe argumentum Auguſtini? Oportet igitur illius mentem eam fuiſſe, quæ verè fuit, & quam verba ſonant, nimirum, authorem volitionis particularis, eo ipſo authorem eſſe malitiæ, quæ cum illa eſt neceſſariò coniuncta. Cæterum non erit author, ſi ad illam non determinat, ſed determinatur à nobis.

Illationis vis.

Aliud non minùs efficax argumentum ſumitur ex Auguſtino lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2. paulò poſt medium, vbi, *Obduratio*, inquit, *Dei eſt nolle miſereri, vt non ab illo irrogetur aliquid, quo ſit homo deterior; ſed tantum, quo ſit melior, non erogetur.* Sed materialis volitio ab intrinſeco repugnans diuinæ legi eſt aliquid, quo fit homo deterior. Ergo hæc materialis volitio non irrogatur à Deo. Ergo non cauſatur à Deo per phyſicam prædeterminationem. 4.

Efficax argumentum ex Auguſtino deſumitur.

Præterea lib. 12. Confeſſ. cap. 11. ſic Deum alloquitur. *Hoc ſolùm ante non eſt, quod non eſt; motúſque voluntatis à te, qui es, ad id, quod minus eſt: quia talis motus delictum, atque peccatum eſt.* Fatetur ergo, non ſolùm nihil, ſeu priuationem entitatis non eſſe à Deo, ſed etiam ipſum realem & exiſtentem motum, quo voluntas, tendens in bonum creatum recedit à Deo. Tandem in libro de peccator. merit. & remiſſione cap. 18. tradit, *nefas eſſe concedere, Deum eſſe authorem voluntatis malæ.* & infra: *Malam voluntatem non habemus ex Deo* & rurſus: *Quod a Deo nos auertimus, noſtrum eſt, & hæc eſt voluntas mala.* 5.

Idem dogma ex mente ſui magiſtri Fulgentius & Proſper expreſsè, atque frequenter tradiderunt, ſimul cum operatione & cauſalitate Dei, negantes prædeſtinationem ad talia opera peccatorum. Et quamuis de prædeſtinatione dicendum ſit ex inſtituto diſp. 35. ſect. 1. & 2. nihilominus neceſſarium fuit hîc inſerere illa teſtimonia, quæ magis expreſsè de cauſalitate, atque operatione loquuntur. Fulgẽtius ergo lib. 1. ad Monim. cap. 19. initio. *Mala*, inquit, *voluntas non pertinet ad optimum creatorem. Ad voluntatem igitur malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non fuit. Quomodo enim Deus hominem, quem ad imaginem ſuam fecit, prædeſtinaret ad malam voluntatem, quam ipſe non fecit?* Igitur non ſolùm malitiam, ſed etiam voluntatem, hoc eſt volitionem, quæ mala eſt, Deus non fecit, non dedit, non cauſauit. Et poſt pauca: *Iſti ergo, qui ſe elongant, & fornicantur à Deo, vtique peccando pereunt per ſuam malam voluntatem, quæ non eſt ex Deo.* 6.

Fulgentius, & Proſper negãtes prædeterminationem.

Fulgentius.

Et eodem lib. 1. ad Monimum cap. 24. initio ait: *Deus itaque omnia opera hominum, ſiue bona, ſiue mala præſciuit, quia eum latere nihil potuit; ſed ſola bona prædeſtinauit, quæ ſe in filiis gratiæ facturum eſſe præſciuit.* Obſerua excluſiuam, vnde ſic argumentor. Materialia opera peccatorum, etiam præciſa ratione formali malitiæ, non ſunt bona opera, quæ Deus ſe in filiis gratiæ facturum eſſe præſciuit. Ergo illa Deus non prædeſtinauit. Notandum eſt, quod hîc filij gratiæ dicuntur, etiam 7.

præſciti,

præſciti, quamdiu ſunt in gratia, vel exercent aliqua opera gratiæ. Quare illorum opera prædeſtinata ſunt. Eadem vis excluſiua eſt in verbis, quæ infra ſubiicit. *Præſciuit enim voluntates hominum malas & bonas: prædeſtinauit autem non malas, ſed ſolas bonas.*

8. Et eodem lib. 1. cap. 26. initio ait: *Deus non eſt author malarum cogitationum.* Cogitationes autem conſtat, eſſe reales actiones. Et cap. 27. ante med. *Scriptum namque eſt: Vias, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſa autem ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. Vias ergo, quas Deus fecit, nouit; quas non fecit, perdidit, quia eas non nouit. Vnde ſcriptum eſt: Nouit Dominus vias iuſtorum, & iter impiorum peribit.* Nota, ſiniſtram viam ſignificare operationem ipſam & realem tendentiam in obiectum diuinæ legi contrarium.

Prouerb. 4.

Pſalm. 1.

9. Non minùs aperta ſunt apud Proſperum de hac re teſtimonia, præſertim ad obiectiones Vincentianas, vbi tam fœliciter, atque fideliter Auguſtini mentem aſſequutus eſt, vt tanquam proprium opus Auguſtino tribuatur ſub titulo. *Ad articulos ſibi falsò impoſitos.* Ille igitur in reſponſione ad obiectionem quartam, tanquam inſanas & rationi contrarias refutat propoſitiones duas. Altera eſt: *Deus vult vt diabolo ſeruiatur.* Quod ſi Deus vellet ac prædefiniret, vt homines exercerent reales actiones adorandi dæmoné, petendi ab eo conſilium & auxilium, atque obediendi eius imperio; Deus vellet, vt diabolo ſeruiatur. Altera propoſitio eſt: *Deus creat plurimos homines, vt non Dei, ſed diaboli faciant voluntatem.* Hanc autem ſimiliter ſequeretur eſſe veram, ſi Deus eo fine crearet quoſcunque illorum hominum, qui peccaturi ſunt, vt eos phyſicè prædeterminaret ad actiones realiter conſentientes voluntati dæmonis & illius expletiuas; ac realiter contrarias voluntati Dei.

Proſper.

10. Rurſus non de ſola priuatione, ſed etiam de reali entitate voluntatis, & actionis loquitur, quando ad obiectionem 10. ait: *Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ Deum cuiuſque malæ voluntatis, aut malæ actionis credit authorem.* Et ad obiectionem 13. *Nefas eſt Deo adſcribere cauſas talium ruinarum, qui etſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid vniuſcuiuſque meritis retribuendum ſit; nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, neceſſitatem aut voluntatem intulit delinquendi.* Nota valde, neceſſitatem aut voluntatem non intuliſſe; ac pondera, hoc eſſe in ſenſu compoſito cum præſcientia & eius infallibilitate, id enim ſignificant illa verba: *Per hoc quod falli non poteſt inferri neceſſitatem.* Nimirum vbi ante infallibilem ſcientiam non erat neceſſitas: alioqui non inferretur, ſed ſupponeretur: vnde loquitur de neceſſitate antecedente, non de conſequente. Subdit prætetea Proſper: *Neque in tali negocio quidquam diuinæ voluntatis interuenit: cuius ope, ſcimus, multos, ne laberentur retentos; nullos autem vt laberentur impulſos.* Eſſent autem impulſi, quicumque prædeterminati fuiſſent Dei phyſica præmotione ad materialem actionem, cum qua inſeparabiliter coniunctus eſt lapſus & culpa. Et in hoc negocio non ſolùm aliquid, ſed etiam plurimum diuinæ voluntatis interueniret.

11. Similiter ad obiectionem 16. & vltimam ait: *Ij, cùm à pietate deficiunt, non ex Dei opera, ſed ex ſua voluntate deficiunt; neque impelluntur vt cadant; neque eiiciuntur vt deſerant; caſuri autem & receſſuri ab eo, qui falli non poteſt præſciuntur.* Si autem opus Dei eſt determinare ad materialem actionem, cui inſeparabiliter coniunctus eſt defectus & caſus, iam ex Dei opere deficiũt, & impelluntur, vt cadant. Ac denique obiectione 15. concludit: *Non eſt ergo conſequens, ſicut putant, qui talia obiiciunt, vt Deus, quibus pœnitentiam non dederit, reſipiſcentiam abſtulerit. & quos non leuauerit, alliſerit; cùm aliud ſit inſontem in crimen egiſſe, quod alienum eſt à Deo; aliud peccatori veniam non dediſſe, quod de peccatoris eſt merito.* Proſper igitur ex parte Dei ſolummodo concedit negationem abundantioris gratiæ, ſed prorſus negat aliquam ex parte Dei actionem eſſe, ex vi cuius homo ad crimen impellatur, vnde neque impellatur ad actionem, quæ quidditatiuè habet annexam rationem criminis.

Chryſoſtomus ad Roman. 7. ſerm. 13. ad illa verba: *Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.*; ait: *Omnia ad ſolius voluntatis propoſitum referuntur. Non enim pertinet peccatũ ad animæ, carnis, ac voluntatis ſubſtantiam. Sed illa quidem Dei ſunt opera, quòd verò ex nobis eſt illarum eſt motio. quæ eo ducit, quo nos vtique voluerimus. Voluntas quippe per ſe quidem naturaliter inſerta, atque ex Deo eſt: quod verò talis eſt, noſtrum eſt, atque ex noſtra ſententia natum.* Nota primò, propoſitum voluntatis & motionem animæ quæ ducit eo quo volumus, eſſe actum realem, & poſitiuum, liberè tendentem in obiectum. Nota ſecundò contrapoſitionem, vt anima, caro, & voluntas ſint opera Dei: at verò propoſitum & motio ex nobis, & noſtrum & ex noſtra ſententia natum, quando peccatum eſt: quapropter Dei opus non eſt. 12.

Rom 7.

Motus animæ & voluntatis propoſitum actus realis & poſitiuus.

Rurſus 2. ad Timoth. 4 hom. 8. in morali col. 2. *Scito,* inquit, *quod Deus omnia prouidet, quod liberi arbitrij conditi ſumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit: quod nihil mali vult fieri: quod non ex ſola ipſius voluntate fiunt omnia; ſed ex noſtra quoque. Mala omnia ex noſtra tantummodo fiunt. Bona omnia ex voluntate noſtra, & ipſius adiutorio. Quod nihil ipſum latet: non tamen quia nihil ipſũ latet, idcirco omnia operatur ipſe.* Vide quoties excipiat aliqua opera, quę nec Deus operetur, nec ex Dei voluntate, ſed ex noſtra tantũmodo fiant. 13.

Cyprianus ad Demetrianum non valdè procul à principio, inquit: *Deus cùm ſit Mundi Dominus, & rector, & cuncta arbitrio eius & nutu gerantur, ne quidquam fieri poſſit, niſi quod aut fecerit aut fieri ipſe permiſerit,* &c. Et in libro de vnitate Eccleſiæ, aliàs de ſimplicitate Prælatorum propius ad med. quàm ad principium ait: *Hinc hæreſes & factæ ſunt frequenter & fiunt, dum peruerſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur, manente propriæ libertatis arbitrio.* 14.

Damaſcenus 2. fidei cap. 25. poſt med. ait: *Cui igitur horum ſubiiciemus ea, quæ per homines fiunt, ſi homo non eſt cauſa & principium actionum? Non enim fas eſt Deo adſcribere, quandoque turpes & iniuſtas actiones fore.* Vnde in eo capite & clarius in ſequenti cap. 26. colligit, ſimilium actionũ principium eſſe arbitrium indifferens ad vtramque partem, vt potens moueri & non moueri, agere & non agere. Et Nemeſius lib. 7. philoſophiæ cap. 1. aliàs lib. de animę facultatibus cap. 39. ante med. *Nec fas eſt,* inquit, *Deo adſcribere turpes interdum actiones, & iniquas, neque neceſſitati.* 15.

Nemeſius.

Leo Magnus ſermone 8. de ieiunio ſeptimi menſis prope initium, exponens illud Eccleſiaſtici 18. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à* 16.

Eccleſiaſt. 18

voluntate

*voluntate tua auertere,*ait:*Cum autem ſint in animis hominum multa bona concupiſcentiæ, & laudabiles voluntates, quid eſt quod iubetur, vt noſtris non conſentiamus affectibus: niſi quod ab illa concupiſcentia prohibemur, & ab illa voluntate reuocamur cuius ortus ex nobis eſt, & ideo mala pronunciatur, quia noſtra eſſe conuincuntur? Ad diſtinctionem igitur concupiſcentiarum, quæ ſunt ex Deo, bene hominis dictũ eſt: poſt concupiſcentias tuas non eas, vt quas cognoueris proprias, ſcias eſſe vitandas. Merito ergo Dominus voluit in oratione, quam tradidit, nos ad Deum dicere, fiat voluntas noſtra, ſed fiat voluntas tua: hoc eſt, non illa quam caro incitat, ſed quam Spiritus ſanctus inſpirat.* Concupiſcentia & voluntas realis operatio eſt, & tamen illa non eſt ex Deo, quando ducit ortum ex nobis.

17 Euſebius tãdem lib.6. de præparatione Euangelica cap.9. non procul à principio: *Prophetia de Iuda,* inquit, *diligentius verba examinata, non fuiſſe Deum cauſam proditionis, oſtendunt: ſed ſolùm ſignificaſſe quod premiderat ex malignitate eius futurum.* & poſt pauca concludit, *eum qui præſcivit non eſſe cauſam omnium, quæ præſcivit.* & prope medium eiuſdem cap. ait: *Omnia Deus ab æterno videt antecedentia, ſequentia, cauſas rerum atque effectus: nec tamen omnium ipſe cauſa eſt.* Et poſt pauca: *Non ergo præcognitio futurorum cauſa.* Loquitur autem de volitione, & actione, quæ futura eſt mala. Ex quibus ſumitur explicatio eorum, quæ ſcripſerat in eodem lib.6. cap.5. ante med. dicens: *Deum eſſe cauſam omnium etiam eorum, quæ voluntatis noſtræ ſunt; & de omnibus dictum eſſe: Ipſe dixit & facta ſunt,* &c. Intelligit namque de bonis actionibus abſolutè; de malis autem, ea præciſa ratione, quatenus Deus generali concurſu ad illas influit, ſed non determinat, nec cauſat, vt illæ potius, quàm honeſtæ producantur actiones.

DISPVTATIO XXXII.

Vtrùm Tridentina permiſſio, comparata cum contrariis erroribus, probet, non prædeterminari materialem actionem peccati.

SECTIO I.

Tridentini ſextus Canon ſextæ ſeſſionis expenditur.

1. HVIVS Canonis verba ſunt. *Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere: ſed mala opera, ita, vt bona, Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè & per ſe à Deo, vt ſit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli; anathema ſit.*

2. *Dico primò.* Ad huius explicationem dico primò. Licet hoc decretum dirigatur contra omnes errores, qui Deum peccati authorem faciunt: peculiariter tamen, atque eiſdem verbis improbat Philippi Melanchthonis blaſphemiã, qui in annotationibus ad epiſtolam ad Rom. cap. 9. ita ſcribit: *Nos verò docemus, non ſolùm permittere Deum creaturis, vt operentur: ſed ipſum omnia propriè agere. ſicut fatentur, proprium Dei opus fuiſſe Pauli vocationem; ita fatemur opera Dei propria eſſe, ſiue quæ media vocantur, vt comedere & bibere, communia cum brutis: ſiue quæ mala ſunt, vt Dauidis adulterium, Manlij ſeueritatem animaduertentis in filium. Conſtat enim, Deum omnia facere non permiſſiuè, ſed potenter, id eſt, vt ſit eius propria Iudæ proditio, ſicut Pauli vocatio.* & poſt pauca: *Ergo non eſt cur frigidum gloſſema admittamus, Deum mala permittere; non etiam facere.* Hæc refert Ruardus Tapper art. 7. de libero arbitrio longè poſt med. pag. 359.

Philippi Melanchthonis blaſphemia.

Nihilominus idem hæreticus in aliis ſuis operibus non ſolum diligenter oppugnauit præcedentem errorem, diſſoluitque omnia illius fundamenta: ſed etiam in epitome moralis philoſophiæ, edita anno 39. recantauit totum locum citatum ex annotationibus in capite 9. ad Roman. & in alia editione earundem annotationum non eſt paſſus manere illam blaſphemiam, ſed totam ſuſtulit. Atque in locis communibus excuſis anno 36. & 38. expreſsè ait: *eſſe certum illas figuras verborum: Indurabo cor Pharaonis, & ſimiles, ſignificare permiſſionem, non voluntatem efficacem: vt, ne nos inducas in tentationem,* id eſt, *ne ſinas non induci.* Hæc refert Ruardus dicto art. 7. pagin. 360. fine & 361. fine. 3.

Dico ſecundò. Prædictus Canon decernit imprimis, *eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere.* Vbi ponderanda ſunt verba; neque enim ſignificant, id eſſe vtcumque poſſibile, ſed ſignificant poteſtatem indifferentem, nulla neceſſitate determinatam, vt vias ſuas malas faciat, imò ſolutam vt poſſit non facere, ſi velit. Hanc eſſe mentem Concilij, probo primò, quia quibus in rebus noſtra in poteſtate ſitum eſt agere, in iis etiam & non agere ſitum eſt in noſtra poteſtate: & in quibus rebus non agere eſt in noſtra poteſtate, in iis etiam eſt in noſtra poteſtate agere: vt diſertis verbis docet Ariſtoteles 3. Ethicor. cap. 5. & S. Thom. ibi lect. 11. & notauimus præcedenti tomo de Scientia, diſp. 49. ſect. 10. 4. *Probatur primò.*

Confirmatur, quia illa phraſis, *eſſe in poteſtate,* apud Philoſophos & Theologos ſignificat dominium ſupra proprias actiones, vt illas flectat, quo voluerit, vt conſtat ex dictis in eodem tomo de Scientia, diſp. 41. ſect. 1. Inſuper illud verbum *facere,* ſeu *agere,* prout inter Catholicos & Hæreticos hoc tempore affirmatur, aut negatur, denotat eandem libertatem ſolutam vinculo neceſſitatis: vt oſtendimus eodem tomo de Scientia diſp. 45. ſect. 1. 5. *Eſſe in poteſtate apud Philoſophos, & Theologos dominiũ ſupra proprias actiones ſignificat.*

Probatur ſecundò, quia diuino decreto neceſſitatem afferente adhuc hominem poſſe ſua ſponte, vt cauſam particularem cooperari cauſæ vniuerſali; ſicque poſſe ſuas vias malas facere, apertè fatentur hæretici noſtri temporis, dum ſuos errores defendunt: vt conſtabit ex plurimis eorum fragmentis, referendis in ſect. 4. Ergo Tridentinum non definiuit huiuſmodi poteſtatem; ſed illam, quam hæretici negant, nimirum indifferentem & ſuidominam, vt ſi velit, faciat malas vias ſuas; ſi non velit, non faciat. Probatur Conſequentia, quia Tridentinum contra hæreticos non definit illud ſolum, quod illi concedunt, ſed aliquid amplius, quod illi negant. 6.

Dico tertiò. Ex prædicto decreto ita explicato ſumitur efficax argumentum pro noſtra ſententia, quoniam ſi materialis actio peccati phyſicè prædeterminaretur à Deo: ſequeretur, non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere, vel non facere. Nam quando Deus negauerit phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem malæ viæ, in ſenſu compoſito cum ea negatione, nullo modo erit in poteſtate hominis vias ſuas malas facere. Rurſus, data phyſica prædetermina 7. *Ex prædicto decreto efficax argumentum pro noſtra ſententia.*

determinatione ad materialem actionem malæ viæ in ſenſu compoſito cum illa, nullo modo erit in poteſtate hominis vias ſuas malas non facere. Vnde tota poteſtas faciendi vias malas, vel non faciendi, penes ſolum Deum reſidebit: in homine verò poſſibile fuerit potentia merè paſſiuä;vt in ſimili argumentabamur in prædicto tomo de Scientia diſp. 52. ſect. 1. & 4.

8. *Ponere vel auferre prædeterminationem non eſt in hominis poteſtate.*

Confirmatur, quia ponere vel auferre prædeterminationem phyſicam, non eſt in poteſtate hominis, ſed in poteſtate ſolius Dei. Quapropter antecedens eſt illa neceſſitas, quam inducit prædeterminationis huius ablatio, vel poſitio. Porro antecedens neceſſitas directè pugnat cum indifferentia libertatis: ſicut probatum eſt in eodem tomo de Scientia diſp. 33. & multis ſequentibus, & dicemus etiam diſp. 38. ſect. 2. & 3.

9. Nec in hoc argumento via relinquitur diſtinguendi materialem actum, quem facere non ſit in poteſtate hominis: & formalem rationem malitiæ, quam facere ſit in poteſtate hominis. Nam liquido conſtat non alia ratione in poteſtate hominis eſſe facere, vel non facere rationem formalem malitiæ; niſi quatenus in eius poteſtate poſitum eſt facere, vel non facere materialem actum, quo liberè producto neceſſariò & inſeparabiliter adeſt eius malitia; & quo prætermiſſo, ſeu vitato, implicat contradictionem, illius malitiam fieri ab homine. Sed de hoc iterum num. 13.

10. *Propoſitio in prædicto canone definita.*

Dico quartò. In poſteriori membro eiuſdem Tridentini decreti definitur hæc propoſitio. *Mala opera Deus non operatur propriè, & per ſe, ſed permiſſiuè ſolùm.* Neque enim Concilij mens ſolummodo fuit definire, non eſſe per omnia ſimilem modum, quo Deus cauſat mala, & cauſat bona; ſed præterea definire voluit, inter bona & mala non eſſe ſimilitudinem, neque in eo præcisè, quod ſicut bona opera Deus cauſat non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe; ita etiam mala opera.

11. Probatur primò, quia ſi dicamus, hoc decreto ſolummodo damnari eos, qui dixerint, mala opera eſſe per omnia æqualia bonis operibus, quantum ad concurſum Dei; conſequens erit, vt hoc decreto nihil ſtatuerit Tridentinum contra eos hæreticos, qui dicunt, opus eſſe concurſu ſpeciali, & ſupernaturali Dei ad opera pietatis; nihilominus tamen Deũ per generalẽ concurſum Primæ cauſæ eſſe authorem & cauſam impellentem ad omnia opera mala: vt videbimus ſect. 4.

12. *Tridentini Patres Deũ opera media operari animaduerterunt.*

Probatur ſecundò, nam Tridentini Patres in eodem contextu annotationis Melanchthonianæ animaduerterant, non ſolùm opera mala, ſed etiam opera quæ media vocantur, vt comedere & bibere, Deum operari non ſolum permiſſiuè, ſed etiam potenter. Nihilominus prætermiſſis ſub ſilentio mediis operibus, anathematizant errorem, quod attinet ad mala opera. Ergo intendunt de malis operibus negare non ſolùm eam cauſalitatem, quæ propria eſt operum ſupernaturalium, veluti vocationis Pauli; ſed etiam eam cauſalitatem propriè & per ſe, quæ conuenire poteſt operibus mediis.

13. Varias expoſitiones atque ſolutiones ad præſens decretum Tridentini adhibent phyſicæ prædeterminationis authores, quas ſect. 6. & 7. refutabimus. Nunc dicamus contra primariam & cæterarum radicem, quæ, videlicet, concedit implicitè, quod Deus materialem actionem peccati operatur propriè & per ſe, & non permiſſiuè ſolùm. Aſſerit enim Concilium Tridentinum & Patres intelligendos eſſe de ſola formali ratione malitiæ, quando decernunt, quod Deus mala opera non operatur propriè, ſed permittit. *Solutio.*

14. *Dico quintò.*

Contra quam ſolutionem dico quintò. Non de ſola ratione formali malitiæ, ſed etiam de materiali actione Tridentinum loquitur, quando decernit, quod Deus non operatur mala opera propriè & per ſe, ſed permiſſiuè ſolùm. Probatur primò generalibus illis rationibus, quas diſp. 31. ſect. 1. à n. 14. vſque ad finem attulimus. *Probatur primò.*

15. Probatur ſecundò, nam cùm facile poſſet Tridentinum dicere: *Malitiam Deus non operatur propriè & per ſe*; non caſu, ſed magno Dei conſilio id non dixit; ſed ait: *Mala opera*, &c. Quo videlicet complexo prius ſignificatur opus ipſum materiale, deinde illius malitia; vt cùm dicis, *corpus mortuum*, non ſolùm priuationem & mortem, ſed etiam materialem entitatem corporis ſignificas.

16. *Exemplum à Tridentino adductũ nõ ſolam rationem formalem perfidiæ, ſed etiã materialem actionẽ ſignificat.*

Confirmatur primò, nam exemplum, quod adducitur à Tridentino, videlicet proditio Iudæ, non ſolam ſignificat rationem formalem perfidiæ, ſed etiam materialem actionem inſidiarum, & traditionis in manus inimicorum. Atque idem colligitur ex aliis exemplis Melanchthonis, quæ num. 2. retulimus, nam de illis omnibus idem tacitè pronunciat Tridentinum, quod de proditione decreuit expreſsè. Etenim realis actio fuit Manlij ſeueritas animaduertentis in filium, & Dauidis adulterium.

17. *Modus loquendi Conciliorum exactus ad rigidam proprietatem dictionis.*

Confirmatur ſecundò, quia Conciliorum omnium ac præcipuè Tridentini modus loquendi eſſe ſolet exactus ad rigidam proprietatem dictionis philoſophicæ ſimul ac Theologicę. Quapropter eius verba non ſunt ad improprium ſenſum detorquenda. Eſſet autem impropria locutio, ſi ſolam & præciſam rationem malitiæ appellaret mala opera: perinde vt ſi præciſam rationem tenebrarum appellares corpus tenebroſum.

18. Probatur tertiò, nam operatio, quæ in hoc ſecundo membro Canonis remouetur à Deo, eſſe debet eadem ipſa operatio, cuius poteſtas in primo membro eiuſdem Canonis tribuitur homini. Ideo quippe tribuitur homini, vt remoueatur à Deo. At verò in priori membro tribuitur homini poteſtas faciendi, & nõ faciendi non ſolùm malitiam; ſed etiam materialem illius actionem: vt oſtendimus num. 9. Ergo in poſteriori membro remouetur à Deo non ſolùm operatio malitiæ, ſed etiam propria & per ſe operatio materialis actionis. Vnde reſpectu illius relinquitur mera permiſſio.

19. *Si Tridentinum ageret de præciſa ratione malitia, cum eo ſentiret Caluinus.*

Probatur quartò, quia, ſi Tridentinum agit de præciſa ratione malitiæ, non verò de materiali actione; conſequens eſt, cum eo rectè ſenſiſſe Caluinum, Zuvinglium, Bezam, Melanchthonem, & alios, quando ſuos errores temperarunt, ac limitarunt, vt Deus non malitiæ, ſed ſolius actionis author eſſet: vt ſequentibus ſectionibus oſtendemus. Confirmatur, quoniam aliquæ ex illis explicationibus tempore priores fuerunt, quam ſexta Seſſio Concilij Tridentini: ac proinde non eſt veriſimile, illas fuiſſe à Patribus ignoratas, aut approbatas; ſed potius vno verbi gladio, ſimul cum primo errore fuiſſe tranſuerberatas. *Cõfirmatur.*

SECTIO

SECTIO II.

Quid huius temporis hæretici dixerint de materiali actione peccati, præciſa ratione formali.

1. Niſi color ille obſcutus & languidus, quem atttitu quaſi limantis coticula radit ex ære, perſpicaciſſima, & exactiſſima obſeruatiooe cõparatus fuiſſer cum ignito ſplendore auri; nullus hominum perueniſſet ad tantam illius digooſcendi peritiam, quanta plurimi pollent artifices, vt lapidibus Lydus, cùm è vena rapuerint experimentum, protinus dicant, quantnm auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris ſcrupulari differentia mirabili ratione non fallente.

2. Propterea miretur nemo, ſi tot hæreticotum verba fideliter referentes, attenta cum obſeruatione nitamur deprehendere quidquid in illis eſt oon ſolùm Catholicæ fidei repugnans apertè, ſed etiam quod dubia quadam obſcuritate degenerat à ſplendore, ac ſynceritate doctrinæ, quam S. Patres & Concilia, præcipuè verò Tridentinum tradidit. Theologiæ ſtudioſos plurimos fore ſperamus Deo fauente, quibus ad dignoſcendam noſtræ ſententiæ veritatem, potens argumentum ſit, quod ex prædicta comparatione ſumitur: præſertim eum aliunde munitum ſit plurimis & validis fundamentis.

3. *Syncero animo afferuntur Theologica probationes.*

Interim tamen præmoneo, quod in ſimili argumẽti genere præfatus ſum variis in locis, nempe ſyncerum eſſe noſtrum animum afferendi probationes Theologicas, nulla, neque minima cenſura notando contrariam ſenteotiam. Itaque pro tenuitate noſtra, id tantum agimus, vt argumentorum ſolutionúmque colliſione exiliat, emicetque aliquando veritatis ſcintilla, quæ approbante Eccleſiæ Capite Summo, Ieſu Chriſti Vicario, accendat facem in cootrouetſia adhuc ancipiti omnibus Theologis præferendam.

4. *Præcipuum argumẽtum.*

Præcipuum argumentum ita conficipoteſt. Si Deus ſua voluntate, atque effectiuo concurſu mouet voluntatem noſtram, determinando illam ad materialem actionem peccati; Deus in re ipſa præſtat quidquid aliis verbis Deo adſcribunt huius temporis hæretici, quando ſuum errorẽ temperant & explicant: ſed Cõſequens eſt falſum, & ab impugnatoribus eorum communiter refutatum: ergo Antecedens non eſt admittendum. Explicatur & confirmatur, nam multi hæretici huius temporis totis viribus conantur defendere, Deum non peccare; neque eſſe authorem peccatorum, ſiue malorum, neque eſſe cauſam cur nos peccemus, neque mala voluntate velle, vt eliciamus actionem peccati: ſed ſolummodo aſſerunt, Deum lege & munere cauſæ vniuerſalis iuſtè atque bono fine determinare, ac neceſſitate voluntatem noſtram ad materialem actionem peccati, quam humana voluntas iniuſtè & contra legem Dei elicit.

Deus re ipſa præſtaret quidquid re ipſa ipſi adſcribunt hæretici.

Hæretici huius temporis errorẽ ſuum temperant.

5. Vt ſingula buius argumenti membra probentur, præmitto, me nihil in præſenti curare de antiqniſſima hæreſi, quæ à Simone Mago ad plures alios hæreſiarchas manauit, & apertè, ac ſioe ambagibus Deum facit authorem malorum & ſcelerum.

6. Dico igitur primò. Inter recentiores hæreticos Lutherus, Melanchthonus, & Caluinus aliquando eandem hæreſim tradiderunt, nulla fere, niſi leuiſſima diſtinctione adhibita, qua huius blaſphemiæ turpitudo tegeretur ex parte. Et primò quid Melanchthon dixerit, vidimus ſect. 1. prope init. Secundò. Lutherus apud Ruardum art. 7. de libero arbitr. longè poſt med. pag. 357. ſic loquitur: *Quomodo poteſt liberum arbitrium ſe ad bonum præparare: cùm neque in poteſtate ſua habeat vias ſuas malas facere? Nã & mala opera in impiis Deus operatur: vt Prouerb. 16. dicit Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Etiã impium ad diem malũ.* Et reliqua quæ ibidem teferuntur. *Lutherus.*

7. *Caluinus.* Tertiò. Caluinus lib. 2. Inſtit. cap. 4. §. 2. ait: *Idẽ ergo facinus Deo. Satanæ, homini aſſignari, videmus non eſſe abſurdum.* Rurſus quod Deus mandet Satanæ facinorum executionem, tanquam ſuo inſtrumento, quo vtitur ad ſua iuſta & arcana iudicia exequenda, frequenter repetit idem Caluinus: nam lib. 1. Inſtitutionum cap. 17. §. 1. ait, *Dæmones digitum mouere non poſſe, niſi quantum Deus mandauerit.* & lib. 2. Inſtit. cap. 4. §. 2. ait: *Dicitur & Deus ſuo modo agere quod Satan ipſe inſtrumẽtum cum ſit iræ eius, pro eius nutu ac imperio huc, atque illuc ſe inflectit, ad exequenda eius iudicia.* Nota imperium. & §. 4. ait: *Quod Deus obſtinatione pectus Pharaonis obfirmandum Satanæ mandauit.*

8. Poſtremò Deum excitare voluntates impiorum, & firmare eorum conatus ad exequenda ſua iudicia per miniſtrum iræ ſuæ Satanam, docuit Caluinus in eodem lib. 2. Inſtitut. cap. 4. §. 2. & Beza in aphoriſmo 22. quo ſuam & Caluini ſententiam explicat, docet, Deum excitare, mouere, impellere ſua inſtrumenta, ſcilicet, creatas voluntates ad quamcumque actionem etiam malam. Hæc omnia, quæ de Caluino & Beza retulimus, & plurima alia reperies apud Robertum Bellarminnm lib. 2. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati cap. 3. colum. 1. & 2. & col. vltima.

9. Dico ſecundò. Nihilominus eorundem aliorumque hæreticorum huius temporis communis explicatio ſui errotis talis eſt, vt Deus non velit, neque cauſet, neque neceſſitet ad malitiam, neque ad actionem, in quantum eſt peccatum; ſed ſolummodo ad materialem actionem peccati, in quantum eſt ens & bona: atque ita loquuntur non ſolùm Caluiniani diſcipuli ipſum explicantes, ſed etiam ipſe Caluinus, & Melanchthon, ſibi ipſi contratij. Sed videamus prius clariora teſtimonia.

10. Theodorus Beza, ex profeſſo ſuſcipiens explicandam ſuam & Caluini mentem triginta octo aphoriſmis, in 8. aphoriſmo ſic loquitur. *Non ſequitur ex iſtis vlla iſtarum blaſphemiarum, nempe, vel Deum eſſe authorem peccati, ſiue delectari iniquitate, aut etiam velle iniquitatem, vel Satanam aut homines malè agendo, obedire Deo, aut quatenus malè agunt, facere quod Deus vult.* Omnes iſtæ propoſitiones, quas tanquam blaſphemias deteſtatur Beza, pertinent ad rationem formalem peccati: vnde reſtat, vt apud illum Deus neque velit, neque cauſet, niſi ſolam materialem entitatem actus. Hæc retulit Bellarminus lib. 2. de amiſſione gratiæ cap. 2. fine.

11. Deinde in aphoriſmo 19. ait: *Quidquid agit Deus, bonum eſt, cùm à Summo bono nihil mali poſſit proficiſci: omnia autem efficit: omnia igitur bona ſunt, quatenus à Deo efficiuntur; & diſcrimen illud boni, & mali in inſtrumentis duntaxat locum habet.* Beza igitur Deum non facit authorem, & cauſam actionis in quantum mala eſt, ſed dumtaxat, in quantum bona eſt, ſecundùm ſuam rationem

rationem materialem entis & actionis. Rurſus quod ait, rationem mali habere locum in inſtrumentis duntaxat, intelligit in voluntatibus creatis, quas more ſuo & aliorum hæreticorum appellat inſtrumenta Dei, non ſolùm ad opera bona, ſed etiam ad opera peccatorum.

12. Idem in aphoriſmo 21. *Mala inſtrumenta*, inquit ille, *mala, inquam, non ex creatione, ſed ex corruptione, quatenus quidem agunt, malè ſemper agunt, ideóque iuſtè incurrunt iram Dei: quatenus autem Deus per illa agit, bono Dei operi vel inuita, vel per ignorantiam ſeruiunt. Nam Deus per quæcumque agat inſtrumenta, ſemper bene agit.* Perpende quomodo dicat, actionem, vt eſt actio voluntatis creatæ, eſſe malam; ſed vt eſt actio Dei, & quatenus Deus per inſtrumenta agit, non eſſe malam, ſed bonam. Quod idem fuſiùs explicat aphoriſmo 31. Hæc & alia his ſimilia inuenies apud Bellarmin. dict. lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 3. ad finem. Quorum mentionem etiam facit Vaſquez 1. p. diſp. 99. cap. 4. num. 22.

13. Caluinus autem ſibi contrarius in libro de æterna Dei prædeſtinatione iuxta Geneuenſem editionem anni 1552. pag. 944. ſic loquitur: *Quatenus mala ſunt quæ malo animo perpetrant homines, Deo minimè placere fateor; ſed quod otioſum ea permittere, fingunt, quæ Scriptura non tantum eo volente, ſed authore, fieri pronuntiat, nimis friuolum eſt effugium.* Plura in eandem ſententiam ex Caluino videbimus ſectionibus ſequentibus: præſertim verò ſectione 3. num. 3. & 4. & ſect. 5. in fine.

14 Zuuinglius in ſermone de Prouidentia cap. 5. ait: *Numen ipſum author eſt eius, quod nobis iniuſtitia eſt; illi verò nullatenus eſt.* Nota illud vnum, quod Dei comparatione non eſt iniuſtitia, ſed comparatione noſtræ voluntatis eſt iniuſtitia, non eſſe formale peccati, ſed materiale. Nam formale peccati ſemper & quidditatiuè eſt iniuſtitia, & in quantum tale ſemper, & quidditatiuè reſpicit eam voluntatem ſolummodo, cuius comparatione eſt iniuſtitia.

15. Vnde etiam cap. 6. ait: *Quod Deus operatur per hominem, homini vitio vertitur, non etiam Deo.* & infra: *Vnum igitur atque idem facinus, putà adulterium, aut homicidium, quantum Dei eſt, authoris, motoris, impulſoris, opus eſt, crimen non eſt: quantum autem hominis eſt, crimen eſt, ſcelus eſt.* Pondera verba, ex quibus ſumitur hæc propoſitio: Adulterium in quantum eſt opus, & non in quantum eſt crimen, eſt Dei, vt authoris, motoris, impulſoris. Ergo ſecundùm rationem materialem actionis, & non ſecundùm rationem formalem peccati, Deus determinat voluntatem hominis ad crimina, ſecundùm Zuuinglium. Inferiùs autem ſubiungit rationem, ob quam Deus hominibus iniuriam non faciat, quamuis eorum voluntates ad mala opera moueat; quia voluntates omnium ſunt inſtrumenta Dei, magis ſua, quàm cuiuſque artificis ſua inſtrumenta. Hæc & his ſimilia refert Bellarmin. tom. 3. lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 3. col. 1. & Vaſquez 1. p. diſput. 99. cap. 4. num. 21. & 22.

16. Philippus Melanchthon in locis communibus editis anno 1536. titulo *De cauſa peccati*, ex profeſſo refellit ſententiam, quæ in Deum refert actiones malas: & in libello adiuncto definitionum Theologicarum, palam monet, *firmiſſimè, & tanquam vtraque manu tenendam eſſe ſententiam, quæ negat Deum vllo modo eſſe authorem peccati.* Atque ob eandem cauſam multi Lutheranorum vt Heshuſius, Caſtellio, & alij Caluini ſententiam de cauſa peccati, quam retulimus aſſertione prima, libris editis refutarunt.

Imo & ipſe Lutherus magna ex parte mutauit ſententiam de neceſſitate ad peccandum, impoſita per diuinam prouidentiam, cum in libro de viſitatione Saxonica doceat, liberum eſſe arbitrium in rebus ciuilibus tam ad bonum, quàm ad malum. Quæ in hoc & proximè præcedenti §. retuli, notauit exactiſſimus, accuratiſſimúſque obſeruator & acerrimus impugnator errorum Robertus Bellarm. dicto lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 1. fine. Partim etiam Ruardus art. 7. longè poſt med. pag. 360. dum ſcribit quæ retractauit Melanchthon: & partim etiam Gregorius de Valentia in tomo 2. diſp. 6. q. 9. punct. 1. ſub initium. 17.

SECTIO III.

Præcedentis argumenti confirmationes ex ſolutionibus hæreticorum, de fine diuinæ voluntatis, & de cauſa morali & ſubiectione ad legem.

EA, quæ in præcedenti ſectione, aſſertione 2. diximus, confirmantur diſcurrendo per omnes aut præcipuas excuſationes, ob quas diuina prouidentia liberari ſolet à malitia, & inordinato affectu ad peccatum; etiamſi phyſica neceſſitate illationis prædeterminet ad materialem entitatem actionis, cui neceſſariò annectitur malitia. Quarum excuſationum aliquas referemus ſectione ſequenti. 1.

Dico igitur primò. Si diuinus concurſus phyſica illationis neceſſitate prædeterminat actionem materialem peccati: non erit ſufficiens ratio, vt Deus excuſetur à malitia, quamuis in hoc concurſu optimum finem Deus intendat, & ſua perfectiſſima voluntate dignum, homo verò malum finem intendat. Probo, quia hæretici huius temporis, quando explicant, atque temperant ſuum errorem, non ſolùm dicunt, Deum, neque velle, neque cauſare malitiam; ſed tantùm actionem, in quantum actio eſt: vt vidimus ſectione præcedenti: ſed præterea ſubiungunt rationem, qua Deus excuſetur omnino à malitia, & accuſetur creata voluntas: quia nimirum Deus non intendit malum finem, ſed propter optimum finem mouet ad eaſdem ipſas actiones, quas creata voluntas ex intentione mali finis operatur. Nihilominus non ſolùm primus eorum error, ſed etiam prædicta illius limitatio & explicatio refutatur à Catholicis, tanquam diuinæ bonitati contraria, & ſibi ipſi malè cohærens. 2.

Non erit ratio, vt Deus excuſetur à malitia.

Probatur.

Hæretici Deū non velle, neque cauſare malitiam, ſed tantùm actionem, in quantū actio eſt, aſſerunt.

Antecedens probatur, nam Caluinus in Inſtructione aduersùs Libertinos capite 14. ſic loquitur: *Magna eſt differentia inter opus Dei, & opus impij, cum Deus eo vice inſtrumenti vtitur. Impius enim ſua auaritia, aut ambitione, aut inuidia, aut crudelitate, incitatur ad facinus ſuum, neque alium finem ſpectat. Ideò ex radice illa, id eſt ex animi affectione, & fine, quem ſpectat, opus qualitatem ſumit, & meritò malum iudicatur. Sed Deus reſpectum omnino contrarium habet, nempe vt* 3.

Caluinus.

iuſtitiam ſuam exercéat,&c.Refert Bellar.lib.2.de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati,capite 3.col.4.

4. Rurſus idem Caluinus: *Negamus*, inquit, *Deum eſſe mali authorem, quia in hac voce certa eſt notatio praui affectus, maleficium enim æſtimatur ex fine quo quiſque tendit.* Hæc refert Stapletonus in antidoto in Acta cap.2. ad illa verba verſ. 23. *Hunc definito conſilio*,&c.pag.6.in fine.

5. Caluinus & Beza agnoſcunt hoc diſcrimen diuinę volũtatis ab humana in operatione actionis, cui adiuncta eſt malitia. Ac proinde in ſuæ ſententiæ confirmationem vſurpant illa verba

Auguſtinus.

Auguſtini in Enchirid. cap. 101. *Fieri poteſt, vt hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona, tantum intereſt, quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem ſuam quiſque referat voluntatem, vt aut probetur, aut improbetur.* Hæc vſurpari à Caluino & Beza in ſui erroris confirmationem refert Bellarm. tom. 3. lib.2.de amiſſione gratiæ c.16.col.4.

6. *Actor.2.*

Beza explicans illud Actor. 2. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum*,&c. ait, *Deum non modo cognouiſſe futuram Iudæ perfidiam, & Iudæorum ſcelus, ſed etiam æterno & immutabili conſilio in optimum finem definiuiſſe.* Vt refert Stapletonus in antidoto in Acta Apoſt. cap.2. verſ.23.

7. Addit præterea Beza: *An verò propterea vel innocens Iudas, vel in eius cauſa particeps Dominus? Minimè. Nam bene ſemper agit Dominus quibuſcumque vtatur inſtrumentis. Et in eodem opere agit aliud bonus Deus, mundum ſibi reconcilians; aliud verò Iudas, ſanguinem innocentem prodens.*

Ad intentionem boni finis confugit Beza.

Quibus in verbis Beza confugit ad intentionem boni finis, ne Deus ſit particeps culpæ, vt optimè annotauit Stapletonus in antidoto in Acta cap.2.pag.7.& 8.

8. Idem Beza in reſponſione ad Sebaſtianum Caſtellionem in refutatione ſecundæ calumniæ inſiſtit in hac ratione, quæ ſumitur ex optimo fine declarandi gloriam ſuæ ſeueritatis in lapſu Adami, & concludit: *Oportuit ergo Deum quoque hanc vnicam viam ſibi aperire, id eſt, Adami lapſum ordinare, ſed ad eum, quem dixi finem; qui cùm ſit iuſtiſſimus & ſanctiſſimus, iuſtam quoque ipſius ordinationem eſſe conſequitur.* Refert Bellar. lib.2.de amiſſione grat.c.3.col.4.

9. Imò etiam Melancbthon in ea ipſa explicatione epiſtolæ ad Rom. cap. 8. vbi paulò antea dixerat, Iudæ proditionem, ſicut vocationem Pauli eſſe opus Dei, poſt pauca ſubiungit Dei excuſationem ex optimo fine deſumptam, dicens: *Nam & ipſa mala, quæ fiunt, ipſe ordinat ad ſuam gloriam. ſicut ait Pharaoni: In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te maieſtatem tuam.*

10. *Excuſari potuiſſet Iudas à facinore proditionis.*

Probatur ſecundò, quoniam aliàs excuſari potuiſſet Iudas à facinore proditionis, ſi habuiſſet eam intentionem, quam Caïnani hæretici tribuebant, dicentes Iudam præcognouiſſe fructum ex paſſione colligendum: & eo conſilio *bonum opus nobis feciſſe ad ſalutem.* Vnde inferebant *oportere nos laudem ipſi retribuere: quoniam per ipſum parata eſt nobis crucis ſalus.* Quo ſuppoſito ſic argumentor.

Argumentũ.

Iudas etiamſi non ex auaritia, ſed ex prædicto fine tradidiſſet Dominum, adhuc non excuſaretur à malitia. Ergo finis bonus non ſufficit excuſare, ſi aliunde actio eſt quidditatiuè rationi contraria: vt ſuprà diſp. 27. ſect.4. Prædictum delirium à Caïnanis excogitatum ſcribit Epiphanius lib. 1. cap. 38. & Tertullianus de præſcriptionibus c.47. Baronius ad annum Chriſti Domini 145. tom.2. pag.105.

Probatur tertiò, quoniam ſi ordinatio actionis noſtræ ad optimum finem excuſat Deum, vt ſanctè & honeſtè velit & prædeterminet noſtras materiales operationes, quæ ſunt ab intrinſeco malæ, id ſatis eſſet vt verificaretur ſententia quorundam antiquorum dicentium, quod licet *Deus non velit mala; vult tamen mala eſſe vel fieri.* 11.

Quorundam antiquorum ſententia.

Quibus verbis denotatur diſtinctio inter rationem mali ex vna parte, & rationem entis ac rationem actionis, quæ denotatur per eſſe vel fieri. Cuius rationem reddebant ex fine bono ad quem ordinabantur à Deo. Nimirum, *quia licet mala non ſint bona: bonum tamen eſt, mala eſſe vel fieri, quod ideo dicebant, quia ea quæ in ſe mala ſunt, ordinantur ad aliquid bonum, quem ordinem importari credebant, in hoc quod dicitur, mala eſſe vel fieri.* His ipſis verbis hunc errorem antiquorum refert S. Thomas in præſenti q.19. art. 9. ad 1. Et nos impugnauimus ſupra diſp. 26.ſect. 2. Vnde clarius conſtat, hos aſſertores reſpexiſſe ad rationem boni & entis repertam in malis operationibus, & ad fines optimos, quos Deus ex illis colligere decreuit.

S Thomas.

Dico ſecundò. Si actionem materialem peccati diuinus concurſus prædeterminat phyſica neceſſitate illationis; non erit ſufficiens ratio, vt Deus excuſetur à malitia, dicere, Deum non eſſe cauſam moralem, ſed ſolummodo cauſam phyſicam illius actionis. 12.

Probatur.

Probatur, nam hæretici huius temporis, quando explicant, atque temperant ſuum errorem, negant Deo quidquid pertinet ad moralem cauſalitatem (quamuis non iſtis, ſed aliis verbis) & ſolummodo relinquunt phyſicum concurſum impellentem, & neceſſitantem ad actionem. Nihilominus hoc ipſum temperamentum & declaratio refutatur ab eorum impugnatoribus, tanquam inuoluens contradictionem, & diuinæ bonitati repugnans.

Multa ſunt membra, quæ ſub morali cauſalitate continẽtur, de quibus non ſolùm in ſequenti concluſione, ſed etiam in ſectionibus ſequentibus. Nunc verò de præcipuo illius membro dicamus. 13.

Deum non eſſe cauſam moralē operationis malæ, docet Caluinus.

Quod igitur Deus non ſit cauſa moralis, quaſi præcipiens, vel conſulens operationem malam; ſed potiùs illam prohibeat, docet Caluinus & Beza clarius, quam alij, & Caluinus quidem his verbis: *Vtcumque exequantur impij, quod apud ſe Deus ſtatuit, nihil tamen minus quam Deo obediunt. Nam obedientia ex voluntario affectu naſcitur: illi demum obediunt Deo, qui opera ſua exigunt ad legis regulam: deinde eius imperio ſe voluntarij ſubijciunt. Nihil tale in omnibus impijs cernemus. quos Deus huc vel illuc neſcientes impellit.* Refert Stapletonus in antidoto in Acta c. 2. ad illa verba verſ.23. *Hunc definito conſilio*,&c.pag.5.in fine, & pag.6.initio.

Vnde ſic argumentor ex mente huius hæretici. 14.

Argumentũ.

Homines impij ad ſua opera non mouentur ex eo, quod Deus illa præcipiat vel conſulat. Ergo Deus non mouet ad illa vt cauſa præcipiens vel conſulens. Antecedens conſtat ex verbis citatis, quia impij, neque ſciunt, quo ferantur Dei motione, neque intendunt obedire diuino pręcepto, vel conſilio, neque exigunt ſua opera ad legis regulam, qualis eſt diuinum præceptum, aut conſilium.

Confirmatio.

Cõfirmatur verbis eiuſdem Caluini in lib. 1.Inſtit. c.17.ſect.6.dicentis: *Id requirit vnũ Deus à nobis, quod præcipit, ſi quid aduerſus præceptũ deſignamus, nõ obediẽtia eſt, ſed cõtumacia, & trãſgreſſio.*

At

At niſi vellet, non faceremus: fateor. Hæc refert Gregnrius de Valentia tom. 2. diſp. 6. q. 9. punct. 1. ſub initium.

15. *Homines malè agendo non obedire Deo aſſerit Beza.* Theodorus Beza in aphoriſmo 8. ſicut Caluinus aſſerit, *homines, malè agendo, non obedire Deo,* vt ſectione præcedenti aſſertione 2. retuli. Sed clarius in aphoriſmo 31. ait: *Iſte eædem actiones, quatenus à Satana, & malis, per Satanam, & per propriam concupiſcentiam ſollicitatis proficiſcuntur, eatenus demum peccata ſunt, quæ Dominus iuſtè ſuo tempore vlciſcitur. Nunquam enim Dominus peccata, quatenus peccata ſunt permittit, imò ſemper prohibet ac vetat.* Refert Bellarm. dicto lib. 2. de amiſſione gratiæ cap. 3. ad finem. Vide quomodo etiam Beza confiteur, Deum nemini concedere licentiam vel diſpenſationem ad peccandum: ſed potius ſemper ſua lege prohibere omnia peccata. Idem conſtat ex Zuvinglio ſtatim citando.

16. Dico tertiò. Hæretici eam etiam rationem adiungunt, qua defendant, Deum non eſſe cauſam moralem peccati, quia non agit contra legem: quin potius hominem impium, etiam ſi agat vt inſtrumentum Dei agere contra Dei legem, & ideo peccare. Ita Zuvinglius in ſermone

Zuvinglius. de prouidentia cap. 5. dicens: *Cum Deus Angelum vel hominem tranſgreſſorem facit; ipſe tamen non tranſgreditur, vt qui contra legem non veniat. Non eſt igitur peccatum quod Deus fecit: ſed homini atque Angelo eſt, illos enim lex premit atque accuſat. Deo autem cum creaturis ſuis liberè licet agere non minus, quàm patri familiæ cum rebus ſuis: quàm figulo cum luto. Vtcunque igitur creaturam huc impellat aut illuc agat, tantum abeſt, vt peccet, vt hac citra inſigne bonum non faciat, cum interim homo, cui lex eſt præfixa, etiam cum impellitur, peccet; aduerſus enim legem operatur.*

17. Et in eodem ſermone cap. 6. *Quod Deus facit,* ait, *non eſt peccatum, quia non eſt contra legem, illi enim non eſt lex poſita, vtpote iuſto.* Plura lege apud Bellarm. lib. 2. de amiſſione grat. & ſtatu peccati cap. 4. col. 3. 5. *tertia ratio.*

SECTIO IV.

Tres aliæ hæreticorum excuſationes de vniuerſalitate cauſæ prima: de ſpontaneo cauſæ ſecundæ, & inſcrutabilibus Dei iudiciis.

1. Dico primò. Dei concurſum neceſſitantem ad actionem peccati, excuſant etiam hæretici, quoniam Deus eſt cauſa vniuerſalis & remota, & quoniam à cauſa particulari prouenit malitia. Vnde colligi, hanc etiam rationem non eſſe ſufficientem, vt Deum excuſet, quamdiu ſimul aſſeritur, Deum determinare neceſſitando, & non expectare determinationem creatæ voluntatis ad malum, cui cooperetur, contra ſuam primariam propenſionem.

2. Probatur, nam Beza non ex ſua tantum, ſed etiam ex Caluini ſententia in prioribus ſeptemdecim aphoriſmis nihil aliud docet, niſi, Deum eſſe cauſam primam omnium rerum quæ fiunt; & determinaſſe omnia ab æterno, ante omnem præuiſionem determinationis ſecundarum cauſarum: Secundas verò cauſas, ſiue eæ ſint rationis expertes, ſiue rationis participes, in omni opere ſuo eſſe inſtrumẽta Dei. Vnde poſtea in aphoriſmo 18. ſic loquitur: *Iam igitur illa ad Deum*

Beza. *ipſum accommodemus, cuius efficaciatem ante probauimus in omnibus quæ fiunt, interuenire ſine vlla exceptione: & ita quidem, vt per ea, quæ condidit, tanquam per inſtrumenta exequatur pro tempore quidquid ab æterno decreuit.* Atque ex his principiis deducit in ſequentibus aphoriſmis, Deo non eſſe imputandam malitiam, ſed ſolis inſtrumentis Dei: vt refert Bellar. dicto lib. 2. c. 3. & vidimus ſect. præced. n. 15. & ſect. 1. n. 10. 11. & 12.

Buccerus ad Rom. 1. ad illa verba: *Tradidit illos Deus,* &c. ait: *Ex hoc quod Deus non ſit efficax noſtra induratonis cauſa, noſtræq; traditionis in deſideria mala, conſequitur, Deum non eſſe Deum, hoc eſt, rerum omnium primam & totam cauſam:* vt refert Sotus lib. 1. de natura & grat. c. 18. initio. 3. *Roman:*

Caluinus in lib. de æterna Dei prædeſtinatione pag. 946. iuxta editionem Geneuenſem anni 1552. *Ergo,* inquit, *cum iuſta de cauſa, licet nobis ignota, à Domino procedant quæ ſceleratè ab hominibus maleficia perpetrantur, etiam ſi rerum Prima cauſa ſit eius voluntas, peccati tamen eum eſſe authorem nego. Neque vero obluſione tegenda eſt illa, quam poſui cauſarum diuerſitas, quod alia eſt propinqua, alia autem remota cauſa: vt ſciamus quam longa inter æquabilem Dei prouidentiam, & turbulentos hominum impetus ſit diſtantia.* Obſerua primò illa verba: *Etiam ſi rerum prima cauſa ſit eius voluntas.* Deinde illa: *Cauſa remota & æquabilis.* Quas obſeruationes adhibuit Caluinus, vt defendat, ex motione Dei neceſſitante ad actiones peccatorum non colligi, Deum eſſe authorem peccati. Citata verba refert Bellar. lib. 2. de amiſſion. grat. & ſtatu peccati c. 3. col. 4. initio. 4.

Idem Caluinus, vt explicet quomodo in primam & vniuerſaliſſimam cauſam non ſit referenda malitia, ſed in cauſam particularem, eiuſque prauam diſpoſitionem, vtitur exemplo Solis & cadaueris, dicens: *Vnde quæſo fœtor in cadauere, quod calore Solis tum putrefactum, tum reſeratum fuerit? Radiis Solis excitari omnes vident, nemo tamen illos (ſcilicet radios) fœtere ideò dicit. Itaque cùm in homine malo ſubſideat mali materia & culpa: quid eſt quod inquinamentum aliquod contrahere putetur Deus; ſi ad ſuum arbitrium vtatur eius miniſtro?* Hæc ſcribit Caluinus lib. 1. inſtitutionum cap. 17. §. 5. & ſimilia reperit in inſtructione contra Libertinos cap. 14. & in epiſtola contra Franciſcanum quemdam Libertinum, apud Bellarm. lib. 2. de amiſſ. grat. & ſtatu peccati cap. 5. col. 4. 5.

In qua ſimilitudine Caluini ponderandum eſt, primò, illam eſſe valdè accommodatam, vt Dei concurſum vniuerſalem excuſet ab omni malitia; ſi Dei concurſus non neceſſitat, neque ex ſe determinat, aut impellit nos ad actiones, quas inſeparabiliter malitia conſequitur. Sub hoc nimirum ſenſu ſancti Patres, & communiter Scholaſtici deſumunt argumentum à ſimili Solis, & aliarũ cauſarum vniuerſalium, quemadmodũ Hieronymus in id Eccleſiaſtis 7. *Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit.* & epiſtola 150. ad Edibiam q. 10. poſt med. vtitur exemplo Solis indurantis lutum, & liquefacientis ceram. Cuius paritatem, ac diſparitatem explicat S. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. corpore. E contrario tamen ſi Deus determinat & neceſſitat voluntates noſtras ad omnem actionem, cui malitia inſeparabiliter adiungitur, idque independenter à noſtra libera electione præuiſa: iam Solis exemplum eſt omnino 6. *Dei concurſus non neceſſitat nos ad actiones, quas inſeparabiliter malitia conſequitur* *Eccleſiaſtiæ. 7.*

contrarium rei ad quam explicandam adducitur: vt colligere quiuis poterit ex multis teſtimoniis Patrum, quæ retulimus præcedenti tomo de ſcientia diſp. 25. ſect. 11. Nunc enim ſolummodo intendo probare, huiuſmodi exempla non eſſe opportuna, neque ſufficere ad excuſandum Deum à malitia, quandiu aſſeritur, Deum prædeterminare actiones materiales peccati per phyſicam neceſſitatem illationis.

7\. Dico ſecundò. Vt à malitia Deum excuſes, totámque culpam refundas in homines, non ſatisfacit illa ratio, quod homines propterea peccant, quia ſua ſponte peccare volunt, quamuis neceſſitate inducti à diuina prouidentia. Nam etiam Theodorus Beza vtitur eiuſmodi excuſatione in ſua reſponſione ad Sebaſtianum Caſtellionem de æterna Dei prædeſtinatione, in refutatione ſecundæ calumniæ, dicens: *Quærenda eſt vitiq origo in inſtrumentorum ſpontaneo motu, quo fit, vt Deus iuſtè decreuerit, quod illi iniuſtè fecerunt. At enim dices: Non potuerunt reſiſtere Dei voluntati, id eſt decreto: fateor, ſed ſicut non potuerunt, ita etiam noluerunt. Verum non poterant aliter velle. Fateor, quoad euentum & energiam; ſed voluntas tamen Adami coacta non fuit.* Hîc vides accuſari homines, ac ſubinde excuſari Deum, quia homines ſponte non coacti peccare velint, quamuis ſuppoſito Dei decreto, non potuerunt non velle. Nam quod alioqui in ſenſu diuiſo, & præciſo decreto potuerint non velle, apertum erit legenti eorundem hæreticorum verba, quæ refert Bellarm. lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 3. col. 4.

Eiuſmodi excuſatione vtitur Beza.

8\. Sotus autem lib. 1. de natura & grat. cap. 17. refutans Lutherum, Melanchthonem, & Buccerum in 2. argumento ita refert eorum euaſionem. *Sed aiunt, quod quamuis omne peccatum voluntate committatur, non tamen omne fit liberè.* Contra quos rectè docet, idem eſſe, fieri voluntate ſecundùm rationem voluntatis, & fieri liberè. Additque *inde conſequens fore manifeſtè, Deum neceſſitatem inferre nemini ad peccandum.*

9\. Dico tertiò. Si Deus determinat nos atque neceſſitat, vt eliciamus actiones, quibus malitia inſeparabiliter inhæret: non ſatisfacit illa excuſatio Dei, & accuſatio hominum, quæ recurrit ad incognita & abſtruſa iudicia Dei. Nam & Caluinus lib. 3. Inſtitut. cap. 23. §. 9. vtitur eadem excuſatione his verbis: *Excuſabiles peccando haberi volunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi neceſſitatem, præſertim cùm ex Dei ordinatione ſibi iniiciatur huiuſmodi neceſſitas. Nos verò inde negamus ritè excuſari: quandoquidem Dei ordinationi, qua ſe exitio deſtinatos conqueruntur, ſua conſtet æquitas, nobis quidem incognita, ſed illi certiſſima.* Apud Bellarmin. lib. 2. de amiſſione grat. cap. 3. col. 3. Vide quæ diximus præcedenti tomo de ſcientia diſp. 59. præſertim ſect. 1.

Caluinus.

10\. Denique Epiphanius lib. 1. hæreſi 38. refert Caïnanos aggreſſuros quaſcumq; nefarias actiones, quas diuerſis Angelis attribuebant, ſic dicere ſolitos eſſe: *O tu Angele, vtor tuo opere; ô tu Poteſtas, ago tuam actionem.* Nunc finge hominem aliquem quando aggreditur materialem actionem blaſphemiæ, periurij, homicidij, & cuiuſque ſceleris, ita Deum alloqui. O Deus, vtor tuo opere; ô ſumma Poteſtas, ago tuam actionem. Et inquiro vtrum hæc oratio cenſenda ſit pietati conſentiens? Nam ſi vera narrat, & quæ pertinent ad ſupremam poteſtatem Primæ cauſæ, non poteſt eſſe pietati contraria.

Epiphanius.

SECTIO V.

Referendo fundamenta hæreticorum confirmatur argumentum poſitum in ſectione prima.

Ratio confirmans hæc eſt. Omnia vel præcipua fundamenta, quibus probari ſolet phyſica prædeterminatio, neceſſitans ad actionem materialem peccati, afferuntur ab hæreticis ſupra citatis ad probandam ſuam illam prouidentiam & efficacitatem Dei, neceſſitantem ad eaſdem actiones peccati, in quantum actiones & bonæ ſunt. Sed ad hoc probandum debilia & fallacia ſunt illa fundamenta. Ergo etiam ad probandam prædeterminationem cenſenda ſunt eſſe inſufficientia, quamdiu non reperitur aliqua ſolida ratio diſcriminis, propter quam vnum probetur legitimè, aliud verò fallaciter. 1.

Præcipua fundamenta probantia phyſicã prædeterminationem adducuntur ab hæreticis.

Primum fundamentum eſt vis & concurſus cauſæ vniuerſalis, quæ debet mouere & determinare ad omnes actiones nulla excepta. Sed de hoc dixi ſatis ſectione præcedenti, aſſertione 1. Secundum fundamentum eſt ratio inſtrumenti, quæ quidditatiuè conuenit cuicumque cauſæ ſecundæ, etiam ipſi voluntati, vt quoad omnes actiones ſiue bonas, ſiue malas, in quantum actiones ſunt, debeat eſſe inſtrumentum Dei. Quod fundamentum ſæpe repetunt hæretici locis, quæ retuli in præcedentibus ſectionibus, & aliis multis in locis, quæ prætermittuntur. 2.

Secundum fundamentum.

Hoc fundamentum ſæpe repetunt hæretici.

Tertium fundamentum eſt diuinæ ſcientiæ atque prouidentiæ perfectio, determinatio, ac certitudo, cui repugnat aliquid decreuiſſe ad finem ſibi ambiguum, & indeterminatum: reliquiſſe verò determinandum à creata voluntate, Debet quippe Deus omnia certo ſcire; eo quod ipſe prædefiniat, & ſtatuat omnia. Sic Caluinus libro 3. inſtitut. cap. 23. §. 7. contra Catholicos ita argumentatur: *Negant decretum fuiſſe à Deo, vt ſua defectione periret Adam. Quaſi verò idem ille Deus, quem ſacra Scriptura prædicat, facere quæcumque vult, ambiguo fine condiderit nobiliſſimam ex ſuis creaturis.* Et paulò poſt: *Inficiari nemo poteſt, quin præſciuerit Deus, quem exitum eſſet habiturus homo, antequam ipſum conderet, & ideo præſciuerit, quia decreto ſuo ſic ordinauerit.* Refert Bellarm. lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 3. col. 3. Nota illa verba *Ambiguo fine*; deinde nota poſtremam cauſalem, *& ideo præſciuerit, quia ſic ordinauerit*: quæ cauſalis ſicut vera eſt in bonis actionibus; ita etiam in malis actionibus falſa eſt: vt ex præcedentibus quatuor, & pluribus ſequentibus diſputationibus conſtabit: nec non ex dicendis in ſequenti fundamento. 3.

Caluinus.

Quartum fundamentum ſumitur ex Scripturæ teſtimoniis, quæ dicunt à Deo prædefinitũ fuiſſe aliquem bonũ effectum reſultantem ex facinoribus hominum, ac præſertim illud Actuum c. 2. *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum, affligentes intereniſtis.* Quod teſtimonium Caluinus ad ſuam hæreſim confirmandam ponderat his verbis: *Iſta duo diſtinguere nos oportet, atque eo diligentius, quod multi in hac parte falluntur; præterito enim conſilio Dei, quo moderatur totum Orbem, nudam præſcientiam arripiunt. Inde vulgaris illa diſtinctio,* 4.

Actuum 2.

Hoc teſtimonium ponderat Caluinus ad ſuam hæreſim confirmandam.

quod

quod tametſi prænidet Deus omnia, nullam tamen creaturis imponit neceſſitatem. Sed hic videmus non tantum à Deo præuiſum quidquid Chriſto accidit; ſed ab eo fuiſſe decretum. Hinc autem colligi debet generalis doctrina, qua Deus non minùs in totius mundi gubernatione, quam in ordinanda morte Chriſti, ſuam prouidentiam oſtendit. Dei ergo eſt non modo futura præſcire; ſed ſuo arbitrio ſtatuere, quid fieri velit.

5. Obſerua præſertim illa verba: *Tametſi Deus omnia prænidet, nullam tamen creaturis imponit neceſſitatem.* Hoc enim eſt quod maximè in doctrina Catholicorum de prouidenria Caluinum & alios hæreticos vexat. Deinde obſerua totam ſeriem huius fragmeuti deſtinatam eſſe ad probandam prædeterminatiooem cuiuſcumque actionis, ſiue bonæ, ſiue malæ, argumento ſumpto à perfectione, & vrilitate diuinæ prouidentiæ explicatæ Act. 2.

Huius fragmenti ſeries deſtinata ad probandam prædeterminationem.

6. Beza ad eundem errorem confirmandum, eodem teſtimouio Actorum 2. vtitur his verbis: *Certè nullum vnquam facinus in terris editum eſt, quod cum Iudæ perfidia & Iudæorum ſcelere ſit comparandum, & tamen apertè dicit Spiritus ſanctus, Deum non modo hæc futura cognouiſſe ab æterno; ſed æterno & immutabili ſuo conſilio in optimum finem definiuiſſe. Et niſi hoc fateamur, neceſſe eſt, vt in noſtra redemptione conſilium Dei non interueniſſe dicamus.* Hoc & præcedeus teſtimonium Caluini, aliáque ſimilia refert Stapletonus antidoto in Acta Apoſtolica cap. 2. verſ. 23. pag. 4. & 7. Et eiſdem verbis Actorum 2. Melanchthon vtitur ad eundem errorem confirmandum apud Ricard. art. 7. pag. 359.

Eodem teſtimonio vtitur Beza.

7. Sic etiam Lutherus vt probet illam hæreticam neceſſitatem, qua liberum arbitrium flectatur ad quamcumque actionem, ſiue bonam, ſiue malam, adducit hiſtoriam Balaan Num. 24. & illud Prouerb. 16. *Cor hominis cogitat viam ſuam, & Dominus dirigit greſſus ſuos.* Et cap. 21. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.* Et Epheſior. 1. *Deus operatur omnia in omnibus.* Et inter alia ſic loquitur: *Fratres Ioſeph omnes cogitauerunt eum occidere, & ecce ipſa cogitatio à Deo non erat in eorum arbitrio, vt etiam in contrarium mox omnia cogitarent, ſicut dixit: Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum.* Hæc reperies apud Roſenſem contra Lutherum art. 36. à fol. 341. vſque ad 345. Ad cuius explicationem vide obiectiones ſoluendas in ſectione ſequenti.

Prouerb. 16. & 21.

Epheſior. 1.

8. Quintum fundamentum præcedenti ſimillimum ex teſtimoniis Scripturæ, in quibus Deus dicitur excæcare, obdurare, & ſimilia facere. Vnde Caluinus in lib. 1. Inſtirut. cap. 17. §. 2. ait: *Certè niſi intus operetur in mentibus hominum, non rectè dictum eſſet, auferre labium à veracibus, & ſenibus prudentiam.* & paulò poſt: *Sed nihil clarius poteſt deſiderari, quam vbi toties pronuntiat, ſe excæcare hominum mentes, ac vertigine percutere, ſpiritu ſoporis inebriare, inentere amentiam, obdurare corda. Hæc etiam ad permiſſionem multi reiiciunt, ac ſi deſerendo reprobos, à Satana excæcari fineret. Sed cum disertè exprimat Spiritus, iuſto Dei iudicio infligi cæcitatem, & amentiam; nimis frigida eſt ſolutio.* Hæc refert Bellarm. lib. 2. de amiſſione gratiæ cap. 3. col. 2. in quibus notandum eſt, eam permiſſionem à Caluino refutari, ex vi cuius ſit in poteſtate hominis operari malum & non operari, vt ex plurimis locis eiuſdem, & aliorum hæreticorum conſtat, quæ referre & ſigillatim expendere, nimis foret operoſum.

Caluinus.

9. In hoc genere frequentius ponderant hæretici, quod de Pharaonis obduratione dicitur Exo. 9. & Roman. 11. & illud Rom. 1. *Tradidit illos Deus*, &c. vt videre eſt apud Roſenſem art. 36. contra Lutherum fol. 340. & ſequentibus, & apud Ruard. art. 7. pag. 357. ex Luthero, & pag. 359. ex Melanchthone, inſuper apud Sotum lib. 1. de natura & grat. cap. 17.

10. Sextum fundamentum ex locis Scripturæ ſacræ, in quibus variæ inſtrumentorum actiones tribuuntur hominibus, quando aguntur ad peccatorum opera. Quemadmodum Caluinus in antidoto ad 6. Canonem Trident. ſeſſ. 6. ait: *Sed permiſſiuè tantum agere Deum in malis, cui perſuadeant, niſi qui totam Scripturæ doctrinam ignorat? magis eum vrgent ſententiæ, quæ reprobos teſtantur ſanctificatos eſſe ad opus Dei exequendum: eſſe eius retia, gladios & ſecures, quæ manu eius reguntur, excitari eius ſibilo, &c.*

Caluinus.

11. Septimum fundamentum ex variis teſtimoniis Auguſtini, veluti Enchirid. cap. 100. & 101. & de gratia & libero arbitrio cap. 20. & 21. ſed præcipuè de lib. 5. contra Iulian. cap. 3. Notandum eſt quod Caluinus in Antidoto poſt nuper citata verba ſubintulit. *Nec verò reprehendetur, quod alibi ſcribit Auguſtinus, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum, idque iudicio ſuo interdum aperto, interdum occulto: ſemper autem iuſto: ſi quidem addatur exceptio, quam continuò adhibet, malitiam non ipſius eſſe opus.* Perpende quomodo Caluinus formalem rationem malitiæ reiiciat, ne ſit opus Dei; ſed nudam materialem actionem opus eſſe Dei contendat, ex Auguſtino probare.

12. Plura de his & ſimilibus fundamentis videre licet apud Bellarm. lib. 2. de amiſſione grat. & ſtatu peccati cap. 14. 15. & 16. Quorum omnium ſolutiones conſtabunt in diſp. 42. & ſequentibus decem; in præſenti namque ſolummodo referuntur, ad probandam illam fundamentorum ſimilitudinem, & communionem, quam in præſentis ſectionis exordio Theologis propoſuimus conſiderandam.

SECTIO VI.

Refelluntur ſolutiones contrariæ ſententiæ.

1. AD omnium præcedeotium ſectionum diſcurſum, & confirmationes, quid phyſicæ prædeterminationis authores ſint reſpõſuri non video; niſi quæ generaliter notant, quando exponunt verba Tridentini, atq; illa conferunt cum errore, quem damnat. Prima & celeberrima ſolutio materialem actiooem diſtinguit ac præſcindit à formali ratione malitiæ. Verùm hanc ſolutioné quinq; præcedétes ſectiones refutarunt ſatis præcipuè ſect. 1. nu. 13. & ſequent. & ſect. 2. concl. 2.

Prima & celeberrima ſolutio.

2. Reſpondent 2. Concilij definitionem in Canone 6. citato dirigi contra Zuvinglium, Caluinum & alios aſſerentes, Deum eſſe veram cauſam, non ſolùm efficientem, ſed etiam moralem, quod homo, vel Angelus peccet, in quo ſenſu concedebant, Deum eſſe authorem peccati, eo quod faceret homines peccare. Hæc tamen

Solutio non ſatisfacit primò. ſolutio non ſatisfacit primò, quia licet illi hæretici aliquando perſpicuè conceſſerint blaſphemias, quæ in hac ſolutione referuntur; nihilominus iidem aliis in locis temperarunt errorem, & explicarunt negantes, Deum eſſe moralem cauſam: vt oſtendimus ſectione 3. concl. 2. ſicut etiam alibi perſpicuè docuerunt, Deum non eſſe authorem malitiæ, aut peccati; qua ratione ſcelus, aut peccatum eſt: vt vidimus ſect. 2. concl. 2. At verò præſentis diſputationis argumentum nititur in collatione decreti Tridentini cum his explicationibus hæreticorum, non cum illis antiquioribus, vt præfati ſumus ſect. 2. num. 4. & 5.

3. Refutatur ſecundò, quoniam mera permiſſio eſt definita in Concilio Tridentino, vt vidimus, ſectione prima num. 10. & ſequentibus. At meræ permiſſioni phyſica prædeterminatio repugnat multò magis, quàm moralis cauſalitas, etenim permiſſio excludit operationem, efficaciam & cauſalitatem: vt oſtendimus diſput. 31. ſect. 1. Phyſica verò prædeterminatio eſt cauſalitas ſimpliciter, & ineuitabilis efficacia: cùm tamen cauſalitas moralis non ſimpliciter cauſet, ſed tantum ſecundùm quid, nec habeat ineuitabilem efficaciam, etiam in ſuo cauſalitatis genere. Quapropter materialis actionis peccati Deum eſſe cauſam phyſicam implicat non minùs, quàm eſſe cauſam moralem: vt oſtendimus diſp. 27. ſect. 3.

Meræ permiſſioni phyſica prædeterminatio repugnat.

Phyſica prædeterminatio cauſalitas ſimpliciter, & ineuitabilis efficacia.

4. Tertiò refutatur, quoniam ſi Deus phyſicè prædeterminat materialem actionem peccati, ſequitur, Deum eſſe cauſam moralem peccati: vt oſtendimus diſp. 27. ſect. 2. Quapropter ſi Tridentinum negat, Deum eſſe cauſam moralem; eo ipſo negat eſſe cauſam phyſicam.

5. Reſpondent tertiò, prædictum Canonem Tridentini definire ſolummodo contra errorem aſſerentium, Deum producere in nobis opera mala, ſicut & bona, voluntate creata merè paſſiuè ſe habente, vel certè per diuinam prouidentiam, & prædeterminationem libertate ſublata, & impoſita neceſſitate, voluntatem humanam ſua ſponte concurrere.

6. *Refutatur primò.* Nihilominus refutatur primò, quoniam, vt præcedenti tomo de ſcientia diſp. 45. ſect. 1. & 2. monſtrauimus, hæretici concedebant talem modum agendi, quo voluntas ſui non dominetur, vt reſiſtere poſſit motioni diuinæ; ſed neceſſariò rapiatur ab illa: ſolummodo verò negabant actionem cum dominio ſui, & poteſtate reſiſtendi, etiam ex ſuppoſitione diuini decreti & motionis. Hanc igitur actionem, & poteſtatem cum dominio ſui ſtatuere voluit Tridentinum prædicto can. 6. ſeſſ. 6. decernens, eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere.

7. Refutatur ſecundò, quia non ſemper hæretici negabant libertatem circa peccata. Nam & Lutherus aliquando conceſſit, liberum arbitrium in rebus ciuilibus, tam ad bonum, quàm ad malum: vt vidimus ſect. 2. fine. Et Melanchthon in locis cõmunibus, excuſis anno 36. & 38. libertatem disertè profeſſus infert: *Quia peccatum propriè à voluntate diaboli, & hominis ortum eſt, neque Deo approbante aut cogente voluntates noſtras factum eſt: ideò nequaquam eſt neceſſariò factum neceſſitate abſoluta.* Poſtea verò docet, eorum operum contingentiam à Deo determinari, & fieri immutabilia, poſtquam decreta ſunt: vt videre eſt apud Ruardum art. 7. longè poſt med. pag. 360. & 361. & in pag. 364. ex locis editis anno 46. refert hæc verba: *Quod dicitur determinare contingentiam, diſcrimen tenendum eſt; aliter determinat ea, quæ vult; aliter illa, quæ non vult: aliterque partim ipſe facit, partim voluntas humana: Præuidet Deus delicta Saulis, ſed non vult ea, neque impellit eius voluntatem; ſed permittit, vt voluntas Saulis ita graſſetur. Hæc igitur præuiſio non adfert neceſſitatem, neq; mutat in voluntate hominis modum agendi.*

Lutherus in rebus ciuilibus conceſſit libertatem, tam ad bonũ, quàm ad malum.

Melãchthon.

8. Iſthæc non immeritò probantur à Ruardo quaſi profeſſio Catholici dogmatis, quantum verba ſonant; adhuc tamen technas redolent hæreticis familiares. Continent namque ambiguas propoſitiones, quibus ſignificari poteſt antecedens neceſſitas libertati repugnans, vel neceſſitas conſequens, quæ ſupponat libertatis futurum exercitium; ideóque libertatem conſeruet. Quales ſunt illæ duæ propoſitiones: *Deus determinat contingentiam. Noſtra opera fiunt immutabilia, poſtquam decreta ſunt.* Hinc ergo probabilis valdè coniectura ducitur, perſuadens, Tridentini mentem fuiſſe refutare quamlibet abſolutam, & antecedentem neceſſitatem à diuina prouidentia prouenientem, non ſolùm eam, quæ aperto Marte contra libertatem pugnabat; ſed etiam quæ per obſcuritatem ambiguæ cuiuſdam libertatis, & poteſtatis, moliebatur inſidias, vt antecedens neceſſitas ſubintraret. *Technæ hæreticis familiares.*

9. Tertiò probabilior adhuc refutatio ſumitur, ex eo, quod iidem & alij hæretici pluribus in locis manifeſtè libertatem negabant, aſſerebántque Deum eſſe authorem materialis actionis peccati, vt in præcedentibus ſectionibus oſtendimus. Ratio eſt, quoniam illi non alio ſenſu libertatem negabant; niſi quatenus aſſerebant, ſuppoſita efficacitate diuinæ motionis, & ſuppoſito diuino decreto, neceſſarium eſſe operari talem actionem; & impoſſibile eſſe non operari, quæ ſine dubio eſt neceſſitas ſolummodo in ſenſu compoſito: cæterum omnino antecedens libertatis exercitium. Alioqui agnoſcebant iidem hæretici, nullam eſſe neceſſitatem in ſenſu diuiſo; ſed poſſibilem eſſe omiſſionem actionis cuiuſque; ſi Deus vt poteſt, aliter ſtatuat, aliterque moueat voluntatem: vt monſtrauimus alibi. *Quo ſenſu hæretici libertatem negabant.*

10. Nunc ſatis erit recolere illa verba Vuiclephi in Trialogo cap. 8. *Probabiliter dici poteſt, quod ſicut Deus non poteſt meliorem mundum facere; ſic nemo poſſet melius facere, quàm facit: ſed tamen poſſet, ſi Deus voluerit.* Apud Vualdenſ. lib. 2. doctrinalis cap. 21. in fine. *Vuiclefus.*

11. Reſpondent quartò prædictos hæreticos verbo tenus & ficto animo, conceſſiſſe Deum non eſſe authorem peccati; cùm tamen adhuc mente retinerent antiquum errorem, quo Deum expreſsè peccati authorem faciebant, vt conſtat ex multis illorum propoſitionibus.

12. Cæterùm ex fictione hæreticorum, & eorum inconſtantia, repugnantiáque dictorum, nihil eneruatur diſcurſus omnium argumentorum, à ſect. 1. hucuſque poſitorum. Etenim per argumentãdi leges nobis conceditur facultas examinandi propoſitiones aliquas, præſcindendo à fictione, atq; contrario ſenſu proferentium, & ſolummodo conſiderando, quod illis propoſitionibus per ſe ac propriè ſignificatur; ſi dicantur ex animo & abſque fictione. *Omnium argumentorum diſcurſus non eneruatur.*

13. Hoc igitur modo conſiderando explicationes illas

illas hæreticorum, quas in præcedentibus ſectionibus retuli, contendunt argumenta noſtra, non eſſe conſentientes Concilio Tridentino, nec recipiendas eſſe à Catholicis; nec ſatis priorem errorem correxiſſe; licet ex parte correxerint. Alioqui fuiſſent à Concilio Tridentino, & ab impugnatoribus hæreticorum receptæ illæ explicationes, tanquam veræ, aut ſaltè, vt probabiliter recedentes ab errore. Sic enim mos eſt Conciliis, quæcumque vera dicuntur, ad corrigendum errorem priſtinum admittere, atque probare, quamuis perſona ſuſpecta ſit de fictione; aliud namque eſt de perſona, & eius intentione; aliud verò de nuda & præciſa propoſitione iudicium. Nam & Palæſtina Synodus probauit explicationes à Pelagio datas, quarum aſſertiones veras eſſe fatetur Auguſtinus, & ſolummodo refutat earum fictionem & contrariam mentem, ex aliis eiuſdem Pelagij verbis collectam: vt conſtat ex toto libro Auguſtini de geſtis Pelagij. Cui conſonat ille modus medendi diſſimulantibus, tacentibúſque Pelagianis, quem Sixto Presbytero conſulit Auguſtinus epiſt. 104. & illud, quod cum aliis quatuor Epiſcopis Africanis poſtulat ab Innocentio Papa in epiſt. 95.

Conciliorum mos.

Palæſtina Synodus Pelagianas explicationes probauit.

14. Confirmatur, quia ſi propter deprauatum, & fictum proferentis animum reiicienda foret propoſitio vera; ſequeretur inde, admittendam eſſe falſitatem contradictoriam, quæ aſſeritur eo ipſo, quòd contradictoria veritas refutatur.

15. Quintò reſpondebit fortaſſe quiſpiam, ideo prædictos hæreticos diſtare longiſſimè à quacumque aſſertione Catholicorum, quoniam illi expreſsè docent, Deum inſtigare & incitare ad ſcelera, quam blaſphemiam omnes Catholici deteſtantur. Adhuc tamen propterea non ſatisfaciet, quoniam licet aſſertio manifeſta, & expreſſa prædictæ inſtigationis, & incitationis longiſſimè abſit ab animo, & mente cuiuſque doctoris Catholici: attamen adhuc reſtat diligenter conſiderandum, an in re ipſa & virtualiter contineatur in aliquo modo concurrendi ad materialem actionem peccati. Quoniam inſtigare, incitare, & mouere dupliciter contingit: primò quidem per phyſicam, propriam & realem efficientiam, mouendo & efficaciter determinando per illationem ſimpliciter neceſſariam, ita vt tali efficientiæ reſiſtere ſit abſolutè impoſſibile in ſenſu compoſito. Et huiuſmodi inſtigatio & incitatio ad materialem actionem peccati continetur in phyſica illius prædeterminatione. Secundo modo non reali concurſu, ſed tantum ſecundùm rationem influendo, inſtigat & incitat cauſa moralis, mouendo per exhortationes, ſuaſiones, conſilia, præcepta, inuitando præmiis, terrendo ſuppliciis. Et hoc modo Deum inſtigare ac incitare, ad materiales actiones peccatorum, ne ipſi quidem hæretici affirmare auſi ſunt; ſed potius expreſsè negarunt: vt vidimus ſection. 3. aſſert. 2. Quinetiam, vt nuper num. 7. retulimus, Melanchthon fatebatur, *Deum non impellere voluntatem Saulis.* De hoc argumento dicemus plura diſp. 36. ſect. 5. & 6.

Reſpõſio non ſatisfacit.

Inſtigare, incitare, & mouere contingit dupliciter.

Modum ſecundum incitandi ad materiales actiones peccati Deo negant hæretici.

16. Sextò reſpondent, phyſicam prædeterminationem eo maximè diſtare ab illis omnibus erroribus, quoniam, quantum ex ſe eſt, non ſolùm non neceſſitat ad peccandum, ſed etiam à peccato retrahit eo ipſo quod dirigitur ad optimum finem diuinæ gloriæ. Cæterum ex 27. & 28. diſp. conſtat, à peccato non retrahere, quantum ex ſe eſt, illam prædeterminationem, cuius quidditas cõſiſtit in afferenda neceſſitate antecedenti, qua poſita ſit abſolutè neceſſarium in ſenſu compoſito per voluntatem creatam concipi actionem, cui ſit malitia inſeparabiliter coniuncta.

Refutatur.

Addunt ſeptimò ad earundem ſolutionum confirmationem, quod licet hæretici non potuerint affirmare, quod Deus malitiam directè velit, & cauſet: cùm ne ipſa quidem voluntas creata poſſit directè velle & cauſare malitiam: attamen dixerunt, Deum ſecundariò, indirectè ac conſequenter velle, & cauſare malitiam, ſicut voluntas creata. Quod tamen falſum eſt, quoniam nec indirectè poteſt Deus malitiam amplecti. 17.

Sextam ſolutionem confirmant.

Sed refutatur primò, nam in præſenti ſolummodo agimus de ſupremis explicationibus, quas addiderunt hæretici, in quibus Deum omnino liberum à malitia, & ab intentione mali pronuntiant; vt vidimus ſect. 2. & ſequentibus. Secundò, quoniam licet veriſſimum dogma ſit, Deum nec indirectè poſſe malitiam amplecti: nihilominus argumenta noſtra contendunt, eandem indirectam tendentiam virtualiter contineri in phyſica prædeterminatione; vt à priori oſtendebamus diſp. 27. & 28. Sed in præſenti diſp. probare conamur ex collatione Tridentini decreti, cum explicationibus errorum, quas in præcedentibus ſectionibus commemorauimus: magis tamen conſtabit diſp. ſequenti, ſect. 1. & 2. 18.

Refutatur ſecundò.

SECTIO VII.

Non poſſe contra nos retorqueri præcedentium ſectionum argumenta.

CОntraria ſententia conatur oſtendere, illius argumenti, quod ex Tridentino, & ex mera permiſſione ſumitur, difficultatem eandem in noſtra ſententia, potius quàm in prædeterminatione phyſica, reperiri. Quod aliqui probant primò, quoniam etiam in noſtra ſententia materialem actionem peccati producit Deus, concurrendo ad illam effectiuè, propriè, & per ſe. Ergo Deus illam non operatur merè permiſſiuè. Quapropter Concilium non agit de materiali actione, quando decernit, Deum permiſſiuè ſolùm operari. Confirmatur, quoniam aliàs reperiretur aliquod ens, cuius Deus non eſſet cauſa efficiens, propriè & per ſe, etiam per generalem concurſum. 1.

Primum contrariæ ſententiæ fundamentum.

Confirmatio.

Probant ſecundò, quia Deus producit totam entitatem actus, & tamen permiſſiuè ſe habet reſpectu priuationis ſubſecutæ, ex eo quod illa priuatio conſequitur ex vi ſolius cauſæ deficientis: ſtat igitur, quod ad eandem entitatem concurrat Deus, & homo, & quod priuatio ſecuta nullo modo tribuatur Deo. Tunc ſic: Sed concurſus diuinus eſt eiuſdem prorſus rationis, ſiue comitetur concurſum hominis, ſiue antecedenter ſe habeat ad eundem concurſum hominis; & inſpicit in actu eandem rationem formalem: ergo ſicut permiſſiuè ſe habet Deus reſpectu illius priuationis, quando concurrit concomitanter, ita quando concurrit antecedenter. 2.

Probant tertiò, quia Concilium dicit, actum bonum eſſe à Deo magis, quàm actum malum: ergo ſupponit actum malum aliquo modo eſſe 3.

 à Deo.

à Deo. Poſtremò quædam alia argumenta diſſoluemus diſp.42.ſect.3.

Quid mera permiſſio quidditatiuè reſpiciat.

4. Pro ſolutione recolendum eſt ex diſput. 31. ſect.1.præſertim num.17. meram permiſſionem reſpicere quidditatiuè non ſolùm priuationem, ſed etiam materialem actionem cum ea proportione, atque ſubordinatione, vt ratio primaria, propter quam diuinus concurſus & cauſalitas ſubtrahatur, ſit priuatio, ſeu formalis ratio malitiæ, cui prorſus ſubtrahitur diuinus concurſus, & cauſalitas, quia quod non eſt ens, non indiget vllo concurſu. Eadem autem priuatio eſt ratio, propter quã Deus permiſſiuè ſe habet, etiam comparatione materialis actionis, eo modo permiſſionis, qui poſſibilis eſt in actione, videlicet, non cauſando, neque determinãdo, vt talis actio turpis exiſtat in rerum natura potius, quàm contraria actio honeſta, ſed quantum ex ſe eſt, potius inclinando ad actionem honeſtam. Cæterum pro munere vniuerſalis cauſæ concurrendo in voluntate creata ad actionem, quam ipſa determinat.

Quod non eſt ens, Dei concurſu non indiget.

Dei concurſus generalis in permiſſione eſſentialiter continetur.

5. Confirmatur primò, quia generalis Dei concurſus ad materialem actiooem tantum abeſt, vt excludatur per quidditatem meræ permiſſionis, vt potius in illa contineatur eſſentialiter. Quoniam de ratione permiſſionis eſt, auferre vincula impoſſibilitatis, & neceſſitatis, & ſolidam relinquere vtriuſque partis indifferentiam: vt oſtendimus diſp.31. ſect.2. At verò generalis concurſus aufert impoſſibilitatem eliciendi actionem, & excludit neceſſitatem eliciendi illam, quantum ex ſe eſt, quoniam non determinat, neque inclinat ad malum; ſed potius, quantum ex ſe eſt, inclinat ad bonum, relicta indifferentia & dominio voluntatis, vt eligat, quod voluerit.

Quo ſenſu Doctores Deũ permittere dicant.

6. Confirmatur ſecundò, quoniam communiter Doctores Scholaſtici citati ſupra diſp.27.ſect.1. num.9. tradunt, Deum eatenus permittere, quatenus non confert eas cauſas & circunſtantias, ſub quibus vitarentur peccata. Hæ autem, ſi darentur, non facerent, vt ad eotitatem actus odij Dei liberè productam non ſequeretur malitia: ſed facerẽt, vt ille actus non produceretur. Ergò permiſſio immediatè reſpicit actum realem, & poſitiuum. Confirmatur tertiò, quoniam prædictum modum concurrendi ſimul, & permittendi pertinere ad munus Primæ vniuerſaliſque cauſæ, comparatione cuiuſque mali operis, docet D.Thomas & communiter Scholaſtici referendi infra tota diſput.39.& 42. ac ſequentibus.

Confirmatio tertia.

Ad primum reſponſio.

7. Vnde ad argumenta contrariæ ſeotentiæ reſpondetur. Ad primum. Aliud eſt, Deum effectiuè concurrere ad materialem actionem peccati; aliud eſt, eandem actionem operari propriè & per ſe. Nam hoc ſecundum requirit, quod Deus pro ſua libera voluntate faciat, nos facere materialem actionem peccati, determinando, aut ſaltem impellendo nos ad illam. Hic igitur operationis modus rectè infert, Deum non merè permiſſiuè ſe habere circa materialem actionem peccati. At verò prior ille concurſus, quod ex ſe eſt, potius inclinans ad bonum, non repugnat meræ permiſſioni, ſed potius in illa includitur, vt nuper oſtendimus.

Aliud effectiuè concurrere, aliud actionẽ propriè & per ſe operari.

8. Ad confirmationem reſpondetur, Deum non eſſe cauſam efficientem propriè & per ſe, à qua proueniat, vt exiſtant in rerum natura materiales actiones peccatorum, potius, quàm contrariæ actiones honeſtæ; nihilominus eſt cauſa propriè & per ſe efficiens cum creata voluntate actionem quamlibet. Per accidens autem contra intentionem Dei contingit, vt voluntas creata diuinum concurſum determinet ad materialem actionem peccati.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, concedendo priorem partem illius; ſed poſteriorem negando. Pro cuius explicatione dico primò. Si diuinus concurſus antecedenter determinaret materialem actionem peccati; foret ſpecie diuerſus ab eo concurſu Dei, qui non determinat: & ea diuerſitas in ſummo rigore metaphyſicæ conſiderationis foret ſpecifica. Idque propter diuerſum modum reſpiciendi, atque cauſandi eãdem realitatem; quia licet vterque concurſus efficienter concurrat ad totam rationem genericam, ſpecificam & numericam actus odij: nihilominus vnus concurſus concurrit tanquam determinans, & cauſans, vt exiſtat in rerum natura talis actus: alter verò coocurſus non cauſat hoc, nec determinat; ſed quantum ex ſe eſt, ad oppoſitum actum inclinaret. Quapropter licet terminus materialis vtriuſque concurſus idem ſit: attamen formalis terminus eſt diuerſus. 9.

Dico primò.

Concurſus antecedenter determinãs, & nõ determinans ſpecie diuerſus.

Horum concurſuũ materialis terminus, idem formalis diuerſus.

Dico ſecundò. Dato, & non conceſſo, ſecundùm conſiderationem metaphyſicam, ſub vnica ſpecie contineri vtrumque concurſum: adhuc quantum ad Theologicam conſiderationem oppoſitionis cum eſſentia permiſſionis, foret ſpecie diuerſus. Quemadmodum enim ſecundùm phyſicam rationem ſunt eiuſdem ſpeciei vnicus annulus ferreus alteri pedum inſertus, & plures annuli ambobus pedibus inſerti & ad murum affixi: cæterum in ratione vinciendi, aut permittendi libertatem eundi quo volueris, ſpecie differunt: ita in ratione permittendi libertatis indifferentiam vel illam vinciendi, ſpecie differret ille duplex concurſus. 10.

Dico tertiò. Hinc ſequitur, in actu producendo non eſſe prorſus eandem rationem formalem, quæ reſpiceretur ab vtroque concurſu: nam ab vno reſpiceretur actus, quaſi determinandus à Deo, propter affectum, quem Deus à ſe ipſo habet, erga totam poſitiuam entitatem illius actus: ab altero verò reſpiceretur præciſè propter rationem formalem cooperandi cum libertate creata; quamuis Deus, quantum eſt ex parte ſuæ voluntatis, & concurſus, optaret potius ad illum actum minimè determinari. 11.

Ad tertiam probationem reſpondetur, concedendo totum. Actionem quippe malam aliquo modo eſſe à Deo, ſupponit Tridentinum: cæterum ſimul explicat, qui ſit ille alius modus, videlicet permiſſiuè ſolum. 12.

Actionem malam aliquo modo à Deo eſſe ſupponit Tridentinum.

Obiiciunt ſecundò, ſimile argumentum à Iuliano fuiſſe obiectum S.Auguſtino, ad probandum quod in paruulis non ſit peccatum originale, ſic: Deus eſt cauſa generationis hominis: ergo ſi peccatum originale conſequitur ad talem generationem, Deus erit cauſa peccati originalis, qui enim eſt cauſa alicuius, eſt etiam cauſa eius, quod conſequitur ad illud. Vnde ad articulos ſibi falsò impoſitos, reſpondens: *Hæc*, inquit, *obiectionis vanitas de illa procedit ſchola, in qua natura humana immunis à peccato Adæ, & illæſa defenditur: vt quia omnes homines præuaricationis reos, & damnationi obnoxios naſci, perituróſque, niſi in* 13.

Auguſtinus. Art.10 11. & 12.

niſi in Chriſto renaſcantur aſſerimus, eundem videamur authorem dicere culpæ, quem profitemur eſſe conditorem naturæ, quod nos à ſenſu noſtro penitus abdicamus, qui Deum iuſtum, bonum, ſic humanæ ſubſtantiæ, & interiorum, exteriorúmque ſenſuum nouimus creatorem; vt prorſus ab illo ſit, quidquid pertinet ad naturam; & prorſus ab illo non ſit, quidquid eſt contra naturam; peccatum autem contra naturam eſt, de quo mors, & omnia, quæ ſunt mortis, oriuntur. Ad argumentum ergo reſpondet S. Auguſtinus lib. 3. contra Iulian. cap. 9. quod peccatum originale non ſequitur ad generationem hominis ſecundùm ſuam naturam, vt generatio hominis eſt, ſed vt dicit ordinem ad primum parentem, qui voluntariè peccauit. Etenim ſi perſeueraſſet Adam in ſtatu innocentiæ, eſſet vera generatio hominis, abſque eo quod conſequeretur peccatum originale, & ita peccatum originale non eſt à Deo concurrente ad generationem hominis & mouente ad illam, ſed à primo parente, qui totam naturam humanam ſua inobedientia maculauit.

14. Modus hic referendi ſolutionem Auguſtini, quaſi diſtinxerit ille formalitates duas in generatione hominis, diſcrepat à modo loquendi, & intelligendi Auguſtini, & comparatus eſt ad ſignificandam ſimilitudinem Auguſtinianæ ſolutionis cum ſolutione phyſicæ prædeterminationis.

15. *Mens Auguſtini exponitur.* Dico igitur primò. Auguſtinus non duas formalitates vnius generationis, ſed generationem totam, omnéſque illius formalitates reales, & quæcumque illi per ſe ac neceſſariò conueniunt, diſtinxit à peccato primi parentis, quod per accidens coniunctum eſt cum hominum propagatione. Atque ita lib. 3. contra Iulian. cap. 9. in med. *Sic*, inquit, *tibi rectiſſimè dico, malum, cum quo naſcitur homo, non eſſe fructum corporum, ſexuum, coniunctionum, quorum bonorum author eſt Deus: ſed primæ prauaricationis, cuius author eſt diabolus.*

16. Dico ſecundò. Hinc conſtat, in originali peccato non eſſe locum illi argumento, quod noſtram ſententiam confirmat, videlicet, qui eſt cauſa alicuius, eſt etiam cauſa eius, quod conſequitur ad illud. Eſt enim axioma veriſſimum de rebus, quæ neceſſariò, & inſeparabiliter conſequuntur ad aliquem effectum: quomodo ad materialem entitatem odij Dei, liberè conceptam, neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur malitia. *Originale peccatum nō ex hominis generatione, ſed ex Adami culpa ſequitur.* At verò peccatum originale, propriè loquendo non ſequitur ex generatione, neque ex creatione animæ rationalis, aut illius vnione; ſed tantum ſequitur ex Adami culpa. Generatio tamen & propagatio ex Adamo, conditio eſt, quaſi approximatio & vnio iſtius hominis cum Adamo, qua poſita non ex illa, ſed ex Adami peccato reſultat originale peccatum. Vnde etiam prouenit, vt generatio tota, non ſolùm non exigat originalem culpam ſibi neceſſariò, & inſeparabiliter copulari; ſed etiam potuiſſet ſubſiſtere ſine vlla prorſus culpa; ſi Adamus in obedientia perſeuerare voluiſſet, vt potuit.

17. Explicatur & confirmatur; nam actio odij Dei quidditatiuè & realiter repugnat rationi rectæ, diuinæ legi, & charitati. Quapropter contradictionem inuoluit, eam actionem liberè produci, & malitiam ex illa non conſequi. Vnde actio ipſa materialis verè ac propriè peccatum eſt, atque denominatur. At verò animæ rationalis vnio, & hominis generatio nulla ratione repugnat rationi rectæ, diuinæ legi & charitati, niſi propter extrinſecas ſibi circumſtantias. Quin potiùs diuinæ legi, & charitati quandoque debetur.

Dico tertiò. Eſt etiam alia ratio diſparitatis, quoniam per humani generis propagationem non committitur nouum actuale peccatum: non irrogatur noua iniuria Deo per nouam tranſgreſſionem diuini præcepti. Quapropter infans in conceptionis inſtanti non denuo peccat, neque eius parentes peccant; ſed tantum contrahitur noua, & huic paruulo propria macula habitualis, propter imputationem vnius actualis peccati, quod ab Adamo, tanquam capite humani generis commiſſum eſt. At verò quoties liberè producitur materialis actio odij Dei, noua iniuria irrogatur Deo per nouam tranſgreſſionem diuini præcepti. Quapropter procurare, atque cauſare, vt hęc actio exiſtat in rerum natura, repugnat amori propriæ gloriæ, quem Deus ſibi ipſi debet, non verò procurare atque cauſare generationem humanam. 18. *Infans in conceptionis inſtanti non denuo peccat, ſed contrahit nouā & propriam maculam habitualem.*

Dico quartò. Conſequentia illa, qua ex eo, quod Deus ſit author generationis humanę, colligebatur, eſſe etiam authorem culpæ originalis, valeret; ſi Deus phyſicè prædeterminaſſet Adamum ad materialem actionem primi peccati. Tunc enim Deus verè foret author & cauſa duorum entium, ex quorum coniunctione neceſſariò & ineuitabiliter ſequitur, vt hic homo cōtrahat peccatum originale. Nunc verò quamuis Deus per creationem animæ rationalis ſimul cum concurſu ad humanam generationem ex ſemine Adami verè faciat, vt hic homo ſit membrum Adami, tanquam capitis; & conſequenter cenſeatur communi voluntate naturæ voluiſſe, quod Adamus voluit, in quantum caput. Cæterum Deus non facit, vt hic homo ſit membrum Adami, in quantum fuit tranſgreſſor præcepti, nec vt communi voluntate naturæ voluerit tranſgredi præceptum, quia hoc tantummodo fit ab ea cauſa, quæ determinauit ad eiuſmodi voluntariam tranſgreſſionem. Hæc autem fuit ſola voluntas Adami. 19. *Deus eſſet author originalis culpæ, ſi ad materialē actionē primi peccati prædeterminaſſet.*

Dico quintò. Si generationi, & materiali actioni odij Dei paritas ineſſet, quam contraria ſententia nobis obiicit; ſequeretur, quod ſicut in ea ſententia, licet Deus principalis cauſa non peccet, eo quòd moueat voluntatem ad huiuſmodi actionem: attamen homines peccant, eliciendo actionem, ad quam mouentur à Deo: ita etiam homines peccarent generando; aut certè forent cauſa originalis peccati: licet Deus non peccet, illos ad generationem principaliter mouens. 20. *Ex oppoſita ſententia ſequeretur homines generando peccare.*

Ex præcedenti diſcurſu colligere debemus, nihil debilitari noſtræ ſententiæ fundamenta, quando illis opponitur exceptio, quod eadem argumenta Pelagiani obiecerint Auguſtino. Sic enim reſpondere ſolet contraria ſententia, quando contra illam obiicimus, ſinceram Dei voluntatem, qua vult omnes homines ſaluos fieri, poſſibilitatem ſeruandi præcepta, & obtinendi ſalutem omnibus hominibus conceſſam, exhortationes, correptiones, ſupplicia, aliáque Theologica fundamenta, quæ tractata ſunt diſputat. 19. & multis ſequentibus, & in præcedenti tomo de ſcientia diſput. 33. & multis ſequentibus. 21.

Cui

22. Cui exceptioni ſatisfiet generaliter adnotando, vt argumenti ſeruetur identitas, non eſſe ſatis ſiue partialem, ſiue totalem identitatem præmiſſarum: niſi ex illis eadem etiam concluſio ſit inferenda. Etenim manentibus eiſdem ptorſus præmiſſis, poterit argumentum eſſe fallax, ſi ſubinſeras vnam concluſionem: foret autem argumentum efficax, ſi aliam concluſionem inferres. Atque hæc diuerſitas argumenti multò facilius contingit, quando ſola vna præmiſſa exprimitur, alia verò ſupprimitur & tacitè variatur, variata concluſione. Quemadmodum ex hoc antecedente: Homo eſt animal, rectè infertur hominem eſſe mortalem: quoniam virtute ſubintelligitur altera præmiſſa, videlicet, omne animal eſſe mortale. Nihilominus ex eo, quod homo ſit animal, ſi colligas, illius animam eſſe mortalem, diuerſum & fallax argumentum conficies, tacitè ſuppoendo alteram præmiſſam falſam, videlicet, cuiuſque animalis animam eſſe mortalem.

Manentibus eiſdem præmiſſis poterit argumētum eſſe fallax.

23. Sic ergo quoniam Pelagiani, & Semipelagiani aduerſus Auguſtinum ex prædictis fundamentis colligebant, interiorem gratiam non eſſe ſimpliciter neceſſariā ad iuſtificationis initium, vel progreſſum, neminémque prædeſtinari ante præuiſa opera; ideo expreſsè aut tacitè ſupponebant, libertatem hominum, auxiliorum ſufficientiam, poſſibilitatem ſeruandi præcepta, & alia dogmata iis ſimilia, non poſſe cum prædicta neceſſitate gratiæ, & prædeſtinationis efficacitate conſentire. Noſtra verò ſententia hæc omnia bene inter ſe conſentire demnnſtrat; quoniam non afferunt antecedentem, ſed conſequentem neceſſitatem: ideóque noſtra argumenta concluſionem colligūt longè diuerſam ab ea, quam Pelagiani, & Semipelagiani colligebant. Quapropter non poſſunt verè appellari eadem argumenta, niſi ſecundùm quid, hoc eſt, ſecundùm vnius tantum propoſitionis identitatem, quæ identitas frequenter reperitur in argumentis Catholicorum & hæreticorum.

Noſtra ſententia à Pelagianis longiſſimè diſtat.

DISPVTATIO XXXIII.

Dei voluntatem num deceat prædeterminare materialem actionem peccati.

SECTIO I.

Homines excuſarentur à culpa, ſi Deus vellet, vt ipſi vellent, & facerent has materiales actiones.

1. *Argumentū.* VNA ex præcipuis rationibus, quæ phyſicam prędeterminationem oppugnant, ex diuina voluntate ita deſumitur. Diuina voluntas eſt regula ſuprema omnis bonitatis: vnde ſi abſoluto decreto velit, aliquem actum à me fieri, ſeu me velle aliquid, hoc ipſo ego non peccabo, ſi id velim, quia conformor meæ regulæ. Ergo repugnat aliquem actum voluntatis humanæ eſſe prædefinitum à Deo, & eſſe malum: quia hoc ipſo, quod à Deo eſt prædefinitus, eſt conformis voluntati eius, ſi fiat.

2. *Eius prima ſolutio.* Huic argumento duas inuenio recèns adhibitas ſolutiones. Prima reſpondet, quod diuina voluntas eſt ſuprema regula omnis bonitatis, & ita quidquid actu abſoluto decreuit fieri, vel velle, debet eſſe bonum. Vnde actus, qui ſimpliciter & abſolutè eſt prædefinitus à Deo, eſt ſimpliciter & abſolutè bonus, & conformis diuinæ regulæ. Cæterum actus peccati ſimpliciter & abſolutè non eſt prædefinitus à Deo, ſed ſolum quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad materiale, & ita ſecundùm iſtam rationem eſt bonus & non aliter. Hæc ſolutio tacitè videtur concedere, quod primariò contendit argumentum probare, videlicet, voluntatem creatam non diſcordare à prima & ſuprema regula bonitatis ex eo ſolùm, quod eliciat quemcumque actum, quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad materiale producat, etiamſi fuerit realiter contrarius diuinæ legi. Quod totum expreſsè conceſſit alter author eiuſdem ſententiæ: atque inde infert, licitum eſſe velle ſubſtantiam actus mali ſub illa ratione præcisè, qua ens eſt, & perfectio à Deo. Vide ſimilem aliam ſententiam in fine ſectionis præſentis.

Refutatur primo.

Hoc autem contradictionem implicare conſtabit clarius in illis volitionibus, in quibus dæmon, vel homo perditiſſimus expreſsè, atque directè vult diuinas leges conculcare & tranſgredi, blaſphemare Deum, & illius prouidentiæ atque gubernationi detrahere. Nam huiuſmodi actiones, quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad materiale, poſitiuè atque realiter, non ſolùm diſcordant à prima & ſuprema regula bonitatis; ſed etiam cum illa per manifeſtam pugnant contrarietatem. Nihilominus quod prædicta ſolutio concedit neceſſario concedendum eſt, ſi Deus efficaciter voluit & phyſicè prædeterminauit, vt hæc voluntas eliceret has actiones, quantum ad totam realem rationem volitionis quam habent, per quam realiter amplectuntur Dei contumeliam, contemptum, & tranſgreſſionem diuinarum legum. 3.

Eadem ſolutio impugnatur ſecundò, quoniam prima regula non alia ratione eſt regula, niſi qua ratione voluntatem creatam dirigit præceptis & legibus: ſed prædictæ volitiones, etiam quoad ſubſtantiam materialem realiter diſcordant à diuinis præceptis & legibus: ergo realiter diſcordant à prima & ſuprema regula bonitatis. Tertio, quoniam Deus prohibet non ſolum malitiam, quæ ſequitur ex actu, ſed etiam ipſum realem & materialem actum, qui poſitiuè pugnat cum diuina lege: vt oſtendemus ſection. 4. 4

Refutatur ſecundo, declarando qua ratione prima regula ſit regula.

Deus non ſolum malitiā actus, ſed & ipſum reale, & materialē actum prohibet.

Quartò, nam S. Thomas de malo q. 6. quæ eſt de electione humana art. vnico ad 5. *Voluntas*, inquit, *hominis quodammodo diſcordat à Dei voluntate, inquantum ſcilicet, vult aliquid, quod Deus non vult, eam velle, vt cum vult peccare, licet etiam non velit Deus voluntatem hoc non velle, quia ſi vellet hoc Deus, fieret.* Itaque Deus neque vult, vt homo peccet, neque vult, vt homo velit peccare. At verò velle peccare realis volitio eſt, quæ tanquam ad obiectum terminatur ad peccatum. Ergo Deus non vult, vt homo eliciat realem & materialem volitionem, quæ tanquam ad obiectum terminatur ad peccatum: & ideo, quantum ad hoc, diſcordat à Dei voluntate, qui talem volitionem realem elicit, eo ipſo, quod eam realiter producit. 5.

S. Thomas.

Deus neque vt homo peccet, neque vt velit peccare, vult.

Secunda ſolutio reſpondet, quod agens particulare dupliciter conſideratur. Primo modo quatenus ſequitur præmotionem agentis vniuerſalis, 6.

uerſalis; & ſic inſpicit idem obiectum, quod inſpicit tale agens vniuerſale, & conformatur eidem, implicátque dari aliquod agens particulare, quod non conformetur iſto modo, ſaltem ſecundùm illam rationem generaliſſimam. Cum hac tamen ratione ſtat ſecunda conſideratio eiuſdem agentis particularis, quatenus particulare eſt, & inſpicit rationem ſpecialem, tanquam agens vniuocum; & in hac ſæpenumero deficit ab illa generali ratione explicata. Igitur voluntas noſtra in peccato conformatur præmotioni generali Dei, quatenus attingit rationem entis: ſub qua tamen ratione malè ſubſumit (vt ſic loquamur) & deficit ab eodem generali concurſu Dei. Vnde voluntas illa ſecundùm ſuum particularem modum operandi non conformatur regulæ diuinæ, in particulari ſtatutæ eidem voluntati, licet ſequatur illam vniuerſalem rationem, ſeu regulam.

7\. *Prædeterminatio phyſica ad generalē, & ad ſingularem, & ſpecificā volitionis rationem determinat.*

Sed refutatur primò; quoniam phyſica prædeterminatio non ſolùm determinat ad generalem actionem volitionis & tendentiæ in bonum; ſed etiam determinat ad ſpecificam, & ſingularem rationem volitionis, per quam hæc voluntas hîc & nunc realiter vult tranſgredi, & conculcare diuinas leges. Ergo voluntas creata, in quantum ſequitur phyſicam prædeterminationem, non ſolùm conformatur pręmotioni generali Dei, quatenus attingit rationem entis, ſed etiam quatenus attingit, & inſpicit rationem ſpecialem.

8\. *Sequitur contradictio.*

Vnde præterea ſequitur contradictio, videlicet, quod voluntas in vna & eadem volitione, & ſecundùm ſuum particularem modum operandi, ſimul conformetur & non conformetur regulæ diuinæ in particulari ſtatutæ eidem voluntati. Sequela probatur, quoniam diuina voluntas in particulari prædefiniens, & efficaciter volens, vt hæc voluntas hîc & nunc concipiat hanc volitionem particularem, qua realiter, poſitiuè & expreſsè amplectatur trãſgreſſionem, & contemptum diuinarum legum; eo ipſo eſt regula in particulari ſtatuta hîc, & nunc tali voluntati creatæ. At contra illæ eædem leges, quarum tranſgreſſionem & contemptum amplectitur prædicta volitio, ſunt diuina regula eidem voluntati ſtatuta, prohibens illam volitionem; ac proinde talis volitio diſcordat ab hac diuina regula. Vnde præterea ſequitur, apud Deum eſſe duas regulas comparatione eiuſdem actionis in particulari eliciendæ, ita immediatè pugnantes, vt neceſſarium ſit ab altera diſcordare: idque propterea, quoniam vna regula voluntatem determinat, vt diſcordet ab altera: quod eſt impoſſibile.

Duæ regulæ immediatè pugnantes eſſent in Deo.

9\. Refutatur tertiò peculiariter, quod ait, voluntatem noſtram in peccato conformari præmotioni generali Dei, quatenus attingit rationem entis: ſub qua tamen rationem malè ſubſumit voluntas. Hoc enim directè pugnat cum quidditate phyſicæ prædeterminationis, quæ quoniam, vt nuper diximus, non ſolum ad genericam, ſed etiam ad ſpecificam & numericam, & quantumcumque infimam rationem volitionis determinat; nihil relinquit inferius & magis particulare, quod voluntas creata ſubſumere poſſit, ſub aliqua ratione ſuperiori & vniuerſali.

10\. Rurſus tam prima, quàm ſecunda ſolutio refutatur quartò, corroborando primarium argumentum, poſitum in ſectionis initio, quia quando Deus non ſolum vult aliquod obiectum, ſed etiam vult vt voluntas hominis velit idem obiectum; tunc voluntas hominis laudabiliter & ſine culpa vult idem ipſum obiectum: vt docet S.Thomas 1.2.q.19.art.10.in corpore ad finem. Et huiuſmodi conformitatem reperiri in omni bona volitione, etiam illa, quæ in obiecto materiali volito diſcrepat à diuina voluntate, notat illis præſertim verbis: *Vnde conſueuit dici, quod conformatur, quantum ad hoc voluntas hominis voluntati diuinæ: quia vult hoc quod Deus vult, eum velle.* Sic etiam in 1.diſt.48.q.vnica art.2. corpore, ſecundum quadruplex genus cauſæ diſtinxerat quadruplicem conformitatem creatæ voluntatis cum diuina. Et *ſecundum cauſam efficientem*, dicit, eſſe conformitatem; *ſicut quando aliquis vult, quod Deus vult, eum velle: hunc enim ordinem voluntatis Deus in eo fecit.* & longè inferius ait: *Hæc eſt conformitas ſecundum cauſam efficientem, quia Deus vnamquamque voluntatem in bonum ordinauit*, &c.

Quarta refutatio primæ, & ſecundæ ſolutionis.

S.Thomas.

11\. Eandem generalem doctrinam de bonitate, quæ conſiſtat in volendo, quod Deus vult, nos velle, tradit Alexander 1.p.q.41.memb.5.fine, & memb.6.poſt med. in §.1. & clarius Bonauent.1.diſt.48.art.2.q.2.in fine corp. vbi Durand.q.2.num.15. Ricard.artic.2.q.1. ad vltimum, Ægidius, quem refert & ſequitur Carthuſianus in eadem diſtinct.48.q.1.fine & q.2. Ciſtercienſis, & Marſilius citandi num.13.

12\. Confirmatur primò, quia non ſolùm quoad rationem formalem malitiæ, ſed etiam quoad materialem monſtroſitatem odij Dei, & blaſphemiæ vim habet maximam illud argumentum Anſelmi in Dialogo de libero arbitrio cap.8. vbi, *Nulla eſt*, inquit, *iuſta voluntas, niſi quæ vult, quod Deus vult, eam velle.* & poſt pauca: *Seruare rectitudinem voluntatis eſt omni ſeruanti velle, quod Deus vult, eum velle. Ergo ſi Deus hanc rectitudinem tollit ab aliquo, non vult eum velle, quod vult, eum velle. Igitur eſt impoſſibile, Deum rectitudinem voluntatis auferre.* Hanc verò Deus auferret, & vellet auferre, ſi prædeterminando faceret, vt homo Deum proſequeretur odio, & vellet blaſphemare, quantũcumque in his actionibus Deus præſcinderet entitatem à malitia, vel potius tentaret præſcindere. Nam in eo qui ſua ſponte ſuam, & alienam voluntatem determinat ad tales actiones, impoſſibilis eſt illa præſciſſio: vt conſtat ex diſputationibus præcedentibus. Vnde præterea ſequerentur illæ contradictiones, quas intulit Anſelmus, nimirum: Deus vult hominem velle amare & honorare Deum, quia Deus neceſſariò amat ſe ipſum, & præcipit ſui amorem & honorem: at contra: Deus non vult, hominem amare, & honorare Deum, quatenus efficaciter vult, & prædeterminat hominem, vt velit odiſſe Deum, & blaſphemare, producendo materialem actionem huiuſmodi volitionis. Etenim hæc volitio, quantumcumque præſcindatur à formali ratione malitiæ, adhuc excludit amorem, & honorem Dei, nec patitur illum manere in eadem voluntate creata. Quapropter eo ipſo quod Deus vult, ab illa concipi tales volitiones materiales, vult, ab illa voluntate non amari, nec honorari Deum.

Anſelmi argumentum vim habet.

Sequuntur etiam ex prædeterminatione contradictiones ab Anſelmo illatæ.

13\. Eodem principio, nimirum, quod *rectitudo voluntatis tunc tantum eſt in aliquo, quãdo homo vult, quod Deus vult, eum velle*, vtitur idem Anſelmus

mus in lib.de concordia præſciëntiæ & prædeſtioationis cum libert.cap.1.inter med.& finem, ad probandum,ſequi prædictas cootradictiones; niſi Deus relinquat humanam voluntatem expeditam ab omni vinculo neceſſitatis eligendi malum,vt poſſit eligere bonum,& ſeruare rectitudinem, ſi velit. De hac ratione Anſelmi diſputant oonnulli Scholaſtici ſub hoc titulo: *Vtrum Deus poſſit auferre rectitudinem voluntatis*, tractantes de charitate in 1. ſentènt.diſtinct.17.vbi Dionyſius Ciſtercienſis q.vnica artic.3.dub.1. Marſil.in 1.q.20,art.3.dub.1.

14. Tertullianus obſcurius eandem contradictionis implicationem intulit, quam perſpicuè Anſelmus nuper citatus,quando in exhorratione ad caſtitatem prope initium cap.2.aliàs cap.1. *Excuſabitur*, inquit, *omne delictum, ſi contenuerimus,nihil fieri à nobis ſine Dei voluntate. Et ibi definito, iſtam deſtructionem totius diſciplinæ, etiam ipſius Dei,ſi & quæ non vult, de ſua voluntate producit,aut nihil eſt,quod Deus non vult.* Hoc eſt,excuſabitur omne delictum, ſi contentioſè atque mordicùs tenuerimus,nihil fieri à nobis ſine Dei voluntate, non tantum permittente (quam ibidem Tertullianus concedit etiam in malis operibus) ſed etiam poſitiuè volente,ac decernente, vt quodlibet opus fiat. Et ibi definito,iſtam, ſupple,eſſe deſtructionem totius diſciplinæ,ſiue ſpeculatiuæ Theologiæ, ac Philoſophiæ, ſiue etiam practicæ, quæ mores inſtituit: imò etiam eſſe deſtructionem ipſius Dei; ſi & quæ non vult, de ſua voluntate producit,nam ſecum ipſe pugnabit.

Deus ſecum ipſe pugnabit.

15. *Auguſtinus.* Quod ad peccati excuſationem attinet, notauit etiam Auguſtinus lib.3. de libero arb.cap. 16. dicens: *Quod ſi neque ſua, neque aliena natura quis peccare cogitur,reſtat vt propria voluntate peccetur. Quod ſi tribuere volueris conditori, peccantem purgabis, qui nihil præter ſui conditoris inſtituta commiſit. Qui ſi rectè defenditur,non peccauit. Non eſt ergo,quod tribuas conditori.*

16. At inquis, Auguſtioum agere de formali ratione malitiæ. Id quod ego fateor: cæterum non de ſola ratione formali malitiæ tractare,manifeſtum eſt,cùm toto illo capite,atque ſequenti 17. præcipuè quærat originem malitiæ, vtrum ea ſit à conditore,& à natura ipſa; vel ſolummodo ſit à libera voluntate creata.Quod ſi tribuamus conditori, quod creatam voluntatem determinet ad materialem actionem,ex qua neceſſariò, & inſeparabiliter malitia promanat; iam origo malitiæ tribuitur conditori; ac ſubinde peccans purgatur, quia nihil præter ſui conditoris inſtitura commiſit, realiter producendo materialem actionem, quam conditor inſtituit, prædefiniuit, prædeterminauit, cauſauit. Quæ actio ex ſuppoſitione,quod exiſtat in rerum natura,non eſt in poteſtate hominis impedire, ne malitiam & peccati formalem rationem inſeparabiliter germinet.

17. *Proſper.* Rurſus Auguſtinus ad articulos ſibi falsò impoſitos art.4. vel potiùs Proſper ad obiectiooes Viocentianas obiect.4. *Inſanum*, ioquit, *eſt dicere, voluntatem Dei,ex Dei voluntate non fieri,& damnatorem diaboli,eiúſque famulorum velle vt diabolo ſeruiatur.* Seruitur autem per realem & poſitiuam volitionem, qua eum adorare, & illi obedire volunt Striges,ſagæ, atque venefici. Hanc ergo realem & poſitiuam volitionem non vult Deus vt ab hominibus eliciatur: alioqui vellet, vt diabolo ſeruiatur. Atque eadem ratio militat in cæteris actionibus peccatorum.

Clemens Alexádrinus lib.4.Stromat.in med. 18.
Deum non voluiſſe, ſed tantùm permiſiſſe vt Iudæi,& tyranni perſequerentur Chriſtum Dominum,& martyres,probat: *Nam è duobus alterum* (ſupple,ſequitur neceſſariò) *aut bonũ quid, & honeſtum erit perſecutio propter Dei voluntatem; aut erunt inſontes, qui affligunt.* Vndeconcludit eiuſmodi perſecutiones Deum mioimè operari; ſed tantùm non prohibere propter altiores fines.

Nyſſenus orat.catechetica cap.5.prope finem 19.
ait: *Nullius mali ortus initium duxit ex Dei voluntate. Reuera enim nulli reprehenſioni affine eſſet vitium,vt quod ſui effectorem, & patrem Deum ſibi aſcriberet: ſed malum intrinſecus quodammodo innaſcitur in libero animi arbitrio, & electione, tunc conſiſtens,quando fuerit aliquis animi receſſus ab eo, quod bonum eſt.* Et quidem duxiſſet initium ex Dei voluntate; ſi Deus efficaciter vellet,vt hæc voluntas creata eliceret talem actionem,cui malitia neceſſariò, & inſeparabiliter eſt annexa: ideóque nulli reprehenſioni ſubiaceret: vt nuper cum Auguſtino dicebamus.

Idem Nyſſenus lib.de vita Moſis propius ad 20.
med.quàm ad princip.ait: *Nam & verba Scriptura, quaſi diuinitus eos impulſes ad libidinem, ac ignominia paſſionibus traditos ſonare videntur. Nec tamen turpitudini Deus quemquam tradit, nec Pharao nolens ab ipſo Deo in duritiem impellitur, nec vita ranarum a virtute conformatur. Nam ſi Dei voluntate atque impulſu ita fieret, nec turpitudinis, & vituperationis hæ paſſiones appellarentur, nec vlla eſſet inter virtutem, & vitium differentia. Verum cum alius hanc, alius illam eligat vitam, & hic virtuoſè,ille vitioſè viuere malit,non iure altiori cuidam neceſſitati, ſed voluntati ſingulorum viuendi normam attribuimus.* & poſt pauca: *Sic oportuit Scripturæ quoque huiuſmodi locos accipere. Indurauit igitur Deus cor Pharaonis, non quia diuina voluntas duritiem in animum eius induxerit, ſed quia cum ipſe vitioſè viuere maluerit,non ſuſcepit rationem, qua induratum cor in vitio permollitur.*

Hìc conſideremus realem & poſitiuam voli- 21.
tionem Pharaonis,qua volebat reſiſtere Dei præceptis,ſibi per Moyſen denuntiatis,& reales volitiones, per quas iſtius ſæculi ſapientes voluerunt ſatisfacere ignominioſis paſſionibus: videamúſque, vtrùm ſecundùm Nyſſeni ſententiam volitiooes illæ fiant Dei voluntate,atque impulſu. Nam, ſi fiunt,neque ignominioſæ ſunt,neque vllo diſcrimine differunt ab actionibus virtutum,vt Nyſſeous concludit. Obſerua deinde rationem imputandi hominibus culpam eſſe liberam cuiuſque electionem, quæ non propter altiorem neceſſitatem recuſat accipere ratiooem, quâ induratum cor permollitur. Eſſet autem altior neceſſitas phyſica Dei prædeterminatio ad materialem volitionem tenaciter reſiſtendi cuicunque rationi emollienti.

Confirmatur ſecundò. Nam & recentiores 22.
Scholaſtici,quando refutant huius temporis errores de impulſu Dei ad peccatum, hoc inter alia vtuntur argumento, quod eiſdem verbis ad noſtram ſententiam probandam poteſt accommodari. Atque, vt alios Authores omittam,produco eum, quem nullus audebit recuſare quaſi alienum à Schola S.Thomæ. Sotus igitur in lib. 1.de natura & gratia cap.17. in 1.argumento ait:

Si Deus

Si Deus vult, me hoc facere; hoc eſt conforme regulæ ſuæ. Si autem ita eſt, non eſt peccatum. & poſt pauca: *Contradictio eſt aliquem peccare in eo, quod à Deo actus agit.* & in 3. argumento: *Si facere id, quod Deus præcipit, vel conſulit, vel admonet, tam longè eſt à peccato, vt ſit etiam obedientiæ opus, propterea quod Deus eſt cauſa, vt fiat: vbi nos Deus non ſolùm iubet aut inſtigat, verùm efficaci, (vt dicitis) impulſu in noſtra nos tradit deſideria, quibus non poſſimus reſiſtere, quænam ratio inobedientiæ ſubeſſe poteſt, aut reuera culpæ?* Quare ſi per phyſicam prædeterminationẽ talis eſt Dei impulſus ad materialẽ volitionẽ, qua poſitiuè & expreſsè vis nõ obedire, vt in ſenſu cõpoſito cum tali impulſu impoſſibile ſit reſiſtere; nulla inobedientiæ, aut culpæ ratio poterit ibi ſubeſſe.

Ex prædeterminatione ſequitur veritas propoſitionis Ioãnis de Murcia.

23. Confirmatur tertiò, quoniam ſi quamlibet volitionem malam Deus prædeterminaret, abſolutè vera eſſet illa propoſitio, quæ eſt vndecima inter errores Ioannis de Murcia, condemnatos Pariſiis, qui referri ſolent ad finem libri quarti ſententiarum, & ita habet: *Quicunque peccat conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quod illa vult, ſicut Deus vult eum velle.* Probo Conſequentiam, quoniam quidquid eſt reale, tam in volitione, quàm in modo volitionis, totum hoc prędeterminauit Deus, & voluit, vt Petrus vellet hoc obiectum; & hoc modo inſuper Deus hoc voluit non voluntate ſigni, ſed volũtate abſoluta, & efficaci, quã ſcholaſtici ſolent appellare volũtatem beneplaciti in 1. ſent. diſt. 45. & 46. Nec poteſt reſponderi, Ioãnem de Murcia dixiſſe, malitiã peccati, ſub ratione malitiæ, conformẽ eſſe diuinæ voluntati: hæc enim eſſet tã craſſa, tamq; perſpicua hæreſis, vt nulla prorſus indigeret Pariſienſium cenſura, ſed connumerandus eſſet ille cum antiquiſſimis hęreticis. Agebat ergo Murcia de cõformitate, quantum ad realem & poſitiuam volitionem, quâ homo peccator vult idem obiectũ eodẽ modo, & cum eiſdẽ omnibus circũſtantiis, quod, ſicut, & cum quibus Deus efficaciter vult ac prædefinit, vt hic homo velit hîc & nunc: hoc enim ſonant illius erroris verba.

Prædictæ actiones materiales obligarent naturali, & diuino præcepto.

24. Quinta & poſtrema refutatio præcedentiũ vires auget, quoniã prædictæ actiones materiales non ſolùm excuſarentur à malitia, ſed etiã obligarẽt naturali & diuino præcepto fundato in rerum naturis, ſi Deus illas phyſicè prædefiniuiſſet. Sequela probatur, quia contra rationem inſtrumenti, & principalis agentis, & contra debitam ſubordinationem erit, ſi inſtrumentum non ſequatur ductum principalis agẽtis. Ergo ex ſuppoſitione, quod Deus præmoueat, & prædeterminet voluntatẽ Iudæ, tanquam inſtrumentũ ad materialem actionem proditionis; contra rationẽ naturalẽ, & debitam ſubordinationẽ ad Deũ faceret Iudas; ſi per impoſſibile reſiſteret huic prædeterminationi, continendo ſe à materiali actione proditionis.

Solutio, & eius prima impugnatio.

25. At dicet aliquis, ignorabat Iudas, vtrùm Deus illum prædeterminaret ad materialem actionem proditionis. Sed non propterea debilitatur argumentum. Primò, quoniam ſaltem ſequitur, Iudam per ſe loquendo, atque præſcindẽdo ab ignorantia, obligatum fuiſſe ſub mortali ad totam illius actionis realitatẽ eliciendam; licet fortè propter erroneã conſcientiam, aut ignorantiam, vel excuſaretur ab hac obligatione, vel obligaretur ad oppoſitum.

26. Secundò, quoniam Iudas, ſicut quilibet homo, ſi perſuaderet ſibi, quamlibet actionem materialẽ peccati à Deo prædefiniri, eo ipſo deberet exiſtimare, ſuas materiales actiones, quæcumq; fuerint eliciendæ, ſatisfacere prædictæ obligationi, qua inſtrumentum tenetur ſubordinari principali agenti, ideóque nihil curare liceret de præcauẽdis eiuſmodi actionibus, quas præcauere, foret eo ipſo violare prædictam obligationem. Confirmatur, quoniã ſuppoſita prædicta opinione, quicũq; in ſe experitur voluntatem committendi aliquod facinus, eo ipſo meritò iudicabit, ſuam hanc volitionem debitam fuiſſe prædictæ obligationi, & ſubordinationi; ac proinde nihil erit, quod de illa doleat: neque ad illam retractandam applicet animum, quæ omnia cùm ſint manifeſtè falſa, non erit verum Antecedens ex quo ſequuntur.

Opus non eſſet dolere de prædicta materiali actione.

Ex dictis facilè colligitur, falſum eſſe quod vnus eorundem Authorũ aſſeruit. Ideo Iudas voluit illam actionem venditionis, in quantũ actio, quia Deus voluit, vt eã vellet in quantũ ens eſt. In quibus reduplicationibus verborũ ſonitus magnam prætendit excuſationem toti propoſitioni, quoniam innuit, Dei voluntati non placere, niſi rationẽ communem volitionis, & entis; diſplicere autẽ & refutari à diuina voluntate, quod voluntas creata realiter velit odiſſe Deum & eius leges violare. Cæterùm alia eſt illorũ mẽs: cùm expreſsè doceant, non ſolùm genericam, ſed etiam ſpecificam, & numericam rationem cuiuſque volitionis eſſe à Deo volitam, prædefinitam & prædeterminatã: vt vidimus diſp. 28. ſect. 4. Conſequẽter etiam, falſum eſſe conſtat, quod idem author generaliter ait. A Deo procedit & ab illo eſt, quod voluntas ſe determinet ad quamcumque actionem, etiam peccati, in quantum actio eſt, quia vt ſic bona eſt. 27.

SECTIO II.

De varia proportione obiectorum ad varias voluntates, obiectio diluitur, & noua ratio inſtruitur.

Hic præoccupandam cenſuimus obiectionẽ, quam contra ea, quæ diſſeruimus diſputationibus præcedentibus deſumere poſſet aliquis ex diuerſitate proportionis, ob quam idem obiectum, quod velle congruit voluntati diuinæ; humanæ voluntati velle non congruit, nec decet. 1. Nam vt Auguſt. ait in Enchirid. c. 100. *Aliquando bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult; & rurſus fieri poteſt, vt hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona. Tantum intereſt quid velle hominis, quid Deo congruat, & ad quem finem ſuam quiſque referat voluntatem, vt aut approbetur, aut improbetur.* Vbi Auguſtinus ex diuerſo fine, quem Deus intẽdit, & non creata voluntas, & ex diuerſa proportione congruentiæ eiuſdem rei cum diuina voluntate, & non cum humana, colligit Deo eſſe laudabile quædam obiecta velle, quæ hominibus velle non liceat.

Auguſtinus.

Quam Auguſtini ſententiam Magiſter & communiter ſcholaſtici recipiunt in 1. diſt. 48. à med. vbi Albert. S. Thomas, S. Bonauent. Ægidius, Ricardus, Durandus, Vdalricus, Scotus, & alij, quorum plures refert Carthuſianus ibidem q. 1. Alexander etiam 1. p. q. 41. memb. 5. 2.

Reſpondeo & dico primò. Auguſtinus in hoc & ſimilibus locis non agebat de interiori volitione violandi legem diuinam; ſed ſolúmodò de exteriori opere peccati, nec agebat de quolibet 3.

Prima concluſio.

Mens Auguſtini exponitur.

exteriori npere, ſed de illo tantum, quod non eſt ab iotrinſeco malum; ſicut mendacium, & blaſphemia ſunt ab intrinſeco mala. Opus igitur exterius, in quantum pœna eſt, Deus vult: at ioteriorem volitionem turpem Deus non vult; ſed tantum permittit. Cæterum ſupponens voluntatem aliqnam ad malum liberè propendere, illa tanquam inſtrumento vtitur ad prædictum opos exterius, in quantum eſt pœna, iuſto Dei iudicio infligenda.

4. Hæc omnia conſtant ex lib. 83. qoæſt. q. 53. vbi oſtendens Auguſtinus, quando aliqnis peccator dignus eſt decipi, obſeruat hanc pœnam deceptionis non irrogari à Deo pet homines amatores veritatis, & multò minus *per Angelum, cui non conuenit perſona fallacia, & quem deceptionis officium non deceret; ſed per talem hominem, qui nondum ſe huiuſmodi cupiditatibus exuit, aut per talem Angelum, qui pro ſua voluntatis peruerſitate, tales partes ſibi imponi poſtulat.* Verba ſunt Auguſtini, ſed non eadem ſerie poſita, ſed multis reſecatis, ſeruata eſt ſenteotia fideliter. Et poſtea coofirmat à ſimili: *Hinc eſt quod iudex damnatum percutere indignum ſua perſona & nefarium iudicat, eius tamē iuſſu hoc facit carnifex, qui pro ſua cupiditate ſic ordinatus eſt in officio, vt percutiat legum moderatione damnatum, qui poſſet etiam innocentem ſua crudelitate percutere.* Ar verò iudex non imperat carnifici talem nocendi cupiditatem & crudelitatem, qua poſſet eriam innocentem percutere; niſi legum moderatione, quaſi vioculis teneretur. Vnde poſtea ſobdit, eorum, *quæ Deus facit per creaturam ſibi ſeruientem, quædam iubere, quædam permittere,*

5. *Ratio conuincens Deo indignum, velle, vt creatura odio proſequatur ipſum.*

Atque hinc oritur noua ratio conuincens, diuina voluntate indignum eſſe velle, vt voluntas creata Deum odio proſequatur, qnia Deus non vult bona voluntate, niſi quod Deo velle congruit, & quod refetre poteſt ad finem propriæ bonitatis, vt Auguſtinus air in illis ipſis verbis, quæ obiiciuntur ex enchiridin cap. 101. Sed non cnngruit Deo efficaciter velle prædeterminare hominem, vt Deum odio proſequatur, quātumcumque fingatut in odio præſcindi materialem actionem à malitia, neque poſſunt eiuſmodi actiones teferri ad finem diuinæ bnnitatis, quæ ab intrioſeco habent recedere à diuina boniiate per poſitiuam & realem fugam, & auerſionem. Ergo impoſſibile eſt, Deum hæc velle & prædeterminare.

6. *Prima confirmatio.*

Explicatur & confirmatur primò, quoniam, vt paulò ſuperius dicebamus, illa ſententia Auguſtini, nimirum, fieri poſſe, *vt hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona*, contingere poteſt, vt verificetur in omnibus, & ſolis rebus, quæ non habent ab intrinſeca quidditate repugnantiam cum ratione & honeſtate. Nam eiuſmodi res eo ipſn aptæ ſunt, vt comparatione vnius voluntatis congruant cum recta tatione, & ordinari poſſint ad bonum finem illius voluotatis proprium; non verò comparatione alterius voluntatis. Et hanc eſſe mentem Auguſtini, conſtat non ſolùm ex prædicta ratione, ſed etiam ex tribus illios exemplis, quæ ſubiicit, nimirum, parentem alicuius hominis viuere, aut mori: Chriſtum Dominum occidi: Paulum pati: hæc enim omnia nullam habent ab intrinſeca quidditate repugnantiam cum recta ratione: ideòque Deo congruit ea velle propter altiſſimos fines: ſed hominibus ea velle, atque cauſare, nolla ratione cōgruit. Eadem exēpla Auguſtini videre licet apud Magiſt. 1. diſt. 48. cap. *Ad quod*, Et cap. *Si verò.*

Confirmatur ſecundò ex S. Thoma 1. 2. quæſt. 19. art. 10. corpore, vbi prædictæ diuerſitatis congruentiæ vnius obiecti ad diuerſas voluntates, inde ſumit rationem à priori, *quoniam aliquod obiectum ſub vna ratione, eſt bonum, & ſub alia ratione, non eſt bonum.* Quod non poteſt verificari de actionibus qoidditatiuè repugnantibus rationi rectæ. Atqoe propter eandem rationem idem colligitur ex S. Bonauentur. 1. diſt. 48. art. 2. quæſt. 2. in fine corporis, & Durandus ibi quæſt. 2. num. 15. 7.

S. Thomas.

Confirmatur tertiò, quia quod nulla ratione poteſt reddi honeſtum, id nulla voluntas, etiam increata, propter nullum finem, quantumcumque optimum, poteſt honeſtè velle. Sed materialis & realis volitio deſtruendi Deum ſi poſſet, & blaſphemandi, quantum poſſet, nulla ratione poteſt reddi honeſta, qnantumcumque præſcindatur à conſequente priuatione, ſeu formali ratione malitiæ. Ergo hanc materialem & realem volitionem, nulla voluntas, etiam diuina, & propter nullum finem poteſt honeſtè velle. Atque eadem ratio erit in qoacumque actione, quæ ab intrinſeca quidditate habet repugnantiam cum ratiooe: qualis eſt omnis volitio interior, quæ ſcienter amplectitur obiectum, Dei lege prohibitom, vt oſtendi 1. 2. quæſt. 18. art. 5. & tota ferè quæſt. 19. 8.

Quod nullatenus honeſtari poteſt, nec propter finem optimum amari poteſt.

Confirmatur quartò, quia Deus quidditatiuè eſt charitas. Ergo non poteſt velle, quod eſt contrarium charitati, etiamſi reali & poſitiua contrarietate ſit contrarium, & quantumcumque præſcindatur à formali ratione malitiæ. Sed odium Dei & blaſphemia ſunt realiter, & quidditatiuè contraria charitati. Ergo, quantumcumque præſcindatur à formali ratione malitiæ, non poteſt Deus, velle illas actiones determinando hominem ad illas eliciendas. 9.

Eadem ratio vim habet in qualibet alia volitione, qua obiectum aliquod creatum anteponitur obſeruantiæ dioinæ legis. Nam quæcumque talis volitio, realem quandam participationem habet odij, quatenus realiter vult Deum non eſſe ſibi vltimum finem, & realiter vult poſtponere Dei voluntatem, & præferre ſuam, vnde tealiter repugnat charitati.

Volitio aliquid legis diuinæ obſeruātiæ anteponens, rationem odij aliquā participat.

Confirmatur quintò ratione naturali, quoniam quidquid eſt contra rationem velle, diuinæ voluotati repugnat. Sed contra rationem eſt velle, vt aliquis homo ſcienter faciat opera, iuſtitiæ aut continentiæ contraria, & tamen uolle vt ille contrahat malitiam & prauum habitum iniuſtitiæ & intemperantiæ. Militat enim in hac voluntate eadem prorſus ratio, quam Ariſtoteles notat io 3. Ethicorum, cap. 5. prope medium circa voluntatem humanam dicens: *Metas rationis egreditur, iniurias facientem hominem, aut intemperatè agentem nolle ſe iniuſtum, aut intemperantem eſſe.* Cuius fundamētum explicat S. Thomas ibi, lect. 12. *Si enim aliquis vult aliquam cauſam, ex qua ſcit ſequi talem effectum, conſequens eſt, quod velit illum effectum, & quamuis fortè non velit illum effectum ſecundum ſe, potius tamen vult illum effectum eſſe, quàm cauſa non ſit.* 10.

Ariſtoteles.

S. Thomas.

Ad huius denique confirmationem pertinent omnia, quæ diximus diſp. 27. ſect. 4. & diſp. 32. ſect. 3. num. 5. referentes quomodo Caluinus ex prædicto teſtimonio Auguſtini tentauerit ſuo errori prætextum & probabilitatem afferre. 11.

SECTIO III.

Deus non vult, vt fiant materiales actiones malæ, ſed potiùs vult, vt non fiant.

1. HOc ipſum in præcedente ſect. probare cœpimus, obiectionem ibi poſitam retorquendo; in præſenri verò, aliis rationibus & teſtimoniis vt cōfirmemus, ex dictis ſupra diſp. 19. & 20. præcipuè vero 19. ſect. 2. & 3. recolendum eſt, quidditatiuum diſcrimen antecedentis, & conſequentis voluntatis Dei conſiſtere in eo, quod antecedens eſt voluntas primaria, & beneplacitum ex ipſo Deo, & ex eius natiua propenſione exiſtens, nullámq; occaſionem ſumens ex noſtro vitio. Conſequens verò eſt voluntas, quæ ortum & rationem ſumit ex noſtro vitio.

2. *Volitio, qua Deus cum homine vult materialem peccati actionem producere, conſequens volū tas eſt.*

Inde fit, voluntatem, qua Deus vult cum libero arbitrio concurrere, ad materialem actionem peccati producendam, non eſſe antecedentem, ſed conſequentem voluntatē; ſi Deus, quantum eſt ex ſe, præoptat concurrere ad contratiā actionē honeſtam; & à libeto noſtro vitio ſumit occaſionem & rationem concurrendi, vt arbitrium ſinat ſuos motus agere. Contrà verò ſequitur non eſſe voluntatem conſequentem, ſed antecedentem, ſi Deus à ſe ipſo & ex ſua natiua propenſione, nulla præſuppoſita ratione, ſiue occaſione noſtri vitij præuiſi, vellet prædeterminare materialem actionem odij Dei.

3. *Si Deus antecedēte voluntate materialē actionem prædeterminaret, ipſam volūtate antecedente vellet.*

Rurſus ſi Deus per antecedentem voluntatem efficaciter vellet prædeterminare materialem actionem odij, eo ipſo per antecedentem voluntatem efficaciter vellet, ipſam etiam actionem odij ab homine produci, & exiſtere in rerum natura. Sequela probatur, quia quod per ſe, & immediatiſſimè deſtinatur ad aliquem finem, nullus poteſt efficaciter velle, niſi efficaciter velit eundem finem: ſed prædeterminare materialem actionem odij Dei, eſt aliquid per ſe & immediatiſſimè deſtinatum ad eandem actionem producendam: ergo non poteſt Deus velle efficaciter prædeterminantem concurſum, deſtinatum ad materialem actionem odij, quin efficaciter velit ipſam materialem actionem odij.

4. *Cauſa actione agens efficaciter effectum tali actione productum intendit.*

Confirmatur primò, quia omnis cauſa agens aliqua actione, intendit efficaciter effectum, qui per ſe & immediatè producitur per illam actionem. Et quidem agentia rationis expertia hanc intentionem non habent elicitam, ſed inſitum, ſeu naturalem appetitum extrinſecè ordinatum ab Authore naturæ: at vera agentia intellectualia huiuſmodi intentionem habent elicitam. Sed Deus prædeterminans actionem odij, eſt cauſa agens illa prædeterminatione, tanquam actione. Ergo Deus efficaciter intendit materialem entitatem odij: hæc enim eſt effectus, qui per ſe & immediatè producitur per illam actionem.

5. Vnde confirmatur ſecundò, quia nullus poterit velle efficaciter actionem calefactionis, quin velit efficaciter, calorem produci. Sed phyſica prædeterminatio habet ſe, ſicut actio; & materialis entitas odij habet ſe, ſicut terminus producendus. Ergo impoſſibile eſt velle prædeterminationem prædictæ entitatis, quin velit eandem entitatem.

6. Confirmatur tertiò, quia ſi non formaliter, vt minimum virtualiter erit volita actio materialis odij Dei, eo ipſo, quod volita eſt formaliter prædeterminatio ad illam. Quia ex eo præcisè, quod medium per ſe ordinatum ad aliquem finem, & prorſus efficax, eſt cognitum & volitum, vt tale, eo ipſo eſt ſaltem virtualiter volitus finis illius.

Actio materialis odij Dei ad minus virtualiter erit à Deo volita.

7. Vnde huiuſmodi argumentum ſumitur. Si Deus prædeterminaret materialem actionem odij, ſequeretur inde non conſequentem, ſed antecedentem eſſe voluntatem, qua Deus vult, vt hic homo producat materialem actionem odij. Conſequens eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Maior illa conditionalis & illius illatio ſatis probata eſt nuper. Minorem verò, & conſequentis falſitatem probo primò. Quia Deus antecedenter, & quantum eſt ex innata propenſione propriæ voluntatis, vſque ad horrorem, deteſtatur, & odio proſequitur non ſolùm rationem formalem malitiæ, ſed etiam reales & poſitiuas actiones rationi & diuinæ legi contrarias. De quo, cum plura ſuppetant Scripturæ teſtimonia, nūc ſatis erit illud Sap. 12. prope initium. *Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebāt per medicamina, & ſacrificia iniuſta, & filiorū ſuorū necatores, ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominū, & deuoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo, & authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluiſti per manus parentū noſtrorum.* Perpende, non ſolùm malitiam, ſed etiam propter illam opera fuiſſe odibilia. Inſuper medicamina, ſacrificia iniuſta, necare filios, comedere viſcera, deuorare ſanguinem; omnia hæc ſignificant, non ſolùm rationem formalem malitiæ; ſed etiam materialem entitatem operum, quæ erant odibilia.

Deus antecedenter odio proſequitur materiales actiones diuinæ legi cōtrarias.

Sap. 12.

8. Probatur ſecundò, quia Deus per voluntatem antecedentem præoptat, vt omnes homines etiam præſciti obſeruent omnia diuina præcepta, & conſequantur æternam ſalutem: vt probatum eſt diſp. 19. 20. & 21. Ergo antecedenti voluntate non vult, vt multi homines eliciant materiales actiones, realiter contrarias diuinis præceptis. Conſequentia probatur, quoniam prædicta obiecta contraria ſunt. Quapropter impoſſibile eſt, antecedenter amari ab eadem voluntate, præſertim quamdiu recta ratione ducitur. Nam quod antecedenter amatur, placet propter ſe ipſum, & propter innatam propenſionem diuinæ voluntatis, vt in principio dicebamus. Eſt autem impoſſibile innatam propenſionem Dei ferri ſimul ad incompoſſibilia.

9. Confirmatur primò, nam vt ſcitè S. Thomas in 1. diſt. 46. q. vnica art. 4. ad 3. *Mala*, inquit, *culpæ non fieri vult Deus voluntate antecedente, non autem voluntate conſequente, niſi de illis, quos ſcit, mala non velle facere: quia voluntas conſequens reſpicit conditionem creaturæ. Nec tamen ſequitur, quod voluntate conſequente velit, mala fieri, ſed vult permittere, mala fieri.* Vnde conſtat primò voluntatem antecedentem, quæ vult, mala non fieri, extendi ad quoſlibet homines: ſiquidem ſola voluntas conſequens limitatur ad quoſdam. Inde præterea ſequitur, Deum voluntate antecedente velle, vt nullæ fiant materiales actiones peccatorum, quibus neceſſariò & inſeparabiliter coniungitur malitia: nec enim aliter mala fiunt, niſi faciendo eiuſmodi actiones.

S. Thomas.

10. Confirmatur ſecundò, quoniam licet Deus multa contraria in Mundo produxerit; illa

tamen temperauit, ne ſit incompoſſibilis eorum exiſtentia. At contradictionem implicar omnes homines implere omnia præcepta, & plures homines elicere materialem actioné tranſgreſſionis.Confirmatut tertiò, quia, licet daremus Authoribus citandis in principio ſectionis quartæ, voluntatem prædeterminandi materialem actionem peccati appellandam eſſe conſequentem(ne de vocibus contendamus)adhuc tamen in ea volũtate temaneret primaria & quidditatiua ratio repugnantiæ, videlicet, non ex noſtro vitio, ſed ex innata Dei propenſione deſcendere.Quapropter conſenti:e non poteſt eum innata propenſione,qua Deus vult omnium bominum ſanctitatem:vt magis conſtabit ſect.4.

Iſtius conſequeotiæ vis latet in verbis 1.Theſ.
11. 1.Theſ. 4. 4. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra:vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore: non in paſſione deſidery, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum ne quis ſupergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrem ſuum.*Perpende, ex eo quod antecedens voluntas Dei ſit ſanctificatio noſtra, & obſeruatio præceptorum,quæ ad tempetantiam, & iuſtitiam pertineot,rectè colligi,Dei voluntatem antecedentem eſſe, vt non admittantur paſſiones deſiderij, neque fraudes, quæ ſunt reales actiones temperantiæ, atque iuſtitiæ tealiter conttariæ.Vnde etiam Ecelesiaſtici 15.fine: *Non*
Eccleſiaſtici 15. *enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.* Recole ex Chryſoſtomo ſupta diſp. 19. ſect. 5. non procul à principio, concupiſcentiæ nomen proprium eſſe voluntatis antecedentis.

12. Probatur tertiò,quoniam volitiones,per quas tealiter amplectimur bona creata diuinæ legi cõtraria,non ſunt voluntates Dei,ſed noſtræ. Vn-
Ioan. 5. de Ioan. 5. *Iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.* Quapropter quieumque ſuam gloriam & temporalem delectationem deſiderat,ideo non eſt iuſtus, quia non Dei,ſed ſuam voluntatem quærit.

13. Confirmatur primò Iſaiæ 65. *Feciſtis malum*
Iſaia 65. *in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis.* Vbi Hietony-
Hieronym. mus, *Conſiderandum*, notat, *quid ſignificet quod*
Matth. 7. *ait:Et quæ nolebam elegiſtis: aut quaſi voluntas filij Dei,qui loquitur in Euangelio:Non omnis, qui dicit mihi,Domine, Domine, ingredietur in regnũ cælorũ, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis: de qua & ipſe dicit Deus: vt facerẽ voluntatem tuã,*
Pſalm. 39. *volui. Hæc eſt voluntas, de qua & ipſe Dominus lo-*
Act. 13. *quebatur:Inueni Dauid filium Ieſſe,virum iuxta cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Vnde &*
Pſalm. 142. *ſanctus precatur & dicit: Doce me,vt faciam voluntatem tuam,quia Deus meus es tu.*

14. Hæc omnia propterea Dei voluntates appellantur, quoniam ſunt actiones, quas Deus primariò,& quantum in ipſo eſt, deſiderat ab hominibus exerceri.Vnde bene infertur conttarias actiones Dei conſilio, atque voluntate non peragi. Quam illationem clarius expreſſit Hierony-
Epheſ. 1. mus in illud Epheſ. 1. *Qui vniuerſa operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, dicens: *Non quòd omnia,quæ in Mundo fiunt, Dei voluntate & conſilio perag antur,alioquin & mala Deo poterunt impu-*
Hieronym. *tari: ſed quòd vniuerſa quæ facit,conſilio faciat, & voluntate, quòd,ſcilicet, & ratione plena ſint & poteſtate facientis.* Fieri & peragi proprium eſt realium effectuum, & actionum, quæ omnes ſi Dei voluntate & conſilio peragerentur, iudice Hieronymo, ſequeretur mala Deo impntari potuiſſe.

Quod idem ſecundò confirmant, quæ conti- 15.
nuò ſubdit: *Nos homines pleraque volumus facere conſilio:ſed nequaquam voluntatem ſequitur effectus. Illi autem nullus reſiſtere poteſt,quia omnia,quæ voluerit, faciat. Vult autem ea quæcumque ſunt plena* 1.Timot.2.
rationis,atque conſily:vult ſaluari omnes,& in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus abſque propria voluntate ſaluatur, liberi enim arbitry ſumus: vult nos bonum velle, vt cum voluerimus, velit in nobis & ipſe ſuum implere conſilium.

16. Poodera primò antecedentem Dei voluntatem, qua vult ſaluari omnes, & ad agnitionem veritatis venire. Secundò rectè inde Hieronymus infert,non aliter Deum velle concurrere ad noſtras actiones peccati, niſi quatenus vult, vt nullus abſque ptopria voluntate ſaluetur, & permittatur libero arbitrio: eum tamen Deus, quantum ex ſe eſt, velit, nos bonum velle.

17. Tertiò idem confirmant alia Scripturæ verba, in quibus volitio amplectens obiecta prohibita exprobtatur, quaſi voluntas nobis proptia, diuinæ voluntati contraria. Quemadmodum
Iſaia 58 Iſaiæ 58. *Ecce in die ieiuny veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.* Hîc non ſolum malitia, ſed etiam materiales actiones percotiendi,contendendi, litigandi, appellantur hominum, & non Dei voluntates.
Hieronym. Vnde Hietonymus ibi: *Inueniuntur*, inquit, *vo-*
Epheſ. 2. *luntates veſtræ,vt non Dei,ſed veſtras faciatis voluntates, quas Paulus ſcribens Epheſiis reprobat: iuxta principem poteſtatis aëris,Spiritus, qui nunc operatur in filios incredulitatis, in quibus & nos omnes conuerſati ſumus aliquando, in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum.* Sic
Iſaia 58. iterum Iſaias prope finem eiuſdem cap. 58. *Si auerteris*,inqoit, *à ſabbato pedem tuum,facere voluntatem tuam in die ſancto meo.* Vbi voluntas hominum propria vocatur opus ſeruile, atque in die ſancto prohibitum.

18. Quartò probatur ex Conciliis & Patribus, qui ex mente ſacrarum literarum eandem hauſere doctrinam. Vnde Arauſicanum ſecundum Arauſic. 2.
Can. 23. ita decernit. *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo diſplicet.*

19. Sumitur idem ex Auguſtino multis in locis, quemadmodum 12. de Ciuitate capit. 6. intet princip. & med. Nam vt probet, malæ voluntatis non eſſe quærendam aliam priorem cauſam; ſed ipſam eſſe primam cauſam determinantem
Auguſtin. ſe ad opus malum, vtitur hoc argumento. *Quis ita deſipiat, vt dicat, quod bona voluntas faciat voluntatem malam? Erit enim, ſi ita eſt,bona voluntas cauſa peccati, quo abſurdius putari nihil poteſt, & dici.* Vbi dum dicitur bona voluntas, ſupponitur, illi non imputari malitiam, neque velle malitiam: & tameo ex eo quod bona voluntas faciat voluotatem malam, ſequitur eſſe peccati cauſam, etiamſi bona ſit. Quapropter Dei voluntas, etiam ſi bona eſſet, peccati cauſa foret, ſi faceret voluntatem malam.

20. Idem Auguſtinus lib. 83. quæſt. q. 3. tomo quarto(refertur in 2. diſt. 35. cap. *Ex prædictis.*) ait: *Vitium eſt voluntas, quo eſt homo deterior, quod vitium longè abeſt à voluntate Dei, vt ratio docet.* Abeſt ergo longè à voluotate Dei voluntas,

voluntas, quæ vitium eſt, quo eſt homo deterior. Rurſus in lib. de Perfectione iuſtitiæ ratiocinatione 7. & 8. Cæleſtio Pelagiano concedit, *Deũ velle, hominem ſine peccato eſſe. Alioqui non mitteret Filium ſuum ſine peccato, qui ſanaret homines à peccatis.* Cæterum addit, hoc ſine Ieſu Chriſti gratia obtineri non poſſe: inſuper huius innocentiæ perfectionem non præſtari niſi in Patria. Idcirco ratiocinat. 13. concludit, *ſola hominis voluntate factum eſſe, vt veniret ad neceſſitatem peccandi, quam ex peccato contraximus. Sola* dixit, ad excludendam Dei voluntatem: vt conſtat ex tota ratiocinatione. Plura de voluntate Dei, quæ permittit multas hominum operationes fieri contra ſuam voluntatem: vt de illis melius impleat ſuam voluntatem efficacem, ex eodem Auguſt. & aliis Patribus vidimus diſp. 18. ſect. 2. & 3.

21. Fulgentius l. 1. ad Monim. cap. 20. poſt med. *Peccati verò initium*, ait, *ſi attendatur, puto, quod nihil eſt aliud, quàm ordinatarũ rerũ inordinata rationalis creaturæ dilectio.* Hęc realis & poſitiua volitio eſt, & tamen illam non eſſe à Deo prædeſtinatam, ſtatim probat Fulgẽtius, *quia ex voluntate Dei nunquam proceſſit origo peccati.* Proceſſiſſet autem ſi ex voluntate Dei proceſſiſſet creaturæ rationalis ea dilectio, quæ quidditatiuè includit realem contrarietatem cum ordine charitatis: vnde neceſſariò & infallibiliter ſequitur, vt ſit initium peccati.

22. Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. in med. ait: *Nec enim Dominus paſſus eſt voluntate Patris, nec qui patiuntur perſecutionem, eam Dei voluntate patiuntur. Nam è duobus alterum; aut bonum quid & honeſtum erit perſecutio propter Dei voluntatem, aut erunt inſontes, qui eos afficiunt, & affligunt. Sed nihil fit ſine voluntate Domini vniuerſorum. Reſtat ergo, vt breuiter dicamus, ea quæ ſunt eiuſmodi, euenire Deo non prohibente.* Loquitur autem non de actione obedientiæ, patientiæ, & fortitudinis, & martyrij: has enim virtutes, tanquam à Deo dilectas & imperatas, ſæpe in eodem lib. 4. commendauerat, præſertim pag. præcedenti, & inter princip. & med. eiuſdem lib. 4. & lib. 2. Stromat. à med. Clemens ergo negat ſolummodo, Deum velle & cauſare actionẽ, qua perſecutio infertur.

23. Tertullianus in exhortatione ad Caſtitatem prope init. *Iam*, inquit, *in nobis eſt voluntas eligendi alterum; ſicut ſcriptum eſt: Ecce poſui ante te bonum & malum. Et ideo non debemus, quod noſtro expoſitum eſt arbitrio, in Dei referre voluntatem; qui non vult ipſe, & velle, qui malum non vult. Ita noſtra eſt voluntas, cum malum volumus aduerſus Dei voluntatem, qui bonum vult.* Nota, ex indifferentia eligendi & ex eo quod Deus vult, nos velle bonum quod ipſe vult, probari non eſſe Dei volũtatem, ſed noſtram, qua verſamur circa malum. Voluntas autem non ſolam rationem malitiæ, ſed etiam materialem & realem volitionem ſignificat.

24. Prudentius in Hamartigenia contra Marcionitas propius ad med. quàm ad finem ſcripſit:

Labi hominis, ſeruare Dei eſt: meritis perit iſte,
Ille abolet pereuntis opus, meritúmque reſoluit.
Argumentum ingens, Dominum quod talia præſtet,
Nolle malum, nec, quod poſt abluit, ante probare.

Ingens, inquit, argumentum eſt, probans, Deum nolle pereuntis opus malum, quoniam labi hominis eſt, Dei verò à lapſu ſeruare, abluere, & abolere pereuntis opus, eiúſque meritum reſoluere.

Probatur poſtremò ex omnibus Patribus, & Theologis Scholaſticis, qui tota diſp. 5. permiſſionem pertinere putant non ſolùm ad malitiam, ſed etiam ad materialem actionem, & tamen à permiſſione reiiciunt Dei voluntatem, nimirum antecedentem, & ex innata propenſione procurantem, vt talia opera fiant. 25.

Vbi notandum eſt, Hugonem Victor. ſine dubio exceſſiſſe, quando in ſumma ſent. Theolog. tract. 1. cap. 13. in medio ait: *Cùm viderit* (videlicet Deus) *alia, quæ in ſe mala, & ad aliud bona, voluit ea eſſe. Quid enim melius eſt eſſe, an ea quæ ſunt bona in ſe tantum, an ea, quæ etſi non ſunt bona in ſe, tamen ad aliud ſunt bona? Ea vtique, quæ ad aliud ſunt bona, non tamen concedimus, ſi vult ea eſſe, quod & vult ea: nec illud, ſi ſunt bona ad aliud, quod tunc ſunt bona. Cum itaque aliquis peccat, contra voluntatem Dei facit, quia contra præceptum eius, & quia non vult Deus quod facit: & tamen facit, quod vult eſſe. v. g. Iudæi Chriſtum crucifixerunt, occidendo contra voluntatem Dei fecerunt: & tamen volebat Deus, illud malum eſſe, quia ad aliud bonum.* Quam doctrinam multis poſtea rationibus confirmare conatur. Hæc autem ſententia eadem eſt, quam Magiſter, ſuppreſſo Authoris nomine ſeriò refutat in 1. diſt. 46. §. *Ideq;* & ſequentibus, ſimiliterque omnes Scholaſtici; nos autem ex profeſſo ſupra diſput. 26. ſect. 2. & 3. 26. *Hugo Victor.*

Circa Hugonis mentem, quod ad præſens attinet, obſeruanda ſunt duo, propter quæ nihil faueret contrariæ ſententiæ, quamuis non fuiſſet à Scholaſticis refutatus. Primum eſt, ea limitatione Hugo concedit, Deum velle, mala eſſe, vt tamen abſolutè neget, Deum cauſare, aut impellere, vt homines eliciant mala opera, cuius teſtimonia retulimus diſp. 31. ſect. 3. num. 13. Secundum eſt. Hugo non ſolùm de materiali actione, ſed etiam de ratione formali malitiæ pronũciat, Deum velle, mala eſſe. Quod ſi contenderis, eum loqui ſolummodo de materiali actione: de eadem intelligendum erit, quod ſemper adiungit: *Deus non vult mala.* Quapropter concedendum erit, ex huius Doctoris mente, Deum non velle materialem actionem peccati. 27.

SECTIO IV.

Cùm Deus prohibeat materialem actionem peccati, velle non poteſt, vt ab hominibus eliciatur.

PRimarium argumentum eſt, quoniam Deus ſua lege prohibet non ſolùm malitiam, ſed etiam materiales actiones, ad quas conſequitur: ergo Deus ex pondere propriæ voluntatis non determinat ſe ipſum ad volendum efficaciter eaſdem materiales actiones. 1.

Prima ſolutio contrariæ ſententiæ reſpondet Deum voluntate antecedente, quæ eſt voluntas ſigni, voluiſſe ab æterno, quod nullus peccaret: cum hac tamen voluntate ſtat ſimul in Deo voluntas efficax, qua prædeterminauit, vt quidam producerent actum peccati, in quantum actus eſt. Etenim iſtæ duæ voluntates non ſunt repugnantes, ſed potiùs conſonant inter ſe, ſicut hæc duo non repugnant, quod ſcilicet, iudex velit hominem viuere, in quantum homo eſt; & eum occidere, in quantum malefactor eſt. 2. *Solutio 1.*

3. *Nomen voluntatis cõſequentis nõ vſurpatur iuxta mentem Patrũ.*

Hæc ſolutio imprimis nõn ex mente antiquorum Patrum vſurpat nomen voluntatis conſequentis. Si enim Deus à ſe ipſo,& non à noſtro vitio rationem ſiue occaſionem accipiens, determinat,vel impellit ad materialem actionem peccati: voluntas illa fuerit antecedens, & non conſequens: vt oſtendimus initio ſectionis præcedentis, remittentes ad diſput. 19. ſection. 2. & 3.

4. *Explicatur exemplo.*

Confirmatur primò, quamuis enim perditiſſimus quiſpiam tyrannus poſſet edicto prohibere,ne ciues facerent idem opus,quod vult efficaciter procurare,vt ciues faciant,quo pœnam edicti committant, eiúſque vel ærarium augeant, vel crudelitati eſcam miniſtrent: nihilominus vtramque voluntatem antecedentem eſſe, & ex innata propenſione profectam, repugnat. Illi namque quaſi antecedens voluntas eſt augendi ærarium, & exercendi crudelitatem nocendo ciuibus: voluntas verò prohibendi actionem turpem,eſt veluti conſequens, quoniam ea prohibitio non amatur ex innata propenſione ad eius honeſtatem, imo potius ille, quantum ex ſe eſt,præoptat,vt illud bonum à nullo ciuium expleatur. Quamuis,ſi propriè loquẽdum ſit,neutra voluntas ſit antecedẽs, nec conſequens,quia nec amplectitur obiectum ſecundum ſe bonum propter ſe ipſum; nec amplectitur obiectum propter bonitatem,quam habet,ſuppoſita aliena culpa. Sed debitum amandi ordinem perturbat. Quod in Deum cadere nequit.

5. *Leges prohibentes, in Deo ex vero amore.*

Confirmatur ſecundò, quoniam vltra prædictam repugnantiam eſt alia clarior comparatione rectiſſimi, & ſanctiſſimi legiſlatoris, cui leges prohibentes innaſcuntur ex vero, & nulla ratione ſimulato amore boni operis, & contrarij operis odio, quantum ex ſe eſt; cui repugnat, & valdè indecorum, & inconſequens eſt, efficaciter velle & procurare,vt illud ipſum opus non fiat.

6. *Voluntas Dei prohibẽs peccatorum actiones,eſſet volũtas mentiendi.*

Confirmatur tertiò,quia aliàs voluntas ſigni, qua prohibentur actiones peccatorum, nihil aliud eſſet, niſi voluntas mentiendi. Quamuis enim ſine mendacio Deus præcipiat quandoque actionem, quam efficaciter vult non fieri: vt præcepit ſacrificari Iſaac: eo tamen caſu præcepti obligationem reuocat,vrgente iam obligatione implendi præceptum: attamen præcepti obligatione retenta, & conſeruata, aliunde velle efficaciter,vt fiat actio contraria,hęc eſſet voluntas mentiendi,quia ſignificat, ſe velle, quod non vult. Nam reſpectu eiuſdem temporis & earundem circunſtantiarum,in quibus vrget obligatio præcepti, Deus ſignificat,ſe velle, vt fiat ab homine,quod præcipit Deus, & nihilominus Deus efficaciter vult, & facit, vt homo contrarium faciat.

7. Præterea Bellarminus lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 8. poſtquam contra hæreticos protulit Scripturæ teſtimonia, quæ docent Deum non velle peccata,ac proinde non decreuiſſe ab æterno vt peccata fierent, ſubdit: Ad hæc & ſimilia, quæ adduci poſſent, reſpondent

Caluini, & Bezæ reſponſio.

Caluinus & Beza locis citatis, & Petrus Martyr in comment. 1. capitis epiſt. ad Rom. Deum non velle peccata fieri ea volũtate,quæ nobis in Scripturis declarata eſt, quam Theologi voluntatem ſigni nominare ſolent, & de hac voluntate eſſe accipienda teſtimonia ſupra citata. Nihilominus tamen alia quadam volũtate omnino velle Deũ, vt homines peccent: quoniam alioqui non aſſequeretur finem ſibi propoſitum declarandæ gloriæ ſuæ in conditione vel punitione peccati. Hæc refert Bellarminus.

8. Duo hîc obſeruanda propono. Primum eſt. Solutio quam in principio retulimus voluntatem præcipientem & prohibentem appellat ſimul voluntatem ſigni, & voluntatem antecedẽtem:& ea ratione conſentire dicit, cum efficaci voluntate prædeterminandi & cauſandi actionem contrariam: quod eiuſdem ſolutionis author fuſiùs alibi tractauit. Secundum eſt. Hæretici nuper citati ſuum errorem limitarunt, ne

Quo modo hæretici ſuũ errorem limitent.

Deus formalem rationem malitiæ, ſed ſolam materialem illius actionem velit, & cauſet propter bonum finem: vt vidimus diſput. 32. ſection. 2. & ſequentibus. His ſuppoſitis, Theologorum erit prædictas ſolutiones inter ſe comparare, & examinare diſcrimina, quæ occurrerint.

9. Secunda ſolutio ſimul copulat argumenta duo; alterum quod ſumitur ex eo, quod Deus non poteſt materialem peccati actionem præcipere, de quo dicemus à num. 29. Alterum verò, quod in principio propoſuimus, ex eo quod Deus materialem actionem peccati prohibet. Ex vtroque verò nihil exiſtimat colligi contra prædeterminationem phyſicam. Et rationem reddit,quoniam præceptum terminatur ad actũ, vt egreditur à cauſa ſecunda deficiente, à qua actus habet malitiam. Et ideo ſi Deus præciperet talem actum, videretur præcipere actum cum malitia. Veruntamen quando applicat vel adiuuat voluntatem ad talem actum producendum, concurrit ad illius productionem, vt præuenit concurſum cauſæ ſecundæ: quia concurſus cauſæ primæ eſt prior natura & cauſalitate quàm concurſus cauſæ ſecundæ. Et quia actus non habet malitiam, niſi vt egreditur à cauſa ſecunda deficiente, ideò poteſt Deus concurrere ad productionem actus, quoad entitatem & ſubſtantiam, non quantum ad malitiam.

10. *Solutionis fundamenta ad eius refutationẽ valent.*

Nihilominus omnia fundamenta ſolutionis iſtius valent ad illius refutationem. Imprimis namque quod malitia conſequatur ex actu,prout egreditur à cauſa deficiente,& in eam reuocãda ſit; hoc optimè probat,Deum non poſſe prædeterminare aut impellere voluntatem creatam ad eliciendam materialem actionẽ peccati: cuius probationis efficacitatem oſtendimus diſput. 27. ſect. 7. & tota diſp. 28. Nunc ſatis ſit ita argumentari. Si Deus applicat,& prædeterminat voluntatem creatam ad talem actum producendum; eo ipſo non ſolum concurrit ad ſubſtantiam actus; ſed etiam cauſa eſt,vt hæc voluntas creata & deficiens, tanquam cauſa ſecunda concurrat ad productionem illius actus in particulari,qui realiter, & poſitiuè contrarius eſt virtuti præceptæ & rationi rectæ. Ergo determinat Deus ad actionem, prout egreditur à cauſa ſecunda, & prout deficit à contrario actu honeſto & ratione recta.

11. Refutatur ſecundò, licet enim Deus ſuis præceptis primariò intendat prohibere malitiam, nihilominus propter malitiam vitandam prohibet, ne volũtas creata eliciat materiales operationes, quæ neceſſariò deficiunt à recta ratione & virtute perfecta: vt in refutatione tertiæ ſolutionis conſtabit. Si autem Deus prædeterminat tales

actiones;

actiones; iam Deus cauſat vt creata voluntas ipſas eliciat. Ergo Deus determinat, cauſat, & facit, vt voluntas creata faciat, & cauſet id ipſum, quod Deus prohibet, ne faciat voluntas creata.

12. Refutatur tertiò, nam quod Deus præueniat concurſum cauſæ ſecundæ, applicando illam ad talem actum in particulari, cui neceſſariò coniuncta eſt malitia, hoc ipſum eſt, quod infert, Deum cauſare malitiam, & materialem actionem, quam prohibet. Quod tamen non ſequeretur, ſi Deus, quantum ad particularem rationem huius actionis non præueniret concurſum cauſæ particularis, ſed tantum quoad communem rationem actionis, inclinando, quantum ex ſe eſt, ad honeſtam operationem.

13. *Primum ſolutionis membrum.* Tertia ſolutio reſpondere videtur, materialem actionem peccati non prohiberi à Deo: ait enim, nullo præcepto inueniri prohibitam actionem peccati, quatenus actio eſt, quæ eſt prima, & fundamentalis eius conſideratio, & ſic (ait D. Thomas) procedit à Deo. Hæc ſolutionis pars, ſi reduplicat ſolummodo generalem & abſtractam rationem actionis, ad quam, *Ratio generalis actionis non prohibetur.* prout ita præciſa eſt, non conſequitur malitia, certum eſt à Deo non prohiberi. Cæterùm controuerſia non eſt in præſenti, niſi de materiali quidditate actionis, prout contracta eſt ad ta- *Controuerſia difficultas.* lem ſpeciem, & indiuiduum, ex cuius poſtremis differentiis poſitiuis atque realibus, neceſſariò conſequitur malitia. Quapropter de actione ſecundum huiuſmodi conſiderationem intelligenda videtur iſta ſolutio, præſertim cum eius Authores alibi perſpicuis verbis explicent, non ſolùm communem, ſed etiam particularem rationem actionis prædefiniri & prædeterminari à Deo. Quapropter ſecundum eandem rationem particularem agere debent de actione, quando vt illius prędeterminationem defendant, à Deo prohiberi diffitentur.

14. *Secundum ſolutionis membrum.* Subiungunt verò in eadem ſolutione: Forma legis: *Non concupiſces*; inſpicit obiectum formale concupiſcentiæ, non verò materiale actionis. Nec deformitas contrahitur per primum gradum actionis ſecundum totam ſuam entitatem, ſed per gradum deficientiæ communicatæ à voluntate. Vnde non ſolùm deformitas eſt extrinſeca entitati actus peccati ſub ratione communi entis, ſed etiam ſub ratione quacumque particulari contenta, tanquam modo intrinſeco ſub ente.

15. *Refutatur.* Hoc ſecundum ſolutionis membrum imprimis falſum eſt. Si enim aliquis vult furari, vt adulterium committat, huius volitionis materiale obiectum eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino: & formale obiectum eſt bonum delectabile adulterij. Et tamen forma legis: *Non concupiſces*; inſpicit, vt prohibeat non ſolùm delectationem adulterij, ſed etiam commoditatem contrectandi rem alienam. Cæterum hæc ſolutio non in hac propria, & ab Scholaſticis recepta ſignificatione formalis & materialis obiecti, ſed in alia videtur accipere, vt materiale obiectum appellet quodcumque conſtituit in ſuo eſſe reali materialem actionem peccati. At multò clariùs eſt obiectum materiale hoc modo acceptum, diuina lege prohiberi, vt conſtat in exemplo nuper adducto, in quo tam vtilitas furti, quàm delectatio adulterij erit prædictæ volitionis obiectum materiale, quia realem volitionem conſtituit, & non conſtituit formaliter malitiam; & tamen vtrumque inſpicitur, vt prohibeatur à præcepto: *Non concupiſces.*

16. Quod autem in poſtrema parte prædictæ ſolutionis adiungitur, diſtinctione opus habet. *Qua ratione deformitas quidditati odij extrinſeca, qua verò intrinſeca ſit.* Deformitas enim comparata cum ſpecifica, & reali quidditate odij Dei, extrinſeca eſt in eo ſenſu, quod non includitur eſſentialiter in ea. Cæterum in eo ſenſu non eſt extrinſeca, quod neceſſariò & inſeparabiliter prouenit ab illa reali, & ſpecifica quidditate.

17. *Antecedens argumenti initio poſiti probatur.* Redeo nunc ad probandum antecedens argumenti in principio poſiti (quod directè negatur præſenti ſolutione, quam impugnamus) videlicet, non ſolùm formalem rationem malitiæ, ſed etiam materialem actionem illius prohiberi; imò non malitiam, ſed materialem entitatem actionis eſſe, quæ immediatè ſubiacet prohibitioni. Probatur primò, quia nihil immediatè ſubiacet prohibitioni, aut præcepto, niſi quatenus immediatè ſubiacet noſtræ liberæ poteſtati: at verò malitia nō ſubiacet immediatè liberæ poteſtati, ſed mediante actione materiali, quam liberè eliciendo vel continendo, committimus, vel euitamus rationem formalem malitię. Ergo non ratio formalis malitiæ, ſed materialis actio eſt, quæ ſubiacet immediatè præcepto aut prohibitioni.

18. *Materialis actio prohibetur vt quod.* Confirmatur primò, quoniam aliud eſt, quod prohibetur, *vt quod*, aliud eſt formaliſſima, & primaria ratio propter quam prohibetur. Et quamuis formaliſſima & primaria ratio prohibendi ſit malitia; nihilominus id quod prohibetur, *vt quod*, eſt actionis ſubſtantia, cui neceſſariò & inſeparabiliter adiuncta eſt malitia. Confirmatur ſecundò, quia ſi non foret prohibita materialis actio; non teneremur eam euitare. Conſequens autem eſſe falſum conſtabit probatione ſequenti.

19. Probatur ſecundò inductione facta ex omnibus ferè prohibitionibus Scripturæ ſacræ. Nam materialem aliquam & realem actionem caueri præcipiunt, veluti Exod. 20. & Deut. 5. cùm *Exod. 20. Deut. 5.* dicitur: *Non adorabis ea, neque coles.* Vbi nullus (quantum exiſtimo) dicere audebit, non eſſe prohibitas reales actiones, per quas intellectus realiter iudicat, idolis ineſſe aliquam diuinitatem, & voluntas realiter eligit illis cultum & reuerentiam adhibere. Idem argumentum fieri poteſt de teſtimonio falſo, atque periurio, quando ibidem dicitur: *Non aſſumes nomen Domini tui in vanum. Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium.*

20. *Prohibitionis ſenſus.* Confirmatur primò, quoniam in eiuſmodi prohibitionibus non eſt ſenſus: Caue, ne dum actionem producis, qua Deum in teſtem adhibes propoſitionis, quam ſcis eſſe falſam, caue, inquam, ne ad illam actionem ſequatur malitia moralis. Fieri enim nulla ratione poteſt, vt malitia non ſequatur ad huiuſmodi actionem. Quapropter ſenſus eſſe debet: caue, ne produceas eiuſmodi actionem, qua Deum in teſtem adhibes propoſitionis, quam ſcis eſſe falſam.

21. Confirmatur ſecundò, quoniam mortificatio, quam præcipuè lex euangelica præcipit, ſignificat hominem abſtinere debere à vitalibus actionibus, ad quas animalis homo propendet. Vnde Rom. 8. *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Obſerua *facta*. & Coloſſ. 3. *Rom. 8. Coloſſen. 3.*

Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam, &c. & poſt pauca: *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis.* Vbi non ſolùm malitiam, ſed etiam actus præcipit expoliari: & nominatim ira, indignatio, & ſermo turpis non ſolùm malitiam, ſed etiam materialem actionem continent. Sicut etiam Rom. 13. *Abiiciamus*, inquit, *opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.* Nemo igitur Theologorum dixerit, non eſſe nobis obligationem impoſitam à Deo, & denunciatam ab Apoſtolo, deponendi & euitandi prædictos vitales actus, quibus animali vita contra rationem realiter viuitur. Quod ſi obligatio eſt, à diuina prohibitione prouenit.

Rom. 13.

22\. *Qui amorem præcipit, prohibet quod amoris impoſſibilitatem affert.*

Probatur tertiò, quoniam quando præcipiuntur virtutum actus, eo ipſo prohibetur, quidquid attulerit illius actus impoſſibilitatem. Sed materiales actus peccatorum, quantumcumque præſcindantur à formali ratione malitiæ, impoſſibilitatem afferunt contrarij actus præcepti. Ergo quando præcipiuntur virtutum actus, eo ipſo prohibentur materiales actus peccatorum, quantumcumque præſcindantur à formali ratione malitiæ. Exemplum ſit præceptum diligendi Deum, quod eo ipſo prohibet materialem actum odij Dei, quippe qui quantumcumque præſcindatur à malitia, non patitur ſimul elici dilectionem Dei. Quapropter eum vitare tenetur, qui dilectionem tenetur elicere.

23\. *Patres de materialibus actionibus loquuntur.*

Probatur quartò, quoniam Patres de materialibus peccatorum actionibus expreſsè loquuntur, quando ex eo, quod Deus eas prohibeat, probant Deum non impellere ad illas, nec cauſare, aut immittere. Peculiariter autem de præcepto non concupiſcendi (quod tertia ſolutio limitare tentabat ad ſolam malitiam ſupra num 14.) Argumentum premit Epiphanius hæreſi 66. inter medium & finem, dicens: *Si enim ex ipſo* (ſcilicet Deo) *concupiſcentia eſt, & concupiſcentiam operatur, quomodo ſurſum, ac deorſum contra concupiſcentiam ſcribit, qui concupiſcentiam immittit, qui dicit, non concupiſces, quæ proximi ſunt? Si tollit concupiſcentiam, non eſt concupiſcentiæ ſuppeditator.* Foret autem concupiſcentiæ ſuppeditator, ſi cauſaret, ac prædeterminaret quaſcumque reales concupiſcentias voluntatis.

Epiphanius.

Deus concupiſcentiæ ſuppeditator foret.

24\. Vires etiam habet in materiali actione, quod non de illa præcisè, ſed ſimul cum malitia ratiocinatur idem Epiphanius hæreſi 28. prope initium, dicens: *Si ſanè eum, qui malum non fecit, bonum confitemur; quomodo mala facere accuſabitur is, qui bonum conſuluit, & qui bonam legem dedit?* Similiter ergo dicamus: Si ſanè eum hominem, qui non fecit materialem actionem odij Dei, bonum confitemur; quomodo eandem actionem facere, atque cauſare cenſebitur Deus, qui conſulit amorem Dei, & qui legem bonam dedit, qua prohibetur eius odium?

25\. *Damaſcen.*

Eandem veritatem ſtylo magis ſcholaſtico docuit Damaſcenus dialogo contra Manichæos, non procul à medio dicens: *Fornicatio, quæ ratione deſiderium, & amicitia, atque coniunctio eſt, bonum eſt: quatenus autem eius, quod minimè congruat, quodque lex diuina vetet, deſiderium eſt, malum eſt. Non quod non imperatum, ſed prohibitum eſt, non eſt, tanquam quod non eſſe debeat. Quo fit, vt eius, quod non ſit, nec eſſe debeat, cupiditas malum ſit.* Pondera primò præciſiones, & reduplicationes à Damaſceno adhiberi, vt aduertas, illum non vulgariter, & ruditer, ſed exactè loquutum. Secundò, hæc diſtinxiſſe Damaſcenum, vt toto ſequenti diſcurſu vſque ad finem dialogi oſtenderet, Deum non eſſe authorem mali, ſed liberum hominis vel Angeli arbitrium, vt alibi referimus. Tertiò, inde conſequens eſt, vt Deus non ſit author fornicationis, quatenus eſt deſiderium, & cupiditas eius, quod lex diuina vetat. Hęc autē ratio eſt poſitiua.

Clemens Alexand. libro 1. Pędagogi cap. 9. ad finem: *Quemadmodum medicus non eſt ægrotanti malus, quod ei febrem annunciet; non enim medicus febris cauſa eſt; ſed ipſe febrem arguit: ita nec is qui reprehendit, ei malè vult, qui laborat animo, nec ei delicta adiungit; ſed ea quæ adſunt peccata oſtendit, ad hoc vt auertatur ab eiuſmodi ſtudiis.* Loquitur autem de Verbo quaſi pædagogo redarguente pueros, & ſuis præceptis reuocante ab ſtudiis rerum, quæ animi morbos generant. Studia verò ſunt reales actiones deſiderandi. 26.

Sic Tertullianus libro de ſpectac. cap. 1. in medio, ex eo quod *Deus ſit exactor innocentiæ, & quod damnet, odióque proſequatur* idololatriam, concupiſcentias, maliloquium, inſidias, & fraudes, colligit, Deum non eo fine condidiſſe hominem, eiúſque potentias, vt ad hæc opera excogitanda, faciendáque deſeruirent. Rurſus in exhortatione ad Caſtitatem prope initium ait: Deum *non omnia producere de ſua voluntate, neque omnia velle.* Quod probat, *quia vetat quædam, quibus etiam ſupplicium comminatur.* 27.

Tertullian.

Ambroſius libro primo Exaëmeron cap. 8. prope medium ait: *Cum clamet Propheta, deſinite à malitiis veſtris. Et præcipuè S. Dauid; deſine, inquit, à malo, & fac bonum. Quomodo ergo et initium à Domino damus?* Et lib. de Paradiſo cap. 7. prope medium ait: *Deus, quaſi bonus medicus prohibuit, ne Adam nocitura guſtaret.* Et inde infert, Deum non eſſe cauſam illius tranſgreſſionis. Et capite 8. ante medium: *Ergo non in mandante culpa eſt; ſed in prævaricante peccatum eſt.* & poſt pauca: *Redarguitur atque reconuincitur, quia & ille* (videlicet Adam) *mandatum, vt laberetur, accepit.* 28.

Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulian. prope medium ait: *Legem ponit, & vetat quidem iudiora, & peccatorum demonſtrat modos: adducit autem ad meliora, & ad ea, per quæ clarè viuatur, & conſtituit, vt in illo ipſo verè approbatam gloriam velint. Igitur bona quidem, & benè operans eodem modo, imo ipſa bonitas eſt, diuina & ineffabilis natura: non ignorauit autem malum; ſed nouit non practicè id, quod nos ſentimus, in omne venientes malum.* Ex prohibitione, videlicet, malorum colligit Cyrillus Deum adducere ad meliora & ad ea, per quæ clarè viuatur. Si verò quoties homines peccant, Deus eos adduceret ad materiales illas actiones, veriùs affirmaretur, Deum vt plurimum, non ad meliora; ſed ad deteriora adducere, & ad ea, per quę obſcurè, atque turpiter viuatur. 29.

Fulgen

30. Fulgentius libro primo ad Monim. cap. 20. hoc vtitur argumento: *Non autem aliquid inordinatum Deus fecit, neque aliquid inordinatum fieri prædeſtinauit, qui per Apoſtolum ſuum imperat, vt omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant. Propter quod & in ſanctis eloquiis, vt peccatum vitetur, charitas præcipitur: ſcriptum eſt enim: Ordinauit in me charitatem.* At materialis entitas peccati eſt realiter & poſitiuè inordinata, quoniam quidditatiuè contraria eſt ordini charitatis. Quare ſi prædefiniretur illa; prædeſtinaretur aliquid inordinatum, & deſtrueretur charitatis ordo, quem Deus præcipit & cauſat.

1. Cor. 4.

Cant. 1.

31. Probatur quintò, quoniam diuinæ bonitati repugnat conſulere, vel præcipere, vel approbare, vt fiat à voluntate creata materialis actio, quæ eſt odium Dei, quamuis præcepto, conſilio, & approbationi adiungatur cautiſſima præciſio, ne ſe extendant ad malitiam, ſed ſolummodo ad materialem actionem, idque propter fines altiſſimos, à Deo intentos. Ergo ſimiliter repugnat diuinæ bonitati per effectiuum concurſum prædeterminare materialem actionem odij Dei, quantumcumque præſcindat malitiam, quæ ex actione ſequitur, & intendat ſuæ potentiæ, bonitatis, & iuſtitiæ oſtenſionem, alioſve fines optimos.

Diuina bonitati repugnat conſulere has materiales actiones.

32. Antecedens conſtat Eccleſiaſtici 15. *Nemini mandauit impiè agere; & nemini dedit ſpatium peccandi.* Sed quoniam in hoc teſtimonio minus apertè agitur de materiali actione, quæ peccatum eſt; accipe aliud, in quo clarior eſt doctrina de materiali actione. Hierem. 19. *Et repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum, & ædificauerunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, neque loquutus ſum, neque aſcenderunt in cor meum.* Qua circumloquutione ſignificatur, quàm indigna ſint, quæ Deo placeant, & ab illo conſulantur, vel præcipiantur illa opera. Iſaiæ 30. *Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per Spiritum meum: vt adderetis peccatum ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis.* Oſeæ 8. *Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui*, ſcientia, videlicet, approbationis: ſed potiùs eorum regnandi modum, & rationem reprobaui; vnde non ſunt ex me tanquam authore, & principio.

Eccleſiaſtici 15.

Hierem. 19.

Iſaiæ 30.

Oſeæ 8.

33. Conſequentia verò probatur, quia præceptum, conſilium & approbatio prædictæ actionis materialis, non alia ratione repugnant diuinæ bonitati, niſi quia ſunt media per ſe deſtinata ad actionem, quidditatiuè contrariam diuinæ legi & rationi, à qua neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur malitia. Sed concurſus phyſicè prædeterminans eiuſmodi actionem, magis per ſe, magis immediatè, magiſque indiſſolubili nexu deſtinatur ad eandẽ materialem actionem. Ergo inde contrahet maiorem indignitatem comparatione diuinæ bonitatis.

Cur eiuſmodi præceptũ, conſilium, &c. à Deo repugnent.

34. Minor probatur, quia præceptum, conſilium, vel approbatio Dei non attingunt immediatè actionem humanam circa quam verſantur: imò frequenter non fit à nobis actio, cuius præceptum, conſilium, vel approbationem Deus dedit. Et quando fit, opus habet pluribus aliis mediis, & cauſis, quæ immediatiùs attingant productionem illius actionis, præſertim gratia excitante, & adiuuante. At verò phyſica prædeterminatio per effectiuum concurſum immediatiſſimè & efficaciſſimè, ſummáque perſeitate attingeret actionem materialem, ſi illam prædeterminaret: & vſque adeo per ſe, vt neque illa prædeterminatio poſſet ad alium effectum deſeruire, neq; poſſet non deſeruire ad hunc effectum, neq; poſſet voluntas cum illa non operari, neque ex natura & quidditate ſua deſtinaretur ad aliud phyſica prædeterminatio. Hæc omnia confirmantur ex dictis diſp. 27. ſect. 3. num. 4. & ſequentibus, & dicendis infra diſp. 44. ſect. 3.

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrum Dei erga homines, etiam præſcitos, charitas, & miſericordia patiatur illos prædeterminare ad materiales actiones, quibus inſeparabiliter adiungitur malitia.

SECTIO I.

Vera Dei amicitia erga quoſlibet iuſtos, etiam præſcitos, non patitur prædeterminationem ad materiales actiones peccatorum.

HVcuſque rationes illas ponderauimus, quæ proficiſcuntur ex neceſſario affectu, quo Deus odio proſequitur quidquid eſt intrinſecè contrarium rectæ rationi, ſuiſque legibus; eo quod neceſſariò diligit conformitatem cum ratione recta & cum ſua bonitate, quæ prima lex eſt cuiuſque bonitatis. In præſenti verò diſputatione potiſſimum eas rationes examinabimus, quas peculiaris Dei amor & amicitia ſuppeditat, qua Deus quoſlibet iuſtos proſequitur, etiamſi præſciat, non eſſe perſeueraturos. Pro quo ſupponendum eſt, vt certum dogma fidei, reprobos aliquando eſſe verè & propriè amicos Dei, pro eo videlicet tempore, quo in charitate verſantur. Sic enim Tridentin. ſeſſ. 6. can. 17. anathematizat eum, *qui dixerit, iuſtificationis gratiam non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere: reliquos verò omnes, qui vocantur vocari quidem; ſed gratiam non accipere, vtpotè diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum.* & c. 7. initio dixerat; Per iuſtificationem *homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Idque etiam conſtabit ex teſtimoniis ſacræ Scripturæ infra citandis. 1.

Certum dogma fidei.

Tridentin.

Quo ſuppoſito præſentis aſſertionis, quam in ſectionis titulo præmiſimus, potiſſima ratio eſt, quia ratio amicitiæ poſtulat amico velle efficaciter bona, quantum ex ſe eſt, & quantum poteſt: vt docet Ariſt. 8. Ethicor. c. 2. & lib. 9. Ethic. cap. 5. & D. Thom. 2. 2. q. 27. art. 2. vbi communiter Theologi. Suis igitur amicis, quãdiu actualiter ſunt amici, etiamſi præſciantur ab amicitia receſſuri, Deus, quantum ex ſe eſt, vult bona. Sed nullum bonum eſt tanti momenti (ſiue ſecundum ſe conſideretur, ſiue cõparatione amicitiæ) quantum eſt ipſa amicitia: ergo Deus amicis ſuis vult ſuam amicitiam, quantum eſt ex parte diuinæ charitatis: ergo nullum iuſtum & amicum prædeterminat ad materialem actionem, ex qua neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur amiſſio amicitiæ, & reatus æternæ pœnæ. Conſequentia 2.

Amicitiæ ratio.

proba

Iuſto, cui Deus prædeterminationē ad materialē actionem peccati imponet, ſui amicitiam non vult.

probatur, quia phyſica prædeterminatio non ſupponit hominis defectum determinantem ad illam, ſed imponitur à Deo pro libito (ſicut eius aſſertores exiſtimant:) ergo cui Deus imponit prædeterminationem, ex qoa neceſſariò ſequitur amiciriæ diſſolutio, non vult amicitiam, quantum eſt ex parte diuinæ charitatis.

Conuerſatio amicitiæ proprium.

3. Confirmarur primò, quia nihil eſt tam proprium amiciriæ, ſicut conuerſari, & eonuiuere amico: vt teſtatur Ariſtot. 8. Ethicor. cap. 5. receptus à D. Thom. 2.2. q. 23. art. 1. argum. 1. Ergo huius amiciriæ, qoam Deus habet erga homioem iuſtum, quamuis præſcitum, nihil erit adeo proprium, quàm velle huic homini iuſto conuiuere, & commonicare cum illo, non recedendo ab illo, neque deſtituendo illum, quantum ex ſe eſt. Ac proinde contra proprieratem amicitiæ forer, priùs quàm homo liberè deficiat à legibus amicitiæ, velle prædeterminationem talem imponere, ſub qua ſit impoſſibile actualiter eonuiuere & conuerſari cum hoc homine, quaſi cum amico.

Amicitiæ fundamentum.

4. Confirmator ſecundò, quoniam vt conſtat ex Ariſtot. lib. 8. Ethicor. cap. 2. & 3. & 11. & 13. amicitia fundatur in quadam communicatione bonorum. Vnde D. Thom. 2.2. q. 23. art. 5. eorpore infert, amorem charitatis fundari in communicatione, qua Deus nobis ſuam beatitudinem communicat, ſecundum illud 1. Cor. 1. *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius.* Exigit ergo ratio amicitiæ diuinæ, vt ſuis amicis, eriamſi caſuri præſciantur, Deus, quantum ex ſe eſt, velit æternam beatitudinem & ſocietatem cum æterno Filio: non ergo patitur, quaotum ex ſe eſt, velle prædererminationem imponere, quam neceſſariò conſequatur amiſſio beatitudinis & ſocietatis.

1. Cor. 1.

5. Tertia confirmatio deſumitur ex verbis Chriſti Dom. Ioan. 14. *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quod Patres communiter de aduentu per gratiam, & amicitiam interpretantur, vt Auguſtinus, Chryſoſtom. Cyrillus vterque, Theodorus, Leontius, Gregor. Beda, Theophyl. & Euthymius. Inſuper manſionem facere eſt à iuſtis nnnquam recedere, quod ex ſe eſt, niſi ah hoſpitio liberè pellatur. Qùare, quod ex ſe eſt, manſio hæc eſt æterna, ſicut in eodem cap. 14. Chriſtus D. ait: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in æternum.* Cum ergo Trinitas ad quemcumque iuſtum, etiamſi alioqui præſcitus ſit, veniens per gratiam, manſionem faciat; oportet conſequenter, vt conſeroet, promoueat, tueatur, quod ex ſe eſt. Ideóque denegare non debet quod eſt ſimpliciter neceſſarium ex parte Dei, vt amicus perſeueret in gratia.

Ioan. 14.

Præſtantiſſimæ amicitiæ ſpecies.

6. Confirmarur quartò, quoniam præſtantiſſimæ ſpeeies amicitiæ ſunt parentum in filios, & ſponſi erga ſponſam: vt oſtendemus ſect. 3. Quapropter in illis maximè ſeruari debent, quas nuper retulimus, leges amiciriæ. Sed dicamus prius de amore parentum in filios, de quo Matt. 7. *Quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, numquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget ei? Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?* Vnde ſic argumentari licet. Reproborum multi quandiu per gratiam ſunt filij, à ſuo Patre cæleſti petunt, dicentes: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Hunc igitur panem quotidianum, id eſt, *non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* Ioan. 6. ſi petierit, qui per gratiam eſt filius, numquid cæleſtis Pater lapidem ei porriget, prædeterminando illum ad materialem actionem obdurationis, ad inſtar lapidis, & ſicut malleatoris incus? Ruiſus ſi iuſtus, ac ſubinde filius Dei *piſcem ab eo petierit, numquid ſerpentem porriget ei?* Numquid porriget aliquid ita venenoſum, & mortiferum, vt eo dato ex parte Dei, ſit abſolutè impoſſibile vitare mortem culpæ, ac reatum æternæ mortis? Si enim hoc dederit, qua ratione validum eſſe poterit illud argumentum: *Si vos cùm ſitis mali,* &c.

Matth. 7.

Prædeterminatio ad inſtar lapis.

Vnde confirmatur ſextò Iſaiæ 49. *Numquid obliuiſci poterit mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te.* Quem affectum non ſolum erga omnem Eccleſiam, ſed etiam eirca ſingulas animas, quod ex ſe eſt, Deus gerit, niſi per ipſas ſteterit. Iſaiæ 66. *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandietur vobis: quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos.* Nullus ergo filiorum ita durè tractatur, vt per phyſicam prædeterminationem impellatur ad materialem actionem, cui ſit inſeparabiliter annexa ruina, & ſeparatio ab vberibus & ſinu Dei. 7.

Iſaiæ 49.

Iſaiæ 66.

Illa conſolatio, quam Paulus rantopere tribulatis commendat ad Hebræos 12. locum non habet in quocumque homine iuſto; ſi dubitare poteſt, vtrum Deos ita in tribulatione filios plurimos independenter ab eorum libera electione prædeterminet, vt ſit abſolutè impoſſibile actualiter colligere fructom alium, quam mortale peccatum, & mortem æternam. Ponderentur potiſſimùm illa verba: *Et obliti eſtis conſolationis, quæ vobis, tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus.* 8.

Pauli conſolatio cum prædeterminatione dicta incompatibilis.

Hebr. 12.

Coofirmatur ſeptimò, eaſdem ratiooes, quas de parentum amore perpendimus, applicando ad ſponſum comparatione ſponſæ ſibi chariſſimæ; de cuius amore ardeotiſſimo pariter ac liberaliſſimo totum caput 16. Ezechiel. lectori conſiderandum relinquo: vbi non ſolùm vitam, ſed etiam alimenta, non neceſſaria modò, ſed etiam abundantiſſima Deus ſponſæ largitur. Satis erit illa verba referre: *Ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: ſimilam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis: & profeciſti in regnum.* Et io ſequentibus tradit, non prius fuiſſe deſtitutam eiuſmodi alimentis, quàm ipſa liberè committeret adulterium. Suppono autem ea, quæ de amore Dei erga Syoagogam dicebantur olim, ſeruata debita proportione communiter à Patribus intelligi multo ſublimius, non ſolùm de vniuerſa Eccleſia, ſed etiam de ſingulis iuſtorum animahus. Quapropter Dei erga ſuam ſponſam ardentiſſimus & liberaliſſimus amor non poterit prædeterminare ad materialem actionem, eſſentialiter ac realiter deformem atque monſtroſam, rea- 9.

Ezechiel. 16.

De Synagoga dicta, de iuſtorum animabus explicant Patres.

litè

litérque poſitiua contrarietate pugnantem cum decore ac pulchritudine rectæ rationis, atque cum diuitiis & ornamentis ſpiritualibus ſponſæ.

10. Confirmatur octauò, nam eouſque fidelis eſt amor ſponſi cœleſtis, vt etiam poſt adulterium, quantum ex ſe eſt, ſponſam reuocet in gratiam, ſecundùm illud Hierem. 3. initio. *Vulgo dicitur: Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab ea duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltra? Numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.*

Hierem. 3.

SECTIO II.

Quia iuſtos Deus non deſerit, niſi prius deſeratur ab illis, concluditur non prædeterminare materiales actiones peccatorum.

1. ANtiquiſſimum eſt Eccleſiæ dogma, quod Trident. ſeſſ. 6. cap. 11. adducit ad probandum, Dei præcepta iuſtificatis hominibus eſſe ad obſeruandum poſſibilia: *Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur.* Hoc licet valeat ad probandum alium maiorem Dei fauorem, maiúſque priuilegium, nunc adducitur, vt ſaltem quod minus eſt, probet, videlicet, Deum non prædeterminare materialem actionem mortalis peccati, qua iuſtus recedit ab amicitia Dei, quia ſi prædeterminat prius ratione, quam ſupponatur liberam hominis voluntatem ſe determinare ad illam actionem, iam Deus iuſtificatum deſerit prius, quàm ab illo deſeratur, quia prius determinat, vt fiat actio, quam neceſſariò conſequitur amicitiæ diſſolutio, & ſpoliatio gratiæ ſanctificantis.

Per prædeterminationẽ Deus hominẽ nõ deſerit, quàm deſeratur ab eo.

2. Confirmatur, nam in eadem ſeſſione 6. cap. 13. *Deus, ait, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet.* Ergo Deus, quantum in ſeipſo eſt, non impediet, neque deſtruet opus bonum, quod cœpit. Deſtrueret autem, ſi prædeterminaret ad materialẽ actionem realiter & poſitiuè contrariam bonis operibus inchoatis, ex qua neceſſariò conſequitur amiſſio gratiæ. Idem argumentum accipitur ex Auguſtino lib. de natura & grat. cap. 26. poſt med. dicente: *Cum ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam vitam, iuſtitiámque perduxerit, non deſerit, ſi non deſeratur, vt piè ſemper iuſtéque viuatur.*

Opus quod Deus cœpit, destrueret.

Ex Auguſtino idem argumentum accipitur.

3. Et de bono perſeuer. cap. 6. in medio: *Imperauit*, inquit, *Deus, vt ei ſancti eius dicant, orantes: Ne inferas nos in tentationem. Quiſquis igitur exauditur, hoc poſcens, non infertur in contumaciæ tentationem, qua poſſit, vel dignus ſit perſeuerantiam ſanctitatis amittere. At enim voluntate ſua quiſque deſerit Deum, vt meritò deſeratur à Deo. Quis hoc negauerit? Sed ideo petimus, ne inferamur in tentationem, vt hoc non fiat. Et ſi exaudimur, vtique non fit, quia Deus non permittit, vt fiat.* Ex quibus poſtremis verbis manifeſtè conſtat, quod iuſti petunt hoc eſſe, vt Deus non permittat eos deſerere prius, quam à Deo deſerantur: nec petere vt eos Deus prior non deſerat, quoniam hoc ſupponunt repugnare diuinæ fidelitati.

4 Et tract. 2. in Ioan. col. 4. ad illa verba: *In mundo erat, &c. Opus eſt*, inquit, *vt tu non recedas ab eo, qui nuſquam recedit: Opus eſt, vt tu non deſeras, & non deſereris. Noli cadere, & non tibi occidet: ſi tu feceris caſum, ille tibi facit occaſum: ſi autem tu ſtas præſens eſt tibi. Sed non ſtetiſti, recordare, vnde cecideris: vnde te deiecit, qui prior te cecidit. Deiecit enim te non vi, non impulſu; ſed voluntate tua. Si enim malo non conſentires, ſtares, illuminatus maneres.* Singula verba ſi bene conſiderentur, ad actualem operationem pertinent, cuius poſſibilitas non ſubtrahitur, niſi homo prior illi ſe ſubtrahat: & præterea notatur abſentiæ Dei per ſubtractionem prædictæ poſſibilitatis, cauſam eſſe, liberum hominis receſſum à Deo. Quæ cauſalitas manifeſtiùs ſignificatur paulò inferius, cum ait: *Et Dominus, quia ipſi contra ſe clauſerant, negando, ſe ſcire quod nouerant; nec ipſe illis aperuit, quia non pulſauerunt.* Quibus concinit quod de primo parente ſcribit lib. de corrept. & grat. cap. 11. *Quòd adiutorium ſi homo ille per liberum non deſeruiſſet arbitrium, ſemper eſſet bonus: ſed deſeruit, & deſertus eſt.*

5. Proſper ad 7. caput Gallor. agens de iuſtis, qui non perſeuerant, ait: *Quamuis enim omnipotentia Dei potuerit, vires ſtandi præbere lapſuris: gratia tamen eius non prius eos deſeruit, quam ab eis deſereretur. Et quia hoc ipſos voluntaria facturos defectione præuidit, ideo in prædeſtinationis electione illos non habuit.* Cum autem aliis in locis Proſper cõſtantiſſimè ſemper defendat Auguſtinianam prædeſtinationem, & negationem prædeſtinationis ante præuiſa opera: vt oſtendimus 1. p. q. 23. conſequens eſt, Proſperum hoc loco non agere de illa, ſed formaliter & præcisè agere de executione prædeſtinationis ſeu electionis negatæ, quæ executio conſiſtit in permiſſione peccati. Hanc igitur Proſper non patitur eſſe priorem hominis defectione præuiſa; foret autem prior, ſi Deus prædeterminaret ad materialem actionem defectionis, prius ratione, quàm aliqua ſcientia præuideret homines voluntaria defectione facturos eam actionem.

6. Idem Proſper in reſponſione ad 7. obiectionem Vincentianam: *Sed nullo modo*, ait, *credendum eſt, huiuſmodi homines in hanc deſperationem ex voluntate Dei cecidiſſe, cùm potius alleuet Dominus omnes qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia erigitur; nemo, niſi illius gratia ſtabilitur. Dei ergo voluntas eſt, vt in bona voluntate maneatur: qui & priuſquam deſeratur, neminem deſerit, & multos deſertores ſæpè conuertit.* Perpende potiſſimum illa verba: *Vt in bona voluntate maneatur*, pertinere ad actualem perſeuerãtiam, quæ conſiſtit in actuali & conſtanti obſeruatione præceptorum, & in comparatione illius, *Deus, priuſquam deſeratur, neminem deſerit:* Et in hoc conſiſtit verificatio illius verſus: *Alleuat Dominus omnes, qui corruunt; & erigit omnes eliſos*, videlicet, quantum ex ſe eſt. Atque inde rectè probatur, fidei deſertores, de quibus loquebatur Proſper, in hanc deſperationem non ex voluntate Dei cecidiſſe. Cecidiſſent autem ex voluntate Dei, ſi Deus antecedenter, & quod ex ſe eſt, prior voluiſſet prædeterminare ad materialem actionem deſerendi fidem.

Pſal. 144.

7. Et ad obiectionem 16. Vincent. quæ eſt vltima, ait: *Non impelluntur vt cadant, neque eiiciuntur, vt deſerant: caſuri tamen, & receſſuri ab eo, qui falli non poteſt, præſciuntur.* Itaque præcedit Dei præſcientia, priuſquam eiiciantur, vt deſerant. Clarius tamen locutus fuerat ad

obiect.

obieſt. 14. dicens: *Si autem ab his receditur, & ad vitia atque peccata tranſitur, nihil ibi Deus malæ tentationis immittit, & receſſurum non deſerit, antequàm deſerat: & facit plerumque, ne deſerat, aut etiamſi diſceſſit, vt redeat.* Et ad ſequentem obiectionem 15. *Nemini autem Deus correctionis ademit viam, nec quemquam boni poſſibilitate diſpoliat. Quia qui ſe à Deo auertit, ipſe & velle, quod bonum eſt, & poſſe ſibi ſuſtulit.*

8. Et lib. 2. de vocat. Gent. cap. 12. initio: *Hæc autem ſummatim breuitérque perſtricta, ad id valeant, vt certiſſimè nouerimus, nullum fidelium à Deo non diſcedentem relinqui, neque cuiuſquam ruinam ex diuina eſſe conſtitutione diſpoſitam: ſed multis, qui iam iudicio rationis vtuntur, ideo liberum eſſe diſcedere, vt non diſceſſiſſe ſit præmium: & vt quod non poteſt, niſi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.* Ergo ſola voluntas hominis eſt cauſa diſcedendi à Deo, & conſequenter eſt

Cyprianus.

cauſa, vt à Deo relinquatur. Cyprianus lib. de orat. Dominica circa med: *Cum Dei ſint omnia, habenti Deum, nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.* Bernard. in meditationibus, ſiue lib. de ani-

Bernardus.

ma cap. 7. *Fidelis,* inquit, *ſocius eſt, & non deſerit ſperantes in ſe, niſi prior ipſe deſeratur.* Idem probant rationes & teſtimonia, referenda ſect. ſequenti.

SECTIO III.

Quo genere iuſtitiæ teneatur Deus iuſtos non deſerere, niſi prius deſeratur ab illis.

1.
De iad hominem propria ratio debiti reperiri non poteſt.

SVppono primò, manifeſtum eſſe, nullam Dei ad homines reperiri poſſe ex omni parte plenam rationem debiti, atque iuſtitiæ, ſed tantummodo quandam iuſtitiæ partem, quæ à plena ratione iuſtitiæ tantum deficiat, quantum deficit à ratione debiti, ſtrictè dicti: ſicut oſtendemus infra diſp. 56. & quatuor ſequen-

De qua iuſtitia ſermo inſtituatur.

tibus. Suppono ſecundò, nos in præſenti non agere primariò de ratione iuſtitiæ commutatiuæ, quæ reperiri poteſt, in quantum homo iuſtus per orationes, & alia pia opera meretur peculiarem Dei fauorem, & eius dona. Agimus ergo, potiſſimum de illa ratione iuſtitiæ, quæ naſcitur ex gratia iuſtificante ſecundum legem Dei ordinariam, & congruentem illius gratiæ quidditati. Quemadmodum illis, qui recens nati baptizantur, poſteàque perueniunt ad rationis vſum, antequàm operentur aliquod opus meritorium, ex iuſtitia, tanquam filiis debetur hæreditas æternæ vitæ: & eodem titulo debentur alimenta, fauores, atque paterna protectio.

2.
Dico primò.

Quo ſuppoſito dico primò. Amicitia eſt illud iuſtitiæ genus, quo tenetur Deus iuſtos non deſerere, niſi prius deſeratur ab illis: ac ſubinde tenetur non ſubtrahere aliquid ſimpliciter neceſſarium, vt actualiter in amicitia permaneant. Explicatur & probatur, nam, vt Ariſt. ait lib. 7. Ethicor. ad Eudem prope init.

Ariſtoteles.

Aut idem prorſus, aut cognata inter ſeſe amicitia, iuſtitiáque exiſtunt. & prope medium eiuſdem libri: *Quærere igitur, quo pacto amico conuiuendum ſit, ipſum eſt iuſtum quærere.* & lib. 8. Ethicor. cap. 12. fine: *Quærere verò, quonam modo viro viuendum eſt cum vxore, & omnino amicum cum amico, nihil aliud eſt, quàm quærere, quomodo iuſtum eſt.* Ex quibus conſtat leges amicitiæ eſſe iuſtitiæ leges.

Rurſus amicitia deficit à ratione iuſtitiæ, 3.
quia non habet plenam debiti rationem, prout aliquis alteri obligatur, vel debito legali, ad cuius ſolutionem lex cogit, vel etiam aliquo debito prouenientes ex aliquo beneficio ſuſcepto: ſed ſolùm attendit quoddam debitum honeſtatis, quod magis eſt ex parte ipſius virtuoſi, quàm ex parte alterius, vt ſcilicet, faciat alteri, quod deceat, eum facere. Hæc Diuus Thom. ſcribit 2. 2. q. 114. art. 2. corpore, quam etiam ſententiam tradiderat in q. 80. artic.

Amicitia deficit à ratione iuſtitia.

vnico. Inde fit, vt amicitia Dei ad homines magis deficiat à ratione iuſtitiæ, quoniam magis diſtat ab eo, quod Deus alteri debeat. Sed ex alio capite eſt vrgentior obligatio iuſtitiæ in Deo, quia plus & ſtrictius ſibi debet Deus, erga ſuos amicos facere, quod deceat eum

Amicitia Dei ad homines plus diſtat à ratione iuſtitia.

facere. Rurſus hoc ipſum iuſtitiæ debitum, quod repetitur in amicitia Dei ad homines, fundatur in alia priori iuſtitiæ parte potentiali, videlicet, fidelitate Dei, propter quam ſuæ veritati debet ſtare promiſſis, & pactis.

Vrgentior obligatio iuſtitia.

Vt omittamus igitur alias ſpecies amicitiæ, 4.
eáſque numeremus ſolummodo, quæ præſenti argumento ſufficiunt, amicitiæ ſunt tres ſpecies. Prima parentis ad filios, ſecunda viri ad vxorem, tertia Regis ad ſubditos: de quibus frequenter Ariſtoteles, quoties agit de amicitia, quemadmodum 8. Ethicor. capite 1. ante medium ait: *Ineſſe etiam amicitia videtur natura ei, quod genuit, ad id, quod eſt ortum ab eo.* & capite 11. & 12. agit de amicitia regia, paterna, & coniugali. Et eaſdem amicitiæ ſpecies tractat 7. Ethicor. ad Eudemum circa med.

Amicitia tres ſpecies.

Ariſtoteles.

His ſuppoſitis, probo imprimis, Deum, eo 5.
quod Pater iuſtorum ſit, iuſtitiæ lege teneri, non afferre mortem filiis, priuſquàm illi ſua libera culpa mortem ſibi conſciſcant. Etenim qui tenetur à ſpiritualibus aduerſariis protegere, ne vitam eripiant; à fortiori tenetur non eripere vitam, proprio motu faciendo aliquid, vnde neceſſariò ſequatur mors. Huius protectionis obligatio colligitur ex toto Pſalm. 17. *Diligam te, Domine fortitudo mea.* &c. potiſſimum illis verbis: *Miſit de ſummo & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,* &c. *Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, quia cuſtodiui vias Domini, neque impiè egi a Deo meo.* Auguſtinus in fine commentarij, quæcumque in hoc Pſalmo non poſſunt Chriſto Domino ratione ſui præcisè congruere, tradit intelligenda eſſe de illius membris, videlicet, fidelibus iuſtis, & quæcunque in Pſalmo dicuntur de auxilio diuino exponit de protectione ac tutamento ſpirituali ad obtinendam æternam ſalutem. Vnde ad illum verſum: *Et poſuit tenebras latibulum ſuum,* ait: *Et poſuit obſcuritatem ſacramentorum, & occultam ſpem in corde credentium, vbi lateret ipſe non eos deſerens.* Et poſt pauca: *Conuerſi ipſum ambiunt, qui credunt ei, quia in medio eorum eſt, cum omnibus æqualiter fauet.* Quæ æqualitas, comparatione omnium iuſtorum, intelligenda eſt tantummodo, quantum ad tutamentum & fauorem ſtatui debitum.

Protectionis obligatio.

Pſalm. 17.

Auguſtinus.

Iuſuper

6. Inſuper quem retulimus verſum de retributione iuſtitiæ, Auguſtinus ita exponit : *Retribuet mihi Dominus ſecũdum iuſtitiam bonæ voluntatis.qui prior præbuit miſericordiam, antequam haberem bonam voluntatem.* Itaque Auguſtinus intelligit veram rationẽ iuſtitiæ interuenire in eo modo protectionis diuinæ, quem Pſalmus ille commendat. Ponderetur autem illa propoſitio cauſalis: *Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.* & iterum repetit : *Et obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiã meam.* Poſtremò, hæc omnia fundari in ratione filiationis per gratiam, conſtat ex poſtremo verſu: *Magnificans ſalutes Regis eius,& faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſæculum.*

In dicto protectionis modo verã rationem iuſtitiæ inuenit Auguſtinus.

7. *Hieronym. Eccleſiaſt. 7.* Meritò igitur Hieronymus in Eccleſiaſten cap.7.ad illa verba : *Vide opera Dei:quoniam quis poterit adornare,quem Deus peruerterit?Sumendum,* ait, *in hoc loco teſtimonium de 17. Pſalmo, in quo ad Dominum dicitur : Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Et dicendum eſt, ſanctum Dominum eſſe cum eo, qui ſanctus eſt;& peruerſum apud Deum, quia ſua volũtate fuerit ante peruerſus. Iuxta illud quoque in Leuitico ſcriptum eſt: Si ambulauerint ad me peruerſi, & ego ambulabo ad eos peruerſus in furore meo.* *Leuit. 26.* Perpende illam dictionem *ante*, vnde conſtat, priorem eſſe debere peruerſum vſum liberi arbitrij, quam Deus protectione ac tutamento deſtituat. De hoc enim apertè agebat Hieronymus: vt facile conſtabit textum Eccleſiaſtes cum commentario conferenti.

8. Idem etiam oſtendunt verba, quæ continuò ſubiiciũtur: *Quod quidem & illud poterit exponere, quare indurauit Dominus cor Pharaonis.* *Exod. 4.* *Quomodo enim vna, & eadem Solis operatio liquefacit cerã,& ſiccat lutum:ſed pro ſubſtantia ſua & liqueſcit cera,& ſiccatur lutum : ſic vna Dei in Ægypto ſignorũ operatio molliebat corda credentiũ,& incredulos indurabat. quia iuxta duritiẽ ſuã & impœnitens cor theſaurizabant ſibi irã in die iræ ex his mirabilibus, quæ cum viderint fieri,nõ credebãt.* *Rom. 2.* Põdera cauſalem, *quia*, vt videas, ex parte hominis indurandi, priorem eſſe culpã, ob quã induratur. Non igitur Deus prior prædeterminat materialẽ actionẽ indurationis.

9. Sed ad iuſtos redeamus, & defenſionem illis debitam ex iuſtitia cõfirmemus primò ex diſcrimine iuſtorum à peccatoribus, quod ita ponderat Auguſtinus Pſal.7.ad illa verba: *Iuſtũ adiutorium meum à Domino,qui ſaluos facit rectos corde,* dicens: *Pſalm. 7.* *Auguſtinus.* *Ibi miſericors auxilium eſt, quia nullum habet meritum peccator, qui adhuc iuſtificari deſiderat, credens in eum, qui iuſtificat impiũ. Hic autem iuſtum auxilium eſt, quod iam iuſto tribuitur. Dicat ergo ibi peccator, qui dixit: Infirmus ſum, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam:& dicat hic iuſtus, qui dixit : Si reddidi retribuentibus mihi mala, iuſtũ auxiliũ meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde.* *Pſalm. 6.* *Si enim medicinã exhibet, qua ſanemur infirmi, quantò magis eam qua cuſtodiamur ſani? Quoniam ſi cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quantò magis nunc iuſtificati, ſalui erimus ab ira per ipſum.* *Rom. 6.*

10. Confirmatur ſecundò plurimis aliis Scripturæ locis, præcipuè Pſalmorum, quibus & laudatur & promittitur Dei prouidentia erga iuſtos ſuauiſſima & fideliſſima, vt eos ab inimicis protegat. Vnde ſequitur à fortiori, Deum non inferre tantum malum, quantum nullus inimicorum inferre poteſt, quod eſt hominem iuſtum prædeterminare ad materialem actionem, quam inſeparabiliter comitatur mortalis malitia. Huiuſmodi eſt illud Pſal. 33. *Timete Dominum, omnes Sancti eius, quoniam non eſt inopia, ſeu, nihil deeſt timentibus eum.* *Pſalm. 33.* & infrà : *Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum : vnum ex his non conteretur.* Pſal. 32. *Pſalm. 32.* *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius, vt eruat à morte animas eorum,& alat eos in fame.*

Inimicus maius malũ prædeterminatione dicta inferre non poteſt.

Pſal. 36. *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, neque ſemen eius quærens panem.* 11. Et infrà : *Quia Dominus amat iudicium. & non derelinquet Sanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur.* Denique ad eandem rem expende totum Pſalm. 90. cuius initium eſt : *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur,* &c. *Pſalm 90.* Quem non eſt dubium ad omnes iuſtos, etiam præſcitos pertinere, quantum eſt ex parte diuinæ fidelitatis & bonitatis, niſi per ipſos ſteterit. Ponderanda eſt illa cauſalis: *Quoniam in me ſperauit, liberabo eum ; protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Quæ omnia teſtimonia primariò intelligenda veniunt de ſpiritualibus bonis ita tribuendis, vt quantum eſt ex parte Dei, iuſto deficiat nihil; quamuis ſecundariò intelligantur etiam de temporalibus bonis, quatenus ad ſpiritualia requiruntur, vt ſcitè aduotauit S. Thomas in poſtremo art. totius 1. 2. videlicet quæſt. 114. art. 10.

Confirmatur tertiò, nam ad iuſtos tantummodo dirigitur illa gratulatoria ſalutatio & promiſſio 2. Paralipom. 15. prope medium : 12. *2. Paralip. 15.* *Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis : ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Vnde conſtat non poſſe derelinqui à Deo, niſi priores ipſi delinquant.

Eadem concluſio probatur ſecundò ex ſecunda ſpecie amicitiæ, quæ Sponſum obligat, vt 13. quantum ex ſe eſt, Sponſam retineat, alat, atque defendat. Intercedit namque contractus matrimonij inter Deum & Eccleſiam, nec nõ ſingulas iuſtorum animas initus. Quem toties ſacri Scriptores cõmemorant, præſertim Paulus 2. Corint. 11. *2. Corint. 11.* *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtã exhibere Chriſto.* Porro matrimonium ex ſe eſt vinculum perpetuũ, & indiſſolubile Matth. 19. *Matth. 19.* *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Quo Sacramento ſignificata deſponſatio Eccleſiæ, & animæ cum Deo, non minus indiſſolubilis, quod ex ſe eſt. Oſeæ 2. *Oſeæ 2.* *Sponſabo te mihi in ſempiternum.& ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio,& in miſericordia & miſerationibus.* Hæc igitur fides coniugij, quantum ex ſe eſt, & quantũ eſt ex parte Dei, ſempiterna foret, ideóque per Deũ nec violatur, nec diuimitur dando libellum repudij, quouſque repudij cauſa incipit ab Sponſa, quæ Deum non tanquam virũ & Sponſum colit, ſed potius ſpernit, tanquam amatorẽ vaga & ſoluta libidine ſibi copulatum; violando fidem thalami per adulterium. Hierem. 3. *Hierem. 3.* *Quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.* Vbi Hieronymus notat, nõ dicit virum, ſed amatorem, quoniam viro ſubiecta eſt mulier, non amatori. Nunc perpẽde, quomodo matrimonij diſſolutio, aut libellus repudij, non incipiat à Deo, ſed ab anima, ſi Deus pro ſua libera voluntate, nullo modo determinatus à libera malitia Sponſæ, prædeterminat ad materialem actionem adulterij cõtra Deũ, vnde neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur ſolutio ſpiritualis matrimonij, & ſimpliciter impoſſibilis redditur eius perpetuitas.

Probatur ſecundò cõcluſio ex ſecũda ſpecie amicitiæ.

14. *Iſa.a 50.* Confirmatur Iſaiæ 50.initio: *Hæc dicit Dominus: Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? Aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtrã.* *Hieronym.* Vbi Hieronymus: *Putatis*, inquit, *mea duritia matrem veſtram, ſerenam Hieruſalem eſſe proiectam, & quod ego mentis rigida dederim ei libellum repudij: & nõ potius, quod verum eſt, intelligitis, illam ſuo à me vitio receſſiſſe? Dicente enim me ad eam: Quieſcite iniquè agere, diſcite bonum facere: audire me noluit, ſed vertit cõtra me ſcapulam recedentem.* Deus ergo, vt fideliſſimus ſponſus, quantum ad ipſum attinuit, præſtitit, vt retineret ſponſam in perpetua fide inſolubilis cõiugij, nec repulit, donec illa prior diſcedere voluit. Quod magis explicat Hieronymus, paulo inferius ſubiiciens: *Vnde adulteram matrem veſtram vltra tenere non potui, ſed volentem abire permiſi. Quod autem peccatis ſuis vnuſquiſque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti, noſtra voluntate vel ad bonum, vel ad malum ducimur*, &c. & paucis interiectis, repetit: *Vt autem ſciatis, non a me repudiatam matrem veſtram, ſed voluntate propria receſſiſſe: poſt multa beneficia humanum corpus aſſumpſi*, &c.

15. *Probatur ex tertia ſpecie.* Veniamus ad tertiam ſpeciem amicitiæ, quæ à Rege tendit in ſubditos fideles, ac bene moratos: de qua Ariſtoteles lib. 8. Ethic. cap. 11. initio: *In vnaquaque*, inquit, *Republica tantũ amicitia conſtat* *Ariſtoteles.* *eſſe, quantum & iuſti. Atque Regis quidem amicitia ad eos, qui reguntur, in excellentia beneficij conſiſtit: confert enim in eos beneficia, qui ab ipſo reguntur. Siquidem cum ſit bonus, curam ipſorum habet, quod bene ſe ſe habeant*, &c. Hæc autem iuſtitiæ lex ſummopere digna eſt ſupremo Rege Deo, vt cum ſit infinitè bonus, curam gerat ipſorum, qui reguntur, vt bene ſe ſe habeant, quantum eſt ex parte Regis. Hoc autẽ non præſtaret, ſi talem curam, & prouidentiam exhiberet, qua poſita, foret ſimpliciter neceſſarium malè ſe ſe habere actualiter, & impoſſibile foret bene ſe ſe habere. Inſuper hoc eſſet contrarium excellentiæ beneficij, quod Rex debet conferre ſubiectis.

16. *Alia ratio iuſtitia ad diſtributiuã pertinens.* Confirmatur, nam cum prædicta ratione iuſtitiæ copulata eſt alia pertinens quodammodo ad iuſtitiam diſtributiuam. Deus quippe pro munere Summi Regis, & vniuerſaliſſimæ prouidentiæ debet ſibi ipſi ita perfectam ac liberalem gubernationem, vt omnibus rebus tribuat perfectiones ſecundum earum rerum capacitatem, naturam, & ordinem affluenter. Quod poſtquam fusè docuit S. Dionyſius cap. 8. de diuinis nominibus poſt med. refert quorumdam querelas, qui *Dionyſius.* dicebant: *Non eſt iuſtitiæ homines ſanctos dimittere non adiutos, à prauis cruciatos.* Cui obiectioni poſtquam reſponderat Dionyſius, ita cõcludit: *Quare verum eſt dicere, quod hoc diuina iuſtitia magis eſt proprium, non mollire & deſtruere optimorum animoſitatem materialium donationibus: neque ſi aliquis conetur hoc facere, dimittere non adiutos; ſed collocare illos in pulchra, & inflexibili ſtatione.* Proprietas ergo diuinæ iuſtitiæ nullo modo permittit, ex proprio motu prædeterminare materiales actiones, quibus iuſti molliantur, & eorum animoſitas deſtruatur. Cui doctrinæ conſonant per omnia S. Thomas ibi lect. 4. fine.

17. *Ratio iuſtitia ad fidelitatem pertinens.* Poſtremò. Ratio iuſtitiæ, quæ ad fidelitatem pertinet, probatur ex Catechiſmo Pij V. in expoſitione orationis Dominicæ ad illa verba: *Adueniat regnum tuum*, dicentis: *Adiutores ſint oportet, & miniſtri Dei gratiæ, in eo tenendo curſu, quo peruenitur in cœlum. Nunquam nos deſerit Deus, qui nobiſcum ſe futurum perpetuò pollicitus eſt: vnum vt nobis videndum ſit, ne Deum & nos ipſos deſeramus.* Quaſi diceret, hoc ſolummodò nobis omni ſtudio, & diligentia eſſe curandum, ne nos ipſos & Deum deſeramus. Quoniam niſi priores ſimus in deſerendo, nihil eſt formidandum, ne Deus nos deſerat, qui ſuæ pollicitationi deeſſe non poteſt. Pondera etiam prædictam aſſiſtentiam diuini auxilij *eſſe in eo tenẽdo curſu, quo peruenitur in cœlum.*

Eadem fidelitatis ratio notatur 1. Corinth. 10. 18.
Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione *1. Corint. 10.* *prouẽtum, vt poſſitis ſuſtinere.* Quod teſtimonium ponderandum erit ex profeſſo tomo ſequenti, ſi Deus conceſſerit. Confirmatur, quoniam propterea ſcuto iuſtos circundat veritas Dei, quoniam tenetur vera reddere ſua promiſſa, non vno aut altero modo ex parte & incompletè protegendo, ſed omni ex parte atque completè miſericordiis adiuuando. Hanc enim totalitatem auxiliorum vndique completam atque rotundam ſignificant illa verba: *Scuto circundabit te veritas eius.* Pſalm. 90. Nihil ergo ſubtrahit ſimpliciter neceſſarium ad incolumitatem iuſtorum actualiter conſeruandam. *Veritas Dei iuſtos circundat.* *Pſal. 90.*

SECTIO IV.

Finis proprius Euchariſtiæ Sacramenti probat eandem impoſſibilitatem prædeterminandi iuſtos ad materialem actionem mortiferi peccati.

QVoniam Euchariſtiæ Sacramentum primariò ac per ſe, non ad primam gratiam peccatoribus conferendam, ſed ad conſeruandam, alendam, & augẽdam iuſtorum vitam, ſtatutum eſt; propterea hoc argumentum erit ſupremum eorum, quæ iuſtis peculiaria ſunt. Cuius primarium fundamentum poſuit Chriſtus Dominus Ioan. 6. dicens: *Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur.* Et infra: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* & iterum: *Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.* Quod primariò de ſpirituali vita intelligitur ab omnibus Patribus: atque ea vis exiſtimatur eſſe ipſi Euchariſtiæ Sacramẽto, vt vitam ſpiritualem ſuſtentet, & nutriat: quemadmodum temporalis panis temporalem vitam ſuſtentat. Ergo hic panis, quod ex ſe eſt, prohibet immittere materiale vulnus, vnde neceſſariò ſequatur, vt actualiter & re ipſa non viuat in æternum quilibet iuſtus recipiẽs illum, niſi per ipſum ſteterit: idque quamuis iuſtus alioqui præſciatur eſſe dãnandus. Aliter namque non forent ſimpliciter veræ tres illæ propoſitiones; ſunt enim ex ſe generales ad omnes homines, qui debita diſpoſitione mãducant. 1. *Euchariſtia primariò ad primam gratiam augendam inſtituta.* *Ioan. 6.*

Confirmatur, quoniam in Euchariſtiæ Sacramento *Saluator noſter diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit.* vt Tridentinum loquitur ſeſſ. 13. cap. 2. idque omnium antiquorum Patrum ſententia. Vnde poſt pauca ſubdit; *Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me: & tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur.* 2. *Tridentinũ.*

Quo ſuppoſito ex grege reproborũ conſidera aliquem 3.

aliquem virum en tempore, quo in gratia conſtitutus ſuſcipit debita cum deuotione & reuerentia Euchariſtiæ Sacramentum. Intuere Chriſtum interiùs eius animam amplexátem, & exoſculantem, & ſuauiſſimo tactu mentis replentem dulcedine charitatis. Recole deinde, quæ apud Patres legeris de eximia huius parentis in filios dilectione, vel potius pluſquam matris erga tenerrimos infantes, non iam lacte, ſed propria carne & ſanguine aleutis. Deinde ex alia parte conſidera decretum Dei, quo ſtatuat hunc hominem phyſicè prædeterminare ad materialem actionem, qua poſita, ſimpliciter neceſſarium ſit, non multum poſt acceptam Euchariſtiam mortaliter peccare, & in æternum damnari, & impoſſibile ſit vitare finale peccatum: ita vt in poteſtate huius hominis iuſti abſolutè non ſit huiuſmodi prædeterminationem auertere. Hæc poſtquam inter ſe contuleris, videbis, illum affectum amicitiæ nimium abhorrere ab hoc decreto.

Decretū prædeterminans ad materiales actiones, & Christi amor erga homines cōparantur.

4. Vnde Chryſoſt. homil. 60. ad populum, col. 2. poſtquam prædictam Euchariſtiæ charitaté prætulit amori omnium parentum in filios, dixitque, vniuerſalem eſſe ad omnes & ad ſingulos homines, ſic loquitur: *Quomodo non omnes lucrati ſunt hoc lucrum? inquiet aliquis. Hoc non propter eum, qui hoc pro omnibus cœpit; ſed propter nolentes.* At verò non propter nolentes homines, ſed propter nolentem Deum contingeret, quod non omnes lucrarentur hoc lucrum, ſi Deus denegaret aliquid ſimpliciter neceſſarium, quod in poteſtate nolentum non eſſet accipere. Vnde nec pro omnibus, ſed tantùm pro aliquibus Deus hoc cœpiſſet.

Chryſoſtom.

5. Idem Chryſoſtomus homil. 61. ad populum Antiochenum: *Carnibus meis alo, & me ipſum vobis appono, vos omnes generoſos eſſe volens, & bonas vobis prætendens de futuris expectationes: quippe qui vobis hic me ipſum trado, multo magis in futuro.* Chryſoſtomo igitur teſte, Chriſtus Dom. non vult ſolummodo poſſe; ſed vult actualiter eſſe generoſos, nec vult aliquos tantùm, ſed omnes homines. Præterea quantum ex ipſo eſt, Chriſtus ſe etiam tradit in futuro. Quod autem alloquatur etiam peccatores, quos nihil horum à malis auertit, conſtat ex ſequenti cōtextu Chryſoſtomi. Et homil. 83. in Matth. colum. penultima: *Conſideremus, autem, inquies, licet apertè ad omnes pertineat. Nam ſi ad naturam noſtram deſcendit, patet, quoniam ad omnes: quod ſi ad omnes, & ad vnumquemque profectò. Sed quomodo non omnes inde lucrum conſecuti ſunt, inquies? Id certè non illius cauſa, qui maximè hoc optat, accidit: ſed eorum culpa, qui eum ſuſcipere nolunt. Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſe coniungit: & quos peperit, non alijs nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſſime alit.* Toties atque tam ſeriò repetita, & explicata vniuerſalitas ad omnes homines, nō patitur excipere præſcitos. Illos ergo etiam hoc lucrū contingere maximè optat Chriſtus, quantū eſt ex intentione Euchariſtiæ: ac proinde nullum apponit impedimentum, vnde neceſſariò ſequatur eius amiſſio.

6. Ignatius epiſt. 13. ad Epheſ. prope finem: *Frangentes*, inquit, *panem vnum, quod pharmacū immortalitatis eſt, mortis antidotum, vitámque in Deo conciliens per Ieſum Chriſtum; medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.* Et epiſt. 15. ad Rom. *Panem Dei volo, panem celeſtem, qui eſt caro Chriſti filij Dei, qui factus eſt poſterioribus temporibus, ex ſemine Dauid & Abrahæ; & potum volo ſanguinem illius, qui eſt charitas incorruptibilis, & vita æterna.* Pondera immortalitatem & incorruptibilitatem, quæ non verificabitur, niſi Euchariſtia, quantum ex ſe eſt, conferat quidquid requiritur, vt iuſtus actualiter euitet mortem, & corruptionem peccati.

7. Gregor. Nyſſenus in Eccleſiaſten homil. 8. propiùs ad med. quàm ad princip. *Propterea*, inquit, *nobis ſe ipſum comedendum proponit is, qui ſemper eſt, vt cum ipſum in nobis ipſis acceperimus, illud ſiamus, quod ille eſt. Dicit enim: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui ergo hanc amat carnem, non eſt amicus ſuæ carnis, & qui in hunc ſanguinem eſt affectus, mundus erit à ſenſili ſanguine. Caro enim Verbi & ſanguis, qui eſt in hac carne, non vnam habet gratiam; ſed eſt & ſuauis iis, qui guſtant, & appetendus iis, qui deſiderant, & iis, qui diligunt, amabilis. Si quis autem amorem conuerterit ad ea, quæ non conſiſtunt, cuiuſmodi ſunt ea naturâ, tale etiam ſit, neceſſe eſt, & quod in illis fuerit.* Quapropter niſi ſtaret per noſtrum liberum amorem, quem ad ea, quæ non conſiſtunt, conuertimus, per Euchariſtiam ei, qui ſemper eſt, ſimiles euaſiſſemus.

8. Cypriani totus ſermo de cœna Domini pertinet ad rem præſentem, præcipuè inter principium & medium, cùm ait: *Panis hic ad totius hominis vitam, ſalutémque proficit, ſimul medicamentū, & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens.* & infrà: *Panis propter nutriendi congruentiam, ſanguis propter verificationis efficientiam:* & poſt pauca: *Vt penetrans omnia huius medicamenti virtus ſanaret quidquid morbi carni, vel ſpiritui veteris vitia adlinerat corruptela.* Idem lib. de Orat. Dominica: *Panem*, inquit, *noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis, quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & ſumus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus.*

9. Cyrillus Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 16. *Sanctum, ait, Chriſti corpus ad immortalitatem & vitam æternam nutriens, cibus eſt.* Et ſequenti cap. 17. prope med. *Sicut parum* (vt Paulus ait) *fermenti totam maſſam fermētat: ſic paruula benedictio totum hominem in ſe ipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto.* & in fine eiuſdem capitis: *Quæ (mihi crede) non mortem non ſolùm, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cùm in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatē corroborat, perturbationes animi extinguit: nec in quibus ſumus peccatis conſiderat: ſed ægrotos curat, colliſos redintegrat: & ſicut paſtor bonus, qui animam ſuam pro ouibus poſuit, ab omni nos erigit caſu.*

10. Damaſcenus de fide lib. 4. cap. 14. poſt med. ait: *Quocirca iis, qui Sacramentum iſtud per fidē dignè percipiunt, in peccatorū remiſſionem, & vitā æternam, animique, & corporis præſidium cedit.* & inter med. & finē: *Corpus ac ſanguis Chriſti eſt, ad animæ & corporis noſtri incolumitatem tendens.* & iterum: *Ad noſtram ſubſtantiam & conſeruationem tendit, atque omne incommodū propulſat, eámque vim habet, vt ſpurcitiem omnem abſtergat, Si adulterinū aurum nanciſcantur, per explorātem inflamationem purgat, ne in futurum cum Mundo condemnemur. Omnes enim morbos, immiſſáſque calamitates purgat.*

11. Ambroſius 1. Corinth. 11. prope med. *Calicem*, inquit, *myſticum ſanguinis ad tuitionem corporis, & animæ noſtræ percipimus.* Auguſtinus ſerm. 28. de verbis Domini poſt med. *Qui vulnus habet, medicinā requirat. Vulnus eſt, quia ſub peccato*

Auguſtinus.

ſumus. Medicina eſt, cœleſte & venerabile Sacramentum.

12. Arnoldus Carnatenſis tom.1. Bibliothec. tract. de verbo Chriſti, *Sitio*, propiùs ad princip. quàm ad med. ait: *Affectaníe quippe Chriſto, & hoc ſitiente, vt manſueſceret domus exaſperans, & duræ ceruicis populus molliretur; exhauſtóque pœnitentiæ antidote, felleas viſcoſá, quę peccati faces euomerent, viſa ſunt eis huius doctrinæ verba omni ratione carentia, & dementiæ adſcribebant quod eos ad carnis ſuæ edulium inuitabat. Horrebant potum ſanguinis; & carnem humanam cibum*, &c.

13. Vrbanus IV. in conſtitutione, quam refert & confirmat Clemens V. in Concilio Viēnenſi, (Et eſt Clementina vnica de reliquiis & venetatione ſanctorum) ſic loquitur: *In quo à malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementa: in quo profectò proficimus ipſius corporali præſentia Saluatoris.* Hæc & ſimilia multa de efficacitate Euchariſtiæ ſæpius à Conciliis & Patribus repetita, probant, vt minimum, Deum ex proprio motu non determinare ad materialem actionem venenoſam, & mortiferam; ſed potiùs, quod ex ſe eſt, propinare antidotum, & ſuppeditare cibum ſalubertimum.

Patrum dicta de efficacitate Euchariſtiæ quid probēt.

SECTIO V.

Conuiuatoris lex poſtulat, quibuſlibet inuitatis, ſiue iuſtis, ſiue peccatoribus, non apponi prædeterminationem, ex qua neceſſariò ſequatur, conuiuium conuerti in venenum.

1. FVndamētum præſentis ratiocinationis eſt naturalis quædam lex, ex intima conuiuij quidditate procedens, per quam conuiuator quilibet, quando ad conuiuium inuitat, tenetur eum animum interiùs gerere, ad quem inſinuandū conuiuij quidditas deſtinatur: ac ſubinde tenetur vt bonus & liberalis, quantum ex ſe eſt, optare, vt omnes inuitati veniant, epulentur, gaudeant, & cum vtilitate & gaudio recedant, ita vt nihil noceat conuiuis, quantum fuerit ex parte conuiuij; quamuis illius voluntarius abuſus nocere poſſit. Contra verò vir inuidus, auarus, contractus anguſtiis, parcus, ſordidus, improbus, malignus, & fœdè ac turpiter illiberalis, ita verbis inuitat hoſpites, vt quantum ex ſe eſt, non ſolum præoptet, illos ſponte recuſare conuiuiū m, ſed etiam verbis, operibúſque procuret à ſe abigere. Quod ſi nihilominus conuiuium admittentes epulentur læti, & illi gratias agentes: at inuitator prædictus animo ſit alienus ab hoſpitibus, non ex animo fauet conuiuis, etiamſi verbis contrarium ſimulet, dum eos ad comedendum hortatur, interim cogitatione machinando, qua ratione conuiuium illis in ſtomachum vertatur & nauſeam: vt comeſtos cibos euomere compellantur.

Cōuiuatoris animus qualis.

2. Monuit prætereà Spiritus ſanctus Prouerb. cap. 23. *Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius. Quoniam in ſimilitudinem arioli, & coniectoris æſtimat, quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non eſt tecū. Cibos, quos comederis, euomes, & perdes pulchros ſermones tuos.* Has epulas proinde non immeritò Salomon in principio eiuſdem capitis appellauerat *panem mendacij.*

Prouerb. 23.

3. Deus omnes peccatores, etiam præſcitos inuitat, vt ſua doctrina, ſuiſque Sacramentis, gratia, fide, ſpe, charitate, cæteriſque bonis ſupernaturalibus viæ, atque ipſa tandem æterna vita potiantur. Inuitat autem non ſolùm verbis, miraculis, & exemplis exteriùs; ſed etiam interiùs bonis cogitationibus & exhortationibus inſpiratis. Quod ſi huic ipſi inuitationi, Deus ex ſua libera voluntate independenter à libera culpa hominum adiungit phyſicam prædeterminationem, ex vi cuius neceſſarium ſit, vt multi præſciti nunquam actu velint ad conuiuiū accedere; & impoſſibile ſit actualiter acceptare conuiuium: iam hoc genus inuitandi participat illam malignitatem, & ſordidam auaritiam, inuidiámque, quam nuper dicebamus.

Quo modo præſciti inuitentur.

Rurſus præſcitorum plurimi de facto ad conuiuium libentes, & cum veſte nuptiali accedunt, iuſtificantur, & menſæ ſibi paratæ, videlicet, doctrinæ ac Sacramentorū fructu potiuntur. Quod ſi Deus independenter ab eorū libertate immittit phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem peccati mortalis, conſequens erit, vt quando Deus inter epulas ſacræ doctrinæ, Sacramentorum & ſpiritualium conſolationū eoſdem homines hortatur ad meliora, *mens Dei non ſit cum illis*: quoniam videlicet, alienus animo eſt ab illis, etiamſi verbis cōtrarium ſimulet, dicens: *Comede & bibe*, id eſt, magis ac magis fruere meis ſpiritualibus deliciis, & dapibus. *Cibos, quos comederis, euomes*, amittendo gratiā grauiori cum ſcelere, idque neceſſarium erit ex vi prædeterminationis phyſicę à Deo poſitę. *Et perdes pulchros ſermones tuos*, quibus Deo gratias agebas, & orabas interim dum eras in gratia. Imò & *oratio fiet tibi in peccatum*; idque neceſſaria illatione ſequetur ex aliquo principio independēti à tua libertate, videlicet, ex prædeterminatione phyſica. At certè bonitas, & liberalitas, & miſericordia Dei longè aliter agere debet: cui inuitanti, & præparanti menſam tanto maiorem gaudij cauſam quicumque etiam præſciti homines dabunt, magiſque reſpondentem votis & deſideriis Dei, quantò plus, diutiùs, vtiliùs, & iucundiùs epulati fuerint eius dapibus, nunquam ab earum participatione recedentes. 4.

Mens Dei nō eſſet cum inuitatis.

Talem autem eſſe Dei inuitantis affectum, probatur Matth. 22. & Lucæ 14. vbi pōdera primò, quot ſeruos, quales, quoties, & quanto cum periculo mittat, vt iterum atque iterum inuitent. Secundò inuitat omne genus hominū, atque nominatim eos, qui præſciuntur in æternū perdendi miſſis exercitibus Dei, & mittendi in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. 5.

Nominatim præſcitos Deus inuitat.

Tertiò illa verba: *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias*, ſignificant quæ ad ſpirituales epulas guſtandas requiruntur, omnia eſſe parata, Deum expectare, præſto omnibus eſſe eius gratiam, non ſtare per illum quo minus homines ab impietate ſua conuertantur. Deinde tauros & altilia nominauit, quia ea erant, quæ in ſplendidis conuiuiis miniſtrari ſolebant. Vnde conſtat, pinguem & copioſam diuinæ ſuauitatis & alimentorum ſpiritualium abundantiam, ex parte Dei, oblatam eſſe plurimis etiam, qui ſua libera culpa negligunt. Quod ſi Deus ad tauros & altilia eo animo inuitat maximam partem hominum, vt illis imponat phyſicam neceſſitatem reſiſtendi, & ſibi ipſis nocendi, iure poſſent homines vocanti improperare illud Prouerb. 15. *Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad* 6.

Matth. 22.

Prouerb. 15.

vitulum

Digitized by Google

vitulum ſaginatum cum odio. Foret enim melius vocari ad tenuem bonorum ſpiritualium menſam abſque animo prædeterminandi & imponendi neceſſitatem materialis actus contrarij, quàm ad conuiuium ſplendidiſſimum gratiæ cum prædicto animo inuitari.

7. Confirmatur primò, nam plurima verba eiuſdem parabolæ apertè ſignificant, nullo modo ex Deo, ſed ex libera hominum culpa profectum eſſe, vt illi non fruerentur conuiuio; quale eſt illud: *Nolebant venire.* Quod vtrumque verbum pertinet ad liberam actionem: & iterum: *Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam*, &c. Negligere, & abire libertatis ſunt. Deinde pronomen illud, *ſuam*, ſignificat proprias actiones eſſe, ad quas ipſi ſe determinant, & illis tribuendæ ſunt, vt principiis & authoribus primariis. Et Luc. 14. *Cœperunt omnes ſimul excuſare*, nimirum rationis prætextu, non ſolida ratione, illis enim erat pro ratione, mala & libera voluntas.

Matth. 22.

Negligere. & abire libertatis eſt.

Luca 14.

8. Confirmatur ſecundò, nam vehemens eſſe deſiderium, quo Paterfamiliâs, quantum ex ſe eſt, concupiſcit, nullum in ſuo conuiuio locum ſupereſſe vacuum, notatur illis verbis. *Domine, factum eſt, vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait Dominus ſeruo: Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.*

9. Confirmatur tertiò; hoc enim ſenſu à Patribus communiter exponitur prædicta parabola, & imprimis ab Auguſtino lib. 83. quæſt. q. 68. col. 3. dicente: *Ad illam enim cœnam, quam Dominus dixit in Euangelio præparatam, neque omnes, qui vocati ſunt, venire voluerunt, neque illi qui venerunt, venire poſſent, niſi vocarentur. Itaque neque illi debent ſibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt: neque illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, ſed tantùm ſibi. Quoniam, vt venirent, vocati erant in libera voluntate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Propterea etſi quiſque ſibi tribuit, quod venit vocatus; non ſibi poteſt tribuere quod vocatus eſt. Qui autem vocatus non venit, ſicut non habuit meritum præmij vt vocaretur, ſic inchoat meritum ſupplicij, cùm vocatus venire neglexerit.* Et ibidem ait, Pharaonem, antequam induraretur fuiſſe vocatum, & potuiſſe venire; ſed quia noluit, meruiſſe indurationem. Obſerua peculiariter illa verba: *Neque illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, ſed tantum ſibi. quoniam vt venirent, vocati ſunt.* Igitur Deus quantum ex ſe eſt, intendebat bonum vſum actualem liberi arbitrij per gratiam veniendo ad conuiuium, & illi ſoli fuerunt ſibi authores determinãdi ſe ad omiſſionem veniendi. Conſonat idem Auguſtinus in eodem tomo 4. lib. de fide & operibus, cap. 17.

Eodem ſenſu à Patribus exponitur dicta parabola. Auguſtinus.

Homines authores determinationis ad omiſſionẽ.

10. Prædicto Dei affectui & prouidentiæ locupletiſſimum teſtimonium dedit Ambroſius lib. 6. in Luc. cap. antepenultimo de refectione turbarum ex quinque panibus, Luc. cap. 9. dicens: *Miſeretur Dominus ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit, non per Dominum Ieſum, ſed per ſe deficit. Neque habes quod ſcribas Domino, qui vincit, cum iudicatur.* & poſt pauca: *Si tua negligentia, virtutem quam acceperas perdidiſti, non alimentorũ cœleſtium, ſed tuæ mentis tibi præſidia defuerunt. Denique Dominus, ſicut ſuper iuſtos & iniuſtos pluit, ita etiam iniuſtos paſcit & iuſtos.* & infra: *Diuidit eſcas Dominus Ieſus, & ille quidẽ vult dare omnibus, negat nemini, diſpenſator eſt enim omniũ. Sed cum ille panes frangat, & det diſcipulis, ſi tu manum non extendas tuas, vt accipias tibi eſcas; deficies in via, neque poteris in eum culpam tuam referre, qui miſeretur & diuidit.* & iterum: *Quid reſpondebis ei, aut quomodo excuſabis? non potes dicere, quia eſcam non dedit, qui dat omnibus. Non potes dicere, quia noluit te bonũ facere, ante quem poſuit bonum & malum, vt non ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.* & paucis interpoſitis: *Dicet ei, qui in via defecerit: qua ratione defeciſti in via? Nonne panes fregi? Nõne benedixi? Nonne iuſſi dari? Sed cur tu accipere noluiſti?* Clariora hæc ſunt, quàm vt egeant explicatione maiori.

Ambroſij locupletiſſimũ teſtimonium.

Hieronymus epiſtola ad Damaſum de filio prodigo col. penultima, ponderans illud patris ad ſeniorem filium: *Omnia mea tua ſunt*, ita explicat: *Omnia intelligamus legem, Prophetas eloquia diuina. Hæc ei dedit, vt in lege eius meditaretur die ac nocte.* & poſt pauca ſubdit: *Quamquã nihil vnquam illi negaſſe, credendum ſit, quem ad vituli hortatur eſum.* Ergo multo minus negabit poſſibilitatem edendi, prædeterminando ad materialem actionem realiter contrariam cibo ſalutifero. 11.

Poſſibilitas negabitur.

Facit ad eandem rem Chryſoſt. tota ferè hom. 70. in cap. 22. Matth. præſertim in med. dicens: *Paratæ quidem, ait, ipſæ nuptiæ ſunt, vocati verò digni non erant, Non ignorabat autem indignos illos etiam poſtea fore. Sed ne vlla reſpondendi occaſio relinquatur, licet id ſciret, ad ipſos tamen primò & venit, & miſit. Ita & illorum ora obſtruit, & nos docet cuncta à nobis ipſis eſſe explenda, etiamſi nemo quicquam emolumenti conſequatur.* Deus igitur explet omnia ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, etiam eorũ, qui nihil emolumenti conſequuntur. Alioqui Deus ſuo facto non doceret nos, *cuncta à nobis eſſe explenda, etiamſi nemo quicquam emolumenti conſequatur.* Neque obſtrueret reproborum ora. & poſt pauca ſubiungit: *Vocatio & purgatio ipſa ex gratia ſunt: vt verò vocatus iam, & candida indutus veſte ſe ipſum non maculet, ad diligentiam quoque pertinet vocatorum.* 13.

Chryſoſtom.

Deus omnia ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem explet.

Theophylact. Matth. 22. exponens parabolæ concluſionem: *Multi ſunt vocati*, ait; *Multos enim, vel potius omnes vocat Deus; pauci verò electi. Pauci enim qui ſaluantur, & qui digni vt eligantur à Deo: ita vt Dei quidem ſit vocare, electos autem fieri, vel non noſtrum eſt.* Vbi electos fieri, & dignos vt eligantur, intelligendum eſt, fieri bonos, liberè cooperando cum diuina vocatione & gratia. Quem modum loquendi Catholicum habere intellectum alienum à Semipelagianiſmo probabimus tomo ſequenti, ſi Deus conceſſerit. 14

Matth. 22.

Sermo à Semipelagianiſmo alienus

Quanta verò ſit iucunditas Dei inter noſtras ſpirituales epulas, perinde ac ſi ipſe epularetur ſuauiſſimè, quantumque ſubinde cupiat, vt pauperes abundantiſſimè comedant & ſaturentur, necnon largiſſimè bibant & inebrientur, oſtendit Cantic. 5. initio: *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: comedite, amici: bibite, & inebriamini, chariſſimi.* Vt huius argumenti clarior ſit efficacitas, ſuppono, ebrietatem hoc loco eſſe iucundiſſimum mentis exceſſum, vſque ad obliuionem ſui, & ardentiſſimum amorem Dei, qui chariſſimus Deo ſui iuris eſſe non patitur, ſed animam extra ſe ad diuiniora quædam abripit, vt conſtat ex aliis locis Scripturæ, vbi mentio fit huius ſobriæ, & honorificentiſſimæ ebrietatis, & notat hoc loco Nyſſenus oratione 10. in Cantica, Ambroſius in Pſalm. 118. ſerm. 13. ad illum 15.

Dei iucunditas inter noſtras epulas ſpirituales.

Cantic. 5.

Ebrietas in præſenti quid.

verſum: *Quam dulcia faucibus meis*, &c. Auguſtinus lib. de Agone Chriſtiano cap. 9. tom. 3. & alibi ſæpe agens de ſpirituali ebrietate atque dulcedine, & Dionyſius infra citandus.

16. Quo ſuppoſito mentis oculis intuere ipſum Dei affectum erga charisſimos filios in circuitu menſæ ſuæ poſitos hortantis ad comedendum, & bibendum tanta liberalitate, & charitate, vt quod ex ſe eſt, optet, illos non ſolùm bibere, ſed etiam inebriari, & extra ſe poſitos in Deum rapi. Videbiſque ab hoc affectu diſſonare alium contrarium, quo Deus prius ratione, quàm eorundem filiorum culpa prouocetur ad iram, apud ſe decernat, plurimis illorum immittere talem prædeterminationem phyſicam, ex vi cuius impoſſibile ſit actualiter comedere, & actualiter bibere, aut neceſſarium ſit iudicium ſibi manducare & bibere actualiter, vel certè guſtatam & hauſtam vitam euomere, mortaliter poſtea peccando. Idque ſiue ſponſus hoc loco inuitet ad vniuerſa bona gratiæ, qui ſenſus plenior videtur: ſiue inuitet ad Euchariſtiam, vt vult Nyſſenus citatus, eadem namque vis remanet argumento.

A Dei affectu erga filios diſſonat prædeterminare ad materiales actiones.

17. Similiter perpende alias diuinæ ſapientiæ vocationes, atque inuitationes, vt Prouerb. cap. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis: Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Iſai. 55. *Omnes ſitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me audite, & viuet anima veſtra.* Crebra hæc eiuſdem ſententiæ, nunc per eaſdem, nunc verò per diuerſas voces repetitio, vrgens ad celeritatem ipſa breuitate orationum, quid aliud, quàm vehementiam affectus ſignificat, quo Deus præoptat, quod ex ſe eſt, vt omnes nullo excepto, re ipſa comedant & bibant, & actualiter viuant in æternum?

Prouerb. 9.

Iſaiæ 55.

18. Eadem vehementia deſiderij non potuit ſe continere intra anguſtos parietes & voces ſubmiſſas: ſed in templo, in frequentiſſimum anni conuentum erumpens: *In die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Nunc tibi recolendus eſt, Deuter. 8. ſerpens flatu adurens, ſcorpio, ac dipſas, de quo Nicander cecinit.

Nicander.

——*Dipſade læſus*
Non ſecus ac taurus fluuij ſe ingurgitat vnda.
Non ceſſans donec crepitans iam venter hiulco
F agmine diſſiliat, fundens graue pondus aquas.

19. Vnde ſic argumentor. Indignum eſſet Saluatoris noſtri veracitate, ſynceritate, & charitate non ficta; ſi omnes præſentes, & abſentes inuitans ad bibendum tanta vocis & animi contentione; nihilominus pectore premeret decretum efficaciter cauſandi venenoſam ariditatem in maxima hominum parte, ſiue præſentium, ſiue abſentium; ex vi cuius neceſſarium eſſet eos homines poſt copioſum aquæ potum miſerabiliter crepare & interire; atque hoc decerneret Saluator independenter à libera culpa hominum præcognita. Neque excuſaretur à ſimulatione amicitiæ, quamuis propter bonum finem ſuæ gloriæ, & quamuis ſolam entitatem materialem, & non rationem formalem decerneret. Ergo indignum erit veracitate & charitate Chriſti Domini, in maximâ hominum partem cauſare prædeterminationem phyſicam, ex vi cuius neceſſarium ſit omnia ſpiritualia bona in anima recepta actualiter amitti, & impoſſibile ſit ea actualiter retinere per bonum & perſeuerantem vſum illorum: atque hoc cauſare independenter à libera illorum culpa.

Ex dictis argumentum.

S. Dionyſius epiſtola 9. ad Titum, ex profeſſo tractans quæſtionem, quid in ſacris literis ſignificet cibus, & potus à med. epiſtolæ ita reſpondet: *Omnis cibus indigentiam, infirmitatem, & imbecillitatem curat, vitam tuetur, facit, vt refloreſcant, & renouent, & vitalem conſenſionem impertit, quæ triſtitiæ, & eius quod minus perfectum eſt, expultrix ſit, & lætitiæ ac perfectionis ſuppeditatrix. Rectè igitur ſapientiſſima, benigniſſimaque ſapientia Scripturis diuinis laudatur, quòd & myſterij plenum crateram ponat, & ſacrum eius poculum profundat, & magis quod ante hæc firmos ſolidóſque cibos apponat, & cum excelſo præconio ipſa eos, qui ſe egent benignè inuitet.* Quantum huic benignitati repugnat prædeterminatio ad indigentiam, infirmitatem, triſtitiam, & mortem. 20.

Dionyſius.

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm prædeſtinationis & prouidentiæ ratio repugnet prædeterminationi ſupradictæ.

SECTIO I.

Non prædeſtinari materialem actionem peccati.

EX ea doctrina, quam Concilia & Patres de prædeſtinatione tradiderunt: conficitur hoc argumentum. Si Deus non præuiſa hominis determinatione, proprio diuinæ voluntatis motu decreuit hunc hominem præmouere ac prædeterminare ad realem volitionem, quæ quidditatiuè eſt odium Dei, alios autem homines ad volitionem, qua realiter eligunt adorare idola, blaſphemare, periurare, aut aliud obiectum intrinſecè malum: conſequens eſt, abſolutè verum eſſe, atque concedendum homines ſola Dei voluntate ad prædicta opera eſſe prædeſtinatos, ita vt non poſſint aliud eſſe quàm ſunt: conſequens autem eſſe falſum, conſtabit ex ſequentibus teſtimoniis: ergo & Antecedens falſum erit. 1.

Argumentũ.

Homines ſola Dei voluntate ad opera intrinſecè mala prædeſtinarentur.

Probatur primò ex Conciliis. Nam Arauſicanum ſecundum Canone 25. poſt medium ait: *Aliquos ad malum diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolùm non credimus; ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus.* Notandum eſt, hanc partem Canonis primaria intentione dirigi contra neceſſitatem antecedentem, ex vi cuius impoſſibile ſit non incurrere in peccata & æterna ſupplicia. Quod probo primò ex præcedenti contextu, nam in eo propoſitio vniuerſalis & catholica diffinitur, vt poſtea contradictoria illius reiiciatur. Ait igitur: 2.

Arauſicanũ.

Canonis pars contra neceſſitatem antecedentem.

Digitized by Google

igitur: *Hoc etiam ſecundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptiſmum gratia, omnes baptizati, Chriſto auxiliante & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint, & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos verò ad malum diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolum non credimus*, &c.

3\. *Prædeſtinatio ad malũ pugnans cum poſſibilitate.*

Vnde ſic ratiocinare. In hoc Canone reſpuitur quæcumque prædeſtinatio ad malum, quæ pugnat in ſenſu compoſito cum poſſibilitate adimplendi cum diuina gratia, quæ ad ſalutem pertinent, ſi homines voluerint. Sed prædeſtinatio, ſeu prædefinitio materialis actionis peccati, quãtumcumque præſcindatur à malitia, pugnat in ſenſu compoſito cum prædicta poſſibilitate. Ergo hæc etiam prædeſtinatio ſeu prædefinitio reſpuitur iſto decreto. *Cõfirmatur.* Confirmatur, quoniam hæretici aſſertores illius prædeſtinationis, contra quam definiebat Concilium, neque negabant poſſibilitatem adimplendi præcepta, neque affirmabant neceſſitatem peccandi in ſenſu diuiſo; ſed tantùm in ſenſu compoſito cum prædeſtinatione.

4\. *Concilium Valentinum eodem ſenſu dictum canonem intellexit.*

Confirmatur ſecundò, nam in hoc ipſo ſenſu præfatum Canonem intellexit Concilium Valentinum tertium anno Domini 855. tempore Lotharij Imperatoris cap. 3. fine dicens: *Aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe, diuina poteſtate, videlicet, vt quaſi aliud eſſe non poſſent, non ſolùm non credimus, ſed etiam, ſi ſunt, qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione, ſicut Arauſicana Synodus, illis anathema dicimus.* Vide Arauſicano decreto inſertam explicationem, deſumptam ex præcedenti contextu: *Videlicet, vt quaſi aliud eſſe non poſſent.* Quod etiam idem Concilium Valentinum cap. 2. poſt med. dixerat: *Neque prorſus vlli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſit.* *Neceſſitas per præſcientiam impoſita qualis.* Porro neceſſitas per præſcientiam impoſita non poteſt eſſe neceſſitas in ſenſu diuiſo à præſcientia, ſed tantum in ſenſu compoſito: ac proinde præſcientia Dei non ſupponit prædeterminationem actus, vnde in ſenſu compoſito mali neceſſitas ineuitabilis prouenit.

5\. *Tridentinũ.*

Eorundem Conciliorum veſtigiis inſiſtens Tridentinum ſeſſione 6. Canone 17. eos homines, qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, decernit, non eſſe *diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum.* Vbi diuina poteſtas intelligitur, ita ſuas vires abſolutas effundens, vt oppoſiti poſſibilitatem adimat, ſicut apud Arauſicanum, & Valentinum vidimus nuper.

6\. In eodem etiam Concilio Valentino tertio cap. 3. notanda eſt excluſiua dictio, *tantùm*, quando ait: *Fidenter fatemur, prædeſtinatione Deum ea tantùm ſtatuiſſe, quæ ipſe vel gratuita miſericordia, vel iuſto iudicio facturus erat.* *Materialis actio peccati primi Angelorũ, nec gratuita miſericordia, nec iuſto iudicio facta.* Sed materialem actionem, qua primò peccauit Angelus, & Adamus, Deus nec fecit gratuita miſericordia, quia non eſt effectus gratiæ, nec iuſto iudicio, quia in nullius præcedentis peccati pœnam potuit infligi. Ergo illam materialem actionem Deus non ſtatuit prædeſtinatione; vnde nec prædefiniuit. Vide infra num. 12. 15. & 18. & in ſect. ſequenti à num. 21.

7\. *Leo.* Eodem plane ſenſu crediderim poſtea, Leonem Nonum epiſt. 4. ad Petrum Antiochenum colum. 4. in fidei profeſſione dixiſſe: *Credo Deum prædeſtinaſſe ſolummodo bona: præſciſſe autem bona malaque.* Sed iuxta phraſim Scripturæ, ac Sanctorum Patrum, materialis actio idololatriæ, vel odij Dei, non eſt bona. Ergo præſcita eſt tantùm, non verò prædeſtinata, ſeu prædefinita.

Auguſtinus autem fuit, ex quo citata Concilia, & Pontifices prædictæ deciſionis formam acceperunt. 8. *Ex Auguſtino Concilia prædicta deciſionis formam acceperunt.* Quod expreſsè fatetur Valentinum Concilium cap. 3. Nam prætetquam quòd Auguſtinus vbique conſtanter negat, malè agendi neceſſitatem imponi per diuinam prædeſtinationem, prouidentiam, aut præſcientiam: vt vidimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 33. ſect. 3. & diſput. 43. ſect. 1. & ſequentibus diſputationibus conſtabit. Inſuper quod ad prædeſtinationem attinet, lib. de prædeſt. Sanctorum cap. 10. *Prædeſtinatio*, inquit, *ſine præſcientia non poteſt eſſe, poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione præſcientia. Prædeſtinatione quippe Deus ea præſcit, quæ fuerat ipſe facturus. Vnde dictum eſt; Fecit, quæ futura ſunt. Præſcire autem potens eſt etiam, quæ ipſe non facit, ſicut quæcunque peccata.* Et conſequenter de bono perſeuerantiæ cap. 18. prope finem: *Prædeſtinaſſe*, inquit, *eſt hoc præſciſſe, quod fuerat ipſe facturus.* Quapropter ex Auguſtino deſumptum eſt, quod Hypognoſticon lib. 6. colum. 2. ait: *Sed non omne, quod præſcit, prædeſtinat. Mala enim tantùm præſcit, & non prædeſtinat. Bona verò & præſcit, & prædeſtinat.*

His in locis non ſolùm malitiam, ſed etiam illius materialem actionem excludi, tanquam obiectum diuina prædeſtinatione indignum, inde colligitur, 9. quoniam de materialibus etiam actionibus peccatorum Auguſtinus docet, non fieri à Deo, ſed tantùm permitti: vt vidimus diſp. 31. ſect. 3. & 4. *Materiales peccatorum actiones à Deo nõ ſunt, ſed permittuntur.* Quapropter non comprehenduntur ſub illis effectis, quæ fuerat ipſe facturus, quæ ſola ſunt prædeſtinationis obiecta: vt ex prædictis Auguſtini definitionibus conſtat.

Clariùs autem de materialibus peccatorum actionibus locuti ſunt Proſper & Fulgentius, ſui Magiſtri mentem aperientes. 10. Proſper igitur ad obiectiones Vincentianas obiect. 10. *Proſper* *Non ergo*, ait, *caſus ruentium, neque malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei, aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit.* Cupiditates peccantium reales ſunt affectus, & volitiones, quas ſi Deus phyſicè prædeterminauit, eo ipſo excitauit & impulit non ſolùm ad illas, ſed etiam ad malignitatem iniquorum, & caſus ruentium, quæ cum illis ſunt inſeparabiliter copulata.

Et ad obiectionem 11. *Quæ ergo inſipientia, quáve dementia definitur, ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt, qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt, eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus prædeſtinauit vt fieret: nec illam animam nequiter, turpitérque victuram, ad hoc vt taliter viueret, præparauit.* 11. Quapropter non ſolùm malitiæ, ſed etiam voluntatum, quæ malæ ſunt, Deus non eſt credendus eſſe generator, neque illæ ad Dei ſunt referendę conſilium. Eædem igitur voluntates ſunt talia negotia, quorum Deus nihil prædeſtinauit, vt fieret. Perpende ſecundò turpiter ac nequiter viuere continere vitales actiones, quibus realiter viuitur. De his ergo Proſper ait: *Nec ad hoc vt taliter viueret præparauit.* Tertiò. Præparare apud Auguſtinum, *Præparare præuenientis operationis proprium.* Proſperum, & Fulgentium eſt proprium præuenientis operationis. Quando igitur Proſper ait: Deus nõ præparauit animam vt turpiter viueret,

negat omnem præuenientem Dei præmotionem, etiam illam, quæ relicta libertate impellat, & multo magis illam, quæ neceſſitatem inducat.

12. Notandum eſt etiam quod in fine eiuſdem capitis addit: *Atque ita ad prædeſtinationem eius nihil aliud referri poteſt, niſi quod aut ad debitam iuſtitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.* Vnde ſumitur idem argumentum, quod ſupra num. 6. ex Concilio Valentino. Etenim materiales actiones peccatorum, ante quæ nulla præceſſerunt peccata, ſiue in pueris baptizatis, ſiue in Angelis, & Adamo, nec pertinent ad debitam iuſtitiæ retributionem, nec ad indebitam gratiæ largitatem. Ergo ad prædeſtinationem referri non poſſunt.

13. Et ſequenti obiectione 12. *Nullo igitur modo prædeſtinatio Dei facit, vt aliqui ex filiis Dei, filij ſint diaboli: aut ex templo S. Spiritus templa ſint dæmonum: aut ex membris Chriſti, fiant membra meretricis; ſed potius prædeſtinatio facit, vt ex filiis diaboli, fiant filij Dei; & ex templo dæmonum, templum ſit Spiritus ſancti; & ex membris meretricis, membra ſint Chriſti.* Quod ſi Deus prædefiniret ac prædeſtinaret materialem actionem idololatriæ, atque fornicationis; Dei prædeſtinatio non faceret, vt ex templo dæmonum templum ſit Spiritus ſancti; & ex membris meretricis, membra ſint Chriſti: ſed potius faceret aliquid, vnde neceſſariò & ineuitabiliter ſequitur, vt aliqui ex filiis Dei, filij ſint diaboli, aut ex tẽplo S. Spiritus, templa ſint dæmonum; aut ex membris Chriſti, fiant membra meretricis. Non diſſimile argumẽtum ſumitur ex errore, quem ſibi ab hæreticis adfictum, refutat Auguſtinus lib. 2. de Nuptiis & concupiſcentia cap. 16. prope initium dicens: *Sic fallitur, vt à nobis, hoc exiſtimet dici quod diabolo Deus hominem fecerit, tanquam in hominibus, quos Deus ex hominibus parentibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc ſui operis ratione prouideat, vt habeat diabolus ſeruos, quos ipſe ſibi facere non poteſt. Abſit, vt hoc qualiſcumque vel puerilis pietas ſuſpicetur.*

Auguſtinus.

14. Et ad finem eiuſdem reſponſionis 12. Proſper, *Voluntate*, inquit, *exierũt, voluntate ceciderunt. Et quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati.* Nota cauſalem propoſitionem, qua, vt minimum, oſtenditur in genere determinantis ad caſum noſtram voluntatem eſſe priorem, & ab eius caſu præſcito vt futuro determinari voluntatem diuinam. Et hoc nobis ſufficit in præſenti: nam de modo, quo præſcientia præcedat reprobationem, aut prædeſtinationis negationem, diximus tomo præcedenti de Scientia diſp. 69. & alibi ſæpe. His ſimilia de peccatorum prædeſtinatione notat, reſpondens ad 14. obiectionem, & Hypognoſticon ex mente Auguſtini lib. 6. prope med.

In genere determinantis ad caſum voluntas noſtra prior.

15. Rurſus idem Proſper ad capita Gallorum ſententia 1. ait: *Nullo modo prædeſtinatio Dei iniquos facit, neque cuiuſquam omnino eſt cauſa peccati.* Nota *nullo modo, & omnino* Ergo neque quoad materialem entitatem, ex qua neceſſariò ſequatur ratio formalis. Et in reſponſione ad caput 15. Gallorum: *Dubium*, inquit, *non eſt. ſine vlla temporali differentia, Deum & præſciſſe ſimul, & prædeſtinaſſe, quæ ipſo erant authore facienda, vel quæ malis meritis, iuſto erant iudicio retribuenda: præſciſſe autem tantummodo, & non prædeſtinaſſe, quæ non ex ipſo erant cauſam operationis habitura.* Vbi diſiunctiua illa, *Vel, quæ malis meritis, iuſto erant iudicio retribuenda*, ſuppeditat idem argumentum, quod in ſimili num. 6. & 12. notabamus; & clariùs continetur in reſponſione ad præcedens cap. 14. cum ait: *Prædeſtinatio igitur Dei ſemper in bono eſt, aut ad retributionem iuſtitiæ, aut ad donationem pertinens gratiæ.*

Proſper.

Præcedentia verba Proſperi ex cap. 15. Gallorum refert & approbat Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 30. quod eſt vltimum, & tam ibi, quàm ſequenti capite, quod eſt primum lib. 2. & epilogus libri præcedentis, docet, ex S. Auguſtini & Proſperi libris conſtare, *omnem iniquorum malam voluntatem qua peccant præſcitam, non tamen eſſe à Deo prædeſtinatam: cum ipſam voluntatem malam non aliter eſſent habituri, niſi in eo, quo fuiſſent à Domino receſſuri; neque Deum prædeſtinaſſe diſceſſionem hominis à ſe, cum cauſa ipſius diſceſſionis ſola voluntaria eſſet auerſio peccatoris.* Malam verò voluntatem, conſtat, eſſe realem & materialem actionem, cui malitia inſit. 16.

Fulgentius.

Et in eodem lib. 1. cap. 7. in princip. *Non ergo*, inquit, *prædeſtinati ſunt mali ad hoc quod malè operantur, à concupiſcentia ſua abſtracti, & illecti, ſed ad hoc quod iuſtè patiuntur inuiti.* Sed materialis volitio, qua voluntas amplectitur obiectum delectabile, diuina lege prohibitum, eſt hoc, quod malè operantur homines à concupiſcentia ſua abſtracti & illecti. Ergo ad huiuſmodi materialem volitionem non ſunt prædeſtinati. Confirmatur, quoniam huiuſmodi volitio, præſertim quæ primum peccatum eſt, non pertinet ad hoc quod mali iuſtè patiuntur inuiti. Poſtea quippe notat, opera diuinæ prædeſtinationis, vel ad gratiæ miſericordiam, vel ad iuſtitiæ iudicia pertinere. 17.

Cõfirmatur.

Vnde cap. 13. circa med. *Hoc itaque*, inquit, *prædeſtinauit Deus quod erat ipſe facturus, aut quod fuerat largiturus. Illud verò nullatenus prædeſtinauit quod ſiue per gratiam, ſiue per iuſtitiam facturus ipſe non fuit. Proinde diligentiſſimè requirendum videtur, quid in his Deus operetur, quos gratis iuſtificat: quid etiam in illis quos iuſtè condemnat.* Et cap. 17. prope initium ita proponit tractandam quæſtionem. *Vtrùm malos Deus iuſtus ad hoc prædeſtinauerit faciendum quod in eis puniturus eſt factum; An idcircò malos ad ſupplicium iuſtè prædeſtinauerit, quia eorum mala opera, licet futura præſciret, non tamen prædeſtinauit, vt futura eſſent, quia non ipſe fecit, vt fierent.* Cui quæſtioni tota ſequentium capitum ſerie reſpondet, primum illius membrum negando, & affirmando ſecundum. 18.

Conſequenter cap. 21. prope initium ait: *Cum negare non poſſimus, à Deo bono factum hominem bonum; ſi dixerimus, eum à Deo prædeſtinatum ad opus aliquod malum, nos Deo miſericordi & iuſto, tale opus (quod abſit) adſcribimus, vbi nec miſericors poſſit inueniri, nec iuſtus.* & poſt pauca: *Prædeſtinatio Dei præparatio eſt operum eius, & ſicut competit Deo bono, vt cauſa ſit totius operis boni; ſic incongruum eſt, vt imputetur cauſa cuiuſlibet operis mali.* Phyſica verò prædeterminatio foret cauſa cuiuſlibet operis mali: ergo incongruum eſt, vt imputetur Deo phyſica prædeterminatio. 19.

Inſuper lib. 1. cap. 24. init. *Deus itaque*, inquit, *omnia hominum opera, ſiue bona, ſiue mala præſciuit, quia eum latere, nihil potuit, ſed ſola bona prædeſtinauit, quæ ſe in filiis gratiæ facturum eſſe præſciuit.* Et inferius in eodem capite ſubiicit: *Præſciuit enim voluntates hominum bonas & malas, prædeſtinauit autem non malas, ſed ſolas bonas.* Et cap. 29. ad finem 20.

Sola bona Deus prædeſtinat.

ad finem ait: *Puto in his dictis B. Auguſtini euidenter oſtenſum, bona opera ſua Deum præſciſſe, & prædeſtinaſſe, hoc eſt, ſiue quæ ad miſericordiam. ſeu quæ ad iuſtitiam pertinent.* Similia multa ſcribit Hypognoſticon lib. 6. col. 2. & 3. de prædeſtinatione ad gratiam ex miſericordia, non verò ad peccatum, ſed tantùm ad eius ſupplicium ex iuſtitia, ſupponente præſcientiam culpæ.

21\. Eandem phraſim imitatus Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 6. initio: *Gemina eſt,* inquit, *prædeſtinatio, ſiue electorum ad requiem; ſiue reproborum ad mortem* (ſcilicet, pœnæ non culpæ,) *vtraque diuino agitur iudicio, vt ſemper electos ſuperna, & interiora ſequi faciat; ſempérque reprobos, vt in infimis & exterioribus delectentur, deſerendo, permittat.* Ergo ipſas reales poſitiuas & materiales delectationes in rebus infimis, Deus non prædeterminat, neque facit, vt homines faciant, ſed tantùm permittit, eos ſuo arbitrio delectari: atque hoc permittit deſerendo, non poſitiuè impellendo.

Gemina prædeſtinatio ſecundum Iſidorum.

22\. Nemeſius de natura hominis & animæ facultatibus cap. 40. (aliàs Nyſſenus de Philoſophia lib. 7. cap. 2.) ait: *Cum quæ fiunt, mixta ſint, aliquando proficiſcentur à noſtra voluntate, aliquando fient ratione prouidentiæ, aliquando manabunt ex vtroque.* Poſt pauca explicat primum membrum, videlicet, illa, quæ ita proficiſcuntur à noſtra voluntate, vt illorum cauſa non ſit prouidentia, dicens: *Dum illi ipſi luxuria ſe corrumpendos dediderunt, vt interdum temperationes è voluntario principio mala reddantur. Nec omnino prouidentia talium cauſa ſit.* Quod ſi prouidentia non eſt cauſa, nec prædeſtinatio erit cauſa: nam prædeſtinatio eſt quædam prouidentia. Et cap. 37. contra eos, qui per prouidentiam Dei neceſſitatem imponebant euentibus contingentibus, diſputans, prope finem ait: *Superuacua etiam pugna eſt, in continente & incontinente, rationis & cupiditatis: ſi enim neceſſariò conſtitutum & definitum eſt hoc agere, hoc non agere, quis vſus diſſenſionis in eo, & diſcordiæ?* Quod argumentum primariò pertinet ad materiales actiones, inter quas immediatè ac per ſe pugna verſatur.

Mala prouidentia non cauſat.

23\. Beda tom. 8. in lib. qq. q. 13. poſt med. *Dominus,* inquit, *ab æterno Sanctis eius vitam æternã prædeſtinauit, & ſimiliter cauſam vitæ æternæ, meritum Sanctis eius prædeſtinauit. Reprobis autem mortem æternã: ſed non mortis æternæ cauſam; quia nulli Deus peccata ſua prædeſtinauit, reprobis autem mortem æternam; ſed non mortis æternæ cauſam; quia nulli Deus peccata ſua prædeſtinauit. Non eſt enim in Dei diſpoſitione, quomodo peccator peccet, ſed tamen, cum ſciat, eum peccaturum, mortem ei præordinat, vt verus iudex.* Quod fuſiùs explicat poſtea monſtrans futuritionem actionis, quam non Deus, ſed liberum arbitrium operaturum eſt, præſupponi in diuina præſcientia, vt impiis mortẽ prædeſtinaret.

24\. Hugo Victorinus de Sacrament. lib. 1. p. 2. cap. 18. à medio. *Præſciuit autem quædam quæ facturus non fuit: quia præſciuit omne, quod futurum fuit, in quo quædam futura fuerunt, quæ facturus fuit: quædam, quæ permiſſurus. Propter hoc aliquid amplius prædeſtinatio habere videtur, quam præſcientia, quia præſcientia etiam de alieno eſt: prædeſtinatio autem niſi de proprio eſſe non poteſt. De prouidentia Dei, & quod duplex eſt prouidentia Dei: in ſuis & alienis.*

Prædeſtinatio aliquid amplius quã præſcientia habet.

25\. Gratianus cap. *Vaſis iræ* 23. quæſt. 4. variis locis Proſperi hinc inde collectis, docet eandem ſententiam, quam huçuſque retulimus.

26\. Conſonat Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 21. vbi docet, *non diuino, inexpugnabilique iudicio, in diaboli laqueum proditorẽ incidiſſe.* Quod ſi foret prædeſtinatus & phyſicè prædeterminatus ad materialem actionem proditionis: eiuſmodi prædeſtinatio foret diuinum, inexpugnabiléque iudicium, quo incidiſſet in laqueum diaboli.

Cyrillus.

Conſonat etiam Arnobius in comment. ad Pſalm. 117. vbi poſtquam multa dixerat de fiducia in ſolo Deo, & non in viribus liberi arbitrij collocanda; præoccupat eos, qui eius doctrinam ad prauum ſenſum detorquere poſſent, dicens: *Nunc fortè audiat me, prædeſtinationem docens, & arbitrium hominum infringens: putet me libertatem arbitrij ita excludere; vt peccantes exiſtimem, Dei abiectione peccare. Quod peccamus, noſtri arbitrij docebimur, qui contemnimus gratiam.* & poſt pauca: *Si verò boni aliquid fecerimus, imputabimus largitori.* 27.

Arnobius.

Cùm prædeſtinatio ſit præſcientia eorum, quæ Deus facturus eſt, ſi prædeſtinatio Dei cauſaret opera mala, eadem cauſaret præſcientia. Conſequens autem eſſe falſum, notat communis Patrum conſenſus exiſtimantium diuinam præſcientiam non eſſe cauſam, vt præſciti malè operentur, & praua opera non ideo eſſe futura, quia Deus præſcit, ſed potiùs, quia talia opera futura ſunt, à Deo præſciri. Quos Patres retulimus præcedenti tomo de Scientia diſp. 33. ſect. 2. 3. & 4. Nunc ſatis erit Epiphanij teſtimonium atque Iuſtini. 28.

Prædeſtinatio, præſcientia faciendorum.

Præſcientiã cauſam non eſſe mala opera ĩ nos, Patrum ſententia.

Epiphanius lib. 1. hæreſi 38. ait: *Tametſi dicat Scriptura, Chriſtum voluiſſe cruci tradi; aut etiam ſi dicat Scriptura abſurditates, in extremis diebus per nos perficiendas: non tamen omnino aliquis ex nobis, qui iniqua facimus, excuſationem inuenerit, Scripturæ teſtimonium producens, vaticinantis hæc futura. Non enim quia dixit Scriptura, facimus; ſed quia facturi eramus, Scriptura prædixit propter Dei prænotionem.* Vides quam ſollicitè Epiphanius Dei præſcientiam, & prædictionẽ liberet, ne cauſa ſit determinans ad actiones abſurdas; ne rationem inde poſſint accipere, vt excuſentur homines à malitia. 29.

Iuſtinus in dialogo cum Tryphone prope finem notat, *non eſſe Deum in cauſa, vt prædeſtinati fiant iniuſti. ſiue Angeli, ſiue homines, ſed ſua quemque culpa talem eſſe, qualis apparebit.* & poſt pauca: *Quod ſi verbũ Dei prædicit omnino, quoſdam Angelos & homines damnandos; ideo prædicit quia præſciuit incorrigibiles, non quia tales à Deo facti ſint.* 30.

Poſtremò non minus impropriam locutionem eſſe, ſi Deus dicatur mala prædeſtinare; quàm ſi dicatur mala facere, quia permittit; notat Anſelmus lib. de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis cum libertate cap. 2. ante med. dicens: *Prædeſtinatio non ſolùm bonorum eſt, ſed malorum poteſt dici. Quemadmodum Deus mala, quæ non facit, dicitur facere, quia permittit.* & poſt pauca: *Non eſt ergo inconueniens, eum hoc modo prædeſtinare, dum malos & eorum mala opera non corrigit* 31.

Anſelmus.

Prædeſtinatur tamen permiſſio peccatorum, quoniam permiſſio bona eſt; eámque Deus vult & facit. 32.

Prædeſtinatur peccatorum permiſſio.

SECTIO II.

Solutiones contrariæ ſententiæ refutantur.

PRima ſolutio eſt. Prædeſtinatio & prædefinitio ſignificant interiorem actum Dei, propereáque ſupra formale & non ſupra materiale appellant 1.

Digitized by Google

appellant iuxta regulam Summuliſtarum. Quapropter quando Concilia & Patres negant prædeſtinari mala opera, intelligunt, non prædeſtinari formalem rationem maliriæ.

2. *Refutatur primò.* Hæc ſolutio primam ſui ipſius impugnationem ſuppeditat, quoniam ſecundum prædictam regulam Logicæ, prædeſtinatio, & prædefinitio appellant ſupra formale termini, cui adiunguntur; ſed à Patribus ſectione 1. citatis adiunguntur ſæpe concupiſcentiæ deſiderio, volitioni, dilectioni, & actibus: ergo appellabunt ſupra formalem rationem horum terminorum, quæ realis eſt, ac ſubinde negabuut, eiuſmodi realitatem prædeſtinari.

3. *Prædeſtinatio, & præſcientia eodem modo ſupra mala & bona appellat.* Refutatur ſecundò, quoniam prædeſtinatio, prædefinitio, & præſcientia Dei, quando à Scriptura ſacra & omnibus Patribus refertur ad opera bona, non ſolùm appellat ſupra rationem formalem bonitatis; ſed etiam ſupra materialem entitatem operum. Et quamuis in re ſignificata ſit magnum diſcrimen inter bona & mala opera; nihilominus ex modo ſignificandi prædeſtinatio, prædefinitio, & præſcientia eodem modo appellat ſupra bonas actiones, ſicut appellat ſupra actiones malas. Confirmatur, quoniam niſi prædeſtinatio & prædefinitio appellarent etiam ſupra materialem entitatem bonorum operum, nihil valeret argumentum, quo Theologi omnes colligunt etiam materiales actiones bonas per realem & veram efficientiam produci à prædeſtinatione ac prædefinitione diuina, quoniam Deus ea prædeſtinauit, & prædefiniuit, quæ facturus eſt. *Theologorũ argumentum nihil valeret.*

4 *Refutatur tertiò.* Vnde refutatur tertiò, quia Deus ea prædeſtinat quæ facturus eſt, ſed non facit ſolummodo rationem formalem bonitatis; ſed immediatè facit materialem entitatem operis boni. Ergo illam etiam prædeſtinat. Rurſus, quæ prædeſtinatio affirmatur de bonis operibus, eadem ipſa de malis operibus negatur: vt conſtat ex omnibus teſtimoniis adductis ſect. 1. ſed de bonis operibus etiam pro materiali prædeſtinatio affirmatur. Ergo de malis operibus etiam pro materiali prædeſtinatio negatur.

5. *Termini complexi appellatio.* Refutatur quartò, quia ſaltem quando terminus complexus eſt, ad quem refertur vox ſignificans intentionem Dei, aut hominis actionem; tunc ſupra vtramque partem illius complexi & proprium vtriuſque partis ſignificatum appellare debet: vt conſtabit obſeruanti plurimas propoſitiones Scripturæ ſacræ, & Sanctorum Patrum, ex quibus vnum, aut alterum exemplum ſufficiet. Iacob. *Act.* 15. *Notum*, inquit, *à ſæculo eſt Domino opus ſuum: propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum.* *Actor.* 15. Vbi ex vi ſermonis non ſolùm ſignificatur, Deũ à ſæculo cognouiſſe opus ſub ea præciſè ratione formali, qua conſtituitur ſuum: ſed primariò ex intentione Spiritus ſancti ſignificatur, Deum à ſæculo cognouiſſe quaſcumque operationes ad Eccleſiæ augmentum facturus erat in tempore. Inſuper quando Iacobus ſuam dicit ſententiam, & iudicat, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur, non ſolùm iudicat, non eſſe cauſandam formalem rationem inquietudinis, ſed etiam indicat, non eſſe imponenda materialia opera legis, vnde inquietudo poterat oriri.

6. *Pſal.* 118. Præterea Pſalm. 118. omnium iuſtorum nomine Dauid *omnem viam iniquam odio habuit.* Nec tamen exiſtimare licebit, ſatis eſſe quibuſlibet iuſtis malitiæ rationem formalem odiſſe, quamuis non oderint materialem actionem idololatriæ, blaſphemiæ, periurij, & aliorum peccatorum. Sic igitur in præſenti quando Concilia, & Patres decernunt, non eſſe prædeſtinata mala opera, malam voluntatem, concupiſcentiam, & ſimilia, non debemus intelligere tantum rationem formalem maliriæ; ſed ſimul etiam actionem materialem.

Quintò refutatur, quia cum communis modus loquendi non ſolùm apud ſacros, ſed etiam apud prophanos Scriptores non ferat illas præciſiones, quas ex Summuliſtarum legibus adducit prædicta ſolutio, oportuiſſet Concilia & Patres diſtinctione aliqua declaraſſe prædictam præciſionem malitiæ, ſi eam voluiſſent intelligi. At eam non ſolùm non explicuerunt, ſed etiam manifeſta dederunt indicia, quod loquantur etiam de materiali actione; vt ex præcedentibus & ſequentibus refutationibus conſtat. 7. *Prædictam præciſionem Patres declarare debuiſſent.*

Sextò, quia quando Concilia & Patres in præcedenti ſectione. citati adiungunt excluſiuam dictionem *tantùm*, vel *ſolùm*, vt tantùm bona fuerint prædeſtinata; nomine bonorum intelligunt (vt eorum communis vſus fert) non bonitatem tranſcendentalem, ſed moralem virtutis. Nam quando de humanis operibus agitur, nunquam inueniuntur à Conciliis & Patribus appellari bona illa opera, quæ realiter & quidditatiuè contraria ſunt actibus virtutum diuina lege præceptis. Nunquam enim inuenies ab illis appellari bona opera materialem actionem odij Dei, idololatriæ, blaſphemiæ, aut ſimiles. Cum ergo à diuina prædeſtinatione excludant manifeſtè, quæcumque non cenſentur nomine bonorum operum; conſequens eſt, vt excludant materiales actiones quorumcumque peccatorum. Porrò prædictam excluſiuam dictionem adiungunt Valentinum Concil. Leo Nouus, & Proſper ſect. 1. citati num. 6. 7. 12. & 15. 8. *Quomodo intelligẽda Patres excluſiuam aliquã adiungentes.*

Septimò, quoniam ea mente Concilia & Patres negant, prædeſtinari mala opera, vt Deo tanquam authori & cauſæ, non ipſa opera, ſed eorum mera permiſſio tribuatur. At verò non ſolùm ad formalem rationem malitiæ; ſed etiam ad materialem illius actionem pertinet mera permiſſio: vt oſtendimus tota diſput. 31. & 32. Quapropter ad materialem etiam actionem pertinet prædeſtinationis negatio. Confirmatur, quoniam ſicut voluntas & cauſalitas Dei excluditur permiſſione mera, ſupra diſputatione 31. ſectione 1. ita etiam excluditur prædeſtinatio, quæ quidditatiuè includit aut ſupponit voluntatem, & neceſſariò infert cauſalitatem. 9. *Qua mente Concilia, & Patres mala prædeſtinari negent.* *Confirmatio.*

Octauò, quia ſi Deus prædeſtinaret ad materialem actionem odij Dei: eo ipſo, ſaltem indirectè, & conſequenter prædeſtinaret ad formalem rationem malitiæ: quia vellet aliquid ex quo neceſſariò, & inſeparabiliter malitia conſequitur. At verò, qui vult & intendit Antecedens, eo ipſo ſaltem indirectè, & ex conſequenti vult, quod per ſe neceſſariò & inſeparabiliter eſt conſequens: vt in ſimili notatum eſt diſput. 32. ſect. 7. num. 16. 10. *Etiam Deus formalẽ rationem malitiæ prædeſtinaret.*

Refutatur nonò, quia Concilia & Patres in ſectione 1. citati, etiam illa quæ non faciunt expreſſam mentionem materialis operis, aut voluntatis; attamen ita condemnant malorum prædeſtinatio 11.

Prædeſtinando materialem actionẽ oppoſiti boni poſſibilitas impeditur.

deſtinationem, vt illi ſubiungant poſſibilitatem oppoſiti boni. Hæc autem poſſibilitas non minus impediretur, prædeſtioando matcrialem actionem, quàm prædeſtinando formalem rationem malitiæ. Si enim prædeſtinaretut materialis actio odij Dei; per illam non minus impediretur poſſibilitas diligendi Deum, quàm ſi ptædeſtinaretur eiuſdem odij malitia, quod idem intellige de reliquis actionibus peccatorum. Quapropter, vt ex negata prædeſtinatione mali colligi rectè poſſit illa concluſio, quam infert Arauſicaoum, & Valentinum Concilium (eitata ſectione præcedenti num. 3. & 4.) videlicet, homines poſſe quæ ad ſalurem pertinent, ſi laborare voluerint, adimplere: atque impios eſſe poſſe aliud, quàm ſunt, neceſſarium eſt, etiam materiales actiooes non eſſe prædeſtinatas.

12. Secunda ſolutio reſponder prædeſtinationis nomine ſolam prouidentiam ſupernaturalem in ordine ad finem ſupernaruralem infallibiliter eooſequendum intelligi: ea verò de cauſa, licer materiales actiones peccatorum prædefiniantur à Deo, non ramen prædeſtinari.

13. Sed refuratur primò, quia licet nonnunquam prædeſtinarionis nomen ita reſtringatur ab Auguſtino & aliis Patribus, ſicor de prædeſtinatione Sanctorum cap. 10. prædeſtinationem, definit, eſſe grariæ præpararionem: arque ita communiter Theologi prædeſtinarionem à tota reprobatione diſtinguunr. Nihilominus circa præſentem articolum de malorum operum prædeſtinatione refuranda, manifeſtè nomen prædeſtinationis extenditur etiam ad prouidentiam noo ſupernaturalem, quæ non dirigitut ad finem ſupernaturalem gratiæ; ſed ad finem iuſtitiæ puniriuæ in æterno ſupplicio damnatorum. Sic enim loquunrur Valenrinum Concilium cap. 3. Proſper ad 10. obiectionem Vincentianam, & ad 14. & 15. capnt Gallorum, Fulgentius, Iſidorus, Beda, & Hypognoſtie. citati ſect. 1. num. 6. & 15. & 16. 18. & 20.

Prædeſtinationis nomen aliquando reſtringitur, aliquando extenditur.

14 Eotum verò loquendi modus de prædeſtinatione ad æternum ſupplicium, deſumptus eſt ex Auguſtino lib. 15. de Ciuitare eap. 1. ante med. diſtinguẽte, *duas ſocietates hominum: quarum eſt vna, quæ prædeſtinata eſt in æternũ regnare cum Deo: altera æternũ ſupplicium ſubire cum diabolo.* Et lib. 21. de Ciuit. cap. 24. prope initium. *Licet adhuc,* ait, *in hac vita ſunt conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum diabolo.* Sic etiam in Pſal. 13. illa verba: *Non eſt, qui faciat bonũ: non eſt vſque ad vnum.* exponir intelligenda eſſe *in eo genere hominum, quod prædeſtinatum eſt ad interitum.* Cuius ſententiæ lectione excitatus eſt Monimus, vt ſuo Magiſtro Fulgentio quæſtionem proponeret, quam toto lib. ad Monimum diluendam ſuſcipit Fulgentlus, vt conſtat ex illius cap. 3. Neque refutat Fulgentius eum modum loquendi, ſed potius admittit: vt conſtat ex eodem lib. 1. præſertim cap. 13. initio cum ait: *Proinde potuit, ſicut voluit prædeſtinare quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam. Sed quos prædeſtinauit ad gloriam, prædeſtinauit ad iuſtitiam: quos autem prædeſtinauit ad pœnam, non prædeſtinauit ad culpam.* Similia docet ſequenti eap. 14. & cap. 28. ante med. & Hypognoſticon lib. 6. à medio dicens: *Perituris pœnam eſſe prædeſtinatam.* Et in eodem lib. prope init. & ante med. indifferenter vtitur nomine prædeſtinationis, & præordinationis.

Auguſtinus.

Pſalm. 13.

Fulgentius.

15. Refutatur ſecundò, quia hæretici, quando affirmabant, impiorum opera prædeſtinari à Deo, non intendebanr aſſerere, ſupernaturalem eſſe illam prouidentiam, & ordinatam ad gloriam electorum infallibillter conſequendam; ſed tantum intendebant, per diuinam prouideoriam eſſe prædefinita opera mala, & ad finem æternæ damnationis deſtinata: vt colligi poreſt ex lib. 6. Hypognoſt. ex Proſpero ad cap. Gallorum & obiectiones Vincentianas, & Fulgentio ad Monimum locis in præcedenti ſect. citatis. Cum igitur Conciliis & Patribus nullum imminet bellum circa ſupernaturalitatem iſtius prouidentiæ; non poſſunt eorum decreta referri ad ſolam ſupernaturalem prouidentiam refurandam, non refurando eam, quam hæretici aſſerebant, prouidentiam circa impiorum opera eauſanda per diuinum decrerum.

Hæreticorũ mens circa malorũ prædeſtinationẽ.

Refutatur tertiò, quoniam eadem Concilia, & Parres ad confirmandum dogma prædictum nunquam vtuntur eo argumento, quoniam pœna ad quam reprobi prædeſtinantur, non eſt finis ſupernaturalis, quod tamẽ ſaris erat in promptu, ſi prouidentiæ ſupernaturalitatem præcipuè negare intenderent; ſed eo ſemper vtuntur argumento, quoniam Deus, quæ facturus noo eſt, non prædeſtinat. Denique de nomine poriùs, quàm de re contenderent, cum eiſdem hæretieis; ſi concederenr diuino decreto præordinatum eſſe ac prædefinitum, vr homines ad tales actiones antecedenti neceſſitare impellereotur, & ſolummodò negarent prædeſtinati, eo quod prædeſtinatio ſupernaturalitatem ſignificaret, quam hæreriei non intendebant aſſerere. 16.

Refutatur quartò.

Tertia ſolutio reſponder, limitando prædeſtinationem materialis actionis, vt illa non prædeſtinetur ſecundùm quod eſt ioirium & fuodamentum ad quod conſequitur deformitas. 17.

Nihilominus refutatur primò, quia eſſe initium & fundamentum, ad quod cooſequitur deformitas; hæc inquam formalitas vel eſt aliquid reale, vel non. Si eſt aliquid reale, eo ipſo ius vendicat, vr prædeſtinetur, prædefiniatur, & phyſicè prædeterminetur à Deo propter leges vniuerſales, cuiuſcumque entitatis, quas præſcribunt phyſicæ prædeterminarionis Authores, & quibus contendunt eriam materiales actiones peccatorum à Deo prædefiniri atque prædeſtinari. Si verò illa formalitas oon eſt entitas, eo ipſo non eſt actus, nec voluntas, nec dilectio, nec concupiſcentia, de quibus Concilia, & Pattes in ſect. 1. eitati pronuntiant, non eſſe prædeſtinata. Quapropter ad eorum explicationem non erit ſatis reſpoodere; prædictam formalitatem, quæ non eſt ens reale, non eſſe prædeſtinatam. Neceſſarium namque fuerit concedere, aliquos actus, volitiones, dilectiones, concupiſcentias noo eſſe ptædeſtinatas. 18.

Refutatur ſecundò, quia ſi prædicta formalitas initij atque fundamenti oon eſſet entitas; at ſaltem neceſſariò ſupponeret aliquam formalitatem realem, propter quam inſeparabiliter copulatur huius actionis realitari potius, quàm alterius. Alioqui eadem formalitas initij atque fundamentl, ad quod conſequitur deformitas, coniungi poſſet eum materiali actione diligendi Deum roto corde, ſicut coniungitur cum materiali actione odij Dei. 19.

Vnde ſumitur tertia & præcipua refutatio. Si enim Deus libero ſuæ voluntaris affectu determinatus, hunc hominem prædeſtinat, vt hîc 20.

Tertia, & præcipua refutatio.

& nunc

& nunc eliciat totam realitatem, & omnem quidditatiuam rationem odij Dei: cùm in illa claudatur eſſentialiter realis contrarietas cum Dei amore, diuina lege præſcripto, & ex hac reali contrarietate per ſe, ac neceſſariò conſequatur eſſe initium, atque fundamentum deformitatis, & malitiæ; conſequens eſt, vt Deus prædeſtinauerit realem illam contrarietatem, atque eo ipſo, vel formaliter & directè, vel ſaltem virtualiter indirectè, & ex conſequenti prædeſtinauerit formalitatem illam initij atque fundamenti deformitatis. Cuius rationis robur conſtat ex diſputat. 27. tota ſection. 3. præſertim num. 24.

21. Quarta ſolutio peculiariter ad illud argumentum attinet, quod ſupra ſect. 1. n. 6. 12. 15. & 18. Concilium Valentinum, Proſper & Fulgentius attigerunt. Nam contrariæ ſententiæ à noſtris obiicitur ita: Quidquid Deus operatur, pertinet ad iuſtitiam, vel miſericordiam, iuxta

Pſalm 24. illud Pſalm. 24. *Vniuerſa viæ Domini miſericordia & veritas.* Sed prædeterminare voluntatem ad materialem actionem primi peccati non pertinet ad iuſtitiam, nec ad miſericordiam: ergo, &c.

22. *Prædeterminare ad actũ peccati, ad miſericordiam, & iuſtitiam Dei pertinere, aliqui putarũt.* Reſpondent. Prædeterminare voluntatem ad actum peccati, in quantum actus eſt, pertinet ad Dei miſericordiam, quatenus per illam motionem reducit potentiam ad actum ſecundum, & eam liberat à quodam defectu, qui eſt carere actu ſecundo, & eſſe in potentia ad illum. Omne enim, quod eſt in potentia, in quantum huiuſmodi quodammodo imperfectionem importat, eùm ex hoc recedat à perfectione Dei, qui eſt purus actus. Similiter etiam talis motio, & prædeterminatio ad actum peccati, in quantum actus eſt, pertinet ad iuſtitiam, in quantum eam operatur ſecundùm modum conuenientem ſuæ ſapientiæ & bonitati, & ſecundum modum creaturæ rationalis, qui in libertate conſiſtit. Addunt alij, eam eſſe rationem iuſtitiæ, quoniam debitum eſt naturæ cauſarum ſecundarum, vt à Deo præmoueantur & applicentur.

23. *Refutatur.* Hanc ſolutionem confirmant authoritate S. Thomæ 1. part. quæſt. 21. art. 4. Verùm ille nullum ſolutioni fundamentum præbet, ſed potius impugnationem: cum manifeſtè doceat in corpore, iuſtitiam & miſericordiam propriè non dici, niſi comparatione rationalis creaturæ. At verò illa præciſa formalitas reducendi potentiam ad actum ſecundum, & liberandi à defectu, qui eſt carere actu ſecundo, non eſt miſericordia comparatione rationalis naturæ, qua ratione rationalis eſt; ſed ſolummodò conſiderando illam ſub communi & abſtracta ratione potentiæ, qualis eſt potentia materiæ ad formam, vel ignis ad comburendum.

24. Confirmatur primò, quia quælibet natura rationalis in quantum rationalis, quando reducitur ad actum odij Dei, etiam in quantum actus eſt, conijcitur in miſeriam longè grauiorem, quàm ſi prorſus careret actu, & quilibet ſapiens ac prudens præoptaret, actu carere potius, quàm odiſſe Deum, quia Deus eſt qoidditatiuè ſapientia & amor boni, à quibus perfectionibus, qui Deum odio proſequitur, recedit longiùs, quàm qui caret omni actu. Ergo prædeterminare ad materialem actionem odij, non eſt, rationalem naturam liberare à miſeria & defectu, ac proinde non eſt opus miſericordiæ.

Confirmatur ſecundò, quoniam Concilium Valentinum, Proſper, Fulgentius, & Hypognoſticon citati ſect. 1. num. 6. 12. 15. 18. 19. 20. manifeſtè agunt de illa tantùm iuſtitia & miſericordia Dei, quæ reſpicit naturam rationalem, prædeſtinando illi bona, vel ſupplicia retribuendo iuſto iudicio, vt conſtabit repetenti ſingula. Vnde interponunt nomina gratiæ, & iuſti iudicij, atque retributionis: maximè quoniam prædictum ſentiendi modum hauſerunt ex Auguſtino multis in locis, qualis eſt liber 2. de Peccator. merit. & remiſſ. cap. 18. poſt med. *Quibus hoc Dominus donare voluerit, eius miſericordiæ eſt, non meriti illorum: quibus autem noluerit, veritatis eſt. Iuſta namque peccatoribus pœna debetur, quoniam miſericordiam & veritatem diligit Dominus Deus: & miſericordia & veritas occurrerunt ſibi: & vniuerſa viæ Domini miſericordia & veritas. Et quis explicet quam crebro hæc duo coniuncta diuina Scriptura commemoret? Aliquando etiam mutatis nominibus, vt gratia pro miſericordia ponatur. Vnde eſt: Et vidimus gloriam eius, gloriam, tanquam vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis. Aliquando pro veritate iudicium, ſicut eſt: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine.* Quapropter ad horum Patrum teſtimonia verificanda non ſufficit ille modus miſericordiæ atque iuſtitiæ, qui communis eſt omnibus operibus Dei, etiam illis, quibus adminiſtrat irrationales creaturas. Hic autem modus eſt, ſecundum quem miſericordia dicitur remotio cuiuſque defectus, & iuſtitia dicitur conueniens ordo & proportio rerum, de quo S. Thomas 1. part. quæſt. 21 art. 4. & videri poſſunt Scholaſtici eum Magiſtro in 4. diſt. 46. initio & fine. 25. *Auguſtinus. Pſalm 83. Pſalm. 84. Pſalm. 24. Ioan. 1. Pſalm. 100.*

Vnde ſumitur tertia & principalis confirmatio; quoniam quidquid Deus ſtatuit facere circa creaturam rationalem, in quantum rationalis eſt, pertinet vel ad gratuitam miſericordiam propriè dictam, vel ad retributionem iuſtitiæ punientis per iuſtum iudicium, & retribuentis pro eolpa dignum ſupplicium: vt ex nuper citatis Concilio & Patribus conſtat: ſed prædeterminare materialem actionem primi peccati, ad neutrum membrum gratiæ, vel iuſtitiæ punitiuæ pertinere poteſt. Ergo Deus hoc non ſtatuit facere circa creaturam rationalem, in quantum rationalis eſt, & humano, atque imputabili modo operatur. 26. *Tertia, & principalis confirmatio.*

Confirmatur quartò, quia talis modus operandi, non eſt conueniens ſapientiæ, ac bonitati Dei: vt ex omnibus diſputationibus præcedentibus conſtat; præſertim diſp. 27. ſect. 5. & 6. & tota diſp. 30. & 33. Ac proinde nec illam rationem iuſtitiæ participat, quæ communis eſt omnibus operibus Dei, etiam illis, quibus muſcas & araneas agit ad ſuas operationes. Confirmatur quintò, quoniam contradictionem implicat, vllo modo debeti voluntati creatæ, vt à Deo applicetur, & determinetur ad odio proſequendum Deum, etiam quoad materialem illius actionem: vt oſtendimus diſp. 29. 27. *Quinta confirmatio.*

SECTIO

SECTIO III.

Finis creandi liberum arbitrium, & cæteras res vniuerſi non patitur prædeterminari peccatorum actiones.

1. *Aſſertio tituli probatur.*

QVæ in titulo cootinetur aſſertio, probatur hoc ſyllogiſmo. Quicumqne finis à Deo procuratus & cauſatus in rerum adminiſtratione, idem fuit intentus in earumdem rerum creationa: ſed materiales actiones peccatorum non ſunt finis intentus à Deo in creatione liberi arbitrij, & cæterarum rerum. Ergo materiales actiones peccatorum noo ſunt finis procuratus & cauſatus in adminiſtratione liberi arbitrij, atqoe rerum omnium. Vnde conſequens eſt, noo eſſe phyſicè prædeterminatas eaſdem actiones: nam qood phyſicè prædeterminator, efficaciter procuratur, vt fiat à nobis, atque cauſatur à Deo, vt à nobis fiat.

In creatione liberi arbitrij non intenduntur peccatorum actiones.

2. *Quidquid in rerum adminiſtratione Deus cauſat, id in rerum creatione procurat.*

Maior explicatur, & confirmatur, nam Deus in rerum c[illegible]um adminiſtratione non mutat intentio[illegible]n, quam habuir, qoando illas condidit, nec operatur contrarium ſuæ intentionis: quapropter quos effectus Deus io in tetum adminiſtratione procutat & cauſat, eoſdem in tetum creatione intendebat procorate & cauſare poſtea. Vnde ſi Deus in admioiſtratione libeti arbitrij cre[illegible]ti, & terum omnium, quibus liberum arbitrium vtitur, procurat, & caoſat, vt materiales peccatorum actiones eliciantur à libero arbitrio creato; conſequens eſt, vt eaſdem ſibi tanquam finem propoſuerit, quando liberum arbittium, & cæteras res ereauit. Loquor de fine immediato; quidquid ſit de vltimo & vlteriori fine, ad quem peccatotom actiones deſtinentur.

3. *Finis à Deo intentus in liberi arbitrij creatione.*

Minor probatur, quia finis intenrus à diuina prouidentia in creatione liberi arbitrij, & cæteratum rerum fuir ſemper, vt pet cognitionem, & amorem liberè adbæreret Deo, vt conſtabit ex ſeqoentibus teſtimoniis Scripturæ & ſanctorum Patrum. Huic autem fini directè conttariæ ſunr mareriales actiones peccatorum: quippe quæ phyſicè & realitet pugnant cum Dei cognitione & amore. Quemadmodum error quilibet, ſiue ad idòlolatriam, ſioe ad hæreſim, ſiue ad aliam ſectam pertineat, phyſicè atque realiter contrarius eſt veræ cognitioni Dei: & materialis actio odij Dei phyſicè & realiter contratia eſt amori Dei. Cum igitur contradictionem implicet, fines incompoſſibiles fuiſſe à diuina prouidentia intêntos; conſequens eſt, vt materiales actiones peccatorum non fuerint finis intentus à Deo in creatione libeti arbitrij, & cæteratum rerum.

Fines incompoſſibiles à Deo intendi impoſſibile.

4. *Prima confirmatio.*

Totus hic diſcurſus confirmator primò, quoniam ſi quis dixetit fioem intentum à Deo in quorundam hominum creatione fuiſſe, vt Deum cogooſcant & diligaot; cærerum in aliorum hominum creatione finem fuiſſe, vt illi homines eliciant materiales actiones infidelitatis, odij Dei, aut aliorum peccatorum: ille imptimis contradicet communi Sanctorum dogmati ex literis ſacris collecto, quo doctrinaliter de hominibus in genete, & abſque vlla exceptione ſancitur creatos eſſe, vt Deum cognoſcant, & diligaot; inſuper quæcumque in eorum vſum cedunt, ſiue proſpera, ſiue adoerſa ad eundem finem ditigi, quantum eſt ex parte diuinæ prouidentiæ.

Sed prætereà impugnatur ſecundò, ſupponendo, collectionem homioum, qui ab Orbe condito ad finem vſque damnantur, eſſe incomparabili exceſſu maiorem electotum numero. Quapropter ſi diuerſæ forent intentiones Dei in creatione diuerſorum hominum, & vna tantùm illarum foret verbis explicanda; deboiſſet affirmari ea potius intentio, quæ ad mulritudinem hominum tantò maiotem pertinet: ac proinde non fuiſſet abſolutè dicendum, homines creatos eſſe ad cognitionem, & amorem Dei; ſed potius foret abſolutè dicendum, homines creatos eſſe ad materiales actiones idololatriæ, hæreſis, odij Dei, blaſphemiæ, periutij, homicidij, adulterij & aliotum ſcelerum. Hoc autem conſequens quantum tepugoet Scripturæ & ſanctis Patribus, conſtabit ſtatim. 5. *Reprobi numero plures quàm electi.*

Confirmatur tettiò, quoniam artifex, faciens inſtrumeotum iotendit illum vſum inſtrumenti, ad quem frequentiùs, & vt plurimùm eo inſtrumeoto vtitut. Quapropter ſi Deus libeto arbitrio, cæteriſque potentiis hominum, atque vniuerſis tebus totius mundi, tanquam inſtrumentis vtitur, vt faciat elici materiales actiones peccatorum: cum hic vſus ſit longè frequentior, quàm booarum actionom, conſequens erit, vt Deus hunc vſum iotenderit, quando hæc inſtrumenta fecit. 6.

Confirmatur quartò, quia nullus ſapiens artifex fabricatur inſtrumentum, intendens abuſum inſtromenti contrarium illius arti: ſed liberum arbitrium & cæteræ res creatæ ſunt inſtrumenta Dei, & materiales actiones peccatorum ſunt tealis & poſitiuus abuſus horum inſtrumentorum. Ergo Deus non eſt fabricatus liberum arbitrium & cæteras res creatas intendens, vt producantur materiales actiones peccatorum. 7. *Liberum arbitrium, & res creata inſtrumenta Dei.*

Reſtat igitur probare, in rerum omnium creatione, eam fuiſſe, quam diximus, intentionem Dei, quam pto varietate authoritatom diſtribuo in quatuor capita. Nam de toto ſimul homine loquuntor teſtimonia quædam: & horum erit caput primum. Secundum peculiariter aget de libero arbitrio. Tertium de potentiis hominis genetaliter. Quartum de quibuſcumque rebus creatis. 8. *Teſtimoniorum quatuor capita.*

In primis ergo cognitionem & dilectionem Dei, & conſecutionem æternæ vitæ fuiſſe finem ptimatiò intentum à diuina prouidentia in creatione homiois, & omnium potentiarum eius, præſertim liberi arbitrij, ſignificatum eſt Geoeſ. 1. cùm ait: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis vniuerſaque terra.* Vbi communiter Patres imaginem & ſimilitudinem intelligunt libetum arbittium, Dei cognitione & amore, omnique iuſtitiæ & ſanctitatis genere illuſtratum, hæc enim eſt præſtantiſſima ſimilitudo Dei. 9. *Primum teſtimoniorum caput.* *Geneſ. 1.* *Liberum arbitrium imago Dei.*

Rurſus præfecturam, per quam præeſſe de- 10.

ber piſcibus maris & volatilibus cœli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, pertinere ad æquitatem, iuſtitiam, & rectitudinem, per quam non abutatur creaturis, tanquam abſolutus Dominus, neque illas ſibi dominari permittat; ſed illis ſuperior, & benè omnibus vtens, dominium rectum exerceat; notatur Sap. 9. prope initium (qui germanus commentarius eſt loci iſtius, quem ex Geneſis primo retulimus:)

Sapient. 9. *Sapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta eſt: vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet.* At contra Deus conſtituiſſet hominem, vt tyrannidem exerceret in cæteras creaturas, & diſponeret orbem terrarum contra æquitatem, iuſtitiam, & rectitudinem iudicij: ſi maximam hominum multitudinem eo fine creaſſet, vt aurum, argentum & lapides, vel etiam bruta vel aſtra coleret: licet intentio Dei materialem actionem præſcinderet à malitia; ſimiliterque, vt exerceret homo alias materiales actiones, quæ realiter & quidditatiuè ſunt contrariæ iuſtitiæ, & recto iudicio.

11. Clariùs adhuc finis intentus in hominum creatione traditur Eccleſiaſtici 17. in princip. nam, enumeratis beneficiis, tum naturalibus, tum etiam ſupernaturalibus, humano generi in

Eccleſiaſtici 17. ipſa ſui conditione collatis, ſubiungit: *Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius.*

Actor. 17. & Actor. 17. *Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum, ſi fortè attrectent eum, aut inueniant.* Id eſt, vt quærant Deum, & *Fortè* additur propter arbitrij libertatem: vt vidimus præcedenti tomo de ſcientia diſp. 41. ſect. 4.

12. Prædictum finem ex ratione imaginis, & vniuerſi creatione Patres ita deducunt.

Nyſſenus. Nyſſenus oratione catechetica cap. 5. prope medium ait: *Si ergo homo ideo deducitur ad generationem, vt diuinorum bonorum fiat particeps: neceſſariò conditur eiuſmodi, vt ſit aptus ad eorum bonorum participationem.* & paulò inferiùs: *Oportebat omninò noſtræ naturæ conſtructionem, nec huius eſſe expertem, ſed in ſe habere immortalitatem: vt per vim ſibi inſitam cognoſceret id quod eſt ſupremum, & teneretur deſiderio diuinæ æternitatis. Hac voce multa complectente vno verbo, oſtendit liber de mundi origine, dicens, factum eſſe hominem ad Dei imaginem. In ea enim aſſimulatione ad imaginem, omnino eſt enumeratio eorum, quæ Deum exprimant, & quæcumque de hac inde ſequuntur doctrina.*

13. Athanaſius oratione contra idola prope initium. *Humanum*, inquit, *genus ad ſuam ipſius imaginem effinxit, hominémque rerum contemplatorem, peruniúmque communicatione ſua cum illo ſimilitudinis, effecit, tribuens ei ſuæ æternitatis intellectum, & cognitionem, vt dum hanc ſimilitudinem natura tueretur, numquam neque à cogitatione, imaginationéque Dei abſiſteret, neque à conuictu ſanctorum deſiliret; ſed poſſidens donatoris ſui gratiam, poſſidens quoque propriam ex Patris ratione vim, exultaret pariter, & Deo familiaris eſſet, viuens innoxiam, beatámque, hoc eſt, immortalem vitam.* Quod autem propter arbitrij libertatem abutatur homo ſuis potentiis, cæteriſque creaturis, ad optimum finem collatis, non longè inferiùs notat ab illis verbis: *Vbi defecit à rerum intelligibilium conſideratione mens, viribus corporis ſui abutens*, & quæ ſequuntur vſq; ad illa verba: *Vires ſuas occupat, iiſque ad eas, quas commenta eſt, voluptates abutitur, ideo quod libera ſit & ſui arbitrij. Poteſt enim vt ad bona ſe inclinare, ita bona quoque auerſari.*

Tertullianus libro ſecundo contra Marcionem cap. 8. initio. *Neque enim*, ait, *ad viuendum ſolummodò produxerat hominem, vt non ad rectè viuendum, in reſpectu, ſcilicet Dei, legiſque eius.* 14.

Chryſoſtomus in Geneſ. homilia tertia poſt medium. *Propter hoc etiam*, inquit, *creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt puniendos nos tradat: ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis regno frui nobis concedat. Hoc enim nobis & præparauit, non nunc, poſtquam factum eſt, ſed ante iacta fundamenta mundi, ſicut ipſe dicit: Venite benedicti Patris mei, & hæreditatem accipite, præparatum vobis regnum ab initio mundi.* Hanc verò intentionem Dei quibuſlibet hominibus eſſe generalem oſtendit, quod infert continuò: *Omnes vult ſaluari.* 15.

Proſper ad obiectiones Vincentianas reſponſione quarta. *Nec dicimus*, inquit, *creari quemquam hominum, vt diaboli faciat voluntatem.* Cuius rationem reddit: *Præuaricatio enim hominum diſpoſita à ſæculis creationis ordinem turbare non potuit.* Supponit ergo cunctos homines ad bonum finem fuiſſe ordinatos, & creatos. Et de primo capite hactenus. 16.

Quantum ad ſecundum caput, peculiaribus ſibi teſtimoniis probo, finem propter quem Deus contulit indifferentiam libertatis, eum fuiſſe, vt homo ex propria electione diligeret Deum. Deuteronom. 30. *Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & è contrario mortem & malum, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & viuas, &c.* & infrà: *Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem, elige ergo vitam, vt & tu viuas, &c.* Qua illationis particula oſtenditur, finem proponentis eum fuiſſe, vt vitæ electio, tanquam vera concluſio colligatur ex præmiſſis, nimirum ex libera eligendi poteſtate. 17. Secundum caput finem conferendi hominis indifferentiam probat. Deuter. 30.

Vnde B. Methodius apud Epiphanium hæreſi 64. in pag. 3. cuiuſdam fragmenti ſic legit prædicta verba Deuteronomij 30. *Ecce ante faciem tuam poſui vitam & mortem, vt eligas vitam: bonum & malum, vt eligas bonum.* Qua clariùs explicatur finis à Deo intentus in concedenda libera indifferentia poteſtatis. 18.

Nyſſenus in Eccleſiaſten homilia 2. colum. 2. *Bonum*, inquit, *eſt donum Dei Hoc autem eſt motus liberi arbitrij, qui, dum eo abuſi ſunt homines, peccans fuit in hominibus inſtrumentum ad peccatum. Bonum enim eſt natura, & ſeruituti non obnoxium liberum arbitrium. Quod autem eſt neceſſitati ſubiunctum, in bonis nemo numerauerit.* Vnde poſt pauca illud Eccleſiaſt. 1. *Hanc occupationem peſſimam dedit Deus, &c.* ita exponit: *Hoc eſt, quod ſignificat, illud dedit, non quod ipſe malum vitæ hominum indiderit; ſed* 19. Eccleſiaſt. 1.

quod

Digitized by Google

quod bonis, quæ à Deo data ſunt, homo propter inopiam conſily vſus ſit, tanquam malorum adminiculis.

20. Et homilia 8. in Eccleſiaſten in med. *Omnis*, inquit, *animæ motus ad bonum eſt conditus ab eo, qui noſtram fabricatus eſt naturam: ſed ſi peccauerit horum motuum vſus, is ad vitium procreat occaſiones & adminicula: liberi arbitry facultas, cum ſit res bona, quando ea ad malum exercetur, eſt malorum extremum. Et contra virtutis eſt inſtrumentum, vis expultrix eorum, quæ ſunt iniucunda, cui nomen eſt odium, quando armatur aduersùs contrarium. Sed tunc fit arma peccati, quando bono reſiſtit.* Eandem prorſus ſententiam tradit in diſp. de anima & reſurrectione inter princip. & med.

21. Rurſus oratione 2. in Cantica ante medium. *Natura*, inquit, *rationis participi gratiam largitus eſt eam, qua ſui iuris eſſet, adiecta facultate, quæ rerum iucundarum eſſet inuentrix. Vt quantum in nobis eſt, & locum haberet id, quod bonum eſt, & coactum, atque inuoluntarium non eſſet.* Idem probant, quæ ſcribit oratione Catechetica capite 5. poſt medium: cuius verba retulimus alibi.

22. Chryſoſtomus homil. 23. in Geneſim prope finem: *Vidiſti*, inquit, *mirè induſtriam Domini, miſericordiam, quomodo omnia facit & tractat, vt non ſolùm eos, qui ab ſe conditi ſunt, ſaluet; ſed etiam ineffabilibus bonis ditet. Et propterea liberum arbitrium nobis datum eſt, & in natura, conſcientiáque noſtra repoſita ſcientia boni & mali, & diabolus vt eſſet permiſſus; non vt gehennam experiremur, neque regno priuaremur.*

23. Nazianzenus oratione de Chriſti Natiuitate circa medium, poſtquam oſtendit varios fines, propter quos Deus hominem condiderit, & talibus rebus ornauerit; etiam donatæ libertatis finem optimum à Deo intentum adnotauit, dicens: *Hominem arbitry libertate donauit, vt bonum non minus illius eſſet, qui elegiſſet, quàm eius, qui ſemina præbuiſſet.* Id eſt, non ſolùm Dei, ſed etiam hominis.

24. Euſebius libro ſexto de præparatione Euangelica, capite quinto inter medium & finem ait: *Vnicuique rationali animæ liberum arbitrium à natura ineſt. Bonum ergo eſt id ad eligenda bona creatum. Ideo quando malè agit, non eſt natura culpanda; cum ſit electionis deprauatæ, non naturæ opus. Cum enim virtus ad eligenda bona ineſt, ſi ea non eligit, ſed ſponte melioribus ſpretis, mala imitatus ſequitur, quis poteſt, eum dicere, morbi ſui cauſam non fuiſſe, præſertim cum inſitam, atque ſalutarem legem volens contempſerit?*

25. Cyrillus Alexandrinus libro octauo contra Iulianum prope finem ait: *Vt nos quoque ad quoduis bonum ſponte incederemus, conſilio & non coactè, viuere ſuper terram hominem permiſit Deus.* Et fusè ibidem oſtendit, permiſſionem libertatis, indifferentis ad vtramque partem, deſtinatam fuiſſe à Deo ad laudem & meritum boni operis.

26. *Permiſſio libertatis ad meritum deſtinata.* Damaſcenus tractans de prædicta poteſtate libera ad vtrumlibet, cæteríſque dotibus naturæ humanæ conceſſis, in libro de duabus Chriſti voluntatibus paulò poſt medium ait: *Præclara ſunt, & à bono artifice beneficij, virtutiſque cauſa conceſſa: at vſus eorum virtutem, vitiúmque gignit.* Pluráque in eandem ſententiam ibidem.

27. Rurſus in dialogo contra Manichæos propinquius ad initium, quàm ad medium ait: *Si viribus illis, quæ à Deo animæ donata ſunt, ad ea vtamur, ob quæ eas accepimus, hoc eſt, vt ſanxit is, qui dedit, bonum eſt; ſin autem non iuxta id, cuius cauſa eas accepimus, ſed contra quam ſanxit is, qui dedit, vtamur, malum.* Quam doctrinam inductione confirmat in multis viribus & inclinationibus hominis; & poſtea repetit paulò poſt medium dialogi, dicens: *In nobis ſitum eſt, his quæ nobis diuino munere conceſſa ſunt, ad eum finem vti, ad quem conceſſa ſunt. Exempli gratia, partem eam animi, in qua cupiditas ſita ineſt, (nempe voluntatem) nobis idcirco dedit, vt ipſum, qui ſolus eſt, concupiſcamus. Itaque ſi cupiditate ad hunc finem vtamur, virtus eſt & bonum: at ſi aliud quidquam ſupra eum, amamus, non eſt vſus, ſed abuſus.* His ſimilia multa ibidem tradit ad probandam liberam voluntatem hominis eſſe, quæ ſe determinat ad malum contra intentionem & voluntatem primariam Dei, quantum ex ſe eſt.

28. Vnde in antepenultima pagina eiuſdem dialogi ait: *Voluntatis libertas haud mala eſt, ſi vt nobis, & ad quem vſum data eſt, ea vtamur.* Quam eandem ſententiam fusè confirmat Nemeſius lib. de natura hominis cap. 40. ſed præſertim cap. 41. & ſequentibus.

29. Iuſtinus in dialogo cum Tryphone prope finem ait: *Deus cum vellet Angelos & homines obſequentes habere, viſum eſt ei facere hos liberæ poteſtatis ad bene agendum.* Et poſtea oſtendit etiam, iis, qui damnandi ſunt, relictam eſſe poteſtatem, vt *maturè mutentur in melius: quod ſi reſipuerint, poſſint conſequi ſalutem.*

30. Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 1. verſus finem: *Cui tribuendum eſt*, ait, *ſi quid per voluntatem malè facio, niſi mihi? Cum enim bonus Deus me fecerit, neque benè aliquid faciam, niſi per voluntatem; ad hoc potius datam eſſe à Deo ſatis apparet.* Eodem igitur argumento colligo, concurſum generalem debitum eidem voluntati ad ſuas operationes, eſſe datum ad hoc potiùs, vt per voluntatem benè faciam, quoniam illius author eſt bonus Deus. Quapropter generalis concurſus ex munere Primæ cauſæ debitus non determinat ad oppoſitam actionem cum qua repugnat bene agere: imo neque vllus alius concurſus, quem bonus Deus fecerit, datus erit mihi, niſi vt bene faciam. *Generalis concurſus datur, vt benè operemur.*

31. Inſuper lib. 1. Retract. cap. 9. verſus finem: *Cum*, inquit, *omnia bona dicerentur ex Deo, id eſt, & magna & media, & minima: in medijs quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè illo vti poſſumus: ſed tamen tale eſt, quod ſine illo rectè viuere nequeamus.* Bonum eſt itaque liberum arbitrium, ſed eſt bonum medium, & tale, vt malè poſſimus eo vti. Hæc Auguſtini verba refert & ſequitur Hugo Victorinus in ſumma ſententiarum tract. 3. cap. 9. poſt med. Magiſter 2. diſt. 26. fine & communiter ſcholaſtici ibidem. Atq; iterum Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 18. ante med. *Obtinere nos*, ait, *voluntatis arbitrium, quod huc, atque illuc liberum flectitur, atque in iis bonis eſt, quibus malè vti malus poteſt.*

32. *Quæ videntur mala, quo fine creata.* Lactantius lib. 7. de diuino præmio cap. 4. à medio tradit, ea, quæ videntur eſſe mala, creata fuiſſe in eum finem, vt in eorum diſ-

eretione ſapientiam homo diſceret, ac exerceret. Vnde cap. 6. prope finem: *Poſuit*, inquit, *hominem inter vtrumque medium, vt haberet licentiam mali & boni ſequendi*. Quam eandem ſententiam fuſiùs explicat cap. 6. & 7. & aliàs ſæpe docet, eam fuiſſe Dei voluntatem & intentionem non ſolùm in homine creando, ſed etiam in proponendo eius electioni bona & mala, vt à malis cauendo, Deum coleret & iuſtè viueret. Videndus præſertim in lib. vnico de ira Dei cap. 13. 14. & 15. & lib. 6. diuinarum Inſt. cap. 15. & lib. 7. cap. 4.

33. In hoc genere boni finis à Deo intenti per libertatis indifferentiam ſumma exaggeratio, nihil tamen à Theologica veritate recedens eſt, *Peccandi poteſtas data ad gloriam, & coronam.* quod ipſa etiam peccandi poteſtas homini data ſit ad gloriam & coronam, non ad abuſum & ruinam: vt Bernardus in tract. de gratia & libero arbitrio prope medium tradit: *Soli inter* *Bernardus.* *animantia datum eſt homini poſſe peccare ob prærogatiuam liberi arbitrij. Datum autem, non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior inde appareret, ſi non peccaret, cum peccare poſſet*. Et confirmat Ec- *Eccleſiaſtici 31.* cleſiaſtici 31. *Quis eſt hic, & laudabimus eum. fecit enim mirabilia in vita ſua, qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, &c.* & poſt pauca: *Neque tamen fuit culpa dantis, ſed abutentis, qui ipſam, videlicet, facultatem conuertit in vſum peccandi, quam acceperat ad gloriam non peccandi.* De quo vide infrà diſput. 38. ſectione 1. confirmatione 5.

34. *Tertium caput teſtimoniorum bonum reliquarum potentiarum finem probat.* Tertium caput generaliter pertinet ad omnes hominis potentias, de quarum optimo fine Chryſoſtomus 1. Corinth. 9. homil. 22. in morali prope initium: *Vbi*, inquit, *ſunt, qui fati neceſſitatem libertati arbitrij opponunt? Audiant hæc, & conticeſcent. Qui enim vult bonus fieri, ei nihil eſt impedimento, etſi ex peſſimorum numero antea fuerit. Atque etiam id nobis opportunius accidit,* *Chryſoſtom.* *quod ſecundùm naturam eſt nobis virtus, præter naturam malitia, non aliter, quàm bona & aduerſa valetudo. Etenim oculos Deus nobis largitus eſt, non vt impudicè aſpiciamus; ſed vt opera eius admirati opificem adoremus. Et quod ad hunc nobis vſum oculi dati ſint, conſtat ex his, quæ videmus. Siquidem ſolis & cœli pulchritudinem ex infinita videmus diſtantia, à qua nemo mulieris pulchritudinem deprehenderet. Num animaduertis, ad id nobis potius oculi vſus elargitos? Dedit item & auditum, non vt blaſphema verba, ſed ſalutaria dogmata acciperemus.*

35. Tertullianus lib. de ſpectaculis cap. 1. in medio: *Nimirum*, inquit, *ebur, æs, argentum, & quæcumque fabricandis idolis materia captatur, quis in ſæculo poſuit, niſi ſæculi author Deus? Numquid tamen, vt hæc aduerſus ipſum adorentur? Atqui ſumma offenſio penes illum idololatria eſt.* & poſt pauca: *Nec enim oculos ad concupiſcentias ſumpſimus, neque linguam ad maliloquium, & aures ad ſpectaculum maliloquij, & ventrem ad gulæ ſaturitatem; aut ſpiritus ideo inſitus corpori, vt inſidiarum & fraudum, & iniquitatum cogitatorium fieret, non opinor.* Deus autem faceret, vt ſpiritus eſſet cogitatorium fraudum, & iniquitatum; ſi noſtrum intellectum & voluntatem ad eiuſmodi cogitationes prædeterminaret, quantumcunque à cogitationibus malitiam præſcindere tentaret. *Lactantius* Lactantius lib. diuinarum inſtit. cap. 15. contra Stoicos defendens Peripateticorum ſententiam, docet, naturales affectus, quibus nos Deus armauit, *poſſe ab homine ſalubriter temperari.* & infrà. *Deus itaque cum hominem primum fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi commotiones, vt poſſet capere virtutem, ſicut terra culturam.* Ab ipſo autem homine, hanc culturam eſſe adhibendam, conſtat ex eodem aliiſque capitibus.

In quarto & poſtremo capite, res quaſlibet 36. *Poſtremum caput.* à Deo productas eſſe bonas, ſecundùm ſe, iucundas & vtiles, & non niſi libera electione per abuſum detorqueri ad malum fusè tradit Epiphanius hæreſ. 66. poſt epiſtolam Marcelli pag. 3. & 4. Ephrem Syrus ſermone de vita religioſa atque monaſtica pag. 5. & Hil. in id Pſalm. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua.* Clemens Ale- *Clemens.* xandrinus libro ſeptimo ſtromat. pag. 3. *Ad vniuerſi, ait, ſalutem ab eo, qui eſt vniuerſorum Dominus, omnia ſunt ordinata, & vniuersè & ſigillatim. Eſt ergo officium iuſtitiæ ſalutaris, vnumquodque ſemper deducere ad id, quod eſt melius, &c.* Perpende omnia non ſolùm vniuersè, ſed etiam ſigillatim eſſe ordinata ad vniuerſi ſalutem.

Chryſoſtomus ad Romanos 3. ſermone 6. 37. in fine expoſitionis litteræ ante morale ait: *Omnia Deus fecit, & facit in hoc, vt vitæ noſtræ conuerſationem, & ſplendidam faciat vndique & rectam.* Moſes Barcepha Syrus Epiſcopus in *Moſes.* commentar. de Paradiſo p. 3. capite 2. de arbore interdicta docet, *vſum atque abuſum in libero primorum parentum fuiſſe arbitrio poſitum; vt iam non ex ipſa arbore malum: ſed ex arboris abuſu exiſtimandum ſit. Idem de bono dicendum fuiſſet, ſi Adam mandatis, quæ de arbore acceperat, paruiſſet.* Eſt autem eadem ratio de quibuſcumque aliis rebus, homini conceſſis ad vſum.

Paulinus ad Iobium epiſtol. 36. column. 38. 3. *Hanc eſſe, ait, conſequentiam, vt omnia Dei facta pulcherrima ſint, & non ſit malum, quod bonum habeat authorem, qui cuncta per mundum noſtris vſibus præparauit, & noſtris vtilitatibus agit, & ita iſtius vniuerſitatis opus condidit, vt alia ad ſeruiendum, alia ad exercendum, alia ad dominandum crearerit. Itaque corporeis, animalibuſque naturis homines ratione dominamur; ſed ne ipſa poteſtatis noſtra licentia reſoluamur, vtiliter exercemur aduerſis, aut ſpiritibus dæmonum, aut difficultatibus negotiorum, aut ipſorum ſæpe elementorum motibus, videlicet, vt exagitati curis prudentia, & metu diuinitatis aluamur.*

Gregorius Nyſſenus in Eccleſiaſten homi- 39. lia 8. in medio ex his principiis, quæ ſuprà retulimus numero 20. infert: *Omnis ergo creatura ex his, quæ ſunt in nobis conſtructa, bona eſt, & non reiicienda: ſi ſumatur cum gratiarum actione: ingratus autem eorum vſus vitium efficit creaturam.* Et vſque ad finem eiuſdem homiliæ multa ſcribit in eandem ſententiam.

Proſper libro ſecundo de vocatione gen- 40. tium, capite decimotertio in fine ait: *Nunquam ſe diuinam bonitatem negaſſe, quis non facilè aduertat, ſi conſideret, quantum hominibus prodeſſe potuerit tam longa patientia Dei, tam diues bonorum temporalium copia, & multiplicatæ fœcunditatis tam numeroſa propagatio? Quæ beneficia, licet obduratis nihil remedij, & emendationis attulerint, probant tamen auerſionem eorum non diuinæ fuiſſe conſtitutionis, ſed propriæ voluntatis.* Quod ſi Deus

ſua

ſua prædefinitione conſtituiſſet hunc hominem phyſicè prædeterminate ad materialem actionem odij Dei: iam hæc auerſio, quæ in odio quidditatiuè clauditur, fuiſſet diuinæ conſtitutionis, & non propriæ voluntatis.

41. *Mercurius.* Facit ad hanc rem illud argumentum à ſimili, quo Mercurius Triſmegiſtus vtitur, dicens: *Quemadmodum faber ferrarius rubiginem ferro non introducit, neque generator cœnum, & ſordes animatis corporibus: ſic item Deus author malorum hominibus nequiquam eſt.* Refert Feuardent. in Irenæum lib. 4. c. 77. fine.

42. *Iſaia 54.* Ex quibus omnibus colligitur, neceſſariò admittendum eſſe commentarium Hieronymi ad illa verba Iſaiæ 54. *Ecce ego creaui fabrum, ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, & ego creaui interfectorem ad diſperdendum. Hoc eſt*, inquit Hieronymus, *creaui diabolum omnium malorum artificem, non neceſſitate naturæ, ſed mentis arbitrio. Qui ſuſcitauit incendia, & proferet contra te vaſa. Quales fuerunt Simon, & Elimas Magi, Petro & Paulo Apoſtolis reſiſtentes. Ego creaui interfectorem eorum, qui increduli ſunt futuri. Non quò ego ſim cauſa perditionis eorum, ſed quò creaui aduerſarius ad pugnandum, & victis perditio, & victoribus cauſa ſit præmiorum.*

SECTIO IV.

Murmurationes & querelas hominum de ſuppliciis, ſequeretur eſſe iuſtas, ſi prædeterminaret Deus materiales actiones peccatorum.

1. *Quinque rationibus tituli ſequela probatur.* AD eam ſequelam probandam, quæ continetur in titulo, diriguntur quinque rationes, quarum tres priores præſens ſectio dabit, & reliquæ duæ tractabuntur ſectione ſequenti.

2. *Querela hominum.* Prima igitur ratio ſit, quoniam vera probaretur eſſe querela hominum dicentium Deum ex odio, & libidine puniendi cunctas eorum res diſpoſuiſſe, & accommodaſſe etiam illas, quæ maximè videbantur beneuolentiæ indicia, beneficiorum numero cenſenda, & ad ſpiritualem vtilitatem, & præmij conſecutionem deſtinata. Quod vt aliquo ſingulari probetur, exempli cauſa, conſideranda erit hiſtoria Numerorum 13. & 14. cap. cuius notitia præſuppoſita, ſi Deus prædeterminaſſet materiales actiones, quibus Hebræorum populus contra Deum incredulus, & rebellis fuit; inſuper eiuſmodi prædeterminationem deſtinaſſet ad finem oſtendendi iuſtitiam in eorum punitione; ſequeretur, citra iniuriam & falſitatem pronuntiari potuiſſe illa verba, quæ Moyſes vitio vertit, atque blaſphemiæ Deuteronom. 1. cum ita *Deuter. 1.* exprobrat: *Et noluiſtis aſcendere, ſed increduli ad ſermonem Domini Dei noſtri murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis: Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret.*

3. *Exod. 32.* Meritò igitur Moyſes Exodi 32. Deum iratum atque dicentem: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos*; hac oratione placauit? *Ne, quæſo, dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra.* Quam rationem iterauit Deu- *Deuter 9.* teronom. 9. prope finem: *Ne fortè dicant habitatores terræ, de qua eduxiſti nos. Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in ſolitudine.* Eſt igitur contumelioſa Deo talis mens & affectus, quo determinauerit illius populi materiales actiones, vt omnes in deſerto, vel gladio, vel ſerpentum morſibus, vel aliis cladibus interficeret.

Potiori adhuc ratione conqueri potuiſſet Iudas, quod fuerit aſſumptus ad dignitatem Apoſtoli, ſcholam, & familiaritatem Chriſti, creditáque fuerit ſibi totius collegij procuratio; ſi ea omnia deſtinabantur ad eum finem, vt Deus voluntatem Iudæ phyſicè prædeterminaret ad materialem affectum auaritiæ intenſiſſimum, quo realiter pecuniam amaret, & pluris æſtimaret quàm Chriſtum; vnde puniretur in præſenti ſæculo, atque futuro. Cui ſimilis erit ratio propter quam conqueri poſſit de diuina prouidentia quicumque à periculis mundi ad perfectionis ſtatum vocatus, poſtea prædeterminatur à Deo ad materiales actiones apoſtaſiæ, & aliorum ſcelerum, propter quæ ſupplicio damnetur æterno. 4 *Conqueri potuiſſet Iudas.*

Hæc ratio confirmatur teſtimonio Auguſtini in libro quæſtionum ex vtroque mixtim, videlicet, teſtamento quæſt. 115. initio dicentis: *Qui lege data cogit homines contra id quod nati ſunt, facere, ſciens, non poſſe mutare naturam: ad hoc vtique legem dediſſe videtur, vt haberet occaſionem, qua crudelitatem ſuam de nece hominis ſatiaret. Vt quid enim prohibet, quod ſcit, auerti non poſſe? Aut quemadmodum damnat hominem, qui non fecit, quod facere non potuit? Si autem iniuſtum videtur, vt eſt, quia iſtud ſentire de Deo nefarium eſt, rectè & ſalutari ratione legem dedit, ſciens, hominem poſſe continere ſe ab eo quod prohibet lex.* 5. *Confirmatur ex Auguſtino.*

Quamuis Auguſtinus ibi directè pugnet contra Mathematicos, qui aſſerebant virtute fatorum quoſdam homines naſci malos; alios verò bonos: nihilominus illius ratio vim habet eandem in quacumque neceſſitate, quam arcere non ſit in hominis poteſtate; ſed independenter à ſua libera electione impoſitam ſibi ſuſtineat. Cuiuſmodi eſſe phyſicæ prædeterminationis neceſſitatem, oſtendimus tomo præcedenti diſputationibus multis, præſertim diſputatione 33. & diſputatione 48. multiſque ſequentibus. Quapropter eadem argumentandi forma retenta per ſolius materiæ variationem pro *natura & fato* ponendo *prædeterminationem, & prædeterminatum*; ſic poſſumus cum Auguſtino argumentari: Qui lege data cogit homines contra id, quod prædeterminati ſunt, facere, ſciens non poſſe mutare prædeterminationem, ad hoc vtique legem dediſſe videtur, vt haberet occaſionem, qua crudelitatem ſuam de nece hominis ſatiaret. Vt quid enim prohibet, quod ſcit auerti non poſſe? Aut quemadmodum damnat hominem, qui non fecit, quod facere non potuit? 6. *Argumentum.*

Confirmatur primò, neque enim diſcrimen aſſignari poteſt, eo quod neceſſitas fati à creaturis, ſed phyſicæ prædeterminationis neceſſitas imponatur à Creatore. Nam illi Mathematici, contra quos Auguſtinus in prædicta quæſtione diſputabat, dicebant, *ſemel Deum ſtatuiſſe totius* 7.

mundi rationem, & miniſtris ſyderibus tradidiſſe, quæ neque retro, neque ante fieri poſſunt: vt loquitur Auguſtious ibi col. 6. At phyſicæ prædeterminatioois authores dicunt, ſemel Deum ſtatuiſſe totius mundi rationem, & miniſtris cauſis ſecundis, tanquam diuinæ operationis inſtrumentis per phyſicam prædeterminationem tradidiſſe, quæ neque retro, ueque ante fieri poſſunt, niſi prout prædeterminata ſunt,

8. Confirmatur ſecundò, quoniam fati neceſſitas, quam aſſerebant Mathematici, non erat in ſenſu diuiſo, ſed tantùm in ſenſu compoſito: cum illi faterentur Deum diuerſis hominibus ſtatuere potuiſſe aliter, quàm de facto ſtatuit; & orationibus aliter obtineri potuiſſe: vt fuſiùs notauimus præcedenti tomo de ſcientia diſputatione 48. & Auguſtinus refert in quæſtione nuper citata col. 11. Itaque ſuppoſito tali fato, & ſuppoſitis talibus circumſtantiis, *quæ iuxta fata ſunt*, & in ſenſu compoſito cum illis neceſſarium putabant aliquid, & non in ſenſu diuiſo.

9. Confirmatur tertiò, quoniam Auguſtinus in eo iuſiſtit tota quæſtione prædicta, vt homo contineri ſe poſſit ab eo, quod lex prohibet. Peculiariter notanda ſunt illa verba in col. 2. *Sibi imputet, qui contra legem ſenſibus credens, malum fecit, cùm potuit facere bonum.* Vbi dictio, *cum*, refertur ad collectionem omnium circumſtantiarum eo tempore concurrentium, quo fecit malum, redditque ſenſum compoſitum cum illis. Vnde in columna nona infert: *Quid enim tam iniquum, quàm vt iniquus credatur, qui negatur aliud potuiſſe facere, quàm fecit?*

10. Confirmatur quartò, nam paulò inferiùs ita ratiocinatur. *Sed eſt, inquiunt, fatum vnicuique præſtituta, qua morte moriatur. Quod ſi ita eſt, non eſt accuſandus homicida. Nam & duplici genere ſe defendet, quia & ipſe fatis agentibus, hoc fecit, & ille agentibus fatis occiſus eſt: ſed inter hæc lex pulſatur, quia punit oblatum homicidam.* Ex quo exemplo, aliiſque quamplurimis per totam illam quæſtionem ſparſis, conſtat Auguſtinum agere uon ſolùm de formali ratione malitiæ, ſed etiam de materiali operatione, cuius ex antecedenti neceſſitate colligit, legem pulſari conuitio, & contumelia, quod puniat homicidam.

11. Confirmatur quintò, nam poſt pauca ſubiungit: *Si à Deo ſunt fata, lex non erit Dei, quia hoc non ſolum Deo, ſed nec prudenti conuenit id damnare, quod fecit: ſed quoniam nemo vnquam contra legem auſus eſt dicere, vel, à Deo hanc eſſe, negare; fata à Deo, dici, eſſe, non poterunt, quia iſta Deus punit per legem. Quando enim damnatur, quod fit, impellentibus fatis, ſine dubio fata damnantur.* Quod argumentum,

Auguſtini argumentum contra prædeterminationem vim habet.

fatorum uomine mutato in materiales actiones, qua ratione ſunt à Deo phyſicè prædeterminatæ, vt ineuitabiliter eueniant, vim eandem retinere videtur, ita diceudo. Si à Deo ſunt materiales peccatorum actiones phyſicè prædeterminatæ: lex non erit Dei; quia hoc nou ſolùm Deo; ſed nec prudenti conuenit id reale atque materiale opus damnare, quod fecit. Sed quoniam nemo vnquam contra legem auſus eſt dicere, vel, à Deo haoc eſſe, negare; materiales peccatorum actiones, à Deo, dici, eſſe, non poterunt; quia iſta Deus punit per legem. Quando enim damnatur, quod fit impellentibus prædeterminationibus phyſicis, ipſæ etiam prædeterminationes damnatur: & quando damnatur malitia, quæ neceſſariò conſequitur ex materialibus actionibus, ipſæ etiam materiales actiones damnantur.

Ex diſcurſu Auguſtini proximè præcedenti ſumitur ratio ſecunda, quoniam iniuſtitia eſt punire, & prædeterminare eandem actionem, ſub eadem ratione conſideratam. Sed Deus punit materialem actionem peccati, ſub ratione materialis actionis. Ergo non prædeterminat materialem actionem peccati, ſub eadem ratione materialis actionis. Maior per ſe eſt manifeſta, & apertè colligitur ex Patribus in hac & ſequenti ſectione citandis; eſſet enim valdè iniquum efficaciter intendere, procurare & cauſare, vt aliquid fiat ſub aliqua ratione boni, & per phyſicam neceſſitatem determinando, ad illud impellere: poſtea verò punire eandem ipſam rationem boni intentam, procuratam, & proprio impulſu cauſatam. Vnde Auguſtinus in Pſalm. 91. in expoſitione tituli ad finem: *Non poteſt*, inquit, *fieri, vt Deus puniat, quod fecit.* 12.

Ratio ſecunda.

Eandem actionem punire, & prædeterminare, iniuſtum.

Minor probatur primò, quoniam frequenter in ſacris literis operibus pœna redditur, quemadmodum Matth. 16. prope finem: *Tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* & 1. Corinthiorum 3. *Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur.* Eccleſiaſtici 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.* Eccleſiaſtici 35. prope finem: *Gentibus reddere vindictam, donec tollat plenitudinem ſuperborum, donec reddat hominibus ſecundùm actus ſuos, & ſecundùm opera Adæ, & ſecundùm præſumptionem illius.* Hæc omnia non præciſam rationem malitiæ, ſed ipſas etiam actiones & opera realia denotant, eſſe merita, quibus redditur ſupplicium. 13.

Matth. 16.
1. Cor. 13.
Eccleſiaſt. 14. & 35.

Secundò probatur à priori, quoniam ſuiipſius amor vſque ad contemptum Dei eſt poſitiuus & realis affectus, quo creatura diligitur plus, quàm Creator. Et hic poſitiuus affectus dignus eſt pœna; vt ex terminis conſtat, & peculiariter traditur Ioan. 12. *Qui amat animam ſuam, perdet eam*; videlicet: Qui amat ſupra Deum. Quemadmodum Matth. 16. & Lucæ 9. *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.* 14.

Ioan. 12.
Luca 9.

Probatur tertiò, quia propter eandem rationem reliqui omnes affectus & effectus, ex prædicto amore procedentes, licet poſitiui & reales puniuntur. Qoemadmodum Matthæi 10. *Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.* & Lucæ 9. *Nam qui me erubuerit, & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet.* Matth. 23. *Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium.* Et longè inferiùs: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, &c.* Matth. 24. ad finem. *Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis:* 15.

Matth. 10.
Luca 9.
Matth. 23. & 24.

veniet

venet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat: & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. Inquibus & in aliis ſimilibus locis, negare, erubeſcere, comedere domus viduarum, occidere, crucifigere, flagellare, perſequi, percutere conſeruos, manducare & bibere cum ebrioſis, & id genus aliæ ſunt poſitiuæ, reales, & materiales operationes, quibus propter malitiam, quam afferunt, pœna debetur.

16. *Tormentum commenſurari debet actioni punitæ.*

Probatur quartò, nam tormentum commenſurari debet actioni punitæ ſub ea ratione formali, ſub qua punitur. Sed tormentum commenſuratur glorificationi, & deliciis, quę in quantum tales, ſunt reales & poſitiuæ actiones: ergo actiones reales & poſitiuæ puniuntur ſub aliqua ratione reali & poſitiua, videlicet, delectationis & fruitionis temporalium bonorum. Maior ex terminis eſt manifeſta. Minor verò habetur Apocalypſis 18. *Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Vnde Luc. 6. prope med. *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Baruc 4. prope finem: *Sicut gauiſa eſt in tua ruina, & læta eſt in caſu tuo, ſic contriſtabitur in ſua deſolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.*

Apocalyp. 18. *Luca 6.* *Baruc 4.*

17. *Quomodo formalis ratio malitiæ, & ipſa materialis actio puniantur.*

Probatur quintò, explicando magis & confirmando præcedentem probationem: quamuis enim primariò puniatur ratio formalis malitiæ, nihilominus etiam punitur ipſa materialis ratio actionis, quæ in ſe habet malitiam, quaſi origo & ſubiectum illius. Vnde Theologi per accommodationem quandam ita pœnam damni & pœnam ſenſus diſtribuunt, vt auerſionem puniat pœna damni; ſed pœna ſenſus puniat voluntatis conuerſionem ad commutabile bonum, in qua præſertim materialis ratio conſiſtit actionis. Quemadmodum D. Thomas 1. 2. q. 87. art. 4. corpore, *Aliud*, inquit, *quod eſt in peccato, eſt inordinata conuerſio ad commutabile bonum, & ex hac parte peccatum eſt finitum, tum quia ipſum bonum commutabile eſt finitum: tum etiam, quia ipſa conuerſio eſt finita: non enim poſſunt eſſe actus creaturæ infiniti. Ex parte igitur auerſionis reſpondet peccato pœna damni, quæ etiam eſt infinita: eſt enim amiſſio infiniti boni, ſcilicet Dei: ex parte autem inordinatæ conuerſionis reſpondet ei pœna ſenſus, quæ etiam eſt finita.* Vnde ſumitur hic Syllogiſmus. Ratio peccati, cui reſpondet pœna ſenſus, eſt ratio finita: ſed ratio peccati non eſt finita, niſi prout eſt actus creaturæ, & conuerſio ad commutabile bonum. Ergo, prout eſt actus creaturę, reſpondet illi pœna ſenſus. Confirmatur, nam peccatum ſub ratione auerſionis ab incommutabili bono eſſe infinitum, apertè docet ſanctus Thomas initio corporis.

S. Thomas. *Ratio ex S. Thoma.* *Peccatū infinitum qualiter.*

18. *Proſper.*

Sextò probatur ex Patribus in hac & ſequenti ſectione citandis: qui non tantùm de formali ratione malitiæ, ſed etiam de materiali actione loquuntur, quando dicunt, iniuſtè puniri, ſi Deus ad illam impellit, aut cauſat. Quemadmodum Proſper ad obiect. Vincent. reſponſ. 10. *Deteſtanda*, inquit, *& abominanda opinio, quæ Deum cuiuſque malæ voluntatis, aut malæ actionis credit authorem, cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt.* & ſubdit: *Adulteria & corruptelas non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare; neque diſponere, ſed punire.* Vnde ſic argumentor: Prædefinire atque prædeterminare adulteria, & corruptelas, quantum ad eorum materiales actiones, eſt inſtituere, atque diſponere: ſed qui tales actiones damnat, & punit; non poteſt illas inſtituere atque diſponere: ergo non poteſt illas prædefinire, ac prædeterminare. Alioqui extra bonitatem, & extra iuſtitiam eſſet diuina prædefinitio ſeu prædeſtinatio.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 13. *In illis*, inquit, *opera ſua glorificat; in aliis autem opera non ſua condemnat.* & cap. 19. prope med. *Iſti ergo, qui ſe elongant, & fornicantur à Deo, vtique peccando pereunt per ſuam malam voluntatem, quæ non eſt ex Deo.* Iſidorus lib. 5. ſent. cap. 9. §. 3. ait: *Dum natura bona damnatur propter voluntatem malam, ipſa voluntas mala teſtis eſt natura bona, &c.* 19.

Iſidorus.

20. Denique ad præſentem rationem confirmandam vti poſſumus eodem argumento, quo Damaſcenus refutat illud Manichæorum figmentum, quod bonus Deus hominis animam tradiderit malo Deo, quando in dialogo contra Manichæos propinquius ad med. quàm ad princip. ait: *Quanam ratione cùm animam male dediderit, eos poſtea condemnare queat, qui malo ſe in ſeruitutem addixerint? Dicturi enim ſunt: Tu ipſe nos tradidiſti. Sic omne iudicium ſublatum erit.* Videtur namque ſimili ratione dicendum. Quanam ratione, cùm animam adulterio, aut auaritiæ Deus per phyſicam prædeterminationem dediderit, eos poſtea condemnare queat, qui adulterio, aut auaritię ſe in ſeruitutem addixerint? Dicturi enim ſunt ei: Tu ipſe nos tradidiſti: ſic omne iudicium ſublatum erit, quoniam nullo æquitatis iure puniri poterit homo propter eas actiones, quibus ab ipſo Deo per phyſicam neceſſitatem fuerit addictus.

Damaſceni argumētum contra prædeterminationem formatur.

21. Tertia demum ratio eſt, quia ſi Deus eam volitionem, quæ mala eſt, prædeterminat; vel eam homini nō retribuit in pœnam præcedentis peccati, vel retribuit in pœnam præcedentis peccati. Si Deus volitionem, quæ mala eſt homini non retribuit in pœnam pręcedentis peccati; conſequens eſt, illius authorem eſſe Deum, ac proinde iniuſtè punire volitionem, quam fecit. At ſi volitionem, quæ mala eſt, retribuit in pœnam præcedentis peccati, ſequitur proceſſus in infinitum abſque vllo initio peccati: quia in omni peccato reperitur volitio; quod ſi ante omnem volitionem præceſſit peccatum, cuius ſit pœna; ante omnem volitionem debuit præcedere alia volitio: quod eſt ſine vllo principio infinitam eſſe volitionum ſeriem.

Peccatorum infinitus proceſſus.

22. *Fulgentius.*

Præſentem rationem ſic tradidit Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 23. *Hanc malam voluntatem, ſi nōdum peccāti homini tribuit ipſe, (quod abſit) auctor iniquitatis extitit, qui malā voluntatē dedit homini bono, per quam peccans æterno mereretur puniri ſupplicio. Et vbi eſt, quia Deus mortem non fecit? Et quia iuſtus Dominus & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius? Si autem malæ voluntatis initium peccatori homini non tribuit, ſed retribuit Deus, vt ab homine credatur cœpiſſe peccatum, à Deo autem tanquam à iuſto iudice redditum malæ voluntatis initium dicatur: quod peccatum homo facere potuit, in quo voluntas mala non fuit? Cùm nullus fructus iniquitatis exoriri poſſit, niſi quem radix voluntatis malæ protulerit.*

Sap. 1. Pſalm. 10.

23. *Proſper.*

Eiuſdem rationis membrum prius Proſper tradit ad cap. Gallorum reſponſione 12. dicens: *Si Deus hominem ſibi obedientem à pietate deturbat,*

& bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & iniuſtè punit, quod vt fiat, impellit. Porro ſi Deus facit, vt homo pius & obediens diuinis præceptis eliciat materialem actionem apoſtaſiæ, vel hæreſis, vel odij alteriúſve peccati, illum phyſicè prædeterminando; hoc ipſum erit obedientem hominem à pietate deturbare, & currentem, vt cadat impellere ac facere, quapropter iniuſtè puniet.

SECTIO V.

Iniuſtitia ſupplicij colligitur adhuc ex prædeterminatione.

1. *Prima ratio.* COllectionis huius poſteriores duas rationes in ſectionis præcedentis initio remiſimus ad præſentem. Prima igitur ratio eſt, quia vel Deus hominem punit propter ſolam & præciſam rationem formalem malitiæ; vel punit ſimul propter materialem actionem, & illius malitiam. Si Deus punit propter ſolam & præciſam rationem formalem malitiæ; conſequens eſt Deum punire propter aliquid, quod euitari contradictionem implicat, etiam de potentia Dei abſoluta. Sequela probatur, quoniam ſuppoſita ea materiali volitione, qua voluntas creata liberè Deum odio proſequitur, nec ipſe Deus abſoluta potentia valet efficere, vt malitia non ſequatur ex tali volitione.

2. *Refutatur ſolutio.* Si reſpondeas, in eo ſenſu Deum punire propter ſolam, & præciſam rationem formalem malitiæ, quoniam illam vitare poſſet voluntas, euitando materialem volitionem, ex qua ſequitur; inde fiet, vt Deus per phyſicam prædeterminationem impellens & cauſans, vt voluntas non euitet materialem volitionem; eo ipſo impellat & cauſet, vt voluntas non euitet malitiam; ac proinde iniuſtè Deus nos puniet propter eam malitiam; quam vt non euitaret noſtra voluntas, Deus impulit & cauſauit. Si autem Deus punit ſimul propter materialem volitionem, & illius malitiam; iam qua parte punit propter materialem volitionem, punit propter actionem, quam ipſe facit vt homo faciat. Hoc autem iniuſtum eſt: vt ſect. præcedenti, ratione 2. vidimus.

3. *Ratio ex morali Philoſophia à Patribus exponitur.* Secunda ratio eſt, quia ſiue Deus puniat propter ſolam & præciſam formalem rationem malitiæ: ſiue puniat ſimul etiam propter materialem volitionem, cui neceſſariò, & inſeparabiliter coniungitur malitia: ſemper viget ea ratio, quam moralis Philoſophia ſuggerit, & communis Patrum conſenſus exponit, videlicet, iniuſtè puniri homines propter id, quod vitare non poſſunt. Supponendum eſt ex tomo præcedenti de ſcientia diſp. 33. & diſp. 48. ac multis ſequentibus, phyſicam prædeterminationem eiuſmodi eſſe, vt neque ſit in hominis poteſtate, vt illa ſibi à Deo imponatur, vel non imponatur; nec ſit in hominis poteſtate non operari, ex ſuppoſitione, quod ſibi fuerit impoſita. *Confirmatur.* Confirmatur, quia ratio propter quam iuſta ſit pœna, debet eſſe libera indifferentia, potens operari malum, vel ab illo cauere. Quamobrem contra prædeterminationem militant ſequentia teſtimonia Patrum.

4. *Idem Patrū teſtimonia confirmant.* Petrus apud Clementem Roman. lib. 3. Recog. pag. 4 ait: *Quomodo ergo Deus iudicat vnumquemque ſecundum veritatem pro actibus ſuis: ſi agere aliquid in poteſtate non habuit? Sed & iudices ſeculi fruſtra legibus præſunt, & puniūt eos, qui malè agunt: non enim in ſua poteſtate habuerunt, vt non peccarent.* & lib. 5. propius ad med. quàm ad finem: *Qui neceſſitate retinetur in bono, bonus non eſt: quia non eſt ſuum, quod eſt. Quia ergo in vnoquoque libertas eſt in electione bonorum, vel malorum, ipſe ſibi præmia, vel interitum quærit.*

Dionyſius de diuin. nomin. cap. 4. prope finem, cum dixiſſet, malum ex imbecillitate proficiſci, obiectionem proponit his verbis: *Sed dicet aliquis infirmitati ſupplicium non deberi; ſed contra, veniam.* Reſpondet autem: *Si non ſuppeteret poteſtas; rectè ſe haberet, honeſtáq; eſſet ratio. Sin à bono poteſtas proficiſcitur, quod dat (vt diuina ſcripta tradunt) vnicuique omnino ea, quæ illi accommodata ſunt; laudanda non eſt ſtatus ex bono atque bonis ſuis deflexio, deprauatio, declinatio, & prolapſio.* 5.

Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 9. *Homo,* inquit, *liber in arbitrio factus, & ſuæ poteſtatis; ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando quidem frumentū, aliquando autem palea fiat, quapropter & iuſtè damnabitur.* Et in eodem lib. 4. cap. 72. initio, ait; cauſam ob quam iuſta ſint pœna & præmium eſſe, *quoniam, homines poſſunt retinere & operare bonum, & poſſunt omittere id, & non facere.* 6.

Iuſtinus Martyr his verbis proponit quæſtionem 9. Gentilium: *Si Deus coronat atque punit vnumquemque hominum ſecundum eius actionem? quomodo iuſtè facit ambo, cum vtrumque ab eo habeat homo?* Cuius quæſtionis tota ſolutio poſita eſt in explicanda libertate, ſoluta in vtramque partem, atque ita concludit: *Accepimus à Deo faciendi, & non faciendi poteſtatem: faciendi, inquam, iuſta; non faciendi autem iniuſta. Quando igitur iuſta facimus, iuſtè coronamur: ſed ſi facere & non facere in contrarium mutamus, meritò plectimur.* In eadem ſententia conſtantiſſimus eſt, quoties huius quæſtionis mentio incidit: vt in dialogo cum Tryphone propius ad med. quàm ad finem, & iterum prope finem. Et apologia 1. ad Senatum prope medium, & Apologia 2. ad Antonium paulo poſt medium. 7.

Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. titulo *De ſtatu hominis,* ſub finem: *Scortationis,* inquit, *cogitationes, ſi vis, probas, ſi nolis, improbas. Si enim ex neceſſitate ſcortareris; cuius gratia Deus gehennam paraſſet?* 8.

Chryſoſt. homil. 22. in Geneſ. colum. 2. *Nonne manifeſtum eſt, ſua quemuis voluntate, vel malitiam vel virtutem eligere? Nam niſi ita eſſet, & naturæ noſtræ prauitas inſita eſſet; neque illos puniri, neque iſtos virtutum retributiones recipere oportebat. Verum quia in noſtra poteſtate totum poſt Dei gratiam relictum eſt: ideo & peccantibus ſupplicia propoſita ſunt, & benè operantibus retributiones.* Obſerua peculiariter, in noſtra poteſtate relictum eſſe totum poſt Dei gratiam; & hanc eſſe rationem iuſtitiæ in exigendo ſupplicio. 9.

Idem Chryſoſt. homil. 60. in Matth. col. 1. fine: *Non fecit quippe,* inquit, *Deus talem: non enim pœnis afflixiſſet, ſi talem ipſum feciſſet. Nam ſi nullius nos rei, cum ipſi cauſa ſumus, ſeruos noſtros, & vernas criminamur; multò minus creator omnium criminaretur. Unde igitur hoc factum eſt, inquiunt? Ab eo ſanè ipſo, & negligentia ſua. Quid porrò eſt, inquiunt, ab eo ipſo? Diligenter abs te ipſo require. Nam ſi malignitates à ſe ipſis non ſunt, noli tuos ſeruos caſtigare, nec vxorem, ſi peccat, increpa, nec liberos verbera, nec amicos incuſa, nec offendentibus inimicis infenſus ſis. Nam hi omnes niſi ſponte delinquant, non punitione, ſed miſeratione digni ſunt.* Quod fusè confirmat exemplo ſeruorū, quos heri non puniunt, 10.

quando

quando morbi cauſa nequeunt explere mandata, ſed illis potiùs compatiuntur.

11. Auguſtinus lib. 11. de Geneſ. ad lit. cap. 7. *Sic factam eſſe*, ait, *naturam rationalem, vt poſſet non peccare, ſi vellet: & iuſtam eſſe ſententiam, qua punita eſt, qua voluntate, non neceſſitate peccauit. Alioqui ſi neceſſitate peccaſſet, neque potuiſſet non peccare, iniuſta foret ſententia punientis.* Idem lib. de duabus animabus cap. 11. *Peccatum*, inqoit, *eſt voluntas retinendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere. Neque hic libri obſcuri mihi ſcrutandi erant, vnde diſcerem, neminem vituperatione ſupplicióve dignum, qui aut id vellet, quod iuſtitia velle non prohibet, aut id non faciat, quod facere non poteſt. Nonne iſta cantant in montibus Paſtores, & in theatris Poëtæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & magiſtri in ſcholis, & Antiſtites in ſacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?*

Peccati definitio Auguſtinus.

13. Hieronymos lib. 2. aduerſus Iouinia. colum. 3. *Vbi neceſſitas eſt*, inquit, *nec damnatio, nec corona eſt.* Ruſúſque in Eccleſiaſten ad illa verba cap. 7. *In die bonitatis eſto in bono.* ait: *Hoc ſimile huic fecit Deus, vt non inueniret homo quod contra eum quæreretur, Et bona*, inquit, *& mala, prout tibi euenerint, ſuſtine; nec putes vel bonorũ tantùm, aut malorum in mundo eſſe naturam; cum ex diuerſis mundus iſte contrariis ſubſiſtat, tenebroſis & lucidis; malis & bonis. Hoc autem fecit Deus, vt habeat ſapientia locum in eligendo bonum, & vitando malum: & liberum hominis relinquatur arbitrium: ne ſe dicat, inſenſibilem & ſtolidum à Deo eſſe generatum; ſed eum ideo feciſſe diuerſa, vt homo queri de ſua conditione non poſſet.* Ratio itaque primaria, qua impiorum querelæ comprimontur, conſiſtit in libera poteſtate eligendi bonum & vitandi malum abſque vlla prædeterminatione ad malum alligante.

14. Epiphanius hæreſi 16. poſt med. *Si iudicium eſt, & re vera minæ nobis intentata ſunt, & qui malum fecerunt, pœnam dant; legem iuſtam eſſe confitemur, quando propterea quod poſſis peccare, & non peccare, ab alio peccatorum ſupplicia ſumantur, alius verò laudem referat recte factorum.* Atque idem probant ea Methodij Martyris fragmenta, quæ retolimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 42. ſectione 3.

15. Marcus Eremita libro de Baptiſmo inter med. & finem ait: *Si peccata non pendent à noſtra voluntate, ſed à tyrannide Satanæ, & à reliquiis peccati per Adamum contracti, quamobrem nos accuſamur à Scriptura, qui nolentes vexamur à peccato, à Satana tyrannicè tractamur? Nonne immeritò punimur? Aut forſan etiam iniuſtus eſt Deus, qui præcepit ea, quæ ſunt ſupra naturam: & præter naturam exigit à nobis, quæ vires excedant? Sed hoc non ita eſt, abſit.*

16. Petrus Diaconus nomine aliorum Orientalium in libro de Incarnatione & gratia Ieſu Chriſti ad Fulgentium cap. 6. & Fulgentius reſcribens librum eiuſdem tituli cap. 12. inde probant, Adami damnatiooem, & mortem fuiſſe iuſtè illatam, quoniam acceperat poteſtatem, qua iuuantem ſe gratiam non deſereret, ſi vellet. Atque idem Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 22. fine ait: *Quinimo neque iuſtitia diceretur; ſi puniendum reum non inueniſſe, ſed feciſſe dicatur. Maior verò erit iniuſtitia, ſi lapſo retribuit pœnam, quem ſtantem prædeſtinaſſe dicitur ad ruinam.* Quapropter iuſtitiæ lex requirit, Deũ inuenire reos, non ab ipſo Deo factos reos, ſed ab eorum arbitrio.

Fulgentius.

Iuſtitia lex.

Nota ſecundò, quanta ſit iniuſtitia, ſi prædeſtinat, & prædeſtinando neceſſitat ad opus materiale, quo facto implicat non eſſe ſimul reatum, quem puniat. Quemadmodum & in eodem lib. 1. cap. 26. prope finem ait: *Quando autem peccantis ſerno iram iuſtus Dominus intuliſſet, ſi ex Domini prædeſtinatione peccaſſet?* Quod idem in ſequenti cap. 27. confirmat. Eandem ſententiam fusè probat Hypognoſticoo toto lib. 6. in cuius col. 2. *Quos ideo*, inquit, *punit, quia quid eſſent futuri præſciuit, non tamen ipſe fecit puniendos vel prædeſtinauit, ſed tantum, vt dixi, in damnabili maſſa præſciuit.*

Optatus Mileuitanus lib. 7. aduerſus Parmenianum in ipſo fere principio: *Voluntas*, inquit, 17.
habet pœnam, neceſſitas veniam. Homicida poteſt ſcelus facere, poteſt etiam non facere, & cætera huiuſmodi, in quibus liberum habetur arbitrium.

Cyrillus Alexand. lib. 9. in Ioan. cap. 10. circa 18.
med. ait: *Rationali creaturæ liberam poteſtatem creator largitus eſt, & ſuæ voluntatis habenas cuique commiſit, vt in eo ſit, quidquid probauerit eligere. Qui ergo ad meliora flexi ſunt, hi gloriam atque retributionem electioni ſuæ conſentaneam inuenient. Qui verò improbis cogitationibus ſe ipſos deprauarunt, cupiditatum fluctibus ad ſcelera deducti, non iniuria, vt ingrati & improbi æternis vexabuntur ſuppliciis.* Obſeroa cohærentiam: propterea enim non iniuria vexabuntur, quia com ad meliora voluntatem poſſent, quaſi habenis flectere, nihilominos ipſi ſe ipſos deprauarunt.

Theodoretus lib. 5. de Prouidentia prope fi- 19.
oem: *Neque Deus*, ait, *cum ſit optimus, ac iuſtiſſimus, ab iis pœnas exigeret, qui ex legem vitam viuere adamarunt, ſi adacti neceſſitate aliqua deliquiſſent.* His ſimilia tradit Roman. 8. tractans illa verba: *Quos autem prædeſtinauit, &c.* & lib. 5. epitome diuinorum decretorum capite 10. de diabolo.

Ennodius Ticinenſis (apud Turtianum lib. 20.
4. pro epiſtolis pontif. cap. 2. prope finem) poſtquam probauit, homini conceſſam eſſe poteſtatem, vt præcedente diuina gratia, poſſit bonũ eligere, aut malum pro ſuo arbitrio, ſubdit: *Alioquin non erit iuſta retributio, quæ aut per ſupplicia refertur neceſſitate peccantibus, aut bonam mercedem offert, ad quod trahuntur inuiti.*

Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 21.
9. fine: *Libertas*, inquit, *arbitrij non ei culpam ſuam reſpuet, à quo data eſt, ſed à quo non, vt debuit, adminiſtrata eſt.* (Id eſt, oon poteſt in Deum reiicere ſuam culpam, ſed in hominem) *neque enim idem habendus eſt delicti author, qui inuenitur interdictor, imo & condemnator.*

Euſebius lib. 6. de præparatione Euangelica 22.
cap. 6. verſus finem ex verbis Oenomaï hæc dicit: *Cur enim Iupiter huius neceſſitatis author, nos ac ſe ipſum non punit: ipſe enim neceſſitatem agendi nobis impoſuit, cur ergo nos plectemur, qui huic ſeruei reſiſtere nullo modo poſſumus?* nimirum ex ſuppoſitione, quod impoſita ſit à Ioue neceſſitas, vt hæc ipſa verba ſonant, & ex ſeotentia Gentilium de fato docuerat Euſebius ioeodem lib. cap. 2. fine.

Gaudentius Brixianus tract. 3. in Exodum, id 23.
eſt, ſermon. 3. de manducatione agni ait. *Præſcientia quidem Dei non falletur; ſed neque homini conceſſa ſemel voluntatis libertas aufertur; ne nihil de eo iudicare poſſit, qui liber non fuerit in agendo.* Quam verò libertatem intelligat, paulò ſuperiùs explicuerat his verbis: *Libertatem diximus arbitrij,*

trij, quia voluerunt vtique Iudæi facere. quod fecerunt, & vtique ſi voluiſſent, non feciſſent.

Prudentius lib. 2. aduerſus Symmachum ſect. 3. quæ eſt de geniis prope finem, ita cecinit:

Cedite, ſi pudor eſt, gladiúmque retundite veſtrum
Aſpera nil meritos pœnis plectentia iura,
Antrum carcereum diſſoluite; corpora ſub quo
Agminis innocui, fato peccante tenetis.
Nemo nocens, ſi fata regunt, quod vinitur, ac ſit
Imo nocens, quicunque volens, quod non licet audet.
Alterutrum quia velle ſuum eſt, nec fata reatum
Imponunt homini, ſed ſit reus ipſe ſuopte
Arbitrio, placitúmque nefas, & facta rependit
Impia ſupplicijs, meritò non ſorte peremptus.

Negata voluntatis indifferentia eam punire iniquum.

Quapropter iniqua fuerint iura puniendi negata voluntatis indifferentia, ita in vtramque partem expedita, vt alterutrum velle ſit ſuum, hoc eſt, ſub eius dominio, & poteſtate.

25\. Boëtius ad finem totius operis de conſolatione Philoſophica, nimirum lib. 5. proſa 6. ad finem, poſtquam fusè probauit ex diuina prouidentia liberis actionibus nullam, neceſſitatem imponi, ſicut noſtro intuitu non imponimus neceſſitatem iis actionibus, quas fieri præſentes cernimus, ita concludit: *Quæ cùm ita ſint, manet intemerata mortalibus arbitrij libertas: neque iniquè leges ſolutis omni neceſſitate voluntatibus præmia, pœnáſque proponunt.* Supponit planè iniquas eſſe leges, quæ proponunt pœnas, niſi voluntates fuerint omni neceſſitate ſolutæ, & ea præſertim, quæ imponeretur à diuina prouidentia.

26\. *Philoſophus naturæ lumine eãdem veritatem confirmat.*

Philoſophus denique in 3. Ethicor. cap. 5. naturæ lumine ductus eandem veritatem cõfirmat, quoniam & illius teſtes ſunt & priuati ſinguli homines circa filios, famulos & ſeruos, & ipſi legum latores, qui omnes nullum hominem reprehendunt, nec puniunt, niſi propter id, quod in ſua poteſtate habuit euitare, ſi vellet, ſaltem euitando cauſam illius: quod explanat egregiè S. Thomas ibi lect. 11, poſt med. & lection. 12. à princip.

SECTIO .VI.

Diſcrimen, quo diuina prouidentia verſatur circa duplex malorum genus, refutat alterius prædeterminationem.

1\. *Duplex malorum genus.*

HVius & ſequentis ſectionis fundamentum eſt celebris diuiſio malorum in duplex genus, in quorum altero ſunt mala triſtia, ſiue aduerſitates & pœnæ: in altero ſunt mala virtuti contraria. His nempe nominibus appellantur à Patribus in hac & ſequenti ſectione citandis. Ab eiſdem porro triplex aſſignatur inter hæc mala diſcrimen. Primarium & cæterorum radix eſt primum. Mala triſtia nec ſimpliciter mala, nec ab intrinſeca quidditate mala ſunt: ſed ſolummodò ſunt mala ſecundum quid comparatione patientis; ſunt autem ſimpliciter bona. Sed è contrario mala virtuti contraria ſunt ſimpliciter & quidditatiuè mala, atque idcirco mala ſunt comparatione cuiuſque perſonæ.

Triplex inter hæc mala diſcrimen.

2\. Secundum diſcrimen. Mala virtuti contraria Deus non facit, neque eſt author eorum, quãuis author ſit & faciat omnia prorſus mala triſtia. Tertium diſcrimen. Mala triſtia Deus facit, vt puniat, vel corrigat ea mala, quæ ſunt virtuti cõtraria. Vnde ea præſertim ratione bona ſunt, quoniam deſtinantur à Deo ad deſtruenda mala virtuti contraria.

Rationes quæ ex hoc fundamento ſumuntur ad probandum, Deum non determinare, neque inclinare ad materialem actionem peccati, ſunt quatuor. Prima ratio eſt. Quodcunque malum quod Deus cauſat, determinando ad illud, dirigitur per ſe & ex primaria intentione Dei, vt ſit medicina contra mala virtuti contraria, ſiue corrigendo commiſſa, ſiue deterrendo, ne committantur. Sed materiales actiones peccatorum non poſſunt per ſe & ex primaria intentione Dei dirigi, vt ſint medicina contra mala virtuti contraria. Ergo huiuſmodi actiones Deus non producit, determinando vel inclinando ad illas. Minorem probo, quia tales materiales actiones quidditatiuè ſunt contrariæ virtuti per contrarietatem realem & poſitiuam. Quapropter per ſe & quidditatiuè habent annexam formalem rationem malitiæ, quæ eſt ſimpliciter malitia. Ergo non poſſunt per ſe & ex primaria intentione Dei dirigi, vt ſint medicina contra mala virtuti contraria. 3.

Ex hoc fundamẽto quatuor rationes.

Materiales peccatorum actiones contra mala virtuti contraria medicina nõ ſunt.

Confirmatur 1. quia dirigi ad deſtruenda peccata, & dirigi ad virtutem aſſerendam ſunt neceſſariò inter ſe copulata. Sed actiones materiales peccatorum non ſunt per ſe deſtinatæ ad inducendam virtutem ſibi contrariam: ſicut actio materialis odij Dei non eſt per ſe deſtinata ad inducendam dilectionem Dei. Ergo tales actiones materiales non diriguntur per ſe vt medicina contra peccata. 4.

Materialis actio peccati, per ſe non deſtinatur ad contrariã virtutẽ inducendam.

Confirmatur ſecundò, quia licet Deus non ratò peccata quædam permittat ob medicinam aliorum; attamen comparatione illorum valdè per accidens ſe habet ratio medicinę, proueniens ex infinita potentia, & bonitate Dei. Et quamuis hoc contingeret per ſe, adhuc non poſſet hoc fieri in omnibus peccatis, ita vt omnium peccatorum materiales actiones prædeterminentur in medicinam aliorum peccatorum præcedentium; cum ante primam actioné turpem nulla ſit alia, ad cuius medicinam dirigatur, neque per ſe dirigatur ad præcauenda futura peccata. Vrget autem ratio, præſertim in præſcitis, in quibus nec per ſe, nec per accidens peccata conducunt ad eorum ſalutem. 5.

Comparatione peccati per accidens ſe habet ratio medicinæ.

Secunda ratio eſt, quia malum virtuti contrarium non fit à Deo, tanquam ab authore illius: ſed materialis entitas peccati eſt poſitiuè, & realiter contraria virtuti. Ergo illa non fit à Deo tanquam ab authore illius, ſed tanquàm Deus concurrit, quod ex ſe eſt, præoptans, & inclinans ad materialem actionem virtutis: vt explicatum eſt diſp. 28. & 29. 6.

Mali virtuti cõtrarij Deus non eſt author.

Tertia ratio, quia exceptio firmat regulam in cõtrarium, quod axioma Iureconſultis propriũ, etiam in Theologicis dogmatibus locum habet, à rationis natiuitate ſibi conceſſum. Sed regula fidei à ſanctis Patribus præſcripta vniuerſaliter affirmat Deum non facere mala, neq; impellere aut determinare ad illa: & ſolummodò excipiunt mala triſtia, quia non ſunt ſimpliciter mala, eò quòd nõ ſint virtuti contraria: ergo hęc tantummodò excipienda ſunt ab illa regula, proindeq; non erunt excipiendæ materiales actiones peccatorum, ſed de illis etiam intelligenda eſt regula, quod Deus non faciat, neque inclinet, neque determinet ad illas. 7.

Exceptio firmat regulam in contrariũ.

Fidei regula à Patribus præſcripta.

Quarta

Dicta diſcrimina doctrinaliter conſtituta.

8\. Quarta ratio, quia ſupra dicta diſcrimina ſunt doctrioaliter conſtituta à ſacris doctoribus: quapropter præſumenda ſunt, eſſe exacta, & integra ad explicandam rem, quam tractabant. Forent autem diminuta & imperfecta, ſi vltra mala triſtia, quæ non ſunt virtuti contraria, reſtarent numerandæ omnes actiones materiales peccatorum, ad quas Deus prædeterminaret & inclinaret, ac foret author earum.

Dicta diſcrimina colliguntur ex Scriptura, & Patribus. *Eccleſiaſtici 11.* *Iob 1.* *Iſaia 45.* *Hierem. 32.* *Threnor 3.* *Amos 3.* *Iona 3.* *Michea 1.*

9\. Reſtat probare fundamentum harum quatuor rationum in principio propoſitum. Et imprimis illa omnia diſcrimina, quibus triſtia mala differunt à malis virtuti contrariis, colliguntur ex Scriptura ſacra Eccleſiaſtici 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.* Cui concinit Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt.* Præſertim verò id Patres colligunt ex 45. Iſaiæ. *Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras: faciens pacem & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.* Hierem. 32. *Adduxi ſuper populum omne malum hoc grande.* Threnor. 3. poſt med. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente, ex ore altiſſimi non egredientur neque bona neque mala.* Amos 3. *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecit.* Quibus concinnit illud Ionæ 3. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt à viis ſuis peſſimis, & pœnituit eum ſuper malitia, quam locutus eſt, vt faceret eis.* Et Micheæ 1. *Deſcendit malum à Domino in portam Hieruſalem.*

Damaſcenus.

10\. Hæc ita exponuntur à Patribus, vt inde prædicti malorum diſcrimina colligantur. Quemadmodum Damaſcenus 4. fidei cap. 20. à med. ait: *Cùm dicit Scriptura, Deum creare mala, & non eſſe in ciuitate malum, quod non faciat Dominus, non, malorum cauſam Deum eſſe. oſtendit; ſed quia anceps eſt nomen mali, duo ſignificans. Nam quandoque natura malum oſtendit, quod quidem virtuti contrarium eſt, & diuina voluntati. Quandoque quod ad ſenſum noſtrum malum & laborioſum, vt tribulationes, & inductiones, hæ enim exiſtimatione mala ſunt, cùm doloroſæ exiſtant: re autem vera bona: nam conuerſionis & ſalutis intelligentibus cauſa fiunt, & has per Deum fieri, dicit Scriptura.*

11\. Expreſſa ſunt his verbis tria illa diſcrimina. Primò. Deus non facit mala virtuti contraria; facit autem quod ad ſenſum & exiſtimationem noſtram malum eſt, & laborioſum. Secundò. Natura ſua malum eſt atque ſimpliciter malum, quod eſt virtuti contrarium. Alia verò non natura ſua, ſed exiſtimatione noſtra ſunt mala: re autem vera ſunt bona. 3. Hæc mala ſecundum quid deſtinantur à Deo, vt fiant conuerſioois & ſalutis cauſa intelligentibus. Et hac ratione ſunt verè bona; & digna vt per Deũ fiant. Eadem diſcrimina frequenter repetit in dialogo contra Manichæos; veluti quãdo propinquius ad princ. quàm ad med. ait: *Malum illud propriè eſt, & appellatur, quod aduerſus creatoris legem perpetratur; impropriè autem, ac noſtro more, quod ad ſenſum noſtrum graue ac moleſtum eſt. Quod quidem, licet in præſens dolores afferat, tamen poſtea ſalutis, ac ſempiternæ lætitiæ fructus edit.*

12\. Baſilius eadem diſcrimina fuſiùs explicat in homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum.* non longè à principio. Vnde pauca quædam ſeligere, atque expendere viſum eſt. Sic ergo loquitur: *Vnum quidem hoc habere in mentibus noſtris præſumptum oportet, quod, cum ſimus boni Dei opificium, & ab illo conſtemus, omnia circa nos, tam modica, quam magna diſpenſante; nihil nobis accidat, illo non volente: & quod nihil eorum, quæ nobis accidunt, malum ſit, aut tale, vt melius illo aliquid excogitare queamus.* Sed actio materialis odij Dei non eſt talis, vt melius illa nihil excogitare poſſimus. Illâ quippe melius eſt Deum toto corde diligere. Ergo Deus non vult accidere nobis, & à nobis fieri actionem materialem odij Dei.

Malum ſimpliciter, & ſecundum quid: & prioris nos, poſterioris verò Deum eſſe authorē docet Baſilius.

Deinde. Illud quod ab intrinſeco & ſimpliciter malum eſt, Baſilius diſtinguit ab eo, quod ſecundum quid malum eſt, comparatione patientis dumtaxat. Et docet, prioris mali nos eſſe authores, non Deum: ſed poſterioris mali Deum eſſe authorem, illis præſertim verbis: *Malum igitur aliquod eſt ſecundum noſtrum ſenſum, aliud natura ipſa. Malum itaque natura ex nobis oritur, iniuſtitia, laſciuia.* & infra: *Rurſus malum dicimus, quod triſte, durúmque ſit ſenſibus noſtris: vt corporis morbum, plagas, egeſtatem, ignobilitatem, quorum quodlibet à ſapientiſſimo & optimo domino ad vtilitatem inducitur.* 13.

Prædictam intentionem, qua Deus ea, quæ ſecundum ſenſum mala ſont, hoc eſt, laborioſa & triſtia nobis inſeri, quaſi medicinam eorum, quæ ſimpliciter mala ſunt, quoniam virtuti contraria. copioſiùs, quàm alij Doctores perſequitur Baſilius in homilia nuper citata, exponens teſtimonia prædicta Iſaiæ 45. Amos 3. & Micheæ 1. Totam porro Baſilij ſententiam breuiùs & obſcuriùs complectuntur verba, quæ ex eadem homilia Anaſtaſius Nicænus inſeruit ſuis quæſtionibus in Scripturam col. antepenultima: *Quod propriè*, inquit, *malum eſt, nempe peccatum, quod quidem maximè dignum eſt mali appellatione; ex libero noſtro arbitrio dictum eſt, cum in noſtra poteſtate ſit ſitum, vel à vitio abſtinere, vel eſſe malos. Ex cæteris autem alia quidem obiiciuntur tanquam certamina ad oſtendendam animi magnitudinem.* & poſt pauca: *Alia autem tanquam medicina peccatorum.* & rurſus: *Aliquod aliud genus terribilium quæ à iuſto Dei iudicio inferuntur ad reddendos modeſtiores eos, qui ſunt procliues ad peccatum.* 14.

Anaſtaſius idem expreſſit.

Hieronymus plurimis in locis eadem attingit diſcrimina, vt in Epiſtola ad Cyprianum col. penultima & vltima exponens illud Pſalmi 98. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ?* & illud: *Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis, quibus vidimus mala.* & in lamentationes Hieremię cap. 3. poſt med. ad illa verba: *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?* Et lib. 4. in Hieremiam ad illa verba cap. 18. *Ecce ego fingo contra vos malum, ait, quaſi figulus lutum. Non quod per ſe malum ſit, ſed quod patientibus malum eſſe videatur. Et cogito contra vos cogitationem. Id eſt, pro merito inferre ſententiam. Mutate opera, & dirigite vias veſtras, vt & proſperis pœna mutetur.* 15.

Pſalm. 98. *Hieremia 3. & 18.*

Idem Hieronymus ſob finem libri 12. in Iſaïam ad illa verba capitis 45. quæ nuper retulimus, ait: *Confundatur hereſis, quæ malorum arbitratur conditorem Deum, cum hic malum non contrarium bono, ſed pro afflictione ponatur & bello; ſecundum illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: Sufficit diei malitia ſua.* Ergo Deus non eſt conditor eius actionis materialis, quæ poſitiuè contraria eſt bono, quæ plerumque non afflictio eſt, ſed delectatio. Imo potius, quantum ex Dei concurſu eſt, potius produceretur actio virtutis. Rurſus Amos 3. ait: *Malum, quod Dominus fecit in ciuitate, non contrarium eſt virtuti; ſed afflictio & cruciatus.* 16.

Matth. 6.

cruciatus. & poſt pauca: *Quod non per ſe malum eſt, ſed malum videtur iis eſſe, qui ſuſtinent.*

17. Vides iam apud Hieronymum duo priora diſcrimina, nimirum fieri à Deo vnum malum, & non alterum: inſuper vnum eſſe per ſe & ex natura ſua malum; aliud verò malum videri, ſed non eſſe malum ex ſe. Nunc verò accipe tertium diſcrimen, quod malum ſecundum quid, nimirum afflictio & cruciatus deſtinetur ad deſtruẽda mala virtuti contraria: ſubdit enim Hieronymus ibidem teſtimonium ex tertio cap. Ionæ, & ait: *Malitia vtique ibi ſubuerſio Niniuitarum eſt, quam per Prophetam Deus fuerat comminatus: & nõ virtuti contraria, quæ ad peccatum pertinet, pro quo cõminabatur tormenta peccantibus.* Hoc nimirũ Hieronymus vtitur argumento. Malitia, quam loquutus eſt Dominus, vt faceret Niniuitis, deſtinabatur ad cohibenda, deſtruendáque peccata per pœnitentiam. Ergo non erat malitia, quæ eſt virtuti contraria.

Hieronymi argumentũ.

18. Ambroſius in Pſalm. 118. ſerm. 16. ad illa verba: *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum*, tractans citata verba Iſaiæ 45. ait: *Mala non creauit Deus, ſed hæc quæ videntur nobis auſtera, verbera, mors, & eiuſmodi alia, quæ propter emendationem præſcripta ſunt noxiorum.* Quanta breuitate tria illa diſcrimina complexus eſt!

Pſalm. 118.

19. Auguſtinus lib. contra epiſtolam fundamenti cap. 37. fine, de rebus proſperis & aduerſis naturam humanam inſtruit his verbis: *Vt haberes ſupplicio mixta ſolatia, & vt laudares Deum, delectata ordine bonorum, & refugeres in eum exercita experimentis malorum. Ita in quãtum tibi terrena ſeruiunt, & docent, te eſſe dominam ſuam: in quantum autem moleſta ſunt, docent, vt ſeruias Domino tuo.* Quam ſententiam fuſiùs confirmat in ſequentibus capitibus 38. & 39. vbi explicat, hoc ſenſu dici, Deum eſſe, qui corruptionem facit & creat mala. Et lib. contra Adimantum Manichęi diſcipulum toto cap. 26. & 27. explicans citata verba Amos 3. & Iſaiæ 45. oſtendit, Deum ea tantùm mala facere, quæ ſunt ſimpliciter bona, quoniam ſunt pęna peccatorum in odium peccati inflicta: at verò peccatum non eſſe, niſi à libera voluntate hominis, quæ potuit non peccare, ſi vellet. Quibus ſimilia notat lib. 1. contra aduerſarium legis & Prophetarum cap. 22. ad finem, & cap. 23. initio.

20. Methodius Mart. in eo fragmento, quod ad impugnandum Origenis errorem Epiphanius refert hæreſi 64. valdè ex profeſſo probat, omnem pœnam à Deo deſtinari, tanquam medicinam ad hominum ſanitatem, vt à peccatis coërceantur.

21. Theodoretus in Epitome diuinor. decret. lib. 5. cap. 12. de Prouidentia inter princip. & med. *Oportet*, inquit, *diuidi, ac diſtingui, quænam à prouidentia clauis, & gubernaculis pendeant* (videlicet, omnino, ita vt non pendeant etiam à libero arbitrio, *& quæ ratiocinanti animæ facultati attributa ſint* (videlicet, libero arbitrio) *& quænã quidẽ natura mala, quænam verò æquiuocè appellantur, vt quæ non ſint: ſed mala eſſe exiſtimentur. Rerum itaque humanarum natura quidem bona ſunt, prudentia, temperantia, iuſtitia. Mala autem imprudentia, intemperantia, iniuſtitia. Diuitiæ autem & paupertas, ſeruitus & dominium, ſanitas & morbus, & alia vitæ humanæ proſperitates & aduerſitates ſunt cuiuſdam mediæ ſortis & conditionis.*

22. Hoc autem deſumpſiſſe videtur ex Chryſoſtomo 2. ad Timoth. cap. 4. homil. 8. in Moral. col. 2. vbi, *Hæc ſciens*, inquit, *quænam ſint bona, quæ mala, quæ media, diſce: vt puta bonum virtus, nequitia malum, media verò diuitiæ, paupertas, vita, mors. Cum iſta didiceris, adde, quod ideo premuntur iuſti, vt coronentur: peccatores verò, vt pœnas exoluant.*

Chryſoſtomus.

23. Nunc peto ab authoribus cõtrariæ ſententiæ, ad quod membrum horum trium pertineat materialis actio odij Dei? Conſtat enim non eſſe natura bonam, quemadmodum eſt prudentia, iuſtitia, & temperantia. Rurſus non eſt mediæ cuiuſdam ſortis & conditionis. Nam vt poſtea Theodoretus oſtendit, & Chryſoſtomus indicauit, proſperitates & aduerſitates propterea ſunt mediæ ſortis & conditionis, quoniam liberum arbitrium poteſt illis tanquam inſtrumentis vel ad virtutem vti, vel ad vitiũ abuti. Vnde Theodoretus ita ratiocinatur: *Si enim vnumquodque eorum eſſet malum natura, non vllis vnquam bona conciliaret. Inuenimus autem, multos per hæc ſe rectè in virtute geſſiſſe. Nec ergo malum eſt, quod boni inſtrumentum efficitur; neque rurſus bonum, quod alij ſit inſtrumentum ad vitium.* Sed actio materialis odij Dei nemini poteſt bona conciliare, nemo per illam poteſt ſe in virtute rectè gerere, nec illam efficere virtutis inſtrumẽtum. Ergo materialis actio odij Dei non eſt mediæ ſortis & conditionis. Quapropter reliquum eſt, vt natura ſua ſit mala, ſubiodéque indigna, quæ à diuina prouidentia procuretur, & cauſetur per phyſicam prædeterminationem.

Theodoretus.

24. Rurſus apud eundem Theodoretum lib. 6. de prouidentia, propius ad med. quàm ad finem, Plotinus Philoſophus docet, mala triſtia & infortunia eſſe ad ordinem, perfectionémque vniuerſi prorſus vtilia: ſed mala culpæ non Deo, ſed libero arbitrio eſſe imputanda.

25. Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 14. initio ait: *Ad omnia tibi occurrit Deus, idem percutiens, ſed & ſanans, mortificans, ſed & viuificans, humilians, & ſublimans, condens mala, ſed & pacem faciens.* Atque inde argumento hæreticorum colligentium, Deum eſſe authorem malorum, ſatisfacit his verbis: *Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti, & malis ſupplicij malis culpæ, & malis pœnæ, ſuam cuique parti definimus authorem, malorum quidem peccati & culpæ diabolum; malorum verò ſupplicij & pœnæ Deum creatorem. De his ergo Creator profitetur malis, quæ congruunt iudici, quæ quidem illis mala ſunt, quibus rependuntur, cæterum ſuo nomine bona, quà iuſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna.* Quæ omnia ſequenti cap. 15. confirmat, & cap. 16. explicat exemplo Medici ſecantis, inurentis, amputantis; copioſiùs verò exponit in lib. de fuga in perſecutione, non longè poſt initium, quamuis alioqui primarius illius libri ſcopus ſit fidei contrarius.

Tertulliani liber fidei contrarius.

26. Gregorius lib. 3. Moral. cap. 7. ad illa verba Iob 2. *Si bona accepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus?* docet, hæc mala non eſſe ſimpliciter mala, ſed tantum reſpectu eorum, qui dolore feriuntur: cùm tamen per naturam ſiot bona ſimpliciter. Deinde verò oſtendens finem correctionis & punitionis, à Deo intẽtum, adiungit: *Bene dicitur, formans lucem & creans tenebras, quia cum per flagella exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem lux mentis*

accen-

Iſai 45. *ditur, faciens pacem, & creans mala.* Eundem locum Iſaiæ ponderat, vt ſimilia colligat, Anſelmus lib. de concord. præſcientiæ & prædeſtinationis cum libertate cap. 1. verſus finem. Concinit etiam Nemeſius Epiſcopus Emiſenus in lib. de natura hominis & facultatibus animæ cap. 44. prope finem, & cap. 45. quod eſt vltimum.

27. Vniuerſaliter autem ea mala, quæ Deus facere dicitur, eſſe ſimpliciter bona propter iuſtitiam Dei; ſed appellari mala hominum exiſtimatione, quia dolorem afferunt patientibus, docent Irenæus lib. 4. contra hæreſes cap. 77. Theodoretus Amos 3. ad illa verba: *Si eſt malum in ciuitate*, Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 5. fine, & cap. 7. in medio, Ambroſius lib. 1. Hexæmeron cap. 8. verſus finem, Eucherius Lugdunenſis lib. 1. in Geneſim cap. 7. & licet obſcurè, idem tamen docet Iuſtinus in 1. q. Chriſtiana ad gentiles verſus finem illius quæſtionis. Clariùs Magiſter & communiter Scholaſtici 2. diſtin. 37. fine.

28. Quibus omnibus coronidem imponat Dionyſius toto fere libro de diuinis nominibus, ſed præſertim 4. cap. probans, bona eſſe omnia, quæ Deus facit, & nihil malum à Deo procedere, vt à principio. Atque inter medium & finem eiuſdem 4. capitis obiiciens, Deum eſſe ſuppliciorum authorem, reſpondet: *Dionyſius.* *Atqui puniri non eſt malum, ſed dignum eſſe ſupplicio, neque à ſacris promeritis arceri, ſed ſceleſtum, prophanúmque eſſe, indignúmque his, quæ ſancta ſunt.* Quem imitatus Damaſcenus in dialogo contra Manichæos *Damaſcenus.* non longè à medio: *Non enim pœna malum eſt*, inquit, *ſed ſe ipſum pœna dignum reddidiſſe.*

SECTIO VII.

Quoniam ſupplicia non decernuntur, niſi propter præcognitum libertatis vſum, refutatur prædeterminatio materialis actionis.

1. IN præſenti ſuppliciorum nomine non ea comprehendo, quæ ſimul ſunt peccatum, & pœna peccati; ſed ea tantùm, quæ merè ſupplicia ſunt, quoniam nullo modo ſunt creatæ voluntatis actiones contra diuinam legem operantis.

2. *Prima ratio.* Ex huiuſmodi ſuppliciis tres rationes deſumptæ probant, non prædeterminari materiales peccatorum actiones. Prima eſt. Æternum ac tẽporale ſupplicium eſt quidditatiuè magis bonum, quàm materialis actio peccati: nihilominus diuina bonitate & clementia indignum eſt, Angelos aut homines ad ſupplicium temporale, vel æternum prædeterminare independenter à præcognito malo libertatis exercitio: ergo multo magis indignum erit diuina bonitate & clementia, prædeterminare ad materialem actionem independenter à præcognito malo libertatis exercitio. Illationis bonitas confirmatur, quia quilibet æquus & prudens æſtimator rerum toleraret ſe prædeterminari ad quæcumque atrociſſima tormenta vitæ præſentis, vel inferni, potius quàm prædeterminari ad materialem actionem odij Dei; ſi daretur optio, vt tolerando vnum, arceret à ſe aliud malum.

Prædeterminari ad tormenta inferni melius quàm ad odium Dei.

3. Antecedentis membrum prius probatur, quia materiales actiones peccatorum poſitiua oppoſitione pugnant cum virtute, ac per poſitiuam & intrinſecam ſibi diſſonantiam, ab infinita bonitate, voluntate, ac lege diuina, nec non à ratione recta diſcordant. At contra ſupplicia omnia, quæ merè ſupplicia ſunt, nulla neque poſitiua, neque priuatiua oppoſitione pugnant cum virtute: inſuper tantùm abeſt, vt à recta ratione, & à diuinis legibus diſſonent, vt potius ſint media ſummopere apta, quibus Deus ad ordinem conſonantiámque rationis, ac diuinæ legis reuocet etiam ipſam diſſonantiam inordinationémque peccati. Ergo omnia ſupplicia, quæ mere ſupplicia ſunt, ab intrinſeca quidditate ſunt magis bona, & Deo digna magis, quàm materialis actio peccatorum.

Merè ſupplicia, media ſunt, quibus diſſonãtiam peccati ad diuinæ legis conſonãtiam reuocat Deus.

4. Secunda ratio eſt. Quæcumque voluntas phyſicè prædeterminatur ad materiales actiones peccatorum finalium; eo ipſo ad æternum ſupplicium prædeterminatur independenter à præcognito malo libertatis exercitio: ſed nulla voluntas ad æternum ſupplicium prædeterminatur independenter à præcognito malo libertatis exercitio: ergo nulla voluntas phyſicè prædeterminatur ad materiales actiones peccatorum finalium. Vrgebit autem clariùs hæc ratio, quando idem peccatum fuerit primum, & finale, poſtquam præſcitus fuerat in gratia: Quamuis ſi bene conſideretur eadem vis, cætera etiam peccata comprehendat.

Nullus ad æternum ſupplicium prædeterminatur independẽter à malo libertatis exercitio præcognito.

5. Tertia ratio. Quicunque eſt primum principium cauſans, vt voluntas eliciat materialem actionem finalis peccati; idem eſt primum principium cauſans, vt voluntas puniatur æterno ſupplicio: ſed Deus non eſt primum principium cauſans, vt voluntas puniatur æterno ſupplicio. Ergo Deus non eſt primum principium cauſans, vt voluntas eliciat materialem actionem finalis peccati.

6. Trium præcedentium rationum reſtat explicare fundamentum, atque Theologicè probare. Hæc autem eſt illius explicatio. Angelos & homines ad ſupplicia quæcumque tam temporalia, quàm æterna Deus non prædeterminauit, independenter à præcognito malo libertatis exercitio: proptereáque Deus non eſt author mortis æternæ, mortem non fecit, neque adduxit hominibus, nec parauit, neque cauſauit. Imo potius creata libertas habet ſe, vt primum principium cauſans, faciens, adducens, atque determinans ad ſupplicia, præbendo prius iuſtam ſupplicio cauſam, videlicet culpam. Et quamuis Deus ex ſuppoſitione culpæ ſit ſuppliciorum author: nihilominus eo ipſo non eſt primus author illorum, ſiquidem ſupponit priorem alium authorem. Non quidem priorem in ratione boni & iuſtitiæ; ſed priorem in ratione mali & iniuſtitiæ, ſine qua non eſſet Deo digna punitiua iuſtitia.

Trium præcedentium rationum Theologica explicatio.

Suppliciorũ Deus, non eſt primus author

7. Totum hoc fundamentum probatur primò

7. *Sap. 1.* ex ſacris literis Sap. 1. *Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent, omnia: & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non eſt in illis medicamentum extermini, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis. Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniam digni ſunt, qui ſint ex parte illius.*

8. *Tres aſſertiones Sapiẽs prædictis in verbis complectitur.* Tres aſſertiones Sapiens præmiſſis in verbis complectitur, ſingulis peculiares, & efficaces probationes adiungens. Aſſertio prima. Deus non eſt cauſa & principium mortis, niſi coactus noſtris peccatis. Probat Sapiens primò, quia Deus mortem non fecit, neque lætatur in perditione viuorum, quaſi diceret: Neque mors eſt effectus dignus omnipotentiæ, neque perditio obiectum aptum lætitiæ. *Contra ſuam intentionem non operatur Deus.* Probat ſecundò Sapiens, quia Deus non operatur inconſequenter, neque contra ſuam intentionem: at Deus creauit, vt eſſent, omnia, præſertim verò homines. Ergo *non fecit, vt perderet, quæ creauit; ſed vt illius miſericordia, quæ creata ſunt, ſaluarentur. Ideóque ſalutares creauit nationes mundi, & non erit in eis venenum mortiferum.* His enim verbis præſentis argumenti vim explicuit S. Hieronymus in cap. 12. Zachariæ, citans ſapientiam Salomonis. Idem Sapiens confirmat, quia inferorum regnum in terra, id eſt, æternum ſupplicium, non eſt inſtitutum ex primaria intentione Dei, ſed peccatis hoc exigentibus.

9. Probat tertiò, quia iuſtitia & ſanctitas, quam Deus humanæ naturæ indidit, & quam intendit, ex ſe eſt perpetua & immortalis. Ideóque per illam Deus homines non ad mortem; ſed ad immortalitatem ducit.

10. *Homines ſibi cauſa mortis.* Aſſertio ſecunda. Homines impij authores ſibi ipſis & cauſæ mortis fuêre, idque ſtultiſſimo quodam, & vehementiſſimo affectu. Propterea namque prædictus affectus appellatur zelus, qui eſt vehementiſſimus amor cum acerbiſſimo dolore coniunctus. Atque ad eandem vehementiam ſignificandam Sapiens vtitur acquirendi verbo, quemadmodum, qui per inſatiabilem ſitim diuitiis inhiant, nulli labori parcentes. Hanc aſſertionem ſimul cum præcedenti probat vlteriùs Sapiens poſteriori parte illius capitis, nam manibus & verbis accerſiri mortem, & cum ea iniri ſponſiones, & fœdera ſempiterna, ne ab humano genere recedat in æternum; hæc inquam opus non fuiſſent, niſi mors longè abeſſet ab hominibus propter præceptum & protectionem Dei. *Mortẽ Deus effugauit.* Quapropter ſupponitur, Deum, quod ex ſe eſt, effugaſſe mortem: at verò homines toto conatu affectus & operis illam aduocaſſe, & cauiſſe, ne vnquam poſſet expelli, quantum erat ex parte hominum.

11. *Cauſa mortis nõ à Deo, ſed ab hominibus.* Tertiam aſſertionem ex præcedenti colligit Sapiens, videlicet, vnica ratio & cauſa, propter quam iuſta eſt mortis æternæ pœna, non à Deo, ſed ab hominibus datur. Hæc notatur poſtremis verbis: *quoniam digni ſunt, qui ſint ex parte illius.* Videlicet, quilibet transfuga à Chriſti parte deficiens ad partem mortis, illam aduocando, & cum illa ineundo fœdera, ſcipſum morte dignum conſtituit, & in eius parte relinquendum, quantum eſt ex ſuis meritis.

Eadem fere ſententia traditur Sapient. 2. *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ, fecit illum.* Etiam in eo quod eſſet inexterminabilis, ſi vellet, vt poterat, conſtans in Dei ſimilitudine permanere: *Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Deus autem non eſt author & cauſa illius mali, quod aduerſarius Dei, & hominum induxit propter inuidiam Dei & hominum. Quid enim magis poteſt eſſe alienum à mente & affectu Dei, quàm quod aptiſſimum eſt, vt ſummæ inuidiæ ſit effectus, eius aduerſario ſummopere placens. Vnde Athanaſius lib. de humanitate Verbi, pagin. 4. *Deus*, inquit, *hominem condidit ad immortalitatem, & ad imaginem æternitatis ſuæ, verùm inuidia diaboli factum eſt, vt mors orbem terrarum inuaſerit.* Idem repetit in libro de Incarnat. Chriſti prope finem. Cui conſequens eſt quod Eccleſiaſticus 25. cap. *A muliere*, ait, *initium factum eſt peccati, & propter illam omnes moriuntur.* 12. *Sapient. 2.* *Athanaſius.* *Eccleſiaſtici 25.*

Paulus autem Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit.* Cui nimirum Deus, quod ex ſe eſt, ianuam clauſerat, illius tamen claues tradens liberæ voluntati, quæ peccando ianuam aperuit. Rurſus 2. Corinth. 5. prope init. *Nolumus*, inquit, *expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus.* Paulus igitur, vt hominibus expleretur inſitus immortalitatis appetitus, Deũ, quantum ex ſe fuit, procuraſſe, probat inde, quoniam hominem eo fine, vt eſſet immortalis, condidit, & poſt lapſum eo fine nouos homines efficit, quos per gratiam Spiritus ſancti reparat, vt ad immortalitatem recuperandam aſpirent: de quo fuſè Chryſoſtomus in eum locum. 13. *Rom. 5.* *2. Corint. 5.*

Idem fundamentum ſecundò probatur ex iis Patribus, qui prædicta Sapientiæ verba ponderant. Sit primus Auguſtinus in præfat. ad Pſalm. 51. prope initium, vbi exponens illud: *Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam.* ponderat vehementiam affectus, quâ homines in mortem ruunt, illámque à Deo vel inuito extorquẽt: vt olim Iſraëlitarum populus Regem importunis precibus contra Dei propenſionem impetrauit, & ait: *Extorſit populus à Domino habere Regem, & datus eſt ei Saul: tanquam dati eſſent illi in manus ſuas, qui manibus, & verbis accerſierunt mortem, & figurata eſt in Saule ipſa mors.* 14. *Secundò probatur ex Patribus.* *1. Reg 8.* *Sap. 1.*

Idem lib. 4. de Trinitate cap. 12. poſt med. *Propterea*, inquit, *ſcriptum eſt: Deus mortem non fecit, quia cauſa mortis ipſe non fuit: ſed tamen per eius retributionem iuſtiſſima mors irrogata eſt peccatori, ſicut ſupplicium iudex irrogat reo; cauſa tamen ſupplicij non eſt iuſtitia iudicis, ſed meritum criminis. Quò ergo nos mediator mortis tranſmiſit, & ipſe non venit, id eſt, ad mortem carnis: ibi nobis Dominus Deus noſter medicinam emendationis inſeruit, quam ille non meruit, occulta, & nimis arcana ordinatione diuina, altaque iuſtitia.* Similia ſcribit S. Auguſtinus lib. 1. retractat. cap. 2. prope initium explicans, quod dixerat in libro 83. quæſtion. q. 21. & tract. 12. in Ioan. poſt medium. 15. *Auguſtinus.*

Rurſus in libro contra epiſtolam fundamenti à cap. 16.

Digitized by Google

ti à capite 3. vſque ad 41. fusè probat, corruptionem non eſſe ex Deo, ſed ex nihilo; & illius primariam cauſam eſſe ex libera corruptione voluntatis. Præſertim notanda ſunt illa verba in fine capitis 28. *Ita enim fecit corruptionem Deus, vt poſſit corruptioni eum dare, qui corrumpi meruit, id eſt, qui ſe ipſum cœperit peccando corrumpere.* Nota verbum *Cœperit*: niſi enim homo cœperit ſe peccando corrumpere, non poteſt Deus incipere. At inciperet Deus, ſi à ſe ipſo prædeterminaret nos ad ineuitabilem corruptionem, prædeterminando ad materialem actionem, cui inſeparabiliter malitia coniungitur. Hanc doctrinam confirmat Auguſtinus ſequenti cap. 31. dicens: *Voluntariæ corruptioni addi iudicio diuino pœnalem corruptionem, manifeſtiſſimè Paulus Apoſtolus atteſtatur, cum dicit: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos: quiſquis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Quod verbum metuentes multi Latini interpretes, noluerunt dicere corrumpet, ſed diſperdet illum Deus: & non deuiantes à re ipſa offenſionem vocabuli deuitarunt.*

1. Corinth. 3.

17. Et libro de vera religione cap. 11. ait: *Ex Deo non eſt mors. Non enim Deus mortem fecit, neque lætatur in perditione viuorum: quoniam ſumma eſſentia eſſe facit, omne quod eſt, vnde eſſentia dicitur. Mors autem non eſſe facit, quidquid moritur, in quantum moritur.* & ſequentibus capitibus 12. & 14. oſtendit, ea dumtaxat ratione iuſtam eſſe pœnam mortis temporalis & æternæ; quoniam nulla neceſſitate, ſed libera voluntate peccatum committitur. Quemadmodum cap. 14. *Si non voluntate, ait, ſed neceſſitate ſeruitur.* & infra: *Nam ſi neceſſitate id feciſſet, nullo peccati crimine teneretur.* Vbi Auguſtinus oſtendit, neceſſitatem eſſe contrariam libertati, quæ requiritur, vt culpa ſit imputabilis, vtque iuſta ſit illius punitio.

Ex Deo non eſt mors.

18. Fulgentius in hac ratione prouidentiæ, ſicut in cæteris, Auguſtinum imitatus lib. 1. ad Monim. cap. 5. & 6. ad eam explicandam ponderat ea, quæ retulimus ex Sap. 1. & 2. cap. aliáque Scripturæ teſtimonia. Similiter cap. 19. ſed præſertim cap. 27. poſt medium: *Mortem*, inquit, *morientis non fecit, qui tamen mortem mortuo iuſtè retribuit. Prima igitur mors animæ, quam ſibi homo intulit, ſecundæ mortis eſt cauſa: & ſecunda mors, quam Deus homini reddidit, primæ mortis eſt pœna, & quia iſtam ſibi homo iniuſtus iniuſtè intulit, illam à iuſto iudice iuſtè percepit: vt quia in iſta volens ſemen iniquitatis ſeminat peccator improuidus; in illa metat fructum punitionis inuitus. Qui enim ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem.* Pondera cauſalem propoſitionem, qua ratio notatur, per quam iuſta redditur damnatio mortis æternæ, nimirum, quia homo ipſe ſibi primam mortem iniuſtè intulit.

Gal. 6.

19. Proſper in lib. ſentent. ex Auguſtino ſentent. 303. ait: *Iuſtum Dei iudicium eſt, vt peccato ſuo quiſque pereat, cum peccatum Deus non faciat; ſicut mortem non fecit, & tamen quem morte dignum ſenſit, occidit.* Et in reſponſione ad quintam obiectionem Vincentianam: *Vt prorſus à Creatore ſit, quidquid pertinet ad naturam, & prorſus non ab illo ſit, quidquid eſt contra naturam. Peccatum autem contra naturam eſt, de quo mors, & omnia, quæ ſunt mortis, oriuntur.* Quibus malis tunc ſe hominem induiſſe, quando deliquit, cum poteſtatem haberet non delinquendi, docet toto ſequenti contextu. Conſonat etiam reſpondens ad obiectionem 16. Vincentianam, & ad obiectionem 4. ait;

Meritò creatura peccatrix pœnalem dominationem illius patitur, cui, relicto vero Domino, ſponte ſe vendidit. Hæc quippe ſeruitus non inſtitutio eſt Dei, ſed iudicium, &c.

Chryſoſtomus lib. 1. de prouidentia prope medium de arca Noë ſic loquitur: *Illa vero ante omnium oculos poſita, iugiter imminentium ſibi malorum illos admonebat: nec ſic tamen illi emendati ſunt, ſed in vitiis perſeuerauerunt, ſupplicia ſibi ipſis conſciſcentes, atque attrahentes. Deus enim diluuium ipſum neque cominari, neque inferre voluiſſet; ſicuti nec gehennam ipſam quidem. Verùm iſtorum omnium nos ipſi nobis cauſa ſumus, quod & ſapientiſſimus quidam viderat, cum diceret: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuentium. At Deus ipſe per Prophetam ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. At verò nos ipſi, niſi conuertamur, damnationem nobis ipſis vltro, mortémque congerimus, non is, qui nos perire noluerat, quique viam effugiendi nobis oſtenderat.* 20.

Sap. 1.

Idem Chryſoſtomus homil. 26. in Ioannem inter medium & finem ait: *Nam ſi non Deus nos, ſed noſmetipſos damnamus, nonne contra nos ſententiam ferimus? Nonne gehennam in nos prouocamus, dum qui pro nobis animam poſuit, cum ſamo pereuntem contemnimus?* 21.

Damaſcenus in dialogo contra Manichæos propinquiùs ad finem, quàm ad medium ait: *Non quod Deus ſupplicium fecerit, ſed quod nos pœnam nobis ipſis pararemus: quandoquidem nec Deus mortem fecit; ſed nos eam acerſiuimus. Quamquam enim ea corporis omnis compoſiti natura eſt, vt diſſoluatur aliquando, & intereat: tamen quamdiu Adamus cum Deo per contemplationem coniunctus erat, in ipſo vitam habebat, qua mortalis illius caro ſupra naturæ leges viuificaretur. Poſtquam verò ab ea coniunctione, quæ ei cum vita, hoc eſt, cum Deo erat, abſceſſit, ab ea quoque, quæ ſupra naturam erat, incorruptibilitate, ad eam quæ naturæ conſentanea eſt, compoſiti diſſolutionem, hoc eſt, ad mortem venit.* & rurſus ibidem: *Deus peccatum non vult, nec mortem peccatoris, nec viuentium exitio delectatur: verùm omnibus bona fundit.* & pagin. antepenultima: *Neque enim cur ſceleratus pœnas luat, iudex cauſa eſt, etiamſi volens ſententiam ferat: verùm is, qui facinus admiſit, pœnam ſibi acerſit: iudex autem, iuſtitia cauſa eſt.* Multáque alia in huius ſententiæ confirmationem vſque ad finem dialogi. 22.

Idem lib. 4. fidei cap. 20. poſt med. poſtquam dixerat, Deum eſſe cauſam eorum malorum, quæ ſecundùm quid mala ſunt, quoniam laborioſa ſunt & doloroſa; ſed abſolutè ſunt bona, ſubiungit, adhuc non Deum, ſed nos ipſos eſſe cauſam primam, propter quam hæc patimur, dicens: *Sciendum eſt, quod & nos horum cauſa ſumus: nam voluntariorum malorum inuoluntarij ſunt effectus.* 23.

Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus quæſtionibus in Scripturam quæſt. 16. verſus medium ait: *Nihil ergo ex his quæ aſpera, & grauia accidunt, iniuſtè in peccantes aduenit: ſed omnia iuſto Dei iudicio; & iniquitates nobis mala conciliant: in ſignum enim, inquit, iniuſtis adueniunt; à Domino enim ſunt iuſta omnia. Et, ſi noſtra, inquit, iniuſtitia, Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? Numquid iniuſtus Deus, qui iram infert? Secundùm hominem dico; Abſit. Eſt enim in noſtra poteſtate, & libero noſtro arbitrio ſalus noſtra, & interitus, vt ſcriptum eſt: Deus ab initio fecit hominem, & dimiſit* 24.

Tom. 1. Biblioth.

eum in manu conſilij ſui. Et: Ante hominem eſt vita
Sap. 1. *& mors,& quod ei viſum fuerit, dabitur ei. Quã b-rem Sapiens monet: Ne mortem æmulemini in errore vitæ veſtræ,neque attrahatis exitium in operibus manuum veſtrarum; quia Deus mortem non fecit, neque delectatur in perditione viuorum;oſtendens noſtram euerſionem ſponte à nobis eligi.* Ad eandem ſententiam pertinent omnia,quæ ſcribit tota illa q.16.& 17.ſequent.

25. Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus de prouidentia lib. 4. inter princip.& med. *Nos,* inquit, *nobis accuſandi ſumus. Nam cum ea,quibus torqueamur,*
Isai. 50. *admittimus, ipſi tormentorum noſtrorum ſumus authores. Quid ergo de pœnarum acerbitate quærimur;Vnuſquiſque noſtrûm ſe punit,& ideo propheticum hoc ad nos dicitur: Ecce omnes vos ignem accenditis,& vires præbuiſtis flammæ, ingredimini in lucem ignis veſtri, & flammæ, quam accendiſtis.* & lib.7.propius ad med.quàm ad finem: *Vnde agnoſcere poſſumus,cuncta quidem, quæ affliguntur, iudicio Dei percuti;ſed tamen vt ſæpè memoraui, propter peccata ſubuerti. Ac per hoc quidquid actum eſt, peccatis,nõ Deo adſcribendum, quia rectè illi rei factũ adſcribitur, qui,vt ita fieret,exegit. Nam & homicida, cum à iudice occiditur, ſuo ſcelere punitur: & latro, aut ſacrilegus cùm flammis exuritur, ſuis criminibus concrematur.*

SECTIO VIII.

Eidem fundamento atteſtantur alij Patres.

1. EOs tantum ad præſentem ſectionem diſtulimus,qui,licet non exponant primum nec ſecundum Sapientiæ caput, docent tamen non Deum, ſed liberum peccantis arbitrium eſſe primum principium, authorem, & cauſam cuiuſq; ſupplicij. Quod luminis ſimilitudine ſic explicuit Irenæus lib.4.aduerſus hæreſes cap.76.fine: *Quemadmodum in hoc temporali lumine, qui effugiunt illud,ipſos ſe tenebris mancipant;ita vt ipſi ſibi cauſa fiant, quod deſtituuntur lumine, & inhabitãt tenebras:& non lumen cauſa eſt eis huiuſmodi conuerſationis: ſic æternum Dei, qui effugiunt, lumen, quod continet in ſe omnia bona, ipſi ſibi cauſa ſunt, vt æternas habitent tenebras, deſtituti omnibus bonis, ſibimetipſis cauſa huius habitationis facti.* Loquitur autem de æterno igne Inferni ſub nomine tenebrarum: vt ex præcedenti atque ſequenti contextu conſtat. Idémque proſequitur in cap. 77.

Liberum arbitriũ cuiuſque ſupplicij primũ principium, & cauſa. Irenæus.

2. Baſilius homil.9. *Quod Deus non ſit author malorum.* non procul à principio ait: *Rurſus autem apud inferos, quæ ſunt mala, non Deum cauſam habent,ſed nos ipſos. Principium namque ac radix peccati in nobis eſt, & in noſtra poteſtate. Nam quibus, ſi à malo abſtinuiſſent, nihil omnino graue pati licebat: iidem ſi in peccatum per voluptatem ruant, quam rationem decentem adducere poterunt, ne ſibi ipſis cauſam pœnarum dediſſe dicantur?*

3. Nyſſenus lib. de vita Moſis propiùs ad med. quàm ad princip.ait: *Non decet hiſtoria literam ita ſequi, vt Deũ putemus cruciatus cauſam;ſed vnumquemque ſua electione ſibi dolores præparaſſe, ac feciſſe credere debemus:vt etiam Apoſtolus ad huiuſ-*
Rom. 2. *modi hominem dicit: Quod ſecundum duritiem tuã, quia cor tuum non pœnitet, iram tibi in die iræ, ac reuelationis, & iuſti iudicij Dei congregas, qui vnicuique tribuit iuxta ſuorum operum merita.* & poſt pauca: *Quare manifeſtum eſt, nihil harum pœnarum abſque noſtra electione, ac voluntate poſſe conſiſtere.*

Idem Nyſſenus in diſput. de Anima & reſur- 4.
rection. longè ante med. ait: *Lex diuina cùm omnibus bonis,quæ in Paradiſo erant,hominem abundè frui,& vti permiſiſſet;ab illo ſolo prohibebat,cuius quum malum cum bono contemperatum eſſet, commixta ex contrariis erat natura. Sed homo ſponte ſua propriáque voluntate, & arbitrio, relicta ſorte, quæ à malo integra erat,eam, quæ ex contrariis admixta erat, vitam adſciuit,& amplexus eſt.* & poſt pauca: *Vitam, quæ per carnem tranſigitur,breuiſſimo temporis ſpatio circunſcripſit: aliam verò vitam ad æternitatem vſque produxit, & poteſtatem dedit, vt in vtra quis vita velit, horum alterum habeat, bonum, inquam, & malum.* Multáque ſubdit ad eiuſdem ſententiæ confirmationem.

Ambroſius de Paradiſo cap. 7.prope initium: 5.
Niſi fallor, ait, *mortis cauſa inobedientia fuit. Et ideo homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa,non habens Deum ſuæ mortis authorem. Nec enim ſi medicus præſcripſerit ægrotanti,à quibus videatur cauendum,atque ille ab interdictis non putauerit abſtinendum,cauſa ei mortis eſt medicus; ſed vtique ipſe ſibi reus mortis eſt propria.* Et in eodem libro cap. 15. ante med. illa
verba 1. Reg. cap. 2. *Quicunque honorificauerit* 1 Reg. 2.
me,glorificabo eum: qui autem contemnunt me,erunt ignobiles. ita ponderat: *Non dixit;contemptores mei honore priuabo;ſed honore priuabuntur:non ſua operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurum eſſet, oſtendens.* Non ergo Deus author eſt pœnæ præmouens,& prædeterminans nos ad illam, priuſquam nobis illam nos ipſi acquiramus per culpam: ſicut paulò ſuperiùs dixerat idem Ambroſius: *Ergo doceant te verba diuina, quia Deus operatur gloriam,pœnam relinquit.*

Clemens Alexandrinus lib. 1. Pędagogi cap. 6.
8.ex profeſſo probat, quamlibet correptionem & pœnam à Deo infligi propter amorem noſtræ ſalutis, & quantum ex ſe eſt, optare potius non punire,hominem autem ſua libera electionę ſibi eſſe authorem ſupplicij. Præcipuè notanda ſunt illa verba poſt med. capitis: *Vnuſquiſque noſtrûm ſupplicium eligit,cùm ſponte peccat. Culpa eſt autem eius, qui eligit: in Deum autem culpa conferri nequit.* Eandem doctrinam eruditè & eleganter confirmat toto capite 9. proximè ſequenti, & libro 2. Stromatum à pagin.7.& libro 7. Stromat.pag.3.& alibi ſæpè.

Tertullianus in lib. de ſpectaculis c.1. in me- 7.
dio probat, totam mortis, & damnationis cauſam,& rationem,non ex Dei prouidentia, ſed ex libero arbitrio prouenire. Vnde in lib. 2.aduerſus Marcionem cap.8.ait: *Non in mortem inſtitutum hominem probat, qui nunc cupit in vitam reſtitutum; malens peccatoris pœnitoris pœnitentiam, quàm mortem. Igitur ſicut Deus homini vitæ ſtatum induxit: ita homo ſibi mortis ſtatum attraxit. Et hoc non per infirmitatem, ſicut neque per ignorantiam, ne quid auctori imputaretur.* Et capite 9. in fine, inde probat, Deum non eſſe mortis auctorem, quia comminatur illam quaſi ſupplicium: ſed potius hominem ſuæ mortis authorem eſſe, quia comminatam à Deo mortem peccando contemnit. Verba Tertulliani ſunt: *Si mors malum; neque mors comminatori ſuo, ſed contemptori faciet inuidiam, vt auctori.*

Contem

Contemnendo enim fecit, non vtique futuram, ſi non contempſiſſet.

8\. Iſidorus lib. 1. ſentent. cap. 9. poſt med. de rebus, quæ videntur eſſe nociuæ ſic loquitur: *Commoda ipſorum non intendens homo, accuſat in illis, quod ſibi potius debet imputare; cuius pro peccato iſta effecta ſunt noxia, quæ illi omni ex parte fuerunt ante peccatum ſubiecta. Noſtro vitio, non ſua natura nobis mala ſunt ea, quæ nobis nocent.* Idémque libro 1. Synonymorum colum. 5. 6. & 7. fusè tradit, omnes morbos, calamitates & pœnas eſſe natas ex cauſa peccatorum illius hominis, cui Deus eas infert ad correptionem & pœnitentiam.

9\. Poſſunt etiam pro eodem principio comprobando referri omnes Patres, qui ſupra diſp. 21. ſect. 2. tradunt, Deum contra ſuam innatam inclinationem noſtris culpis quaſi coactum inferre ſupplicia.

10\. *Deum non eſſe mortis ſupplicij cauſã, theologica probat ratio.*

His addere poſſumus Theologicam explicationem, & confirmationem, quoniam intentio puniendi reprobos, non fuit in Deo prior præcognitione peccati. Vnde Valentinum Concilium tertium celebratum anno 855. ſub Lothario Imperatore in cap. 3. *Fidenter*, inquit, *fatemur, in electione ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum: in damnatione autem perituorum, meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium.* Quod ſi Deus ante præcognitum futurum meritum malum, & independenter ab vſu libertatis, prædeterminaſſet actionem materialem, ex qua indiſſolubiliter ſequitur pœna, iam iudicium Dei præcederet, meritum verò malum ſubſequeretur poſt Dei iudicium.

Intentio puniendi reprobos poſterior præcognitione peccati.

11\. *Circa huiuſmodi dependentiam, & prioritatem diuerſæ ſententiæ.*

Sed quoniam inter Scholaſticos non conuenit, ſed ſunt diuerſæ ſententiæ circa huiuſmodi dependentiam & prioritatem, qua puniendi abſoluta voluntas præſupponat peccatum præuiſum, quaſi abſolutè futurum; idcirco ne præſens dogma longè certius ab illo minus certo dependeat, notandum eſt, etiamſi efficax intentio puniendi foret in Deo prior præuiſione peccati quaſi abſolutè futuri, nimirum, quia Deus ad permittendum præmoueretur eo fine, vt puniret homines (de quo non diſputo in præſenti) adhuc permaneret firmum, & conſtans fundamentum, quod in principio præcedentis ſectionis conſtitui, quantum ſatis eſt ad excludendam phyſicam prædeterminationem materialis actionis peccati, quoniam vt minimum intentio puniendi talem hominem in particulari, ſupponeret conditionalem ſcientiam, qua Deus certò cognoſcat, fore vt hic homo finaliter peccet, ſi cum tali permiſſione Dei, talibúſque circunſtantiis conſtituatur: idque fore non propter neceſſitatem antecedentem, quam diuina reprobatio, vel prædeterminatio intulerit, ſed propter liberam illius hominis electionem, qua mortem vitæ prætuliſſet, cum morti vitam præferre potuiſſet.

Intentio puniendi vt minimũ conditionalẽ ſcientiam ſupponit.

12\. *Eandem veritatem confirmant Philoſophi.*

Ipſi tandem Ethnici Philoſophi, aut Poëtæ, lumine naturæ confirmante, quod per antiquam traditionem acceperant à maioribus, vel ex Hebræorum libris didicerant, eandem veritatem confirmant. Nam cum Homerus, aliique Poëtæ fabularentur duo dolia, ex quibus Iupiter omnibus hominibus propinabat, quibuſdam meras afflictiones ex altero dolio; ex altero verò mixtas rebus proſperis. Hoc, tanquam Deo contumelioſum, refutat Plato in 2. Dialogo de Rep. ſine de Iuſto ad finem, concedens nihilominus, Deum punire ad vtilitatem eorum, qui pœna digni ſunt ob propriam culpam.

13\. Imo eandem fabulam recantat Homerus Odyſſ. 1. apud Euſebium in lib. 6. de Præparatione Euangelica cap. 7. prope init. dicens:

Vt caderent tribuit ſuã certè amentia cauſam.

Et rurſus.

Quam falsò accuſant ſuperos, ſtultique queruntur
Mortales. Etenim noſtrorum cauſa malorum
Nos ſumus, & ſua quemq; magis vecordia lædit.

Conſonant, quæ ex eodem Homero refert Feuardent. in lib. 4. Irenæi cap. 77. Plura de Platone diſp. 39. ſect. 7.

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrùm initium peccati probet, voluntatem à ſe ipſa, non à Deo determinari ad materialem illius actionem.

SECTIO I.

Pars affirmatiua rationibus, & ſacra Scriptura teſtimoniis comprobatur.

1\. DVo ſunt puncta præſentis diſputationis: alterum de initio materialis actionis, alterum de initio malitiæ, & formalis rationis peccati. Quantum ad ſecundum, non ſolùm impugnatores, ſed etiam aſſertores phyſicæ prædeterminationis expreſsè fatentur, non à Deo, ſed à libero arbitrio creato initium præberi peccato, & inchoari malitiam. Cæterum de primo controuerſia eſt, nam phyſicæ prædeterminationis authores expreſsè fatentur (quod eorum principia compellunt aſſerere) videlicet, actionem peccati à Deo inchoari, quatenus actio eſt.

Conuenientia, & differentia inter aſſertores, & impugnatores prædeterminationis.

2\. *Duplex modus inchoandi materialẽ actionem peccati.*

Pro cuius explicatione notandum eſt, dupliciter intelligi poſſe, materialem actionem peccati à Deo inchoari. Primò in quantum Deus inchoat quamlibet rationem actionis, quæ vt ſic abſtracta & præciſa, non includit poſitiuã & realem repugnãtiam contra rationem, diuinam legem, atque virtutem. Hoc modo inchoari à Deo quamlibet actionem, in quantum actio eſt, ſupponimus, tanquam certum, id quod oſtendimus ſupra diſp. 28. ſec. 5. ſub init. & alibi fuſiùs. Quapropter in materiali actione, qua dæmõ, vel homo Deum odio proſequitur, Deus inchoat cõmunem rationem volitionis imprimẽdo voluntati inclinationem ad bonum, & conueniens, & ſi qua ratio altera reperiri poteſt in prædicta volitione, quæ contra rationem & diuinam legem non pugnet, eam etiam Deus inchoat. Atque in hoc ſenſu S. Thomas 2. diſt. 27. q. 1. art. 2. & 1. 2. q. 79. art. 2. & alibi ſolet aſſerere, Deum eſſe cauſam actus peccati, in quantum actus eſt; ſicut oſtendimus diſp. 28. ſect. 3.

Primo modo inchoari à Deo quamlibet actionem ſupponimus.

Quo ſenſu S. Thomas aſſerat Deũ eſſe cauſam peccati.

3\. Sed tamen à Doctoribus, contra quos diſputamus, alio modo intelligitur, materialem actionem peccati à Deo inchoari, in quantum actio eſt. Exiſtimant enim, quamlibet rationem ſpecificam, & numericam actionis, in quantum realis actio eſt, à Deo inchoari; etiam quæ realiter & poſitiuè pugnat contra rationem, virtutem atq; diuinam legem. Quemadmodum

Quo ſenſu præmotores aſſerãt Deũ inchoare materialẽ actionem.

pugnat realis quidditas odij, quo dæmon decernit inferre Deo quantam contumeliam potoerit, & inducere homines ad fœdiſſima committẽda contra Deum & eius legem. Itaque volitio illa dæmonis realiter & poſitiuè, tanquam ſibi bonam amplectitur repugnantiam cum diuina lege atque virtute.

4. *Duo probanda.* Hoc igitur modo intelligendo initium, vnde materialis actio peccati inchoat, duo probanda erunt in hac & ſequentibus ſectionibus. Alterum eſt, non ſolùm formalem rationem malitiæ, ſed etiam materialem illius actionem in ſacra Scriptura & Patribus intelligi, quando dicont, illius initium non eſſe à Deo, ſed à voluntate creata. *Scriptura & Patres intendunt initium materialis actionis non eſſe à Deo.* Alterum eſt. Si Deus inchoaret materialẽ actionem peccati ſecundum ſpecificam rationẽ actionis, qua realiter pugnat contra rationem, virtutem, ac diuinam legem; eo ipſo inchoaret illius malitiam. Cuius ratio eſt, nam quicunque præbet, aut cauſat initium malitiæ, ille inchoat malitiam; ſed materialis actio ſub ea ratione, qua realiter pugnat cum diuina lege, ratione recta, & virtute, eſt initium malitiæ: Ergo cuicunque præbet, aut cauſat materialem actionem ſub ea ratione, qua realiter pugnat cũ diuina lege, ratione recta, & virtute, inchoat malitiam. Minor probatur, quia non per accidens, ſed omnino per ſe, ac neceſſariò prædicta contrarietate reali, ſequitur malitia. Ergo prædicta realis contrarietas per ſe, atque proximè ioitium eſt, foos, origo, & radix illius malitiæ.

5. Confirmatur, quia non ſolùm Semipelagiani, aſſerentes, ex viribus naturæ dari meritum, impetrationem, & diſpoſitionem ad gratiam, ſed etiam antiquiores quidam Scholaſtici, aſſerentes, facienti quod ex ſe eſt ex viribus naturæ, cõferri ſupernaturales vires, quibus acquirant proximiores diſpoſitiones ad iuſtificationem, meritò refutantur, tanquam præbentes initium prædeſtinationis, & iuſtificationis ex viribus naturę, vt tomo ſequenti monſtrabimus, & alibi probatum eſt. *Semipelagianorum ſententia.* Imo etiam Semipelag. non neceſſariò & inſeparabiliter, neque per ſe, ſiue propter ſe ipſa humanis operibus ſubiungebant gratiam, cum clare faterentur, non niſi propter diuinam miſericordiam ſupra dignitatem operum decretam eſſe coofecutionem gratiæ ex operibus humanis. Si igitur illa conſecutio, licet penderet à libera miſericordia Dei, & foret ex ſe planè diſſolubilis, atque ſuperaret exigentiam operũ; nihilominus ſatis erat, vt facientes humana opera cenſerentur præbere initium gratiæ: multò potiori iure conſecutio per ſe iuxta exigentiam operum, & prorſus indiſſolubilis, quam ne diuina quidem omnipotentia impedire poteſt, efficiet, vt cenſeatur, præbere ioitium peccati quicunque determinauerit voluntatem creatam ad materialem actionem odij Dei, etiam ſub ea ratione, qua realiter deſiderat, quodcunque malum contra legem diuinam & rectam rationem poſſit perpetrare in contumeliam Dei, & realiter dolet, quòd nõ poſſit deſtruere Deum. Idemque cenſendum erit de reliquis actionibus peccatorum.

6. Eſt etiam ratio ſpecialis refutandi ſententiam, quam io principio retulimus, quia ſiue ad ſui confirmationem, ſiue ad ſoluenda noſtra argumenta, Scripturæ ſacræ & Sanct. Patrum teſtimonia ita explicat, vt complectantur etiam materiales actiones peccatorum. Qualia ſunt illa teſtimonia, quæ tradunt, nos ex nobis non eſſe ſufficientes ad cogitandum aliquid, quaſi ex nobis, ſed ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe; Deum operari in nobis ſine nobis atque nobiſcum; trahi voluntatem à Deo; homines agi à Deo; Deum facere vt velimus & faciamus; Deum præuenire & excitare, atque alia eiuſmodi, quæ in ſequentibus ſectionibus erunt tractanda. In his igitur omnibus valdè notandum eſt, illorum vim eneruari, ne Concilia & Patres per illa contra Pelagium, & contra Semipelagianos probare poſſint neceſſitatem gratiæ ſupernaturalis, ac præcipuè gratiæ præuenientis. *Patrum teſtimonia eneruantur.* Si enim prædicta teſtimonia probant neceſſitatem phyſicæ prædeterminationis, qua excitentur creatæ voluntates, præueniantur, trahantur, & Deus operetur in illis, vt liberè velint odiſſe Deum, aut aliam materialem actionem peccati elicere; conſeqoens eſt, prædicta teſtimonia verificari poſſe, & totam illorum ſignificationem expleri per eum concurſum Dei, qui requiritur ad opera naturalia. Quapropter ex illis teſtimoniis non ſumetur efficax argumentum ad probandam neceſſitatem alterius concurſus, qui ſuperet vniuerſas vires naturæ.

Confirmatur, præoccupando ſolutionem, quam aliquis adhibere poſſet, dicens, prædicta teſtimonia Scripturæ & Sanct. Patrum probare, ſingulis quibuſque actionibus neceſſariam eſſe præuenientem Dei operationem, vniuſcuiuſque dignitati & ordini proportionatam: ideóque naturalibus naturalem operationem & concurſum, ſed ſupernaturalibus eſſe neceſſarium ſupernaturalem. 7. *Præoccupatur ſolutio.* Hæc autem ſolutio non ſatisfacit, quia ſaltem ex vi teſtimoniorum eorundem non conſtabit, quæ opera ſint ſupernaturalia, ideóque indigentia ſupernaturali concurſu, & operatione præueniente. At verò Patres & Concilia inde probant, omnes operationes, ad iuſtificationem vtiles, eſſe ſupernaturales, & indigere ſupernaturali concurſu & operatione Dei, quoniam de illis omnibus dicitur: Sine me nihil poteſtis facere; ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe; Deum operari in nobis ſine nobis, atque nobiſcum; trahi voluntatem à Deo; homines agi à Deo; Deum operari, vt velimus, & faciamus; præuenire; excitare; nihil nos habere, quod non accepetimus; totum eſſe Deo tribuendum. Quod ſi omnes iſtæ formulæ verificantur etiam de actionibus materialibus peccatorum; de illis etiam probabitur eſſe ſupernaturales, & indigere ſupernaturali concurſu, & actione prædeterminante.

Sed aliquis ex illis doctoribus tribuit D. Thomæ in 2. diſtinct. 37. quæſt. vnica artic. 1. ad 3. quod ex illo 2. Corinth. 3. *Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, &c.* probet, eſſe à Deo cogitationem de peccato committendo, in quantum actus eſt. 8. Cæterum neque in ea diſtinctione eſt voiea quæſtio, neque in quæſtione prima aliquid agitur de hoc, ſed tantùm in quæſtion. 2. artic. 2. S. Thomas docet id, quod certiſſimum eſt apud omnes, videlicet, actum peccati, io quantum actos eſt, eſſe à Deo, tanquam ab vniuerſali cauſa. Quod ſi alicubi Sanctus Thomas adducit prædictum teſtimonium 2. Corinth. 3. circa cogitationem aliquam naturalem, intelligendus erit per quandam accommodationem loqui, ne contradicat

Per accommodationem intelligendus S. Thomas.

tradicat Cōciliis, & Patribus, qui ex eo loco probant peculiarem indigentiam gratiæ ad cogitationes quaſlibet vtiles ad ſalutem; cætera namque reputantur pro nihilo.

9. Præcipuè verò S. Bernardus tam longè diſtat à prædicta ſententia, quæ exiſtimat actum peccati, in quantum actus eſt, non eſſe ex nobis, quaſi ex nobis, ſed illius ſufficientiam ex Deo eſſe; vt potius dicat, etiam communem rationem cuiuſcunque affectus ex ſe indifferentis ad bonum & malum, eſſe ex nobis, tanquam ex nobis. Quemadmodum in tractatu de gratia & libero arbitrio column. 5. fine: *Aliud*, inquit, *eſt timere ſimpliciter, aliud timere Deum: & aliud amare ſimpliciter, aliud eſt amare Deum: quippe timere & amare ſimpliciter quidem prolata, affectiones, cum additamento autem virtutes ſignificant: ita quoque aliud eſt velle, aliud velle bonum, ſimplices namque affectiones inſunt naturaliter nobis, tanquam ex nobis, additamenta ex gratia.*

S. Bernard.

10. Redeo ad primarium fundamentum præſentis diſputationis, & à Deo non inchoari materialem actionem peccati, probo ex ſacris literis 1. Ioan. 2. *Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non ex Patre, ſed ex mundo eſt.* Vbi non ſolùm de formali ratione malitiæ, ſed etiam de reali affectu, quo voluntas diligit creaturam ſupra Creatorem, Ioannes pronuntiat, non eſſe ex Deo, ſed ex mundo. Quod probo primò, quia concupiſcentia carnis, & oculorum eſt realis amor delitiarum, & diuitiarum ſupra Deum.

Deum non inchoare materialē actionem peccati probatur. 1. Ioan. 2.

11. Probatur ſecundò, quia illud præcipuè non eſt ex Deo, ſed ex mundo, quo maximè ineſcantur, & capiuntur homines à mundo; ſed non ineſcantur formali ratione peccati (hanc enim nemo propter ſe appetit) ſed ineſcantur & capiuntur reali appetitu delitiarum, diuitiarum, & eorum, quæ ad ſuperbiæ faſtum pertinent. Ergo illæ eædem dilectiones ſub prædicta reali tendentia, & appretiatione ſupra Deum, non ſunt ex Deo, ſed ex mundo. Conſonat Fulgentius libro primo ad Monimum capite 20 ſupradicto Ioannis teſtimonio vtens, & S. Thomas ibi commentario eiuſdem epiſtolæ, ſemper explicat affectus reales & poſitiuos circa obiecta ſenſibilia, & alia bona apparentia, id ſumens ex Gloſſa, quam citat.

Formalis peccati ratio per ſe non appetitur.

12. Secundò probatur Ioann. 5. vbi poſtquam Chriſtus Dominus de Patre & Filio dixerat: *Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.* Ne fortè quis timeret, peruerſum futurum eſſe iudicium, vtpote ab homine procedens, qui obnoxius eſt criminibus, eum timorem depellit, quia nihil à ſe ipſo faciat, dicens; *Non poſſum ego à me ipſo facere quidquam.* Vbi de ſe, in quantum homine, loquitur (quamuis num. 19. eiuſdem cap. ſimilia verba dixiſſet etiam de ſe ipſo in quantum Deus eſt; quam differentiam ex ipſo contextu deductam notant communiter Patres.) Nunc peto à Doctoribus contrariæ ſententiæ, vtrum homo à ſe ipſo faciat iudicium realiter contrarium iuſtitiæ, quantum ad eius realem entitatem & contrarietatem? Si enim affirmauerint; habemus intentum, videlicet, initium materialis actionis peccati non à Deo, ſed ab homine prouenire. Si verò iudicium realiter contrarium iuſtitiæ nullus homo poteſt à ſe ipſo facere: nullam auditoribus ſecuritatem rationis attuliſſet Chriſtus Dominus, dicens: *Non poſſum ego à me ipſo facere quidquam,* quoniam hoc potuiſſet verificari, etiam ſi à ſe ipſo faceret iudicium realiter contrarium iuſtitiæ, dummodò à ſe ipſo non faceret formalem malitiæ rationem. Atqui pernicies hominum cauſaretur ex ſolo iudicio realiter contrario iuſtitiæ, quantumcunque præſcindatur eius malitia, velut ſi reali iudicio Chriſtus Dominus innoxium hominem, & ſanctum damnaret æterno ſupplicio.

Ioan. 5.

Tertiò probatur Ioan. 7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit.* Vbi reales actiones ſunt loqui, & propriam gloriam quærere. 13.

Ioannis 7.

Quartò probatur Iacob. 3. *Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris; nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem: non eſt enim iſta ſapientia de ſurſum deſcendens.* Zelus autem & contentiones non præciſa malitia, ſed materiales actiones ſunt, præſertim ſub ea ratione, qua induunt rationem ſapientiæ terrenæ, animalis & diabolicæ: vt loquitur ſtatim Iacobus, nam vt ſic continent realem calliditatem, & aſtutiam omnia conuertendi ad propriam vtilitatem & excellentiam. Hæc autem omnia non deſcendunt de ſurſum: ergo non ducunt originem ex Deo, ſed ex libero arbitrio creato.

Iacob. 3.

SECTIO II.

Idem confirmatur ex Patribus.

AVguſtinus lib. 12. de Ciuitate cap. 6 propè initium. *Huius*, inquit, *malæ voluntatis cauſa efficiens ſi quæratur, nihil inuenitur. Quid eſt enim quod facit malam voluntatem, cum ipſa faciat opus malum? Ac per hoc mala voluntas efficiens eſt operis mali: malæ autem voluntatis efficiens eſt nihil.* Perpende opus & voluntatem eſſe materialem actionem, cui conuenit eſſe malam, & huius materialis actionis non eſſe aliud principium efficiens, quod ad illam determinet, & faciat, vt illa exiſtat in rerum natura, niſi liberam potentiam voluntatis. Quam eandem doctrinam confirmat toto cap. 6. 7. & 8. vnde cap. 9. initio ait: *Malæ voluntatis efficiens, naturalis, vel, ſi dici poteſt, eſſentialis nulla eſt cauſa, ab ipſa quippe incipit ſpirituum mutabilium malum.* 1.

Idem lib. 11. ſuper Geneſ. capite 9. ait: *Sic eos fecit, vt eis relinqueret, vnde & ipſi aliquid facerent, quo quidquid etiam culpabiliter eligerent, illum de ſe laudabiliter operantem inuenirent, à ſe quippe habent voluntatem malam.* Perpende in poſtremis verbis planè contineri realitatem volitionis, quæ non ſit à Deo, ſed à libera voluntate. Similia docet in lib. 2. de Nuptiis & concupiſcentia cap. 28. & in lib. de duabus animabus cap. 10. 11. & 12. & in Pſalm. 68. enarrat. 1. col. 3. ad illa verba: *Non eſt ſubſtantia.* Inſuper tott tres libri de libero arbitrio deſtinantur ad probandum, *malum non aliunde exortum eſſe, niſi ex libero voluntatis arbitrio.* Quod etiam confirmat 1. Retract. cap. 9. initio. Sicut etiam in eodem cap. circa med. confirmat, quod in lib. 3. de libero arbitrio c. 17. ad finem apertiſſimè demonſtrat, *primam cauſam peccandi eſſe voluntatem.* 2.

3. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 26. in medio ait: *Cauſam iniquitatis ſuæ ex propria homo habuit voluntate.* Et de incarnat. & grat. Ieſu Chriſti cap. 20. poſt medium, vt probet, initium voluntatis eſſe à Deo ait: *Non eſt enim in homine via eius, quam habet ex Deo, nec viri eſt, vt corrigat viam ſuam, quam habet ex ſeipſo.*

4. Proſper ad obiectiones Vincent. obiectione 5. *Deum,* inquit, *iuſtum, bonum, ſic humanæ ſubſtantiæ, exteriorúmque ſenſuum nouimus creatorem, vt prorſus ab illo ſit, quidquid pertinet ad naturam, & prorſus non ab illo ſit, quidquid contra naturam eſt, de quo mors & omnia quæ ſunt mortis oriuntur.* Quod ſi Deus prædeterminat ad materialem actionem odij Dei, à Deo eſt aliquid realiter & poſitiuè contrarium naturæ, de quo mors, & omnia, quæ ſunt mortis, oriuntur.

5. Confirmatur, nam Proſperum ibi non agere de ſola formali ratione malitiæ, ſed etiam de materiali volitione, ſatis indicat obiectio, cui reſpondet, quæ fuerat huiuſmodi. *Quod peccatorum noſtrorum author ſit Deus, eo quod malam faciat voluntatem hominum, plaſmet ſubſtantiam, quæ naturali motu non poſſit, niſi peccare.* Nam voluntas mala & naturalis motus actionem etiam materialem includunt. Inſuper ſi naturaliter Dei prædeterminatio requiritur ad operandum, & illa eſt naturalis motio voluntatis, rursúſque illa poſita, homo non poteſt non peccare; conſequens eſt, vt hominis ſubſtantia, naturali motu incitata, non poſſit non peccare. His conſequentia ſcribit ad cap. Gallorum ſent. 6. 11. & 14. & in duobus libris de vocatione Gentium.

6. Ambroſius libro ſecundo de Caïn & Abel cap. 7. *Culpa,* inquit, *ipſius ad te conuerſio eſt, non enim frater ei adſcitur, ſed error adſcribitur, cuius ipſe ſibi author eſt: In te,* inquit, *reuertetur crimen, quod à te cœpit. Non habes in quo neceſſitatem magis, quàm mentem tuam arguas.* & infrà: *Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis.* Nota, *author, cœpit, Princeps, Dux,* quæ omnia denotant initium mali operis à libero arbitrio eſſe. Idem repetit in lib. 1. Exæmeron cap. 8. poſt med. *Intus,* ait, *author erroris, intus clauſus in nobiſmetipſis.* & infra: *Tu ipſe tibi cauſa es improbitatis, tu ipſe dux flagitiorum tuorum, atque incentor criminum. Vtinam te ipſe non impelleres, vtinam non præcipitares, vtinam non inuolueres ſtudiis immoderatioribus, aut indignatione, aut cupiditatibus.* Qui autem ſe ipſum impellit & præcipitat, idem ſe ipſum determinat ad ruinam, non prius ab alia cauſa determinatus: alioqui ab illa cauſa determinante, & non à ſeipſo impelleretur, & præcipitaretur.

7. Chryſoſtomus ad Hebræos 8. homil. 14. ante medium. *Intuere,* inquit, *à nobis primum incipere mala: Ipſi,* inquit, *primi non manſerunt. Ex nobis eſt negligentia, bona verò à Deo.*

8. Epiphanius hæreſi 24. poſt medium. *Dominus vbi omnia fecit, dicit: Ecce omnia valdè bona: oſtendens quod malum non haberet fundamentum, neque ab initio extitit, priuſquam ab homine initium ſumeret, per nos enim fit, & per nos non fit, pro eo, quod omnis homo poſſit non facere malum, & poſſit facere malum, cùm quidem fecerit, eſt malum: cùm verò non fecerit, non eſt malum.* Et in hæreſi 42. ſub titulo *Ex epiſtola ad Galatas,* confut. 6. probat, initium peccati non à carne, ſed à libera voluntate prodiiſſe.

9. Damaſcenus 4. fidei cap. 21. de vnico bono principio contra Manichæos tractans: *Impoſſibile,* inquit, *ex bono malum habere ortum.* Nemeſius *Nemeſius.* de natura hominis capite 32. ea quæ per iram, vel cupiditatem fiunt, ſponte fieri, probat, quia *eorum principium in ipſis eſt. In ipſis enim erat, vt non facilè perturbationibus ſuccumberent.*

10. Euſebius de præparatione Euangelica, libro 6. cap. 5. poſt medium ait: *Hinc etiam vnde malorum ſcaturiat fons, aperitur, quia nullum locum habet in his, quæ ſecundum naturam aut corpore, aut animo fuerint, ſed neque in his, quæ forinſecus accidunt. Solummodò autem in libero animi motu, quando non ſecundùm naturam, neque rectè mouetur, ſed à regia exiens via ſponte (dominus enim ſibi animus eſt) præter naturam fertur.* Quamobrem ex actuali abuſu dominij ſcaturire fontem malorum, non ſolùm his verbis notat Euſebius, ſed etiam inferiùs perſequitur, explicans indifferentiam à Deo conceſſam, nulla neceſſitate ad peccandum impellente, ſed potiùs ad bonum, per ſynderesim prouocante.

11. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. circa med. pag. 65. ait: *Quoniam libera electio & appetitio peccata primum inchoat, iure infliguntur ſupplicia.* Et libro primo pædagogi, capite 8. poſt medium explicans illud Deuteronom. 32. *Auertam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum,* ait: *Vbi faciem auertit, ingreditur vitium: non vult ergo mala intueri: bonum enim eſt: ſed cùm ipſe oculos auertit ſua ſponte propter humanam infidelitatem, ortum habet vitium.* Non igitur à Deo ortum habet, ſed à noſtra ſpontanea libertate, Deo faciem auertente, vt permittat.

12. Theophylact. Ioan. 6. illa verba: *Nónne vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?* *Ioan. 6.* ita explanat: *Quamuis eſſet ex ſancto illo choro; attamen mala ſua voluntate indignus inuentus eſt.* & poſt pauca: *Igitur à voluntate, mala & naſcuntur & creſcunt.* Et Leo ſermone 7. de paſſione, *Leo.* cap. 2. *Ipſe Iudas,* ait, *ſibi fuit materia ruinæ & cauſa perfidiæ, ſequens diabolum ducem, & nolens Chriſtum habere rectorem.* & ſermone 16. de Paſſione cap. 3. initio, de æterno moriendi decreto ſic loquitur: *Non inde proceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi.*

13. Lactantius lib. vnico de ira Dei, poſtquam cap. 14. in fine docuit, Deum velle, omnes homines eſſe iuſtos, cultores Dei, & fratrum amatores, in principio capitis 15. ita quæſtionem proponit: *Hic fortaſſe quæras aliquis, vnde ad hominem peccata peruenerint, aut quæ prauitas diuini inſtituti regulam ad peiora detorſit; vt cum ſit ad iuſtitiam genitus, opera tamen efficiat iniuſta?* Et reſpondet, ex libero arbitrio perueniſſe, cui Deus malum & bonum proponens liberam eligendi optionem conceſſerat: quod clariùs ſcripſit libro quarto diuinarum inſtit. cap. 24. & 25.

14. Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem prope initium ait: *Si quæris, vnde veniat iſta voluntas, quâ quid volumus contra Dei voluntatem? Vt dicam, ex nobis ipſis.* Rurſus in libro de Trinit. non procul à principio ait: *Quæ à bono inſtitutore inſtituta ſunt, aliud, quàm bona, eſſe non poſſunt, ex quo omne malum faceſſat à Deo: neque enim poteſt fieri, vt ſit initiator aut artifex vllius mali operis, qui nomen ſibi perfecti vendicat, & parentis, & iudicis: maximè cùm omnis mali operis & vindex ſit, & iudex.* Obſerua. Deus non eſt

initia

initiator, inſtitutor,& artifex nperis mali. Eſſet autem, ſi præmoueret ac prædeterminaret ad materialem entitatem operis. Nam qui præmouet, ille præbet initium, & qui determinat, ille inſtituit, & ordinat artificium.

15. Origenes libro quarto contra Celſum poſt med. neque Deum eſſe authorem malorum, neque rerum corruptibilium materiam eſſe cauſam illorum, probat. *Nam ſua cuique ratio cauſa eſt exiſtentis in ipſo malitiæ, quæ quidem malum eſt, malæ quoque actiones, quæ ex ea proueniunt.* Quod ſi actiones, quæ proueniunt ex ratione, ſunt cauſa malitiæ: qui prædeterminauerit ad illas, idem præbebit initium & cauſam malitiæ.

16. Similiter etiam peccati originem duci non ex Deo, ſed ex noſtra libera voluntate, docet Ephrem Syrus in conſilio de vita ſpirituali ad Monachum nouitium, cap. 93. Marcus Eremita lib. de Baptiſmo, reſpondens ad interrogationem tertiam, & Olympiodorus tomo 1. Bibliothecæ in expoſitione Eccleſiaſtes cap. 2. col. 2. dicens: *Notandum quoque quod qui ſtudent circa ea, quæ vana ſunt, & ſe ſe voluptatibus tradunt, excuſare non poſſunt carentis ratione fortunæ motum, neque fati neceſſitatem: humanæ ſiquidem actiones proficiſcuntur ab electione, & ab inſita nobis libera poteſtate.* *Olympiodor.*

17. Nicetas in orationem 40. Naxianxeni in penultimo comment. verſus medium ait: *Alia in arbitrio noſtro poſita ſunt, vt iram ac cupiditatem, libidinémque comprimere, vel iiſdem ſuccumbere. Quarum igitur rerum arbitrium penes te eſt, harum cauſas exterius ne conquiras: verum hoc pro certo habeas, id quod propriè malum eſt, à libera, & voluntaria à bono auerſione originem ducere.*

18. Idem dogma Prudentius in Hamartigenia contra Marcionitas paulò poſt medium ſic cecinit,

Sed quid ego omne malum, mundíque, hominúmque malignus,
Hoſtis ad inuidiam detorqueo? cùm mala noſtra
Ex noſtris concreta animis genus, & caput, & vim
Quid ſint, quid valeant, ſumant de corde parente?

19. Bernardus tractatu de gratia & libero arbitrio columna 5. fine de libero arbitrio ſic loquitur: *Ipſum, vt eſſet, creans gratia fecit, vt proficiat, ſaluans gratia facit, vt deficiat, ipſum ſe deiicit.* Atque hoc intelligere quantum ad realem entitatem volitionis declarant verba, quæ continuò ſubiicit: *Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia beneuolos. Ex ipſo nobis eſt velle, ex ipſa bonum velle.* Vide quæ retulimus ſectione 5. num. 9.

20. Denique opera mala prouenire ex voluntate noſtra, tanquam ex principio & cauſa propria, & immediata, docent omnes Scholaſtici cum Magiſtro in 2. diſt. 34. cap. 1. & 2. & diſt. 35. & diſt. 37. cap. penultimo, & cum S. Thoma 1.2. q. 75. art. 2.

21. Ex his omnibus, aliiſque Patribus paſſim affirmantibus, opera mala ex nobis eſſe, noſtráque voluntate, colligitur efficaciter, nullam antecedentem neceſſitatem ad eiuſmodi opera determinare: alioqui prædicta opera non ex nobis, ſed ex neceſſitate forent. Nam vt non minus acutè, quàm ſolidè S. Thomas obſeruauit 3. Ethicor. lect. 11. prope initium ſumpto fundamento ex verbis Ariſtotelis: *Si non operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos non operari; ergo neceſſe eſſet nos operari, & ſic operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate.* Idem poſt pauca de contradictorio notat: *Si enim operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos operari: ergo neceſſe eſſet nos non operari: & ſic non operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate.* *S. Thomas.*

SECTIO III.

Prauarum actionum ſemina, non per Deum, ſed per dæmonem, & liberum hominis arbitrium poſita, eandem veritatem confirmant.

PRædeſtinationis & iuſtificationis initium à Deo præbetur per ſupernaturale ſemen: de quo 1. Petr. 5. *Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui.* & 1. Ioann. 3. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet.* De cuius ſeminis neceſſitate per analogiam ad herbas & arbores, eleganter diſſerit Anſelmus lib. de concordia prædeſt. & grat. cum libero arbitr. capite 3. inter principium & medium. Quapropter, ſeruata proportione debita, illud principium præbebit prauæ actionis initium, quod poſuerit illius ſemina. Etenim ſemen eſt generationis principium, ſicut in viuentibus ſubſtantiis, ita etiam in actionibus vitalibus. 1. *1. Petr. 5.* *1. Ioan. 3.* *Semen generationis principium.*

Probo igitur primò prauarum actionum ſemina non à Deo, ſed à dæmone, atque arbitrio noſtro præberi. Matth. 13. *Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.* Quam ſententiam ita ponderat Epiphanius hæreſi 66. inter medium & finem: *Per doctrinam ſeminauit Deus bonum in hominibus, & per malignam fraudem ſubſeminat mala opera diabolus in hominibus. Hinc, atque hinc non reperiemus malitiæ radicem, ſed opera, quæ per nos fiunt. Et omnino non eſt diabolus cauſa & author ſeminatorum zizaniorum. Statim enim declarat, dicens: Dum dormirent homines, & non dixit, dum dormiret Paterfamilias. Cum enim nos obdormiremus à bonis operibus, cum neglexerimus iuſtitiam, tunc ſeminamus peccata.* Vnde conſtat, quantum eſt ex parte Dei, boni operis initia præberi; at verò mali operis initium non à Deo præberi, ſed à nobis primariò & principaliter; ſecundariò tamen, vt ab inſtigatore à dæmone. In eandem ſententiam ſcribit hæreſi 36. prope finem. Similiter Irenæus, eandem parabolam explicans libro quarto aduerſus hæreſes cap. 78. de Angelo apoſtata ſic loquitur: *A ſemetipſo zizaniam abſconsè ſeminauit, id eſt, tranſgreſſionem, quam ipſe intulit.* 2. *Prauarum actionum ſemina à ſolo dæmone, & arbitrio noſtro.* *Matth. 13.* *Epiphanius.* *Irenæus.*

3. Naxianxenus oratione oona de ſuis ſermonibus ad Iulianum, &c. columna penultima: *Peruerſus ille Spiritus, dormientibus nobis Zizania superſeminauit, vt mali principium ex boni incuria naſceretur.* Hieronymus autem libro ſecundo contra Iouinianum non longè à principio, videlicet col. 4. vel circiter relatus de pœnitentia diſt. 2. capite, *Si enim*, quod eſt 40. §. *Liberi arbitrij*, ait: *Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem:) ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio diaboli.* Eandem Hieronymi ſententiam ſequitur *Hieronym.*

tur Beda Iacobi 1. in id : *Vnuſquiſqae verò tentatur à concapiſcentia abſtractus & illectus.* Sicut etiam hypognoſticon lib. 3. columna 3. numeratis pluribus volitionibus peceatorum , *vt velle idolam celere, velle blaſphemare* , aliiſque ſimilibus ſubdit : *Non ſant à Deo.* & turſus : *Iſta ſunt zizania animæ , caraiſque , quæ inimicus homo , id eſt , diabolus , dormitaate Adam, in liberum ſeminauit arbitrium.* Idem colligitur ex Petro Chryſologo in duobus ſermonibus de patabola zizaniorum , videlicet, 96. & 97. & ſermone vndecimo de ieiunio , & tentationibus Chriſti, ſub initium. *Beda.*

4. Tribus aliis Scripturæ teſtimoniis ſecundò confirmat Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 2. prope initium , de peccaro dicens : *Malum liberi arbitrij, germénque voluntarium. Nam quod voluntariè peceemus , dicit quodam in loco apertè Propheta : Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram : quomodo conuerſa es in amaritudinem vti vinea aliena ? Plantatio quidem boaa: ſed fructus ex volantate malas : atque ideò plantator quidem in culpa non eſt , vinea autem comburetar , quoniam in bonum plantata eſt , & in malum fructificauit. Fecerat enim hominem rectum , vt inquit Ecclesiaſtes ; ſed ipſe quæſiuit quæſtiones multas. Et Apoſtolus dicit : Ipſius enim factura ſumus , creati in bonis operibus , quæ præparauit Deus , vt ambulemus in illis. Creator itaque cum ſit bonus , bonos creauit ; creatura verò volnatate propria , in amaritudinem conuerſa eſt.* *Cyrillus. Hierem. 2. Eccleſiaſt 7. Ephes. 2.*

5. Quod attinet ad prætacta Hieremiæ verba iu vulgata lectione clariùs oſtenditur fundamentum in hunc modum argumentandi. Noo poſſet Deus gloriari , quod in ſua Eccleſia olim in lege , & modò in Euangelio plantauerit omne ſemeo verum ; nec poſſet quaſi admiratus conqueti , quod adulterina ſemina, & fructus amaros repetiat : ſi ipſe in quocumque homine peccante plantat totam entitatem realem actionis , cui malitia per ſe ac neceſſariò cohæret , & ita plantar vt non ſit in hominis poreſtate impedire , ne Deus in eo plantet hoc ſemen , quod independenter à præuiſo libertatis vſu plantare decreuit. Cooſequens autem falſum eſſe conſtar Hierem. 2. *Ego autem plaatatu te viaeam electam , omne ſemen verum: quomodo conuerſa es mihi in prauum , viaea aliena ?* Vnde conſtat, ex libero , atque ptoprio vitio vineæ , non verò ex parte diuini ſeminis contigiſſe : vt Hieronymus ibi ait : *Plantatio Domini & ſemen veram , & viaea ſorek in taation ſuo vitio commutatur , vt per amaritudinem recedat à Domino , & fiat vitis alicaa.* Et Fulgentius libro primo ad Monim. capite 23. ſic eundem locum explicat : *Alienam à ſe vitem dicit non vitio diuinæ conditionis , ſed auerſione propriæ volaatatis , quæ iuſtè culpatur pro eo quod amaritudinem pretalit , quam in ea Deus aon fecit.* Et confirmat, quia cùm Dominus ſuauis ſit. Pſalm. 118. & iudicia eius dulciſſima ſint. Pſalm. 18. non poteſt ad amaritudinem contumaciæ hominem prædeſtinare. *Diſcurſus. Hierem. 2. Hieronym. Fulgentius.*

6. Confirmatur , nam Chriſtus D. Matthæi 15. in eadem plantandi metaphora inſiſteos: *Omnis* , inquit , *plantatio , quam non plantauit Pater meus cæleſtis , eradicabitur.* Vbi Hilarius: *Dicens* , inquit ; *omnem plantationem , quæ non à Patre ſit , docet , traditionem hominum eradicandam , cuius fauore legis præcepta tranſgreſſi ſunt.* Et Remigius : *Omnis etiam falſa doctrina, & ſuperſtitioſa obſeruatio cum ſuis authoribus permanere non poteſt , & quia à Deo Patre non eſt, cum eiſdem eradicabitur. Illa ergo ſola permanebit , quæ à Deo Patre eſt.* Porrò non præciſam malitiam , ſed materiales etiam actiones continent hominum traditio, falſa doctrina , & ſuperſtitioſa obſeruatio lauandi manus ante prandium , neglecta cordis munditie. Vnde verò originem ducant prædictæ materiales actiones cum ſua malitia, paulò inferiùs docuit Chriſtus Dominus , dicens : *Quæ autem procedunt de ore , de corde exeunt , & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ , homicidia, adulteria , fornicationes , furta , falſa teſtimonia , blaſphemia. Hæc ſunt , quæ coinquinant hominem.* Quæ verba de actiooibus , vt ſonant , intelliguntur à Chryſoſtomo , Hieronymo , Theophylacto , D. Thoma , aliiſque expoſitoribus ibi. Exponunt autem cogitationes & actiones huiuſmodi , intrinſecus ex mente naſci , & in mente manere, proptereáque coinquinare. *Matth. 15. In catena. Remigius. Falſa doctrina, & ſuperſtitioſa obſeruatio materiales actiones continet. Matth. 15.*

Tertiò probat Fulgentius in eodem libro primo ad Monim. capite 27. dicens : *Qui ſeminat in Spiritu , & de Spiritu metet vitam æternam : à Deo habet donum meſſis & ſeminis. Qui enim dat ſemea ſeminanti , & panem ad manducandum præſtabit , & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Qui verò ſeminat in carne , & de carne metet corruptionem : ideò non lætabitur in meſſe , quia non Deum , ſed ſeipſum habuit authorem in ſemine.* Quod ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminatet hominis voluntatem ad materialem entitatem actionis , à qua neque per diuinam potentiam ſeparari poteſt malitia ; iam Deus, qui ſeminat in ſpiritu , vt metat vitam æternam, ipſe etiam ſeminat in carne illud ſemen , ex quo miſer homo demetat corruptionem : quem fructum patietur iniuſtè , quia non ſe ipſum, ſed Deum habuit authorem in prædicto ſemine. 7. *Galat. 6. 2. Corinth 9. Deus ſeminaret in carne.*

Probatur quartò , quia ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminat ad materialem entitatem concupiſcentiæ , & conſenſus ; iam ab illo noſtra concupiſcentia concipit fœtum peccati , & non à dæmone , neque à ſe ipſa ; ac proinde à Deo prouenit primum ſemen mortis. Contrarium verò Iacobus docet primo capite. *Vnuſquiſqae verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Concupiſcentia , cùm conceperit , parit peccatum : peccatum verò , cùm conſummatum fuerit , generat mortem.* Cui conſequenter Damaſcenus 4. de fide cap. 21. propé finem inquit : *Quando aliqua creaturarum voluntariè rebellauerit , & inobediens facta fuerit ei, qui creauit illam , in ſeipſa parit malitiam.* 8. *Concupiſcentia noſtra à Deo conciperet fœtum peccati. Iacobi 1. Damaſcen.*

Sic etiam Fulgentius libro primo ad Monim. cap. 27. *Peccatum* , ait , *homo non ex prædeſtinatione diuina , ſed ex voluntate ſua , malè concupiſcendo , cœpit , & malè operando perfecit. Concupiſcentia enim , concipiens peperit peccatum: peccatum verò conſummatum generat mortem.* S. Thomas Iacobi 1. *Concupiſcentia* , inquit , *parit peccatum per conſenſum operis , aut moroſæ delectationis , quod eſt occulta formatio maligni fœtus. Conceptio verò huius eſt ex diabolo , tanquam ex Patre agente , & ſemen immittente : ex concupiſcen* 9. *S. Thomas.*

cupiſcentia, tanquam ex matre conſentiente.

10\. Quintam probationem præcedenti cognatam miniſtrat illud Pſalm. 7. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Vbi Baſilius: *Confuſaneus*, inquit, *videtur eſſe dictionum contextus. Quoniam grauidæ primùm quidem concipiunt, deinde parturiunt, poſtremò pariunt. Hic parturigo primum ſortitur locum, deinde conceptio, demum partus. Cæterùm ordo hic ſignificantiſſimè explicat cordis conceptionem. Incontinentiam enim appetitiones nullo coercitæ fræno rationis, & inſana prorſus concupiſcentia hominem veluti œſtro quopiam extimulantes, dictæ parturigines quædam ſunt, quod acrimoniam vehementiſſimi doloris in anima parere ſoleant. Secundum hunc ad malum prægeſtientem impetum quiſquis non euadis ſuperior malignis, & ad malum perſuadentibus conſiliis, is iam concepit dolorem. Idem vbi fuerit in corde conceptam malitiam in flammam erumpere per improbas & flagitioſas actiones, tunc demum peperit iniquitatem. Videtur enim hæc dicere quodammodò erubeſcens pater iniqui filij appellari: Non meus, inquit, filius hic, ſed eius eſt patris, cui ſe per peccatum iure adoptionis contradidit, eóque ſecundùm Ioannem: Qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt.*

Pſalm. 7. *Baſilius.* *1. Ioan. 3.*

11\. Perpende primò incontinentium appetitiones eſſe reales actiones; eaſdémque parere dolorem, quo anima ſtimulatur, & impellitur ad peccandum. Secundò propterea non ex Deo, ſed ex diabolo ducere originem, qui peccatum facit. Tertiò egregiam illam œſtri ſimilitudinem imitatus Pantaleo Diaconus in enarratione miraculorum Archangeli Michaëlis §. 5. *Non diabolus*, inquit, *ab initio productus & factus; ſed bonus ex bono, & pulcher ex pulchro, & qui ſolus bona facit, opifice vniuerſorum. Poſtremò autem præter legem naturæ, decretúmque & rationem diuinæ iuſtitiæ, imperij cupiditatis œſtro percitus, rebellauit aduerſus Creatorem, &c.* Apud Surium die 29. Septembris, ex Metaphraſte die 8. Nouembris. Tandem Ambroſius lib. 1. Exæmeron capite 8. circa medium ait: *Malitia ex nobis orta, non à Creatore Deo condita, morum leuitate generatur.*

Pantaleo. *Ambroſius.*

12\. Sextam probationem accipere poſſumus ex plurimis teſtimoniis Scripturæ, quibus peccatores, in quantum tales, dicuntur non eſſe filij Dei, ſed filij diaboli. Quemadmodum Ioannis 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* & 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.* & poſt pauca: *In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli.* Qui propterea in Euangelio genimina viperarum, & generatio praua & adultera nominantur, & Ezechielis 16. *Pater*, inquit, *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Vnde & frequenter appellantur filij lucis, & filij tenebrarum. Quemadmodum Epheſior. quinto: *Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate, probantes quid ſit beneplacitum Deo.* Lucis ergo fructus in Domino, id eſt, per eius virtutem, & cauſalitatem productus, non eſt actus realiter & poſitiuè contrarius bonitati, iuſtitiæ, veritati, & beneplacito Dei.

Ioan. 8. *1. Ioannis 3.* *Ezechiel. 16.* *Epheſ. 5.*

13\. *Dæmonis filiatio Deo non adſcribenda.*

In his & ſimilibus aliis teſtimoniis, quamuis communiter Patres exponant, dæmonis filiationem contrahi non per naturam, ſed per imitationem culpæ, nihilominus ſolerter obſeruant, rationem propter quam hæc filiatio non ſit aſcribenda Deo, ſed dæmoni & humanæ voluntati, nimirum, quoniam illum affectum, per quem homo diaboli filius conſtituitur, non inſeruit, neque cauſauit, vt exiſteret; ſed homini contulit liberam vtriuſque filiationis adquirendæ poteſtatem: ſiue Dei per gratiam, ſiue diaboli per culpam. Vnde Proſper ad 6. obiectionem Vincentianam ait: *Sicut præuaricatoribus Angelis non Deus indidit illam, qua in veritate non ſtetit, voluntatem: ita neque hominibus hunc affectum, quo diabolum imitarentur, inſeruit. Mendax enim de proprio loquitur.*

Proſper.

14\. Baſilius Iſai. 14. in medio ad illa verba, *Semen reprobum, præpara filios*, ait: *Ex ſuo ipſius propoſito & libera voluntate vnuſquiſque eſſe poteſt ſemen ſanctum, aut certè in diuerſum abire. Audi illud: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt.* Et fusè oſtendit malas actiones eſſe filios hominum, & dæmonis proprios, quos vt mactentur, Deus præparari iubet. Non ergo Deus ipſe vitam illis concedit procurando, atque cauſando, vt ab hominibus generentur, & nutriantur.

Iſai. 14. *Ioan. 1.* *Actiones malæ dæmonis filia.*

15\. Sic etiam Methodius Martyr longè poſt med. illius fragmenti, quod refert Epiphanius hæreſi 64. rationem exponit, ob quam mali diabolus ſit author, inuentor, & architectus, videlicet, ita vt conſentire aut non conſentire ſitum ſit in noſtra poteſtate, cui conſonat idèm Epiphanius hæreſi 38. & hæreſi 66. inter med. & finem.

16\. Non aliter Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes c. 79. & 80. rationem explicat, ob quam inobedientes dicuntur eſſe filij diaboli, & progenies viperarum. Notanda ſunt præſertim illa verba 80. capitis ante med. *Quia non natura ſic facti eſſent à Deo, ſed qui poſſent iuſtè agere.* Similiter Auguſtinus contra aduerſarium legis & Prophetarum lib. 1. c. 22. vtramque filiationem poſtquam explicuit adquiri per imitationem, concludit in fine capitis, *hominem poſſe nunc in hoc, nunc in illud, mutata voluntate, conuerti.*

Auguſtinus.

SECTIO IV.

Per ſeipſum abſque ſpeciali concurſu Dei peccare non poſſet arbitrium; ſi phyſicè prædeterminaretur materialis actio peccati.

1\. Argumentorum, quæ tanguntur in titulo, caput eſt hoc. Quælibet phyſica prædeterminatio eſt ſpecialis concurſus Dei: ſed ad eliciendam materialem actionem odij Dei, non requiritur ſpecialis concurſus Dei: ergo ad eliciendam materialem actionem odij Dei, non requiritur phyſica prædeterminatio. Maiorem negant nonnulli contrariæ ſententiæ Doctores dicentes, prædeterminationem ad materialem actionem peccati non eſſe concurſum ſpecialem, ſed generalem; quoniam debitus eſt ex generali ſubordinatione voluntatis ad primam cauſam.

Phyſica prædeterminatio ſpecialis concurſus. *Solutio.*

2\. *Refutatur.* Hæc tamen ſolutio refutatur, & ſimul probatur maior ſyllogiſmi, primò, quoniam generalis ſubordinatio voluntatis ad primam cauſam, non poſtulat voluntatem à prima cauſa prædeterminari ad materialem actionem odij Dei, neque blaſphemiæ, aut idololatriæ, ſed potius muneri primæ cauſæ ſatisfacit abundè, licet nullius voluntatem prædeterminet ad tales actiones: vt

Munus primæ cauſæ ſine prædeterminatione.

Digitized by Google

probatum eſt diſput. 19. tota ſectione 1.

3. Præſentis verò ſectioois inſtituto magis congruentia ſunt, quæ Hypognoſticon lib. 3. col. 3. iuxta doctrinam Auguſtini, quam fere ſemper imitatur, de libero arbitrio ſic notat: *Non per quod* (ſcilicet iudicium rationis) *ſit idoneum, quæ ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare, aut certò peragere: ſed tantùm in operibus vitæ præſentis tam bonis, quàm etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur: id eſt, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, vel fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, velle quidquid bonum ad præſentem pertinet vitam, quæ omnia non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, imò ex ipſo & per ipſum ſunt, vel eſſe cœperunt. Malis verò dico, vt eſt velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere, res alienas velle diripere, Deum viuentem in ſæcula blaſphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia diſcere, velle inebriari, & luxurioſè viuere, velle quidquid non licet, vel non expedit operari. Sed iſta non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis, quia non ſunt à Deo, imò malè deſiderata maculant vitam, quæ eſt à Deo.*

Auguſtinus.

4. Teſtimonij huius membrum prius, apertum eſt, agere non de ſupernaturalibus, ſed de naturalibus operibus, quæ de bono naturæ oriuntur: & tamen illa omnia indigere diuina gubernatione & concurſu, manifeſtatur illis verbis: *Quæ omnia non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, imo ex ipſo & per ipſum ſunt, vel eſſe cœperunt.* Hæc igitur naturalis gubernatio, & concurſus debitus ex ſubordinatione voluntatis ad primam cauſam, qui requiritur ad bona opera, non excedentia vires naturæ, idem non requiritur ad materiales volitiones peccatorum, quales ſunt, velle idolum colere, & cæteræ ſupra numeratæ.

5. Obſeruanda eſt ratio, quam reddit, quia, videlicet, *Iſta non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis.* Vnde ſumitur hæc ratio. Munus primæ cauſæ, atque ſubordinatio voluntatis ad illam eſt optima pars ſubſtantiæ vitæ præſentis: ſed materiales actiones peccatorum non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis. Ergo materiales actiones peccatorum non pertinent ad munus primæ cauſæ, nec ad ſubordinationem voluntatis ad illam. Confirmat idem author, *quia non ſunt ex Deo*, cuius indicium à poſteriori eſt, quia *malè deſiderata maculant vitam, quæ eſt ex Deo.* Eſt autem repugnantia, Deum eſſe authorem earum rerum, quæ maculant vitam, quam ipſe inſtituit.

Ratio ex Auguſtini verbis.

6. Probatur ſecundò, nam alij etiam Patres expreſsè teſtantur, ad minima quæque naturalia opera neceſſariam eſſe Dei opem: quam negant requiri ad opera peccatorum. Vnde Hieronymus libro primo aduerſus Pelagianos col. 2. ſub nomine Attici Catholici ait: *Conſtat ergo inter nos, in bonis operibus poſt propriam voluntatem, Dei nos niti auxilio, in malis diaboli.* Docet ergo, in operibus malis non eſſe neceſſarium illum fauorem & opem naturalem, quæ requiritur ad minima quæque naturalia opera bona, de quo cùm Critobolus Pelagianus, tanquam inconueniens intuliſſet: *Si in ſingulis rebus, quas gerimus, Dei vtendum eſt adiutorio: ergo & calamum temperare ad ſcribendum, & temperatum pumice terere, manúmque aptare literis, tacere, loqui, ſedere, ſtare, ambulare, currere, comedere, ieiunare, flere, ridere, & cætera huiuſcemodi, niſi Deus iuuerit, non poterimus.* Cui Atticus Catholicus reſpondet: *Iuxta meum ſenſum non poſſe perſpicuum eſt.*

Opis Dei ad minima quæque neceſſaria.

Hieronym.

Critobolus Pelagianus.

Tertiò probatur explicando in quo conſiſtat illud adiutorium & fauor, quod Deus ad quælibet opera bona etiam minima, & naturalia præbet, ſed non præbet ad opera peccatorum. Conſiſtit enim in eo, quod generalis concurſus Dei, quantum ex ſe eſt, & in quantum procedit à Deo, inclinat magis voluntatem ad opera bona, nunquam tamen inclinat ad eam realitatem, ſeu formalitatem malorum operum, ſecundùm quam realiter opponuntur virtuti ac diuinæ legi. Atque inde prouenit, vt bona opera, licet naturalia, meritò tribuenda ſint concurſui & operationi diuinæ, & tanquam illius dona poſtulanda & pro illis agendæ ſint gratiæ; quod tamen nullus conceſſerit de materiali actione odij aduerſus Deum, aut blaſphemiæ: vt magis conſtabit ſect. 9. 7.

Dei fauor ad qualibet bona opera explicatur.

Opera bona naturalia operationi diuinæ tribuenda.

Prædictum operationis diuinæ diſcrimen probatur in primis ex Auguſtino epiſt. 130. ante medium, vbi *Xenocrates*, inquit, *Polemonem, vt ſcribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiæ diſputando, non ſolùm ebrioſum, verum etiam tunc ebrium ad mores alios repentè conuertit. Quamquam ergo ille, ſicut prudenter & veraciter intellexiſtis, non Deo fuerit acquiſitus, ſed tantùm à dominatu luxuriæ liberatus; tamen ne id ipſum quidem, quod melius in eo factum eſt, humano operi tribuerim, ſed diuino. Ipſius namque corporis, quod eſt infimum noſtrum, ſi qua bona ſunt, ſicut forma & vires & ſalus, & ſi quid eiuſmodi eſt, non ſunt, niſi ex Deo creatore, ac perfectore naturæ. Quanto magis animi bona donare nullus alius poteſt? Quid enim ſuperbius, vel ingratius cogitare poteſt humana vecordia, ſi putauerit, cùm carne pulchrum faciat Deus hominem, animo caſtum ab homine fieri? Hoc in libro Chriſtianæ ſapientiæ ſic ſcriptum eſt: Cùm ſcirem, inquit, quia nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire, cuius eſſet hoc donum.* *Sap. 8.* *Polemo ergo, ſi ex luxurioſo continens factus, ita ſciret, cuius eſſet hoc donum, & eum abiectis ſuperſtitionibus gentium, piè coleret, non ſolùm continens, ſed etiam veraciter ſapiens, & ſalubriter religioſus exiſteret, quod ei non tantùm ad præſentis vitæ honeſtatem, verùm & ad futuræ immortalitatem valeret.* 8.

Auguſtinus.

In quo duo ſunt ad rem præſentem notatu digna. Primum eſt, illa bona opera Polemonis non fuiſſe ſupernaturalia, ſed merè naturalia. Quod ſatis indicauit Auguſtinus, primò, quando dixit, per illa verba non fuiſſe adquiſitum Deo: ſecundò, non fuiſſe ſalubriter religioſum: tertiò, tantùm ad præſentis vitæ honeſtatem valuiſſe, non ad futuræ immortalitatem. Secundum eſt, hæc ipſa opera naturalis virtutis indiguiſſe concurſu proprio bonorum operum: primò, quoniam illa dicit Auguſtinus, non humano operi tribuenda eſſe, ſed diuino. Secundò, quia monet eſſe donum Dei, à Deo poſtulandum, & inducens obligationem agendi gratias. 9.

Duo notãda.

Hunc autem naturalem fauorem, ac peculiarem Dei concurſum non requiri ad opera peccatorum, ſed ad illa ſibi ſufficere liberum arbitriũ, docet Auguſtinus multis in locis, præſertim verò ex mente Paleſtinæ Synodi, quãtum 10.

ad

ad hunc articulum approbantis, quod illi Pelagius reſpondebat, in libro de geſtis Pelagij cap. 3. prope med. ait: *Sic etiam in illo teſtimonio, quod in eodem libro eidem titulo ſubdit: Apposuit tibi aquam & ignem; ad quod vis porrige manum tuam ante hominem bonum, & malum, vita & mors. Quod placuit ei, dabitur illi: manifeſtum eſt, quod ſi ad ignem manum mittit, & malum, ac mors ei placet, id voluntas hominis operatur: ſi autem bonum & vitam diligis, non ſolùm voluntas id agit, ſed diuinitus adiuuatur. Sufficit enim ſibi oculus ad non videndum, hoc eſt, ad tenebras: ad videndum verò lumine ſuo non ſibi ſufficit, niſi illi extrinſecus adiutoriũ clari luminis prabeatur.* Et poſt pauca de Patribus Palæſtinæ Synodi ſic loquitur: *Sufficere exiſtimantes, ita eum confeſſum eſſe liberum arbitrium, vt eligenti bona Deus eſſet adiutor, peccans verò eſſet in culpa, ad hoc ſibi ſufficiente propria voluntate.* Itaque Pelagius propterea Palæſtinæ Synodi cenſuram declinauit, quoniam ad ſola peccata reſtrinxit, quod aſſeruerat, vnumquemque proprio a bitrio regi, & liberum arbitrium ſibi ſufficere.

Auguſtinus.

11. Idem verò Auguſtinus ex propria tantùm ſententia in Enchirid. cap. 106. ait: *Quia etſi peccatum in ſolo libero arbitrio erat conſtitutum, non tamen iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur. Sicut enim mori eſt in hominis poteſtate, cum velit, nemo eſt enim qui non ſe ipſum vel non veſcendo poſſit occidere; ad vitam verò tenẽdam voluntas non ſatis eſt, ſi adiutoria ſiue alimentorum, ſiue quorumcumque tutaminum deſint; ſic homo in Paradiſo ad ſe occidendum idoneus erat per voluntatem, vt autem ab eo teneretur vita iuſtitiæ, parùm erat velle, niſi ille, qui eum fecerat, adiuuaret.* Et ſequenti cap. 107. *Sic ergo factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio.*

12. Rurſus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 19. prope init. *Extolli quippe in ſuperbiam propriæ voluntatis eſt hominum, non operis Dei: neque enim ad hoc eos compellit, aut adiuuat Deus. Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidam propriæ poteſtatis, vt fiat inobediens per ſuperbiam.* Hæc Auguſtini verba recitat & collaudat Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 28. fine. In quibus obſeruandum eſt primò, hominis appetitum præcedere, non Dei præmotionem, aut præuenientem concurſum ad actiones peccatorum: de quo infrà ſect. 5. Secundò notandum, *compellere*, ſecundùm vſum ſanctorum Patrum ſignificare quamcumque neceſſitatem contrariam dominio ſui, & indifferentiæ ad vtramque partem: vt præcedẽti tom. de Scient. diſp. 44. ſect. 3. notauimus.

Hominis appetitus præcedit, nõ præmotio.

13. Rurſus in eodem lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 5. initio ait: *Ad peccandum non adiuuamur a Deo. Iuſta autem agere, vel iuſtitiæ præceptum omni ex parte implere non poſſumus, niſi adiuuemur a Deo, ſicut corporis oculus non adiuuatur a luce, vt ab eadem luce clauſus, auerſúſque diſcedat.* At per materialem actionem animus realiter clauſus, & realiter auerſus à Deo diſcedit per realem oppoſitionem cum diuina lege. Ergo ad hoc non iuuat Deus, modo ſuperius explicato. Præterea de verbis Apoſtoli ſermone 13. longè poſt med. de adiutorio Dei ſic loquitur: *Prorſus ſi defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem, illo non adiuuante, libera voluntate, ſed malè. Ad hoc idonea eſt voluntas tua, quæ vocatur libera, & malè agendo, fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi: Sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes ſine adiutorio Dei liberam voluntatem, quamquã non eſt illa libera.* In malè agendo toties repetito non ſolùm malitiam, ſed etiam actionem intelligere neceſſarium eſt.

14. Nyſſenus lib. de orat. Dominica, ad illa verba: *Fiat voluntas tua.* pag. 2. ait: *Quum ad malum ac vitium in nobis ruit appetitus, non opus eſt adiutore: quippe in voluntate noſtra vitioſitate ſe ipſam vltro perficiente. Quod ſi in melius inclinatio fiat, Deo opus eſt, qui ſtudium & deſiderium ad opus perducat.* Chryſoſtomus 2. ad Timoth. cap. 4. homil. 8. in morali col. 2. ait: *Non ex ſola Dei voluntate fiunt omnia ſed ex noſtra quoque. Mala omnia ex noſtra tantummodò fiunt; bona omnia ex voluntate noſtra & ipſius adiutorio.* Perpende dictionem, *tantummodo.*

15. Proſper lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 12. aliàs 4. *Voluntas*, inquit, *in malis actionibus ſola eſſe poteſt, in bonis autem ſola eſſe non poteſt. Quamuis enim ſecundùm naturam ſit homini, vt bona ſit voluntatis, vitium tamen, quod per malam voluntatem irruit in naturã, non naturæ ſuperatur virtute, ſed gratiæ.* Conſonat Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 24. poſt med. dicens: *Cum autẽ nos gratia vincit, non niſi ad bene volendum, nec niſi ad bene operandum adiutorium ſubminiſtrat.* Et Anſelmus in dialogo de libero arbitr. cap. 11. dicẽs: *A peccato & eius ſeruitute non, niſi per alium, poteſt reuerti* (nimirũ per Deum, cuius eſt rectitudinem dare, vt prius oſtenderat:) *à rectitudine autem non, niſi per ſe poteſt auerti.*

Anſelmus.

SECTIO V.

Deus non excitat, neque præuenit voluntates ad materiales actiones peccatorum.

1. HOc etiam argumento probamus, non dari prædeterminationem phyſicam ad materiales actiones peccatorum, quoniam ita prædeterminare foret excitare ac præuenire voluntatẽ ad eaſdem actiones: vt facile colligere poteris, ſi recolas quid nominis, & quid rei contineatur in his verbis, *excitandi*, & *præueniendi.* Quod autem Deus ad tales operationes non excitet, Patres admonent. Nazianzenus orat. 3. aduerſus Iulian. (aliàs orat. 1.) ante med. *Dei rationibus* inquit, *omnia reguntur:* & paucis interiectis: *Sua quò, & qua vult ratione ducit; non dubium autem, quin ad id, quod melius eſt, atque ad morborum ſanationem: quamuiſmuis ij, quibus medicina fit, indigneutur. A quibus rationibus non ille quidem ad malum excitatus eſt (Deus enim nullo modo mali cauſa eſt, quippe natura bonus, vitiúmque eius eſt, qui eligit;) haud tamen ab impetu ſuo repreſſus eſt.* Perpende primò, impetum & animi propoſitum eſſe materialem ipſam actionem, quæ mala eſt. Secundò, ad hanc Iulianus non eſt excitatus à Deo, ſed nec repreſſus ab illa. Tertiò, id rectè colligi ex eo, quod Deus non ſit cauſa mali, ſed, quantum ex ſe eſt, ſemper ducat ad id, quod melius eſt.

Prædeterminare ad materiales actiones eſt ad eas excitare.

Nazianz.

2. Auguſtinus lib. 2. de peccat. merit. & remiſſione cap. 18, poſt med. ait: *Quod a Deo nos auertimus, noſtrum eſt, & hæc eſt voluntas mala: quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo adiuuante, & excitante, non poſſumus; & hæc eſt voluntas bona.* Nota diſcrimen, vnde conſtat, ideo noſtrum eſſe quod à Deo nos auertimus, quoniam hoc poſſumus, Deo neque excitante ad auerſionẽ,

neque ad illam adiuuante peculiari concurſu.

3. Bernardus tract. de gratia & libero arb. inter med. & finem dicit; *Neque extra ipſum* (ſcilicet liberum arbitrium) *quæratur damnationis cauſa, quod iam non damnat, niſi propria culpa; neque ab ipſo ſalutis merita, quod ſola ſaluat miſericordia. Cuius quippe conatus ad bonum, & caſſi ſunt, ſi à gratia non adiuuentur: & nulli, ſi non excitentur. Cæterum in malum ſunt proni.*

4. Proſper ad obiectiones Vincent. obiect. 10. *Non ergo*, ait, *caſus ruentium, neque malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit.* Quæ verba pro alio argumento ponderauimus ſupra diſp. 35. ſect. 1. num. 10. D. Bonauentur. in 2. diſtinct. 37. art. 1. quæſt. 1. ad vltim. *Ad illud*, inquit, *quod obiicitur, quod Deus eſt principale mouens in tali actione, dicendum, quod verum eſt: attamen non ſequitur ex hoc, quod excitet liberum arbitrium, ad faciendam illam operationem. Excitatio enim dicit aliquem effectum gratiæ, præuenientem ipſam voluntatem. Hæc autem requiritur in bonis meritoriis: in aliis verò operibus indifferentibus, vel etiam malis, non eſt, niſi ſola cooperatio diuinæ virtutis.* Similia ex Gregorio Ariminenſi notat Capreolus in 2. diſt. 37. quæſt. vnica, art. 3. dum reſpondet ad 1. aliorum. Et de excitante Dei operatione hactenus.

Bonauentur.

5. Præuenientem Dei operationem & concurſum non præberi ad materiales actiones peccatorũ, probatur primò ex Auguſtino in Pſal. 124. ad illa verba: *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.* Cuius commentarij prope finem: *Hoc cogitat, ait, qui recto ſunt corde. De quibus paulò ante dixit: Qui voluntatem Dei ſequuntur, non voluntatem ſuam: ſed qui ſequi Deum volunt, faciunt illum præcedentem, & ſe ſequentes; non autem ſe præcedentes, & illum ſequentem.* Quod ſi hoc proprium eſt eorum, qui Deum ſequi volunt facientes eius voluntatem: non poterit peccatoribus conuenire. Quippe qui potius faciunt *ſe præcedentes, & Deum ſequentem*: ac proinde ipſi Deum determinant ad actionem peccati, & non prædeterminantur præueniente concurſu Dei.

Præueniens concurſus nō præbetur ad materiales peccatorum actiones. Pſalm. 124.

6. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 7. à med. contrarium modum & ordinem, quo diuina prouidentia reſpicit prædeſtinatorum, & reproborum opera ſignificat illis verbis: *Aut iſtum prorſus indignum miſericordia præueniat, aut illum ira dignum inueniat.* Itaque ira dignos non præuenit Dei prouidentia; ſed inuenit à ſe ipſis factos.

7. Gregorius lib. 33. moral. cap. 20. in med. aliàs cap. 25. ait: *Nemo ergo Deum meritis præuenit, vt tenere eum, quaſi debitorẽ poſſit; ſed miro modo æquus omnibus conditor, & quoſdam præeligit, & quoſdam in ſuis prauis moribus derelinquit.* & poſt pauca: *Electi præuenientem ſe gratiam ſequuntur; & reprobi iuxta quod merentur, accipiunt.* Vnde conſtat ad opera peccati non eſſe opus præueniente Dei iuſtitia, neque miſericordia, neque vllo alio opere: cum omne opus Dei vel ad iuſtitiam, vel ad miſericordiam pertineat: vt vidimus diſp. 35. ſect. 2. contra ſolutionem 4. Et S. Bonauentura ex illis verbis, quæ retulimus ſupra num. 4. ſubinfert: *Propter quod conceditur ibi eſſe cooperatio, non præuentio, vel ſubſecutio.*

Bonauentur.

8. Rectè igitur Waldenſis lib. 1. doctrinalis cap. 24. col. 1. *Creata voluntas*, inquit, *ita poteſt mala facere, etiam renitente diuina clementia, vt non niſi Deo præcurrente bona poſſit conſummare.* Non ergo præcurrit, neque præuenit Deus ad mala opera. Quod perſpicuè docuit in eodem lib. 1. cap. 28. in medio, dicens: *Fides clara eſt, & læta, quod ſicut in actum bonum voluntas humana non tendit, niſi voluntate præuenta diuina; ita voluntas diuina conſenſum actus mali, vel humani delicti non præuenit, ſed ſola peruerſa voluntas author eſt culpæ.*

SECTIO VI.

Quia voluntas à Deo nec impellitur, nec præparatur, nec agitur ad peccatorum actiones, eadem veritas confirmatur.

Argumenta, in præſenti & ſequentibus ſectionibus afferenda, erunt veluti appendices illius, quod poſuimus in ſect. præced. nam præuenientis & excitantis operationis proprium eſt impellere, impetum Spiritus imprimere, extimulare, præparare, atque agere voluntatem ad operandum. Quapropter, ſi Deus prædeterminat voluntatem ad materialem actionem odij, vel blaſphemiæ, Deus eo ipſo præuenit impellendo, imprimendo imperũ Spiritus, extimulando, præparando, & agendo voluntatem ad illa opera. Conſequens autem eſſe falſum, oſtendunt, quæ ſubiiciemus, teſtimonia Patrum. Imprimis enim, quemlibet impulſum, ab extrinſeco principio prouenientem cum antecedente neceſſitate refutauit Gregorius Nyſſenus lib. de Beatitud. tit. 5. in 5. Beatitudinem, *Beati miſericordes*, &c. paulò ante medium, dicens: *Inclinatio atque propenſio in malum nulla neceſſitate extrinſecus expellente innaſcitur; ſed ſimul atque ſumpſerimus malum, ſubſiſtit, tunc in rerum naturam proueniens, cum ſumpſerimus.* Sed materialis actio odij Dei eſt inclinatio atque propenſio in malum. Ergo nulla neceſſitate extrinſecus expellente innaſcitur. Rurſus phyſica prædeterminatio eſt neceſſitas extrinſecus expellens, hoc eſt, à cauſa extrinſeca, videlicet Deo, proueniens: ergo materialis actio odij Dei nulla phyſica prædeterminatione extrinſecus expellente innaſcitur. 1.

Deus nō impellit ad materiales peccatorum actiones.

Nyſſenus.

Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. poſt medium: *Ob hoc*, inquit, *dicitur obdurare peccantes quoſdam quia non eorũ miſeretur, non quia impellit, vt peccent.* Proſper ad obiect. Vincent. 13. fine. *Si ergo*, inquit, *à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua cõcupiſcẽtia trahitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus: neque in tali negotio quidquã diuinæ volũtatis interuenit, cuius ope multos ſcimus, ne laberentur, retentos; nullos autem, vt laberentur, impulſos.* Poſtrema verba præſertim obſeruanda ſunt pro argumento præſenti: quod confirmant, quæ præcedunt, videlicet, poſitiuas præcipitij cauſas eſſe proprium arbitrium, cõcupiſcentiam, & perſuaſionem, in quibus cauſis, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus, vt expendimus diſp. 31. ſect. 4. Idem ad obiectionem 16. & vltimam: *Neque impelluntur, vt cadant; neque eiiciuntur, vt deſerant.* Et in reſponſione ad 12. caput Gallor. *Mala omnino ipſe non facit, neque fieri ſuaſit, aut impulit.* 2.

Proſper

Hypognoſticon lib. 6. prope med. *Quos in operibus impietatis & mortis præſciuit, non præordinauit, nec impulit, in quibus Deum prouocantes ad iracundiam, ſalutis fidem aut prædicatam ſibi accipere nolunt,* 3.

nolunt aut Deo iudice non poſſunt, vel accepta malè vtuntur. Leo ſermone 7. de Paſſione poſt med. *Vt facinus*, inquit, *quod a perſequentibus parabatur, neque impelleret, neque timeret.* Et ſerm. 16. de Paſſione cap. 3. *Non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit.* Petrus Chryſolog. ſermone 11. de Ieiunio & tentatione Chriſti Domini paulò poſt princip. ait: *Deus dat poſſe quod lubet, & quæ præcipit, facit ipſe. Quia ſicut diabolus impellit ad mala, ſic Deus reducit ad bona.* Vbi manifeſtè docet, Deum nec impellere, nec deducere ad mala.

S. Leo. *Chryſologus.*

4. Euſebius de Præparat. euangelica lib. 6. cap. 5. verſus finem ait: *Impius ſanè iudicabitur, imo verò peſſimus omnium, qui à Creatore vniuerſi, alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur. Vnde ſequitur, aut hæc peccata non eſſe, aut peccati cauſam in Creatorem referri.* Et in eodem lib. 6. de præparatione cap. 9. circa med. ait: *Neque enim vllo modo ad peccandum Deus quemquam impellit, aut mouet.* Nota diſtributiuam dictionem *nullo modo*, cuius contradictoria eſt, aliquo modo impellere, quæ verificaretur, ſi Deus per phyſicam illationis neceſſitatem determinaret ad materialem actionem peccati.

5. Damaſcenus in Dialogo contra Manich. prope med. *Quemadmodum*, inquit, *diabolus ſine alterius cuiuſpiam impulſu, ſuapte voluntate, & ſententia malus fieri potuit: ſic homo, etiamſi nullus extitiſſet, qui eum adoriretur, per ſe ipſum malus fieri poterat.* Impulſus itaque nullus prærequiritur ad illas actiones liberas, per quas homo ſe ipſum malum reddit.

6. Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 19. in med. ait: *Neque enim dum quicumque iuſti ſunt, à Deo impelluntur, vt mali fiant.* Quod autem poſt pauca ſubdit. *Facit ergo Deus quoſdam peccare, ſed in quibus talia iam peccata præceſſerint*, intelligendum eſt dictum ea phraſi, qua Deus dicitur excæcare, & indurare, non faciendo duritiem & cæcitatem, ſed tantùm non auferendo, quam homo ipſe ſibi facit: vt notauerat idem Iſidorus in eodem lib. cap. 5. prope finem, & ſumitur ex præcedenti contextu eiuſdẽ capitis 19. Sic etiam Hugo Victorin. ſæpe repetit, Deũ ad actus, qui mali ſunt non impellere, lib. 1. de Sacramentis p. 5. cap. 29. quem ſequitur Vincentius Veluac. in ſpeculo naturali tom. 1. c. 68.

Quomodo Deus dicitur excæcare, & indurare.

7. Laurentius Iuſtinianus lib. de cõtemptu mundi cap. 8. ſub init. *Noli*, ait, *ô homo, cum delinquis bonitatem damnare diuinam, quòd ſuam tibi minimè prærogauit gratiam, quod ad peccatum impulerit, & & bene agendi tibi negauerit poteſtatem. Iniqua cogitas, dum talia meditaris. Numquid ſcelerum author eſt Deus? an forte peccatorum fauet voluntatibus malis? Nonne potius illas inſequitur, iudicat, punit, & damnat? Vult (quantum in ipſo eſt) omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: quatenus in omnibus reperiat, quod coronet.* Vide quantum diſtet Deus à voluntate impellendi ad materiales volitiones perfidiæ, atque inobedientiæ.

8. Colon. Enchirid. Chriſtian. inſtit. tractatu de Sacramento pœnitentiæ prope titulum de Confeſſ. cap. *paucis tantum*. fol. 100. ait: *Licet Deus præſciuerit hominem caſurum; non tamen per hanc præſcientiam, vt ſic ageret, coegit, ſeu impulit*: quod retulimus diſp. 31. ſect. 3. num. 24. Impulſum denique negant expreſsè multi Scholaſtici, referendi diſput. 39. præſertim ſect. 3. 4. 5. & 6.

9. *Argumentum ex Ezechiele.* A præcedenti argumento vix, niſi verbo tenus differt, quod ſumi poteſt ex cap. 1. Ezechielis in hunc modum. Phyſica prædeterminatio eſt genus aliquod imprimendi impetum Spiritus: ſed nullum genus imprimendi impetum Spiritus exerceri poteſt circa opera mala, ſed tantùm circa bona: ergo nulla prædeterminatio phyſica datur circa opera mala. Minor probatur, nam vbicumque eſt impetus Spiritus, illuc gradiuntur ſancta animalia Ezechielis 1. ſed non gradiuntur ad opera mala, etiam pro materiali. Ergo impetus Spiritus non eſt ad opera mala etiã pro materiali.

Explicatur & confirmatur verbis S. Gregorij ibi homil. 5. dicentis: *In reprobis eſt impetus carnis ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad exteriorem gloriam*, &c. Nota exteriorem gloriam eſſe non ſolùm malitiam; ſed etiam materialem entitatem, ſimiliterque rapinam. Quod clarius conſtat illis verbis, quæ poſt pauca ſubiicit: *Amare terrena, temporalia æternis præponere, exteriora bona non ad vſum neceſſarium habere, ſed ad voluptatẽ concupiſcere, impetus carnis eſt. At cõtra amare cæleſtia, contemnere trãſitoria, &c. impetus Spiritus eſt.* Confirmatur, quoniã impetus eſt principiũ motus in iis, quæ ab extrinſeco agente mouẽtur: vnde ſi Deus mouet determinãdo ad materiales peccatorũ actiones, illa prędeterminatio eſt impetus Dei, vt authoris naturalis: quemadmodum prædeterminatio ad ſupernaturales actiones eſt impetus Dei, vt ſupernaturalis authoris. 10. *Gregorius.* *Confirmatio.* *Prædeterminatio impetus Dei authoris naturalis.*

Inſtinctus idem valet quod impulſus, aut impetus, de quo Tertullianus in lib. de anima inter princip. & med. in cap. cuius titulus eſt de Hegemonico, ait: *Irrationale autem poſterius intelligendum eſt, vt quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, ipſum illud tranſgreſſionis admiſſum. Atque exinde inoleuerit, & coadoleuerit in anima ad inſtar naturalis, quia in naturæ primordio accidit.* & poſt pauca: *A diabolo immiſſio delicti: irrationale autem omne delictum: igitur a diabolo irrationale a quo & delictum, extraneum à Deo, à quo eſt irrationale alienum: proinde diuerſitas horum ex diſtantia authorum.* Rectè igitur & clariùs, quàm cæteri Scholaſtici Ioan. Maior in 2. diſt. 37. quæſt. 1. ad 4. & quæſt. 2. prope finem; *Ad illud*, inquit, *in quo peccauit Semei, nullo modo inſtigauit Deus.* 11. *Inſtinctus idem quod impulſus.*

Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. ad Antonian. col. penultim. ait: *Neque enim malefacta de ſancto Spiritu veniunt, ſed de aduerſarij inſtinctu; & de immundo Spiritu nata concupiſcentia contra Deum facere, & diabolo ſeruire compellunt.* Ipſa itaque facta, quæ mala ſunt, & concupiſcentiæ de immundo Spiritu natæ, ipſum contra Deum facere, ac dæmoni ſeruire, quæ realem & poſitiuam entitatem actus includunt, hæc, inquam, omnia veniunt de inſtinctu dæmonis, & non de inſtinctu Spiritus ſancti. Ergo nihil ex parte Dei, præueniens noſtram electionem liberã, ad huiuſmodi actiones inſtigat. Vnde liber de patientia (apud Auguſtinũ tom. 4.) à cap. 22. vſque ad 25. declarãt, *quod voluntas mala poteſt ſine alterius Spiritus inſtinctu ſe ipſam ſeducere: ſed voluntas bona non poteſt eſſe, niſi in quo Deus operatur & velle.* Rurſus extimulare vix differt à præcedẽtibus impulſu, impetu, & inſtinctu. Porro non à Deo, ſed ab inſanis concupiſcentiis extimulari hominem & impetum accipere ad prauas operationes, ex Baſilio vidimus ſupra ſect. 3. num. 10. 12. *Extimulare vix differt ab impulſu, & impetu.*

Præparari voluntatem à Deo, propriũ eſſe bonorum operum, atque hoc modo, neminẽ, vt malè viuat, à Deo præparari, ex Proſpero ad obiect. Vincent. 11. notauimus diſp. 35. ſect. 1. num. 11. 13. *Præparari voluntatem à Deo.*

Idcirco Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 18. in med. hinc ſcriptum arbitratur: *Præparatur voluntas à Domino*: quia malam voluntatem non habemus ex Deo, vnde reſtat, vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.

14. *Spiritu Dei agi.*

Dei Spiritu agi, proprium eſſe filiorum Dei, quando mouentur ad opera pietatis, conſtat Roman. 9. Huiuſmodi verò motionem, & agitationem ad peccatorum actiones nō præberi à Deo, ſed à dæmone, ſcitè obſeruauit Marcus Eremita in libro de Paradiſo in prœmio verſus finem, docens, circa bona opera hominem eſſe veluti ferrum, *quod Deus mouet & agitat, & in quo Dominus clam operatur.* Et ſubdit: *Eodem modo ſe res habet in committendo, quod malum eſt, quando promptus & paratus eſt homo, ac ſe ſubmittit, tunc Satanas impellit illum, & agit vt enſem latro.*

Marcus Eremita.

SECTIO VII.

De cogitatione, vocatione, ſuggeſtione, faſcinatione illuſtrationis contraria, viſitatione, & inſpiratione.

1. PRæcedentis ſectionis operationibus conſequentes ſunt aliæ, vel potius earundem operationum alia nomina & officia, quæ in nobis fiunt, ſine nobis, & ideo præbent initium conſenſus. Huiuſmodi eſt imprimis cogitatio, quæ ſicut iuſtificationis initium præbet, quando allicit ad bonum; ita praui operis initium præbet, quando ad illud allicit. Porro non Deus, ſed nos ſimilium cogitationum præbemus initium, iuxta illud Hieremiæ 18. *Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.* Quæ verba Hieronymus lib. 4. in Hierem. prope init. ita ponderat: *Poſt cogitationes noſtras ibimus. Vbi eſt ergo abſque Dei gratia liberi arbitrij poteſtas, & propria iudicium voluntatis, cum grandis offenſa ſit Dei ſequi cogitationes ſuas, & praui cordis facere voluntatem?* Noſtræ igitur ſunt cogitationes illæ, quæ praui cordis voluntatem inuitant; ac proinde non Deus, ſed nos per illas initium præbemus voluntatis malæ.

Cogitatio iuſtificationis initium.

Hierem. 18.

Hieronym.

2. Sic plerumque in Pſalmis atque Prophetis, hominibus tribuuntur, tanquam illarum authoribus cogitationes, ex quibus procedit malitia. Quemadmodum Hierem. 4. *Via tua & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Iſta malitia tua quia amara, quia tetigit cor tuum.* & Pſal. 55. *Omnes cogitationes eorum in malum.* Act. 8. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* De his Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 25. in med. ait: *Cogitationes illicitas occurrere, dæmonum eſt: cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt.* & poſt pauca: *Dum vnuſquiſque diuina illuminatione preuenitur, ſtatim moleſtiis turpium cogitationum pulſatur.* Ergo nō à præuenienente Dei influxu prædeterminante, ſed à dæmone contrariæ iſtæ cogitationes immittuntur.

Hieremiæ 4.

Pſalm. 55.

Actorum 8.

Iſidorus.

3. Vocationem ſimiliter pertinere ad iuſtificationis initium, manifeſtiſſimum eſt. Quapropter, ſi Deus præberet initium, ad concipiendas materiales peccatorum actiones, ſequeretur, Deum ad illas vocare. Conſequens autem eſſe falſum probo imprimis Galat. 5. *Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.* Quod ſi Deus vocaret ad materiales peccatorum actiones, vocaret etiam ad illam perſuaſionem, quæ fidei contraria erat. Rurſus 1. Theſſal. 4. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.*

Vocatio ad iuſtificationis initium pertinet.

Galat. 5.

1. Theſſ. 4.

4. Meritò igitur Proſper reſpondens ad cap. 5. Gallorum hanc refutat propoſitionem: *Qui vocati ſunt, non æqualiter vocati ſunt; ſed alij, vt crederent, alij, vt non crederent, quaſi cuique vocatio cauſa fuerit non credendi.* Et ſubdit rationem: *Quamuis enim fides non ſit, niſi ex Dei dono, & hominis voluntate; infidelitas tamen non eſt, niſi ex ſola hominis voluntate.* Conſonat Auguſtinus lib. 83. quæſtionum quæſt. 68. cùm ait: *Qui autem vocatus non venit, ſicut non habuit meritum præmij, vt mereretur; ſic inchoat meritum ſupplicij, cum vocatus venire neglexit.* Supponit igitur, Dei vocationem ad eas tantummodò actiones dirigi, quas qui neglexerit, ipſe ſibi, & non Deus, initium præbet culpæ, atque ſupplicij.

Propoſitio refutata à Proſpero.

Auguſtinus.

5. Lactantius in libro vnico de Opificio Dei cap. 20. ante med. ait: *Noluit enim Deus, hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo virtutem, dedit hoſtem priùs, qui animis hominum cupiditates & vitia immitteret, qui eſſet author errorum, malorúmque omnium machinator, vt quoniam Deus ad vitam vocat, ille contra, vt rapiat, & traducat ad mortem.* Multáque in eandem ſententiam ibidem: vbi nota primum quæ ſit intentio, & quo ſpectet vocatio Dei, deinde verò cætera, non eſſe vocationem Dei, ſed machinationes, & fallacias dæmonis.

6. Suggeſtionem ad opera praua, ſi Deus præberet, eo ipſo præueniret, atque impelleret ad illa. Fieret autem efficaciſſima ſuggeſtio per phyſicam prædeterminationem ad cogitanda & concupiſcenda mala opera. Quapropter Patres, quando affirmant, Deum non ſuggerere cogitationes, aut concupiſcentias malorum, eo ipſo à fortiori negant phyſicam prædeterminationem ad illas.

Suggeſtionē ad praua opera nō præbet Deus. Patres negātes ſuggeſtionem ad praua opera, & prædeterminationem negant.

7. Sic Petrus apud Clement. Recognit. lib. 5. propius ad med. quàm ad finem, poſtquam de libertate ad vtramque partem boni, & mali diſſeruerat, infidelium obiectionem ita præoccupat. *Imo, inquis, quidquid cogitamus, Deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis, ô homines? Blaſphematis. Si enim omne, quod cogitamus, ipſe nobis adducit ad mentem, ipſe ergo nobis cogitationes adulterij ſuggerit, & auaritia, & blaſphemiæ, omniſque luxuriæ? Deſinite, quæſo, ab huiuſmodi blaſphemiis, & quis ſit Deo dignus honor, intelligite.* Idem Clemens in epiſtola 1. ad Iacob. fratrē Domini multò propinquius ad finem quàm ad medium, de Apoſtolis ſic loquitur: *Ad glorificandum ſe, & diuina mandata ſeminanda, & euangelizanda, eos Dominus elegit, & non vt prohibeantur, aut perturbentur, ſuggerebat, quoniam, qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur.* Non itaque ſuggerit Deus materialem actionem prohibendi, aut perturbandi, aut lædendi Apoſtolos.

Clemens.

8. Athanaſius quæſt. 115. circa illud Pſal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, &c. *Sicut matutinum*, inquit, *tempus diei eſt initium, ſic omnis peccati initium eſt inimici fraudulenta ſuggeſtio. Reſpiciebam ad principia cogitationum: & inueſtigabam earum intentiones, atque adeo peccatores omnes, vt pote dæmones, perſequebar, & abſcindebam ipſorum capita, tanquam principia ad exſcindendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem.* Bernardus de interiori domo cap. 40.

Pſalm. 100.

Bernardus.

cap. 40. *Dæmonum*, inquit, *eſt malas cogitationes ſuggerere; noſtrum eſt, illico eas expellere: nam in animo noſtro eas iacere noſtra attinet voluntati.*

9. *Illuſtratio intellectus initium operis ſtudioſi.* Quemadmodum illuſtratio intellectus, verum bonum cum debito ſplendore proponens, eſt initium operis ſtudioſi, voluntatem alliciens ad illud: ſic etiam obtenebratio & obſcuratio intellectus occultans claritatem ac pulchritudinem virtutis, & faſcinatio nugacitatis, ficto ſplendore faciens coruſcare apparentia bona mundi, principium præbet, vt voluntas alliciatur ad illa. *Sap. 4.* De quo Sap. 4. *Ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona.*

10. Huiuſmodi principium à Deo non præberi, ſed principaliter à libero arbitrio proficiſci, dæmone ſuggerente, atque decipiẽte, probatur primò Prouerb. 19. *Prouerb. 19.* *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Deum feruet animo ſuo.* Vnde *Anaſtaſius.* Anaſtaſius Epiſcopus Nicænus in quæſtionibus in Scripturam q. 49. ex Chryſoſtom. ait: *Conuenit hic dicere illud prouerbiale eloquiũ: Homo perdit vias ſuas; in corde autem ſuo in Deum tãquam authorem, id confert. Homo enim habet liberum arbitrium ſuæ ſalutis, aut exitij.* *Eccleſiaſt. 15.* Et confirmat Eccleſiaſt. 15. *Ante hominem vita & mors*, &c. Non igitur Deus, ſed hominis ſtultitia cauſat, vt in eius intellectu, mentitis ſplendoribus blandiantur bona creata.

11. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Ioan. cap. 11. ad finem: *Si ad diaboli laqueum*, ait, *ſponte ac negligentia noſtra venimus, quem alium potius, quam nos ipſos criminabimur? Nonne hoc eſt quod Salomon ſcribit? Amentia viri vias eius deuaſtat, & Deum incuſat in corde ſuo. Quod ſi proditor æqualiter aliis diſcipulis Saluatoris auxilium non habuiſſet, fruſtra hæc à nobis dicerentur. Sin autem non minus, quàm cæteri, diuina gratia regebatur, ſed ſuo ipſius iudicio in profundum perditionis delapſus ſit, quomodo etiam non ſeruauit eum Chriſtus*, &c. Conſtat igitur proprium hominis iudicium cauſam eſſe deceptionis, qua deluditur intellectus ob voluntatis liberam negligentiam, cum per Deum non ſteterit, quominus ab hac ſtultitia liberaretur, ſi vellet.

12. *Eccleſiaſt. 15.* Idem probatur ſecundò Eccleſiaſtici 15. *Non dicas: Ille me implanauit, non enim neceſſarij ſunt ei homines impij: omne execramentum erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus eum.* Quem locum Auguſtinus de gratia & libero arbitrio, *Auguſtinus.* cap. 2. ita legit. *Ne dixeris, quia ipſe me induxit: non enim opus habet viro peccatore.* Vnde conſtat, actum execrabilis erroris, quo voluntas ineſcatur ad peccandum, non eſſe à Deo, cui repugnat impoſtoris ac deceptoris officium, videlicet, implanare, & in laqueum inducere.

13. *Illuſtratio boni operis exordium præbet.* Boni operis exordium poſt illuſtrationem intellectus præbet viſitatio & inſpiratio per ſuauitatem voluntatis. Eiuſmodi autem initium non dari ad materialem actionem peccati, probo imprimis ex Leone ſerm. 8. de ieiunio ſeptimi Menſis prope init. cuius verba retulimus diſput. 31. *S. Leo.* ſect. 1. num. 16. præſertim notando illud: *Fiat voluntas tua, hoc eſt, non illa, quam caro incitat, ſed quam Spiritus ſanctus inſpirat.* Non igitur Deus inſpirat eam voluntatem, quam caro incitat.

14 Ricardus Victor. de extermiatione mali, & promotione boni part. 1. tract. 3. cap. 3. ſub typo lapidum de bonis & malis operibus ita loquitur: *Sed nunquam talium lapidum copiam habemus, niſi prius diuinæ viſitationis, aut inſpirationis gratiam acceperimus. Teſtatur hoc, qui dicit: Sine me nihil poteſtis facere. Ergo nec lapides bonos eſt vſpiam colligere; niſi ex eius operatione. Sed malorum lapidum innumeram multitudinem facile inuenimus, quos ex tota vita noſtra copioſè, & ad manum colligimus.* Non igitur diuina viſitatione atque inſpiratione indigent.

Ruſus lib. 1. de Sacrament. part. 5. cap. 27. 15. *Malis*, ait, *Deus poteſtatem tribuit ſolam, non voluntatem. Quia licet ex ipſius permiſſione ſit, quod malum poſſunt; ex inſpiratione tamen eius non eſt, quod malum volunt. Malarum enim voluntatum Deus ordinator eſt, non creator.*

SECTIO VIII.

Deus non operatur velle & perficere materiales actiones peccatorum, licet potentiam operandi tribuat.

PRæcedentibus cognatum argumentum eſt, 1. quia ſine dubio Deus operaretur velle & perficere quamcumque operationem, quam phyſicè prædeterminaret: ſed non operatur velle & perficere materialem operationem peccati. *Materialem operationem peccati Deus non operatur velle & perficere.* Ergo non prædeterminat illam phyſicè. Minor probatur, quia Patres non de malitia præciſè conſiderata; ſed de voluntate etiam, quæ mala eſt, tradunt, non eſſe intelligendum illud Philippenſ. 2. *Philippenſ. 2.* *Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere.* Quod non obſcurè monuit Gelaſius Papa I. *Gelaſius.* epiſtola ad Epiſcopos per Picenum inter med. & finem dicens: *Nónne ipſe vas electionis affirmat, & dicit: Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate; ne etiam in mala voluntate & velle, & perficere Deus putaretur operari?*

Sic Auguſtinus de peccatorũ meritis & remiſ- 2. ſione lib. 2. cap. 18. à medio: *Si ergo*, inquit, *volũtas, aut bona eſt, aut mala, & vtique malam non habemus ex Deo; reſtat vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.* Quod ſubiectis Scripturæ teſtimoniis, confirmans, ait: *Deus eſt enim, qui operatur in vobis* *Philip. 2.* *velle, & operari pro bona voluntate. Quocirca quod à Deo nos auertimus, noſtrum eſt: quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo excitante & adiuuante, non poſſumus.* & paulò inferiùs cap. 19. *Extolli quippe in ſuperbiam propriæ voluntatis eſt hominum, non operis Dei.* Manifeſtè igitur Auguſtinus de ſolis operibus pietatis, exiſtimat, verificari poſſe, Deum operari velle & perficere.

Propterea ſæpe notare ſolet Auguſtinus diſ- 3. *Diſcrimen inter poteſtatem, & voluntatẽ nocendi.* crimen inter poteſtatem, voluntatémque nocendi; nimirum quod poteſtas ſit à Deo, & tribuatur ab illo; ſed voluntas non tribuatur à Deo, ſed ab homine, vel dæmone proficiſcatur. Quemadmodum Pſalm. 29. in 2. enarratione in præfatio. col. 4. *In ipſo*, inquit, *ſuo exemplo mediator demonſtrauit, quando nobis, deſuper permittit, homines nocere, non voluntatem nocendi deſuper dari, ſed poteſtatem. Vnuſquiſque enim malus apud ſe habet voluntatem nocendi, vt autem poſſit nocere, non habet in poteſtate. Vt velit, iam reus eſt: vt poſſit occulta diſpenſatione prouidentiæ Dei, in alium permittitur ad pœnam, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam.* Et lib. de natura boni aduerſus Manich. cap. 32. *Cũ ergo per poteſtatẽ, quam diabolo dedit, omnia iuſtè ipſe Deus fecerit, nõ tamen pro his iuſtè factis, ſed pro iniqua nocendi voluntate, quæ ipſius diaboli fuit, ei reddetur in fine ſupplicium.*

Et in Pſalm. 32. concl. 2. colum. 5. *Cupiditatem*, inquit, *nocendi poteſt homo habere propriam:*

Rom. 13. *poteſtatem autem, ſi ille non dat, non habet. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Definita ſententia Apoſtoli eſt. Non dixit, non eſt cupiditas, niſi à Deo. Eſt enim mala cupiditas, quæ non eſt à Deo, ſed quia ipſa mala cupiditas nulli nocet, ſi ille non permittat, non eſt, inquit, poteſtas, niſi à Deo.* Quam ſententiam pluribus Scripturæ teſtimoniis in eiſdem locis confirmat Auguſtinus, & recipiunt communiter Scholaſtici cum Magiſtro in 2. ſentent. diſt. 44. quæ eſt vltima cap. 2. & Ricardus Victorinus citatus ſect. præcedenti.

5. S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 6. ait: *Satanæ voluntas ſemper iniuſta eſt, ſed nunquam poteſtas iniuſta quia à ſemetipſo voluntatem habet, ſed à Domino poteſtatem. Quod enim ipſe facere iniquè appetit, hoc Deus fieri non niſi iuſtè permittit. Vnde bene in libris* 2. Reg. 18. *Regum dicitur: Spiritus Domini malus irruebat in Saul. Ecce vnus & idem Spiritus Domini appellatur, & malus, Domini videlicet, per licentiam poteſtatis iuſtæ, malus autem per deſiderium voluntatis iniuſtæ.*

Eadem prorſus ſententia ſub exigua mutatione verborum legitur apud Iſidorum lib. 3. ſent. cap. 5. non procul à principio.

6. Eccleſiaſt 5. Confirmari poteſt verbis Eccleſiaſtes 5. *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam.* Vnde conſtat, hoc non eſſe Dei dantis, nec facientis, vt faciamus, ſed nos eſſe, qui noſtrum os, id eſt, mentem damus, & facimus peccare carnem. Vnde Hieronymus ibi: Hieronym. *Si enim hoc dixeris, Deum pronoceas quaſi authorem mali atque peccati, vt iratus ſit, & ſi quid viderit boni habere, auferat de manibus tuis.* Chryſoſtomus homil. 42. ad populum Antiochenum colum. penultim. ex illo Pſalm. Pſalm 120. Chryſoſtom. 120. *Ne des in commotionem pedem tuum. Non dixit*, inquit, *ne commouearis; ſed ne des. Igitur in nobis eſt dare, non in vllo altero. Nam, ſi ſtare velimus* 8 Methodius. *ſtabiles, & immotι, non commouebimur.* Et Methodius Martyr in expoſitione quorumdam dictorum Apoſtolorum ſub init. apud Photium in ſua Biblioth. pag. 330. *Ne dedamus*, inquit, *ô anima, ne dedamus nos in malo.*

7. Conſequenter, Deum non eſſe, qui facit, vt velint homines patrare facinora, docent alij Patres. Leo. Leo ſerm. 16. de Paſſione cap. 3. poſt med. ait: *Quod Dominus Ieſus Chriſtus furorem ſæuientium pati voluit, in nullo author eorum criminum fuit. Neque egit vt hæc vellent; ſed ceſſit, vt poſſent.* Fulgentius. Fulgentius lib. 1. ad Monim cap. 19. fine: *Nullum*, ait, *non relinquitur, quod ſine operante Deo malus operatur.* Anſelmus. Anſelmus lib. de concord. præſcientiæ & prædeſt. cum libertate cap. 1. prope finem ait: *Homo bona facit per liberum arbitrium, præſtante gratia, & malum ſola ſua operante propria voluntate.*

8. Matth. 18. Hieronymus lib. 3. in Matth. ad illa verba cap. 18. *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Neceſſe eſt*, inquit, *quidem venire ſcandala: væ tamen ei eſt homini, qui quod neceſſe eſt, vt fiat in mundo, vitio ſuo facit, vt per ſe fiat.* Vbi ponderandum eſt, eos plerumque, qui ſcandalizantur, non animaduertere ſcandalizantis actionis malitiam, ſed potius nonnunquam exiſtimare obſequium ſe præſtare Deo per imitationem illius actionis, ad cuius exemplum offendunt. Quemadmodum plebes Iudæorum, & gentilium exiſtimabant, bonas eſſe, atque rationi conſonas perſecutiones, quibus eorum Sacerdotes ac Principes inſequebantur Chriſtianos. Cum igitur non formalis ratio malitiæ; ſed materiales actiones, quibus ineſt malitia, ſint, quæ ſcandalizant, alliciendo ad imitationem; rurſúſque non Deus faciat, vt per illos homines fiat ſcandalum, ſed ipſi iudicio ſuo faciant, vt per ſe fiat, conſequens eſt, Deum non facere, vt illi homines faciant materiales actiones perſequendi Chriſtianos.

Non formalis ratio malitia, ſed materialis actio ſcandalizat.

Inſuper Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 17. 9.
prope initium inde probat, *Deum mala opera non prædeſtinaſſe; quia non fecit, vt fierent.* & cap. 22. *Sicut rectè dicimus, ad hoc prædeſtinatos ſanctos, vt, Deo in eis miſericorditer operante, ex malis fierent boni. Numquid ſic rectè dicere poterimus, ad hoc prædeſtinatos iniquos, vt, Deo in eis, et ſi non miſericorditer, ſaltem iuſtè operante, ex bonis fierent mali? Abſit hoc*, &c.

Sic etiam, Deum non feciſſe, vt ſerpens ſupra 10.
pectus ſuum, & ventro ſuo ambularet, & terram comederet hominibus nocendo, notat Ambroſius infra citandus diſp. 37. ſect. 1. num. 22. Vnde etiam Scholaſtici notare ſolent, Deum non facere, vt faciamus actiones eiuſmodi. Præſertim verò Gregorius Ariminin. in 2. diſt. 37. quæſt. vnica art. 3. poſt med. ſæpe: *Deus*, inquit, *non excitat, neque facit, vt homo faciat malum actum.* Veluti in ſolutione ad 1. fine, & ad 3. 6. & 8. & ad 2. authoritatem. Et in eodem lib. 2. diſt. 28. quæſt. vnica art. 3. poſt med. ad 12. argument. Quem ſequitur Capreolus in eadem diſtinctione, & quæſt. vnica art. 3. poſt med. Eadem loquendi forma rem explicat Ciſterſienſis Dionyſius in 1. diſtinct. 46. quæſt. vnica artic. 1. prima parte illius propoſit. 5. & in 2. diſtinct. 24. quæſt. 1. art. 1. propoſit. 3.

SECTIO IX.

Ceteræ rationes ex principio, cui tribuendæ ſunt actiones, tanquam diſcernenti, trahenti, & cooperanti.

SI Deus phyſicè prædeterminaret; ſequeretur, quaſlibet materiales actiones peccatorum eſſe tribuendas Deo, & non homini: ita vt operationes illæ ſint Dei, non verò noſtræ: ac proinde non ſint volentis, neque currentis; ſed Dei obdurantis, atque punientis. Conſequens autem eſſe falſum probo imprimis ex Auguſtino lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. paulò poſt med. dicente: *Neque enim quomodo dictum eſt: non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: ſic etiam dictum eſt: non eſt volentis, neque currentis, ſed obdurantis eſt Dei. Vnde datur intelligi quod infra vtrumque ponit: Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat: ita ſuperiori ſententiæ congruere, vt obduratio Dei ſit nolle miſereri, vt non ab illo irrogetur aliquid, quo ſit homo deterior, ſed tantùm, quo ſit melior, non erogetur.* Integrum huius loci contextum agere non de ſola malitia, ſed etiam de materiali actione, oſtendunt poſtrema verba. Irrogaretur enim à Deo aliquid, quo ſit homo deterior, ſi à Deo irrogaretur materialis actio odij Dei, atque blaſphemiæ, quam neceſſariò conſequitur malitia.

1. *Deo prædeterminante qualibet materiales peccatorũ actiones tribuerentur.* *Auguſtinus.*

Aliâs: non volentis, atque cõtemnentis, ſed obdurantis eſt Dei

2. Confirmatur, quoniam ex oppoſito ſequeretur, quemadmodum de Iacobo, benedictionem obtinente, nomine omnium prædeſtinatorum dictum eſt: *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, ita etiam de Eſau vendente primogenita, atque parui pendente, dicendum eſſe nomine omnium reproborum: Non eſt volentis, neque tardantis, & contemnentis; ſed Dei odio habentis:

habentis: ſimilitérque dicendum fuiſſe, Chriſti Domini proditionem non fuiſſe Iudæ volentis, neque currentis; ſed Dei operantis & itaſcentis.

3. 1.Corinth 4. Eſt etiam eiuſdem rationis argumentum, quod ſumitur ex 1. Corinth. 4. *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quod in bonis operibus propter phyſicam prædeterminationem ad illa, dictum eſſe, putant omnes illius ſententiæ Doctores. Vnde illorum aliqui manifeſtè fatentur (& reliquorum nullus auſus eſt diffiteri) quod producens actum mentiendi, in quantum actus eſt, habet aliquem Dei concurſum præuium, quem non habet, qui non producit talem actum, & eo concurſu diſcernitur ab alio, prout eſt producens actum; ſed in quantum peccat ſua culpa, ſe ipſe diſcernit à non peccante.

4. *Solus Deus diſcerneret Iudam à Petro.* Quapropter ſecundum hanc doctrinam, ſolus Deus fuerit, qui diſcreuerit Iudam proditorem à Petro negante; & Iulianum Apoſtatam ab Ario & cæteris hæreſiarchis; & quemlibet peccatorem à quolibet alio peccatore ſolus Deus radicaliter diſcernit, quia ſolus Deus prædeterminat ad reales, & poſitiuas ſpecies actionum materialium, quarum reali diſcrimine conſtituto per Deum, neque liberum arbitrium creatum, neque diuinum efficere poteſt, vt non ſit inter illos homines illud malitiæ diſcrimē, quod ex reali actionum diſcrimine neceſſariò conſequitur. Vnde conſtat, non eſſe verum, quod in fine prædictæ ſolutionis additur, quod peccans ſua malitia ſe diſcernat ab eo, qui ſtat, etiamſi fuerit diuina prędeterminatione diſcretus, quantum ad materialem actionem peccati.

5. Significant autem iidem Doctores, non diſſimilem difficultatem eſſe in noſtra ſententia. Quoniam tenemur concedere, aliquem concurſum ſimultaneum habere illum hominem, qui producit actum mentiendi, quem concurſum non habet alter homo, qui non producit actum mentiendi. Cæterum, licet hoc verum ſit, attamen ſimul eſt verum, quantum eſt ex parte Dei, vtrique hominum paratum & oblatum fuiſſe eundem concurſum, magis inclinantem ad non mentiendum; ideóque diſcrimen illius concurſus, cooperantis ad actum mendacij, non prouenit à Deo, ſed à libera voluntate mentientis. At verò præuij, & præoperantis, ac prædeterminantis concurſus diſcrimen non prouenit à libera voluntate mentientis, ſed à ſolo Deo. Ideóque Deus erit, qui diſcernit.

6. At verò prædicta verba: *Quid habes, quod non accepiſti*, &c. ponderans Auguſtinus de peccat. merit. & remiſſione lib. 2. cap. 18. à principio, manifeſtè ſupponit, ea non poſſe intelligi de volitione, quæ mala eſt. Nam poſtquam retulit quorumdam expoſitionem, qui dicebant: *Ideo quidquid etiam bonæ voluntatis habet homo, Deo tribuendum eſſe, quia & hoc in illo eſſe non poſſet, ſi homo ipſe non eſſet: cum verò, vt ſit aliquid, atque vt homo ſit non habeat, niſi à Deo; cur non authori Deo tribuatur, etiam quicquid in illo eſt bonæ voluntatis, quod non eſſet, niſi eſſet, in quo eſſet?* Hanc explanationem refutat, deducendo, tanquam ad maximum inconueniens ad hoc, quod eodem modo *etiam illud dici poteſt, malam quoque voluntatem Deo authori eſſe tribuendam; quia nec ipſa eſſe poſſet in homine, niſi homo eſſet, in quo eſſet.* Auguſtinus.

Finge nunc illius expoſitionis aſſertores Auguſtino reſpondere, malam quoque voluntatem Deo authori eſſe tribuendam, quantum ad totum eſſe reale, quod per ſe ſupponit, eſſe reale hominis; non verò quantum ad rationem priuationis, & malitiæ, quæ nihil eſt, atque defectus præter intentionem Dei ex entitate conſequutus; ideóque Deo non tribui, quamuis Deo tribuatur tota entitas, & bonitas cuiuſcumque actionis. 7.

Hanc igitur expoſitionem, ſi admitteret Auguſtinus, prædictum illius argumentum eneruaretur omnino; licet aliunde non deeſſent alia argumenta, quibus idem probaret intentum. Quapropter vt firmum maneret illud argumentum Auguſtini, debuit intelligere, non eſſe Deo tribuendam realem volitionem ſub ea ratione, quam neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur malitia. 8. *Auguſtini argumentum eneruaretur.*

Cui veritati atteſtantur alij Patres, vt Clemens Rom. in epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, multò propinquius ad finem quàm ad med. referens, *quotidianam prædicationem Petri*, vbi inter alia hoc recenſet: *Boni aliquid in ſe cum viderit Deo applicare* (ſiue, vt alij vertunt,) *attribuere. Et malum à ſe factum cognoſcat, & ſibi imputet.* Clarius autem Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 19. initio ait: *Ad voluntatem malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non fuit.* 9. *Clemens.* *Fulgentius.*

Ad eandem veritatem confirmandam pertinent omnia teſtimonia Scripturæ ſacræ & ſanct. Patrum, quibus aſſerunt, omnia opera mala noſtra eſſe, videlicet dæmonibus & hominibus propria: cū tamen aliunde aſſerāt, nihil boni noſtrum eſſe, ſed totum eſſe adſcribēdum Deo, idque colligant ex prædicto teſtimonio: *Quid habes, quod non accepiſti?* &c. Cui ex aduerſo per aptiſſimam conſonantiam reſpondet illud Coloſſ. 3. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem*, &c. Hæc ſcilicet ſunt membra noſtra. Nam puritas & caſtitas nos conſtituunt membra Chriſti, 1. Corint. 6. Vnde poſt pauca ſubdit ad Coloſſ. 3. citato. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis.* Nota reciprocum, *ſuis*; hi namque actus non pertinent ad nouum hominem, de quo ſubdit: *& induentes nouum*, &c. Vnde Auguſtinus ſupra ſect. 5. ſub initium; *Quod à Deo nos auertimus, noſtrum eſt*, inquit. 10. *Noſtra ſunt opera mala.* *Coloſſ. 3.* *Auguſtinus.*

De mendacio item dæmonis & hominis propriam prolem eſſe, probatur Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius.* & Rom. 3. *Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit.* Quæ duo teſtimonia ponderans Auguſtinus 14. de Ciuitate cap. 3. fine: *Quia & ille*, inquit, *ſecundùm ſe ipſum viuere voluit, quando in veritate non ſtetit, vt non de Dei, ſed de ſuo mendacium loqueretur, qui non ſolùm mendax, verùm etiam mendacij pater eſt, primus quippe mentitus, & à quo mendacium, ab illo cœpit eſſe peccatum.* & in cap. 4. initio, citata verba Rom. 3. ſic ponderat: *Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaque viuit homo ſecundùm veritatem, non viuit ſecundùm ſe ipſum, ſed ſecundùm Deum, qui dixit: Ego ſum veritas.* Cuius rationē reddit, *quia hominis ſit author & creator Deus, qui non eſt vtique author creatórque mendacij*, & quia voluntas quærens beatitudinem extra Deum, mendaciſſima ſit. Et tract. 5. in Ioannem in princip. *Nemo*, inquit, 11. *Ioan. 8.* *Rom. 3.* *Auguſtinus.*

3. Fulgentius lib. 5. ad Monim. cap. 26. in medio ait: *Cauſam iniquitatis ſua ex propria homo habuit voluntate.* Et de incarnat. & grat. Ieſu Chriſti cap. 10. poſt medium, vt probet, initium voluntatis eſſe à Deo ait: *Non eſt enim in homine via eius, quam habet ex Deo, nec viri eſt, vt corrigat viam ſuam, quam habet ex ſeipſo.*

4. Proſper ad obiectiones Vincent. obiectione 5. *Deum*, inquit, *iuſtum, bonum, ſic humanæ ſubſtantia, exteriorúmque ſenſuum nominus creatorem, vt prorſus ab illo ſit, quidquid pertinet ad naturam, & prorſus non ab illo ſit, quidquid contra naturam eſt, de quo mors & omnia quæ ſunt mortis oriuntur.* Quod ſi Deus prædeterminat ad materialem actionem odij Dei, à Deo eſt aliquid realiter & poſitiuè contrarium naturæ, de quo mors, & omnia, quæ ſunt mortis, oriuntur.

5. Confirmatur, nam Proſperum ibi non agere de ſola formali ratione malitiæ, ſed etiam de materiali volitione, ſatis indicat obiectio, cui reſpondet, quæ fuerat huiuſmodi. *Quod peccatorum noſtrorum author ſit Deus, eo quod malam faciat voluntatem hominum, plaſmet ſubſtantiam, quæ naturali motu non poſſit, niſi peccare.* Nam voluntas mala & naturalis motus actionem etiam materialem includunt. Inſuper ſi naturaliter Dei prædeterminatio requiritur ad operandum, & illa eſt naturalis motio voluntatis, rursúſque illa poſita, homo non poteſt non peccare; conſequens eſt, vt hominis ſubſtantia, naturali motu incitata, non poſſit non peccare. His conſequentia ſcribit ad cap. Gallorum ſent. 6. 11. & 14. & in duobus libris de vocatione Gentium.

6. Ambroſius libro ſecundo de Caïn & Abel cap. 7. *Culpa*, inquit, *ipſius ad te conuerſio eſt, non enim frater ei adducitur, ſed error adſcribitur, cuius ipſe ſibi author eſt: In te, inquit, reuertetur crimen, quod à te cœpit. Non habes in quo neceſſitatem magis, quàm mentem tuam arguas.* & infrà: *Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis.* Nota, *author, cœpit, Princeps, Dux*, quæ omnia denotant initium mali operis à libero arbitrio eſſe. Idem repetit in lib. 1. Exæmeron cap. 8. poſt med. *Intus*, ait, *author erroris, intus clauſus in nobiſmetipſis.* & infra: *Tu ipſe tibi cauſa es improbitatis, tu ipſe dux flagitiorum tuorum, atque incentor criminum. Vtinam te ipſe non impelleres, vtinam non præcipitares, vtinam non inuolueres ſtudiis immoderatioribus, aut indignatione, aut cupiditatibus.* Qui autem ſe ipſum impellit & præcipitat, idem ſe ipſum determinat ad ruinam, non prius ab alia cauſa determinatus: alioqui ab illa cauſa determinante, & non à ſeipſo impelleretur, & præcipitaretur.

7. Chryſoſtomus ad Hebræos 8. homil. 14. ante medium. *Intuere*, inquit, *à nobis primum incipere mala: Ipſi, inquit, primi non manſerunt. Ex nobis eſt negligentia, bona verò à Deo.*

8. Epiphanius hæreſi 24. poſt medium. *Dominus vbi omnia fecit, dicit: Ecce omnia valdè bona: oſtendens quod malum non haberet fundamentum, neque ab initio extitit, priuſquam ab homine initium ſumeret, per nos enim fit, & per nos non fit, pro eo, quod omnis homo poſſit non facere malum, & poſſit facere malum, cùm quidem fecerit, eſt malum: cùm verò non fecerit, non eſt malum.* Et in hæreſi 42. ſub titulo *Ex epiſtola ad Galatas*, confut. 6. probat, initium peccati non à carne, ſed à libera voluntate prodiiſſe.

Damaſcenus 4. fidei cap. 21. de vnico bono 9.
principio contra Manichæos tractans: *Impoſſibile*, inquit, *ex bono malum habere ortum.* Nemeſius de natura hominis capite 32. ea quæ per iram, vel cupiditatem fiunt, ſponte fieri, probat, quia *eorum principium in ipſis eſt. In ipſis enim erat, vt non facilè perturbationibus ſuccumberent.*

Nemeſius.

Euſebius de præparatione Euangelica, libro 10.
6. cap. 5. poſt medium ait: *Hinc etiam vnde malorum ſcaturiat fons, aperitur, quia nullum locum habet in his, quæ ſecundum naturam aut corpore, aut animo fuerint, ſed neque in his, quæ forinſecus accidunt. Solummodò autem in libero animi motu, quando non ſecundùm naturam, neque rectè mouetur, ſed à regia exiens via ſponte (dominus enim ſibi animus eſt) præter naturam fertur.* Quamobrem ex actuali abuſu dominij ſcaturire fontem malorum, non ſolùm his verbis notat Euſebius, ſed etiam inferiùs perſequitur, explicans indifferentiam à Deo conceſſam, nulla neceſſitate ad peccandum impellente, ſed potiùs ad bonum, per ſynderesim prouocante.

Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. circa 11.
med. pag. 65. ait: *Quoniam libera electio & appetitio peccata primum inchoat, iure infliguntur ſupplicia.* Et libro primo pædagogi, capite 8. poſt medium explicans illud Deuteronom. 32. *Auertam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum*, ait: *Vbi faciem auertit, ingreditur vitium: non vult ergo mala intueri: bonum enim eſt: ſed cùm ipſe oculos auertit ſua ſponte propter humanam infidelitatem, ortum habet vitium.* Non igitur à Deo ortum habet, ſed à noſtra ſpontanea libertate, Deo faciem auertente, vt permittat.

Theophylact. Ioan. 6. illa verba: *Nónne* 12.
vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? ita explanat: *Quamuis eſſet ex ſancto illo choro; attamen mala ſua voluntate indignus inuentus eſt.* & poſt pauca: *Igitur à voluntate, mala & naſcuntur & creſcunt.* Et Leo ſermone 7. de paſſione, cap. 2. *Ipſe Iudas*, ait, *ſibi fuit materia ruina & cauſa perfidiæ, ſequens diabolum ducem, & nolens Chriſtum habere rectorem.* & ſermone 16. de Paſſione cap. 3. initio, de æterno moriendi decreto ſic loquitur: *Non inde proceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi.*

Ioan. 6.

Leo.

Lactantius lib. vnico de ira Dei, poſtquam 13.
cap. 14. in fine docuit, Deum velle, omnes homines eſſe iuſtos, cultores Dei, & fratrum amatores, in principio capitis 15. ita quæſtionem proponit: *Hic fortaſſe quærat aliquis, vnde ad hominem peccata peruenerint, aut quæ prauitas diuini instituti regulam ad peiora detorſit; vt cum ſit ad iuſtitiam genitus, opera tamen efficiat iniuſta?* Et reſpondet, ex libero arbitrio perueniſſe, cui Deus malum & bonum proponens liberam eligendi optionem conceſſerat: quod clariùs ſcripſit libro quarto diuinarum inſtit. cap. 24. & 25.

Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem 14.
prope initium ait: *Si quæris, vnde veniat iſta voluntas, qua quid volumus contra Dei voluntatem? Vt dicam, ex nobis ipſis.* Rurſus in libro de Trinit. non procul à principio ait: *Quæ à bono inſtitutore inſtituta ſunt, aliud, quàm bona, eſſe non poſſunt, ex quo omne malum faceſſat à Deo: neque enim poteſt fieri, vt ſit initiator aut artifex vllius mali operis, qui nomen ſibi perfecti vendicat, & parentis, & iudicis: maximè cùm omnis mali operis & vindex ſit, & index.* Obſerua. Deus non eſt

initia

initiator, inſtitutor,& artifex operis mali. Eſſet autem, ſi præmoueret ac prædeterminaret ad materialem entitatem operis. Nam qui præmouet, ille præbet initium, & qui determinat, ille inſtituit, & ordinat artificium.

15. Origenes libro quarto contra Celſum poſt med. neque Deum eſſe authorem malorum, neque rerum corruptibilium materiam eſſe cauſam illorum, probat. *Nam ſua cuique ratio cauſa eſt exiſtentis in ipſo malitiæ, quæ quidem malum eſt, malæ quoque actiones, quæ ex ea proueniunt.* Quod ſi actiones, quæ proueniunt ex ratione, ſunt cauſa malitiæ: qui prædeterminauerit ad illas, idem præbebit initium & caoſam malitiæ.

16. Similiter etiam peccati originem duci non ex Deo, ſed ex noſtra libera voluntate, docet Ephrem Syrus in conſilio de vita ſpirituali ad Monachum nouitium, cap. 93. Marcus Eremita lib. de Baptiſmo, reſpondens ad interrogationem tertiam, & Olympiodorus tomo 1. Bibliothecæ in expoſitione Eccleſiaſtes cap. 2. col. 2.

Olympiodor. dicens: *Notandum quoque quod qui ſtudent circa ea, quæ vana ſunt, & ſe ſe voluptatibus tradunt, excuſare non poſſunt carentis ratione fortunæ motum, neque fati neceſſitatem: humanæ ſiquidem actiones proficiſcuntur ab electione, & ab inſita nobis libera poteſtate.*

17. Nicetas in orationem 40. Nazianzeni in penultimo comment. verſus medium ait: *Alia in arbitrio noſtro poſita ſunt, vt iram ac cupiditatem, libidinémque comprimere, vel iiſdem ſuccumbere. Quarum igitur rerum arbitrium penes te eſt, harum cauſas exterius ne conquiras: verum hoc pro certo habeas, id quod propriè malum eſt, à libera, & voluntaria à bono auerſione originem ducere.*

18. Idem dogma Prudentius in Hamartigenia contra Marcionitas paulò poſt medium ſic cecinit.

Sed quid ego omne malum, mundique, hominúmque
maligni,
Hoſtis ad inuidiam detorqueo? cùm mala noſtra
Ex noſtris concreta animis genus, & caput, & vim
Quid ſint, quid valeant, ſumant de corde parente?

19. Bernardus tractatu de gratia & libero arbitrio columna 5. fine de libero arbitrio ſic loquitur: *Ipſum, vt eſſet, creans gratia fecit, vt proficiat, ſaluans gratia facit, vt deficiat, ipſum ſe deiicit.* Atque hoc intelligere quaorum ad realem entitatem volitionis declarant verba, quæ continuò ſubiicit: *Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia beneuolos. Ex ipſo nobis eſt velle, ex ipſa bonum velle.* Vide quæ retulimus ſectione 1. num. 9.

20. Denique opera mala prouenire ex voluntate noſtra, tanquam ex principio & cauſa propria, & immediata, docent omnes Scholaſtici cum Magiſtro in 2. diſt. 34. cap. 1. & 2. & diſt. 35. & diſt. 37. cap. penultimo, & cum S. Thoma 1. 2. q. 75. art. 2.

21. Ex his omnibus, aliiſque Patribus paſſim affirmantibus, opera mala ex nobis eſſe, noſtráque voluntate, colligitur efficaciter, nullam antecedentem neceſſitatem ad eiuſmodi opera determinare: alioqui prædicta opera non ex nobis, ſed ex neceſſitate forent. Nam vt non minus acutè, quàm ſolidè S. Thomas obſeruauit 3. Ethicor. lect. 11. prope initium ſumpto fun-

S. Thomas. damento ex verbis Ariſtotelis: *Si non operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos non operari; ergo neceſſe eſſet nos operari, & ſic operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate.* Idem poſt pauca de contradictorio notat: *Si enim operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos operari: ergo neceſſe eſſet nos non operari: & ſic non operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate.*

SECTIO III.

Prauarum actionum ſemina, non per Deum, ſed per dæmonem, & liberum hominis arbitrium poſita, eandem veritatem confirmant.

PRædeſtinationis & iuſtificationis initium à Deo præbetur per ſupernaturale ſemen: de 1.

quo 1. Petr. 5. *Renati non ex ſemine corruptibili, ſed* *1. Petr. 5.*

incorruptibili per verbum Dei viui. & 1. Ioann. 3. *1. Ioan. 3.*

Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet. De cuius ſeminis neceſſitate per analogiam ad herbas & arbores, eleganter diſſerit Anſelmus lib. de concordia prædeſt. & grat. cum libero arbitr. capite 3. inter principium & medium. Quapropter, ſeruata proportione debita, illud principium præbebit prauæ actionis initium, quod poſuerit illius ſemina. Etenim ſemen eſt generationis principium, ſicut in viuentibus ſubſtantiis, ita etiam in actionibus vitalibus.

Semen generationis principium.

Probo igitur primò prauarum actionum ſemina non à Deo, ſed à dæmone, atque arbitrio noſtro præberi. Matth. 13. *Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.* Quam ſententiam ita ponderat Epiphanius hæreſi 66. inter medium & finem: *Per doctrinam ſeminauit Deus bonum in hominibus, & per malignam fraudem ſubſeminat mala opera diabolus in hominibus. Hinc, atque hinc non reperiemus malitiæ radicem, ſed opera, quæ per nos fiunt. Et omnino non eſt diabolus cauſa & author ſeminatorum zizaniorum. Statim enim declarat, dicens: Dum dormirent homines, & non dixit, dum dormiret Paterfamiliás. Cum enim nos obdormiremus à bonis operibus, cum neglexerimus iuſtitiam, tunc ſeminamus peccata.* Vnde conſtat, quantum eſt ex parte Dei, boni operis initia præberi; at verò mali operis initium non à Deo præberi, ſed à nobis primariò, & principaliter; ſecundariò tamen, vt ab inſtigatore à dæmone. In eandem ſententiam ſcribit hæreſi 36. prope finem. Similiter Irenæus, eandem parabolam explicans libro quarto aduerſus hæreſes cap. 78. de Angelo apoſtata ſic loquitur: *A ſemetipſo zizaniam abſconsè ſeminauit. id eſt, tranſgreſſionem, quam ipſe intulit.*

2. *Prauarum actionum ſemina à ſolo dæmone, & arbitrio noſtro.* *Matth. 13.* *Epiphanius.* *Irenæus.*

Nazianzenus oratione nona de ſuis ſermonibus ad Iulianum, &c. columna penultima: 3.

Peruerſus ille Spiritus, dormientibus nobis zizania ſuperſeminauit, vt mali principium ex boni incuria naſceretur. Hieronymus autem libro ſecundo contra Iouinianum non longè à principio, videlicet col. 4. vel circiter relatus de pœnitentia diſt. 2. capite, *Si enim*, quod eſt 40. §. *Liberi arbitrij*, ait: *Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem:) ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio diaboli.* Eandem Hieronymi ſententiam ſequi- *Hieronym.*

tur

tur Beda Iacobi 1. in id: *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia abſtractus & illectus.* Sicut etiam hypognoſticon lib. 3. columna 3. numeratis pluribus volitionibus peccatorum, *vt velle idolum colere, velle blaſphemare*, aliiſque ſimilibus ſubdit: *Non ſunt à Deo.* & rurſus: *Iſta ſunt zizania animæ, carniſque, quæ inimicus homo, id eſt, diabolus, dormitaute Adam, in liberum ſeminauit arbitrium.* Idem colligitur ex Petro Chryſologo in duobus ſermonibus de parabola zizaniorum, videlicet, 96. & 97. & ſermone vndecimo de ieiunio, & teotationibus Chriſti, ſub initium.

Beda.

4. Tribus aliis Scripturæ teſtimoniis ſecundò confirmat Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 2. prope initium, de peccato dicens: *Malum liberi arbitrij, germénque voluntarium. Nam quod voluntariè peccemus, dicit quodam in loco apertè Propheta: Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram: quomodo conuerſa es in amaritudinem vti vinea aliena? Plantator quidem bona: ſed fructus ex voluntate malus: atque ideò plantator quidem in culpa non eſt, vinea autem comburetur, quoniam in bonum plantata eſt, & in malum fructificauit. Fecerat enim hominem rectum, vt inquit Eccleſiaſtes; ſed ipſe quæſiuit quaſtiones multas. Et Apoſtolus dicit: Ipſius enim factura ſumus, creati in bonis operibus, quæ præparauit Deus, vt ambulemus in illis. Creator itaque cum ſit bonus, bonos creauit; creatura verò voluntate propria, in amaritudinem conuerſa eſt.*

Cyrillus. Hierem. 2. Eccleſiaſt 7. Epheſ. 2.

5. Quod attinet ad prætacta Hieremiæ verba in vulgata lectione clariùs oſtenditur fundameotum in hunc modum argumentandi. Non poſſet Deus gloriari, quod in ſua Eccleſia olim in lege, & modò in Euangelio plantauerit omne ſemeo verum; nec poſſet quaſi admiratus conqueri, quod adulterina ſemina, & fructus amaros reperiat: ſi ipſe in quocumque homine peccante plantat totam entitatem realem actionis, cui malitia per ſe ac neceſſariò cohæret, & ita plantat vt non ſit in hominis poteſtate impedire, ne Deus in eo plantet hoc ſemen, quod independenter à præuiſo libertatis vſu plantare decreuit. Conſequens autem falſum eſſe conſtat Hierem. 2. *Ego autem plantaui te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo conuerſa es mihi in prauum, vinea aliena?* Vnde conſtat, ex libero, atque proprio vitio vineæ, non verò ex parte diuini ſeminis contigiſſe: vt Hieronymus ibi ait: *Plantatio Domini & ſemen verum, & vinea ſorek in tantùm ſuo vitio commutatur, vt per amaritudinem recedat à Domino, & fiat vitis aliena.* Et Fulgentius libro primo ad Monim. capite 13. ſic eundem locum explicat: *Alienam à ſe vitem dicit non vitio diuinæ conditionis, ſed auerſione propriæ voluntatis, quæ iuſtè culpatur pro eo quod amaritudinem protulit, quam in ea Deus non fecit.* Et confirmat, qoia cùm Dominus ſuauis ſit, Pſalm. 118. & iudicia eius dulciſſima ſint. Pſalm. 18. noo poteſt ad amaritudinem contumaciæ hominem prædeſtinare.

Diſcurſus. Hierem. 2. Hieronym. Fulgentius.

6. Confirmatur, nam Chriſtus D. Matthæi 15. in eadem plantandi metaphora inſiſteos: *Omnis*, inquit, *plantatio, quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.* Vbi Hilarius: *Dicens*, inquit; *omnem plantationem, quæ non à Patre ſit, docet, traditionem hominum eradicandam, cuius fauore legis præcepta tranſgreſſi ſunt.* Et Remigius: *Omnis etiam falſa doctrina, & ſuperſtitioſa obſeruatio cum ſuis authoribus permanere non poteſt, & quia à Deo Patre non eſt, cum eiſdem eradicabitur. Illa ergo ſola permanebit, quæ à Deo Patre eſt.* Porrò non præciſam malitiam, ſed materiales etiam actiones continent hominum traditio, falſa doctrina, & ſuperſtitioſa obſeruatio lauandi manus ante prandium, neglecta cordis munditie. Vnde verò originem ducant prædictæ materiales actiones cum ſua malitia, paulò inferiùs docuit Chriſtus Dominus, dicens: *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.* Quæ verba de actionibus, vt ſonant, intelliguntur à Chryſoſtomo, Hieronymo, Theophylacto, D. Thoma, aliiſque expoſitoribus ibi. Exponunt autem cogitationes & actiones huiuſmodi, intrinſecus ex mente naſci, & in mente maoere, propterequè coinquinare.

Matth. 15. In catena. Remigius. Falſa doctrina, & ſuperſtitioſa obſeruatio materiales actiones continet. Matth. 15.

7. Tertiò probat Fulgentius io eodem libro primo ad Monim. capite 27. dicens: *Qui ſeminat in Spiritu, & de Spiritu metet vitam æternam: à Deo habet donum meſſis & ſeminis. Qui enim dat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Qui verò ſeminat in carne, & de carne metet corruptionem: ideò non lætabitur in meſſe, quia non Deum, ſed ſeipſum habuit authorem in ſemine.* Quod ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminatet hominis voluntatem ad materialem entitatem actionis, à qua neque per diuinam potentiam ſeparari poteſt malitia; iam Deus, qui ſeminat in ſpiritu, vt metat vitam æternam, ipſe etiam ſeminat in carne illud ſemen, ex quo miſer homo demetat corruptionem: quem fructum patietur iniuſtè, quia non ſe ipſum, ſed Deum habuit authorem in prædicto ſemine.

Galat. 6. 2. Corinth. 9. Deus ſeminaret in carne.

8. Probatur quartò, quia ſi Deus phyſica neceſſitate prædeterminaret ad materialem entitatem concupiſcentiæ, & conſenſus; iam ab illo noſtra concupiſcentia concipit fœtum peccati, & non à dæmone, neque à ſe ipſa; ac proinde à Deo prouenit primom ſemen mortis. Contrarium verò Iacobus docet primo capite. *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Concupiſcentia, cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.* Cui conſequenter Damaſcenus 4. de fide cap. 21. propè finem inquit: *Quando aliqua creaturarum voluntariè rebellauerit, & inobediens facta fuerit ei, qui creauit illam, in ſeipſa parit malitiam.*

Concupiſcentia noſtra à Deo conciperet ſœtum peccati. Iacobi 1. Damaſcen.

9. Sic etiam Fulgentius libro ptimo ad Monim. cap. 27. *Peccatum, ait, homo non ex prædeſtinatione diuina, ſed ex voluntate ſua, malè concupiſcendo, cœpit, & malè operando perfecit. Concupiſcentia enim, concipiens peperit peccatum: peccatum verò conſummatum genuit mortem.* S. Thomas Iacobi 1. *Concupiſcentia, inquit, parit peccatum per conſenſum operis, aut moroſa delectationis, quod eſt occulta formatio maligni fœtus. Conceptio verò huius eſt ex diabolo, tanquam ex Patre agente, & ſemen immittente: ex concupiſcen*

S. Thomas.

Digitized by Google

cupiſcentia, tanquam ex matre conſentiente.

10. Quintam probationem præcedenti cognatam miniſtrat illud Pſalm. 7. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* *Pſalm. 7.* Vbi Baſilius: *Confuſaneus*, inquit, *videtur eſſe dictionum contextus. Quoniam grauide primum quidem concipiunt, deinde parturiunt, poſtremò pariunt.* *Baſilius.* *Hic parturigo primum ſortitur locum, deìn conceptio, demum partus. Cæterùm ordo hic ſignificantiſſimè explicat cordis conceptionem. Incontinentium enim appetitiones nullo coërcita fræno rationis, & inſana prorſus concupiſcentiæ hominem veluti œſtro quopiam extimulantes, dictæ parturigines quædam ſunt, quod acrimoniam vehementiſſimi doloris in anima parere ſoleant. Secundùm hunc ad malum prægeſtientem impetum quiſquis non euadit ſuperior malignis, & ad malum perſuadentibus conſiliis, is iam concepit dolorem. Idem vbi fuerit in corde conceptam malitiam in flammam erumpere per improbas & flagitioſas actiones, tunc demum peperit iniquitatem. Videtur enim hæc dicere quodammodò erubeſcens pater iniqui filij appellari: Non meus, inquit, filius hic, ſed eius eſt patris, cui ſe per peccatum iure adoptionis contradidit,* *1. Ioan. 3.* *eóque ſecundùm Ioannem: Qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt.*

11. Perpende primò incontinentium appetitiones eſſe reales actiones; eaſdémque parere dolorem, quo anima ſtimulatur, & impellitur ad peccandum. Secundò propterea non ex Deo, ſed ex diabolo ducere originem, qui peccatum facit. Tertiò egregiam illam œſtri ſimilitudinem imitatus Pantaleo Diaconus in enarratione miraculorum Archangeli Michaëlis §. 5. *Pantaleo.* *Non diabolus*, inquit, *ab initio productus & factus; ſed bonus ex bono, & pulcher ex pulchro, & qui ſolus bona facit, opifice vniuerſorum. Poſtremò autem præter legem naturæ, decretúmque & rationem diuinæ iuſtitiæ, imperij cupiditatis œſtro percitus, rebellauit aduerſus Creatorem, &c.* Apud Surium die 29. Septembris, ex Metaphraſte die 8. Nouembris. *Ambroſius.* Tandem Ambroſius lib. 1. Exæmeron capite 8. circa medium ait: *Malitia ex nobis orta, non à Creatore Deo condita, morum leuitate generatur.*

12. Sextam probationem accipere poſſumus ex plurimis teſtimoniis Scripturæ, quibus peccatores, in quantum tales, dicuntur non eſſe filij Dei, ſed filij diaboli. *Ioan. 8.* *1. Ioannis 3.* Quemadmodum Ioannis 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* & 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.* & poſt pauca: *In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli.* Qui propterea in Euangelio genimina viperarum, & generatio praua & adultera nominantur, *Ezechiel. 16.* & Ezechielis 16. *Pater*, inquit, *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Vnde & frequenter appellantur filij lucis, & filij tenebrarum. *Epheſ. 5.* Quemadmodum Epheſior. quinto: *Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate, probantes quid ſit beneplacitum Deo.* Lucis ergo fructus in Domino, id eſt, per eius virtutem, & cauſalitatem productus, non eſt actus realiter & poſitiuè contrarius bonitati, iuſtitiæ, veritati, & beneplacito Dei.

13. *Dæmonis filiatio Deo non adſcribenda.* In his & ſimilibus aliis teſtimoniis, quamuis communiter Patres exponant, dæmonis filiationem contrahi non per naturam, ſed per imitationem culpæ, nihilominus ſolerter obſeruant, rationem propter quam hæc filiatio non ſit aſcribenda Deo, ſed dæmoni & humanæ voluntati, nimirum, quoniam illum affectum, per quem homo diaboli filius conſtituitur, non inſeruit, neque cauſauit, vt exiſteret; ſed homini contulit liberam vtriuſque filiationis adquirendæ poteſtatem: ſiue Dei per gratiam, ſiue diaboli per culpam. Vnde Proſper ad 6. obiectionem Vincentianam ait: *Sicut præuaricatoribus Angelis non* *Proſper.* *Deus indidit illam, qua in veritate non ſtetit, voluntatem: ita neque hominibus hunc affectum, quo diabolum imitarentur, inſeruit. Mendax enim de proprio loquitur.*

14. *Iſai. 14.* Baſilius Iſai. 14. in medio ad illa verba, *Semen reprobum, præpara filios*, ait: *Ex ſuo ipſius propoſito & libera voluntate vnuſquiſque eſſe poteſt ſemen ſanctum, aut certè in diuerſum abire. Audi illud:* *Ioan. 1.* *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt.* Et fusè oſtendit malas actiones eſſe filios hominum, & dæmonis proprios, quos vt mactentur, Deus præparari iubet. *Actiones malæ dæmonis filia.* Non ergo Deus ipſe vitam illis concedit procurando, atque cauſando, vt ab hominibus generentur, & nutriantur.

15. Sic etiam Methodius Martyr longè poſt med. illius fragmenti, quod refert Epiphanius hæreſi 64. rationem exponit, ob quam mali diabolus ſit author, inuentor, & architectus, videlicet, ita vt conſentire aut non conſentire ſitum ſit in noſtra poteſtate, cui conſonat idem Epiphanius hæreſi 38. & hæreſi 66. inter med. & finem.

16. Non aliter Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes c. 79. & 80. rationem explicat, ob quam inobedientes dicuntur eſſe filij diaboli, & progenies viperarum. Notanda ſunt præſertim illa verba 80. capitis ante med. *Quia non natura ſic facti eſſent à Deo, ſed qui poſſent iuſtè agere.* Similiter Auguſtinus contra aduerſarium legis & Prophetarum lib. 1. c. 22. vtramque filiationem poſtquam explicuit adquiri per imitationem, concludit in fine capitis, *hominem poſſe nunc in hoc, nunc in illud, mutata voluntate, conuerti.* *Auguſtinus.*

SECTIO IV.

Per ſeipſum abſque ſpeciali concurſu Dei peccare non poſſet arbitrium; ſi phyſicè prædeterminaretur materialis actio peccati.

1. Argumentorum, quæ tanguntur in titulo, caput eſt hoc. Quælibet phyſica prædeterminatio eſt ſpecialis concurſus Dei: ſed ad eliciendam materialem actionem odij Dei, non requiritur ſpecialis concurſus Dei: ergo ad eliciendam materialem actionem odij Dei, non requiritur phyſica prædeterminatio. *Phyſica prædeterminatio ſpecialis concurſus.* *Solutio.* Maiorem negant nonnulli contrariæ ſententiæ Doctores dicentes, prædeterminationem ad materialem actionem peccati non eſſe concurſum ſpecialem, ſed generalem; quoniam debitus eſt ex generali ſubordinatione voluntatis ad primam cauſam.

2. *Refutatur.* Hæc tamen ſolutio refutatur, & ſimul probatur maior ſyllogiſmi, primò, quoniam generalis ſubordinatio voluntatis ad primam cauſam, non poſtulat voluntatem à prima cauſa prædeterminari ad materialem actionem odij Dei, neque blaſphemiæ, aut idololatriæ, ſed potius muneri primæ cauſæ ſatisfacit abundè, licet nullius voluntatem prædeterminet ad tales actiones: vt *Munus primæ cauſæ ſine prædeterminatione.*

pro

probatum eſt diſput. 19. tota ſectione 1.

3. Præſentis verò ſectioois inſtituio magis congruentia ſunt, quæ Hypognoſticon lib. 3. col. 3. iuxta doctinam Auguſtini, quam ſere ſempet imitatur, de libero atbitrio ſic notat: *Non per qnod* (ſcilicet iudicium rationis) *ſit idoneum, quæ ad Deum pertinent, ſine Deo ant inchoare, aut certè peragere: ſed tantùm in operibus vitæ præſentis tam bonis, quàm etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur: id eſt, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, vel fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, velle quidquid bonum ad præſentem pertinet vitam, quæ omnia non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, imò ex ipſo & per ipſum ſunt, vel eſſe cœperunt. Malis verò dico, vt eſt velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere, res alienas velle diripere, Deum viuentem in ſecula blaſphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia diſcere, velle inebriari, & luxurioſè viuere, velle quidquid non licet, vel non expedit operari. Sed iſta non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis, quia non ſunt à Deo, imò malè deſiderata maculant vitam, quæ eſt à Deo.*

Auguſtinus.

4. Teſtimonij huius membrum prius, apertum eſt, agere non de ſuperoaturalibus, ſed de naturalibus operibus, quæ de bono naturæ oriuntur: & tamen illa omnia indigere diuina gubernatione & coocurſu, manifeſtatur illis verbis: *Quæ omnia non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, imò ex ipſo & per ipſum ſunt, vel eſſe cœperunt.* Hæc igitur naturalis gubernatio, & concurſus debitus ex ſubordinatione voluntatis ad primam cauſam, qui requiritur ad bona opera, non excedentia vires naturæ, idem non requiritur ad materiales volitiones peccatorum, quales ſunt, velle idolum colere, & cæteræ ſupra numeratæ.

5. *Ratio ex Auguſtini verbis.*

Obſeruanda eſt ratio, quam reddit, quia, videlicet, *Iſta non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis.* Vnde ſumitur hæc ratio. Munus primæ cauſæ, atque ſubordinatio voluntatis ad illam eſt optima pars ſubſtantiæ vitæ præſentis: ſed materiales actiones peccatorum non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis. Ergo materiales actiones peccatorum non pertinent ad munus primæ cauſæ, nec ad ſubordinationem voluntatis ad illam. Confirmat idem author, *quia non ſunt ex Deo*, cuius indicium à poſteriori eſt, quia *malè deſiderata maculant vitam, quæ eſt ex Deo.* Eſt autem repugnantia, Deum eſſe authorem earum rerum, quæ maculant vitam, quam ipſe inſtituit.

6. *Opis Dei ad minima quæque neceſſaria.*

Probatur ſecundò, nam alij etiam Patres expreſsè teſtantur, ad minima quæque naturalia opera neceſſariam eſſe Dei opem: quam negant requiri ad opera peccatorum. Vnde Hieronymus libro primo aduerſus Pelagianos col. 2. ſub nomine Attici Catholici ait: *Conſtat ergo inter nos, in bonis operibus poſt propriam voluntatem, Dei nos niti auxilio, in malis diaboli.* Docet ergo, in operibus malis non eſſe neceſſarium illum fauorem & opem naturalem, quæ requiritur ad minima quæque naturalia opera bona, de quo eùm Critobolus Pelagianus, tanquam inconueniens intuliſſet: *Si in ſingulis rebus, quas gerimus, Dei vtendum eſt adiutorio: ergo & calamum temperare ad ſcribendum, & temperatum pumice terere, manúmque aptare literis, tacere, loqui, ſedere, ſtare, ambulare, currere, comedere, ieiunare, flere, ridere, & cætera huiuſcemodi, niſi Deus iuuerit, non poterimus.* Cui Atticus Catholicus reſpondet: *Iuxta meum ſenſum non poſſe perſpicuum eſt.*

Hieronym.

Critobolus Pelagianus.

Tertiò probatur explicando in quo conſiſtat illud adiutorium & fauor, quod Deus ad quælibet opera bona etiam minima, & naturalia præbet, ſed non præbet ad opera peccatorum. Conſiſtit enim in eo, quod generalis concurſus Dei, quantum ex ſe eſt, & in quantum procedit à Deo, inclinat magis voluntatem ad opera bona, nunquam tamen inclinat ad eam realitatem, ſeu formalitatem malorum operum, ſecundùm quam realiter opponuntur virtuti ac diuinæ legi. Atque inde prouenit, vt bona opera, licet naturalia, meritò tribuenda ſint concurſui & operationi diuinæ, & tanquam illius dona poſtulanda & pro illis agendæ ſint gratiæ; quod tamen nullus conceſſerit de materiali actione odij aduerſus Deum, aut blaſphemiæ: vt magis conſtabit ſect. 9. 7.

Dei fauor ad qualibet bona opera explicatur.

Opera bona naturalia operationi diuinæ tribuenda.

Prædictum operationis diuinæ diſcrimen probatur in primis ex Auguſtino epiſt. 130. ante medium, vbi *Xenocrates*, inquit, *Polemonem, vt ſcribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiæ diſputando, non ſolùm ebrioſum, verum etiam tunc ebrium ad mores alios repentè conuertit. Quamquam ergo ille, ſicut prudenter & veraciter intellexiſtis, non Deo fuerit acquiſitus, ſed tantùm à dominatu luxuriæ liberatus; tamen ne id ipſum quidem, quod melius in eo factum eſt, humano operi tribuerim, ſed diuino. Ipſius namque corporis, quod eſt infimum noſtrum, ſi qua bona ſunt, ſicut forma & vires & ſalus, & ſi quid eiuſmodi eſt, non ſunt, niſi ex Deo creatore, ac perfectore naturæ. Quanto magis animi bona donare nullus alius poteſt? Quid enim ſuperbius, vel ingratius cogitare poteſt humana vecordia, ſi putauerit, cùm carne pulchrum faciat Deus hominem, animo caſtum ab homine fieri? Hoc in libro Chriſtianæ ſapientiæ ſic ſcriptum eſt: Cùm ſcirem, inquit, quia nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire, cuius eſſet hoc donum. Polemo ergo, ſi ex luxurioſo continens factus, ita ſciret, cuius eſſet hoc donum, & eum abiectis ſuperſtitionibus gentium, piè coleret, non ſolùm continens, ſed etiam veraciter ſapiens, & ſalubriter religioſus exiſteret, quod ei non tantùm ad præſentis vitæ honeſtatem, verùm & ad futuræ immortalitatem valeret.* 8.

Auguſtinus.

Sap. 8.

In quo duo ſunt ad rem præſentem notatu digna. Primum eſt, illa bona opera Polemonis non fuiſſe ſupernaturalia, ſed merè naturalia. Quod ſatis indicauit Auguſtinus, primò, quando dixit, per illa verba non fuiſſe adquiſitum Deo: ſecundò, non fuiſſe ſalubriter religioſum: tertiò, tantùm ad præſentis vitæ honeſtatem valuiſſe, non ad futuræ immortalitatem. Secundum eſt, hæc ipſa opera naturalis virtutis indiguiſſe concurſu proprio bonorum operum: primò, quoniam illa dicit Auguſtinus, non humano operi tribuenda eſſe, ſed diuino. Secundò, quia monet eſſe donum Dei, à Deo poſtulandum, & inducens obligationem agendi gratias. 9.

Duo notãda.

Hunc autem naturalem fauorem, ac peculiarem Dei concurſum non requiri ad opera peccatorum, ſed ad illa ſibi ſufficere liberum arbitriũ, docet Auguſtinus multis in locis, præſertim verò ex mente Palæſtinæ Synodi, quãtum 10.

ad

ad hunc articulum approbantis, quod illi Pelagius reſpondebat, in libro de geſtis Pelagij cap. 3. prope med. ait: *Sic etiam in illo teſtimonio, quod in* *Auguſtinus.* *eodem libro eidem titulo ſubdit: Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod vis porrige manum tuam ante hominem bonum, & malum, vita & mors. Quod placuit ei, dabitur illi: manifeſtum eſt, quod ſi ad ignem manum mittit, & malum, ac mors ei placet, id voluntas hominis operatur: ſi autem bonum & vitam diligit, non ſolùm voluntas id agit, ſed diuinitus adiuuatur. Sufficit enim ſibi oculus ad non videndum, hoc eſt, ad tenebras: ad videndum verò lumine ſuo non ſibi ſufficit, niſi illi extrinſecus adiutoriū clari luminis præbeatur.* Et poſt pauca de Patribus Palæſtinæ Synodi ſic loquitur: *Sufficere exiſtimantes, ita eum confeſſum eſſe liberum arbitrium, vt eligenti bona Deus eſſet adiutor, peccans verò eſſet in culpa, ad hoc ſibi ſufficiente propria voluntate.* Itaque Pelagius propterea Palæſtinæ Synodi cenſuram declinauit, quoniam ad ſola peccata reſtrinxit, quod aſſeruerat, vnumquemque proprio arbitrio regi, & liberum arbitrium ſibi ſufficere.

11. Idem verò Auguſtinus ex propria tantùm ſententia in Enchirid. cap. 106. ait: *Quia etſi peccatum in ſolo libero arbitrio erat conſtitutum, non tamen iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur. Sicut enim mori eſt in hominis poteſtate, cum velit, nemo eſt enim qui non ſe ipſum vel non veſcendo poſſit occidere; ad vitam verò tenēdam voluntas non ſatis eſt, ſi adiutoria ſiue alimentorum, ſiue quorumcumque tutaminum deſint; ſic homo in Paradiſo ad ſe occidendum idoneus erat per voluntatem, vt autem ab eo teneretur vita iuſtitiæ, parùm erat velle, niſi ille, qui eum fecerat, adiuuaret.* Et ſequenti cap. 107. *Sic ergo factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio.*

12. Rurſus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 19. prope init. *Extoli quippe in ſuperbiam propriæ voluntatis eſt hominum, non operis Dei: neque enim ad hoc eos compellit, aut adiuuat Deus. Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidam propriæ poteſtatis, vt fiat inobediens per ſuperbiam.* Hæc Auguſtini verba recitat & collaudat Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 28. fine. In quibus obſeruandum eſt primò, hominis appetitum præcedere, non Dei præmotionem, aut præuenientem concurſum ad actiones peccatorum: de quo infrà ſect. 5. Secundò notandum, *compellere*, ſecundùm vſum ſanctorum Patrum ſignificare quamcumque neceſſitatem contrariam dominio ſui, & indifferentiæ ad vtramque partem: vt præcedēti tom. de Scient. diſp. 44. ſect. 3. notauimus.

Hominis appetitus præcedit, nō præmotio.

13. Rurſus in eodem lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 5. initio ait: *Ad peccandum non adiuuamur à Deo. Iuſta autem agere, vel iuſtitiæ præceptum omni ex parte implere non poſſumus, niſi adiuuemur à Deo, ſicut corporis oculus non adiuuatur à luce, vt ab eadem luce clauſus, auerſúſque diſcedat.* At per materialem actionem animus realiter clauſus, & realiter auerſus à Deo diſcedit per realem oppoſitionem cum diuina lege. Ergo ad hoc non iuuat Deus, modo ſuperius explicato. Præterea de verbis Apoſtoli ſermone 13. longè poſt med. de adiutorio Dei ſic loquitur: *Prorſus ſi defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem, illo non adiuuante, libera voluntate, ſed malè. Ad hoc idonea eſt voluntas tua, quæ vocatur libera, & malè agendo, fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi: Sine adiutorio Dei nihil agis nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes ſine adiutorio Dei liberam voluntatem, quamquā non eſt illa libera.* In malè agendo toties repetito non ſolùm malitiam, ſed etiam actionem intelligere neceſſarium eſt.

Nyſſenus lib. de orat. Dominica, ad illa verba: 14. *Fiat voluntas tua.* pag. 2. ait: *Quum ad malum ac vitium in nobis ruit appetitus, non opus eſt adiutore: quippe in voluntate noſtra vitioſitate ſe ipſam vltro perficiente. Quod ſi in melius inclinatio fiat, Deo opus eſt, qui ſtudium & deſiderium ad opus perducat.* Chryſoſtomus 2. ad Timoth. cap. 4. homil. 8. in morali col. 2. ait: *Non ex ſola Dei voluntate fiunt omnia ſed ex noſtra quoque. Mala omnia ex noſtra tantummodò fiunt; bona omnia ex voluntate noſtra & ipſius adiutorio.* Perpende dictionem, *tantummodò.*

Proſper lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 12. aliàs 4. 15. *Voluntas*, inquit, *in malis actionibus ſola eſſe poteſt, in bonis autem ſola eſſe non poteſt. Quamuis enim ſecundùm naturam ſit homini, vt bona ſit voluntatis; vitium tamen, quod per malam voluntatem irruit in naturā, non naturæ ſuperatur virtute, ſed gratia.* Conſonat Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 24. poſt med. dicens: *Cum antē nos gratia viuificet, non niſi ad bene volendum, nec niſi ad bene operandum adiutorium ſubminiſtrat.* Et Anſelmus in dialogo de libero arbitr. cap. 11. dicēs: *A peccato & eius ſeruitute non,* *Anſelmus.* *niſi per alium, poteſt reuerti* (nimirū per Deum, cuius eſt rectitudinem dare, vt prius oſtenderat:) *à rectitudine autem non, niſi per ſe poteſt auerti.*

SECTIO V.

Deus non excitat, neque præuenit voluntates ad materiales actiones peccatorum.

1\. HOc etiam argumento probamus, non dari prædeterminationem phyſicam ad materiales actiones peccatorum, quoniam ita prædeterminare foret excitare ac præuenire voluntatē ad eaſdem actiones: vt facile colligere poteris, ſi recolas quid nominis, & quid rei contineatur in his verbis, *excitandi*, & *præueniendi*. Quod autem Deus ad tales operationes non excitet, Patres admonent. Nazianzenus orat. 3. aduerſus Iulian. (aliàs orat. 1.) ante med. *Dei rationibus*, inquit, *omnia reguntur:* & paucis interiectis: *Sua quò, & qua vult ratione ducit; non dubium autem, quin ad id, quod melius eſt, atque ad morborum ſanationem; quantumuis ij, quibus medicina fit, indignentur. A quibus rationibus non ille quidem ad malum excitatus eſt (Deus enim nullo modo mali cauſa eſt, quippe natura bonus, vitiúmque eius eſt, qui eligit;) haud tamen ab impetu ſuo repreſſus eſt.* Perpende primò, impetum & animi propoſitum eſſe materialem ipſam actionem, quæ mala eſt. Secundò, ad hanc Iulianus non eſt excitatus à Deo, ſed nec repreſſus ab illa. Tertiò, id rectè colligi ex eo, quod Deus non ſit cauſa mali, ſed, quantum ex ſe eſt, ſemper ducat ad id, quod melius eſt.

Prædeterminare ad materiales actiones eſt ad eas excitare.

Nanzian.

Auguſtinus lib. 2. de peccat. merit. & remiſſione cap. 18. poſt med. ait: *Quod à Deo nos auertimus, noſtrum eſt, & hæc eſt voluntas mala: quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo adiuuante, & excitante, non poſſumus; & hæc eſt voluntas bona.* Nota diſcrimen, vnde conſtat, ideo noſtrum eſſe quod à Deo nos auertimus, quoniam hoc poſſumus, Deo neque excitante ad auerſionē, 2.

neque ad illam adiuuante peculiari concurſu.

3. Bernardus tract. de gratia & libero arb. inter med. & finem dicit; *Neque extra ipſum* (ſcilicet liberum arbitrium) *quæratur damnationis cauſa, quod iam non damnat, niſi propria culpa; neque ab ipſo ſalutis merita, quod ſola ſaluat miſericordia. Cuius quippe conatus ad bonum, & caſſi ſunt, ſi à gratia non adiuuentur: & nulli, ſi non excitentur. Cæterum in malum ſunt proni.*

4. Proſper ad obiectiones Vincent. obiect. 10. *Non ergo,* ait, *caſus ruentium, neque malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit.* Quæ verba pro alio argumento ponderauimus ſupra

Bonauentur. diſp. 35. ſect. 1. num. 10. D. Bonauentur. in 2. diſtinct. 37. art. 1. quæſt. 2. ad vltim. *Ad illud,* inquit, *quod obiicitur, quod Deus eſt principale mouens in tali actione, dicendum, quod verum eſt: attamen non ſequitur ex hoc, quod excitet liberum arbitrium, ad faciendam illam operationem. Excitatio enim dicit aliquem effectum gratiæ, præuenientem ipſam voluntatem. Hæc autem requiritur in bonis meritoriis: in aliis verò operibus indifferentibus, vel etiam malis, non eſt, niſi ſola cooperatio diuinæ virtutis.* Similia ex Gregorio Ariminenſi notat Capreolus in 2. diſt. 37. quæſt. vnica, art. 3. dum reſpondet ad 1. aliorum. Et de excitante Dei operatione hactenus.

5. *Præueniens concurſus nō præbetur ad materiales peccatorum actiones. Pſalm. 124.*

Præuenientem Dei operationem & concurſum non præberi ad materiales actiones peccatorū, probatur primò ex Auguſtino in Pſal. 124. ad illa verba: *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.* Cuius commentarij prope finem: *Hoc cogitat,* ait, *qui recto ſunt corde. De quibus paulò ante dixit: Qui voluntatem Dei ſequuntur, non voluntatem ſuam: ſed qui ſequi Deum volunt, faciunt illum præcedentem, & ſe ſequentes; non autem ſe præcedentes, & illum ſequentem.* Quod ſi hoc proprium eſt eorum, qui Deum ſequi volunt facientes eius voluntatem: non poterit peccatoribus conuenire. Quippe qui potius faciunt *ſe præcedentes, & Deum ſequentem*: ac proinde ipſi Deum determinant ad actionem peccati, & non prædeterminantur præueniente concurſu Dei.

6. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 7. à med. contrarium modum & ordinem, quo diuina prouidentia reſpicit prædeſtinatorum, & reproborum opera ſignificat illis verbis: *Aut iſtum prorſus indignum miſericordia præueniat, aut illum ira dignum inueniat.* Itaque ira dignos non præuenit Dei prouidentia; ſed inuenit à ſe ipſis factos.

7. Gregorius lib. 33. moral. cap. 20. in med. aliàs cap. 25. ait: *Nemo ergo Deum meritis præuenit, vt tenere eum, quaſi debitorē poſſit; ſed miro modo æquus omnibus conditor, & quoſdam præeligit, & quoſdam in ſuis prauis moribus derelinquit.* & poſt pauca: *Electi præuenientem ſe gratiam ſequuntur; & reprobi iuxta quod merentur, accipiunt.* Vnde conſtat ad opera peccati non eſſe opus præueniente Dei iuſtitia, neque miſericordia, neque vllo alio opere: cum omne opus Dei vel ad iuſtitiam, vel ad miſericordiam pertineat: vt vidimus diſp. 35. ſect. 2. contra ſolutionem 4. Et S. Bonauentura ex illis verbis, quæ retulimus ſupra num. 4. ſubinfert:

Bonauentur. *Propter quod conceditur ibi eſſe cooperatio, non præuentio, vel ſubſecutio.*

8. Rectè igitur Waldenſis lib. 1. doctrinalis cap. 24. col. 1. *Creata voluntas,* inquit, *ita poteſt mala facere, etiam renitente diuina clementia, vt non niſi Deo præcurrente bona poſſit conſummare.* Non ergo præcurrit, neque præuenit Deus ad mala opera. Quod perſpicuè docuit in eodem lib. 1. cap. 28. in medio, dicens: *Fides clara eſt, & lata, quod ſicut in actum bonum voluntas humana non tendit, niſi voluntate præuenta diuina; ita voluntas diuina conſenſum actus mali, vel humani delicti non præuenit, ſed ſola peruerſa voluntas author eſt culpæ.*

SECTIO VI.

Quia voluntas à Deo nec impellitur, nec præparatur, nec agitur ad peccatorum actiones, eadem veritas confirmatur.

ARgumenta, in præſenti & ſequentibus ſectionibus afferenda, erunt veluti appendices illius, quod poſuimus in ſect. præced. nam præuenientis & excitantis operationis proprium eſt impellere, impetum Spiritus imprimere, extimulare, præparare, atque agere voluntatem ad operandum. Quapropter, ſi Deus prædeterminat voluntatem ad materialem actionem odij, vel blaſphemiæ, Deus eo ipſo præuenit impellendo, imprimendo impetū Spiritus, extimulando, præparando, & agendo voluntatem ad illa opera. Conſequens autem eſſe falſum, oſtendunt, quæ ſubiiciemus, teſtimonia Patrum. Imprimis enim, quemlibet impulſum, ab extrinſeco principio prouenientem cum antecedente neceſſitate refutauit Gregorius Nyſſenus lib. de Beatitud. tit. 5. in 5. Beatitudinem, *Beati miſericordes,* &c. paulò ante medium, dicens: *Inclinatio atque propenſio in malum nulla neceſſitate extrinſecus expellente innaſcitur; ſed ſimul atque ſumpſerimus malum, ſubſiſtit, tunc in rerum naturam proueniens, cum ſumpſerimus.* Sed materialis actio odij Dei eſt inclinatio atque propenſio in malum. Ergo nulla neceſſitate extrinſecus expellente innaſcitur. Rurſus phyſica prædeterminatio eſt neceſſitas extrinſecus expellens, hoc eſt, à cauſa extrinſeca, videlicet Deo, proueniens: ergo materialis actio odij Dei nulla phyſica prædeterminatione extrinſecus expellente innaſcitur. 1.

Deus nō impellit ad materiales peccatorum actiones.

Nyſſenus.

Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. poſt medium: *Ob hoc,* inquit, *dicitur obdurare peccantes quoſdam quia non eorū miſeretur, non quia impellit, vt peccent.* Proſper ad obiect. Vincent. 13. fine. *Si ergo,* inquit, *à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua cōcupiſcētia trahitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus: neque in tali negotio quidquā diuinæ volūtatis interuenit, cuius ope multos ſcimus, ne laberentur, retentos; nullos autem, vt laberentur, impulſos.* Poſtrema verba præſertim obſeruanda ſunt pro argumento præſenti: quod confirmant, quæ præcedunt, videlicet, poſitiuas præcipitij cauſas eſſe proprium arbitrium, cōcupiſcentiam, & perſuaſionem, in quibus cauſis, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus, vt expendimus diſp. 31. ſect. 4. Idem ad obiectionem 16. & vltimam: *Neque impelluntur, vt cadant; neque eiiciuntur, vt deſerant.* Et in reſponſione ad 12. caput Gallor. *Mala omnino ipſe non facit, neque fieri ſuaſit, aut impulit.* 2.

Proſper

Hypognoſticon lib. 6. prope med. *Quos in operibus impietatis & mortis præſciuit, non præordinauit, nec impulit, in quibus Deum prouocantes ad iracundiam, ſalutis fidem aut prædicatam ſibi accipere* 3.

nolunt,

nolunt aut Deo iudice non poſſunt, vel accepta malè vtuntur. Leo ſermone 7. de Paſſione poſt med. *Vt facinus,* inquit, *quod à perſequentibus patrabatur, neque impelleret, neque timeret.* Et ſerm. 16. de Paſſione cap. 3. *Non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit.* Petrus Chryſolog. ſermone 11. de Ieiunio & tentatione Chriſti Domini paulò poſt princip. ait: *Deus dat poſſe quod lubet, & quæ præcipit, facit ipſe. Quia ſicut diabolus impellit ad mala, ſic Deus reducit ad bona.* Vbi manifeſtè docet, Deum nec impellere, nec deducere ad mala.

S. Leo. *Chryſologus.*

4\. Euſebius de Præparat. euangelica lib. 6. cap. 5. verſus finem ait: *Impius ſanè iudicabitur, imo verò peſſimus omnium, qui à Creatore vniuerſi, alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur. Vnde ſequitur, aut hæc peccata non eſſe, aut peccati cauſam in Creatorem referri.* Et in eodem lib. 6. de præparatione cap. 9. circa med. ait: *Neque enim vllo modo ad peccandum Deus quemquam impellit, aut monet.* Nota diſtributiuam dictionem *nullo modo*, cuius contradictoria eſt, aliquo modo impellere, quæ verificaretur, ſi Deus per phyſicam illationis neceſſitatem determinaret ad materialem actionem peccati.

5\. Damaſcenus in Dialogo contra Manich. prope med. *Quemadmodum*, inquit, *diabolus ſine alterius cuiuſpiam impulſu, ſuapte voluntate, & ſententia malus fieri potuit: ſic homo, etiamſi nullus extitiſſet, qui eum adortretur, per ſe ipſum malus fieri poterat.* Impulſus itaque nullus prærequiritur ad illas actiones liberas, per quas homo ſe ipſum malum reddit.

6\. Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 19. in med. ait: *Neque enim dum quicumque iniuſti ſunt, à Deo impelluntur, vt mali fiant.* Quod autem poſt pauca ſubdit. *Facit ergo Deus quoſdam peccare, ſed in quibus talia iam peccata præceſſerint*, intelligendum eſt dictum ea phraſi, qua Deus dicitur excæcare, & indurare, non faciendo duritiem & cæcitatem, ſed tantùm non auferendo, quam homo ipſe ſibi facit: vt notauerat idem Iſidorus in eodem lib. cap. 5. prope finem, & ſumitur ex præcedenti contextu eiuſdẽ capitis 19. Sic etiam Hugo Victorin. ſæpe repetit, Deũ ad actus, qui mali ſunt non impellere, lib. 1. de Sacramentis p. 5. cap. 29. quem ſequitur Vincentius Veluac. in ſpeculo naturali tom. 1. c. 68.

Quomodo Deus dicitur excæcare, & indurare.

7\. Laurentius Iuſtinianus lib. de cõtemptu mundi cap. 8. ſub init. *Noli,* ait, *ô homo, cum delinquis bonitatem damnare diuinam, quòd ſuam tibi minimè prærogauit gratiam, quod ad peccatum impulerit, & bene agendi tibi negauerit poteſtatem. Iniqua cogitas, dum talia meditaris. Numquid ſcelerum author eſt Deus? aut forte peccatorum fauet voluntatibus malis? Nonne potius illas inſequitur, iudicat, punit, & damnat? Vult (quantum in ipſo eſt) omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: quatenus in omnibus reperiat, quod coronet.* Vide quantum diſtet Deus à voluntate impellendi ad materiales volitiones perfidiæ, atque inobedientiæ.

8\. Colon. Enchirid. Chriſtian. inſtit. tractatu de Sacramento pœnitentiæ prope titulum de Confeſſ. cap. *paucis tantum.* fol. 100. ait: *Licet Deus præſciuerit hominem caſurum; non tamen per hanc præſcientiam, vt ſic ageret, coegit, ſeu impulit:* quod tetulimus diſp. 31. ſect. 3. num. 24. Impulſum denique negant expreſſè multi Scholaſtici, referendi diſput. 39. præſertim ſect. 3. 4. 5. & 6.

9\. *Argumentum ex Ezechiele.* A præcedenti argumento vix, niſi verbo tenus differt, quod ſumi poteſt ex cap. 1. Ezechielis in hunc modum. Phyſica prædeterminatio eſt genus aliquod imprimendi impetum Spiritus: ſed nullum genus imprimendi impetum Spiritus exerceri poteſt circa opera mala, ſed tantùm circa bona: ergo nulla prædeterminatio phyſica datur circa opera mala. Minor probatur, nam vbicumque eſt impetus Spiritus, illuc gradiuntur ſancta animalia Ezechielis 1. ſed non gradiuntur ad opera mala, etiam pro materiali. Ergo impetus Spiritus non eſt ad opera mala etiã pro materiali.

10\. *Gregorius.* Explicatur & confirmatur verbis S. Gregorij ibi homil. 5. dicentis: *In reprobis eſt impetus carnis ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad exteriorem gloriam*, &c. Nota exteriorem gloriam eſſe non ſolùm malitiam; ſed etiam materialem entitatem, ſimiliterque rapinam. Quod clarius conſtat illis verbis, quæ poſt pauca ſubiicit: *Amare terrena, temporalia æternis præponere, exteriora bona non ad vſum neceſſarium habere, ſed ad voluptatẽ concupiſcere, impetus carnis eſt. At cõtra amare cæleſtia, contemnere trãſitoria, &c. impetus Spiritus eſt.* Confirmatur, quoniã impetus eſt principiũ motus in iis, quæ ab extrinſeco agente mouẽtur: vnde ſi Deus mouet determinãdo ad materiales peccatorũ actiones, illa prędeterminatio eſt impetus Dei, vt authoris naturalis: quemadmodum prædeterminatio ad ſupernaturales actiones eſt impetus Dei, vt ſupernaturalis authoris.

Confirmatio. *Prædeterminatio impetus Dei authoris naturalis.*

11\. *Inſtinctus idem quod impulſus.* Inſtinctus idem valet quod impulſus, aut impetus, de quo Tertullianus in lib. de anima inter princip. & med. 16 cap. cuius titulus eſt de Hegemonico, ait: *Irrationale autem poſterius intelligendum eſt, vt quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, ipſum illud tranſgreſſionis admiſſum. Atque exinde inoleuerit, & coadoleuerit in anima ad inſtar naturalis, quia in naturæ primordio accidit.* & poſt pauca: *A diabolo immiſſio delicti: irrationale autem omne delictum: igitur à diabolo irrationale a quo & delictum, extraneum à Deo, à quo eſt irrationale alienum: proinde diuerſitas horum ex diſtantia authorum.* Rectè igitur & clariùs, quàm cæteri Scholaſtici Ioan. Maior in 2. diſt. 37. quæſt. 1. ad 4. & quæſt. 2. prope finem; *Ad illud,* inquit, *in quo peccauit Semei, nullo modo inſtigauit Deus.*

12\. Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. ad Antonian. col. penultim. ait: *Neque enim malefacta de ſancto Spiritu veniunt, ſed de aduerſarij inſtinctu; & de immundo Spiritu nata concupiſcentiæ contra Deum facere, & diabolo ſeruire compellunt.* Ipſa itaquẽ facta, quæ mala ſunt, & concupiſcentiæ de immundo Spiritu natæ, ipſum contra Deum facere, ac dæmoni ſeruire, quæ realem & poſitiuam entitatem actus includunt, hæc, inquam, omnia veniunt de inſtinctu dæmonis, & non de inſtinctu Spiritus ſancti. Ergo nihil ex parte Dei, præueniens noſtram electionem liberã, ad huiuſmodi actiones inſtigat. Vnde liber de patientia (apud Auguſtinũ tom. 4.) à cap. 22. vſque ad 25. declarãt, *quod voluntas mala poteſt ſine alterius Spiritus inſtinctu ſe ipſam ſeducere: ſed voluntas bona non poteſt eſſe, niſi in quo Deus operatur & velle.* Rurſus extimulare vix differt à præcedẽtibus impulſu, impetu, & inſtinctu. Porro non à Deo, ſed ab inſanis concupiſcentiis extimulari hominem & impetum accipere ad prauas operationes, ex Baſilio vidimus ſupra ſect. 3. num. 10.

Extimulare vox differt ab impulſu, & impetu.

13\. *Præparari voluntatem à Deo.* Præparari voluntatem à Deo, propriũ eſſe bonorum operum, atque hoc modo, neminẽ, vt malè viuat, à Deo præparari, ex Proſpero ad obiect. Vincent. 11. notauimus diſp. 35. ſect. 1. num. 11.

Ideitco Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 18. in med. hinc ſcriptum arbitratur: *Præparatur voluntas à Domino*: quia malam voluntatem non habemus ex Deo, vnde reſtat, vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.

14. *Spiritu Dei agi.* *Dei Spiritu agi*, proprium eſſe filiorum Dei, quando mouentur ad opera pietatis, conſtat Roman. 9. Huiuſmodi verò motionem, & agitationem ad peccatorum actiones nō præberi à Deo, ſed à dæmone, ſcitè obſeruauit Marcus Eremita in libro de Paradiſo in prooemio verſus finem, docens, circa bona opera hominem eſſe veluti ferrum, *quod Deus mouet & agitat, & in quo Do-* *Marcus Eremita.* *minus clam operatur*. Et ſubdit: *Eodem modo ſe res habet in committendo, quod malum eſt, quando promptus & paratus eſt homo, ac ſe ſubmittit, tunc Satanas impellit illum, & agit vt enſem latro.*

SECTIO VII.

De cogitatione, vocatione, ſuggeſtione, faſcinatione illuſtrationis contraria, viſitatione, & inſpiratione.

1. PRæcedentis ſectionis operationibus conſequentes ſunt aliæ, vel potius earundem operationum alia nomina & officia, quæ in nobis fiunt, ſine nobis, & ideo præbent initium con- *Cogitatio iuſtificationis initium.* ſenſus. Huiuſmodi eſt imprimis cogitatio, quæ ſicut iuſtificationis initium præbet, quando allicit ad bonum; ita praui operis initium præbet, quando ad illud allicit. Porro non Deus, ſed nos ſimilium cogitationum præbemus initium, iuxta *Hierem. 18.* illud Hieremiæ 18. *Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.* Quæ verba Hieronymus lib. 4. in Hierem. prope init. ita ponderat: *Poſt cogi-* *Hieronym.* *tationes noſtras ibimus. Vbi eſt ergo abſque Dei gratia liberi arbitrij poteſtas, & propria iudicium voluntatis, cum grandis offenſa ſit Dei ſequi cogitationes ſuas, & praui cordis facere voluntatem?* Noſtræ igitur ſunt cogitationes illæ, quæ praui cordis voluntatem inuitant; ac proinde non Deus, ſed nos per illas initium præbemus voluntatis malæ.

2. Sic plerumque in Pſalmis atque Prophetis, hominibus tribuuntur, tanquam illarum authoribus cogitationes, ex quibus procedit malitia. *Hieremiæ 4.* Quemadmodum Hierem. 4. *Via tua & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Iſta malitia tua quia amara,* *Pſalm. 55.* *quia tetigit cor tuum.* & Pſal. 55. *Omnes cogitationes* *Actorum 8.* *eorum in malum.* Act. 8. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur* *Iſidorus.* *tibi hæc cogitatio cordis tui.* De his Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 25. in med. ait: *Cogitationes illicitas occurrere, dæmonum eſt: cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt.* & poſt pauca: *Dum vnuſquiſque diuina illuminatione præuenitur, ſtatim moleſtiis turpium cogitationum pulſatur.* Ergo nō à præuenienite Dei influxu prædeterminante, ſed à dæmone contrariæ iſtæ cogitationes immittuntur.

3. *Vocatio ad iuſtificationis initium pertinet.* Vocationem ſimiliter pertinere ad iuſtificationis initium, manifeſtiſſimum eſt. Quapropter, ſi Deus præberet initium, ad concipiendas materiales peccatorum actiones, ſequeretur, Deum ad illas vocare. Conſequens autem eſſe falſum *Galat. 5.* probo imprimis Galat. 5. *Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.* Quod ſi Deus vocaret ad materiales peccatorum actiones, vocaret etiam ad illam perſuaſionem, quæ fidei contraria erat. Rurſus 1. Theſſal. 4. *Non enim vocauit nos Deus in im-* *1. Theſſ. 4.* *munditiam, ſed in ſanctificationem.*

4. *Propoſitio refutata à Proſpero.* Meritò igitur Proſper reſpondens ad cap. 5. Gallorum hanc refutat propoſitionem: *Qui vocati ſunt, non æqualiter vocati ſunt; ſed alij, vt crederent, alij, vt non crederent, quaſi cuique vocatio cauſa fuerit non credendi.* Et ſubdit rationem: *Quamuis enim fides non ſit, niſi ex Dei dono, & hominis voluntate; infidelitas tamen non eſt, niſi ex ſola hominis voluntate* Conſonat Auguſtinus lib. *Auguſtinus.* 83. quæſtionum quæſt. 68. cùm ait: *Qui autem vocatus non venit, ſicut non habuit meritum præmij, vt mereretur; ſic inchoat meritum ſupplicij, cum vocatus venire neglexit.* Supponit igitur, Dei vocationem ad eas tantummodò actiones dirigi, quas qui neglexerit, ipſe ſibi, & non Deus, initium præbet culpæ, atque ſupplicij.

5. Lactantius in libro vnico de Opificio Dei cap. 20. ante med. ait: *Noluit enim Deus, hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo virtutem, dedit hoſtem priùs, qui animis hominum cupiditates & vitia immitteret, qui eſſet author errorum, malorúmque omnium machinator, vt quoniam Deus ad vitam vocat, ille contra, vt rapiat, & traducat ad mortem.* Multáque in eandem ſententiam ibidem: vbi nota primum quæ ſit intentio, & quo ſpectet vocatio Dei, deinde verò cætera, non eſſe vocationem Dei, ſed machinatiooes, & fallacias dæmonis.

6. Suggeſtionem ad opera praua, ſi Deus præ- *Suggeſtionē ad praua opera nō præbet Deus.* beret, eo ipſo præueniret, atque impelleret ad illa. Fieret autem efficaciſſima ſuggeſtio per phyſicam prædeterminationem ad cogitanda & concupiſcenda mala opera. Quapropter Pa- *Patres negātes ſuggeſtionem ad praua opera, & prædeterminationem negant.* tres, quando affirmant, Deum non ſuggerere cogitationes, aut concupiſcentias malorum, eo ipſo à fortiori negant phyſicam prædeterminationem ad illas.

7. Sic Petrus apud Clement. Recognit. lib. 5. propius ad med. quàm ad finem, poſtquam de libertate ad vtramque partem boni, & mali diſſeruerat, infidelium obiectionem ita præoccupat. *Imo, inquis, quidquid cogitamus, Deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis, ô homines? Blaſphematis. Si enim omne, quod cogitamus, ipſe nobis adducit ad mentem, ipſe ergo nobis cogitationes adulterij ſuggerit, & auaritiæ, & blaſphemiæ, omniſque luxuriæ? Deſinite, quæſo, ab huiuſmodi blaſphemiis, & quis ſit Deo dignus honor, intelligite.* Idem Clemens *Clemens.* in epiſtola 1. ad Iacob. fratrē Domini multò propinquius ad finem quàm ad medium, de Apoſtolis ſic loquitur: *Ad glorificandum ſe, & diuina mandata ſeminanda, & euangelizanda, eos Dominus elegit, & non vt prohibeantur, aut perturbentur, ſuggerebat, quoniam, qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur.* Non itaque ſuggerit Deus materialem actionem prohibendi, aut perturbandi, aut lædendi Apoſtolos.

8. *Pſalm. 100.* Athanaſius quæſt. 115. circa illud Pſal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, &c. *Sicut matutinum*, inquit, *tempus diei eſt initium, ſic omnis peccati initium eſt inimici fraudulenta ſuggeſtio. Reſpiciebam ad principia cogitationum: & inueſtigabam earum intentiones, atque adeo peccatores omnes, vtpote dæmones, perſequebar, & abſcindebam ipſorum capita; tanquam principia ad exſcindendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem.* Bernardus de interiori domo cap. 40. *Bernardus.*

cap. 40. *Dæmonum*, inquit, *eſt malas cogitationes ſuggerere; noſtrum eſt, illico eas expellere: nam in animo noſtro eas tacere noſtra attinet voluntatis.*

9. *Illuſtratio initium operis ſtudioſi.* Quemadmodum illuſtratio intellectus, verum bonum cum debito ſplendore proponens, eſt initium operis ſtudioſi, voluntatem alliciens ad illud: ſic etiam obtenebratio & obſcuratio intellectus occultans claritatem ac pulchritudinem virtutis, & faſcinatio nugacitatis, ficto ſplendore faciens coruſcare apparentia bona mundi, principium præbet, vt voluntas alliciatur ad illa.

Sap 4. De quo Sap. 4. *Ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona.*

10. Huiuſmodi principium à Deo non præberi, ſed principaliter à libero arbitrio proficiſci, dæmone ſuggerente, atque decipiēte, probatur pri-

Prouerb. 19. mò Prouerb. 19. *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Deum feruet animo ſuo.* Vnde Anaſtaſius Epiſcopus Nicænus in quæſtionibus

Anaſtaſius. in Scripturam q. 49. ex Chryſoſtom. ait: *Conuenit hic dicere illud prouerbiale eloquiū: Homo perdit vias ſuas, in corde autem ſuo in Deum tāquam authorem, id confert. Homo enim habet liberum arbitrium ſuæ*

Eccleſiaſt. 15. *ſalutis, aut exitij.* Et confirmat Eccleſiaſt. 15. *Ante hominem vita & mors*, &c. Non igitur Deus, ſed hominis ſtultitia cauſat, vt in eius intellectu, mentitis ſplendoribus blandiantur bona creata.

11. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Ioan. cap. 21. ad finem: *Si ad diaboli laqueum*, ait, *ſponte ac negligentia noſtra venimus, quem alium potius, quàm nos ipſos criminabimur? Nonne hoc eſt quod Salomon ſcribit? Amentia viri vias eius deuaſtat, & Deum incuſat in corde ſuo. Quod ſi proditor æqualiter aliis diſcipulis Saluatoris auxilium non habuiſſet, fruſtra hæc à nobis dicerentur. Sin autem non minus, quàm cæteri, diuina gratia regebatur, ſed ſuo ipſius iudicio in profundum perditionis delapſus ſit, quomodo etiam non ſeruauit eum Chriſtus*, &c. Conſtat igitur proprium hominis iudicium cauſam eſſe deceptionis, qua deluditur intellectus ob voluntatis liberam negligentiam, cum per Deum non ſteterit, quominus ab hac ſtultitia liberaretur, ſi vellet.

12. Idem probatur ſecundò Eccleſiaſtici 15. *Non*

Eccleſiaſt. 15. *dicas: Ille me implanauit, non enim neceſſarij ſunt ei homines impij: omne execramentum erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus eum.* Quem locum Auguſtinus de gratia & libero arbitrio,

Auguſtinus. cap. 2. ita legit. *Ne dixeris, quia ipſe me induxit: non enim opus habet viro peccatore.* Vnde conſtat, actum excerabilis erroris, quo voluntas ineſcatur ad peccandum, non eſſe à Deo, cui repugnat impoſtoris ac deceptoris officium, videlicet, implanare, & in laqueum inducere.

13. *Illuſtratio boni operis exordium præbet.* Boni operis exordium poſt illuſtrationem intellectus præbet viſitatio & inſpiratio per ſuauitatem voluntatis. Eiuſmodi autem initium non dari ad materialem actionem peccati, probo imprimis ex Leone ſerm. 8. de ieiunio ſeptimi Menſis prope init. cuius verba retulimus diſput. 31.

S. Leo. ſect. 1. num. 16. præſertim notando illud: *Fiat voluntas tua, hoc eſt, non illa, quam caro incitat, ſed quam Spiritus ſanctus inſpirat.* Non igitur Deus inſpirat eam voluntatem, quam caro incitat.

14 Ricardus Victor. de exterminatione mali, & promotione boni part. 1. tract. 3. cap. 3. ſub typo lapidum de bonis & malis operibus ita loquitur: *Sed nunquam talium lapidum copiam habemus, niſi prius diuinæ viſitationis, aut inſpirationis gratiam acceperimus. Teſtatur hoc, qui dicit: Sine me nihil poteſtis facere. Ergo nec lapides bonos eſt vſpiam colligere; niſi ex eius operatione. Sed malorum lapidum innumeram multitudinem facile inuenimus, quos ex tota vita noſtra copiosè, & ad manum colligimus.* Non igitur diuina viſitatione atque inſpiratione indigent.

Rurſus lib. 1. de Sacrament. part. 5. cap. 27. 15.
Malis, ait, *Deus poteſtatem tribuit ſolam, non voluntatem. Quia licet ex ipſius permiſſione ſit, quod malum poſſunt; ex inſpiratione tamen eius non eſt, quod malum volunt. Malarum enim voluntatum Deus ordinator eſt, non creator.*

SECTIO VIII.

Deus non operatur velle & perficere materiales actiones peccatorum, licet potentiam operandi tribuat.

PRæcedentibus cognatum argumentum eſt, 1.
quia ſine dubio Deus operaretur velle & perficere quamcumque operationem, quam phyſicè prædeterminaret: ſed non operatur velle & perficere materialem operationem peccati. Ergo *Materialem operationem peccati Deus non operatur velle & perficere.* non prædeterminat illam phyſicè. Minor probatur, quia Patres non de malitia præcisè conſiderata; ſed de voluntate etiam, quæ mala eſt, tradunt, non eſſe intelligendum illud Philippenſ. 2. *Philippenſ. 2.*
Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere. Quod non obſcurè monuit Gelaſius Papa I. epi- *Gelaſius.*
ſtola ad Epiſcopos per Picenum inter med. & finem dicens: *Nónne ipſe vas electionis affirmat, & dicit: Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate; ne etiam in mala voluntate & velle, & perficere Deus putaretur operari?*

Sic Auguſtinus de peccatorū meritis & remiſ- 2.
ſione lib. 2. cap. 18. à medio: *Si ergo*, inquit, *volūtas, aut bona eſt, aut mala, & vtique malam non habemus ex Deo; reſtat vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.* Quod ſubiectis Scripturæ teſtimoniis, confirmans, ait: *Deus eſt enim, qui operatur in vobis* *Philip 2.*
velle, & operari pro bona voluntate. Quocirca quod à Deo nos auertimus, noſtrum eſt: quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo excitante & adiuuante, non poſſumus. & paulò inferiùs cap. 19. *Extolli quippe in ſuperbiam propriæ voluntatis eſt hominum, non operis Dei.* Manifeſtè igitur Auguſtinus de ſolis operibus pietatis, exiſtimat, verificari poſſe, Deum operari velle & perficere.

Propterea ſæpe notare ſolet Auguſtious diſ- 3. *Diſcrimen inter poteſtatem, & voluntatē nocendi.*
crimen inter poteſtatem, voluntatémque nocendi; nimirum quod poteſtas ſit à Deo, & tribuatur ab illo; ſed voluntas non tribuatur à Deo, ſed ab homine, vel dæmone proficiſcatur. Quemadmodum Pſalm. 29. in 2. enarratione in præfatio. col. 4. *In ipſo*, inquit, *ſuo exemplo mediator demonſtrauit, quando nobis, deſuper permittit, homines nocere, non voluntatem nocendi deſuper dari, ſed poteſtatem. Vnuſquiſque enim malus apud ſe habet voluntatem nocendi, vt autem poſſit nocere, non habet in poteſtate. Vt velit, iam reus eſt: vt poſſit occulta diſpenſatione prouidentiæ Dei, in alium permittitur ad pœnam, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam.* Et lib. de natura boni aduerſus Manich. cap. 32. *Cū ergo per poteſtatē, quam diabolo dedit, omnia iuſtè ipſe Deus fecerit, nō tamen pro his iuſtè factis, ſed pro iniqua nocendi voluntate, quæ ipſius diaboli fuit, ei reddetur in fine ſupplicium.*

Et in Pſalm. 32. concl. 2. colum. 5. *Cupiditatem*, inquit, *nocendi poteſt homo habere propriam.*

habentis: ſimilitérque dicendum fuiſſe, Chriſti Domini proditionem non fuiſſe Iudæ volentis, neque currentis; ſed Dei operantis & iraſcentis.

3. *1. Corinth. 4.* Eſt etiam eiuſdem rationis argumentum, quod ſumitur ex 1. Corinth. 4. *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quod in bonis operibus propter phyſicam prædeterminationem ad illa, dictum eſſe, putant omnes illius ſententiæ Doctores. Vnde illorum aliqui manifeſtè fatentur (& reliquorum nullus auſus eſt diffiteri) quod producens actum mentiendi, in quantum actus eſt, habet aliquem Dei concurſum præuium, quem non habet, qui non producit talem actum, & eo concurſu diſcernitur ab alio, prout eſt producens actum; ſed in quantum peccat ſua culpa, ſe ipſe diſcernit à non peccante.

4. *Solus Deus diſcernere Iudam à Petro.* Quapropter ſecundum hanc doctrinam, ſolus Deus fuerit, qui diſcreuerit Iudam proditorem à Petro negante; & Iulianum Apoſtatam ab Ario & cæteris hæreſiarchis; & quemlibet peccatorem à quolibet alio peccatore ſolus Deus radicaliter diſcernit, quia ſolus Deus prædeterminat ad reales, & poſitiuas ſpecies actionum materialium, quarum reali diſcrimine conſtituto per Deum, neque liberum arbitrium creatum, neque diuinum efficere poteſt, vt non ſit inter illos homines illud malitiæ diſcrimē, quod ex reali actionum diſcrimine neceſſariò conſequitur. Vnde conſtat, non eſſe verum, quod in fine prædictæ ſolutionis additur, quod peccans ſua malitia ſe diſcernat ab eo, qui ſtat, etiamſi fuerit diuina prędeterminatione diſcretus, quantum ad materialem actionem peccati.

5. Significant autem iidem Doctores, non diſſimilem difficultatem eſſe in noſtra ſententia. Quoniam tenemur concedere, aliquem concurſum ſimultaneum habere illum hominem, qui producit actum mentiendi, quem concurſum non habet alter homo, qui non producit actum mentiendi. Cæterum, licet hoc verum ſit, attamen ſimul eſt verum, quantum eſt ex parte Dei, vtrique hominum paratum & oblatum fuiſſe eundem concurſum, magis inclinantem ad non mentiendum; ideóque diſcrimen illius concurſus, cooperantis ad actum mendacij, non prouenit à Deo, ſed à libera voluntate mentientis. At verò præuij, & præoperantis, ac prædeterminantis concurſus diſcrimen non prouenit à libera voluntate mentientis, ſed à ſolo Deo. Ideóque Deus erit, qui diſcernit.

6. At verò prædicta verba: *Quid habes, quod non accepiſti*, &c. ponderans Auguſtinus de peccat. merit. & remiſſione lib. 2. cap. 18. à principio, manifeſtè ſupponit, ea non poſſe intelligi de volitione, quæ mala eſt. Nam poſtquam retulit quorumdam expoſitionem, qui dicebant: *Ideo quidquid etiam bonæ voluntatis habet homo, Deo tribuendum eſſe, quia & hoc in illo eſſe non poſſet, ſi homo ipſe non eſſet: cum verò, vt ſit aliquid, atque vt homo ſit non habeat, niſi à Deo, cur non authori Deo tribuatur, etiam quicquid in illo eſt bonæ voluntatis, quod non eſſet, niſi eſſet, in quo eſſet?* Hanc explanationem refutat, deducendo, tanquam ad maximum *Auguſtinus.* inconueniens ad hoc, quod eodem modo *etiam illud dici poteſt, malam quoque voluntatem Deo authori eſſe tribuendam; quia nec ipſa eſſe poſſet in homine, niſi homo eſſet, in quo eſſet.*

7. Finge nunc illius expoſitionis aſſertores Auguſtino reſpondere, malam quoque voluntatem Deo authori eſſe tribuendam, quantum ad totum eſſe reale, quod per ſe ſupponit, eſſe reale hominis; non verò quantum ad rationem priuationis, & malitiæ, quæ nihil eſt, atque defectus præter intentionem Dei ex entitate conſequutus; ideóque Deo non tribui, quamuis Deo tribuatur tota entitas, & bonitas cuiuſcumque actionis.

8. *Auguſtini argumentum eneruaretur.* Hanc igitur expoſitionem, ſi admitteret Auguſtinus, prædictum illius argumentum eneruaretur omnino; licet aliunde non deeſſent alia argumenta, quibus idem probaret intentum. Quapropter vt firmum maneret illud argumentum Auguſtini, debuit intelligere, non eſſe Deo tribuendam realem volitionem ſub ea ratione, quam neceſſariò & inſeparabiliter conſequitur malitia.

9. *Clemens.* Cui veritati atteſtantur alij Patres, vt Clemens Rom. in epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, multò propinquius ad finem quàm ad med. referens, *quotidianam prædicationem Petri*, vbi inter alia hoc recenſet: *Boni aliquid in ſe cum viderit Deo applicare* (ſiue, vt alij vertunt,) *attribuere. Et malum à ſe factum cognoſcat, & ſibi imputet.* *Fulgentius.* Clarius autem Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 19. initio ait: *Ad voluntatem malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non fuit.*

10. *Noſtra ſunt opera mala.* Ad eandem veritatem confirmandam pertinent omnia teſtimonia Scripturæ ſacræ & ſanct. Patrum, quibus aſſerunt, omnia opera mala noſtra eſſe, videlicet dæmonibus & hominibus propria: cū tamen aliunde aſſerāt, nihil boni noſtrum eſſe, ſed totum eſſe adſcribēdum Deo, idque colligant ex prædicto teſtimonio: *Quid habes, quod non accepiſti?* &c. Cui ex aduerſo per aptiſſimam conſonantiam reſpondet illud Coloſſ. 3. *Coloſſ. 3.* *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem*, &c. Hæc ſcilicet ſunt membra noſtra. Nam puritas & caſtitas nos conſtituunt membra Chriſti, 1. Corint. 6. Vnde poſt pauca ſubdit ad Coloſſ. 3. citato. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis.* Nota reciprocum, *ſuis*; hi namque actus non pertinent ad nouum hominem, de quo ſubdit: *& induentes nouum*, &c. *Auguſtinus.* Vnde Auguſtinus ſupra ſect. 5. ſub initium, *Quod à Deo nos auertimus, noſtrum eſt*, inquit.

11. *Ioan. 8.* De mendacio item dæmonis & hominis propriam prolem eſſe, probatur Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius.* & Rom. 3. *Rom. 3.* *Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit.* Quæ duo teſtimonia ponderans Auguſtinus 14. de Ciuitate cap. 3. fine: *Auguſtinus.* *Quia & ille*, inquit, *ſecundum ſe ipſum viuere voluit, quando in veritate non ſtetit, vt non de Dei, ſed de ſuo mendacium loqueretur, qui non ſolùm mendax, verùm etiam mendacij pater eſt, primus quippe mentitus, & à quo mendacium, ab illo cœpit eſſe peccatum.* & in cap. 4. initio, citata verba Rom. 3. ſic ponderat: *Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaque viuit homo ſecundum veritatem, non viuit ſecundum ſe ipſum, ſed ſecundum Deum, qui dixit: Ego ſum veritas.* Cuius rationē reddit, *quia hominis ſit author & creator Deus, qui non eſt vtique author creatórque mendacij*, & quia voluntas quærens beatitudinem extra Deum, mendaciſſima ſit. Et tract. 5. in Ioannem in princip. *Nemo*, inquit,

neceſſariò infert effectum. Rurſus perſeitas illa maior inde conſtat, quia malitia inobedientiæ cum nulla alia actione ita per ſe cohæret, vt cum libera & reali volitione conculcandi præcepta diuina: ſiquidem ab hac actione per nullam potentiam ſeparari poteſt malitia inobedientiæ; quæ tamen poteſt à quibuſcumque præcedentibus tentationibus ſeparari, vt, illis exiſtentibus, non exiſtat.

5. Secundò probatur, ad rationem tentationis ſatis eſſe cauſare materialem actionem peccati, ideóque non poſſe propulſari à Deo tentatoris calumniam, niſi defendamus, eum non prædeterminare, nec inclinare ad materialem actionem peccati. Nam id Patres hac ratione defendunt. Auguſtinus de bono perſeu. cap. 6. poſt

Auguſtinus.

med. ait: *Non fruſtra dicitur: Ne nos inferas in tentationem. Nam quiſquis in tentationem non infertur, profectò nec in tentationem ſuæ malæ voluntatis infertur. Et qui in tentationem ſuæ malæ voluntatis non infertur, in nullam prorſus infertur.*

Iacob. 1.

Vnuſquiſque enim tentatur, vt ſcriptum eſt, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deus autem neminem tentat, tentatione, ſcilicet, noxia. Nam eſt & vtilis quando non decipimur, vel opprimimur, ſed

Pſal. 25.

probamur, ſecundum quod dictum eſt: Proba me, Domine, & tenta me. Illa ergo noxia tentatio eſt, quam

1. Theſſal. 3.

ſignificat Apoſtolus dicens: Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & inanis ſit labor veſter. Deus, vt dixi, neminem tentat, hoc eſt, neminem infert, vel inducit

Tentari non malum, ſed bonum.

in tentationem. Nam tentari, & in tentationem non inferri, non eſt malum, imo etiam bonum eſt, hoc eſt enim probari. Quod itaque dicimus Deo: Ne nos inferas in tentationem, quid dicimus, niſi ne nos inferri ſinas? Vnde ſic orant nonnulli, & legitur in codicibus pluribus, & hoc ſic poſuit B. Cyprianus: Ne patiaris, nos induci in tentationem.

6. Quatuor ſunt in his verbis Auguſtini ad exponendum Iacobum diligenter obſeruanda. Primum eſt, concupiſcentiæ tentationem eſſe vniuerſaliſſimam ad omne peccatū, ita vt ſiue quis tentetur à Dæmone, ſiue à mondo vel prauis hominibus, ſiue à nulla alia perſona tentetur; ſemper tamen à concupiſcentia tentetur, quicunque tentatur. Accipitur autem hîc concupiſcentia, prout eſt communis etiam voluntati, non vt eſt appetitui ſenſitiuo propria.

Quatuor obſeruanda.

7. Secundum eſt, malam voluntatem conſiderari poſſe, in quantum eſt concupiſcentia tentans, antequam tranſeat in peccatum per liberum conſenſum: at verò voluntas hæc non ſemper intendit formalem rationem malitiæ, ſed quod ex ſe eſt, ſolummodò intendit frui bonis creatis. Quapropter ad rationem tentationis non requiritur intentio malitiæ: vt magis vrgebimus num. 50. & ſequentibus. Tertium. Noxia tentatione Deus tentaret, ſi concupiſcentiam, hoc eſt prædictam voluntatem hominibus daret. Quartum. Deus non ſolùm permitteret & pateretur, nos in tentationem inferri, & induci, ſed ipſe potiùs inferret, & induceret, ſi voluntatem phyſicè prædeterminaret ad entitatem conſenſus. Cuius conditionalis illatio conſtat ex iis, quæ de mera permiſſione ponderauimus tota diſput. 31. & 32.

Mala volūtas eſt concupiſcētia tentans.

Deus nos in tentationem inferret.

8. Idem probatur ex Proſpero, cui Vincentianas inter obiectiones hæc erat obiectio 11. *Quod quando inceſtant patres filias, & matres filios: vel quando ſerui dominos occidunt, ideo fiat, quia ita Deus prædeſtinauit, vt fieret.* Obſerua obiectionem, non de præciſa ratione malitiæ, ſed de materialibus etiam actionibus occidendi, & inceſtandi fuiſſe loquutam. Vnde Proſper debuiſſet diſtinguere materiales actiones, quas Deus prædeſtinauit, vt fierent, non prædeſtinata earum malitia. At Proſper non ita reſpondet, ſed potiùs docet non ſolùm prædictas exteriores actiones, ſed præcipuè interiorem voluntatem illarum, à Deo non eſſe tanquam à generatore, idque à fortiori confirmat, quia neque ab ipſo dæmone ſunt tanquam à generatore, ſic enim ait: *Si diabolo obiiceretur, quod talium facinorum ipſe author, ipſe eſſet incentor; puto quod aliqua ratione exonerare ſe hac poſſet inuidia, & talium ſcelerum patratorem de ipſorum voluntate vinceret: quia etſi delectatus eſt furore peccantium, probaret tamen ſe non intuliſſe vim criminum. Qua ergo inſipientia, quáve dementia definitur ad Dei referendum eſſe conſilium, quod ne diabolo in totum aſcribi poteſt, qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator?* Idem ad obiectionem 14. *Si ab his,* inquit, *receditur, & ad vitia atque peccata tranſitur, nihil ibi Dei malæ tentationis immittit, & receſſurum non deſerit, antequam deſerat.* Qui nihil immittit, multò minus immittit totam realem entitatem peccati, qua poſita, ineuitabilis eſt malitia. Rurſus independenter à præcognito libertatis conſenſu phyſicam prædeterminationem immittere, qua poſita in ſenſu compoſito neceſſarium eſt recedere, atque deſerere, foret hominem receſſurum deſerere, antèquàm deſerat.

Proſper.

Legitimus proinde commentarius eſt Iacobi primò, quem ita concipit Beda: *Nemo, cum tentatur, dicat, quod à Deo tentatur, id eſt, nemo cum rapinam, falſum teſtimonium, homicidium vel cætera huiuſmodi commiſerit, dicat, quoniam Deo cogente, neceſſe habuerit hæc patrare, ideòque nullatenus horum effectum declinare potuerit.* Sicut autem patrandi neceſſitas, & declinandi impoſſibilitas, quam Beda refutat in præſenti, eſt in ſenſu compoſito cum diuino concurſu, per quem infertur, quod ſignificat ille ablatiuus abſolutus: *Deo cogente*: ita etiam eo ipſo affirmat, poſſibilitatem declinandi horum effectum, eſſe in ſenſu compoſito cum diuino concurſu. Aliàs non affirmaret oppoſitum eius, quod negat. 9.

Beda.

Tertiò probatur eadem veritas, quoniam vt aliqua cauſa propriè tentare dicatur, non requiritur, quod formalem malitiæ rationem intendat, & ex ea intentione ſuggerat, ſuadeat, & impellat: ſatis enim fuerit, ſi conſenſum intendat obtinere in opus diuina lege prohibitum. Ergo Deus propriè dicetur tentator malorum, ſi mouet voluntatem & determinat ad opus diuina lege prohibitum, quamuis non intendat eius malitiam. Antecedens probatur, nam & mundus, & mundani homines alios ſeu bonos ſeu improbos tentare dicuntur, quoties propoſita delectatione, vtilitate aut inani gloria ſuadent opus diuina lege prohibitum; quamuis plerumque non intendant eius malitiam, ſed ſolummodò materialem actionem fruendi prædictis temporalibus bonis. 10.

Tentans non debet formalem rationē malitiæ intendere.

Confirmatur, nam & Adamum ab Eua, & Ioſephum à ſua domina in Ægypto tentatos fuiſſe, propriè dicimus: & tamen neutra fœmina intendebat formalem rationē malitiæ, ſed ſolummodò deſiderabat conſenſum in fruitionem delectationis, quam ſuggerebat. Rurſus concupiſcentia 11.

Digitized by Google

Appetitus ſenſitiuus tentat.

piſcentia carnis, ſeu appetitus ſenſitiui propriè tentare dicitur, quoniam voluntatem allicit ad ſenſibilia bona, diuina lege prohibita: & tamen tentatrix iſta non eſt capax intendendi formalem rationem malitiæ, quoniam hæc non eſt obiectum ſenſibile, quod ſolùm poteſt actum ſenſitiui appetitus terminare.

12. Quartò ex eiſdem ferè principiis argumentari poſſumus, quoniam, vt ſcitè Auguſtinus lib. 1. quæſt. ſuper Geneſ. q. 57. ait: *Tentatio illa, de qua Iacobus dicit, non intelligitur, niſi qua quiſque peccato implicatur.* Sed ſummopere implicatur homo, cui laqueus talis iniicitur, à quo ſe actualiter explicare ſit abſolutè impoſſibile ex ſuppoſitione, quod independenter à ſua libertate ſibi fuerit iniectus. Huiuſmodi autē eſt phyſica prædeterminatio ad materialem actionem, quantumcumque præſcindatur à formali ratione peccati. Confirmatur, nam idem Auguſtinus ſerm. 11. de verbis Domini col. 7. Iacobum intelligendum dicit de tentatione, quæ adducit peccatū. Nihil autē certiùs & immediatiùs adducit peccatū, quàm materialis actio. Denique libro de gratia & libero arbitrio cap. 2. ſub initium ex eodem Iacobi teſtimonio probat, nullam hominibus excuſationem ſuppetere culparum cauſa in Deum reiecta.

Auguſtinus.

Confirmatio.

13. Quintò ſimul probantur duo: alterum eſt, non eſſe requiſitum, formalem peccati rationem intendere, vt Deus propriè tentare dicatur: alterum eſt, Deum poſſe cauſalitatem moralem adhibere ad cauſandam materialem actionem peccati, ſi poteſt illam phyſicè prædeterminare. Etenim ſi Deus ſuaderet, inuitaret, & conſuleret materialem actionem odij Dei, blaſphemiæ, vel idololatriæ, quantumcumque intentionem procuraret præſcindere à ratione formali malitiæ, adhuc propriè tentare diceretur: ergo vt propriè Deus tentare dicatur, opus non eſt peccati rationem formalem intendere.

14. Rurſus ſi honeſtum eſt efficaciter velle, & cauſare aliquem finē, erit etiam honeſtum procurare omnia media per ſe & immediatè ordinata ad illum finem, ſi aliunde non habent aliam rationem malitiæ. Quæ conditionalis probatur, quia media ex fine, ad quem per ſe, & immediatè ordinantur, accipiunt honeſtatem, niſi aliunde vitientur. Sed cogitationem ſuggerere de odio, aut de vindicta, necnon excitare deſideria, aut delectationes de vindicta cum profunda triſtitia & dolore de iniuria, atque ad hunc finem rationes intellectui proponere, eſt medium per ſe & immediatè ordinatum, vt homo eliciat materialem actionem eligendi vindictam, poſtpoſito diuino præcepto: & hoc medium vitiari non poteſt aliunde, quàm ex materiali electione vindictæ, ad quam ordinatur. Ergo ſi honeſtum, & dignū Deo eſt à ſe ipſo & ex proprio motu efficaciter velle & cauſare materialē actionem prædictam, erit honeſtum, & Deo dignum, ad eundem finem obtinendum ſuggerere cogitationes, & excitare deſideria, delectationes & triſtitias, necnon vehementem imaginationem rationum, quæ hanc materialem electionem ſuadere fortiùs poſſunt.

Si honeſtum eſt finem intendere, & procurare media.

15. Confirmatur primò, quoniam ſi hæc media moraliter cauſantia materialem actionem vindictæ, vitiantur propter malitiam, neceſſariò cohærentem cum materiali actione vindictæ: prius ac magis vitiabitur materialis actio vindictæ, vt illam cauſare ſit Deo prius ac magis indignum, quàm prædictas cogitationes, deſideria, delectationes, triſtitias, ſuaſioneſque cauſare.

16. Confirmatur ſecundò, quia ſi Deus determinat prædictas cogitationes, deſideria, delectationes, triſtitias, ſuaſiones, quamuis non intenderet earum malitiam, nobis tamen nihil minùs noceret, quàm ſi earum malitiam intenderet. Vnde Patres non intentionem ſolam malitiæ, ſed omnino tales cogitationes & motus animi diuinæ cauſalitati repugnare notant. Quemadmodum Beda Iacobi 1. ad verba initio citata: *Vbi primùm*, inquit, *illorum deſtruit errorem, qui ſicut bonas cogitationes à Deo, conſtat, nobis inſpirari; ita etiam malas, ipſo inſtigante, putant, noſtra in mente generari.* Similiter Gloſſa & D. Thomas in eundem locum dicunt, *Deum non immittere cogitationes tentationum.* Idem repetit Antoninus 1. part. titul. 6. cap. 13. §. 1. Quod idem notat Gregorius lib. 2. Moral. cap. 24. fine, aliàs cap. 34. dicens: *Quia ergo ab aëris poteſtatibus contra cogitationum noſtrarum munditiam flamma liuoris irruit, de cœlo ignis ad oues venit. Sæpe enim mundas mentis noſtræ cogitationes ardore libidinis accendunt, & quaſi igne oues concremant, dum caſtos motus animi luxuriæ tentatione perturbant. Qui ignis Dei dicitur: quia etſi non faciente Deo, tamen permittente generatur.* Nota poſtrema verba, ex quibus conſtat, Deum non determinare ad hos motus, ſed tantùm permittere, vt illos excitet inimicus. Quod autem loquatur de indeliberatis motibus, qui non imputantur ad culpam, conſtat ex ſequentibus verbis: *Et quia impulſu ſubito ipſas nonnunquam circumſpectiones mentis obruunt, quaſi cuſtodes pueros gladio occidunt. Sed tamen vnus incolumis fugit, dum omne, quod mens patitur, perſeuerans diſcretio ſubtiliter reſpicit, ſolaque mortis periculum euadit,* &c.

Patres de malitia intentionem, ſed illius cogitationes & motus diuinæ cauſalitati negant.

Beda.

Gregorius.

17. Confirmatur tertiò, præſcindēdo intentionem dæmonis, in quantum fertur in rationem formalem malitiæ, & accipiendo exterius opus, quod à dæmone fit, quando ſuggerit homini adulterium propter delectationem, vel homicidium propter vindictam & honorem militarem, non ſuggerendo, vt homo malitiam intentet. Quo ſuppoſito, ſic argumentor. Exterior iſta ſuggeſtio dæmonis, vt præciſa ab eius intentione, nihil aliud inducit directè, & immediatè, niſi poſitiuum & & realem conſenſum, in delectationem & honorem, realiter contrarium legi diuinæ: non enim ſuggerit, vt ametur malitia, quatenus malitia eſt. Ergo tota hæc ſuggeſtio exterior poterit adhiberi à Deo. Probatur conſequentia, quia quod attinet ad ſuum obiectum, ſeu finem immediatum, nihil differt à prædeterminatione Dei; ſiquidem vtriuſque obiectum, ſeu finis immediatus eſt facere, vt homo eliciat materialem actionem conſentiendi in delectationem, & honorem contra legem Dei. Et, quantum ad modum inducendi, minùs efficax eſt illa ſuggeſtio dæmonis, & magis efficax prædeterminatio phyſica.

Prædeterminatio ad materiale peccati, & Dæmonis ſuggeſtio idem intendunt.

18. Vnde ſumitur probatio ſexta. Si enim Deus per phyſicam prædeterminationē cauſaret prædictas cogitationes, deſideria, delectationes, atque triſtitias, præſertim contra caſtitatem inclinantes, ſequeretur, veram fuiſſe antiquorum exiſtimationem de concupiſcētia; nam aliqui exiſtimabant, bonam eſſe concupiſcentiam, & à Deo authore profectam. Sequela probatur: nam concupiſcentia,

Aliqui concupiſcentiam à Deo authore profectam putarunt.

Conſequentia duplex acceptio. cupiſcentia, ſiue accipiatur pro potentia, quatenus proni ſunt homines ad bona ſenſibilia deſideranda contra rationis ordinem, ſiue accipiatur pro ipſo actu appetendi ſenſibilia bona contra rationis ordinem; vtroque modo concupiſcentia erit à Deo, tanquam authore, ſi Deus cauſat prædictas cogitationes, deſideria, delectationes, aut triſtitias propendentes & impellentes ad realem conſenſum realiter contrarium rectæ rationi & virtuti.

19. Conſequens autem eſſe falſum, ex profeſſo probat Hypognoſticon contra Pelag. toto lib. 4. Peculiariter notanda ſunt, quæ verſus finem eiuſdem libri deducit ex teſtimonio Iacobi, quod *Hypognoſtic.* in principio præſentis ſectionis retulimus: *Videte*, inquit, *dilectam veſtram* (ſcilicet concupiſcentiam) *ſimul & laudatam veſtram, concipientem dolorem, parturientem peccatum, generantem mortem. Cuius authorem cum Deum eſſe prædicatis, ſine dubio arguitis tantum Apoſtolum, & Deum eſſe malorum, dicitis, tentatorem: quia ipſe creauit ſecundum vos, vnde tentantur homines, abſtrahuntur, & alliciuntur: ac per hoc ipſe vnde pereant, fecit.* Quod ſi Deus creauit, ſiue cauſauit prædictas cogitationes, deſideria, delectationes, atque triſtitias, Deus creauit vnde tentantur homines, abſtrahuntur, & alliciuntur: ac per hoc ipſe, vnde pereant, fecit.

20. Confirmatur primò eiuſdem Iacobi cap. 4. *Vnde*, inquit, *bella & lites in vobis? Nonne hinc. Ex cō-*
Iacob. 4. *cupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? concupiſcitis & non habetis occiditis & zelatis*, &c. Quod ita continuò ponderat Hypognoſticon citatum: *Audiſtis, quale officium habeat nimiùm dilecta veſtra concupiſcentia, id eſt, bella & lites, quibus diſcordare facit corpus, & ſpiritum veſtrum: & in eius caſtris hoſtilibus, atque ſub lege mortifera militare delectat?* Hæc omnia & ſimilia multa, quæ ſubdit, materiales actiones ſunt, quas libidinis concupiſcentia cauſat, non intendendo formalem rationem malitiæ, quam attingere non poteſt ſenſitiua concupiſcentia: vt vidimus ſupra num. 11.

Confirmatur ſecundò, nam vt ſcitè Abulenſis in cap. 19. Matth. quæſt. 175. inter med. &
Abulenſis. finem: *Si eas*, inquit, *res, quæ vetitæ ſunt, & circa quas eſt peccare, vellet Deus oſtendere intellectui, ſub tam perfecta ratione boni, peccaret voluntas, Deo decipiente eam.* Et confirmat verbis
Iacobi 1. Iacobi 1. *Ipſe autem neminem tentat: Et tamen oſtendere*, inquit, *aliquid eſſe valdè bonum, vt voluntas alliciatur, & in illo committat peccatum, tentare eſt. Vnde Deus hoc nunquam facit. Et ita apparet, quo modo Deus mouet voluntatem noſtram, ſiue liberum arbitrium, licet mouendo nunquam faciat contra libertatis conditionem, quia non determinat voluntatem ad hoc, vel ad illud directè.* Determinare igitur directè ad hoc, vel ad illud, non ſolùm libertatem violat, ſed etiam tentatorem conſtituit.

21. Probatur ſeptimò, quia licet ad rationem tentationis illius, quæ Deo repugnat, opus eſſet intentione deiiciendi hominem in culpam formaliter, vt culpa eſt: adhuc conſequens erit,
Deus ſaltem per dæmonē tentaret. Deum, ſi non immediatè per ſe ipſum, ſaltem mediatè per dæmonem, tanquam per inſtrumentum, tentare, præmouendo & prædeterminando dæmonem ad totam realem & poſitiuam volitionem, etiam, qua parte vult, & intendit hominem deiicere in culpam propter contumeliam Dei: nam hoc totum obiectum amplectitur dæmon per realem & poſitiuam volitionem, quam Deus phyſicè prædeterminat, & cauſat.

Hoc autem conſequens falſitatem præ ſe fert 22.
manifeſtam: inſuper eſt contra Ambroſ. in lib. de Paradiſo cap. 15. non procul à princip. vbi explicans illud Geneſ. 3. *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* *Geneſis 3.*
ait: *Tollenda eſt omnis excuſatio diaboli, ne forte* *Ambroſius.*
malitiæ ſuæ aliquid poſſit obtendere, vt dicat, iniquitatem ſuam ex condemnatione veniſſe; & ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obniti, quia ideo damnatus eſt, vt noceret. Et poſt pauca rationem reddit: *Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malum.* & infrà: *Ergo hic non dixit, facio te ſupra pectus tuum, & vtero tuo ambulare, & terram manducare omnes dies vitæ tuæ: ſed, ambulabis, inquit, & manducabis, vt prædixiſſe magis de ſerpente, quæ futura ſunt, videretur, quàm præſcripſiſſe quid faceret.* Igitur actionem illam, quæ mala eſt, in dæmone non operatur Deus; non præſcripſit Deus actionem, quam dæmon faceret; ac denique non fecit Deus, vt dæmon ſupra pectus ſuum & vtero ſuo ambularet, inſidias parando calcaneis hominum, & terram manducaret, per tentationes augendo ſua membra.

Probatur octauò, quia ſequeretur, ad cauſan- 23.
dum & augendum poſitiuum conſenſum in tentationem, neque qui plantat eſſe aliquid, ſcilicet dæmonem, neque qui rigat, ſcilicet hominem dæmonis miniſtrum; ſed, qui incrementum dat, Deus, eſſe primariam cauſam, vel potiùs totalem. Probo ſequi, quoniam circa bonos affectus, propterea neque, qui plantat, eſt aliquid; neque, qui rigat, eſt aliquid, ſed, qui incrementum dat, Deus; quia fruſtra vox ſonat exteriùs, niſi Deus interiùs doceat intellectum, & excitet voluntatem, & faciat vt conſentiat: quod Patrum concors ſententia docet. Quod ſi requiritur præmotio, & prædeterminatio Dei ad cauſandum realem & poſitiuum conſenſum in tentationem; iam fruſtrà exteriùs in phantaſia & appetitu ſenſitiuo ſonat vox dæmonis, & in auribus fruſtra ſonat vox hominis ſeductoris; niſi Deus interius præmoueat, & prædeterminet voluntatem ad conſenſum.

SECTIO II.

De fractis viribus dæmonis aliæ rationes ad eandem veritatem confirmandam.

PRimum argumentum ſumitur ex verbis 1.
Chriſti Domini Matth. 12. *Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius* *Matth. 12.*
diripere niſi prius alligauerit fortem? videlicet dæmonem, vt conſtat ex toto contextu. Vnde Patres colligunt eximium Chriſti Domini beneficium, quod alligauerit dæmonem, vt nocere nemini poſſit, niſi ſe illi per liberam electionem coniunxerit. Vnde eſt etiam illud Apocalypſis
20. initio: *Et vidi Angelum deſcendentem de cælo,* *Apocal. 20.*
habentem clauem Abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille: & miſit eum in Abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes.

Inde

2. Inde ſic ratiocinare. Nihil prorſus draconem alligare potuiſſet; ſi aliunde homines colligantur cum illo per phyſicam prædeterminationem, ita vt ab eius cauda, dentibus, & vnguibus recedere ſit abſolutè impoſſibile in ſenſu compoſito cum phyſica prædeterminatione. Sed omnibus Chriſtianis, quantumcumque peccatoribus, quantum eſt ex parte Chriſti, vtiliſſimum eſt beneficium alligandi draconem, & per liberam eorum temeritatem fit, vt illi copulentur, qui ſibi nocere poſſit. Ergo non colligantur cum illo per phyſicam prædeterminationem.

3. Confirmatur primò, quia nihil prodeſſet, ab inferenda nobis neceſſitate cohibere diabolum; ſi Deus hominibus infert tantam neceſſitatem, quantam diabolus omnino ſolutus per vniuerſam ſuam poteſtatem nocendi, nunquam potuiſſet inferre. Quod autem inferatur cum intentione malitiæ, vel ſine illa, nihil minuit detrimentum, quod nos re ipſa recipimus.

4. Secundò. Ad huius rationis confirmationem multa pertinent teſtimonia Patrum, ex quibus aliqua referemus. Auguſtinus ſermon. 197. de

Auguſtinus. tempore à medio ait: *Ante aduentum Chriſti, fratres chariſſimi, ſolutus erat diabolus. Veniens Chriſtus fecit de eo, quod in Euangelio ſcriptum eſt: Ne-*

Matth. 12. *mo poteſt intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem. Venit ergo Chriſtus & alligauit diabolum. Sed dicit aliquis: ſi alligatus eſt, quare adhuc tantum præualet? Verum eſt, fratres chariſſimi, quia multum præualet, ſed tepidis & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus eſt enim tanquam innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Iam videte, fratres, quam ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per voluntates & cupiditates ſæculi noli coniungere, & ille ad te non præſumet accedere. Latrare poteſt, ſollicitare poteſt, mordere omnino non poteſt, niſi volentem; non enim cogendo, ſed ſuadendo nocet, nec extorquet a nobis conſenſum, ſed petit.* His conſonant, quæ fuſiùs ſcribit Auguſtinus lib. 20. de Ciuitat. cap. 7. & 8. & in Pſalm. 103. verſus finem ad illa verba: *Draco iſte, quem formaſti,* &c. Necnon Proſper ad obiection. 12. Vincent.

5. Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 8. prope

Rom. 8. med. *Cùm ait Apoſtolus*, inquit, *In his omnibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos; nequaquam hac voce humile quoddam miniſterium indicat, ſed auxilium potius, quod per imperium ſuæ potentia operatur in nobis. Siquidem ipſum alligauit fortem, diripuitque vaſa illius, videlicet, nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abuſus, fecitque vaſa vtilia Domino, apparatos ad omne opus bonum ob promptitudinem illius quod erat in nobis. Hoc pacto acceſſum habemus ad Patrem, quem ille nobis parauit, tranſlati de poteſtate tenebrarum in ſortem*

Cyrillus. *Sanctorum in lumine.* Cyrillus autem Alexand. lib. 11. in Ioan. cap. 21. circa finem: *Cuius auxilio*, ait, *facilè diaboli vires ſuperabimus, niſi ei obſequamur ad voluptates, aliósve peccandi modos prouocati: niſi quoque nos ne tentati quidem, illi voluntatis noſtræ habenas largiamur: nam ſi ad eius laqueum ſponte, ac negligentia noſtra venimus: quem alium potius, quam nos ipſos criminabimur?*

6. Confirmatur tertiò, quoniam, admiſſa phyſica prædeterminatione ad conſenſum, conſequens erit, non eſſe maius periculum conſentiendi grauiſſimæ tentationi, quàm leuiſſimæ: imò etiamſi nulla prorſus ingruat tentatio, idem prorſus periculum erit, quod in tentatione grauiſſima. Sequela probatur, quoniam ſi phyſica prædeterminatio independenter ab hominis libertate, determinet ad materialem conſenſum: ineuitabiliter inde ſequetur conſenſus, ſiue grauiſſima, ſiue leuiſſima, ſiue nulla ingruat tentatio. Si verò prædicta determinatio ſubtrahatur independenter ab hominis libertate, quantumcumque tentatio ſit grauiſſima, quam Deus de potentia abſoluta poteſt permittere, vt noſtri omnes aduerſarij totis ſuis viribus inferant; adhuc impoſſibile erit actualiter extorquere conſenſum.

Conſequens autem prædictæ conditionalis 7.
falſum eſſe, conſtat Matth. 24. quando de ſuprema tentatione Chriſtus Dominus, ait: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet. Et niſi breuiati* *Matth. 24.*
fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Et Auguſtinus lib. 20. de Ciuitate cap. 8. inter princip. & med. *Quod ſi permitteretur*, inquit, *in tam lon-* *Auguſtinus.*
go tempore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales quales Deus id perpeti non vult, & fideles deiiceret, & ne crederent, impediret. Quod ne faceret, alligatus eſt.

Confirmatur quartò, quia propter eandem ra- 8.
tionem, maioris laudis & coronæ non fuiſſet, grauiorem tentationem ſuperaſſe. Quod eſt contra mentem omnium Patrum, quam bene tradidit Auguſtinus dicto lib. 20. de Ciuitat. cap. 8. circa med. vbi rationem explicat, propter quam ad finem ſæculi ſoluendus erit diabolus Apocalyp. 20. Peculiariter notanda ſunt illa verba: *Grauiorem tentationem ſuperare, maioris laudis non eſſet.*
In quorũ ſane qui tunc futuri ſunt, Sanctorum, atque *Auguſtinus*
fidelium comparatione quid ſumus? Quandoquidem ad illos probandos tantus ſoluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus.

Confirmatur quintò, quia grauior eſt cul- 9.
pa illius, qui nulla pulſatus tentatione peccat; leuior autem illius, qui tentatione pulſatus: vt notat Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 10. ſub init. & Damaſcenus in dialogo contra Manichæos prope med. *Maiori*, ait, *excuſatione & venia dignus habetur, qui alterius ſuaſu, quam* *Auguſtinus.*
qui de induſtria peccauit. Idémque communiter fideles exiſtimant. Cuius ratio à priori eſt. Quoniam, qui nulla tentatione pulſatus, magis ab intrinſeco principio motus, ac proinde magis voluntariè peccat; tum etiam quoniam minori difficultati leuiorique periculo ſponte ſuccubuit. At non eſſet illi minor difficultas reſiſtendi, nec magis ab intrinſeco proueniret conſenſus, ſi phyſicè prædeterminaretur ad illum: nam illi neceſſitas conſentiendi, & impoſſibilitas reſiſtendi non minor eſſet, quàm alteri, cum graui tentatione peccanti. *Grauiùs qui nulla, quàm qui tentatione pulſatus peccat.*

Secundum argumentum præcedenti ſimile 10.
ſumitur ex verbis Chriſti Domini Lucæ 10. *Ec-* *Lucæ 10.*
ce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Quam poteſtatem non ſolùm Apoſtolis, ſed etiam quibuſcumque Chriſtianis, ad tentationes ſuperandas per Ieſu Chriſti gratiam, eſſe conceſſam, communiter Patres intelligunt. Quo ſuppoſito, ponderandum eſt, quod ait: *Nihil vobis nocebit*, videlicet, vt quantum eſt ex parte Dei, non ſolùm poteſtas; ſed etiam *Per Chriſti gratiam omnibus ad tentationes ſuperandas poteſtas conceſſa.*

actualis

actualis euitatio nocumenti cenſeatur eſſe conceſſa. Hoc autem verificari non poſſet, ſi Deus ipſe voluntatem hominis phyſicè prædeterminaret, vt ſe calcandam ingereret ſerpentibus & ſcorpionibus; & eorum dentibus & caudis ſe ipſam venenandam vrgeret.

11. Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes cap. 24. fine: *Omnium*, inquit, *artifex Verbum Dei per hominem vincens eum, & apoſtatam oſtendens, è contrario ſubiecit eum homini: Ecce, dicens, do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, vt quemadmodum dominatus eſt homini per apoſtaſiam, ſic iterum per hominem recurrentem ad Deum euacuetur apoſtaſia eius.* De omnibus igitur hominibus intelligitur prædicta poteſtas ſuperandi dæmonem, dummodò velint ad Deum recurrere.

12. *Auguſtinus.* Vnde & Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio c. 10. poſt med. *Verbum*, inquit, *Dei vnicus Dei Filius, diabolum, quem ſemper ſub legibus ſuis habuit, & habebit, homine indutus, etiam homini ſubiugauit.* Et tractat. 12. in Ioan. poſt med. ait: *Non enim cogendi potentiam diabolus habebat, ſed perſuadendi verſutiam. Si non conſentires, nihil inuexerat diabolus. Conſenſio tua, ô homo, te perduxit ad mortem.*

13. Ambroſius in Pſalm. 118. ſerm. 11. verſ. 4. ad finem: *Dominus*, inquit, *veniens in hunc mundum, ſubiecit animæ noſtræ omnes contrarias poteſtates: vt fide tua, verbo tuo, conuerſatione tua, & operibus conterantur: ſi ergo non conteris aduerſarium; tua culpa eſt, qui permiſſa non vteris poteſtate. In nobis eſt igitur, vt aut ſubiciatur aduerſarius, aut reſultet:* & poſt pauca: *Poſſumus ergo in hac vita triumphum de aduerſariis habere perpetuum.*

14. Macharius ſenior Ægyptius homil. 25. initio: *Illa*, inquit, *libertas, quæ eſt in facultate hominis, ſita eſt in eo, vt diabolo reſiſtere poſſit.* Et poſt pauca: *Impoſſibile*, inquit, *eſt eum ambulare ſuper aſpidem, & baſiliſcum, & conculcare leonem, & draconem, qui prius, quatenus homini poſſibile eſt, non expurgatus fuerit & roboratus ab eo, qui dixit Apoſtolis: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.*

15. Origenes homil. 7. in Numeros ait: *Sicut Patres calcauerunt ſupra ceruices gentium, ita & tu calcabis ſupra ceruices draconum. Ipſe enim dicit iis,*
Luc. 10. *qui eum fideliter ſequuntur: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Vult enim ſemper Ieſus res facere mirabiles, vult de locuſtis vincere gigantes.* Similis Dei protectio tractatur à Gregor. 33.
Iob 40. Moral. cap. 10. ad illud Iob 40. *Et poſuit circulum in naribus eius.*

16. Tertium argumentum 1. Ioan. 3. *Qui facit*
1. *Ioan.* 3. *peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli.* Hæc non diſſolueret Chriſtus Dominus, ſi neceſſitatis antecedentis vinculo nos conſtringeret ad illud materiale opus, cui neceſſariò coniuncta eſt malitia. Vnde neceſſariò ſequitur, vt colligatum ſit opus diaboli, per quod operator homo, ex diabolo ſit, & non ex Deo.

17. Confirmatur primò, quia Chriſtus Dominus non aliter poteſt diſſoluere malitiam, niſi diſſoluendo & auferendo materialia opera, ex quibus neceſſariò ſequitur, & efficiendo, vt in rerum natura non exiſtant. Quare, ſi Dei Filius in hoc apparuit, vt diſſoluat opera diaboli, non poteſt ad opera materialia impellere: & multò minus phyſicè prædeterminare, vt fiant. Faceret namque contrarium inſtituto ſui aduentus; & ipſe ſibi tanti laboris, & expenſarum fructum impediret. Simile argumentum fuſiùs tractauimus ſupra diſputatione 20. ſectione 6. & 7. Vnde Chriſtus Dominus ad reſpuendam materialis actionis cauſalitatem, vſurpare potuiſſet, quod ad aliud propoſitum inſpirauit Apoſtolo Galat. 2. *Si enim, quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico; præuaricatorem me conſtituo.* *Ad Galat.* 2.

Confirmatur ſecundò, quia Deus contra regiam ipſius maieſtatem falſatij crimen committeret; atque falſam inimici principis monetam cuderet; ſi materialibus actionibus dæmonis ſigillum imprimeret, phyſicè prædeterminando ad realem & poſitiuam voluntatem tranſgrediendi præcepta. Nam ſigilli proprium eſt formare, exprimere, atque determinare imaginem, ſuperſcriptionem, valorémque numiſmatis. At contra Ignatius epiſt. 3. ad Magneſianos ante medium ait: *Pius homo & religioſus moneta eſt, quæ à Deo formata, vel expreſſa eſt: impius & irreligioſus falſa moneta eſt, noxia, adulterina, praua, quæ non à Deo, ſed à diabolo facta eſt.* Nihil ergo Deus imprimit, vnde neceſſariò ſequatur, hominem eſſe impium, & adulterinam monetam. 18. *Deus falſarij crimen committeret.* *Ignatius.*

Quartum argumentum. Si Deus phyſica neceſſitate prædeterminaret voluntatem noſtram ad materialem actionem peccati; ſequeretur, in tentationibus etiam iuſtorum hominum, qui à iuſtitia recedunt, maiores vires eſſe contra nos, quàm pro nobis. Siquidem contra nos ſunt non ſolùm vires diaboli, ſed maximè vires Dei phyſica neceſſitate prædeterminantis ad actionem, qua poſita implicat, non poni malitiam, quę ſummum malum eſt, atque mors noſtra. Conſequentis autem falſitatem, & oppoſitam veritatem optimè Cyprianus docuit in lib. de exhortatione martyrum cap. 10. his verbis: *Timendas non eſſe iniurias & pœnas perſecutionum, quia maior eſt Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum: Ioannes in ſua epiſtola probat, dicens: Maior eſt, qui in vobis eſt, quàm qui in mundo.* Item: *Non timebo, quid faciat mihi homo: Dominus mihi auxiliator eſt.* Quod idem poſteà plurimis Scripturæ teſtimoniis confirmat. 19. *In tentationibus maiores eſſent contra nos vires, quàm pro nobis.* *Cyprianus.* 1. *Ioan.* 4.

Confirmatur, nam ratione victoriæ, quam quod ex ſe eſt, obtinebit ſemper Deus, niſi per noſtram ignauiam ſteterit, Ioannes dixit illud: *Vos ex Deo eſtis, filioli, & vicistis eum* (ſcilicet, mundum) *quoniam maior eſt, qui in vobis eſt, quàm qui in mundo.* 20. 1. *Ioan.* 4.

Reſpondebit aliquis, Dei, ſecundùm ſe conſiderati, vires eſſe maiores, quàm dæmonis: quamuis in ordine ad eos homines, qui prædeterminantur ad conſentiendum tentationibus, non ſint maiores vires Dei. Hæc tamen ſolutio non ſatisfacit, nam dum milites premuntur pondere belli, foret exhortatio ducis fictione & irriſione plena, militum animos corroborare, promittendo Imperatoris auxilium, quod ſecundum ſe fortius eſt omnibus hoſtilibus copiis, ſi fortius illud auxilium Imperator coniungit hoſtilibus copiis, & per illud ſuos ipſos milites proſternit. Confirmatur, quia communis Dei & hominum inimicus diuini fauoris nihil amplius expeteret, niſi vt faceret omnes homines liberè producere materiales actiones peccatorum. Nam ſi hoc obtineret à Deo, nihil amplius dæmoni foret laborandum pro malitia, 21. *Solutio.* *Impugnatur.* *Confirmatio.*

cùm ea neceſſariò ſequeretur, abſque vllo dæmonis, aut hominis negotio.

22. *Eccleſiaſt. 10.* Quintum argumentum Eccleſiaſtis cap. 10. *Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* Quod de tentatione dæmonis reſpuẽda communiter Patres intelligunt, veluti Hieronymus non ſolùm in commentario illius capitis, ſed etiam Iſaiæ 58. prope finem, & ad Epheſios cap. 6. & alibi ſæpe, Ambroſ. in Pſalm. 37. Gregor. Thaumat. in commentario illius loci, Gregor. Magnus 7. moral. cap. 17. aliàs 13. Quod ſi phyſica prædeterminatione nos Deus ad materialem conſenſum præmouet, non ſumus nos, qui locum dimittimus, vt ſequamur Spiritum poteſtatem habentis, ſed Deus nos loco mouet, atque pellit.

23. *Cyrillus.* Confirmatur primò, nam propterea Patres rectè ex hoc loco deducunt indifferentiam reſiſtendi, aut non reſiſtendi poteſtatem. Vnde Cyrillus Hieroſolymit. catech. 2. prope init. *Neque verò tu ſolus es dux iſtius rei; verùm etiam eſt alius quidã: ille & incitat, ſed non vi ſuperat reluctantem. Quare dicit Eccleſiaſtes: Si Spiritus dominantis aſcenderit in te, locum tamen non deſeras: ſi oſtium occluſeris, minimè tibi nocebit: ſi verò neglectè ſuſceperis, &c.* Non igitur Deus dux eſt, quem ſequimur ad materialem actionem, qua parte realiter amplectitur aliquid, diuina lege prohibitum, ſed dæmon & tu ſoli eſtis huius actionis duces, atque cum poteſtate reſiſtendi, aut non reſiſtendi.

24. *Olympiodor.* Vnde Olympiodorus ad prædicta verba Eccleſiaſtis cap. 10. *Spiritus poteſtatem habentis eſt diabolus princeps mundi huius, & dominus filiorum inobedientiæ, qui nulla coacti neceſſitate, ſed electione libera voluntatis ſeſe vltrò ſubiecerunt illius dominationi atque tyrannidi.*

25. Confirmatur ſecundò, nam indifferentem eſſe poteſtatem concedendi, vel non concedendi locum diabolo, ſignificat illa forma præcepti *Epheſ. 4.* Epheſ. 4. *Nolite locum dare diabolo.* Propterea namque Deus quamplurimis præceptis adhibuit hoc verbum, *Nolite*: quoniam ipſo præcepto voluit admonere libertatis & poſſibilitatis volendi, & non volendi; ſicut acutè obſeruauit Auguſtinus lib. de grat. & lib. arb. cap. 2. & 4. *Rom. 12.* ponderans illud Rom. 12. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Quod ſi Deus phyſicè nos prædeterminaret ad conſenſum in tentationem iræ, aut auaritiæ (de quibus peculiariter agebat Paulus) Deus eſſet, qui locum daret diabolo. Quis enim eſſe poteſt inimico deſiderabilior locus, quam conſenſus, ex quo neceſſariò ſequitur malitia, ad quam totus illius motus deſtinatur?

26. Confirmatur tertiò, quoniam ſi Deus prædeterminaret ad conſenſum, Deus dæmoni poteſtatem daret, & ignem. At contra Patres ſen- *Nazianzen.* tiunt: vt Nazianzenus in ſententiis Tetraſtichis, quæ verſus finem operum habentur ſent. 52. ait: *Quid nos omnibus in rebus miſerum hoſtem accuſamus, eique noxas noſtras aſcribimus; cum ipſi ſcelerata noſtra viuendi ratione poteſtatem demus? Tibi ipſi vel ſoli, vel potiſſimùm ſuccenſe. Ignis enim noſter eſt. Flamma autem aduerſi Spiritus.* Poſtremis ver- *Iſai. 50.* bis alludit ad illud Iſai. 50. fin. *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis.* Vbi Propheta exprobrat, culpam & pœnam ab illis quaſi authoribus eſſe ſuccenſam. Non igitur incendium cœpit à Deo phyſicè prædeterminante ad conſenſum, cui neceſſariò copulata ſit culpa.

Sextò, ſimile argumentum miniſtrat nobis Antonius Magn. nec enim Deus fregiſſet vires diaboli, ſed potiùs inuincibili roboraſſet auxilio: neq; rurſus qui tentantur, vires tentatori præberent; ſi Deus ad materialem conſenſum prædeterminaret. Contra verò Antonius apud Athanaſium, in eius vita, paulò ante med. refert Satanæ lamentationem, ſeipſum deplorantis, quod iam nulli nocere poſſet, niſi homo prior dęmonem prouocet. Cui Antonius: *Non tuæ*, inquit, *veritati, quæ nulla eſt, tam nouam & tam inauditam adſcribo ſententiam. Nam cùm fallaciæ caput ſis, hoc ſine mẽdacio coactus es confiteri. Verè enim Ieſus tuas funditùs ſubruit vires.* Et poſt pauca: *En ipſe diabolus nihil ſe poſſe contra Chriſtianos fatetur. Iam cura Monachorum & Chriſtianorum ſit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus præbeantur.* Subiungitq; in eandem ſententiam plurima, dignáque, vt attentè legantur. 27. *Magnus Antonius.*

Confirmatur primò, quia Deus arma præberet dæmoni, ſi prædeterminaret ad conſentiendum. At contra Prudentius de tentationibus dæmonis ſic cecinit in Hamartigenia contra Marcionitas poſt medium. 28.

Sed tantùm turbare poteſt, & fallere quantùm *Prudentius.*
Nos volumus, qui decrepito ſuggeſta leoni
Armamenta damus, fuget fera futile frendens,
Humani generis ni per ſuffragia gliſcat.

Confirmatur ſecundò, quia dęmonis ſeruituti hominem addiceret Deus, ſi phyſicè prædeterminaret ad electionem, qua realiter vult illius tentationibus & conſiliis obedire. At cõtrarium Patres docent. Quemadmodum Ambr. lib. 1. de Iacob & vita beata c. 3. ante med. *Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſibi ſeruum diabolus auctionatur: neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe priùs peccatorum ære vendiderit.* Et infra: *Affectus igitur non caro author eſt culpæ. Caro autem voluntatis miniſtra. Non ergo vendat nos voluntas noſtra.* 29. *Ambroſius.*

Confirmatur tertiò, quia neque dæmon ipſe nos vulnerat, niſi nos ipſos vulneremus. Vnde Ignatius epiſt. 11. ad Epheſ. poſt med. poſtquam hortatus eſt ad frequentiam Eucharistiæ, qua *expelluntur*, inquit, *poteſtates Satanæ*, ſubdit: *Ergo nolite vos vulnerare in aliqua cogitatione diaboli, ſicut & Paulus dicit, habentes in Chriſtum ſpem & dilectionem.* At tentatus, quando ſuccumbit, nõ ille ſeipſum, ſed Deus illum vulnerat, ſi prædeterminat ad realem electionem, qua decernit arma deponere, & inimico manus dare. Vnde neq; rectè dicitur dæmon nos *conuulnerare*, Iob 16. contra illud quod ex Gregor. retulimus, diſp. 36. ſect. 9. 30. *Euchariſtia expelluntur poteſtates Satanæ.* *Ignatius.*

Confirmatur quartò, quoniam diabolus *perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.* Vt optimè colligit Hieronymus ex tentatione Matth. 4. *Mitte te deorſum.* Quod idem magis explicuit Ambroſius Luc. 4. ad eadem verba dicens: *Simul infirmitatem ſuam diabolus, malitiámque deſignat; quia nemini poteſt nocere diabolus, niſi ipſe ſe miſerit. Nam qui relictis cœleſtibus, terrena eligit, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit.* 31. *Matth. 4.* *Ambroſius.*

Quintum argumentum, quia ſi dæmone ſuggerente cogitationes, ſuaſionéſque peccandi, Deus interiùs per gratiam non admoneret hominem: haberet vnde culpam excuſaret: ergo multò magis haberet excuſationis cauſam, ſi Deus illas ipſas cogitationes, & ſuaſiones, quæ dicuntur eſſe dæmonis, quantum ad totam illarum realitatem phyſica neceſſitate cauſaret, atque 32. *Haberet homo, vnde culpam excuſaret.*

inſuper ad materialem illarum conſenſum phyſicè prædeterminaret. Antecedens traditur ab *Auguſtinus.* Auguſtino in Pſal. 91. col. 2. dicente: *Aſtutiam ſuadendi habet, ſed ſi Satanas loqueretur, & taceret Deus; haberes vnde te excuſares: modò aures tuæ poſitæ ſunt inter monentem Deum, & ſuggerentem ſerpentem. Quare huc flectuntur, hinc auertuntur? Non ceſſat Satanas ſuadere malum. Sed nec Deus ceſſat admonere bonum. Satanas autem non cogit inuitum: in tua poteſtate eſt conſentire, aut non conſentire.*

33. *Hominem vinci aliqua tentatione, minus propria locutio.* Sextum argumentum, quoniam propter poſſibilitatem ſuperandi tentationes, quam nobis diuina gratia communicat, conſequens eſt, minus propriam locutionem eſſe cum dicimus, hominem vinci aliqua tentatione, quia non vincitur, ſed ſua ſponte liberè ſe ſubdit: vt notat *Anſelmus.* Anſelmus in dialogo de libertate cap. 5. fine dicens: *Voluntas non niſi ſua vincitur poteſtate. Quare nullatenus poteſt tentatio vincere rectam voluntatem. Et cum dicitur, impropriè dicitur. Non enim aliud intelligitur, quàm quia voluntas poteſt ſe ſubicere tentationi.* & cap. 7. fine ait: *Vides igitur, quia cum homo habitã rectitudinem voluntatis aliqua ingruente, deſerit, tentatione, nulla vi aliena abſtrahitur: ſed ipſe conuertit ſe ad id, quod fortius vult.* Eandem ſententiam breuioribus verbis repetit Anſelmus in lib. de concordia prædeſtinationis & gratiæ cum libero arbitrio cap. 1. poſt med. remittens ſe ad ea, quæ dixerat in prædicto dialogo de libertate.

34. Denique Plato ſub aſſuetis fabularum inuolucris hanc naturalem Theologiam tradidit in dialog. 10. de Republica, ſiue de iuſto prope finem, vbi fati neceſſitatem ab humanis electionibus excludens, cuiuſdam Parcæ Lacheſis præconium hoc eſſe ad animas in vitam venturas *Plato.* ſcribit: *Non de vobis dæmon ſortietur, ſed vos dæmonem eligetis. Qui primus ſortem adeptus fuerit, primus vitam eligat, in qua ex neceſſitate permanebit. Virtus non habet dominium, ſed prout quiſque ipſam honorat, aut ignominia afficit, ita aut plus, aut minus de ipſa habebit. Culpa eligentis eſt. Deus extra culpam eſt.* Non igitur Deus prædeterminat animas, vt in ſortem obueniant dæmoni per materiales peccatorum actiones; ſed liberæ ipſarum voluntati permittit electionem ſortis. Sed de auctoritate ac ponderatione huius ſententiæ Platonicæ dicemus diſp. 39. ſect. 7.

SECTIO III.

Illis etiam, qui tentationibus conſentiunt, fuiſſe ſimpliciter poſſibile non conſentire.

1. QVamuis hæc veritas non obſcurè colligatur ex præcedentibus ſectionibus; digna tamen eſt, quæ corroboretur adhuc, quò phyſica prædeterminatio refutetur efficaciùs, eò quòd efficit, vt in hominis poteſtate non ſit poſitum ſubterfugere, ne imponatur illi phyſica prædeterminatio ad primæ tentationis conſenſum, nec ſit illi poſſibile tentationi reſiſtere, ſuppoſita phyſica prædeterminatione ad materialem entitatem conſenſus, & in ſenſu compoſito cum illa.

2. Prædicta poſſibilitas probatur primò, nam in poteſtate noſtra Deus per ſuam gratiam poſuit fugare dæmonem ſecundùm illud Iacobi *Iacobi 4. Impoſſibilia præcipere iniquum.* quarto. *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* Confirmatur primò, iniquum enim foret impoſſibilia præcipere: ſicut alibi fuſiùs probatum eſt. Confirmatur ſecundò, quoniam omnibus fidelibus eſt abſolutè poſſibile arma ſumere, & per illorum virtutem ſuperare, ſecundùm illud Epheſ. 2. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ.* Et rurſus: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, &c.* Et 1. Petri 5. *Cui reſiſtite fortes in fide.* *Epheſ. 2.* *1. Petri 5.*

3. *Clemens.* Secundò probatur ex Patribus. Clemens Alex. lib. 1. ſtromat. circa med. ait: *Liberari ab ignoratione, & à mala & delectabili electione, & ante omnia nõ aſſentiri fallacibus illis phantaſiis & viſis, ſitum eſt in noſtra poteſtate.* Et lib. 4. ſtromat. pag. 8. fol. 102. *Et ſi quis*, inquit, *altercans, dicat. Et quomodo fieri poteſt, vt caro imbecilla reſiſtat poteſtatibus, & ſpiritibus dominationum; illud ſciat, quod omnipotenti Domino freti, in eóque habentes fiduciam, aduerſamur poteſtatibus tenebrarum & morti.*

4. Methodius Martyr in penultima pagina eius fragmenti, quod recitat Epiphanius lib. 2. contra hæreſes tom. 2. hæreſi 64. ait. *Non enim in nobis omnino ſitum eſt, vt cogitemus, aut non cogitemus abſurda: ſed vt cogitationibus vtamur, aut non vtamur.* Et infra: *Non obedire, aut non vti ipſis poſſumus.* Quam ſententiam confirmat optima interpretatione Pauli Rom. 7. dicentis: *Non quod volo bonum, hoc facio, &c.* *Rom. 7.* *Chryſoſtom.* Chryſoſtom. homil. 23. in Geneſim col. penultima. *Neque diabolum*, inquit, *ipſum quis tantùm putet, vt prohibere quempiam poſſit, quo minùs in viam, quæ ad virtutem ducit, eat. Supplantat quidem & decipit ſocordiores; non cogit autem nec prohibet, id quod rerum experientia docet.* Et homil. 45. in Matth. illa *Matth. 13.* verba cap. 13. *Deinde venit diabolus & rapit verbum de corde ipſorum*, ita ponderat: *Rapere ipſa diabolus poteſt; ſed nos poſſumus facere, ne rapiantur.* Et vniuerſaliter tentationibus & fraudibus dæmonis neminem ſuperari, niſi propter liberam ignauiam, cùm poſſit vincere, ſi velit, docet Chryſoſtomus lib. 1. de prouidentia frequenter, præſertim à medio, vſque ad finem libri.

6. Cyrillus Hieroſ. Catecheſi 4. titulo de ſtatu hominis in fine: *Subiicit*, inquit, *tibi dæmon ſcortationis cogitationes; ſi velis, probas; ſi nolis, improbas*, Baſilius homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*, ad finem, multis Scripturæ teſtimoniis probat per Chriſti Domini gratiam eſſe nobis *Tentationes ſuperare per Chriſti gratiam poſſibile.* poſſibile tentationes diaboli ſuperare. Idem tradit Cyrillus Alexand. in dialogo de adoratione in ſpiritu & veritate, inter princip. & med. Origenes lib. 3. Periarchon c. 1. & 2. Elias Cretenſis in Nazianz. orat. 3. aduerſus Iulian. n. 14. fine.

7. Hieronym. lib. 2. aduerſus Iouinianum col. 4. de tentationibus tractans, inde probat, Deo non eſſe tribuendas, quoniam *nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur.* *Damaſcen.* Damaſcenus 2. fidei c. 4. fine, de Angelis lapſis ait: *Suggerere quidem homini permiſſi ſunt; cogere autem aliquem non poſſunt. In noſtra enim poteſtate eſt, non admittere eorum ſuggeſtionem.* Et in lib. de 1. inſtit. cap. 10. quod eſt vltimum. *Natura*, inquit, *quæ ratione vtitur, naturali cupiditati, tum ſuccumbere poteſt, tum non ſuccumbere, ſed eã vincere. Idq; declarat natura, quæ cum vita cupiditate per ſe ducatur, tamẽ rationi obtẽperat. Multi enim rationem ducem ſequuti, ſumma voluntate ad mortẽ properauerunt, cibique, ſomni, atq; reliquorum appetitionẽ, cùm naturam rationis arbitrio ſubieciſſent, nec ei paruiſſent, neglexerunt.*

8\. *Nec dæmon, nec peccati originalis corruptio ad peccatum cogit.* Marcus Eremita in lib. de Baptiſmo inter medium & finem, quod nec dæmon, nec peccati originalis corruptio nos ad peccandum cogat, ſed in noſtra poteſtate ſit reſiſtere, vel mancipare nos illi, fusè oſtendit. Hanc autem liberam poteſtatem fuiſſe nobis per gratiam Baptiſmi collatam, probauerat propè init. eiuſdem libri: vt alibi retulimus.

9\. Pamphilus Martyr in apolog. pro Origene in ſect. 3. quæ incipit: *Quæ de nato.* ex perſona Origenis ſcribit, *Non nos neceſſitati eſſe ſubiectos, vt omnimodò, etiam ſi nolimus, vel bona, vel mala agere cogamur. Si enim noſtri arbitrij ſumus, impugnare fortaſsè nos poſſunt aliquæ virtutes ad peccatum; & aliæ iuuare ad ſalutem; non tamen neceſſitate cogimur, vel rectè agere, vel malè.* *Macharius.* Macharius Senior Ægyptius homil. 15. inter med. & finem ait: *Neque enim perfectus homo bono, aut profundè malo, & ſeipſum vas efficiens diaboli, per quem totus orbis damnatus eſt, peccato neceſſitate quadam adhæret: ſed liberum habet arbitrium, vt vas efficiatur electionis, & vitæ,* ſuppoſito nimirum adiutorio Dei

10\. Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus de natura hominis, vbi agit de animæ facultatibus cap. 40. fine (aliàs Nyſſenus de Philoſophia lib. 7. cap. 2.) *In noſtra poteſtate,* inquit, *eſt ſitum, aut dedere ſe malis temperationibus, aut reluctari & vincere. At plerique malam temperationem, vt perturbationum cauſam, excuſantes, neceſſitati, non ſuæ ipſorum voluntati vitium adſcribunt. Et idcircò abſurdiſſimè etiam virtutes in noſtra poteſtate poſitas eſſe negant.*

11\. Auguſtinus lib. 83. quæſt. q. 4. ait: *Deus ita optimè hominem fecit, vt ſi vellet manere optimus, nullo reſiſtente impediretur.* Hæc dixit, vt probaret, neminem vi adduci poſſe ad peccandum, & ſubiungit: *De ſuaſione autem, quidquid eſt, quia ſuaſio non cogit inuitum, ad eiuſmodi hominis voluntatem cauſa deprauationis eius redit, ſine aliquo, ſine nullo ſuadente, deprauatus ſit.* Et lib. 2. de Actis cum Fœlice Manichæo cap. 6. *Sed quia erat in hominis poteſtate ſeductori non conſentire, ideò poſitum eſt, & per ſeipſum, & per ſeductionem, vt in eo quod poſitum eſt per ſe ipſum, liberum arbitrium: in eo verò, quod poſitum eſt per ſeductionem, intelligas, diabolum non oppreſſorem inuiti, ſed tentatorem volentis.*

12\. Prudentius in Hamartigenia contra Marcionitas paulò poſt med.

Nemo habitum naturæ, aut irritamina, peccans,
Corporis accuſet, facile eſt frænare rebelles
Affectus carnis, nimióſque retundere pulſas.

Et poſt pauca:

——— Subiectos ſi velit artus
Imperio quaſſare graui, iuſſiſque ſeueris
Dedere regnanti Domino, vis nulla reſiſtit.

13\. Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem prope initium, ait: *Ita te putas à diabolo ſubuerſum, qui etſi vult, te velle, quod Deus non vult, non tamen facit, vt & velis?* Et poſt pauca: *Ita diaboli opus vnum eſt, tentare, quod in te eſt, an velis. At vbi voluiſti, ſequitur, vt te ſibi ſubigat, non operatus in te voluntatem, sed nactus poſſeſſionem voluntatis.*

14\. *Tridentin.* Accedat poſtrema ratio, quæ peculiaris eſt tentationibus, ex concupiſcentia carnis prouenientibus. De quibus Tridentinum ſeſſ. quinta Canon. 5. ſecutum Auguſtini ſententiam de peccatorum meritis & remiſſione lib. 1. cap. vltimo, ita decernit: *Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit: quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet; quinimò qui legitimè certauerit, coronabitur.* *Fomes, vel concupiſcẽtia in baptizatis manet.*

15\. *Synodus Moguntina.* Eadem poſſibilitas ſupponitur in Moguntina ſynodo prouinciali anno 1549. celebrata: vbi effectus baptiſmi ſic exequitur cap. 6. *Vireſque contra relictæ concupiſcentiæ impetus accipimus, vt iam non regnet peccatum in noſtro mortali corpore, nec ad culpam nobis, ſed ad meriti occaſionem, ſi per gratiam Dei, gnauiter pugnauerimus, concupiſcentia in nobis ſit relicta.* *Rom. 6.*

DISPVTATIO XXXVIII.

Quanta ſit repugnantia inter quidditatem boni, & antecedentem mali neceſſitatem.

SECTIO I.

Argumenta quædam contra Manichæos à Patribus ſcripta, quid probent ad rem præſentem.

1\. PRimum argumentum ſic ad noſtrum inſtitutum accommodatur. Nulla res, cuius Deus ſit author, eſt omnino determinata ad malũ vſum. Sed materialis actio odij Dei eſt omnino determinata ad malum vſum: Ergo materialis actio odij Dei non eſt res, cuius Deus ſit author. *Rei omnino determinatæ ad malum vſum Deus non eſt author.* Eodem argumento conuincitur, Deum non eſſe authorem phyſicę prædeterminationis ad illam actionem; quoniam eſt omnino determinata ad malum vſum. Minor prius quàm maior explicatur & probatur primò, quia nihil poteſt eſſe magis determinatum ad malum vſum, quàm ipſemet malus vſus: at materialis actio odij Dei eſt quidditatiuè malus vſus liberi arbitrij, & malus vſus inclinationis ad bonum. Secundò, ac præcipuè, quoniam nullus poteſt ad bonum vſum conuertere materialem actionem odij Dei, nec efficere, vt deſeruiat ad aliquid bonum. Tertiò, quoniam ex actione tali neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur malitia: ac proinde ad malum determinata eſt. Inde etiam colligitur, phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem odij Dei, eſſe omnino determinatam ad malum vſum: *Prædeterminatio ad materialem odij actionem determinata ad malum vſum.* tum quoniam quidditatiuè eſt determinatio ad vſum realiter contrarium legi diuinæ; tum etiam, quia nulla potentia eſt, quæ poſſit illam conuertere ad bonum aliquem vſum, ſed neceſſariò deſeruit ſemper ad Deum odio proſequendum.

2\. *Patrum fundamentum contra Manichæum.* Nunc probatur Maior, quoniam communiter Patres Manichæum confutantes, in eo præſertim inſiſtunt, quod omnia, quæ ſunt à Deo creata, bona ſint, & valdè bona. Geneſ. 1. Addunt autem, earum omnium rerum bonitatem oſtendi bono illarum vſu. Nam ſi vtamur illis iuxta diuinam legem, & intentionem, bonus erit noſter affectus: ſi verò contra diuinam legem, & intentionem illis vtamur, malitia erit in abuſu, non in rebus à Deo conditis.

3\. Vrget autem hoc fundamentum peculiari quadam ratione in phyſica prædeterminatione, quoniam illa producitur à ſolo Deo, nihil ad illius productionem cooperante libero arbitrio.

Quapro

Quapropter in illa manifeſtior eſt ratio deſiderandi talem quidditatem, qua bene vti liberum arbitrium poſſit aliquando, ſi velit, & quæ ad bonum vſum deſtinata fuerit, quantum ex ſe eſt, & contra intrinſecam ſibi deſtinationem per liberum abuſum detorqueatur ad malum. Hæc autem bonitatis ratio repugnat omnino phyſicæ prædeterminationi ad materialem actionem odij Dei: illa enim per intrinſecam ſibi deſtinationẽ determinat ad abuſum ſummopere malum, ita vt impoſſibile ſit arbitrium ea prædeterminatione turpiùs, & inordinatiùs abuti, quàm de facto abutitur, & impoſſibile ſit, eam ad meliorem vſum conuertere. Rurſus ex alio capite præcedens ratio maiorem vim obtinet in ipſa materiali actione odij Dei, quoniam non ſolùm Deus eſt illius principalis author, ſi eam phyſicè prædeterminat; ſed etiam in ea manifeſtior eſt determinatio ad abuſum, & repugnantia cuiuſque boni vſus, vt nuper dicebamus num. 2.

4. *In prædictis Dei operibus contradictio inuoluerentur.*

Confirmatur, quoniam contradictio inuoluitur in prædictis operibus Dei. Nam ex altera parte ſequitur, nullum eſſe poſſibilem vſum bonum, & legitimum illorum: vt oſtendimus hactenus: ex altera verò parte colligitur, ſemper illorum vſum eſſe bonum ac legitimum, quia impoſſibile eſt, tali phyſica prædeterminatione vti liberum arbitrium, niſi ad illum ipſum finem, & effectum, ad quem producitur à Deo, & quidditatiuè deſtinatur, videlicet ad concipiendam materialem actionem odij Dei. Eſt autem rectæ rationi, & diuinæ legi conformis quilibet vſus cuiuſque rei ad eum finem, & effectum, ad quem tam Dei deſtinatione, quàm quidditatiua propenſione dirigitur, vt Patres infra citandi notant, præſertim Damaſcenus.

5. Sed quoniam Patres magis directè, & expreſsè contendunt, neque animam, neque corpus, neque voluntatem fuiſſe ita condita, vt neceſſariò peccarent, nec poſſent abſtinere à peccato: propterea, vt clariores ſint vires noſtri argumenti, proderit conſiderare complexum, quod ex anima, eiúſque voluntate ſimul cum phyſica prædeterminatione coaleſcit (loquor autem de phyſica prædeterminatione ad materialem actionem odij Dei.) Hoc totum complexum manifeſtum eſt, eſſe determinatum ad peccandum ita, vt neceſſariò peccet, & abſtinere à peccato nequeat. Rurſus totum hoc compoſitum effectus eſt, cuius ſolus Deus propriiſſimè eſt author ſecundùm authores phyſicæ prædeterminationis. Ad finem verò imputandi Deo, quidquid ex peculiari eius effectu neceſſariò ſequitur, nihil intereſt vtrum effectus Dei ſimplex ſit, vel compoſitus ex duabus partibus: nec vtrum illæ partes coaleſcant in vnum ens per ſe, vel vnum per accidens. Satis eſt, Deum eſſe authorem, non ſolùm, vt omnes illæ partes exiſtant; ſed etiam vt inuicem copulentur. Inde enim ſequitur, Deum authorem eſſe totius compoſiti; ac ſubinde authorem eſſe cuiuſque proprietatis bonæ, vel malæ, quæ tali compoſito neceſſariò conuenit.

Complexum ex anima & prædeterminatione quaſi.

6. Bonas igitur eſſe res omnes, & ad bonos vſus conditas tradunt ſequentes Patres. Iuſtinus in quæſt. 46. ad Gent. *Quod autem*, ait, *nihil per ſe malum adiunctum ſit vita noſtra, declarant diuinæ literæ, laudantes operum creationem, dum dicunt: Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* & poſt pauca: *Ergo nihil malum adiunctum eſt vitæ noſtræ. Mala enim vſu, vitioſe mala ſunt; non natura; ſed benè aut malè vti, arbitrij noſtri eſt.*

Iuſtinus.

Geneſ. 1.

Et in q. 1. ad Gent. verſus finem ait: *Si aliud ſummum malum, vel rem abſurdam concedas, non ad nos illud pertinebit, ſed ad Manichæos. Secundùm nos enim bona ſunt hic omnia; vt quæ ſummi boni opificium: nec eſt in eis vllum ſummum malum ſecundùm ſubſtantiam, nec ſecundùm huius mali operationem, ſed ſecundum voluntarium propoſitum hominum, mendacia veritati præferentium.* 7.

Gregorius Nyſſenus tum alibi ſæpe, tum præcipuè homil. 8. in Eccleſiaſten in med. & circa finem tradit, res omnes ab optimo Deo, bonas eſſe factas, & ad bonum vſum. *Omnia verò, quæ à Deo habet natura, ſita ſunt*, inquit, *in libera electione eorum, qui vtuntur; vt fiant materia vel bonorum, vel malorum. Quamobrem dicit omnia, quæ fecit bona in tempore ſuo.* Quam veritatem paulò ſuperius illuſtrauerat à ſimili: *Vt ſi quis in menſa propoſito omni apparatu conuiuij, & vaſis quibuſdam aptis ad opem ferendam alimentis, ſimul etiam appoſuerit ſubtiles gladios, aut argẽtea cochlearia* & poſt pauca: *Deinde quiſpiam ex iis, qui ſunt conuocati ad conuiuium, mutato vſu eius, quod eſt propoſitum, vteretur vnoquoque ad ea, quæ non decent, & gladio quidem vel ſeipſum vel aliquem ex iis, qui prope accumbunt, ſecaret: cochleari autem vel proximi, vel ſuum oculum expungeret; dicetur, quod apparatu conuiuatoris ipſe quidem rectè eſt vſus, cum ipſe, qui apparauerat, cauſam eorum, quæ erant euentura, nõ dederit: ſed malus vſus eorum, quæ erant appoſita, ad hoc malum deduxerit eum, qui inconſultè vſus eſt iis, quæ erant propoſita. Ita, inquit, ego quoque noui, quod a Deo quidem factum eſt vnumquodque ad omne bonum, ſi in tempore vt conuenit eo vtamur: auerſio autem à recto, de iis, quæ ſunt, iudicio, deduxit bona ad occaſionem malorum.* At phyſica prædeterminatio ad materialem actionem odij Dei, eſt gladius eiuſmodi, qui non poſſit ad alium vſum deſeruire in hoc conuiuio, niſi vt homo ſeipſum interimat, & Deum offendat. Non ergo dignus eſt, vt apponatur à Deo in rerum omnium conuiuio.

8.

Eccleſiaſt. 3.

Gladius phyſica prædeterminatio.

Idem conſtat ex Chryſoſtomo ad Roman. 3. ſerm. 6. in fine expoſitionis litteræ ante morale, & 1. ad Corinth. 9. homil. 22. in Moral. prope init. Cuius verba retulimus ſupra diſp. 35. ſect. 3. num. 34. & 37. & Tertulliano lib. 1. de ſpectac. c. 1. Clem. Alexand. & Paulino, quorum verba retulimus in eadem ſect. 3. n. 35. 36. & 38. Sic etiam Epiphanius hæreſ. 66. poſt epiſtolam Marcelli pag. 3. ait: *Deus ob eximiam ſuam bonitatem, omnes, & omnia vtiliſſima eſſe voluit, & ſua bona omnibus propoſuit. Iuxta permixtionem verò liberi arbitrij omnibus propria voluntate vti concedit, vt quiſque quod voluerit, faciat.* 9.

Epiphanius.

Omnia Deus vtiliſſima eſſe voluit.

Damaſcenus toto ferè dialogo contra Manichæos, idem probat, præſertim verò pagina ſexta. *Si viribus*, inquit, *illis, quæ à Deo animæ tributa ſunt, ad ea vtamur, ob quæ eas accepimus, hoc eſt, vt ſanxit is, qui dedit, bonum eſt: ſin autem non iuxta id, cuius cauſa eas accepimus, ſed contra quàm ſanxit is, qui dedit, vtamur, malum. Non quod facultates ipſæ, aut earum vſus, malus ſit, ſed quod malus earundem modus, & cum donantis Dei lege pugnans.* Quod multis exemplis confirmat; ſubiungens: *Cupiditas, & ira, & actio, & virtus operatrix, atque etiam ante hæc omnia ratio non mala ſunt, ſed bona; ſi ad eum finem, ob quem accepimus,* 10.

Facultates & earum vſus non malus.

hoc eſt, iuxta Dei, qui ea dedit, legem, ea adhibeamus: mala autem, non ipſa, verum hoc demum, nimirum iis, non vt eius, qui dedit, legi conſentaneum eſt vti.

11. Nunc accipe voluntatis operatricem virtutem integram & completam per phyſicam prædeterminationem, quæ ſimpliciter neceſſaria eſt ad illius complementum; & peto vtrum ea poſſimus rectè, & iuxta Dei legem vti, quando eſt phyſica prædeterminatio ad odium Dei? Nam ſi tali virtute operatrice, quando iam eſt completa, non poſſumus benè vti, poſſumus autem benè vti, quamdiu non eſt completa; conſequens eſt, illud complementum, nec bonum eſſe, nec Deo tribuendum eſſe, vt authori. Ad quod probandum valet, præſertim quod ſupra num. 5. notauimus. Rurſus, ne videatur Damaſcenus tantummodò virtutibus operatiuis, & affectionibus humanis prędictam bonitatem & boni vſus aptitudinem tribuere, continuò ſubdit exempla in rebus etiam aliis: *etenim ſi cibo & potu, ac ſomno, aliiſque id generis, tuendæ vitæ cauſa vtamur, quoduis horum bonum eſt*, inquit.

Prædeterminationis voluntatis cõplementum, nec bonũ, nec Deo tribuendum.

12. Conſonat Theodoretus lib. 5. in epitome diuinor. decretorum cap. 10. de diabolo ante med. *Illorum*, inquit, *ducem, & bonorum opificem eſſe ſcimus Deum, qui ab omnibus rectè ſentientibus bonus vocatur. Non ergo fabricatus eſt naturam, quæ nihil quidem poſſet boni facere, ſolum autem vitium præter ſuam ſententiam inuita pariat.*

13. Idem dogma Prudentius in Hamartigenia contra Marcionitas pag. 11. ſic cecinit:

Hoc ſequar, hoc ſtabili conceptum mente tenebo,
Inſpirante Deo, quod ſanctus Vaticinator
Prodidit, antiqua recolens primordia lucis,
Eſſe bonum, quidquid Deus & Sapientia fecit.

Condita à Deo bona.

Et poſt pauca:

——— peperit bona omnia Conditor vnus,
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
Naſcitur, aut prima violatur origine vena:
Sed dum luentes liquor incorruptus arenas
Prolambit, putrefacta inter contagia ſordet.
Numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuum,
In ſe vim ſceleris, cùm formarentur, habebant?
Quod iugulatur homo, non ferrum cauſa furoris,
Sed manus eſt, nec equum veſania feruida circi
Authorem leuitatis habet, rapidíve fragoris.
Mens vulgi rationis inops, non curſus equorum
Perfurit, inſani ſtudio perit vtile bonum.

Sic habet.

Et plurimis aliis exemplis oſtendit, quaſcumque res à Deo conditas eſſe bonas, & ſolum illarum abuſum eſſe mali principium, propter indifferentem vtriuſque partis poteſtatem, quam in eodem libro frequenter repetit.

14. Confirmatur primò, quodlibet namque voluntatis obiectum, à Deo creatum, ex ſe quidem ita bonum eſt, vt nulla vitietur malitia, niſi propter inordinatam voluntatis conuerſionem ad illud, vt Auguſtious 12. de Ciuitate c. 6. à med. *Cùm enim*, ait, *ſe voluntas relicto ſuperiore, ad inferiora conuertit, efficitur mala, non quia malum eſt, ad quod ſe conuertit, ſed quia peruerſa eſt ipſa conuerſio. Idcirco non res inferior voluntatem malam fecit, ſed rem inferiorem praue atque inordinatè ipſa, quæ facta eſt, appetiuit.* Perpende imprimis conuerſionem, & appetitionem, quibus odio habetur Deus, eſſe reales actiones: & nihilominus eſſe ita peruerſas, vt ad illas amandas, ſeu amplectendas, nullo modo poſſit eſſe ordinata conuerſio & appetitio; ne ſubinde in illis non defendi bonitatem, quam Auguſtinus ibi defendit in omnibus rebus, quarum Deus author eſt. Vnde in eodem libro cap. 8. *Deficitur*, inquit, *non ad mala, ſed malè: id eſt, non ad malas naturas, ſed ideo malè, quia contra ordinem naturarum ab eo, quod ſummè eſt, ad id, quod minus eſt. Neque enim auri vitium eſt auaritia, vel cupiditas, ſed hominis peruersè amantis aurum, iuſtitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi.* Adductiſque aliis exemplis ita concludit: *Ac per hoc qui peruersè amat cuiuſlibet naturæ bonum, etiamſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, & miſer meliore priuatus.*

Auguſtinus.

Res inferior voluntatem malam non facit.

Confirmatur ſecundò, quoniam in materiali actione odij Dei, & in phyſica prędeterminatione ad illam, locum non habet illa ratio, qua Patres contra Simonem Magum, & contra Manichæos concludunt, nullos Angelos, nulláſq; animas, eſſe quidditatiuè malas, videlicet, quia non ſemper ad malũ, neq; intrãſmutabiliter feruntur, ſed quandoque feruntur ad bonum: vt Dionyſ. c. 4. de diuinis nom. & S. Thom. ibi lect. 19. prope init. & lect. 21. col. 2. poſt. 1. & conſonat in 3. cõtra Gent. c. 107. Damaſcen. dialogo aduerſus Manich. ante med. D. Bonauent. in 2. diſt. 34. art. 1. q. 1. corp. 16.

Angeli nec ſemper, neque intranſmutabiliter feruntur ad malum.

Peculiariter verò Auguſtinus lib. de duabus animabus c. penult. quod eſt 14. animam ex ſe booam eſſe, inde concludit, quoniam de peccatis pœnitere poteſt, quod eſt bonum. Vnde ſic vrget Manichæos: *Et eorum verbis vtar, ſi animam, tenebrarum peccati pœnitet, non eſt de ſubſtantia ſummi mali: ſi animam lucis, non eſt de ſubſtantia ſummi boni. Pœnitendi enim affectio illa, quæ prodit, malè feciſſe pœnitentem, & bene facere potuiſſe teſtatur. Quomodo igitur nihil ex me mali eſt, ſi ego perperam feci? Aut quomodo me rectè pœnitet, ſi ego non feci? Audi partem alteram: Quomodo ex me nihil boni eſt, cùm bona voluntas ineſt? Aut quomodo me rectè pœnitet, ſi non ineſt, &c.* Obiter obſerua, eundem, qui malè fecit, potuiſſe bene facere. Deinde conſidera vtrum aliquis alius bonus effectus propriè cauſatus ab actiooe odij Dei, vel à phyſica prędeterminatione ad illam, poſſit earum bonitatem defendere. 17.

Anima quia de peccatis pœnitere poteſt, bona.

Sic habet.

Confirmatur tertiò, quoniam Manichæis vſurpantibus illud Matth. 7. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* vt probarent, alteram in homine malam eſſe animam: reſpondent Patres, arborem malam, quæ non poſſit facere fructus bonos, eſſe ſolummodo volitionem liberam contra legem Dei, & cupiditatem ſeu concupiſcentiam actualem: at verò in homiois eſſe poteſtate, vt hac arbore ſucciſa, ſuſcipiat à Deo charitatem, quæ eſt arbor bona, atq; ea ratione, qui erat arbor mala, ſe faciat arborem bonam. Hæc copiosè Auguſtinus tractat multis in locis, veluti lib. 1. contra Iulian. c. 3. & lib. 4. aduerſus Iulian. c. 3. verſus finem, vbi de *noxia voluntate* ſic loquitur: *Qualis voluntas, nullo Chriſtiano dubitante, arbor eſt mala, quæ facere non poteſt, niſi fructus malos, id eſt, ſola peccata.* Et prope finem capitis de arboribus eiſdem: *Sint*, inquit, *inter homines fructuoſa, inter quos ſunt & bona, te authore, te laudatore, ſi vis etiam plantatore: dum tamen illud, velis, nolis, obtineam, quod amor mundi, quo quiſq; amicus eſt huius mundi, non eſt à Deo, amórque fruendi quibuſcumque creaturis ſine amore Creatoris non eſt à Deo.* 18.

Patres Manichæis reſpondent.

In quibus perpende primò, toties repetitam diſputationem aduerſus inſidioſiſſimos Manichæos & Pelagianos, nõ eſſe putandũ, impropriè ac ruditer fuiſſe tractatã, ita vt nomine volũtatis, 19.

& amo-

& amoris, quam dicit eſſe arborem malam, & à Deo authore non eſſe, malitiam intelligat omnino præciſam à materiali actione. Præcipuè verò perpende; materialem actionem odij Dei, & phyſicam prædeterminationem illius, eſſe tales arbores, quæ numquam poſſint facere fructum bonum, & ideo non poſſint à Deo authore procedere.

Materialis actio odij, & eius phyſica prædeterminatio arbores malæ.

20. Similiter lib. 1. de gratia Chriſti cap. 18. & 19. philoſophatur de arbore mala, hoc eſt, mala voluntate, cum hominis natura inde probetur eſſe bona, quoniam tranſire poteſt ad arborem bonã, hoc eſt bonam volũtatem. Vnde in cap. 20. *Illa,* inquit, *poſſibilitas vtriuſque radicis eſt capax, quia nõ ſolùm poteſt homo habere charitatem, qua ſit arbor bona, ſed poteſt etiam cupiditatem, qua ſit arbor mala. Sed cupiditas hominis, quæ vitium eſt, hominem habet authorem, vèl hominis deceptorem, non hominis creatorem.* Probatque, quoniam 1. Ioan. 2. *Concupiſcentia carnis, &c. non eſt ex Patre.* Eodem argumento malam arborem explicat Auguſtinus contra aduerſarium Legis, & Prophetarum lib. 1. c. 22. & lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 36. & 37. Similia notat Hieronymus in comment. citata ad verba Matth. 7.

Auguſtinus.

21. Confirmatur quartò, quoniam ex duabus his animabus, quas Manichæi ſomniabant, illa quæ mala erat, ad malam actionem non magis erat determinata, quam phyſica prædeterminatio ad materialem actionem odij Dei. Quapropter non erat magis mala, nec magis indigna, quæ Deo tribueretur authori. Confirmatur quintò, quoniam ipſa etiam potentia peccandi, in quantum potentia eſt, à Deo eſt, quoniam bona eſt, cuius ratio eſt indifferentia illius ad bonum, ratione cuius non eſt ad malum determinata. Vnde quod ſe ipſam flectat in malum, non habet à Deo, ſed à ſe ipſa. Cui doctrinæ concordat diſcurſus omnium ſcholaſticorum, veluti Alberti in fine totius 2. partis, Magiſtri 2. diſt. vltima, quæ eſt 44. vbi D. Thomas q. 1. art. 1. D. Bonauent. art. 1. q. 1. Ægidius q. 1. art. 1. Ricard. art. 1. q. 2. Durand. q. 1. Scot. Gabriel & alij communiter. Quod prior docuit Bernardus in tractatu de grat. & libero arb. prope med. cuius verba retulimus ſupra diſp. 35. ſection. 3. num. 33. Et ſumitur ex D. Auguſtino lib. 1. retract. cap. 9. à med.

Peccandi potentia in quantum potentia & bona & à Deo eſt.

22. Confirmatur 6. quoniam, vt Damaſcenus ait in dialogo contra Manichæos propiùs ad med. quàm ad principium: *Si corpus in cauſa eſt, cur anima peccet, anima ipſa culpa vacat.* A fortiori ergo culpa vacabit, ſi phyſica prædeterminatio cauſa eſt, cur anima peccet. Confirmatur ſeptimò, quoniam, vt ibidem Damaſcenus ait, *ſi bonus Deus vtramq; animam tradidit, bonus non eſt; vt qui bonum malo, velut conſtrictum tradiderit.*

Anima ad materiale peccati determinata culpa vacat.

Confirmatio ſeptima.

23. Confirmatur octauò, nam & Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 16. ita ratiocinatur: *Si enim hoc debet quiſque, quod accepit, & ſic homo factus eſt, vt neceſſariò peccet: hoc debet, vt peccet. Cum ergo peccat, quod debet facit. Quod ſi ſcelus eſt dicere: Neminem natura ſua cogit, vt peccet, ſed neque aliena.* Eadem verba reperit, & probat 1. retract. cap. 9. Quæ licet dicta ſint præcipuè contra Manichæos, qui hominis naturam malam, & neceſſariò peccantem aſſerebant: nihilominus vniuerſaliter proponitur doctrina hæc, vnde ſequentia poſſunt argumenta deſumi. Primum, ſi enim hoc debet quiſque quod accepit: & ſic homo factus eſt, vt neceſſariò, peccet id eſt, prorſus independenter à ſua libertate accepit prædeterminationem, qua data ſimpliciter neceſſarium eſt elicere materialem actũ odij Dei; iam homo debet elicere materialem actum odij Dei; ac proinde non peccat eum eliciendo.

Auguſtinus.

Ex Auguſtino quatuor argumenta contra prædeterminationem.

24. Secundum argumentum, quia cauſa ſecunda debet ſemper ſequi præmotionem cauſæ primæ ſibi ſimpliciter neceſſariam. Sed prædeterminatio phyſica eſt præmotio cauſæ primæ ſimpliciter neceſſaria cauſæ ſecundæ (vt eius authores volunt) ergo cauſa ſecunda debet ſemper ſequi phyſicam prædeterminationem, etiam, quando præmouet ad materialem actionem odij. Confirmatur, quia inſtrumentum ſequi debet motionem principalis agentis. At creata voluntas, etiam ad materiales peccatorum actiones inſtrumentum eſt Dei, vt principalis agentis, ſi præmouetur à Deo; vt fatentur iidem authores.

Secũda cauſa debet primæ præmotionẽ ſequi.

25. Tertium argumentum, quia Auguſtinus citatus generaliter infert, quod nulla natura, neque propria, neque aliena hominem cogit, vt peccet. Ergo ſiue prædeterminatio phyſica pertineat ad propriam naturam, tanquam complementum virtutis actiuæ (vt eius authores dicunt,) ſiue ad alienam naturam, videlicet primæ cauſæ pertineat, neminem cogit, vt peccet. Cogere autem idem eſt, quod neceſſitatem afferre; vt oſtendi præcedenti tomo de ſcientia diſputat. 44. ſectione 3.

Nec propria nec aliena natura hominem ad peccatũ cogit.

26. Quartum argumentum ex ſequentibus verbis Auguſtini ibidem: *Non enim quiſquis, dum id quod non vult, patitur, peccat. Nam ſi iuſtè patitur, non in eo peccat, quod patitur inuitus, ſed in eo peccauit, quod ita fecit volens, vt quod nollet, iure pateretur.* Ergo quando independenter à ſua libertate accipit homo prædeterminationem, qua in ſenſu compoſito neceſſitatur ad actum odij Dei; non peccat, quia nolens, id eſt, ſine ſua libera voluntate neceſſitatur. Sic enim toto illo libro D. Auguſtinus intelligit velle, aut nolle; videlicet liberè, vt conſtabit apertè legenti præcedentia & ſequentia capita; & niſi acciperet ita, nihil concluderet aduerſus eos, quos redarguebat: illi namque non inuoluntaria, & propriè coacta, dicebant, committi ſcelera; ſed tantùm dicebant neceſſariam eſſe & vitari non poſſe volitionem peccandi.

Nemo dum id quod non vult, patitur peccat.

Homo nolẽs prædeterminationẽ patitur.

SECTIO II.

Peccatum reduceretur in Deum, ſi neceſſariò ſequeretur ex eius generali concurſu.

1. Reſtant rationes duæ ſimiles aliis, quibus Partes non ſolùm contra Simonem Magum Manichæum, Marcionem, Apollinarium, ſed etiam contra Priſcilianiſtas & Aſtrologos oſtendunt, peccata in Deum quaſi authorem reuocari, quando dicuntur ex Aſtrórum influentiis, aliáve cauſa, per Deum condita, prouenire. Ratio autem eſt, quoniam qui creauit aſtra, & tales influendi vires contulit, erit ſaltem mediatè primus author cuiuſque peccati, ex eorum influentia prouenientis. Simili ergo ratione, cum Deus ſolus produxerit phyſicam prædeterminationem ad actionem odij Dei, & totam illius vim

Duæ Patrũ rationes.

Prima.

Deus producens phyſicã prædeterminationẽ odij, mediatus odij author.

vim contulerit, ſaltem mediatè primus author erit odij contra Deum, ex ea prædeterminatione neceſſariò prouenientis. Ad quam illationem confirmandam valet præcipuè quod in ſect. 1. num. 5. notauimus de compoſito, quod ex anima, voluntate, & phyſica prædeterminatione coaleſcit.

2. *Idem argumentum expreſſit Auguſtinus.*

Propterea cautè non minus, quàm acutè in huiuſmodi argumento immediatam & mediatam, proximam & remotam cauſalitatem expreſſit Auguſtinus Pſalm. 91. in expoſitione tituli ad finem, cum ait: *Multi non accuſant Satanam, ſed accuſant fatum: Fatum meum me duxit, dicit. Cùm dixeris illi, quare feciſti, quare peccaſti? Et ille: Fato meo male, ne dicas: Ego feci. Iam manus ad Deum tendit, linguâ blaſphemat. Nondum quidem hoc apertè dicit, ſed tamen attende & vide, quia hoc dicit. Quæris ab illo, quid ſit fatum? & dicit; ſtella mala. Quæris ab illo, quis fecit ſtellas, quis ordinauit ſtellas? Non habet quid tibi reſpondeat, niſi Deus. Reſtat ergo vt ſiue per tranſennam, ſiue per cannam longam, ſiue per proximum, Deum accuſet, & cùm Deus puniat peccata, Deum faciat authorem peccatorum ſuorum.*

3. *Auguſtinus fatalem neceſſitatē refutans, phyſicam prædeterminationem refutat.*

Rurſus lib. 5. de ciuitate cap. 1. poſt med. refutans varios antiquorum dicendi modos circa fatalem neceſſitatem, ſyderibus inductam, quam à Dei voluntate pendere negabant quidam, ſed affirmabant alij: ex quibus nonnulli exiſtimabant, poſitum eſſe in arbitrio ſyderum decernere, quæ ſcelera committenda eſſent ab hominibus; alij verò nihil in arbitrio ſyderum relinquentes, meram diuinæ voluntatis, & imperij executionem tribuebant ſyderibus, ita redarguit: *Si eaſdem ſtellas, putant, habere hanc poteſtatem, traditam ſibi à ſumma illius poteſtate, vt volentes iſta decernant; magnam cælo faciunt iniuriam: in cuius velut clariſſimo ſenatu, ac ſplendidiſſima curia, opinentur, ſcelera facienda decerni: qualia ſi aliqua terrena ciuitas decreuiſſet, genere humano decernente, fuerat euertenda.*

4. *Diſcrimen.*

Neque licebit confugere ad diſcrimen inter cauſam creatam & increatam, vt phyſicam prædeterminationem illius authores ſolent aliàs protegere. Quod impugnauimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 34. ſect. 2. Nunc verò propter expreſſa verba Auguſtini nō habet locum. *Refutatur.* Ille namque disertè atque perſpicuè notat, decretum determinandi ad ſcelera eſſe ab intrinſeco malum & inexcuſabile, propteréaque indigniſſimum eſſe diuina voluntate illud ipſum genus mouendi, & prędeterminandi ad mala, quod cælis indignum eſſe notauerat. *Decretū determinandi ad ſcelera intrinſeco malum ex Auguſtino.* Vnde poſt pauca ſubdit: *Aut, ſi non dicunt, ſtellas, accepta quidem poteſtate à ſummo Deo, arbitrio ſuo iſta decernere, ſed in talibus neceſſitatibus ingerendis illius omnino iuſſa complere: itàne de ipſo Deo ſentiendum eſt, quod indigniſſimum viſum eſt de ſtellarum voluntate ſentire?*

5. *Reſpondent.*

Nonnulli contrariæ ſententiæ Doctores reſpondent, Auguſtinum ibi docere, eſſe impium ſtellis tribuere, quod ad malum vt ſic neceſſitent. Nos verò, inquiunt, tantum Deo damus, quod incliner voluntatem creatam ad ſubſtantiam actus, quæ eſt bona. Hæc tamen ſolutio refutatur primò, nam qui attentè legerit non ſolùm illud caput primum Auguſtini, ſed etiam plurima ſequentia, videbit, præcipuam illi curam fuiſſe de refutandā cauſa diſcriminis inter vnum & alterum hominem per proſperam fortunam, *Refutantur primò.* vel aduerſam, per varia rerum ſtudia & exercitia, per contrarios mores, ſiue malos, ſiue bonos. Quapropter non ſolùm ad ſcelera, in quantum ſcelera, ſed etiam ad materiales quaſcumque reſpexit operationes. Quod idem apertè conſtat ex toto ferè Nyſſeni libro de fato.

6. *Non bene Aſtrologos, & Priſcillianiſtas impugnaret Auguſtinus.*

Refutatur 2. quia ſi de ſola & præciſa malitia, & non ſimul de materialibus actionibus Auguſtinus diſputaret: non impugnaret illud quod præcipuè Aſtrologi, & Priſcillianiſtæ volebant, ſed illud tantùm de quo parùm, aut nihil curabunt. Illi namque parùm, aut nihil curabant de formali ratione malitiæ, in quantum malitia eſt, dummodò à Catholicis obtinerent, eam vim eſſe quibuſdam ſyderibus, vt homines ſub certo illorum aſpectu natos, aut conſtitutos, per neceſſitatem adigerent ad materiales actiones furandi, adulterandi, blaſphemandi & ſimiles.

7. *Temperans Priſcilliani errorē, & de materiali actione illum explicās, hoc negare cogeretur.*

Tertiò, quoniam ſi aliquis hodie Priſcillianiſtarum & Aſtrologorum errorem temperare voluiſſet, atque explicare dicendo, ſydereas influentias non afferre neceſſitatem, niſi ad materiales actiones, quas nuper enumeraui: à nullo Catholicorum cenſeretur ſatis ab illorum errore diſcedere, cogeretúrque hoc ipſum etiam negare. Ergo tam error Aſtrologorum, quàm illius impugnationes, à Patribus traditæ, pertinent non ſolùm ad formalem rationem peccati; ſed etiam ad materialem illius actionem. Refutatur quartò, quoniam Aſtrologi expreſſè notant, ea ratione ſcelera prouenire à ſyderibus, quoniam ab illis proueniunt vehementes propenſiones ad ea bona, quæ in talibus ſceleribus appetuntur. Illæ autem propenſiones ſine dubio ſunt reales actiones. *Quartò refutantur.*

8.

Refutatur quintò, quia prædicti Mathematici Catholicis Doctoribus non ſatisfacerent, quamuis reſponderent, propterea, nullam eſſe culpam, neque malitiam ſyderum, quia ſola materialia opera peccatorum decernūt pro munere cauſarum vniuerſalium, vt generalem influentiam & concurſum ad omnes actiones præbeant propter optimum finem cooperandi cum diuina prouidentia ad maiorem oſtenſionem iuſtitiæ & miſericordiæ; & ſyderum cauſalitatem legibus non eſſe ſubiectam, neque eſſe deficientem, ſed efficientem tantum, eo quod ſint inſtrumenta primæ cauſæ indeficientis. Quocirca ſicut Auguſtinus has ſolutiones, de ſyderibus dictas, refutaret; etiam de diuino decreto & imperio non admitteret; niſi admitteret, eneruari illud argumentum, quod à decreto ſenatus ſyderei, vt num. 4. vidimus, transfert ad iuſſa diuina.

9. *Auguſtinus.*

Quapropter iuxta præſens Theologiæ dogma Deum alloquitur Auguſtinus libro 4. confeſſionum capite 3. prope initium dicens: *Bonum eſt non ad licentiam peccandi abuti miſericordia tua, ſed meminiſſe Dominicæ vocis: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat. Quam totam illi ſalubritatem interficere conantur, cùm dicunt: De cælo tibi eſt ineuitabilis cauſa peccandi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars; ſcilicet, vt homo ſine culpa ſit, culpandus ſit autem cæli aut ſyderum Creator & ordinator.*

10. *Idem argumentum alij Patres confirmant.*

Baſilius in Hexæmeron homil. 6. in med. *Malefica*, inquit, *ſtellæ, ſuæ ipſarum malignitatis cauſas in ſuum transſcribunt factorem. Nam ſi naturâ ſtellis competit maleficium, ipſe ſanè Creator effector erit malignitatis.* Similiter argumentare: ſi

naturâ

naturâ competit malitia materiali actioni odij Dei,& Deus eſt author illius per phyſicam prædeterminationem : effector erit malignitatis.

11. Subdit antem Baſilius:*Sin improba* (videlicet ſtellæ) *voluntate ſua , malaque euadunt. Primum quidem animantia quaque erunt boni,malique electiua , & ſolutis appetitionibus , imperioſiſque vtentur.* Ex hoc dilēmate conſtat, non dari medium inter hæc duo : videlicet, aut Deum eſſe authorem peccati ; aut quodcunque aliud viuens fuerit author peccati,eſſe debere boni , maliqoe , electiuum,ac proinde indifferens ad vtramque partem ; idque, *ſolutis appetitionibus* , ideſt, liberis à vinculo neceſſitatis; *imperioſiſque* , id eſt,quæ ſibi,ſuiſque dominentur actionibus.Porro huiuſmodi libertatem ſyderibus concedere , quàm ſit abſurdum,notat eontiouò dicens : *Quod quidem inanimis falsè tribuere , ſumma dementia conſtat eſſe.*

12. *Nemo ob id, quod non eſt in ſua poteſtate, culpatur.* Cyrillus Alexandrinus lib.5. in Ioan. cap. 5. poſt med.*Nam, cum ad malè agendum,* inquit,*homines cælum impellat , non poſſunt ipſi id malum deuitare. Nemo autem rectè culpatur ob id , quod in ſua non eſt ſitum poteſtate. Fruſtra igitur æterna pœna, comminationes,&c.* Et poſt pauca:*Sed & aliud longè grauius ſequitur incommodum,Deum, ſcilicet, optimum rerum authorem meritò incuſandum , & inculpandum eſſe , qui cælum fecerit omnium malorum cauſam , quæ ab hominibus perpetrantur. Cum enim furta & homicidia meritò damnentur, iure & illud damnandum eſt , vnde tanta mala ad homines emanant, ſcilicet, cælum. Quare valentiori ratione Deus accuſabitur , qui cælo indiderit vim illam impulſiuam hominum ad mala.*

13. Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus lib.de natura hominis cap.35.de fato ait: *Qui iſta differunt,vna cum libera voluntate,contingentis naturam tollunt:& ſic nihil aliud agunt , quàm quod vniuerſa labefactant.Iniqua etiam ipſa aſtra,quod alios mœchos,alios homicidas efficiunt,& præ his architectus eorū Deus, ſi eiuſmodi fecit, quæ mala nobis neceſſariò importarent.* Vnde poſtea infert eiuſmodi motus ., ita eſſe in noſtra poteſtate , vt *poſitis eiſdem cauſis in nobis ſit aliquando appetere , aliquando refugere.*

14. Athanaſius tractatu de ſalutari Chriſti aduentu aduerſus Apollinarium paolò ante medium illi opponit, quòd Marcionis & Maoichæi errorem reuocauerit,affirmans à natura humana non poſſe vitari peccatum : & inter alia , ſic premit: *Rurſus enim dicitis, quod ſi peccatrix natura in Deo peccatum non fecit, neceſſitate igitur coërcetur : quod autem neceſſitate coërcetur,violentum eſt. Sed dicite mihi,ſi non peccare ex neceſſitate fit,annō ergo peccare ſecundùm naturam fiet? Quod ſi ita,ſtatueritis naturæ conditorem (quod blaſphemum eſt) peccati eſſe opificem. Sed accidentaria & ſuperuentitia eſt ea peccandi neceſſitas : ergo certum eſt in non peccando naturam adeſſe.* Obſerua primò in neceſſitate conſiſtere eam violeotiam,quæ immediatè opponitur libero. Secundò non ita eſſe peccare ſecundum naturam,vt neceſſariò ex natura ſequatur peccatum , alioqui Deus foret peccati opifex. Vnde ſi ex natura & quidditate phyſicæ prædeterminationis , neceſſariò ſequeretur peccatum; Deus eſſet peccati opifex. Eadem qoippe illationis ratio eſt,videlicet, quoniam Deus author eſt eius quidditatis & naturæ. Tertiò collige peccandi neceſſitatem eſſe accidentariam,& ſuperuentitiam, nimirum ex libera malitia hominum, non ex Dei opificio natam.

Peccatum nō ſequitur neceſſariò ex natura,alioqui Deus opifex foret.

Cyrillus Hieroſolym.Catecheſi 2.prope initium ait : *Peccauit autem non ex neceſſitudine naturæ vitium ſuſcipiens : quo ſic peccati occaſio rurſum in opificem retorqueatur: ſed bonus creatus,propria voluntate factus eſt diabolus.* Perpende primò. Si prædeterminatio phyſica ad materiales actiones peccatorum deberur cauſæ ſecundæ ex oatura & dependentia, & ſubordinatione ad cauſam primam, iam ex neceſſitudine naturæ voluntas noſtra vitium ſuſcipit. Secundò nota illa verba : *Quo ſic peccati occaſio rurſum in opificem retorqueatur.* Quapropter non ſolùm peccatum, ſed etiā occaſionem neceſſitantem actionem , cui malitia neceſſariò cohæret , in Deum retorquere non licet. 15.

Similia docet in Catecheſi 4. titulo de ſtatu homiois,vbi peculiariter pondera illa verba: *Non eſt aliquis ordo animarum , quæ ex natura ſua peccent; neque eſt vllus ordo animarum,quæ ex natura ſua iuſtè agant.Sed vtraque hæc volūtate fiunt, quamuis vnius ſpeciei , & ſimilis ſit in omnibus ſubſtantia.* Potiori ergo ratione non erunt quædam prædeterminationes ad materiale peccati , aliæ verò ad bona opera;quia ſi illud diſcrimen animarum refertur ad authorem ; hoc magis referendum erit,quia prædeterminatio ad materiale peccati , proximiùs accedit ad malitiam , quàm ſubſtantia , inter quam & malitiam mediat potentia,& actus. 16.

Vincentius Lirinenſ. pro Catholicæ fidei antiquitate inter medium & fioem illius libri , referens hæreſim à Simone Mago , vſque ad Priſcillianum deriuatam: *Authorem,* inquit *malorum, id eſt,ſcelerum , auſus eſt dicere , Creatorem Deum, quippe quem adſerit , talem hominum manibus ipſum ſuis creaſſe naturam, quæ propriæ quodam motu, & neceſſaria cuiuſdam voluntatis impulſu nihil aliud poſſit , nihil aliud velit, niſi peccare.* Quod idem verificari de complexo , coaleſcente ex voluntate , atque phyſica prædeterminatione ad materialem actionem odij Dei , oſtendimus ſupra ſect.1.num.5. 17.

Accedat ratio ſecunda , quæ præterea confirmet , Patres io prædictis ratiocinationibus non agere de præciſa ratione formali peccati , ſed agere primariò,de materialibus actionibus peccatorum. Nam ex ſyderum neceſſitate tanquam inconueniens deducunt , hominem excuſari à culpa:vt conſtat ex Auguſtino & Cyrillo Alexandrino citatis num.2.& 9.& 12.& ex Cyrillo Hieroſolymitano, & Ambroſio infra citandis. At verò quod ſydera intendant , vel non intendant formalem rationem malitiæ, quando ad Dei odium impellunt , nihil intereſt ad excuſandum,vel non excuſandum hominem à culpa: illud autem plurimùm intereſſet,ſi per neceſſitatem impellerent ad materialem actionem odio habendi Deum. 18. *Secunda ratio.*

Cyrillus igitur Hieroſolym. Catecheſi 4. titolo de ſtatu hominis , ante med. ait : *Neque enim ex generationis natura peccas ; neque propter animam fornicaris,neque vt nonnulli fingunt , aſtrorum inclinationes ad amplectendam impietatem te cogunt. Cur tua ipſius mala conſiteri detrectas ? Cur innocuis aſtris culpam adſcribis ?* Et tamen nullus ita deſipiebat , vt diceret, aſtra ex intentione agendi contra legem , & obligationem ſuam imprimere illas inclinationes. Ergo qnomodocumque aſſeras , aliquam rem eſſe , quæ tibi neceſſitatem afferat actionis , quæ mala eſt, tua ipſius 19.

ipſius mala confiteri detrectas, & illi rei culpam adſcribis.

20. Vnde & Ambroſius lib. 2. de Caïn & Abel cap. 9. prope init. ait: *Vult Deus demonſtrare tua confeſſione, quod non ſit author malitia. Nam qui peccatum ſuum ad quandam referunt, vt gentiles aſſerunt, decreti aut operis ſui neceſſitatem, diuina arguere videntur, quaſi ipſorum vis cauſa peccati ſit.* Nota, decreti neceſſitatem inferre, Deum authorem eſſe cauſámque peccati, vt Gentiles excuſabant, & ſubdit. *Qui enim neceſſitate aliquà coactus occiderit, quaſi inuitus occidit: ea verò, qua à nobis ſunt, excuſationem non habent: qua autem prater nos ſunt, excuſabilia ſunt.* Vnde collige, quamlibet antecedentem neceſſitatem abeſſe debere à materiali actione peccati, vt non ſit præter nos, ſed à nobis, ac ſubinde non habeat excuſationem.

21. Confirmatur, quoniam circa peccatorum actiones, cuiuſmodi ſunt, *corpus cum filia commiſcere, violare matrem*, de quibus agebat Nyſſenus in lib. contra fatum propiùs ad finem, quàm ad med. veriſſimum eſt quod intulit: *Ex quo planum ſit, ſortem ac fatum eſſe cuiuſque voluntatem, pro arbitrio quodlibet amplectentem.* Licet enim actionibus pietatis fatum propriùs dicatur eſſe Dei prædefinitio & voluntas modo explicato præcedenti tomo de ſcientia diſp. 48. ſect. 1. peccatorum tamen actionibus potiori ratione fatum eſſe dicetur principiũ illud vnum, quod ad illas determinat, videlicet voluntas creata; quamuis etiam Dei præſcientia, earum futuritionem præſupponens, fatum appellari poſſe, concedant Patres meritò.

Nyſſenus.

22. Rectè igitur Proſper lib. 2. de vocatione gentium cap. 34. ad finem. *Hac autem*, inquit, *aterna & ſemper tranquilla cognitio, nulla nos vrget neceſſitate peccandi: ne inde manet iniquitas, vnde iuſtitia.* Perpende rationem. Si ergo Dei concurſus neceſſitatem imponeret, ab eo manaret peccatum. Præcedens tandem diſcorſus confirmatur ex dictis præcedenti tomo de ſcientia, dicta diſp. 48. præſertim ſect. 2. & ſup. diſput. 35. ſectione 6.

SECTIO III.

Non peccandi neceſſitatem antecedenti neceſſitate ſolutam eſſe debere.

1. *Libertas de ratione peccati.*

SVpponitur Catholicum dogma, libertatem eſſe de ratione peccati, & impoſſibile eſſe ad culpam imputari, quod vitari non potuit: ex quo principio rectè atque ex mente antiquorum Patrum intellecto, colligimus, phyſicam prædeterminationem repugnare materialibus peccatorum actionibus. Quoniam voluntas creata neque potuit efficere, vt Deus illas non prædeterminaret, & ſuppoſita prædeterminatione, materiales illas actiones non potuit non elicere, ac ſubinde non potuit illarum vitare malitiam.

Ex hoc principio phyſica prædeterminatio impugnatur.

2. *Solutio.*

Huic argumento contrariæ ſententiæ Doctores non aliter reſpondent, quàm remittendo lectorem ad eas ſolutiones, per quas libertatem defendere conantur, cum agitur de phyſica prædeterminatione ad bona opera. Quapropter nobis etiam fuerit ſatis lectorem remittere ad omnes impugnationes earum ſolutioonum, quas tradidimus tomo præcedenti diſp. 38. plurimiſque ſequentibus. Sed quoniam radicalis eorum ſolutio conſiſtit in eo quod voluntas non peccare poſſit in ſenſu diuiſo; ſed non poſſit non peccare in ſenſu compoſito: recolendom eſt, diſtinctionem huiuſmodi non ſatisfacere libertati quando impoſſibilitas eſt antecedens, licet ſatisfaciat, quando impoſſibilitas eſt conſequens: vt conſtat ex iis, quæ notauimus in eodem to. diſp. 33. & 34.

Refutatio.

Sufficiat nunc peculiaris quædam illarum impugnationum applicatio ad pauca verba, quæ tanquam ſolutioois ſumma traditur à quibuſdam prædeterminationis authoribus. Alij enim dicunt: In ipſo inſtanti, in quo prædeterminatur hominis voluntas ad actum peccati, in quantum actus eſt, hoc non nbſtante, ipſe poteſt abſolutè loquendo, non conſentire. Alij verò: Ex hoc, inquiũt, quod ſit neceſſaria talis prædetermioatio, non tollitur libertas, quia quamuis concurſus prædeterminans non ſit io noſtra poteſtate, tamen talis actus eſt liber, cum prædeterminat voluntatem, iuxta naturam ipſius voluntatis. 3.

Quid reſpõdeant oppoſita ſententia authores.

Hæc igitur impugnantur, quoniam ſuppoſita phyſica prædeterminatione, non aliter voluntas poteſt non conſentire, neque aliter iuxta naturam ipſius voluntatis prædeterminatur ad conſentiendum, niſi eo modo, quo determinatur ad habendos indeliberatos motus concupiſcentiæ, iræ, blaſphemiæ, aut alios quoslibet inordinatos, diuinæ legi repugnantes. Quod ſi poſſibilitas & conformitas iuxta natoram voluntatis, quæ in his motibus primò primis verificatur, noo ſufficit ad libertatem illorum; non ſufficiet etiam, vt conſenſus euadat liber. 4.

Impugnantur.

Explicatur & coofirmatur hæc ratio, quia multi motus primò primi, ſiue immũtantur à dæmone, ſiue ſolummodò naſcantur ex corruptione voluntatis, ſunt actus, quibus voluntas, non vt voluntas, ſed vt natura, hoc eſt, indeliberatè amplectitur aliquod obiectum, quod verè eſt prohibitum lege diuina. Vnde, quantum eſt ex hoc capite, habet intrinſecam inordinationem, quæ requiritur ad rationem peccati, cui ſi mera libertas ſuperoeniret abſque vllo alio additamento malitiæ, conſtitueretur in plena & integra ratione peccati. 5.

Confirmatur ratio. Motus primò primi qui, & qualiter eis voluntas ſuperetur.

Rurſus iidem motus potuerunt non fuiſſe in voluntate, & voluntas potuit illos non habere io eo ſenſu diuiſo, in quo procedit ſolutio, quam impugnamus. Sicut enim voluntas ea tantùm ratione poteſt non conſentire, quatenus poſſibile eſt, Deum non imponere phyſicam prædetermi nationem ad conſenſum; cæterum ex ſuppoſitiooe, quod Deus imponat phyſicam prædeterminationem, voluntas non poteſt non cooſentire: ita potuit voluotas illos motus indeliberatos non habere, quatenus poſſibile fuit, Deum ſubtrahere ſuum generalem concurſum ad illos, vel ſanare concupiſcentiam, ne ad illos aſſurgat, & ab illis immittendis cohibere diabolum: ſed ex ſuppoſitione, quod Deus hæc non præſter, ſed voluotatem humanam ordinaria guberner prouidentia, neceſſarium eſt, prædictos motus inordinatus habere; & impoſſibile eſt, viatorem ab illis omnino liberum eſſe & immunem. 6.

Deinde ab eiſdem authoribus conſenſus, ea ratione dicitur prædeterminari iuxta naturam voluntatis, quoniam prædeterminatur, ſuppoſito 7.

Qua ratione conſenſus dicatur prædeterminari

terminari iuxta naturam voluntatis.

ſito rationis iudicio, proponente rationes vtrinſque partis: vt vidimus præcedenti tomo de ſcientia diſp. 53. ſect. 1. At verò iſta conformitas iuxta naturam voluntatis reperitur non rarò etiam in motibus inordinatis, quibus voluntas deliberatè reluctatur, quantum cum diuina gratia poteſt. Exempli cauſa, vehemens motus iræ non poſſet in voluntate ſurgere, nec manere, niſi proponeret intellectus bonitatem apparentem in retuciatione, ac vindicta. Rurſus voluntas non poſſet conari ad illum frænandum & cohibendum, niſi proponeret intellectus veram rationem boni in obſeruantia diuinæ legis, charitatis, iuſtitiæ, vel patientiæ. Cum igitur in eodem tempore ſimul exiſtant motus iræ, & voluntatis libera reſiſtentia, procurans illos prorſus extinguere, ſed non valens: conſequens eſt, ſimul in eodem tempore, cum indeliberato & neceſſario motu iræ, proponere intellectum rationes boni, pro vtraque parte contrarietatis, videlicet, pro vindicta ſumenda, & pro patientia & charitate ſeruanda. Vnde cùm iſte modus conformitatis ad naturam libertatis non ſufficiat, vt in prædicto caſu motus iræ liber ſit; & ad culpam imputetur: eadem ratione non ſufficiet, vt conſenſus liber ſit, & ad culpam imputetur; niſi vltra iudicium intellectus, proponens rationes boni pro vtraque parte contraria, ſuperaddatur voluntati poteſtas eliciendi, & cohibendi conſenſum, poſitis cæteris omnibus requiſitis ad operandum, & in ſenſu compoſito cum illis: vt tota diſp. 53. probatum eſt.

Inordinati motus vt in voluntate ſurgant, & frænentur, quid opus ſit.

Motus iræ & libera voluntatis reſiſtentia ſimul.

8. Propterea Patres eiuſmodi concupiſcentias indeliberatas, quæ ab Apoſtolo peccatum appellantur, obſeruant, non imputari ad culpam, quoniam illis ineſt neceſſitas; quæ quoniam abeſt à conſenſu, imputatur ad culpam, cum ſit abſolutè poſſibile non conſentire. Idque colligunt Patres ex Apoſtolo Roman. 6. *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.* Quod ita ponderat Auguſtinus tract. 41. in Ioan. col. vltima: *Non ait, non ſit: ſed non regnet. Quamdiu viuis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis, ſaltem illi regnum auferatur, non fiat, quod iubet. Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendum; noli dare iræ manum, aut pedem ad feriendum: non ſurgeret iſta ira irrationabilis, niſi peccatum eſſet in membris: ſed tolle illi regnum, non habeat arma, vnde contra te pugnet.* Perpende, quid neceſſe eſt, eſſe in membris tuis, videlicet, motum iræ, aut alterius concupiſcentiæ, vt inde colligas, hoc propterea non prohiberi, quia neceſſe eſt eſſe. Prohibetur autem regnare, quia non eſt neceſſe regnare; ſed nobis per diuinam gratiam eſt poſſibile, vt non regnet, illi negando obedientiam atque cõſenſum. Quod fuſiùs confirmat ſerm. 43. de verbis Domini paulò poſt med. & ſermone 12. de verbis Apoſtoli in medio, & lib. 50. homiliarum, homil. 21. prope medium. Et Bernardus ſerm. 10. in Pſalm. *Qui habitat.* verſus finem.

Indeliberati motus cur nõ imputentur ad culpam.

Roman. 6.

Auguſtinus.

Indeliberati motus non prohibentur, quia neceſſe eſt eſſe.

9. Chryſoſtomus Rom. 6. ſerm. 11. col. 4. *Vt oſtenderet,* inquit, *quod à malitia non vi, aut neceſſitate aliqua captiui detineamur, ſed quod voluntariè morem illi geramus; non dicit: Itáque tyrannidem non agat, id quod neceſſitatis cogentis eſſet. ſed non regnet,* inquit. Cuius mentem magis explicuit Theodoretus ad Rom. tom. 3. in principio, dicens: *Regnum in hoc differt à tyrannide, quod exiſtat quidem tyrannis, inuitis ſubiectis; regnum autem iis volentibus, quibus imperatur.* & poſt pauca: Ea ſtatuit, quæ illorum imbecillitati reſpondeant, & non dicit: Ne tyrannidem exerceat peccatum, ſed ne regnet. Illud enim eſt illius proprium, hoc verò noſtræ mentis.

Regnũ à tyrannide differt.

Quod clariùs expreſſit Gregor. lib. 21. moral. cap. 2. dicens: *Peccatum in humano corpore nõ eſſe, ſed regnare prohibuit, quia in carne corruptibili non eſſe non poteſt, ſed non regnare poteſt.* Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 25. prope med. *Non eſt,* inquit, *arbitrij noſtri cogitationis praua ſuggeſtionibus præuenire: tacere autem in animo cogitationẽ, noſtræ attinet voluntatis. Illud ergo ad culpam non redigitur, iſtud culpa propriè imputatur. Nam cogitationes illicitas occurrere, dæmonum eſt: cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt.* Hoc igitur generale diſcrimen, quod Patres aſſignant cum Apoſtolo inter concupiſcentiam & eius conſenſum, non poteſt habere locum; ſi concupiſcentia, & conſenſus in eo quandoque conueniunt, quòd intellectu proponente ſimul rationes vtriuſque partis contrariæ, & Deo prædeterminante ad concupiſcentiam, & conſenſum, exiſtant actiones iſtæ neceſſariò in ſenſu compoſito cum prædeterminatione; ſed poſſint non exiſtere in ſenſu diuiſo, quatenus Deus potuit illas non prædeterminare. 10.

Patrum diſcrimen nullius eſſet momenti.

Erit, vt exiſtimo, nullus, qui præſens argumentum eneruari putet, vſitata diſtinctione materialis actionis, & malitiæ, dicendo malitiam vitari potuiſſe, licet materialis actio non potuerit euitari. Cæterum quo mens cuiuſque Theologi ab hac ſolutione longiùs diſtet, aduertat illationem, ob quam ſi Deus neceſſitatem infert ad materialem actionem peccati, quæ eſt volitio poſitiuè contraria legi Dei; conſequens eſt, inferre neceſſitatem ad rationem malitiæ, quam euitare eſt impoſſibile, quamdiu exiſtit talis volitio. 11.

Euaſio.

Eius impugnatio.

Quod argumentum traditur expreſsè ab Anſelmo in lib. de concordia prædeſtinationis & gratiæ cum libertate cap. 1. ante med. dicente: *Quod ſi quæratur de peccato ipſius voluntatis, cùm peccat volendo, vtrum ſit neceſſitate? Reſpondendum eſt, quia ſicut non vult neceſſitate; ita non eſt peccatum voluntatis neceſſitate.* Et poſt pauca rationem reddit. *Nam quoniam non eſt aliud peccare, quàm velle, quod non debet, ita non eſt peccatum voluntatis neceſſarium: ſicut velle non eſt neceſſarium.* Semper itaque formalem rationem peccati non eſſe neceſſariam, infert ex eo, quod volitio non ſit neceſſaria. Hæc autem de neceſſitate antecedente volitionem: nam de neceſſitate conſequente volitionem, quam paulò antea fuſiùs explicuerat, ſubdit: *Tamen verum eſt, quia ſi vult homo peccare, neceſſe eſt, eum peccare, ſed ea neceſſitate, quam ſupra dixi nihil cogere aut prohibere.* Et ad finem totius prædicti tractatus de concordia: *Non eſt,* inquit, *culpa Dei, qui creauit in homine cum libertate arbitrij voluntatem, & contulit ei iuſtitiam, vt nihil, niſi iuſtè vellet; ſed culpa eſt hominis, qui iuſtitiam deſeruit, quam ſeruare potuit.* Nota poſtrema verba. 12.

Anſelmus.

Quia volitio libera eſt formalis peccati ratio, libera eſt.

Ex toto ſuperiori diſcurſu colligo, veteres Patres, quoties negant peccandi neceſſitatem, excludere quamlibet neceſſitatem antecedentem, etiam à diuina voluntate, aut generali concurſu prouenientem; & quoties affirmant poſſibilitatem non peccandi, exigere, vt poſitis omnibus requiſitis ad peccandum, & oblato generali 13.

Patres negantes peccãdi neceſſitatẽ, quamlibet antecedentẽ neceſſitatẽ excludunt.

concurſu

concurſu Dei; adhuc non peccare ſit abſolutè poſſibile: ac proinde ſit abſolutè poſſibile voluntatem continere à materiali volitione, quam neceſſariò comitatur malitia. Et quamuis huius veritatis plurima teſtimonia protulerimus tomo præcedenti, diſput. 33. & 34. & diſputat. 42. ac multis ſequentibus; nihilominus referenda erunt aliqua, quæ ſectionis præſentis magis propria eſſe videntur.

Poteſtatis noſtra eſt peccare, vel non.

14. Hieronym. Dialog. 3. aduerſus Pelag. poſt med. *Hoc eſt*, inquit, *quod tibi in principio dixeram, in noſtra eſſe poſitum poteſtate, vel peccare, vel non peccare, vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, vt liberum ſeruetur arbitrium.* Idem in Eccleſiaſten cap. 7. ad finem ait: *Et ne videretur communem hominum damnare naturam, & Deum authorem mali facere, dum talium conditor eſt, qui malum vitare non poſſunt; argutè præcauit, & ait, bonos nos à Deo creatos. Sed quia libero ſumus arbitrio derelicti, vitio noſtro ad peiora labi.* Et lib. 2. contra Iouinianum non longè à principio, relatus de pœniten. diſt. 2. cap. *Si enim*, quod eſt 40. §. *liberi arbitrij*, ait: *Neque ad virtutes, neque ad vitia neceſſitate trahimur.* Quod probatur ab Auguſtino de nat. & grat. cap. 65.

Dei ſemper indigemus auxilio.

15. Author epiſtolæ 17. de explanatione fidei ad Damaſum, quæ habetur inter alicoa tom. 9. Hieronymi ad finem epiſtolæ: *Liberum*, inquit, *ſic confitemur arbitrium, vt dicamus, nos Dei ſemper indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe; quàm illos, qui cum Iouiniano aſſerunt, hominem non poſſe peccare; vterque enim tollit arbitrij libertatem: nos verò dicimus, hominem ſemper, & peccare, & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij. Hæc fides eſt, Papa beatiſſime, quam in Eccleſia Catholica didicimus.*

16. Ambroſius lib. 20. de Paradiſo cap. 8. ante med. de Adamo & Iuda ſic loquitur: *Non enim neceſſitatem Deus, vel illi præuaricationis, vel huic proditionis impoſuit. Quia vterque, ſi quod acceperat cuſtodiſſet, à peccato potuit abſtinere.*

17. Idem Ambroſius lib. 1. Hexameron cap. 8. poſt med. ait: *In nobis eſt moderari ſtudia, cohibere iracundiam, coërcere cupiditates. In nobis eſt etiam indulgere luxuriæ, adolere libidines, inflammare iracundiam.* Et poſt pauca: *Illa cauenda, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationales paſſiones corporis. Quorum ergo nos ſumus domini, horum principia extrinſecus non requiramus. Quod enim poſſumus non facere, ſi volumus; huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adſcribere.* Vnde & in lib. 1. de Iacob & vita beata cap. 3. *Non eſt*, ait, *quod cuiquam noſtram adſcribamus culpam, niſi propriæ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi propria voluntate deflexerit.* Qui autem deflectit, ille ſe determinat, neque tenetur aliquo vinculo neceſſitante, vt deflectat, & determinetur. Hæc ex parte referuntur 15. q. 1. cap. 6. & cap. 10. videlicet, cap. *Illa*, & cap. *Non eſt.*

Nemo tenetur ad culpam.

18. Cyprianus in ſermone de ablutione pedum ſub init. de his, qui poſt Baptiſmũ peccant, ſic loquitur: *In eos, qui poſt indulgentiæ huius gratiã voluntarij per peccata, euagati ſunt, qui proprio abutuntur arbitrio, & voluntate, non neceſſitate ducuntur, indignatio & ira non immeritò redit.* Quod propterea dictum eſt, quoniam per Baptiſmi gratiam, ad vitanda peccata confertur liberior, faciliórque poteſtas, ſolutáque non ſolùm à neceſſitate ſimpliciter, ſed etiam ab ea neceſſitate ſecundum quid, qua dæmonis mancipium ante Baptiſmum trahitur ad peccata, quamuis nec ante Baptiſmum poſſit eſſe peccandi neceſſitas ſimpliciter.

Per Baptiſmi gratiam liberior confertur facultas.

19. Auguſtinus 12. de Ciuit. cap. 8. initio: *Scio*, inquit, *in quo ſit mala voluntas, id in eo fieri, quod ſi nollet, non fieret; & ideo non neceſſarios, ſed voluntarios defectus iuſta pœna conſequitur.* Et de libero arbitrio lib. 3. cap. 1. poſt med. tractans de illo motu, quo fruendi voluntatem ad creaturam à Creatore conuertimus, ſic loquitur: *In eo ſimilis eſt illi motui, quo deorſum verſus lapis fertur, quod ſicut iſte proprius eſt lapidis, ſic ille animi; verumtamen in eo diſſimilis, quod in poteſtate non habet lapis cohibere motum, quo fertur inferius; animus verò, dum non vult, non ita mouetur, vt ſuperioribus deſertis, inferiora diligat.* Eſt igitur in poteſtate animi cohibere motum inordinatum; quam poteſtatem eſſe indifferentem ad vtramque partem, & ſolutam à neceſſitate, fuſiùs explicat ſequenti contextu eiuſdem cap. & cap. 2. 3. & 4. vt retulimus præcedenti tomo de Scientia diſp. 43. ſect. 1. ſub init.

Motum inordinatum cohibere in noſtra poteſtate eſt.

20. Rurſus in eodem lib. 3. de libero arb. cap. 5. in medio, hominum querelas comprimit his verbis: *Non clament, non ſuccenſeant; quia neque ipſos ideo coegit peccare, quia fecit, quibus poteſtatem, vtrum vellent, dedit.* Illud, *Vtrum vellent*, denotat optionem, & eligendi poteſtatem conceſſam eſſe ad vtramuis partem contradictionis. Et in eodem lib. 3. cap. 18. *Quæcumque iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non ei poteſt reſiſti, ſine peccato ei ceditur.* & poſt pauca: *Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caueri poteſt? Peccatur autem, ergo caueri poteſt.* His ſimilia multa docet tam in eodem cap. 18. quàm in cap. 15. & 16. eiuſdem lib. 3.

Nullus in id, quod cauere non poteſt, peccat.

21. Totus liber Auguſtini de perfectione iuſtitiæ; præſertim dum reſpondet quindecim ratiocinationibus Cæleſtij, eò dirigitur, vt defendat, culpam propterea non imputari, quia per gratiam Ieſu Chriſti vitari poterat, quamuis ſine gratia vitari non poſſet. Peculiariter verò ratiocinatione 2. 3. & 4. notat, *peccatum, quia verè actus eſt, non eſſe neceſſitatis, ſed voluntatis.*

22. Idem Auguſtin. de vera Relig. cap. 14. ait: *Vſque adeo peccatum voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc quidem manifeſtum adeo, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat.* Vbi, ſicut alibi ſemper, voluntarium non accipit præciſè, vt excludit coactionem, ſed præterea vt excludit vnius tantùm partis neceſſitatem: vt conſtat ex ſequenti contextu, dum ait: *Tales ſeruos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirent liberaliter, quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruirent.* Et in fine eiuſdem capitis ait: *Quod homini à peruerſo Angelo perſuaſum dicitur, etiam ad hoc vtique voluntate conſenſit. Nam ſi neceſſitate id feciſſet, nullo peccati crimine teneretur.* Quam ſententiam non retractat, ſed potius explicat & confirmat S. Auguſtinus lib. 1. retract. cap. 13. circa med. vt videbimus ſect. 6. 7. & 8.

Peccatum voluntarium, & id quàm verum putet Auguſtinus.

23. Præterea lib. de duabus animabus cap. 12. poſt medium, inquit: *Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſt & inſaniæ. Quamobrem illæ animæ quidquid faciunt, ſi natura non voluntate faciunt,*

id eſt,

ideſt, ſi libero ad faciendum & non faciendum motu animi carent; ſi denique his abſtinendi ab opere poteſtas nulla conceditur, peccato eorum teneri non poſſumus. Quod defendit primo retractationum cap. 15. & recipitur à Magiſtro 2. diſt. 27. cap. *Si igitur*; & diſt. 28. cap. *Similiter*

24. Optatus Mileuitanus contra Parmenianum lib. 7. prope initium ait: *Quod de voluntate poteſt ab homine fieri, hoc meruit prohiberi. Quidquid neceſſitas peccat, non poteſt, magnis viribus accuſari. Deinque voluntas habet pœnam, neceſſitas veniam. Homicida ſcelus, dum nemo cogit, poteſt & facere, poteſt & non facere. Adulterium mœchus, dum de foris nemo compellit, poteſt admittere, poteſt & non admittere, & cætera huiuſmodi, in quibus liberum habetur arbitrium.*

Volūtas pœnam, neceſſitas veniam habet.

25. Hilarius in Pſalm. 68. ad illa verba: *Quia propter te ſuſtinui opprobrium*, ait: *Ne in naturis quidem hominum ineſt neceſſitas aliqua peccati, ſed ex appetitu voluntatis, oblectatioæque vitiorum peccati vſus arripitur.* Bernardus tract. de libero arbit. col. 2. ait: *Quod ſibi liberum non eſſe cognoſcitur: quo pacto bonum ei, vel malum imputatur? Excuſat nempe vtrumq; neceſſitas. Porro vbi neceſſitas, ibi libertas non eſt. Vbi libertas non eſt, nec meritum, ac per hoc nec iudicium.*

Pſalm. 68.

Bernardus.

26. Lactantius lib. 4. diuinarum inſtitution. c. 24. poſt med. ſcribit: *Doctor itaque virtutis etiam hanc excuſationem debuit hominibus auferre, ne quis quod peccat, neceſſitati potiùs adſcribat, quàm culpæ ſuæ.* Et toto illo capite comprobat poſſibilitatem obſeruandi præcepta iuſtitiæ. Vnde in ſequēti c. 25. poſt medium ita concludit: *Ideo Deus carne ſe induit, vt deſideriis carnis edomitis doceret, non neceſſitatis eſſe peccare, ſed propoſiti ac voluntatis.*

Cur Deus ſe carne induit.

27. Tertullianus lib. de Trinitate non procul à principio ſic ratiocinatur: *Non aliūde occurrit homini malum, niſi à bono Deo receſſiſſet. Hoc autem ipſum in homine denotatur, non quia neceſſe fuit, ſed quia ipſe ſic voluit. Vnde manifeſtè, & quid malum eſſet, apparuit, & ne inuidia in Deo eſſe videretur, à quo malum eſſet ortum, eluxit.* Quaſi diceret: Si homo neceſſitate peccaret, ſequeretur, malū eſſe ortum ex Deo: ac proinde videretur in Deo fuiſſe inuidia: inſuper nō conſtaret, quid eſſet malū. At verò, cum malum non aliunde proueniat homini, niſi quia ipſe vult à bono Deo recedere; inde conſtat, quod ſit malum, & oſtenditur apertè, nullam eſſe in Deo inuidiam.

Malum oriretur à Deo, homine neceſſariò peccante.

28. Ex Græcis Patribus Irenæus eandem veritatem docet lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 71. & 72. cuius verba retulimus to. præced. diſp. 42. ſect. 2. Vbi conſequēter multa retulimus ex Iuſtino, cuiuſmodi eſt illud in Apolog. 2. pro Chriſtianis ad Antonin. paulò poſt med. *Niſi homines arbitratu ſuo poſſunt turpia fugere, honeſta ſectari, extra culpam erunt, quidquid agant.* Quibus ſimilia ſcribūt Athenagoras, & Tatianus Aſſyrius citati in eodē to. præced. diſp. 42. ſect. 2. n. 4. & in eadem diſp. 42. ſect. 3. n. 9. & ſeq. ſimilia retulimus ex Methodio martyre, & ex Epiphanio. Idemque docuit Origenes, tum alibi ſæpe, tum præſertim lib. 2. contra Celſum,

Idem Græci Patres docuerunt.

Irenæus.

29. Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromat. duobus foliis ante finem de Adamo ſic loquitur: *Hoc erat quod in virum creſcebat, nempe id, quod in eius poteſtate erat ſitum, ſeu liberum arbitrium. Quod autem id, quod erat vetitum, elegerit, non eſt culpa in Deum conferenda.* Et paulo inferius ait: *Id eſt in noſtra poteſtate, cuius ex æquo ſumus domini, & eius quod ei aduerſatur, vt philoſophari, vel non credere, aut non credere.*

Euſebius de præparatione Euangelica lib. 6. cap. 5. longe poſt med. poſtquam oſtendit, quomodo nos ad bonum incitet, inclinētque per auxiliatricē legem rationis, nimirum per ſynderesim, ſubiungit hæc verba: *Sic Deus per legem rectam oſtendit viam, per poteſtatem verò liberam effecit, vt in ipſa eſſet virtutis præmia ſine vi aliqua eligere, cùm poſſit etiam contraria malè. Ita ſi proprio motu naturalem deſpexerit legem, fons vitiorū ſponte, non aliunde, neque vlla neceſſitate, ſed libera voluntate, atque iudicio facta eſt. Eligentis igitur culpa eſt, Deus verò inculpabilis eſt.* 30.

Et in eodem lib. 6. de Præparat. Euangel. cap. 9. circa med. *Non dicimus*, ait, *quia proditor Iudas præſciebatur, neceſſe fuiſſe ipſum prodere. Si ſic enim eſſet, non vituperaretur ab his, qui proditurū præuiderunt. Vituperatur autem, nimirum, quia potuiſſet etiam non prodere.* Multáq; in eandem ſententiam præmittit, atq; ſubiungit explicans poteſtatē Iudæ, indifferentem ad vtramq; partē contradictionis, neque determinatā à diuina præſcientia, ſed potiùs præbentem præſcientiæ rationem determinationis ad cognoſcendum fore, vt Iudas ſit proditor. Quæ retulimus præcedenti tom. diſp. 33. ſect. 4. 31.

Damaſcenus in dialogo contra Manichæos multò propinquius ad med. quàm ad princip. ait: *Quì anima quæ tyrannide oppreſſa eſt, poterit, quin peccet? Ac proinde culpa non erit.* Quod quamuis contra figmenta Manichæorum dictum ſit, tamen hoc docet vniuerſaliter verum non eſſe culpam, quando aliquis non poteſt non peccare. Ac multò propinquiùs ad finem, quàm ad med. *In noſtra*, inquit, *poteſtate ſitum eſt, vt nos ipſos à fœdiſſimis quibuſque vitiis expurgemus, vel eiſdem inquinemus.* 32.

Theodoretus ad Rom. 7. ad illa verba: *Quod enim operor, non intelligo: Illa*, inquit, *non volo & odi, non neceſſitatem, ſed imbecillitatem ſignificant: non enim neceſſitate, aut vi aliqua impulſi peccamus, ſed à voluptate deliniti, ea facimus, quæ vt ſcelerata, & flagitioſa abhorremus.* Et ad Roman. 8. ad illa verba, *Quos autem prædeſtinauit, &c.* ait: *Deus non huic homini affert neceſſitatem, vt virtutem exerceat: illi autem, vt vitam ex vitio inſtituat.* Perpende non ſolùm ad formalem rationem vitij, ſed etiam ad vitam, hoc eſt, vitales operationes ex vitio inſtituendas, Deus non affert neceſſitatem. 33.

Roman. 7. & 8.

Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus in lib. de natura hominis à cap. 35. frequenter reperit, mala opera ita eſſe in nobis & in noſtra poteſtate, vt poſſimus illa vitare vel committere, præſertim verò cap. 39. & 40. & cap. 41. ait: *Non facultas eſt, quæ facit, vt immodeſtè viuamus, aut mendacium dicamus, ſed electio. Erat enim in noſtra poteſtate verum dicere, non mendacium. Si ergo vitium facultas non eſt, ſed habitus; non qui facultatem nobis dedit, cauſa nobis improbitatis eſt, ſed habitus, qui per nos, & propter nos comparatur. Licebat enim contrarium habitum, non iſtum vitioſum exercitatione quærere.* 34.

Facultas non eſt vitium.

Anaſtaſius Nicænus quæſtionibus in Script. verſus fin. colum. antepenult. ex Baſilio in homil. *Quòd Deus non ſit author malorum*, ait: *Quod propriè malum eſt, nempe peccatum, ex libero arbitrio dictum eſt, cum in noſtra poteſtate ſit ſitum, vel à vitio abſtinere, vel eſſe malos,* 35.

36. Moguntina deniq, Synodus Prouincialis, anno 1549. celebrata, cap. 2. parochis, & concionatoribus præcipit, vt doceant credere & confiteri, Deum eſſe *omnis boni, ſed nequaquam mali culpa authorem: ſiquidem nos peccata, nulla impulſi neceſſitate, ſed malitia, & vitio noſtro perpetramus.*

37. Ariſtoteles denique in lib. 3. Ethicorum totum caput 5. ponit in demonſtrando, quidditatiuam imputabilitatem culpæ non poſſe conſiſtere, niſi fuerit in hominis poteſtate culpam euitare, vel immediatè in ſe ipſa, vel mediatè, illius cauſam euitando: de quo infra diſp. 8. & ſequen. diſp. 39. ſect. 7.

SECTIO IV.

Primos parentes nulla neceſſitate primum commiſiſſe peccatum, ſed illud facile vitare potuiſſe.

1. Libera poſſibilitas euitandi peccatum, quæ Angelis & primis parentibus in ſtatu innocentiæ conceſſa fuit, licet primo aſpectu videatur, nihil probare de peccatis, quæ committuntur ab hominibus in natura lapſa; nihilominus verè probat, quamcumque actionem materialem peccati à quacumque perſona, in quocumque ſtatu eliciendam, non prædeterminari à Deo per antecedentem neceſſitatem. Rationes autem huius vniuerſalitatis ſunt. Prima, quia ſi vel vnica materialis actio peccati facta fuit ſine phyſica prædeterminatione; conſequens eſt, cauſæ vniuerſalis munus totum expleri poſſe ſine phyſica prædeterminatione ad eiuſmodi actiones. Quapropter ſi Deus adhibeat phyſicam prædeterminationem ad alias actiones, excedet munus cauſæ vniuerſalis, ſubibitque munus cauſæ particularis. Vnde ipſe erit particularis cauſa actionis, & eorum quæ ex actione ratione ſui ac neceſſariò conſequuntur.

Libera poſſibilitas vitandi peccatum in ſtatu innocentia prædeterminationem impugnat.

Rationes huius.

2. Secunda ratio, quia fundamenta propter quæ Doctores infra citandi docent, Angelum, vel Adamum nulla neceſſitate fuiſſe determinatum ad primam actionem peccati, eadem militant in qualibet perſona, in quocũque ſtatu, & qualibet actione peccati. Fundamenta enim ſunt libertas ad rationem peccati requiſita, & bonitas Dei, cui repugnat ad malum impellere.

Cur Adamus etiam in aduerſariorum ſententia nõ ſit ad primum peccatũ prædeterminatus.

3. Claritatis cauſa teſtimonia Patrum in tria capita diſtribuo. Primum pertinebit ad ſolos primos parentes, nulla de Angelis mentione facta. Secundum de primis parentibus ſimul cum Angelis tractabit. Tertium verò de ſolis Angelis. De ſecundo & tertio capite dicemus ſequenti ſectione 5. De primo autem capite ita Theologi omnes decernunt. Imprimis Auguſtinus in Enchiridio cap. 105. *Sic enim*, ait, *oportebat prius hominem fieri, vt & bene velle poſſet, & male.* & cap. 107. *Sic factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio: vtrumlibet horum elegiſſet, Dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certè de illo. Proinde quia ſuam maluit facere, quam Dei, de illo facta eſt voluntas Dei.* Porrò *ſuam voluntatem facere*, non ſolam malitiam, ſed etiam materialem actionem ſignificat, & huius faciendæ, vel non faciendæ libera optio conceſſa fuit in ſtatu innocentiæ.

Patrum teſtimonia in tria capita.

Primum caput, de primo parente.

Auguſtinus.

4. Similia notat Auguſtinus lib. de correptione & gratia toto cap. 10. & 11. ad finem verò capitis 10. notentur illa verba: *Sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quamuis ſui futuri caſus ignarum, tamen ideo beatum, quia & non mori, & non miſerum fieri in ſua poteſtate eſſe ſentiebat.* Alia ex 11. cap. retulimus alibi. Et lib. 83. quæſt. q. 4. *Deus ita optimè hominem fecit, vt ſi vellet manere optimus, nullo reſiſtente impediretur.* Idẽ docet lib. contra aduerſ. Legis & Prophetarũ c. 14. circa med.

Cuius veſtigiis inſiſtens hypognoſticon lib. 3. col. 3. ita ſcribit: *Non enim per aliud contraxit offenſam, niſi per id, quo potuit, ne delinqueret, reſiſtere ſuadenti. Per velle ergo malum rectè perdidit poſſe bonũ, qui per velle bonũ potuit vincere velle malum.* Et liber de Eccleſiaſticis dogmatibus c. 21. initio; *Libertati arbitrij ſui cõmiſſus eſt homo ſtatim in prima conditione, vt ſola vigilantia mentis amittẽte* (vel potiùs *adnitente*) *etiam in præcepti cuſtodia perſeueraret, ſi vellet in eo, quod creatus fuerat, permanere.* Quaſi diceret, Tanta illi collata fuit donorũ plenitudo, vt ex parte Dei nihil defuerit, ſed tantùm ex parte hominis ſola, videlicet, vigilantia mentis adnitens ad perſeuerandum, vel amittens collata beneficia. 5.

Petrus Diaconus, nomine aliorum Orientaliũ in libro de Incarnat. & grat. Ieſu Chriſti cap. 6. initio ait: *Credimus itaque bonum & ſine vlla carnis impugnatione à Deo Creatore omnium factum Adam magnáque præditum libertate ita, vt & bonum facere in propria facultate haberet, & malum ſi vellet, poſſet admittere. Erátque mors, & immortalitas in eius poſita quodammodo arbitrij libertate.* 6.

Huic articulo directè reſpondens Fulgentius ad Petrũ Diaconum lib. de Incarnatione & gratia Ieſu Chriſti c. 12. ita reſcripſit: *Credat firmiſſimè ſanctam Trinitatem primo homini, quem ad ſuam imaginem gratuita bonitate bonum fecit, cui facultatem quoque ſuæ cognitionis ac dilectionis inſeruit, non ſolum bonæ voluntatis donum, quin etiam ad habendam cuſtodiendámque iuſtitiam, integrum ſanúmque creaſſe libertatis arbitrium. Vt facultas atque motus indita libertatis, ſi iuuantem ſe gratiam non deſereret; præmium Dei bonitas tribueret homini.* Et poſt pauca: *Creatus ergo primus homo, accepit quidem gratiã, qua non poſſet peccare,* (id eſt, poſſet non peccare) *ſi peccare nollet.* Quod ita intelligendũ eſſe conſtat ex ſequenti contextu. Addit enim non accepiſſe tantã gratiam, qua nõ poſſet peccare. Et in c. 13. *Adamum*, inquit, *eſſe creatũ ſine peccãdi neceſſitate.* 7.

Fulgentius.

Gratia primi hominis qualis.

Idem Fulgentius de fide ad Petrum c. 25. ita decernit: *Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites primos homines, id eſt, Adam, & mulierem eius, bonos & rectos ſine peccato creatos eſſe cum libero arbitrio, quo poſſent, ſi vellent, humili & bona voluntate ſeruire atque obedire: quo arbitrio etiam poſſent, ſi vellent, propria voluntate peccare: eóſque non neceſſitate, ſed propria voluntate peccaſſe.* Et de Latinis antiquioribus hactenus: alios minus antiquos referemus poſt Græcos. 8.

Clemens Romanus in Epiſtola 3. de officio Sacerdotis col. 3. de homine in ſtatu innocentiæ ita docet: *Hic ab initio, cùm adhuc iuſtus eſſet, cunctis vitiis & omni fragilitate ſuperior erat. Vbi autem peccauit, factus eſt ſeruus peccati.* Non foret autem ſuperior, ſed longe inferior omni fragilitate, cunctíſque vitiis, cui propter impoſitam prædeterminationem fuiſſet abſolutè impoſſibile vitiis actualiter reſiſtere. 9.

Primus parens omni fragilitate ſuperior.

Chryſoſtomus tom. 1. ſermon. de interdictione arboris, à medio: *Manifeſtum eſt*, inquit, *Deum Adam noluiſſe peccare, ſi voluit eum ante delictum præſtruere.* 10.

Digitized by Google

præſtruere: quia & Adam potuit ſerpentem contemnere, qui Deo noluit obedire. Potuit Adam & Deo parêre, quod noluit, qui conſentire diabolo maluit. Vtrumque enim in ſua habuit poteſtate, & Deo parêre, quod noluit: & diabolo non cōſentire, quod voluit.

11. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. contra Iulian. col. 4. initio de muliere in ſtatu innocentiæ ſic loquitur: *Mulier alterius ſibilis perſuaſa eſt, vt facere vellet, quæ nefas; quamuis humana mens poteſtatem ſortita eſſet, quæ facienda vel non, & permiſſa eſt, voluntariis impetibus, vt dixi, ad quodlibet ire.* Non ergo fuit ad vnam partem per phyſicam prædeterminationem alligata.

12. Damaſcenus de fide lib. 4. cap. 14. prope init. de ſtatu innocentiæ tractans, ait: *Cæterum homo rationalis & arbitrio liber factus, poteſtatem accepit indeſinenter per propriam electionem vniri Deo, ſi permanſiſſet in bono, hoc eſt, in creatoris obedientia.* Quemadmodum & Moyſes Barcepha Syrus Epiſcopus in commentariis de paradiſo parte 3. cap. 2. parùm à principio tom. 1. Biblioth. ait: *Ad hoc, data lege, certiorem reddidit Deus Adamum, & reliquos mortales ratione præditos, ſe arbitrij libertate ipſos donaſſe, dum conderet; qua freti poſſent, vel obſeruare, vel tranſire legem præſcriptam.*

Moyſes.

13. Adamum impeccantia donatum fuiſſe tradit Elias Cretenſis, relatus tomo præced. de ſcientia diſp. 42. ſect. 3. nec poteſt aliud intelligere, niſi liberam poteſtatem non peccandi. Quam etiam Ricardus Victorinus teſtatur frequenter, veluti de ſtatu interioris hominis p. 1. tract. 1. cap. 13. & 14. & 20. vſque ad 23. Iuſtinianus de caſto connubio cap. 12. initio: *Immortalitatis, inquit, gloriam primus homo in innocentia ſtatu poſitus, ſi voluiſſet, tenere poterat, & amiſit.*

Iuſtinianus.

14. Moguntina Synodus Prouinc. anno 1549. celebrata, docet, hominem creatum eſſe *non ſolum corporis & animi viribus rectum, & ornatum iuſtitia & gratia, ſed etiam in voluntate ad bona, malâque appetenda ex pari liberum.* Et Colonien. Enchirid. Chriſtianæ inſtitution. ad parochos titulo de Sacramento Pœnitentiæ fol. 89. §. *imitio quod non ſemel*, ex Auguſtino lib. de correptione & gratia docet, quod Adamus potuerit non peccare, *gratia Creatoris ſibi deſuper collata, &c.*

15 Omnes denique Patres, qui tomo præcedenti de ſcientia diſp. 40. ſect. 1. libertatis indifferentiam atque dominium intelligunt ſub imagine Dei, ad quam factus eſt homo, primariò loquuntur de Adamo in ſtatu innocentiæ, quoniam tunc integra & illæſa perſeuerabat imago Dei.

16. Idem ſentiunt Scholaſtici omnes, nemine contradicente, quorum antiquiores referre ſatis erit. D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 10. ad 3. ait: *Hominem in ſtatu innocentiæ per gratiæ donum perſeuerare potuiſſe faciliùs, quàm nunc perſeueramus in natura lapſa, quia tunc nulla erat rebellio carnis ad ſpiritum.* Idem docet in eadem q. 109. art. 8. corpore & ad 3. & in 2. diſt. 24. q. 1. art. 4. Vnde ſic argumentare. Maior difficultas accedit magis ad impoſſibilitatem. Ergo facilitas maior diſtat magis ab impoſſibilitate, ac ſubinde eſt maior poſſibilitas: ſed in ſtatu innocentiæ maior erat facilitas perſeuerandi: ergo maior poſſibilitas, quàm in natura lapſa. Rurſus in natura lapſa perſeuerandi poſſibilitas eſt tāta, vt omnes prædeſtinati nulla phyſica prædeterminatione impellantur ad materialem actionem finalis peccati, per quam foret illis impoſſibile actualiter perſeuerare. Ergo in ſtatu innocentiæ nulla phyſica prædeterminatio ad materialem actionem peccati reddidit impoſſibilem illius ſtatus actualem perſeuerantiam.

S. Thomas.

Maior difficultas ad impoſſibilitatē accedit magis.

Nullus prædeterminatur ad materialē actionem finalis peccati.

Propter eandem rationem colligitur idem ex cæteris omnibus Scholaſticis. Nam Magiſter 2. diſt. 24. cum Auguſtino tradit, Adamum per dona, quæ acceperat in ſua creatione, potuiſſe non declinare ab eo, quod acceperat, & non cadere, ſed ſtare, & reſiſtere tentationi. & diſt. 25. cap. 7. ait: *Hominem ante peccatum ad bonum nihil impediebat, ad malum nihil impellebat.* Ergo non impellebat phyſica prædeterminatio. Confirmatur, nam ſubdit: *Tunc voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat.* Ergo non erat phyſicè prædeterminata, ita vt impoſſibile ſimpliciter foret bonum actualiter appetere. 17.

Magiſter.

In ſtatu innocētia voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat.

18. Eaſdem omnes propoſitiones Magiſtri tradūt Albert. 2. p. q. 90. memb. 2. & in 2. diſt. 25. & in li. de homine apud Carthuſianum infra citandum. Alexand. 2. p. q. 96. memb. 2. a. 1. præſertim ad 4. S. Bonauent. 2. diſt. 24. p. 1. a. 1. q. 1. S. Antoninus 1. p. tit. 9. c. 5. initio, & §. 3. Vincent. Beluacenſ. in ſpeculo morali, tom. videlicet 3. li. 1. diſt. 10. dū reſpondet ad quæſtionem octauam, & lib. 3. diſt. 11. prope initium. Ricard. 2. diſt. 24. a. 1. q. 1. Ægidius diſt. 24. p. 1. q. 1. a. 4. Durand. diſt. 24. in expoſitione literæ, Carthuſianus in 2. diſt. 24. qu. 2. prope init. & diſt. 25. q. 4. Quæ omnia cæteri Scholaſtici in eiſdem diſtinctionibus 24. & 25. tacendo ſupponunt, adeò certa eſſe, vt nulla indigeant diſputatione.

SECTIO V.

De Angelis ſimul & primis parentibus probatur eadem poſſibilitas non peccandi.

EXequimur ſecundum illud, & tertium caput, quod ſub initium præcedentis ſectionis propoſuimus. Alterum continet teſtimonia, quæ ſimul complectuntur Angelos & primos parentes: alterum verò, quæ de ſolis Angelis tractant. Baſilius igitur homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*, inter med. & finem ita diſputat: *Unde iniquus eſt homo? Ex ipſius libera voluntate. Vnde malus diabolus? ex eadem penitus cauſa. Habebat enim & ipſe liberam vitam, & inſitam ſibi poteſtatem, aut Deum ſequendi, aut à bono diſcedendi. Gabriel Angelus à Deo iugiter ſtetit: Satan autem Angelus ex ordine ſuo prorſus cecidit. Et illum propria voluntas in cælo detinuit; hunc verò voluntatis libertas cælo deiecit. Poterat enim & ille à Deo deficere, & iſte non excidere: ſed illum inſatiabilis dilectio Dei ſeruauit: hunc à Deo reiectum eſſe oſtendit per peccatum alienatio.* Pondera indifferens dominium & poteſtatem, aut ſequendi bonum, aut diſcedendi. Deinde Angelum bonum libera voluntas propria in cælo retinuit, cum poſſet deficere: at contra malum Angelum libertas cælo deiecit, & à Deo relictum eſſe oſtēdit, cum tamen potuiſſet non excidere. Hæc omnia pugnant cum neceſſitate antecedente libertatem, præſertim cum idem Baſilius non longè antea dixiſſet, libertatem eſſe ſolutam neceſſitate, & in ſua poteſtate habere facultatem conſeruandi vitam & bonum, vel ab illo deflectendi. 1.

Secundum teſtimoniorū caput.

Baſilius.

Iuſtinus in dialogo cū Tryphone propiùs ad med. quàm ad finē, prima parentum peccata, vt probaret, contigiſſe citra culpam Dei, ſubiungit: *Sic enim Deo viſum eſt, tum Angelos, tum homines* 2.

libero arbitrio præditos, ſuique potentes facere.

3. Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus in lib. de natura hominis & animæ facultatibus cap. 41. in med. *Puto,* inquit, *illud quoque iam eſſe demonſtratum, naturas rationis participes, ab initio optimè eſſe genitas: ac ſi vt à principio ſunt conditæ, ita manſiſſent, ab omni fuiſſent vitio remotiſſimæ. Nunc ſua voluntate & electione, in vitium incurrunt. Nam quæ ita permanſerunt, vt ab initio generata ſunt, beatitudine perfruuntur.* Sic etiam naturam Angelicam & humanam ſuo fuiſſe *arbitrio permiſſam à Deo*, ſcribit Tatianus Aſſyrius Iuſtini ſectator orat. contra Græcos col. 5.

4. Ex Latinis verò imprimis Auguſtinus de correptione & grat. toto cap. 10. & 11. & de dono perſeuerantiæ cap. 7. docet Adamum, & Angelos qui ceciderunt, potuiſſe vitare peccatum, non minùs, quàm Angelos, qui perſeuerauerunt in gratia. Notentur peculiariter illa verba in dicto cap. 11. *Sed quia noluit* (nimirum Adamus) *profectò eius culpa eſt, cuius meritum fuiſſet, ſi permanere voluiſſet: ſicut fecerunt Angeli ſancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium ſteterunt ipſi.* Vnde Proſper ad 6. obiect. Vincent. *Sicut ergo,* inquit, *præuaricatoribus Angelis non Deus indidit illam, quæ in veritate non ſtetit, voluntatem: ita neque hominibus hunc affectum,* & cætera, quæ aliàs retulimus. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. propius ad med. quàm ad princip. *Deus,* inquit, *diligendi ac cognoſcendi ſe, non niſi Angelis & hominibus indidit facultatem. Quibus propter arbitrij libertatem, quæ maximè debuit intellectuali creaturæ Creatoris benignitate conferri, ita cognoſcendi ac diligendi ſe facultatem, voluntatémque donauit, vt eam vnuſquiſque & habere poſſet, & perdere.*

Auguſtinus. *Proſper.* *Fulgentius.*

5. Anſelmus in dialogo de libero arbit. c. 2. *Et per poteſtatem,* inquit, *peccandi, & ſponte per liberum arbitrium, & non ex neceſſitate noſtra & Angelica natura primitus peccauit.* & poſt pauca: *Qui hanc haberet arbitrij ſui libertatem, non aliqua re cogente, non aliqua neceſſitate: ſed ſponte peccauit.* Quam libertatem primi parentis in ſtatu innocentiæ conſiſtere in dominio ſui, & poteſtate indifferenti ad vtramque partem, explicat infra, dicens: *Etenim, qui ſuæ poteſtatis eſt, vt non ſeruiat, quamuis poteſtate ſua ſeruire poſſit: quamdiu non illa, quæ eſt ſeruiendi, vtitur poteſtate, nulla res poteſt illi dominari, vt ſeruiat.*

6. Verbis denique Auguſtini in lib. de correptione & gratia, cap. 11. inter medium & finem, idem dogma tradit Hugo Victorin. eruditionis Theolog. ſummæ ſentent. tract. 3. c. 6. & 7.

7. Tertium & poſtremum caput reſtat, ea teſtimonia continens, quæ de ſolis Angelis mentionem faciunt. Antonius (vt in eius vita refert Athanaſius inter princip. & med.) ita monebat: *Hoc primum debemus mentibus affigere, nihil Deum feciſſe, quod malum eſt; neque ab eius inſtitutione dæmonum cœpiſſe principia; peruerſitas iſta non naturæ, ſed voluntatis eſt vitium. Boni enim, vtpote à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruêre de cælis.* Quod ſi Deus inſtituit phyſicam prædeterminationem ad materialem entitatem actus ſuperbiæ, ex qua neceſſariò conſequitur malitia, qua conſtituuntur mali dæmones; conſequens eſt, ab inſtitutione Dei principia dæmonum cœpiſſe: cuius illationis bonitas conſtat ex dictis diſp. 9. ſect. 1.

Antonius.

8. Epiphanius hæreſi 66. pagin. 3. poſt epiſtolam Marcelli ait: *Diabolus non à Creatore naturaliter malus creatus eſt; ſed ſibi ipſi poſt tempus malum facere excogitauit.* Et infra: *Creatus eſt cum omnibus bene, quoniam Deus propter excellentem iuſtitiam, & ob eximiam bonitatem omnes, & omnia vtiliſſima eſſe voluerit, & ſua bona omnibus propoſuerit: iuxta permixtionem verò liberi arbitrij omnibus propria voluntate vti concedat, vt quiſque quod voluerit, faciat, quod ipſe quidem malorum cauſa non ſit.*

Nazianzenus 38. orat. de Chriſti Natiuitate verſus med. de Angelis ita loquitur: *Secundi ſplendores creati ſunt: geſtit quidem animus dicere, ad malum immobiles, atque ad bonum duntaxat agitationem, ac propenſionem habentes, vtpote Deum circumſtantes, ac primario Dei fulgore collucentes: verum vt non omnino immobiles, ſed ægre mobiles exiſtimem, ac dicam, mihi perſuadet ille ob ſplendorem Lucifer, qui propter ſuperbiam caligo effectus eſt, & ſubiecti ei rebelles Angeli, qui per boni fugam, vitij architecti, eiuſdémque nobis authores extiterunt.* Quam eandem ſententiam de difficili mobilitate ad malum ex Gregorio recipit Pantaleo Diaconus in narratione miraculorum Archangeli Michaëlis, apud Surium die 29. Septembris, ex Metaphraſte die 8. Nouembris. Vide quantum diſtauerint à prædeterminatione, phyſicè neceſſitante ad malum, qui potiùs agitatione tam vehementi mouebantur ad bonum, vt prope immobiles viderentur ad malum, & verè fuerint ægrè ac difficulter mobiles ad malũ. 9.

Difficilis Angelorum mobilitas ad malum.

Damaſcenus de hac re frequentiùs & copioſiùs diſſerit, vt lib. 2. de fide cap. 3. & in cap. 4. initio: *Ex his Angelicis,* inquit, *virtutibus ea, quæ præerat terreſtri ordini non natura mala facta eſt: ſed bona exiſtens, & à bono facto, & nullo pacto in ſe ipſa à conditore malitiæ veſtigium tenens, non ferens illuminationem, & honorem, quem ipſe conditor indulſerat, libera voluntatis poteſtate demutata eſt, &c.* Quod ſi à conditore accepit phyſicam prædeterminationem ad materialem entitatem actus, cui neceſſariò & indiſſolubiliter coniuncta eſt malitia; conſequens eſt, vt à conditore teneat non ſolùm veſtigium malitiæ, ſed ipſam adæquatam originem malitiæ. 10.

In eodem rurſus teſtimonio pondera, mutationis principium, fuiſſe liberam voluntatis poteſtatem, de qua etiam paulò inferiùs addit: *Lumen igitur ipſa creata ab Opifice & bona facta (nam vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona) libera voluntatis poteſtate tenebra facta eſt.* Et poſt pauca: *Mali facti ſunt electione, ex bono voluntariè in malum declinantes.* Eandem ſententiam aliis verbis tradit in lib. 4. fidei Orthodoxæ cap. 21. fine. Quemadmodum & in dialogo contra Manichæos vno folio ante med. *Libera,* inquit, *voluntate diabolus mutatus eſt,* nimirum, à bonitate, quam à Deo acceperat, ad malitiam, cuius ipſe author fuit. Quod explicat ſequenti contextu. Eandémque ſententiam repetit poſtea inter med. & finem dialogi ab illis verbis: *Deus eum bonum fecit: verùm ipſe voluntariè mutatus eſt, ac bonum abiecit.* Et poſt pauca reddit rationem, ob quam id potuit facere, *quia ſui iuris erat, abſque vi, & naturæ neceſſitate.* 11.

Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus de natura hominis lib. vnico cap. 1. vltra med. *Angeli,* ait, *cum nullam habeant cauſam neceſſariam, quæ ad peccandũ impellat, ſed natura omni affectione corporis & inopia, & voluptate vacent, meritò per pœnitentiã ad veniam* 12.

ad veniam aſpirare non poſſunt. Quibus Origenem annumera homil. 1. in Ezechielem longè ante med. vbi notat, libero arbitrio cecidiſſe Luciferum, nec Deum illius feciſſe mortem, ſed tantùm libertatem ad vtrumque permiſiſſe.

13. Sed Latinos etiam audiamus. Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarios Legis & Prophetarum de Angelica creatura docet, *neque iſtā ita eſſe factam, vt aliqua neceſſitate deſerere cogeretur Deum, & quia voluntate deſeruit, nihil ex hoc diminutum eſt ſapientiſſimis diſpenſationibus Dei.*

Auguſtinus.

14. Leo primus epiſt. 93. ad Turibium Aſturicenſem cap. 6. ita decernit: *Deus, qui vniuerſitatis eſt conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus eſſet, ſi in eo, quod factus eſt, permaneret. Sed quia naturali excellentia malè vſus eſt, & in veritate non ſtetit, non in contrariam tranſiit ſubſtantiam, ſed à ſummo bono, cui debuit adhærere, deſciuit.*

15. Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 10. ex profeſſo probat, quod Deus non fecerit diabolum, ſed Angelum, qui libertatis arbitrio, ſe fecit diabolum. Probat autem ex 28. cap. Ezech. vſque ad illa verba: *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te.* Vbi Tertullianus legit: *Donec inuenta ſunt læſura tua.* & ſubdit: *Excultus omni gloria Angelica, & apud Deum conſtitutus, quàm bonus apud bonum: poſtea verò à ſemetipſo tranſlatus in malum, ex quo, inquit, apparuerunt læſura tua, ille eas retans.*

Ezechiel. 28.

16. Anſelmus de caſu Diaboli cap. 27. (quod eſt penultimum) prope finem ita diſſerit: *Cur malus Angelus voluit, quod non debuit? Nulla cauſa præceſſit hanc voluntatem, niſi quod velle potuit. Nam ideo voluit, quia potuit, quia ſimiliter potuit bonus Angelus velle, neque tamen voluit. Nam nullus vult, quod velle poteſt, ideo, quia poteſt ſine alia cauſa, quamuis nunquam velit, ſi non poteſt. Cur ergo voluit? Non niſi quia voluit. Nam hæc voluntas nullam aliam habuit cauſam, qua impelleretur aliquatenus, aut traheretur; ſed ipſe ſibi efficiens cauſa fuit, ſi dici poteſt, effectus.*

Sic habet.

17. Obſerua primò in præcedenti parte huius capitis egiſſe Anſelmum, de malitia, quam docuit eſſe priuationem, & nihil; at verò præſentibus verbis agere de materiali actione mala, vt ex contextu conſtat. Secundò pondera illas cauſales: *Voluit, quia voluit,* & illa duo verba: *Impelleretur aliquatenus, aut traheretur.* Et concluſionē, videlicet: *Ipſe effectus ſibi fuit cauſa.* Vnde conſtat, cauſam huius volitionis, quæ ad malum determinata eſt, non eſſe Deum, neque aliam cauſam, præter voluntatem liberam. Tertiò pondera, quàm longè abſit à neceſſitate illationis Anſelmus, cùm dicat, bonum Angelum ſimiliter potuiſſe velle peccare. Quod non intelligit de poteſtate naturali, præciſo Dei influxu, & motione: hoc enim nullius roboris erat, vt probaret, Angelum non habuiſſe aliam cauſam impellentem vllo modo ad peccatum, ſed peccaſſe, quia voluit. Quartò pondera ſolutionem argumenti contrariæ ſententiæ. Dicunt enim eius Authores, neceſſarium eſſe dare aliquod principium, quo voluntas conſtituatur in actu primo determinata cauſa huius actionis. Anſelmus autem ait, eſſe debere cauſam, quæ à nullo impellatur, ſed ideo ſeipſam determinet, quia poteſt & vult, & ideo vult, quia vult, hoc eſt, non eſt vlterior cauſa quærenda, quia in genere determinantis ad malum, hæc eſt prima cauſa, & primum principium. 18.

Malitia priuatio eſt, & nihil.

Contraria ſententia ſolutionem expugnat Anſelmus.

Voluntas in genere determinantis ad malum, primum principium.

Bernardus in tract. de grat. & lib. arbitr. col. 3. fine: *Diabolus,* inquit, *æquè liberè in malum corruit, & perſiſtit ſuo vtique voluntario nutu, non alieno impulſu.* Vbi notandum æqualitatem libertatis, quæ hic aſſeritur à Bernardo, non eſſe in eo, quod ceſſare à peccato, poſtquam ſemel peccauit, ſit dæmoni poſſibile perinde, atque à principio cauere peccatum: ſed æqualitas in eo ſolummodò eſt, quod ſicut initio peccauit nullo alieno impulſu, ſed proprio & voluntario nutu: ita etiam nunc pertinaciter hæret nullo alieno impulſu, ſed proprio & voluntario nutu. Deus ergo non impulit, neque impellit modò ad materialem actionem peccati per phyſicam prædeterminationem: aliàs alienus impulſus neceſſitaret, vt non ſolùm in actione, ſed etiam in eius inſeparabili malitia hæreret perpetuò. 19.

Æqualitas libertatis in Diabolo exponitur.

Petrus Abbas Cellenſis lib. 1. myſticæ expoſitionis Moſaici tabernaculi longè poſt med. ait: *Producti les facti ſunt Cherubim; non quia volentes auerti, vel conuerti, creati ſunt: ſed quia habiles ad volendum hoc, vel illud.* 20.

Magiſter 2. diſt. 5. prope init. Angelorū libertatē, ſic exponit: *Conuerſio iuſtos fecit, & auerſio iniuſtos. Vnaq; fuit voluntatis, & volūtas vtriuſq; libertatis. Habebāt enim omnes liberū arbitriū, quod eſt libera poteſtas rationalis voluntatis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, id eſt, diſcernere, in quibus conſtat liberum arbitrium. Neque creati ſunt volentes auerti, vel conuerti, ſed habiles ad volendum hoc, vel illud.* Vide indifferentiam voluntatis ad vtramque volitionem, quam poſtea explicat ita eſſe intelligendam, vt *creatura rationalis cadere poſſit per ſe, quamuis proficere non poſſit, ſine gratia adiuuante:* vt ſupra diſp. 36. ſect. 4. dicebamus. Vnde in cap. penultimo eiuſdem diſtinct. infert: *Apertè ergo peccantium culpa in hoc deprehendi poteſt, quia licet ſine gratia nequirent proficere, quam nondum acceperant: per id tamen, quod eis collatum erat in creatione, poterant non cadere, id eſt, ſtare.*

Liberum arbitriū quid.

Idem probatur ex D. Thoma, qui 1. p. q. 59. art. 3. ad 2. ait: *Voluntatem Angeli non eſſe determinatam reſpectu eorum, quæ infra ipſum ſunt: quamuis eius intellectus ſit ad omnem veritatem determinatus.* Et ex corpore articuli & ſolutione ad 1. conſtat hanc indeterminationem determinari ab ipſa voluntate, dum liberè eligit. Quod idem Caietanus ibi defendit. 21.

Angeli intellectus ad omnem veritatem determinatus.

Alexander 2. p. q. 19. memb. 2. præſertim ad 2. & ad 4. omnimodam & æquabilem indifferentiam fuiſſe dicit in Angelis, vt peccarent, vel non peccarent. His conſequentia ſcribit in eadem p. 2. q. 110. memb. 8. præſertim ad 3. & 4. argum. oſtendens, Deum non fuiſſe cauſam, vt mali Angeli non acciperent perſeuerantiam: ſed quoniam illi noluerunt accipere. Cæteri verò Scholaſtici, vt S. Bonauent. Ægidius, Ricardus, Durandus, Scotus, Carthuſianus, & alij, tacendo probant, ſupradictas aſſertiones Magiſtri. 22.

* * *

SECTIO VI.

Neceſſitas, ex libertate procedens, eandem veritatem confirmat.

1. *Obiectio.* *Nonnulla peccata dicũtur à Patribus ex neceſſitate procedere.*

OBiicere poſſet aliquis, eſſe nonnulla peccata, quæ dicuntur à Patribus ex neceſſitate procedere. Vnde videtur inferri, neceſſitatem operandi non repugnare peccatorum quidditati; ac ſubinde non eſſe ſufficientem rationem, vt phyſica prædeterminatio refutetur, quoniam propter neceſſitatem, quam inducit, repugnet quidditati peccatorum.

2. Antecedens probatur, nam & Damaſcenus lib. 2. Parallelorum cap. 28. in principio, peccata quædam eſſe inuoluntaria colligit ex cap. 21. Exodi de illo, qui non inſidiatus percuſſerit. Iſidorus autem lib. 2. ſentent. de ſummo bono cap. 22. initio, quædam, notat, committi ex neceſſitate peccata, quod idem prior docuerat Baſilius orat. 3. de ieiunio, & homil. 12. in principium Prouerb. prope med. homiliæ: *Baſilius.* *Peccatorum*, inquit, *alia inuoluntaria ſunt, aliqua verò ex mente praua proueniũt. Cõſtituamus fornicatrices duas, vnã quidẽ lenoni empta, corpus vi coacta inquinabit: altera verò ſponte per voluntatem & libidinem ſe voluptati tradet. Item è duobus alter peccauit, quod ab initio ab iniquis parentibus malè fuerit educatus, &c.*

3. *Auguſtinus.* Imo & Auguſtinus: *Sunt*, inquit, *neceſſitate facta improbanda, vbi vult homo rectè facere, & non poteſt. Nam vnde ſunt illæ voces: Non enim, quod volo, facio bonum; ſed, quod odi malum, hoc ago? Atque aliis iſtic in hanc ſententiam commemoratis teſtimoniis diuinorum eloquiorum.* Hæc Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. quæ poſtea repetit lib. de natura & gratia cap. 67. prope med. & confirmat 1. Retract. cap. 9. inter med. & finem. Multi ſubinde Patres, infra citandi, notant, ex conſuetudine praua neceſſitatem oriri peccandi.

4. *Soluitur, & pro vera ſententia argumentum adducitur. Neceſſitas ex qua peccata procedunt, qualis.* Nihilominus præcedens obiectio diſſoluitur, ſimúlque nouum argumentum conſtruitur pro vera ſententia, quoniam neceſſitas ex qua peccata procedunt, aut non eſt neceſſitas ſimpliciter, ſed tantùm ſecũdùm quid; aut ſi eſt ſimpliciter neceſſitas, non eſt antecedens, ſed neceſſitas conſequens liberam voluntatem; aut habet vtramq; neceſſitatis imperfectionem, videlicet, vt non ſolùm ſit ſecundùm quid neceſſitas, ſed etiam cõſequatur liberam voluntatem. Quod frequentius contingit in peccatis.

5. *Neceſſitas ſimpliciter duplex.* Ea rurſus, quæ ſimpliciter neceſſitas eſt, contingere poteſt dupliciter. Primò, ſi quæ in præſenti tempore committuntur peccata, neceſſariò ſequantur ex præterita cauſa, quam vitare, iam eſt impoſſibile. Et huic peccatorum generi nulla ineſt peculiaris libertas & imputabilitas in præſenti tempore. Sed tota illorũ imputabilitas per denominationem extrinſecam deſcendit à poſſibilitate euitandi eorum cauſam, quæ præceſſit in tempore præterito. Alia verò peccata ita ſortiuntur libertatem ex cauſa, vt in præſenti tempore cauſam euitare ſit abſolutè poſſibile, ac proinde etiam in præſenti tempore eorum exiſtat libertas & imputabilitas.

6. Horum exemplum proponit Anſelmus in dialogo de libero arbitrio cap. 5. vbi defendit, liberum & imputabile mendaciũ eſſe, quamuis extorqueatur metu mortis, dicens: *Mendacium metu mortis extortum liberum, & imputabile.* *Quamuis enim neceſſe ſit illum aut occidi, aut mentiri, non tamen neceſſe eſt, illum occidi, quia poteſt non occidi, ſi mentitur; nec neceſſe eſt, illum mentiri, quia poteſt non mentiri, ſi occiditur. Neutrum enim eſt, determinatè in neceſſitate, quia vtrumlibet eſt in voluntate, vel poteſtate.* Eandem ſententiam repetit cap. 9.

7. Non diſſimile exemplum traditur à Bernardo tract. de gratia & libero arbitrio in medio, vbi ex profeſſo diſputat quæſtionem, quomodò imputentur hominibus peccata, ſi non poſſunt non peccare ſine gratia. Reſpondet autem propterea imputari, quia impoſſibilitas vitandi peccatum, & neceſſitas peccandi proueniunt ex inordinato amore proprio, quem liberè poſſumus deponere per gratiam. Id quod explicat exemplo Petri negare compulſi per metum, cuius neceſſitatem afferebat inordinatus amor vitæ præſentis. Obſcurior paulò eſt ille diſcurſus Bernardi, ſed hæc ſine dubio eſt illius mens. In hoc genere ſunt inuoluntaria illa peccata, quæ Damaſcenus ſupra citatus commemorat. Quoniam qui non eſt inſidiatus, vt occideret; potuit diligentiam & cautelam adhibere, ne occideret; ac proinde ſicut potuit euitare negligentiam, ita etiam & homicidium, ex illo ſequutum.

8. *Neceſſitas ſecũdùm quid inter peccata frequentior.* Ea tamen, quæ ſecũdùm quid neceſſitas eſt, inter peccata & eorũ cauſas intercedit frequentior, quàm neceſſitas ſimpliciter: ac ſubinde non ſolùm tales cauſas euitare fuit aliquando poſſibile, ſed etiam exiſtentibus cauſis, poſſibile fuit adhuc euitare peccata. Cuius poſſibilitatis clarior & præſtantior ratio eſt, quia licet ſine diuina gratia multa peccata vitare ſit impoſſibile, ac proinde neceſſarium ſit illa committere: *Sine diuina gratia multa peccata vitare impoſſibile.* nihilominus quilibet poteſt oblatum ſibi fauorem accipere, quem niſi Deus offerret, nõ poſſet ad culpam imputari peccatum. Vt non ſolùm Bernardus nuper citatus, ſed frequentiùs Auguſtinus & alij Patres in hac & ſequenti ſect. citandi. Huiuſmodi neceſſitas eſt, quæ prouenit ex peccandi conſuetudine, & quæ ex vi & coactione alterius hominis, de qua Baſilius citatus in num. 2. & illa temporalis neceſſitas, id eſt inopia, quam nõnulli pertimeſcentes peccant; de qua loquitur Iſidorus dicto lib. 2. ſentent. cap. 12. Auguſt. denique ſeipſum explicabit in principio ſect. ſequentis.

9. *Argumento à minori ad maius excluditur prædeterminatio.* Ex his omnibus colligere licet argumentum à maiori ad minus. Si enim ea peccata, quæ dicuntur ex neceſſitate procedere, non alia ratione imputari poſſunt, niſi quoniam actualiter euitari fuit abſolutè poſſibile; ſiue illorum cauſam euitando, ſiue manente cauſa euitando ipſa peccata: clariori iure fuerit abſolutè poſſibile cætera peccata vitare, ac proinde longè aberit phyſica prædeterminatio ad illorum materiales actiones,

10. *Peccata ex neceſſitate procedentia à cæteris nõ diſcriminarentur.* Confirmatur primò, quoniam phyſica prædeterminatio efficeret, vt peccatorum, procedẽtium à neceſſitate, nullum eſſet diſcrimen à cæteris peccatis, nam omnia ex antecedente neceſſitate phyſicæ prædeterminationis ſequerentur. Cuius illationis exemplum eſſe poſſunt peccata ex conſuetudine procedentia, quæ actualiter committi, erit abſolutè impoſſibile, ſi ad eorum materiales actiones phyſicam Deus ſubtrahit prædeterminationem: eandem verò, ſi Deus imponat, etiam peccata, quæ non procedunt ex conſuetudine, neque ex alia neceſſitatis cauſa præter prædeterminationem, neceſſarium erit actualiter cõmitti. At Patres diſcrimen agnoſcunt inter prædicta peccata, vt in principio retulimus, & in ſect. 7. & 8. referemus ex Patribus & Scholaſticis.

11. *Peccandi neceſſitatem ſe-* Nunc verò ſacrarum literarum teſtimoniis erit agendum. Et imprimis peccãdi neceſſitatem

ſecundùm

cundũ quid prouenire ex cauſa, quæ faciliter vitari potuit, probatur.

ſecundùm quid, quæ abſolutè vitari poteſt, ſed difficillimè prouenire ex cauſa, quæ ſine huiuſmodi neceſſitate, ſed magna facilitate potuit euitari, colligitur ex verbis Hierem. cap. 5. poſt med. *Si dixeris: Quare fecit Dominus Deus noſter hæc omnia? Dices ad eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.* Iuſta videlicet punitio, vt quibus conceſſum erat dominium, libera poteſtas & facilitas idololatriam euitandi; & tamen ea facultate abuſi ſuot, propria ſponte ad idololatriam prolapſi, tradantur tyrannis idololatris, qui metu diræ mortis & ſuppliciorum eos ad idololatriam compellant: vt in tranſmigratione Babylonica contigit Danielis 3. Idem igitur ratione pari cæteris in peccatis ſolet contingere. Conſonat Theodoretus tom. 2. ad prædicta verba Hieremiæ, dicens: *Iuſta iudicij ſententia. Quia meum, inquit, repudiaſtis regnum, ego vos aliis tradam dominis.*

Hierem. 5. *Theodoret.*

12\. Probatur 2. Hierem. 16. vbi propoſita eadem quæſtione, quam nuper ex cap. 5. retulimus, reſpondet Dominus: *Quia abierunt poſt Deos alienos, & ſeruierunt eis.* & rurſus: *Sed & vos peius operati eſtis, quam Patres veſtri.* Cuius peccati pœnam ſubiicit: *Et eiiciam vos de terra hac in terram, quam ignoratis vos & Patres veſtri: & ſeruietis ibi diis alienis die ac nocte: qui non dabunt vobis requiem.* Vbi Hieronymus: *Quod autem intulit die ac nocte, perpetuam peccantium oſtendit in ſcelere perſeuerantiam: dum & in diebus flagitiis, & in noctibus libidini ſeruiunt: qui non dabunt, inquit, vobis requiem. Haud dubium quin falſos Deos ſignificet, de quibus dixit: Et ſeruietis ibi diis alienis. Quidquid ergo peccamus, quidquid die ac nocte facimus: & malorum operum perpetramus: imperium eſt dæmonum, qui nunquam nobis dant requiem, ſed ſemper impellunt delictis augere delicta: & cumulum facere peccatorum.* Dorotheus doctrina 13. inter princip. & med. *Cauſas, inquit, cùm diligimus, at que operamur, impoſſibile eſt non captiuari nos à vitioſis cogitationibus, quæ poſtmodum nos cogunt, etiam nolentes, operari vitia. ex quo volentes illis dedimus manus.* Quod fusè probat exemplo Babylonicæ captiuitatis, quam nuper notauimus. Vnde infert: *Cùm igitur quis ſeſe dediderit libidini corporis, cogitur nolens etiam trahi in Aſſyrios ad ſeruiẽdum Nabuchodonoſor.* & infra: *Quod ſi pugnam ſubterfugerit, & laborem, reclinaueritque ſeipſum in corporeas voluptates: tunc vi trahitur inuitus & nolens ad terram Aſſyriorum, & ſeruitus eorũ ſubiicitur.*

Hierem. 16. *Hieronym.*

13\. Tertiò proinde, non eam ſolummodò ſeruitutem, quæ formaliter conſtituitur per actum peccati, & reatum inde contractum, ſed etiam illam priuationem libertatis, per tyrannicam vlterius peccandi neceſſitatem, quæ per præcedentia peccata contrahitur, intelligere debemus à Chriſto Domino ſignificatam, Ioannis 8. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* & 2. Petri 2. verſus finem: *A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.* Quod clariùs exprimitur Roman. 6. illis præſertim verbis: *Neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?*

Ioannis 8. *2. Petri 2.* *Roman. 6.*

14\. Quartò, vt hæc ſeruitus ſignificaretur non per naturalem ortum, neque per coactionem belli, ſed per liberam electionem eſſe contracta, de ſpontanea venditione, qua liberè ſeipſos in ſeruos tradiderint homines, mentio fit non ſemel in ſacris litteris, quemadmodum Iſaiæ 50. prope init. *Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* Vbi Hieronymus: *Quod autem peccatis ſuis vnuſquiſque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti noſtra voluntate, vel ad bonum, vel ad malum ducimur, & Paulus Apoſtolus docet: Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* Quæ Apoſtoli verba exponens Theod. confert cum verbis Iſaiæ, & infert: *Transfugi ad peccatum, & me illi venundedi.* Quod idem S. Thomas adnotauit in eius loci commentario.

Iſaia 50. *Hieronym.* *Theodoret.*

15\. Quintò, propterea ex iis aliiſque verbis Rom. 7. colligunt communiter Patres, prædictam ſeruitutis neceſſitatem ex præcedenti culpa prouenire; & illa non obſtante, peccatum poſſe vitari. Baſilius in regulis breuioribus q. 16. *Illud,* loquit, *conari & non poſſe, ſimul & negligentiam noſtram, qua alio tempore vſi ſumus, manifeſtè arguit (neque enim fieri poteſt, vt homo, cùm ad aliquid aggreſſus ſit, repentè illud ſine commentatione, & maiore quadam, & aſſidua exercitatione obtineat:) ſimul etiam indicium eſt, animum eſſe in dominatu aliorum vitiorum, ab iiſque nequaquam permitti, vt ad ea, quæ vellet, liber ſit. Quod his verbis, vidiſſe ſe Apoſtolus declarauit: Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccatum. Non enim quod volo, hoc ago, ſed quod odi, hoc facio. Et item: Nunc autem non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.*

Prædictã ſeruitutis neceſſitatẽ ex culpa prouenire aſſerunt Patres. *Baſilius.*

16\. Rurſus per diuinam gratiam adhuc eſſe poſſibile huius ſeruitutis iugum excutere, atque ad eum finem per diuinam prouidentiam permitti, notat, continuò ſubiiciens: *Quippe cum Deus hoc etiam nobis ad vtilitatem noſtram euenire permiſerit, quo videlicet, ſi fieri poſſit, per ea, quæ animus inuitus patiatur, in cognitionem veniat eius, in cuius poteſtate ſit; & vbi ad ſeipſum redierit cognoueritque, quibus in rebus præter voluntatem ſuam ſeruiat peccato, reſipiſcat ex laqueo diaboli, paratam inueniens miſericordiam Dei, ad eos adiuuandos, qui verè pœnitentes ſunt.*

Iugum ſeruitutis excutere per diuinã gratiam poſſibile.

17\. Quam poteſtatem ex ipſis Apoſtoli verbis, *Non enim, quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio*, colligit Chryſoſtomus Rom. 7. ſerm. 13. col. 2. dicens: *Illud quod appoſuit, non volo, non neceſſitatem aliquam exprimit, ſed quod ea, quæ fiebant, non laudauerit. Alioqui, niſi hoc, quod dico, explicare vellet, qua ratione poſteaquam dixiſſet, non quod volo, hoc facio, non ſtatim ſubiunxit, ſed facere neceſſitate impellor, & violenter cogor, hoc facio? Nunc autem iſtud non dixit, ſed pro eo poſuit: Quod odi, hoc facio, vt diſcas, quod neque in eo quod dixit, non volo, hominis poteſtatem ſuſtulerit.* Eiuſdem ſententiæ ſunt, quæ notat Theodoretus ibi.

Roman. 7. *Chryſoſtom.*

18\. Sextò, inſignior eſt, ad prædictum dogma probandum, commentarius ad Exod. cap. 14. qui notatur Sapient. 19. ſub init. *Et quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur. Ducebat enim eos ad hunc finem digna neceſſitas. Et horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio.* Ægyptiorum effrænatus impetus, ad Dei populum perſequendum etiam inter vndas maris, appellatur neceſſitas, quoniam ab illo vix, atque difficillimè continere ſeipſos poterant. Hæc autem neceſſitas appellatur *digna*, quia propter liberiores alias culpas permittebatur in pœnam, Deo ſubtrahente abundantiorem gratiam, cui priùs liberè, & abſq; tali neceſſitate, ſeu difficul-

Ægyptiorum impetus ad perſequẽdum populum, cur appellatur neceſſitas.

tate reſtiterant. Et ob eandem rationem puniendi Deus illis non vehementer ſuggerebat memoriam plagarum recentium, ſed permittebat, earum recordationem, & inſpirationes liberè ab illis, fortitèrque rerrudi, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio.

19. Idcirco S. Bonauentura in comment. eiuſdem loci, vt illius euitandi peccati poſſibilitarem defendat, obiicit. *Sed contrà, quia poterant pœnitere, & ſic pœnam illam vitare, dicendum, Poterant, ſed nolebant; vnde neceſſitas illa erat conſequens voluntatem, non antecedens, vel non poterant completè per ſe, neque petere volebant Dei auxilium.* Ita reſpondet Bonauentura.

SECTIO VII.

Cæteræ teſtimonia Patrum de poſſibilitate vitandi, quæ dicuntur ex neceſſitate peccata.

1. AVguſtinus lib. de natura & grat. cap. 66. ait: *Quod autem ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ ſit quædam peccandi neceſſitas, audiat homo, atque vt eadem neceſſitas non ſit, diſcat Deo dicere: De neceſſitatibus meis educ me: quia & in huiuſmodi oratione certamen eſt aduerſus tentatorem, de ipſa contra nos neceſſitate pugnantem: ac per hoc opitulante gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & mala neceſſitas remouebitur, & libertas plena tribuetur.* Statim ſequenti capite ait: *Quis peccat in eo, quod caueri nullo modo poteſt? peccatur autem, caueri igitur poteſt.* Agit ergo Auguſtinus de neceſſitate ſecundùm quid, & propterea dicit: *Quædam peccandi neceſſitas*, quæ videlicet contraria eſt *plenæ libertati*, de qua in fine dicti teſtimonij.

2. Idem lib. 3. de libero arbitr. cap. 18. ait: *Neque mirandum, quod vel ignorando non habeat liberum arbitrium ad eligendum quid rectè faciat, vel reſiſtente carnali conſuetudine, videat, quid rectè faciendum ſit, & velit, neque poſſit implere. Illa eſt enim peccati pœna iuſtiſſima, vt amittat vnuſquiſque quo bene vti noluit, cum ſine vlla poſſet difficultate, ſi vellet. Id eſt autem, vt qui ſciens rectè non facit, amittat ſcire, quod rectum ſit: & qui rectè facere, cum poſſet, noluit, amittat poſſe cum velit. Nam ſunt vera omni peccanti animæ duo iſta pœnalia, ignorantia & difficultas.* Ad eandem ſententiam pertinet totum illud caput 18. & ſequens 19 ex lib. 3. de libero arbitrio. & pars cap. 9. ex lib. 1. retract. Quorum prima verba repetuntur in lib. de natura & gratia cap. 67.

3. Rurſus de peccatorum meritis & remiſſione lib. 2. cap. 19. ſub init. ait: *Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidem propriæ poteſtatis, vt fiat inobediens per ſuperbiam. Hic autem appetitus, etiamſi non eſſet, nihil moleſtum eſſet, & cum hoc voluit homo, ſine difficultate noluiſſet. Sequutum eſt autem ex debita iuſta pœna tale vitium, vt iam moleſtum eſſet obedire iuſtitiæ.* Sic habet textus.

4. Ad hæc in libro de Perfectione iuſtitiæ, ratiocinat. 9. & 12. fuſiùs explicat, quomodo ex peccato Adami, per libertatem admiſſo, ſecuta ſit in hominibus peccandi neceſſitas, à qua non poſſimus, niſi per Ieſu Chriſti gratiam liberari. Et ratiocinatione 13. *Ideò eſſe culpam hominis*, ait, *quod non eſt ſine peccato: quia ſola hominis voluntate factum eſt, vt ad iſtam neceſſitatem veniret, quam ſola hominis voluntas ſuperare non poſſit.* Præterea ratiocinatione 15. *Peccatum eſt*, inquit, *cum vel non eſt charitas, quæ eſſe debet, vel minor eſt, quàm debet, ſiue hoc voluntate vitari poſſit, ſiue non poſſit: quia ſi poteſt præſens voluntas hoc facit; ſi autem non poteſt, præterita voluntas hoc fecit; & tamen vitari poteſt, non quando voluntas ſuperba laudatur, ſed quando humilis adiuuatur.*

Ex peccato Adami orta in hominibus peccandi neceſſitas.

Idem Auguſtinus de ſermone Domini in monte lib. 1. capite 23. *Conſuetudinem*, inquit, *vincere difficillimum eſt, & tamen hanc ipſam conſuetudinem, ſi ſe quiſque non deſerat, & Chriſtianam malitiam non reformidet, illo duce atque adiutore ſuperabit.* 5.

Totam ſuperiorem doctrinam nunquam reuocauit Auguſtinus, ſed potiùs confirmauit libro 1. retractationum cap. 15. & in præcedenti cap. 13. circa med. dum explicat, quod dixerat in libro de vera religione cap. 18. *Quamuis*, inquit, *& illa, quæ immeritò non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſunt ſine voluntate committi.* Et poſt pauca: *Et ille qui concupiſcente aduerſus ſpiritum carne, non ea, quæ vult, facit, concupiſcit quidem nolens, & in eo non facit quod vult: ſed ſi vincitur; concupiſcentiæ conſentit volens, & in eo non facit, niſi quod vult, liber, ſcilicet, iuſtitiæ, ſeruuſque peccati.* 6.

Chryſoſtomus in Geneſ. cap. 4. homil. 19. initio: *Quemadmodum*, inquit, *incurabilia vulnera, neque auſteris medicamentis cedunt: ita & anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam obnoxiam fecerit, & conſiderare noluerit, quæ ſibi ſunt vtilia: etiam ſi quis innumera illi inculcet, nihil proficiet; ſed quaſi mortuæ eſſent aures, nullam ex admonitione ſuſcipit vtilitatem: non quia non poteſt, ſed quia non vult. Non enim ſicut in corporalibus vulneribus videri ſolet, ita & in voluntate. Nam in corporalibus naturæ affectiones ſæpe immobiles ſunt; in voluntate autem non ita res ſe habet: ſæpe enim ſi voluerit, etiam qui malus eſt mutatur, & fit bonus, &c.* 7.

Nazianzenus in Apologetico, ſeu oratione 1. multò propius ad finem quàm ad medium. *Nondum*, inquit, *de interno bello, atque in nobis ipſis, & in affectibus ſito, verba facio, quo nocte ac die partim occultè, partim apertè ab humilitatis corpore diuexamur, & ab ea, quæ nos per ſenſus, atque alia huius vitæ oblectamenta ſurſum, deorſùmque verſat, iactatione, atque à luto fæcis, cui infixi ſumus, & à peccati lege, ſpiritus legi repugnante.* Perpende bellum, quadam ex parte inuoluntarium: alia verò ex parte in nobis ſitum, hoc eſt, in noſtra libertate, quoniam poteſt quiſquam per Dei gratiam adiuncto libero ſtudio, ſe ipſum domare, vt ſequenti contextu tradit obſcurè Nazianzenus, & apertè declarat Helias Cretenſis in commentario. 8.

Idem verò Nazianzenus oratione prima in Iulian. (quæ ſecundùm recentiores editiones eſt tertia, & incipit: *Audite hæc, omnes gentes.*) propinquiùs ad medium, quàm ad principium. *Iam*, inquit, *ob ea, quæ perpetrauerat neceſſitatem ſibi in omne flagitium ruendi impoſitam eſſe, perſpiciebat.* videlicet, Iulianus. Cyrillus Alexandrinus libro de adoratione in ſpiritu col. 7. *Vbi Deus*, inquit, *manum quaſi contrahit, & auxilium ſuum ſuppeditare nobis ceſſat, neceſſarium quodammodo eſt, nos etiam in mala inuoluntaria* 9.

Cyrillus.

incidere. Deinceps verò Prophetarum vaticiniis & ſacris hiſtoriis, rationibúſque confirmat, vitiorum tyrannidem, ſeruirutem, atque neceſſitatem incurrendi cauſam eſſe; voluptatibus atque propriis voluntatibus liberè ſeruiiſſe. *Semper enim voluntatẽ mundana diligentem comitatur neceſſitas ſeruitutis inuoluntaria, & vt mancipiis connumeremur*: vt loquitur longè inferiùs prope medium eiuſdem libri, vbi probat, nihilominus per Ieſu Chriſti gratiam, reſiſtendo fugiendóque voluptates, poſſe nos liberare ab ea neceſſitate, atque tyrannica ſeruitute.

10. Marcus Eremita lib. 2. de Baptiſmo col. 2. ita ratiocinatur: *Aut demonſtra mihi baptizatos exequi non poſſe mandata libertatis, & ea de cauſa baptiſmum non eſſe perfectum: aut ſi demonſtremus eos accepiſſe talem facultatem, confiteantur liberati quidem gratia Chriſti; at ſeipſos tradidiſſe vitiorum ſeruituti, eo quod non impleant omnia mandata: ideóque rurſum mancipatos eſſe.* Et poſt pauca: *Sin aduerſus affectiones polles facultate, ſcito, te non vi, & authoritate regi, ſed à fonte voluntatis.* & infrà: *Cum habeamus facultatem inclinandi quò libuerit, ſiue ad bonum, ſiue ad malum,* &c.

11. Gregor. homil. 31. in Euangel. poſt med. ait: *Vſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem. Conatur enim, & labitur, quia vbi diu ſponte ſtetit, ibi etiam cum noluerit, coacta cadit.*

12. Et libro 15. Moral. cap. 9. ad illa verba Iob 20. *Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua vipera. Vipera*, inquit, *eò quòd vi pariat, nominatur. Vipera itaque ſic naſcitur, vt violenter exeat, & cum matris ſua extinctione producatur.* (De qua naturali hiſtoria quo ſenſu vera ſit, aut falſa, videri poteſt Ariſtoteles libro quinto de hiſtoria animalium cap. 39. Plinius libro decimo, capite 62. Albertus Magnus lib. 25.) Subdit igitur Gregorius: *Quid ergo per aſpides paruas, niſi latentes ſuggeſtiones immundorum ſpirituum ſignantur, qui cordibus hominum parua prius perſuaſione ſurrepunt? Quid verò per linguam vipera, niſi violenta diaboli tentatio deſignatur? Prius enim leniter ſurrepit: poſtmodum verò etiam violenter trahit. Caput itaque aſpidum ſugit, quia initium ſuggeſtionis occulta paruum prius in corde naſcitur, ſed occidit eum lingua vipera: quia poſtmodum capta mens veneno violenta tentationis necatur.*

Iob 20.

13. Iſidorus libro ſecundo ſentent. cap. 23. prope initium ait: *Cogitatio praua delectationem parit, delectatio conſenſionem, conſenſio actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem. Sicque his vinculis homo implicatus, quadam catena vitiorum tenetur adſtrictus, ita vt ab ea euelli nequaquam valeat, niſi diuina gratia manum iacentis apprehendat*, nimirum, potentiori præueniente gratia, vim & impetum imprimendo. Vnde paulò inferiùs addit: *Interdum etiam Deus tales liberat, dum eorum deſperationem, ad conuerſionem libertatis commutat.* Id eſt, vt liberè conuertantur ſoluti vinculis illius neceſſitatis. Plura in eandem ſententiam ſcribit in eodem capite. In eodem rurſus libro ſecundo capite 32. poſt medium. *Nonnunquam*, inquit, *hominem ſua vitia perſequuntur, quia nimirum, qui prius volendo ea fecit ſibi ſocia, poſtea ſentit etiam nolens ſtimuloſa.*

Conſuetudo neceſſitatem parit.

14. Bernardus ſermone 81. in Cant. à medio. *Neſcio*, inquit, *quo prauo & miro modo ipſa ſibi voluntas, peccato quidem in deterius mutata, neceſſitatem faciat, vt neceſſitas, cum voluntaria ſit, excuſare non valeat voluntatem, neque voluntas, cùm ſit illecta, excludere neceſſitatem.* & infrà: *Ita anima miro quodam modo, ac malè libera neceſſitate, & ancilla tenetur, & libera: ancilla propter neceſſitatem, libera propter voluntatem: &, quod magis mirum, magiſque miſerum eſt, eo rea, quo libera, eóſque ancilla, quo rea, ac per hoc eo ancilla, quo libera.* Quam ſententiam pluribus eleganter confirmat, tam in illo ſermone, quàm in ſequenti 82. poſt medium. Ex præcedenti autem contextu eiuſdem ſermonis 81. conſtat, hæc omnia intelligi ea ſuppoſitione, quod abſolutè poſſit voluntas vitare peccatum. Præſertim notanda ſunt illa verba: *Malè non caret merito tam is, qui potuit non facere mala, & fecit, quàm qui potuit facere bona, & non fecit.* Scilicet, vrgente obligatione faciendi bona.

Peculiariter verò de conſuetudine in libro de interiori domo capite 39. *Cogitatio*, inquit, *praua delectationem parit, delectatio conſenſum, conſenſus actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas mortem.*

Idem docent alÿ Patres.

Arnobius in Pſalmos, illud Pſalm. 106. *Quia contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit.* ſic interpretatur: *Porta area ſunt conſuetudines vitioſa, qua ſic claudunt nos, vt propemodum etiam arbitrium noſtra voluntatis includant. Nam qui conſueuimus iurare, iurare iam nolumus, ſed quaſi porta clauſa huius conſuetudinis, volentem egredi non ſinit.* & poſt pauca: *At vbi clamauerimus ad Chriſtum, confringet portas areas, &c.* Nota primò, non dixiſſe ſimpliciter, aut totaliter includi arbitrium noſtræ voluntatis, ſed *propemodum*. Deinde in poteſtate noſtra eſſe aperire ad Chriſtum D. clamando. 16.

Hugo Victorinus tomo tertio de Sacramentis libro primo, parte 7. à cap. 20. vſque ad 23. fusè oſtendit, neceſſitatem concupiſcendi non imputari, niſi quatenùs ex culpa venit, & quatenus appetitum non cohibemus, quando poſſumus. 17.

S. Thomas de malo quæſtione 6. art. vnico, argumento vltimo ſic obiicit: *Auguſtinus dicit in 8. Confeſſionum, quod dum conſuetudini non reſiſtitur, fit neceſſitas. Ergo videtur, quod ſaltem in iis, qui ſunt aſſueti aliquid facere, voluntas ex neceſſitate moueatur.* Et reſpondet ſanctus Thomas: *Conſuetudo facit neceſſitatem, non ſimpliciter, ſed in repentinis præcipuè. Nam ex deliberatione quantumcumque conſuetus poteſt contra conſuetudinem agere.* 18.

Conſuetudo non ſimpliciter neceſſitatem facit, ſed in repentinis.

Prædictam qualemcumque peccandi neceſſitatem non contrahi ſine præcedenti libera culpa, & adhuc poſſibile eſſe vitare conſenſum in tentationes, quia *Deus faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere*, notat ſanctus Bonauentura, partim in pharetra diuini amoris lib. 3. capite 12. plenius tamen in 2. ſentent. diſt. 28. articulo 2. quæſt. 2. ad vltimum argumentum. S. Thomas 3. lib. contra Gentes, capite 160. fine, & ferè omnes ſcholaſtici cum Magiſtro in variis diſtinct. videlicet in 2. diſt. 36. cap. *Quod autem.* & diſt. 37. 38. & 39. 19

Peccandi prædicta neceſſitas non contrahitur ſine culpa.

SECTIO VIII.

In multiplici cauſarum genere, neceſſitatem aſſerentium, veritas eadem confirmatur.

1. *Prima ratio.*

DVæ ſunt, quæ reſtant rationes. Prima, quoniam communis omnium Theologorum ſententia, de quibuſcumque motibus primò primis, ſiue ſenſualitatis, ſiue voluntatis, necnon de inclinationibus prouenientibus ex naturali, aut morbida complexione, vel ex ignorantia, paſſione, habitu, conſuetudine, aut ſuggeſtione dæmonis pronuntiat, eas inordinatas volitiones, quæ neceſſariò conſequuntur, imputari propterea in culpam, eóque tantùm gradu, quo fuit in poteſtate liberi arbitrij illam neceſſitatem præoccupare, ſubtrahendo cauſam illius, non multiplicando actus, ex quibus habitus, & conſuetudo ſequitur; nec permittendo in ſe paſſiones ſilueſcere, nec naturalem complexionem deordinari, nec vigilantiam, & orationem aſſiduam à Chriſtò Domino præſcriptam, deponendo. Itaque in quantum hæc neceſſitas eſt antecedens, & non eſt ſub dominio libertatis, non imputatur, ſed ſolummodò in quantum eſt conſequens liberam voluntatem.

Quo gradu, & quare motus primò primi imputentur in culpam.

2. *Peccatum ex paſſione non imputatur, niſi eorum cauſa poſſint impediri.*

Vnde S. Thomas 1.2. quæſt. 77. articulo 7. corp. & art. 8. corp. docet, peccatum ex paſſione non imputari, niſi quatenus in poteſtate voluntatis eſt paſſionem deponere, vel paſſioni reſiſtere. Idémque de quacumque qualitate, aut diſpoſitione inclinante, docet 1. p. q. 83. art. 1. ad 5. & communiter ſcholaſtici in 2. diſt. 25. tractantes, an liberum arbitrium cogi poſſit ab aliqua creatura, veluti quando metus incutitur. Vbi ſanctus Bonauent. in 2. p. diſtinctionis, articulo 1. quæſt. 4. S. Antonin. 1. p. titulo 4. capite 4. §. 2. poſt med. & §. 3. fine, Gandauo quodlib. 1. quæſt. 17. inter med. & finem, & q. 18.

3. *Ex dicto principio argumentum ſumitur.*

Ex hoc principio huiuſmodi argumentum ſumitur. Peccata, ex prædictis omnibus cauſis prouenientia, non potuiſſent tibi ad culpam imputari, niſi cauſas impedire poſſes, ne in rerum natura exiſterent; vel illis non obſtantibus, & in ſenſu compoſito cum illis poſſes te continere ab opere, ad quod inclinant. Sed phyſicam prædeterminationem non potes impedire, ne exiſtat in rerum natura; nec potes, illa non obſtante, & in ſenſu compoſito cum illa, te continere ab opere, ad quod inclinat. Ergo peccatorum actiones ex phyſica prædeterminatione prouenientes, tibi non poſſunt ad culpam imputari.

4. *Ariſtoteles.*

Confirmatur ex Ariſtotele 3. Ethicorum cap. 5. inter princip. & med. vbi de ſingulis peccatorum cauſis tractans: *Ebrios*, inquit, *duplici pœna afficiendos eſſe putarunt, principium enim in ipſis eſt, quippe cum in ipſorum ſit poteſtate ebrietatem vitare, quæ quidem ignorationis eſt cauſa.* Rurſus de ignorantia & negligentia: *Puniunt*, inquit, *eos, qui aliquid eorum ignorant, quæ legibus continentur, quæ quidem ſcire oportet, nec ſunt difficilia cognitu. Similiter, & in aliis quæcumque per negligentiam homines ignorare videntur, ex eo plane, quia in ipſis eſt non ignorare: eſt enim in ipſorum poteſtate diligentiam adhibere.*

5. Non aliter de habitu & conſuetudine poſt pauca decernit: *At vt tales fierent & iniuſti, aut intemperati, ipſi ſunt ſanè cauſa diſſolutè viuentes, & res iniuſtas agentes, & potus, & rebus talibus indulgentes. Operationes enim, quæ ſunt circa ſingula, tales efficiunt. Quod quidem ex iis patet, qui cuiuis ludo, vel actui ſtudent.* Quod duobus illuſtrat exemplis. Videlicet; quemadmodum non potes reuocare lapidem, quem proieciſti, verumtamen potuiſti non proiicere: nec potes recuperare membra, vel valetudinem, quæ propter intemperantiam perdidiſti; at potuiſti ſeruare temperantiam.

6. Proponit autem obiectionem poſt med. dicti cap. 5. *Sed fortaſsè quiſpiam dicet, vniuerſos quidem homines id affectare ſemper, quod bonum apparet, ipſius tamen apparentiæ dominos ipſos non eſſe, ſed qualis tandem vnuſquiſque eſt, talem & finem ipſi videri.* Cui obiectioni reſpondet. *At ſi habitus ipſius aliquo modo ſibi quiſque eſt cauſa: erit & apparentiæ ipſe ſibi quodammodo cauſa.* Hæc & alia multa eiuſdem capitis eò diriguntur, vt Ariſtoteles demonſtret peccata imputari non poſſe, niſi eorum cauſæ potuerint euitari, quas neceſſariò conſequuntur: vt exponit dilucidè S. Thomas ibi lect. 11. 12. & 13.

7. *Peccata nec grauiora ob maiorem, nec leuiora ob minorem libertatem forent.*

Secunda ratio ſit, quoniam ſi Deus phyſicè prædeterminaret quamlibet materialem actionem peccati, ſequeretur, nulla peccata eſſe, ratione maioris libertatis, grauiora; nulláq; proinde leuiora, ratione minoris libertatis. Conſequentis falſitas conſtat, in primis enim peccata, quæ ſine vlla tentatione, aut ſuggeſtione committuntur, propter maiorem plenitudinem libertatis, grauiora ſunt, cæteris paribus, quàm ea, quæ ſuggeſtione ac tentatione præcedente committuntur: vt oſtendimus præcedenti diſp. 37. ſect. 2. num. 9. Deinde quæ committuntur ex induſtria, & malitia, grauiora ſunt, quàm ea, quæ propter paſſionem committuntur: vt oſtendit S. Thom. 1.2. q. 77. art. 6. & 7.

Quæ ſine tentatione grauiora, quàm quæ ea præcedente committuntur.

8. Atque in hoc exemplo paſſionis clariùs oſtenditur bonitas illationis, quæ in noſtra conditionali continetur, quia ſiue paſſio vehemens adſit, ſiue nulla ſit paſſio, impoſſibile erit, voluntatem contineri à tali electione, ſi phyſicè prædeterminatur ad illam. Ergo quamuis paſſio non adſit, non eſt maior poſſibilitas, ac proinde neque maior libertas euitandi tale peccatum.

9. Confirmatur primò, quia ſi phyſica prædeterminatio non detur; perinde atque deficiente concurſu primæ cauſæ, neceſſarium erit euitare talem actionem peccati, etiamſi vehemens paſſio vrgeat, non minùs, quàm ſi nulla paſſio incitaret. Confirmatur ſecundò, quia ſi phyſicæ prædeterminationis efficacitas vllo modo penderet ex eo, quod paſſio impelleret ad eandem actionem peccati; conſequens eſſet, pendere ab aliqua morali cauſa, videlicet paſſione, cui voluntas poteſt in ſenſu compoſito reſiſtere. 1. 2. dicta quæſt. 77. articulo 2. & 3. Quapropter voluntas etiam poterit efficere, vt phyſica prædeterminatio non ſortiatur eum conſenſum, ad quem ſimul cum paſſione inclinabat.

DISPVTATIO XXXIX.

Quid Scholaſtici exiſtimauerint de voluntate Dei, atque concurſu ad materiales actiones peccatorum.

SECTIO I.

Statuitur, & explicatur concluſio in cæteris ſectionibus probanda.

Chorus ſcholaſticorum ſententia.

1\. PRæter neotericos paucos, omnium ſcholaſticorum antiquitate, frequentia, & grauitate præſtantium, concors ſemper ſententia fuit, Deum nec velle, nec prædeterminare, nec applicare, aut inclinare, mouendo ad materiales actiones peccatorum: ſed ipſa, inquiunt, creata voluntas ſe mouet, inclinat, applicat, atque determinat abſque vlla neceſſitate antecedente cum dominio ſui actus, cùm poſſet ab illo ceſſare, & contrarium actum bonum elicere.

Explicatur concluſio.

2\. Suppono autem, hanc concluſionem à doctoribos intelligi non de exteriori actione, quæ ex ſe indifferens eſt ad bonum & malum; nec de ratione communi, quæ conueniat interiori actioni, abſtrahendo à contrarietate cum diuina lege, rectáque ratione. Intelligitur qoippe de interiori volitione ſecundùm rationem ſpecificam, per quam quidditatiuè & realiter repugnat diuinæ legi & rationi: vt explicuimus diſput. 27. ſect. 2. initio, & ſect. 3. num. 17. & ſequentibus.

3\. Vt facilior ſit, manifeſtiórque collectio, per quam ſupradicta concluſio exponitur eſſe contenta in verbis ſcholaſticorum omnium, recolendæ ſunt generales ponderationes, quas tomo præcedenti de ſcientia diſp. 42. ſect. 1. præmiſimus. Peculiariter verò notanda ſunt quatuor. Primum eſt. Multi ſcholaſticorum infra citandi manifeſtè loquuntur ſuppoſito Dei generali concurſu, in actu primo parato; ac proinde in ſenſu compoſito cum illo ſolutam relinquunt libertatis indifferentiam, vt materialem actionem peccati eliciat, vel non eliciat. Proindéque manifeſtiùs excludunt phyſicam prædeterminationem; quoniam hæc à ſuis authoribus conſtituitur, tanquam primæ cauſæ generalis concurſus, ad operandum ſimpliciter neceſſarius, & quo poſito impoſſibile ſit non operari.

Quatuor notanda.

4\. Cæteri verò Doctores, qui manifeſtè non exprimunt generalem concurſum Dei: eundem nihilominus tacitè atque implicitè ſupponunt, dicentes, voluntatem poſſe velle, & non velle malum; producere volitionem, quæ mala eſt, & non producere. Nam expreſſè fatentor alibi, concurſum generalem Dei ad quamlibet actionem cuiuſque cauſæ particularis eſſe ſimpliciter neceſſarium. Quamobrem illum offerri, ſupponunt, cùm aſſerunt, eſſe poſſibile producere volitionem. Quod clariùs conſtat in teſtimoniis, quæ retulimus prædicta diſput. 49. tomi præcedentis.

Dei generalis concurſus cuilibet cauſæ neceſſarius.

5\. Simili rurſus ratione, non ſolùm illi Doctores, qui notant expreſſè, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, concedi poteſtatem liberam eliciendi, vel non eliciendi materialem actionem peccati: ſed etiam Doctores alij, qui non faciunt expreſſam mentionem eorum omnium, quæ requiruntur ad operandum, ſemper intelligunt indifferentiam poteſtatis, poſitis omnibus ad operandum requiſitis. Hanc enim conditionem, & explicationem indifferentiæ alibi clariùs verbis eiſdem, ſiue diuerſis notauerant: præſertim cum poſſibilitatem operationis concedere nemo poſſit, niſi poſitis omnibus requiſitis ad illam, de quo recolenda ſunt, quæ diximus in eodem tomo diſp. 50. ſect. 3. 4. & 5.

Poteſtatis indifferentia quomodo à Doctoribus intelligatur.

6\. Plures ſcholaſticorum excipiunt expreſſè communem rationem volitionis, per quam voluntas amplectitur communem quamlibet rationem boni, nulla Dei lege prohibitam; vt Deus ad illam tantummodò applicet, ac determinet voluntatem creatam. Vnde firmior & clarior redditur doctrina, quam ſubinferunt, videlicet, ad cæteras ſpecificas rationes volitionum, quibus voluntas amplectitur apparens bonum, quod intellectus dictat, eſſe prohibitum, non à Deo, ſed à ſe ipſa voluntatem applicari, ac determinari.

7\. Ex dictis ſequitur pro concluſione præſenti valere teſtimonia ſcholaſticorum omnia, quæ retulimus præcedenti tomo tota diſp. 49. & 50. ſed illa generaliter pertinent ad actiones quaſlibet, ſiue bonas, ſiue malas. Quæ verò præſens diſputatio proferet, prauis actionibus peculiaria ſunt. Valent etiam omnia ſcholaſticorum teſtimonia, quæ in eodem tomo diſp. 33. ſect. 7. & 8. & 9. confirmant ex diuina præſcientia & prouidentia nullam neceſſitatem deriuari in futura peccata, ſed potius eorum futuram exiſtentiam præſupponi ad diuinam præſcientiam: ſicut nos nullam neceſſitatem imponimus liberis actionibus, quas præſentes cernimus.

8\. Idem colligitur ex Doctoribus ſcholaſticis, quando dicunt, Deum, quod ex ſe eſt, & voluntate antecedente velle, vt à peccatis abſtineamus; ſed voluntate conſequente nobis determinatum, permittere noſtra peccata. Ij ſupra citati ſunt diſp. 19. ſect. 5. verſus finem. Poſtremò colligitur ex iis, quæ de permiſſionis quidditate communiter ſcholaſtici docent ſupra diſp. 31. ſectione 1. & 2.

SECTIO II.

Sanctum Thomam in prædicta doctrina fuiſſe conſtantem.

1\. MEntem Doctoris Angelici ſemper fuiſſe contrariam cuilibet antecedenti neceſſitati; quin potiùs in ſenſu compoſito cum generali concurſu primæ cauſæ conceſſiſſe poteſtatem operandi, & non operandi, quæ ſeipſam moueat ac determinet, multis eiuſdem teſtimoniis oſtendimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 49. ſect. 2. & 3. & diſp. 50. ſect. 1. 3. & 6. & ſparſim per alias multas diſputationes. Peculiariter verò quod attinet ad materialem actionem peccati, oſtendimus ſupra diſp. 27. ſect. 2. num. 6. & ſequent. & diſp. 28. ſect. 3. & 5. & alibi ſæpe. Nunc igitur quæ reſtant illius teſtimonia ponderemus.

S. Thomas in ſenſu compoſito cum generali concurſu Dei poteſtatem operandi, & non operandi conceſſit.

2\. In 2. diſt. 34. q. 1. art. 3. ad finem: *Illius*, inquit, *defectus, qui eſt in actu voluntatis, non oportet, quod ſit cauſa aliquis alius defectus in voluntate præexiſtens actu: quia ſic in infinitum iretur: ſed ipſamet voluntas ſecundùm ſe conſiderata illius defectus cauſa eſt.*

Digitized by Google

eſt. Illo enim defectus in voluntate eſt, ſecundum quod voluntas ad aliquid indebito modo conuertitur. Eius autem, quod eſt conuerti ad bonum creatum indebito modo, voluntas dominium habet, quia ad vtrumlibet libera eſt. Non enim eſt ſimile de voluntate & agente naturali. Agens enim naturale eſt determinatum ad vnum ex ſua natura: vnde non poteſt eſſe cauſa actionis inordinatæ, niſi per hoc, quod aliquis defectus in ipſo agente eſt. Voluntas autem non eſt determinata ad vnum, ſed ſeipſa determinat, ſecundùm quod huic, vel illi adhæret.

Ex verbis S. Thomæ tria ſumuntur argumenta.

3. Ex quibus verbis hæc ſumuntur argumenta. Illius defectus, qui eſt in actu voluntatis, non oportet, quod ſit cauſa aliquis alius defectus in voluntate præexiſtens actu. Ergo non oportet cauſam eſſe defectum prædeterminationis ad bonum, quæ abeſt homini peccanti, neque defectum phyſicæ prædeterminationis ad materialem actionem peccati; quæ determinatio adſit peccanti; ſed abſque vllo alio defectu præcedente voluntas poterit ſeipſam determinare, vt amplectatur obiectum diuina lege prohibitum.

Dominium ad materialẽ actionem peccati.

4. Secundum argumentum. Eius, quod eſt conuerti ad bonum creatum indebito modo, voluntas dominium habet, & libertatem ad vtrumlibet. Sed hæc ipſa conuerſio eſt materialis actio peccati: Ergo ad materialem actionem peccati eliciendam, voluntas dominium habet cum libertate ad vtrumlibet. Poteſt igitur illam non elicere.

5. Tertium argumentum. Voluntas ipſa ſe dedeterminat, ſecundum quod huic, vel illi obiecto adhæret. Ergo non prædeterminatur à Deo, vt adhæreat huic particulari obiecto. Rurſus voluntas obiectis adhæret per materialem actionem peccati. Ergo ad materialem actionem peccati voluntas non prædeterminatur à Deo. Hæc autem omnia confirmantur, quoniam quæ nuper retulimus, S. Thomas docet etiam ſupponendo, & includendo concurſum primæ cauſæ requiſitum immediatè ad omnem actionem: vt conſtat in contextu proximè ſuperiori, dum reſpondet ad 3. argumentum.

Rationem actu conſiderare in poteſtate voluntatis eſt.

6. Rurſus libro tertio contra gent. cap. 10. fine: *Hic ordinis defectus*, inquit, *voluntarius eſt, quia in poteſtate voluntatis eſt velle, & non velle: itémque in poteſtate ipſius eſt, quod ratio actu conſideret, vel à conſideratione deſiſtat, & quod hoc vel illud conſideret.*

Irrationalia aguntur, non agunt ſe:ſe cus rationalia.

7. In eodem portò lib. 3. contra Gentes c. 110. ad finem. *Omnia*, inquit, *quæ ratione carent, aguntur tantùm, & non agunt ſe ipſa: non enim ſui actus dominium habent, vnde non poſſunt exire à regula primi ipſa agentis & mouentis; niſi per hoc, quod rectitudinem primæ regulæ ſufficienter recipere non poſſunt; quod quidem contingit ex indiſpoſitione materiæ.* Et quibuſdam interpoſitis: *Subſtantiæ verò rationales non tantùm aguntur, ſed etiam agunt ſe ad proprios actus.* Quibus verbis implicitè docet, rationales ſubſtantias poſſe exire à regula primi ipſa agentis, & mouentis, videlicet, Dei, in quantum eſt prima cauſa, & hinc poſſe, etiamſi rectitudinem primæ regulæ ſufficienter recipere poſſint.

Summa Angelicæ ſubſtantiæ perfectio.

Rectè proinde S. Thomas infert, ſummam Angelicæ ſubſtantiæ perfectionem non obſtare, *quin peccatum in eis accidere poſſit modo prædicto; ex hoc ſcilicet, quod ſe ipſis inhærent, ordinem ſuperioris agentis non attendentes.* Ergo quicumque peccat in ſuo materiali actu, non ſequitur motionem, per quam agitur à prima cauſa primò mouente; ſed ab illa exiens digreditur per proprium arbitrium ad aliam materialem actionem.

Diuinæ ſapientiæ duplex conſideratio.

Huic doctrinæ conſequens eſt, quod S. Thomas 1. p. q. 103. art. 8. (vt explicat bene Caiet. ibi) diſtinguit duplicem conſiderationem ordinis diuinæ ſapientiæ; *vno modo in generali, ſecundum, ſcilicet, quod progreditur à cauſa prima gubernatiua totius.* Et hoc modo decernit, *nihil contrarius ordini diuinæ ſapientiæ.* Id autem intelligere quantum ad rationem generalem volitionis & boni in communi, conſtat ex ſubiecta probatione duplici; prima, quia omnis operatio tendit in bonum; deinde, quia omnis inclinatio, ſiue naturalis, ſiue voluntaria, nihil aliud eſt, quàm quædam impreſſio à primo mouente, &c. 8.

Nihilominus peccantes reniti contra ordinem diuinæ ſapientiæ, conſideratum in ſpeciali, ſecundum quod progreditur à cauſa particulari, quæ eſt executiua diuinæ gubernationis, contranitendo cuidam determinato bono, quod eſt eis conueniens ſecundùm naturam ſuam & ſtatum, conſtat, conferendo eum corpore articuli ſolutionem ad primum, in qua peculiariter notanda ſunt illa verba: *Dicuntur aliqui, vel cogitare, vel loqui, vel agere contra Deum, non quia totaliter renitantur ordini diuinæ gubernationis, quia etiam peccantes intendunt aliquod bonum: ſed quia contranituntur cuidam determinato bono, quod eſt eis conueniens ſecundùm ſuam naturam, aut ſtatum.* 9.

Ratio ex S. Thoma deducta.

Pondera in primis, *Cogitare, loqui*, vel *agere*, non præciſam rationem malitiæ, ſed etiam materialem actionem continere, particulari ordini diuinæ ſapientiæ realiter renitentem. Deinde ſic ratiocinare. Si eiuſmodi actiones quoad rationem ſpecificam, realiter contrariam determinato bono, quod homini conueniens eſt, prædeterminarentur à Deo; forent eo ipſo ſimpliciter conformes ordini diuinæ gubernationis, non ſolùm in generali, ſed etiam in particulari, quia conformarentur ſuæ prædeterminationi, quæ foret particularis, & ſpecialis ordo diuinæ gubernationis, præſcribens, quo modo actio hæc debeat progredi à cauſa particulari, quæ eſt executiua gubernationis eiuſdem. At verò S. Thomas abſolutè concedit, peccantes contraniti ordini diuinæ ſapientiæ, conſiderato in ſpeciali, vt ſupra dictum eſt. 10.

Confirmatur, quia ſi vera eſſet prædeterminatio ſupradicta, non debuiſſet S. Thomas diſtinguere ordinem diuinæ ſapientiæ, conſideratum in generali, vel in ſpeciali, ſed potiùs debuiſſet diſtinguere ordinem in ſpeciali, prout eſt abſolutus, & efficax per phyſicã prædeterminationem, cui neque peccantes renituntur; & rurſus ordinem in ſpeciali, prout eſt inefficax, & ſolummodò voluntas ſigni, cui peccantes renituntur. Quapropter abſolutè loquendo ſine limitatione aut explicatione, foret ſimpliciter verum, peccantes non reniti ordini diuinæ ſapientiæ, & gubernationis in ſpeciali: nam hoc verificaretur de ordine abſoluto & efficaci: & contradictoria propoſitio affirmatiua, quę à D. Thoma aſſeritur, foret ſimpliciter falſa, & ſolùmodò ſecundùm quid vera, quia de illa tantùm voluntate Dei verificatur, quæ ab authoribus phyſicæ prædeterminationis dicitur eſſe voluntas ſecundùm quid, & metaphorica. 11.

Deinde

12\. Deinde 1. 2. q.75.art. 3. initio, ſic argumentatur: *Videtur, quod peccator non habeat cauſam exteriorem. Peccatum enim eſt actus voluntarius. Voluntaria autem ſunt eorum, quæ ſunt in nobis, & ita non habent exteriorem cauſam.* Cui argumento reſpōdet his verbis: *Ex hoc ipſo quod exteriora mouentia ad peccandum, non ſufficienter & ex neceſſitate inducunt, ſequitur, quod remaneat in nobis peccare, & non peccare.* Vnde colligo primò, ad rationem peccati eſſe requiſitam indifferentiam talem, quæ poſitis omnibus exterioribus cauſis, adhuc in ſua poteſtate ſitum habeat peccare, & non peccare. Ergo non poteſt eſſe phyſicè prædeterminata ad vnam partem, videlicet, ad hanc materialē actionem peccati. Confirmatur, nam in corpore eiuſdem articuli negat, Deum eſſe poſſe cauſam peccati vllo modo, etiam illo, quo ſenſibilia exteriora mouent ad peccandum, quæ quidem non intendunt rationem formalem malitiæ, ſed directè inclinant ad ſenſibilem delectationem, non imprimendo neceſſitatem, ſed tantum alliciendo, libertate relicta. Ergo D. Thomas à fortiori negat, Deum eſſe cauſam peccati prædeterminando per phyſicam neceſſitatem ad materialem delectationem obiecti ſenſibilis, quam inſeparabiliter ſequitur malitia.

Ad rationē peccati diſſeruntia quales.

Deus nullo modo peccati cauſa.

13\. Rurſus 1.2.quæſt.80. artic.1.ad 3.ait: *Deus eſt vniuerſale principium omnis interioris motus humani: ſed quod determinetur ad malum conſilium voluntas humana, hoc directè quidem eſt à voluntate humana, & à diabolo per modum perſuadentis, & appetibilia proponentis.* Reſpondent aliqui S.Thomam intendere, quod principium directè cauſans peccatum in voluntate humana, non eſt diabolus. Et quidem S.Thomas id ipſum intendit, ſed non id ſolummodò, ſed prætereà quod Deus non directè, nec indirectè cauſat, vt voluntas humana determinetur ad malum conſilium, idque non obſtante generali concurſu, per quem Deus eſt vniuerſale principium omnis interioris motus humani generaliter mouens ad capiendum conſilium, &, quantum eſt ex parte Dei, magis inclinando ad bonum conſilium, quo generali concurſu præſuppoſito voluntas ſe ipſam determinat ad malum conſilium.

Aliquorum ſolutio.

Impugnatur.

14\. Inſuper in q.3.de malo art.2.ad 1. *Deformitas*, inquit, *voluntatis aliquo modo cadit ſub voluntate peccantis, dum, ſcilicet, magis eligit deformitatem peccati incurrere, quam ab actu ceſſare.* Vnde ſic argumentor: Ille determinat electionem, qui ex duobus in optionem datis, vnum eligit magis: ſed homo eſt, qui magis eligit deformitatem incurrere, quam ab actu ceſſare. Ergo ad non ceſſandum ab actu, ſed potius eliciendum actum homo ſe ipſum determinat.

Qui ex duobus vnum eligit potiùs, ille determinat ad electionem.

15\. In eadem q. 3. de malo art. 2. ſic propoſuit argumentum quintū: *Omne quod ſe habet ad vtrumlibet, indiget aliquo determinante ad hoc, quod exeat in actum. Sed liberum arbitrium hominis ad vtrumlibet ſe habet, ſcilicet, ad bonum & malum. Ergo ad hoc quod exeat in actum peccati, indiget, quod ab aliquo determinetur ad malum. Maximè autem hoc videtur fieri à diabolo*, &c. Huius argumenti propria ſolutio foret liberum arbitrium hominis à Deo determinari, vt exeat in actum materialem peccati, reſpectu cuius ſe habet ad vtrumlibet, qua determinatione data non eſt opus alia determinatione ad rationem formalem malitiæ, quia nulla reſtat indifferentia, data illa priori determinatione. Hæc, inquam, foret legitima ſolutio, ſi Deus prædeterminaret materiales actiones peccatorum. At S. Thomas contrarium reſpondet, dicens: *Voluntas, cum ſit ad vtrumlibet, per aliquid determinatur ad vnum, ſcilicet per conſilium rationis, neque oportet hoc eſſe per aliquod agens extrinſecum.* Quo generali verbo, non ſolum dæmonem, ſed etiam Deum excluſit, ne voluntatem determinet, vt conſtabit clariùs ex aliis locis S. Thomæ in ſect. ſequentibus.

16\. Prætereà in quæſt. 1. de malo art. 3. ad finem corporis ait: *Non vti regula rationis, & legis diuinæ præintelligitur in voluntate ante inordinatam electionem. Huiuſmodi autem quod eſt, non vti regula prædicta, non oportet aliquam cauſam quærere, quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, vel non agere.* Ergo non datur aliqua phyſica prædeterminatio, quæ cauſa ſit determinans, vt iſte homo non vtatur regula rationis & legis diuinæ ante inordinatam electionem. Vnde multò minus præcedit motio determinans ad electionem, quæ ſit inordinata. Hæc enim electio concipi non poteſt, niſi præſuppoſita illa priori negatione vſus regulæ, quam ſine præcedente prædeterminatione haberi S. Thomas docet, & fuſiùs ibidem explicat. Confirmatur, nam totus ille diſcurſus S. Thomæ deſtinatur ad excludendam neceſſitatē alterius cauſæ, quæ voluntatem creatam determinet ad actum peccati, quoniam ad hoc ſufficit libertas voluntatis.

Argumentū.

Confirmatio.

17\. Contrariam nihilominus faciliè D. Thomæ ſententiam contendunt illius Authores, & inprimis obiiciunt integrum corpus articuli in 2. ſent. diſt. 37. q. 2. art. 2. Sed vitandæ prolixitatis cauſa, concedo S. Thomam aſſerere, quod actus peccati, in quantum actus eſt, ſit à Deo, tanquam à Prima cauſa, & quod ſub eadem ratione Deus ſit author illius, ac proinde actus voluntatis reducatur in aliquod prius agens, ſicut in cauſam. Nihilominus contextus ipſe articuli manifeſtat, nihil aliud intendere S. Thomam, niſi hoc, eſſe *de ratione primi principij, vt agere poſſit ſine auxilio prioris agentis, & influentia eius.* Ac ſubinde voluntatem humanam *non poſſe actionem producere ſine influentia prioris agentis.*

Obiectio.

Solutio.

Actus peccati in quatum actus à Deo eſt.

Confirmatur primò, nam ea ratione S. Thomas ibi oſtendit, quod actus, in quantum à Deo eſt, non habeat deformitatem aliquam quoniam non cauſa prima, ſed cauſa ſecunda cauſat, vt actus ſit cum defectu. Quod ſi prædeterminaret Deus ad materialem actionem odij Dei; Deus cauſaret, vt actus eſſet cum defectu. Quod argumentum ex variis locis D. Thomæ deſumptum, eſſe validum, oſtendimus ſupra diſp.28.ſect.4.

Prima confirmatio

18\. Confirmatur ſecundò, nam quando S. Thom. in prædicto art. dicit, Deum eſſe authorem & cauſam actus peccati, reduplicat rationem generalem, quæ in quantum talis, non eſt inſeparabiliter coniuncta cum defectu, ſeu malitia, ſed poteſt ab illa omnino ſeparari, vt conſtat ex illis verbis: *Quidquid eſt in actu deficiente, ſcilicet, peccato de ratione actus, & entis, & boni, totum hoc à primo agente, ſcilicet Deo procedit, mediante voluntate.*

Quo ſenſu S. Thomas aſſerat Deum eſſe authorē peccati.

Ratio generalis actus ab effectu poteſt ſeparari.

Confirmatur tertiò, nam illius entitatis, quæ non eſt ſeparabilis à defectu & malitia, Deus non poteſt author appellari, niſi addita præciſione formalitatis, quæ vt ſic ſeparabilis ſit à malitia. Vnde ſubdit: *Quæcumque nomen deformi-*

Entitatis à malitia inſeparabilis Deus non eſt author.

tatem ſimul cum actu ſignificat, ſiue in generali, ſiue in ſpeciali, non poteſt dici, quod hoc à Deo ſit ſimpliciter: vnde non poteſt dici abſolutè, quod peccatum ſit à Deo, vt homicidium, aut aliquid huiuſmodi, niſi cum hac additione, in quantum eſt actus, & in quantum eſt ens.

19. *Obiectio ſecunda.* Secundò tamen iidem authores contendunt, in prædictis verbis S. Thomæ claudi phyſicæ prædeterminationis aſſertionem, dicentes: Nec poteſt S. Thomas explicari de ſolo concurſu ſimultaneo, quo Deus cum voluntate ſe determinante ſimul concurrit ad actum peccati, vt actus eſt. Nam per huiuſmodi concurſum non producit Deus actum peccati, mediante voluntate, id eſt, influendo in ipſam voluntatem, vt in cauſam, ſed immediatè cum voluntate. At Sanctus Thomas dicit, quod quidquid eſt in actu peccati de ratione entis, & boni; totum hoc à primo agente, ſcilicet à Deo, procedit, *mediante voluntate.* Sentit ergo, quod præmouet eandem voluntatem ad productionem actus peccati, in quantum actus eſt.

20. *Deus voluntatem ad communem rationem volendi bonum determinat.* Reſpondeo in primis. Huius illationis poſtrema verba ſenſum aliquem verum ſortiuntur, videlicet, quod Deus ad communem rationem volendi & amandi bonum præmoueat, ac determinet voluntatem: vt vidimus ſupra num. 7. & 8. & infra num. 26. & 28. & ſupra diſp. 28. ſection. 5. ſub init. nihilominus non determinet, nec præmoueat ad productionem actus peccati, in quantum talis ſpecificus actus eſt, amplectens bonum diuina lege prohibitum. Deinde neganda eſt illa explicatio: *Mediante voluntate, id eſt, influendo in ipſam voluntatem, vt in cauſam.* Nam & ignis calefacit ſuo calore mediante, neque propterea in ſuum calorem, tanquam in cauſam aliquid influit. Quin potiùs, quòd Deus mediante voluntate creata, producat eius volitionem, in eo conſiſtit, quòd per voluntatem, tanquam per cauſam ſecundam ſibi ſubordinatam, & ſimul cum illa, principaliter influat ad producendam volitionem. De hoc plura diſputatione 46. & ſequent. Rurſus, licet daremus oppoſitæ ſententiæ, Deum non producere mediante voluntate, niſi influendo in ipſam vt in cauſam; adhuc influxus eiuſmodi non deberet eſſe talis, vt per antecedentem illationis neceſſitatem determinaret ad talem volitionem, ſed deberet voluntati relinquere poteſtatem reſiſtendi.

21. *Obiectio tertia.* Tertiò inſiſtunt in eodem art. 2. nouum argumentum colligentes ex ſolutione ad 2. vbi D. Thomas ſoluens argumentum, inquiunt, quod eſt potiſſimum fundamentum oppoſitæ ſententiæ (nam ſi Deus eſſet cauſa actionis, in qua malum ſeu peccatum inſeparabiliter conſiſtit; eſſet re vera cauſa peccati, vel cooperaretur peccatum) reſpondet S. Thomas: *Quod illud dicitur ad malum cooperari, quod inclinat ad actionem, ſecundum quod actio deformitati ſubſtat; vnde mala eſt: hoc autem Deo non conuenit, & ideo non oportet, vt ad malum cooperari dicatur: quamuis actionis illius cauſa ſit, in qua malum conſiſtit, ſecundùm quod influit agenti eſſe, poſſe, & agere,* & *quidquid perfectionis in agente eſt.* Ergo loquitur de influxu præuio, etenim per concurſum ſimultaneum Deus non influit agenti ipſum agere, ſed immediatè influit in actionem cum libero arbitrio ſe determinante. At S. Thomas apertè dicit, Deum eſſe cauſam illius actionis, in qua malum conſiſtit, ſecundùm *quod influit agenti eſſe, poſſe, & agere.*

Reſpond. in hoc conſequenti contradictionem inuolui. Nam influere in actionem cum libero arbitrio ſe determinante, eſt influere & cauſare ipſum agere. Nam agere & actio nihil differunt, niſi ex modo ſignificandi. Porro Deus inclinaret ad actionem, ſecundùm quod deformitati ſubſtat; ſi determinaret ad actionem ſecundùm eam ſpecificam & realem quidditatem, cui neceſſariò & inſeparabiliter cohæret deformitas: vt præcedentes omnes diſputationes probant, præſertim tota diſp. 27. & 28. 22. *Actio, & agere ſolùm ex modo ſignificandi differunt.*

Quartò, quod ex eodem articulo proferunt de diſcrimine propter quod Deus dicitur cauſa bonarum operationum, non verò malarum, non indiget refutatione noua, cum omnibus præcedentibus diſputationibus probatum ſit, malæ actionis, non ſolùm quantum ad eſſentiam, ſed etiam, quantum ad defectum, Deum eſſe cauſam, ſi prædeterminat, vt fiat talis actio, cui neceſſariò coniunctus eſt defectus. 23. *Obiectio quarta.*

Argumentantur quintò ex D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 2. Verum ex eo loco nihil aliud colligere poſſunt, niſi illud ipſum, quod nuper conceſſimus colligi ex ſecundo ſentent. diſt. 37. quæſt. 2. art. 1. Pro cuius clariori explicatione recolenda ſunt, quæ fusè diximus diſp. 27. ſect. 3. num. 13. & ſequentibus. 24. *Quinta.*

Vrgent ſextò inferentes, phyſicum eſſe Dei concurſum, quo concurrit ad actum peccati. Nos verò phyſicum concurſum ſponte concedimus ſemper: ſed phyſicam neceſſitatem illationis, per quam ex prædicto concurſu, conſiderato in actu primò, neceſſariò ſequatur concipi materialem actionem odij Dei, ita vt illam omittere in ſenſu compoſito ſit impoſſibile, hoc negamus. 25. *Sexta.* *Phyſicũ concurſum concedimus.*

Addunt ſeptimò. D. Thom. clariſſimè fuiſſe locutum de concurſu Dei præuio, & antecedente deficientiam liberi arbitrij. Hoc autem diſtinguendum eſt, nam Dei concurſus præuius liberi arbitrij deficientiam antecedit, quatenus mouet ad bonum in cõmuni, propterquam motionem, quantum ex ſe eſt, magis inclinat ad verũ bonum. Nihilominus liberũ arbitrium antecedit, determinando ad particulare bonũ apparens. Et propterea liberum arbitriũ deficit à motione Dei antecedente: ac ſubinde, quantum ad particularem rationem huius volitionis odij Dei, concurſus diuinus ſubſequitur liberum arbitrium. 26. *Septima.*

Octauò conglobatos opponunt varios locos D. Thom. veluti q. 3. de malo art. 2. præſertim in 2. ratione. Vbi expreſsè, inquiunt, loquitur de cauſalitate actus peccati per influxũ præuium, in libero arbitrio immediatè receptum: & idẽ colligitur ex ſolut. ad 4. Nihilominus illum eundem articulum totum eſſe pro nobis, oſtendimus diſp. 28. ſect. 3. num. 6. & ſequentibus. Addunt nonò quæſt. 3. de potentia art. 7. in corpore & ad 6. Sed illius articuli mentem explicuimus fusè tomo præced. diſp. 49. ſect. 4. & addemus quod reſtat diſp. 46. ſect. 2. & 3. 27. *Nona.*

Decimò adiungunt 3. contra Gent. cap. 70. & 1. p. q. 105. art. 4. præſertim in ſolutione ad 5. & alibi ſæpe docere, quod Deus mouet, & applicat omnes cauſas ſecundas ad operandũ ſuas operationes, ſicut artifex mouet & applicat inſtrumẽta ad opus artis. Sed hæc & multò plura nihil fauere phyſicæ prædeterminationi, monſtrauimus in eadem diſp. 49. ſect. 3. nunc ſatis ſit recolere illud D. Thomæ 1. 2. q. 9. artic. 6. fine: *Deus mouet* 28.

voluntatem

Deus vniuerſalis motor.

voluntatem hominis, ſicut vniuerſalis motor, ad vniuerſale obiectum voluntatis, quod eſt bonum. Et ſine hac vniuerſali motione homo non poteſt aliquid velle: ſed homo per rationem ſe determinat ad volendum hoc, vel illud, quod eſt verè bonum, vel apparens bonum. Vnde manifeſtè couſtat, Dei non eſſe determinare hominem ad eam particularem volitionem, qua vult apparens bonum. & 1.2. quæſt. 1. artic. 2. corpore & quæſt. 9. art. 3. in *Sed contra.* & in corpore, & ad 1. & in ſequenti art. 4. & 6. fine. & quæſt. 10. artic. 4. corpore, & quæſt. 15. art. 2. corpore, & quæſt. 16. art. 1. & 2. & quæſt. 17. art. 5. ad 3. & quæſt. 109. art. 6. corp. & art. 2. ad 1. & plurimis aliis in locis decernit Dei eſſe ſolummodò mouere ac determinare ad finem, & communem rationem boni, ſed voluutatis eſſe determinare ſe ipſam ad particularia bona vera, vel apparentia, qoæ ſunt ad finem, quæ ſingula teſtimonia retulimus, & ponderauimus io eadem diſp. 49. tota ſect. 2.

29. Nec ſatisfacit quorumdam ſolutio, dicentium ex eo quod voluntas ſe ipſam moueat & determinet ad actum particularem, non ſequi quod non præmoueatur, nec prædeterminetur à Deo. Quin potiùs voluntatem determinare ſe ipſam eſt impoſſibile, ſi prius fuerit phyſicè prædetermioata ad particularem actum: vt oſtendimus in eodem tomo præcedenti diſput. 50. tota ſectiou. 2.

Quorundam ſolutio.

30. Argumentátur vndecimò, quoniam D. Thom. 1.2. quæſt. 79. artic. 4. ferè in ſolutionibus omnium argumentorum docet, quod induratio, & obcæcatio, quatenus ordinatur ad ſalutem hominis, eſt volita à Deo; quia in tali induratione non inſpicit Deus id, quod malum eſt, ſed ordinationem illam bonam: ſic ergo in peccato inſpicit Deus entitatem ordinabilem ad ſe ipſum, & hanc vult. Reſpondetur, entitatem actus peccati in particulari noc eſſe ordinabilem ad Deum: vt oſtendimus diſputat. 27. ſect. 4. & 5. & diſp. 33. ſect. 2. Præterea in eadem quæſt. 79. art. 3. initio corporis expreſsè D. Thomas aſſerit, *Deum non eſſe cauſam excecationis, & obdurationis, in quantum important motum animi humani, inhærentis malo, & auerſi à diuino lumine.* & in 1. diſt. 40. quæſt. 4. articul. 2. corp. initio, in quantum eſt *actus voluntatis obſtinatæ in malum, cui pertinaciter adheret.* Quæ verba ponderauimus diſp. 27. ſect. 3. num. 11. & 12.

Obiectio vndecima.

Reſpõdetur.

Entitas actus peccati non eſt ordinabilis ad Deum.

31. Duodecimo ex eadem q. 79. art. 1. ad 3. proferunt, quod D. Thomas ait: *Effectus cauſæ mediæ procedens ab ea ſecundùm quod ſubditur ordini cauſæ primæ, reducitur etiam in cauſam primam: ſed ſi procedat à cauſa media, ſecundum quod exit ordinem cauſæ primæ, non reducitur in cauſam primam.* Inde ſic argumentantur: cum eutitas peccati non extrahatur ab ordine cauſæ primæ, ſed verè ordinabilis ſit ad cauſam primam, conſequens eſt, vt reducatur in cauſam primam, & ab ea primò cauſetur, & ante deficientiam cauſæ mediæ. Reſpondetur. Imprimis actus peccati, conſideratus in particulari, non eſt ordinabilis ad Deum: vt oſtendimus diſputatiooe 27. ſect. 4. & 5. & diſp. 33. ſect. 2. Præterea talem actum exire à regula primi ipſa agentis, & mouentis, & contra niti ordini diuinæ gubernationis in particulari, prout verſatur circa particulare bonum, expreſsè docuit D. Thomas in 3. contra gentes cap. 110. & 1. part. quæſt. 103. vt ſupra notauimus à num. 7. vſque ad 11.

Duodecima.

Adducunt poſtremò verba D. Thomæ in eadem quæſtione 79. articul. 2. ad 2. Nihilominus ex illis probari potiùs noſtram ſententiam, oſtendimus diſputat. 27. ſection. 5. numero 18. & ſequentibus. 32.

SECTIO III.

Antiquiores diſcipuli S. Thomæ cum nonnullis recentioribus.

ANngelici Doctoris mentem eam fuiſſe, quam in ſect. præcedenti notauimus, efficaciter confirmat couſenſus omnium antiquorum Thomiſtarum, traditione perpetua ab eius tempore ad hæc vſque deriuatus, qui clarius adhuc, quàm D. Thomas, negant, diuino concurſu determinari, aut inclinari voluntatem ad materiales actiones peccatorum. 1.

Prædictam S. Thomæ mentem confirmat Thomiſtarum conſenſus.

S. Antoninus 1. part. titul. 4. cap. 4. §. 2. prope initium poſtquam dixerat, actum voluntatis eſſe è Deo ſubdit: *Neque tamen inde ſequitur, quod cum homo vult malum, Deus moueat voluntatem eius ad illud malum. Quia ipſe eſt motor, & vniuerſale obiectum voluntatis, quoniam ſecundum S. Thomam 1.2. quæſt. 9. art. 6. Deus mouet voluntatem hominis ſicut vniuerſalis motor ad vniuerſale obiectum voluntatis, quod eſt bonum. Et ſine hac vniuerſali motione homo non poteſt aliquid velle; ſed homo per rationem determinat ſe ad volendum hoc vel illud, quod eſt verè bonum, vel apparens bonum*, &c. 2.

Et io medio eiuſdem §. 2. *Intellectus*, inquit, *mouet voluntatem ſicut repræſentans ei obiectum ſuum. Mouetur etiam voluntas ad actum ſuum à ſe ipſa. Cum enim ſit domina ſui actus, & ipſius ſit velle, & non velle; quod non eſſet, ſi non haberet in poteſtate ſua mouere ſe ipſam; ſequitur, quod à ſe ipſa moueatur. Vnde dicitur Eccleſiaſtici 15. Poſuit Deus ante illum bonum & malum, ad quod voluerit extendat manum ſuam.* 3.

Eccleſiaſt. 15.

Ægidius Roman. in 2. diſtinct. 25. quæſt. 1. articul. 3. in 2. dubio literali via 2. *Voluntas*, inquit, *poteſt ſe determinare, vel vt velit ſequi legem Dei, prætermittendo fornicationem: vel vt velit ſequi bonum delectabile, prætermittendo legem Dei.* Porro ſequi bonum delectabile eſt materialis actus, coi adiungitur malitia, prætermittendo legem Dei. Eandem ſententiam repetit io articul. 6. eiuſdem quæſtionis in primo dubio literali. Rurſus diſtinct. 37. quæſtione 2. art. 1. docet, circa peccatorum actiones, Deum ſic adminiſtrare agentia per voluntatem, vt ea proprias voluntates agere ſinat: vnde infert aliquos modos habendi ſe in volitione non reduci in Deum, tanquam in cauſam, præſertim verò quando culpabilis eſt modus ſe habendi. Hunc autem modum ſe habendi paulò ſuperiùs explicuerat, eſſe, vſum, quo voluntas vtitur ſuo actu, applicando illum ad obiectum. Hoc vniuerſo diſcurſu Ægidij apertè oſteoditur, rationem particularem materialis actionis, qua volitio applicatur ad tale obiectum contrarium diuinæ legi, non eſſe reducendam in Deum, tanquam in cauſam, per quam determinetur voluntas ad illam, ſed eſſe reducendam in voluntatem creatam. 4.

Raynerius in Pantheolog. verbo, *Peccatum*, cap. 3. poſt med. ait: *Nauta eſt cauſa periculi, & ſubmerſionis nauis per ſuam abſentiam. Sed Deus quantum in ſe eſt, nulli eſt abſens: ſed peccator* 5.

abſentar ſe à Deo. Et ideo peccator eſt cauſa ſui peccati, & non Deus. Et in eodem cap. 3. ad finem, & cap. 6. & 7. & cap. 49. probat, ex nulla parte oriri neceſſitatem ad peccandum, ſed liberum arbitrium poſſe peccare, & non peccare. Et circa med. prædicti capitis 49. ait: *Huius quod eſt liberè agere, vel non agere, liberè attendere, vel non attendere; vti regula, vel non vti; non oportet aliam cauſam quærere; quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, & non agere, vti regula & non vti.*

6. Ad clariorem explicationem ſubdit exemplum illud Auguſtini in 12. de Ciuitate cap. 6. de duobus hominibus per omnia æqualibus. Indéque concludit his verbis: *Quæ igitur eſt cauſa?* (videlicet, vt tentationi conſentiat vnus potiùs, quàm alter.) *Non eſt, niſi quia placet: placiti autem nulla eſt alia ratio quærenda: ſicut enim in bonis cùm peruentum eſt ad voluntatem Dei, nulla eſt ratio; ita in malis, cùm peruentum eſt ad voluntatem peruertibilem, ſibi derelictam, nulla eſt alia quærenda ratio, niſi quia vult, vel placet.* Foret autem alia ratio quærenda, ſi phyſica Dei prædeterminatio requiritur, quæ determinet ad materialem actum, ex quo ſequitur malitia: & huius prima ratio non erit, niſi diuina voluntas, non verò placitum voluntatis humanæ. Hæc enim foret ratio ſecunda poſt primam, quæ ſumitur ex voluntate diuina.

Ex duobus hominibus per omnia æqualibus vnus peccat, alter non. Auguſtinus.

7. Eandem doctrinam expreſsè tradit in verbo, *liberatio à peccato*, cap. 22. oſtendens, liberum arbitrium eſſe primam cauſam apponendi impedimentum gratiæ, cùm poſſit non impedire illam, ſed præparare ſe ad illius receptionem. Adducítque idem teſtimonium quod ſupra ex Auguſtino 12. de Ciuitate cap. 6. Prætermitto alia loca eiuſdem Raynerij, ex quibus idem colligi poteſt: vt verbo, *Peccatum*, cap. 5. poſt med. & verbo, *Liberum arbitrium*, cap. 24. & verbo *Reprobatio*, cap. 5. prope initium.

Arbitrium prima cauſa apponēdi impedimentum gratiæ.

8. Capreolus in 2. ſentent. diſtinct. 28. quæſt. vnica, articul. 3. prope med. §. *ad 12. dicit Gregor.* refert & ſequitur Gregorium Ariminenſem, qui poſtquam diſtinxit duplicem modum, quo Deus concurrit: quorum primus eſt communis omnibus rebus, videlicet, partialiter coëfficiendo ſimul cum cauſa particulari: & ſecundus modus eſt ſpecialis faciendo, vt voluntas concurrat, & concauſet, mouendo illam, ita vt in eius poteſtate relinquat ſequi motionem, ſubdit hæc verba: *Ad productionem actus mali ſolùm primo modo concurrit Deus, quia non facit voluntatem agere actum malum, ſicut facit eam agere actum bonum.* Neque poteſt dici, quod ſermo ſit de ratione formali malitiæ, quippe quam Deus nullo modo cauſat, etiam vt cauſa vniuerſalis & communi concurſu.

Duplex modus concurrendi Dei.

9. Eadem eſt ſententia Dezæ in eadem diſtinct. 28. quæſtion. vnica, articulo 4. ad 12. argumentum contra 2. concluſionem, præſertim ſi conferatur cum articul. 3. notabili 2. Et idem Deza in 2. diſtinct. 34. quæſtion. 2. articul. 3. notab. 4. ante med. *Ipſa*, inquit, *voluntas ſecundùm ſe conſiderata, illius defectus eſt cauſa, cum ſit domina ſui actus, ac per hoc ad vtramlibet libera. Vnde ipſa ſe ipſam determinare poteſt, & huic vel illi, id eſt, bono vel malo adhærere, & regulam attendere, vel non attendere.*

Deza.

10. Sed contrariæ ſententiæ Doctores contendunt, Capreolum aſſeruiſſe prædeterminationem ad materiales actiones peccatorum, quoniam in 2. diſtinct. 37. articul. 3. ad 2. principale: *Quantum ad omne poſitiuum*, inquit, *quod eſt in actu voluntatis, actio voluntatis creatæ eſt poſterior actione Dei in producendo quodlibet tale; quia nulla creatura agit, niſi mota à Deo.* & ſubdit: *Motio Dei non determinat voluntatem creatam ad aliquid, quod ſit ſecundum ſe malum, ſed ad illud, quod eſt ſecundùm ſe bonum ex natura ſua, licèt ſit malum quoad deformitatem, quam habet relatum ad cauſam ſecundam.*

Capreolum prædeterminationem aſſeruiſſe contrary Doctores contendunt.

Confirmant, Capreolum agere non de ſimultanea determinatione: quæ fiat per ipſum actum, ſed de præuia determinatione; quoniam prædicta ſolutione videtur admittere ſecundum modum propoſitum in argumento, videlicet; *Prius Deus determinat ſe ad agendum, & voluntas noſtra ſequitur determinationem eius.* Confirmant præterea, quia poſt prædicta ſolutionis verba ſubdit Capreolus: *Item negatur alia conſequentia ibi facta, ſcilicet, voluntas non agit à ſe, ſed ab alio, igitur non à ſe, ſed ab alio habet quod ſit cauſa mali; & per conſequens non peccat: cuius ratio eſt, quia voluntas creata non ideo peccat, quia illum actum agit, ſed quia illum taliter agit. Primum habet à Deo, non autem ſecundum.* Loquitur ergo Capreolus de præuia determinatione, & & non de illa dumtaxat, quæ fit per ipſum actum, ſeu operationem creatæ voluntatis. 11.

Reſpondetur. Ex ſententia Capreoli Deus prædeterminat voluntatem, quantum ad ſpecificationem, non verò quantum ad exercitium, quoniam prædeterminat ad amorem finis, & boni in communi, non ad amorem mediorum, & boni in particulari. Sed voluntas creata ſe ipſam & diuinum concurſum determinat, quantum ad exercitium eligendi media, & bonum in particulari. Hanc porrò mentem eſſe Capreoli conſtat primò ex plurimis illius teſtimoniis, quæ retulimus præcedenti tomo de Scientia diſputatione 49. ſectione 6. Secundò, quoniam non poteſt alia ratione non diſſentire à ſe ipſo in 2. ſentent. diſtinct. 28. vt nuper retulimus. 12.

Quomodo Deus voluntatem determinet ex ſententia Capreoli.

Idem probatur tertiò, quoniam in eadem ipſa diſtinct. 37. quæſt. vnica, art. 3. qui refertur pro contraria ſententia, dum reſpondet ad 1. aliorum, refert, & approbat hæc verba Gregorij Ariminenſis: *Sicut Deus non agit contra rectam rationem, faciendo hominem, qui poſſit malum actum facere; cum eum ad illum faciendum non cogat, vel inducat: ſic neque agit contra rectam rationem, non ſubtrahendo illud, ſine quo homo non poteſt facere actum malum; neque tamen excitando, vel faciendo vt homo faciat talem actum. Illud autem, ſine quo non poteſt homo malum actum facere, eſt coefficientia Dei*, &c. Nota 1. Deum non excitare, neque facere, vt homo faciat talem actum, neque cogere, neque inducere: ſed ſolùm cogere. Secundò. Exemplum adductum de creatione hominis, qui poſſit malum actum facere, foret extra rem, niſi concurſus, quo Deus coagit, ſimiliter ſe haberet, quantum ad tribuendam poteſtatem faciendi actum malum, non determinando ad illum, quod ex ſe eſt. 13.

Quartò, quoniam in eodem articulo, reſpondens ad 2. principale (quod nobis obiicitur) refert ſolutionem Gregorij Ariminenſis in hæc verba: *Ad hunc ſenſum dico, Deum ſequi determinationem voluntatis creatæ, quoniam ideò Deus agit* 14.

illum

illum actum, quia eum voluntas agit, & non ideo, quia Deus agit illum, voluntas agit illum; & ideo magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in cauſando talem actum, quàm voluntas dicatur coagere Deo. Hanc ſolutionem non reprobat Capreolus tanquam falſam; quin potius tacitè ſupponit, eſſe veram, dicendo, aliam eſſe meliorem (quæ tamen ſimul cum præcedenti verificatur:) ait enim: *Apparet mihi quod aliter poteſt melius dici, ſcilicet, quod quantum ad omne poſitiuum, quod eſt in actu voluntatis creatæ, eſt poſterior actione Dei*, &c.

15. Eodem modo explicandum eſt quod Capreolus verſus finem eiuſdem artic. §. *Ad 6. dicit Gregorius.* contra Gregorium docet, *Deum velle, iſtum actum eſſe ab homine, quantum ad omne, quod eſt bonum in actu.* Quod intelligendum eſt ita, vt Deus per ſuam voluntatem non determinet hominem ad eliciendum iſtum actum, ſed tantum determinet ad eliciendum actum bonum in communi & vagè, vt dixi num. 12.

16. Rurſus quod ex eadem diſtinct. 37. quæſt. vnica artic. 1. concluſione 2. obiicitur, ſi bene intelligatur iuxta dictam authoris mentem, oppugnat potiùs phyſicam prædeterminationem: vt vidimus diſput. 27. tota ſect. 7. præſertim à num. 8.

17. *Capreoli ſententiam explicuit Deza.* Clariùs Capreoli & S. Thomæ ſententiam explicuit Deza in eadem diſtinct. 37. quæſt. vnica articul. 2. nam his verbis proponit ſecundum argumentum principale contra ſecundam concluſionem: *Si Deus coagit actus voluntatis, aut hoc eſt, quia ſequitur determinationem voluntatis in illo actu, ſic quod voluntas prius natura determinat ſe ad actum illum; & ex hoc Deus coagit voluntati determinatæ: aut è contra prius Deus determinat ſe ad agendum; & voluntas noſtra ſequitur determinationem eius.* Cui argumento in articul. 4. reſpondet his verbis: *Ad ſecundum principale dicitur, quod Deus coagit voluntati primo modo diuiſionis.* Et eiuſdem ſolutionis ſequens contextus eò dirigitur, vt defendat, Deum concurrere non ſolùm ad actum, ſed etiam ad determinationem, qua voluntas creata ſe determinat; quamuis voluntas prius ſe determinet modo dicto. Idque conſtabit conferenti totum argumentum cum tota ſolutione.

18. Deinde ad tertium argumentum contra eandem concluſionem ſecundam, quamuis præmittat, Deum applicare agentia ad actiones, & prius & immediatius coagere, ſubdit tamen cum S. Thoma, Deum ita reliquiſſe hominem in manu conſilij ſui, vt quamuis operetur in voluntate hominis, dederit tamen illi dominium ſui actus, vt non eſſet obligata ad alteram partem contradictionis. Inſuper quod Deza exiſtimet, præmotionem & prioritatem diuini concurſus pertinere ad generalem aliquam rationem volitionis, & amorem finis & boni in communi, non ad particulares rationes volitionum, oſtendimus ex profeſſo tomo præcedenti prædicta diſp. 49. ſect. 6.

19. Manifeſtior denique propterea redditur amborum mens, quia tam Capreolus, quàm Deza fatentur expreſsè, poſitis omnibus ad operandum requiſitis, intelligi debere libertatis indifferentiam, quæ poſſit agere & non agere: vt retulimus eodem tomo præcedenti diſput. 50. ſection. 4.

20. Conradus 1. 2. quæſt. 79. articul. 1. colum. 3. §. *Nota inquam*, negat motionem præuiam ad naturales actus, & ſubdit: *Non enim cum aliquis vult, oportet, antequam velit, præcedere motionem Dei, loquendo de naturali volitione, vel mala.* Et poſtquam docuit, primam cauſam concurrere ad effectum intimiùs, quàm ſecundam, ſubdit: *Talis effectus non habet neceſſariam habitudinem ad cauſam primam, ſed contingentem, quia fit ab ea ſecundum conditionem voluntatis, & cauſæ ſecundæ, quæ eſt contingens. Vnde habet motionem cooperatiuam propriæ actioni creaturæ, & ſecundum modum eius. Vnde ſi Deus ageret ex neceſſitate naturæ; ſtaret nihilominus contingentia rerum propter defectibilitatem & libertatem cauſarum ſecundarum.* *Si Deus ageret ex neceſſitate naturæ, ſtaret rerum contingentia.*

Poſtea explicat quo ſenſu Deus primo concurrat ad actum peccati, nimirum, quia intimiùs & perfectione priùs, & tanquam id, in cuius virtute agit voluntas creata. Et ſequenti §. ſcribit eiſdem verbis eandem doctrinam, quam prius tradiderat Scotus in 2. diſt. 37. §. *Ad ſolutionem iſtorum obiectorum.* & nos retulimus ſupra diſput. 28. ſect. 3. & ſumma eſt, Deum non eſſe primam cauſam deficiendi, quia, quantum ex ſe eſt, daret rectitudinem actui & illam cauſaret ſimul cum voluntate; niſi voluntas liberè impediret; cum poſſet, ſi vellet, cum Deo cauſare rectitudinem. 21.

Idem 1. 2. quæſtione 9. artic. 6. ad 3. *Stante*, inquit, *motione Dei, qua mouetur ad volendum, quantum ad exercitium actus poteſt ſe habens voluntatem determinare per rationem vel intellectum ad hoc vel illud bonum, quod eſt quandoque ſecundum quid bonum, & in veritate malum, & ſic incidit ratio peccati.* Et poſt pauca ex profeſſo refutat præmotionem impreſſam à Deo per modum actus primi: vt retulimus tomo præcedenti de Scientia diſputatione 49. ſectione 6. ſubditque Deum mouere ad bonum, quod ſub ſe continet apparens & exiſtens bonum. *Hac*, inquit, *motione præſuppoſita, voluntas per innatam libertatem ex indeterminatione rationis poteſt ſub iſta motione Dei ſe determinare ad hoc, vel illud bonum, & ex hac ratione incidit peccatum.* 22.

Præterea in quæſtione 80. articul. 1. ad 3. poſtquam docuit, motus voluntatis reduci in aliquod exterius primum principium, quod eſt Deus, in quantum mouet ad primum actum, qui tendit in bonum in communi, ſic loquitur: *Intellectus & voluntas virtute huiuſmodi principij naturaliter, & primò tendunt in verum, & bonum in communi. Sed ad particulare bonum voluntas ſe ipſam per conſilium rationis determinat: ita quod illud exterius principium eſt cauſa vniuerſalis omnis interioris motus; non tamen adimit libertatem voluntatis determinandi ſe ad hoc, vel illud bonum, quod ſcilicet, eſt verum, vel apparens.* Quod remittit ad ea, quæ nuper retulimus ex quæſt. 9. articul. 6. ad 3. Hæc autem omnia eò dirigit Conradus, vt explicet quod S. Thomas do- *S. Thom.* cuerat dicta quæſtione 80. art. 1. fine: *Deus eſt vniuerſale principium omnis interioris motus humani; ſed quod determinetur ad malum conſilium voluntas humana, hoc directè eſt à voluntate humana.* Adde quod manifeſtè præcipit libertatis indifferentiam intelligi, poſitis omnibus requiſitis ad operandum: vt vidimus eodem tomo, diſp. 50. ſect. 4. 23.

Ad Caietanum veniamus, qui non ſine occa- 24.

Caietanus pro phyſica prædeterminatione citatur.

ſione pro phyſica prædeterminatione citatur, quoniam lib. 2. Regum cap. vltimo prope init. *Nec mireris, ait, quod diuina iuſtitia incitauerit Dauidem ad hoc malum: tripliciter enim verificatur. Primum permiſſiuè, quatenus hoc erat peccatum: quia Deus non incitat ad peccandum, ſed permittit hominem peccare. Secundò, quoad ſubſtantiam actionis. Deus enim eſt author ipſarum actionum, tam internarum, quàm externarum, quæ ſunt peccata: & quoad hoc poſitiuè incitat Deus ad actiones, quæ ſunt peccata.*

25. Rurſus in ientaculo 6. quæſt. 2. ad verba Chriſti Domini. *Quod facis, fac citius* ita ſecundum ſenſum adiungit: *Secundum bonum, eſt bonum natura ipſarum actionum Iudæ. Omnis enim actio quantumcumque mala moraliter, cùm ſit res aliqua, bona eſt bonitate naturæ: & vt ſic eſt à Deo. Et quantum ad hoc, verba hæc Domini ſunt præcipua, & ſignificant ordinem diuinæ prouidentiæ ad accelerandum actiones Iudæ, vt tempore ſtatuto à diuina prædeſtinatione adimpleretur paſſio Chriſti. Sicut enim malum non eſt, Deum cooperari actionibus peccatorum, quantum ad bonitatem naturæ: ita malum non eſt illas præcipere.*

26. *Caietani doctrina de materialibus actionibus abſque ipſius iniuria non poteſt intelligi.*

Implicat Deum materialē actionem odij præcipere.

Hanc doctrinā ſine authoris iniuria non poſſe intelligi de materialibus actionibus Dauidis & Iudæ, quatenus in particulari & determinatè amplectebantur realiter aliquod obiectum diuina lege prohibitum; probatur primò, quia ſecundum omnem Theologorum ſententiam (quam ad protegendum phyſicam prædeterminationem etiam ipſius authores ſæpius repetunt) contradictionem implicat, Deum præcipere materialem actionem odij Dei, aut materialem volitionem in particulari, qua Iudas Chriſtum Dominum tradere voluit. Ergo tales actiones in particulari non ſunt à Deo, vt ab authore, faciente, vt fiant. Probatur conſequentia, quoniam Caietanus in prędicto ientaculo ſupponit, bonam eſſe conſequentiam hanc. Hæc actio eſt bona bonitate naturæ, & vt ſic, eſt à Deo. Ergo Deus poteſt illam præcipere. Quapropter inde potius argumentum ſumitur contra phyſicam prædeterminationem; quoniam ſi per illam Deus eſſet author materialis actionis odij Dei in particulari; rectè Caietanus intuliſſet, eam à Deo præcipi poſſe; de quo plura nos ſupra diſp. 33. ſect. 4. à num. 30.

27. *Deū ad materiales peccatorū actiones non incitare, communis ſententia eſt.*

Probatur ſecundò, quoniam ad materiales peccatorum actiones in particulari, non incitare Deum, non ſolùm Patres & Scholaſtici docent, citati ſupra diſp. 36. ſect. 5. ſed etiam phyſicæ prædeterminationis authores admittunt, quando defendunt, Deum non moraliter, ſed tantùm phyſicè cauſare tales actiones: vt vidimus diſp. 27. ſect. 2. prope init. Quapropter, vt vera ſit Caietani doctrina, *quod poſitiuè incitat Deus ad actiones, quæ ſunt peccata*, intelligenda erit, quantum ad aliquam rationem actionis, quæ abſtrahat ab oppoſitione reali contra legem diuinam, qualis eſſe poterat in Iuda, exequēdi cœptū opus diligentia ſine mora, præſcindendo ab eo, quod cœptum opus eſſet diuinæ legi contrarium: & in Dauide deſiderium gaudendi de multiplicatione populi Dei, abſtrahendo ab hoc, quod multitudinis notitia contra Dei præceptum quæreretur. Vide quæ in generali dicemus diſput. 44. ſect. 2. & 3.

28. *Caietanum non admittere phyſicā prædeterminationem.*

Tertiò Caietanum citatis in locis non admittere phyſicam prædeterminationem probatur, nam in aliis conſtanter & generaliter docet, voluntatem eſſe indeterminatam, neque determinari ab aliqua præuia motione primæ cauſæ, ideóque voluntatis motum eſſe ſimpliciter euitabilem, non obſtante Dei concurſu, præſcientia & prouidentia: vt retulimus in prædicta diſp. 49. ſect. 6.

29. *Repetuntur Caietani verba.*

Cæterum vt lectori ſit promptum de Caietani mente certiorem fieri, viſum fuit aliqua inde verba repetere. 1. part. quæſt. 14. art. 13. poſt med. §. *Neque ſuſtinēdum eſt*, ait, *Motio cauſæ prioris modificatur à cauſa ſecunda ſecundum modum ipſius cauſæ ſecundæ; & ſic licet à prima cauſa moueatur neceſſariò ſecunda, recepta tamen motio in ſecunda, ſi ſecunda cauſa imaginetur contingens, modificatur contingentia recipientis. Et quoniam prius natura modificatur, quàm impellat ad mouendum; motio illa iam modificata ad cauſam contingentem, mouebit ſecundam, ad mouendum non neceſſariò, ſed contingenter.*

30. Et paulò inferius illam propoſitionem Scoti: *Cauſa quæ mouet, in quantum mota, ſi neceſſariò mouetur, neceſſariò mouet.* Ita diſtinguit Caietanus: *Ly mota ab alia diſtinguitur alia diſtinctione, ſcilicet, aut motione præuia propriæ actioni, ſicut aqua calefacit calefacta ab igne, aut motione cooperante ad propriam actionem. Primo modo, dato, quod eſſet vera, aut ſuſtentabilis; ſecundo tamen modo ſuſtineri non poteſt dicta propoſitio; quoniam cauſa cooperans intrinſecè cooperatur vnicuique ſecundum modum eius, cui cooperatur. Talis eſt autem cooperatio primæ cauſæ.* Statimque docet, effectum contingentem in eodem inſtanti naturæ attingi à cauſa prima, & à cauſa ſecunda: neque aliam eſſe prioritatem in cauſæ primæ concurſu, niſi quia concurrit independentius & immediatius immediatione virtutis. Confirmatur, nam voluntatis indifferentiam, vt operetur, & non operetur, intelligit, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, vt ex eodem authore probauimus tomo præcedent. diſp. 50. ſect. 4.

31. Probatur quartò, nam licet Caietanus, oblata occaſione in textu S. Thomæ, prætermiſerit, hanc generalem doctrinam expreſsè applicare ad materiales peccatorum actiones; id tamen pro comperto reliquit. Nam ab his actionibus abhorret potius diuina voluntas & ſapientia, & quantum ex ſe eſt, minus voluntatis & operationis impendit, quàm ad honeſtas actiones. Vnde ſi honeſtas non prædeterminat; multò minùs actiones, quæ ſunt turpes. Confirmatur, nam ſi ſentiret oppoſitum; datis occaſionibus, explicuiſſet in commentariis D. Thomæ veluti 1. 2. quæſt. 75. art. 3. circa ad 1. & quæſt. 80. art. 1. circa ad 3. Vbi tamen tacendo admittit planè, vt ſonat, eam doctrinam, quam ſect. 2. num. 12. & 13. ex D. Thoma in prædictis locis retulimus. *Cōfirmatur.*

32. Ferrarienſis 3. contra Gent. cap. 10. verſus finem: *Actus*, inquit, *voluntatis liberè elicitus dicitur voluntarius, quia in poteſtate volūtatis eſt ipſum producere, vel non producere. Et hoc modo defectus huiuſmodi dicitur voluntarius. Eſt enim in poteſtate voluntatis procedere ad operationem ſine tali ordine, vel non procedere, quia non neceſſariò à contrario bono rationis trahitur, aut ab apprehenſione ſenſuali mouetur, ſed libera eſt, ad vtrumlibet ſe habens, & ideo huiuſmodi defectus non oportet aliam cauſam quærere, niſi voluntatis libertatem.* Et paulò inferiùs docet, *voluntatem ſe applicare ad opus cum tali defectu.*

Digitized by Google

defectu. Ergo nihil aliud à voluntate prædeterminat ita voluntatem, vt ex vi illius neceſſariò ſequatur actus, quem defectus neceſſariò comitetnr.

33. Idem in 3. contra gent. cap. 89. prope finem de actu peccati ſic reſpondet cuidam argumento Scoti: *Secundum intellectus conſiderationem poteſt voluntas in aliquid, quod cauſa prior in primo ſigno non produxit. Imo poteſt in rectitudinem, quæ nata eſt actui conuenire, vt à voluntate humana producitur.* Illa autem cauſa prior eſt prima cauſa, ſcilicet, Deus, vt ex contextu euidens eſt. Docet itaque actum peccati propterea eſſe liberum, quia voluntas humana poteſt in actu ſuo producere rectitudinem debitam, etiam ex ſuppoſitione, quod Deus non prædeterminauerit illam rectitudinem. Quod clariùs conſtat, conſiderando quæ prius dixerat in §. *Ad omnia iſta.* & retulimus tomo præcedenti diſp. 49. ſect. 6. Denique poteſtatem agendi, & non agēdi, quam libertatis exigit quidditas, exerceri poſitis omnibus requiſitis ad agendum, expreſsè docet, vt retulimus diſputat. 50. ſection. 4. eiuſdem tomi de Scientia.

34. *Ferrar. pro phyſica prædeterminatione citatur.* Sed Ferrarienſis pro phyſica prædeterminatione materialis actionis citatur ab eius authoribus, quoniam 3. contra gent. cap. 71. circa finem oſtendit ex S. Thoma, quod poſſit agens primo mouere cauſam, ad agendum entitatem actionis peccati, & non agere ad deformitatem; quia videlicet deformitas non ſequitur ad actionem illam, vt actio eſt, ſed vt dicit habitudinem ad cauſam deficientem. *Ferrar. prædeterminationi contrarius.* Nihilominus hanc doctrinam, ſi bene intelligatur, eſſe contrariam phyſicæ prædeterminationi, ſatis oſtendimus diſput. 27. ſect. 7. præſertim à num. 8.

35. Sotus lib. 1. de natura & gratia cap. 17. verſus finem contra huius temporis hæreticos ſic loquitur: *Quia ſentiunt nos ita eſſe Numine deſertos, vt neceſſitate ſuccumbamus erroribus, & prauis affectibus; hoc eſt, quod nos perſiſtimus ſacris eloquiis expugnare. Nam niſi in noſtra poſitum eſſet ſemper voluntate cum promptiſſimo auxilio Dei euitare ſingula mala, quid eſt, quod nos commonefacit Paulus, ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore?*

36. Rurſus in cap. 18. colum. 3. teſtatur, *ſe eſſe certum, & inſuper credere, certiſſimos fuiſſe ſemper ſanctos Doctores, neminem vnquam à Deo fuiſſe derelictum, ſuiſque cupiditatibus permiſſum in hac vita, niſi præcisè ſecundo modo permiſſionis; videlicet, ſinendo illum agere ſecundùm propriam voluntatem: ita tamen, vt ſemper ſit Deus paratiſſimus manum porrigere, niſi per hominem ſteterit.* Agebat autem ibi peculiariter de obduratis & excæcatis. Et poſt pauca docet, *Deum velle, vt omnes & ſinguli ſalui fiant, ita vt ſit omnibus præſentiſſimus, ad oſtium pulſans, vt à ſe nihil deſit officij, quin perditiſſimo etiam cuique opem ferat, niſi per ſe homo ipſe abnuerit.* Hæc plurimis Scripturæ teſtimoniis, atque rationibus, & ſimilitudinibus explicat, & confirmat. Vnde reprehendit Roffenſem art. 36. concedentem, quod Deus ita nonnullos deſerat, vt reſipiſcere nequeant.

37. Quin etiam in eodem cap. 18. ad finem: *Sicut Deus,* inquit, *non dicitur cauſa homicidij, quia dedit homini manus & oculos (ſicuti neque faber, qui bona intentione fecit gladium:) ita neque ex eo quod auxilium præbet homini vniuerſale, eo modo, quo præbet belluæ, dicitur cauſa peccati.* Soti denique mentem eſſe manifeſtè cum phyſica prædeterminatione pugnantem, conſtabit legenti ex eodem lib. 1. de natura & grat. caput 16. & 17. & additiones, quibus idem Soto ſuam ſententiam magis explicuit.

38. *Sotus pro phyſica prædeterminatione citatur.* His non obſtantibus Soto citatur pro phyſica prædeterminatione, quoniam in eodem cap. 18. ad finem dicit, *Theologos confiteri, entitatis, quæ eſt peccatum, Deum eſſe cauſam, eo efficientiæ genere, quo cuncta, & animantia, & animalia ad ſuas naturales actiones præmouet.* Cæterum præmotionem banc comparatione voluntatis eſſe generalem ad communem rationem boni, relicta indifferentia, vt voluntas ſe ipſam determinet ad particulare bonum, conſtat ex locis nuper citatis; præſertim cùm in eodem lib. 1. de natura & gratia cap. 16. colum. 2. doceat, libertatis indifferentiam manere, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, à quibus non eſſe excipiendum generalem Dei concurſum, ex profeſſo probat, vt retulimus tomo præced. dicta diſp. 50. ſection. 5.

39. *Cano pro contraria ſententia citatur immeritò.* Citatur etiam pro contraria ſentent. Cano lib. 2. de locis cap. 4. ad 7. Cæterum quid ipſe docuerit, & quam nihil faueat phyſicæ prædeterminationi, vidimus diſp. 27. ſect. 2. num. 6. & ſequent. Præſertim notandum eſt quod Cano ibidem ad 7. & 8. expreſsè monet, Deum non mouere, neque inſtigare ad materiales actiones peccatorum, ideóque non eſſe cauſam moralem illarum.

40. Poſtremò inter recentiores Thomiſtas Ioan. Vincentius expreſsè negauit phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem peccati: vt refert Ledeſma quæſt. de Auxiliis articul. 18. ad 13. pag. 415. col. 2. Similiter etiam Zumel quantum ad eaſdem actiones à phyſica prædeterminatione receſſit: vt vidimus diſp. 27. ſect. 1.

SECTIO IV.

Antiquiores Scholaſtici præter Thomiſtas & Nominales.

1. GVillelmus Altiſiodor. lib. 2. ſummæ tract. 15. quæſtion. vltima in medio, poſtquam diſtinxit, materialem actionem eſſe à Deo, ſed formalem rationem malitiæ non eſſe à Deo, obiectioni, quam in principio poſuerat ex D. Dionyſio dicente: *Optimi eſt optima adducere: ſed mala actio non eſt optima. Igitur Deus non eſt ipſam adducere,* ita reſpondet: *Sic eſt intelligendum, optimi eſt optima adducere, in his, quæ agit Deus per ſe, & ex ſua voluntate. In his quæ agit Deus per ſe dico, quia actio, in qua Deus cooperatur homini, bene poteſt eſſe mixta. Ex ſua voluntate dico, quia cùm Deus agit quaſi inuitus, id quod tunc agit, poteſt eſſe malum.* *Materialis actio peccati cooperāte libero arbitrio producitur à Deo.* Materialis ergo actio peccati non producitur à Deo præueniente liberum arbitrium, ſed cooperante cum illo. Inſuper ad eandem actionem Deus non cooperatur ex ſua primaria voluntate, ſed quaſi inuitus. Quapropter ipſe non determinat actionem, ſed determinatur ab homine. Subdit Altiſiodorenſis alia, quibus oſtendit, quaſi coactum Deum punire. Quemadmodum & lib. 1. Summæ cap. 13. art. 1. ad finem ait: *Deus inuitus punit.* Et art. 2. à medio, & ad finem: *Deus, quantum ex ſe eſt, vult, vt mala non fiant.*

2. Guillelmus Pariſ. in 1. part. tract. de vitiis & peccatis in cap. quod incipit: *De peccatis autem, id eſt, de operibus humanis.* circa med. docet, quam-

cumque neceſſitatem, ſiue proueniat ab aſtris, aut facto, ſiue à quocumque alio extrinſeco motore, liberare à culpa hominem, qui neceſſitate mouetur, tanquam inſtrumentum; & culpam refundere in motorem, tanquam in principale agens: niſi relinquat nobis dominium, imperium, & auctoritatem, vt ſit in noſtra poteſtate voluntates auertere à male volitis. Hæc omnia qua ſolet obſcuritate tradit Guillelmus, alio tamen ordine.

3. Magiſter ſentent. in 1. diſtinct. 48. quæ eſt vltima cap. 2. ait: *Voluit tota Trinitas, vt Christus pateretur; neque tamen voluit, vt Iudæi occiderent: quia voluit pœnam Christi, ſed non voluit culpam Iudæorum.* & cap. 3. *Non volebat Deus, vt Iudæi occiderent eum, non enim volebat actionem Iudæorum, quæ mala erat, ſed volebat paſſionem bonam: & hæc voluntas per malas Iudæorum voluntates impleta eſt.* Occiſio igitur, qua ratione actio eſt, non eſt à Deo volita, ſed præciſè in quantum paſſio.

4. Albertus 1. part. quæſt. 26. art. vltimo ad 2. argumentum ait: *Quando prima cauſa influit cauſalitatem, quoad aliquid ſcilicet, quoad eſſe, & quoad potentiam operandi, & ſecunda cauſa verſibilitate propria auertitur ab influentia primæ cauſæ, quæ eſt bonitas, quam influit cauſa prima. Tunc incidit corruptio boni, quæ eſt malum; & tunc illud malũ eſt à cauſa ſecũda, non à prima. Et eſt ſimile quod ars architectonica manus ſecantis influit ſecare ad lineã rectam: ſi autem manus tremat, vel contracta ſit, vel lignum nodoſum, ſecatio non fiet ad lineam rectam.* Ergo voluntas verſibilitate propria, vertens ſe ab influentia primæ cauſæ, determinat ad actionem obliquam; cum tamen influentia, quantum ex ſe eſt, moueret ad actionem rectam.

5. Alexander 2. part. quæſt. 100. memb. 3. artic. 6. §. 1. ad 2. de duobus hominibus æqualiter diſpoſitis: *Non eſt*, inquit, *dicere rationem mali in voluntate, niſi ipſam voluntatem, quæ ſe ipſa verſibilis eſt, & quod ſe ipſa vertitur in iſto, & non in alio, non eſt aſſignare aliquam cauſam à ſe ipſo. Quia quod iſto vertitur ad malum, non eſt, niſi quia placet, placiti autem nulla eſt alia ratio quærenda. Sicut in bonis, cum peruentum eſt ad voluntatem Dei, nulla eſt alia ratio: ita in malis cum peruentum eſt ad voluntatem vertibilem ſibi relictam.* Quibus conſequentia docet in §. 2. fine.

Sic habet.

6. Conſonat quod in præcedenti articul. 5. fine dixerat cum Auguſtino, motum, quo voluntas auertitur à Deo, non aliunde exiſtere, quàm à voluntate. Et in prædicto articul. 6. §. 2. ait, *Deum eſſe ſolem ſpiritualem, qui de ſe numquam abſit, ſed vbique ſe diffundat; ſed alia deſunt ab ipſo, quando recedunt per peccatum. Ideo non eſt dicere, quod ſua abſentia ſit cauſa tenebrarum, ſiue mali; imo liberum arbitrium deficiens, eſt cauſa quare ei abeſt ſpiritualis ſol.*

7. S. Bonauentur. in 2. diſtinct. 34. articul. 1. quæſtione 2. in fine corporis ſic loquitur. *Si autem quæras, quid faciat, ipſam voluntatem exire in peccatum, & quæ ſit diſpoſitio immediata ipſius reſpectu culpæ, dicendum, quod nulla ſuper adducitur diſpoſitio: ſed ipſa voluntas, quæ eſt domina ſui actus & libera, poteſt ſe ipſam conuertere ad illud, ad quod vult, & ſicut vult. Et ſi indebitè ſe conuertat, tunc peccat, nulla ſuperinducta noua diſpoſitione a parte voluntatis, quæ ſit præambula ad ipſam culpam.*

8. *Tria in verbis S. Bonauenturæ notanda.*

Nota primò, S. Bonauenturam agere non ſolùm de formali ratione culpæ, ſed etiam de materiali conuerſione, qua voluntas ſe conuertit ad bonum, quod vult, & ſicut vult. Secundò apud Bonauenturam nulla præcedit præambula diſpoſitio, quæ faciat voluntatem exire in prædictam conuerſionem. Sed phyſica prædeterminatio eſt præambula diſpoſitio, quæ facit voluntatem exire in prædictam conuerſionem: ergo non præcedit phyſica prædeterminatio. Tertiò ipſa voluntas, quæ eſt domina ſui actus, & libera, poteſt ſe ipſam conuertere ad illud, quod vult, & ſicut vult. Ergo ipſa ſe ipſam mouet, & determinat abſque vlla phyſica neceſſitate, ſibi ſuperimpoſita ab alio mouente, & prædeterminante. Quæ omnia confirmat S. Bonauentura ſequentibus verbis: *Sicut ille, qui ſtat rectus, poſſet ſtatim, ſi vellet, ſine noua diſpoſitione adueniente dimittere ſe cadere: ſic voluntas recta conſiſtens, & in ordine ad vltimam finem, poteſt illum ordinem exire.*

9. Idem Bonauentur. in 2. diſtinct. 37. artic. 1. quæſt. 1. ad vltim. notat, Deum non excitare, neque præmouere arbitrium ad faciendam operationem, quæ mala eſt, ſed tantùm cooperari. Verba retulimus diſput. 36. ſect. 5. Rurſus in 1. diſtinct. 47. artic. 1. quæſt. 2. proponit argumentum ad probandum, hominem poſſe facere contra permiſſionem Dei; quia poteſt non peccare, etiamſi Deus eum peccare permittat. Cui argumento reſpondet ad penultim. dicens: *Deus non dicitur permittere peccare, niſi eum, qui actualiter peccat, dum peccat, & tunc impoſſibile eſt, eum non peccare.* Quibus verbis refutat apertè quamlibet permiſſionem aliam, quæ non ſupponat, actum peccati actualiter fieri; ſed potius illum prædeterminet, ita vt ex ſuppoſitione illius prædeterminationis impoſſibile ſit non peccare.

Deus nullum niſi actualiter peccantem peccare permittit.

10. Scotus in 2. diſtinct. 37. quæſt. vnica, §. *Ad ſolutionem iſtorum obiectorum*, expreſsè docet, Deum non prius cauſare materialem actionem peccati, ſed potius voluntatem poſſe, ſi velit cauſare actum bonum: & alioqui voluntatem eſſe, quæ ſe ipſam determinat ad volitionem liberam, docet Scotus 2. diſtinct. 25. quæſt. vnica, & in 1. diſtinct. 1. quæſt. 4. vt fuſiùs oſtendimus præcedenti tomo de Scientia diſput. 49. ſect. 7. Vide etiam verba, quæ ex eodem Scoto deſumpſit Nicolaüs de Orbellis, citandus ſection. ſequenti prope finem & quæ deſumpſit Conradus ſupra diſp. 28. ſect. 3. num. 21. & alij in ſequentibus ſectionibus citandi. Ex quibus ſatis conſtat, contra ſuam mentem Scotum citari pro phyſica prædeterminatione materialis peccati, ſiue in 1. diſt. 39. ſiue diſt. 41.

Contra ſuam mentem citatur Scotus pro prædeterminatione.

11. In Durando 2. diſtinct. 37. quæſt. 1. ſolus eſt laudandus affectus euitandi prædeterminationem materialis actionis peccati, prouenientem ex diuino concurſu vniuerſali, aut ex diuina voluntate; quoniam inde ſequeretur, Deum eſſe authorem peccati: quo in articulo ſequitur omnium fere Theologorum ſententiam, quos ſuprà & infrà referimus. Cæterum meritò tanquam erronea reſpuitur communiter à Doctoribus alia ſententia vniuerſalior, quam ibidem adiungit, & fuſiùs ex aliis principiis probat in 2. diſt. 1. quæſt. 1. videlicet, Deum immediatè non concurrere cum cauſis ſecundis ad earum effectus proprios: de quo nihil opus eſt in præſenti diſputare. Inde collige, quo fundamento tribuatur Durando prædeterminatio ad materialem actionem peccati in 1. diſtinct. 46. quæſt. 1. ad 2. Quin potius illius quæſtionis totus articulus 2. excludit antecedentem neceſſitatem. Clarius tamen ſequenti

Deum non concurrere immediatè cum cauſis ſecundis erroneum eſt.

Durandus prædeterminationem ad materialem actionẽ peccati reiecit.

ſequentis diſt.47. quæſt.1.& 2.diſt.24. quæſt.2. quæ teſtimonia retulimus præcedenti tomo diſput. 49. ſect. 5. Inſuper libertatis iodifferentiam docuit intelligendam eſſe ſublatis omnibus impedimentis,ac ſubiode poſitis omnibus requiſitis ad operandum: vt conſtat ex dicta diſt.47. quæſt. 1.prope finem.

12. Argentina in 2.diſtinct.25. quæſtione vnica artic.1. poſt concluſionem ſecundam:& artic.2. poſt med.in 2. impugnatione opinionis Gotfredi,docet, voluntatem eſſe, quæ ſe ipſam determinat ad conſenſum in fornicationem, etiam quando hinc & inde propoſitæ rationet æqualiter voluntatem impellunt ad partes contrarias. Vnde in diſtinct. 34. artic.2. verſus finem ad 2. argument. ait, propterea imputari peccatum *ad culpam, quia homo non reſiſtit peccato, quantum potoſt reſiſtero.*

13. Vdalricus in ſumma lib.2. (apud Carthuſian. 2.diſtinct.40.quæſt.3.poſt med.) *In obduratione,* inqnit, *ſunt duo. Aliud eſt actus voluntatis pertinaciter inhærentis malitiæ. Et huius Deus non eſt cauſa per ſe, neque per accidens, neque occaſio, ſed voluntas deficiens. Aliud eſt ſubtractio gratiæ, quæ ſubtractio poteſt conſiderari, vt pœna peccati, & ita Deus eſt cauſa eius per ſe: poteſt etiam conſiderari, vt cauſa, ſiue occaſio culpæ ſequentis, & ita non eſt à Deo, ſed à voluntate peruerſa.* Itaque à diuina cauſalitate excludit tam actum peccati, quam inclinationem ad illum, qui ſequitur ex ſubtractione gratiæ, quoniam ad hanc prius determinauit liberè peruerſa voluntas, præbens iuſtam rationem ſubtrahendi gratiam.

In obduratione duo.

14. Ricardus in 2. diſtinct. 34. artic. 2. quæſt.4. corpore: *Ideo,* inquit, *actus defectuoſus, à voluntate procedens, habet rationem culpæ, quia voluntas per libertatem poteſt ſe tenere, ne per ſuam defectibilitatem exeat in actum defectuoſum.* Et poſt pauca rationem, propter quam iſte defectus non reducitur in Deum, explicat hoc exemplo: *Si enim aliquis faber fabricat cultellum, & alteri concedat ad debitum vſum; & ille poſtea ex peruerſitate voluntatis abutens cultello, faciat aliquod opus illicitum; iſte abuſus non reducitur ad fabrum, ſicut in cauſam.* Atqui prædeterminatio ad materialem actionem odij Dei, non poteſt dari ad debitum vſum; quia vſus illius eſt ſolum odiſſe Deum. Item non eſt in voluntate poteſtas, vt ſuppoſita prædetermioatione ſe teneat, ne per ſuam defectibilitatem exeat in illum actum. Ergo, &c. Idem variis in locis docet, voluntatem eſſe, quæ ſe ipſam determinat, & non determioari à Deo ad actionem liberam: vt retulimus præced. tomo dicta diſp.49.ſect.5.

Prædeterminatio ad materiale peccati ad debitum vſum dari non poteſt.

15. Carthuſianns in 1.diſtinct.40.quæſt.3.prope init. ſequitur S.Thomam ita loquentem: *Obduratio interdum dicitur actus voluntatis obſtinatæ in vitio, cui pertinaciter inhæret. Sicque Deus non eſt cauſa obdurationis, ſicut neque actus peccati, quantum ad eius deformitatem, ſed homo.* Quod autem his verbis negetur prædeterminatio materialis actionis, oſtendimus diſput.27. ſect.3. num.11. & 12. Rurſus idem Carthuſianus in 2. diſtinct. 34. quæſt. vnica, poſt med. ſequitur eandem doctrinam, qnam ſectione 2.initio retulimus ex S.Thoma in eadem diſtinct. quæſt. 1. artic.3. ad finem, quibus conſonant multa qnæ refert & approbat diſt.37.quæſt.1.

S.Thomas.

16. Waldenſis lib. 1.doctrinal. fidei cap.21.fine, & cap. 22. initio, & cap.23. & 24. ex profeſſo probat, Deum non determinare voluntates noſtras ad actiones peccatorum, etiam pro materiali, nullámque voluntatibus noſtris imponere neceſſitatem ita operandi. Præſertim in cap. 23. inter med.& finem ait: *Chriſtus percuſſus non neceſſitauit percuſſorem ad faciendum ictum alapæ.* Et cap.24. initio: *Tradit certè antiquitas Eccleſiæ Ieſu Chriſti, originem actus humani mali & deformis eſſe voluntatem humanam, in ſua radice liberrimam, & ſine freno alicuius neceſſitatis diſtinctam.* Deinde prope finem eiuſdem cap.24. *Ne dicat quiſquam inſipiens: Domine, tu magis eras cauſa peccati mei, quam ego, qui peccaui; tu enim arctaſti voluntatem meam, tu prouidiſti media delinquendi, vnde abſolutè neceſſarium fuit peccare, & velle peccare.*

Neceſſitatem verò, quam negat Waldenſis, eſſe illam præcipnè, quam Deus inducat ſuo concurſu effectiuo, aut volnntate, aut æterna præſcientia, conſtat apertè ex decem continentibus capitibus, videlicet, à cap. 21. citato, vſque ad cap. 30. Rem autem optimo exemplo explicat in cap.26.poſt med. dicens: *Deus præſcientia ſua videt, ex qua parte pondus in libra deſcendet: neque tamen vt neceſſitatem inducat, alterutri lancis brachio manum premit: imò ſic pondus in libra ſine omni aſpiciente deſcenderet. Ita per impoſſibile, ſi Deus non præſciret, ſic tamen ſicut iam futura eſt, futura foret.* Ac denique cap.28.in medio: *Voluntas,* inqnit, *diuina conſenſum actus mali, vel humani delicti non præuenit.* Et hoc dicit, eſſe *fidem claram & latam*, ſicut eſt clara fides, Deum præuenire bonas voluntates. 17.

SECTIO V.

Qui Nominalium appellatione cenſentur.

Ciſterciensis Dionyſius in 1. diſtinct. 46. quæſt. vnica, artic. 1. in prima parte articuli, propoſit. 4. ait: *Quandoque Deus permittit creaturam ſic operari, & voluntate ſimplicis complacentiæ non complacet in illo ſic velle operari; nihilominus eſt cauſa partialis rei ſic effectæ, exemplum eſt voluntatem odire proximum.* Non dicit, Deum eſſe cauſam particularem, ſed Deum eſſe cauſam rei particularis, vt infrà explicat. Et in propoſitione 5. *Deus nullum facit facere contra præceptum: non facit aliquem peccare, non facit ſortem odire,* &c. Et in 2. part. eiuſdem articul. 1. propoſit. 3. *Reſpectu nullius volitionis culpabiliter malæ diuinum velle eſt coefficientia ſpecialis, ſed ſolùm generalis.* & poſt pauca: *Ad malum culpæ mortalis Deo non iuuante ſufficit ſola volnntas creata, ſtante concurſu generali.* Inde conſtat, eum loqui de materiali actione peccati, quoniam ad formalem rationem peccati, neque ſpeciali, neque generali concurſu poteſt Deus concurrere. Eandem ſententiam aliis verbis confirmat propoſitione 4. ſequenti. 1.

Etiã Nominales prædeterminationẽ reſcīunt.

Rurſns in artic.3.prope finem: *Nullus,* inquit, *peccat, volendo, vel faciendo illud, quod Deus efficaciter, vel exequutiuè vult, eum velle, vel facere. Patet, quia tale velle neceſſitat rem volitam eſſe.* Idem in 2. diſtinct.24.quæſt.1. art.1. propoſit.3. *Odire,* inquit, *Deum, & reliquas deformes actiones Deus ſolùm coefficit, & creaturam agere ſinit, neque eam ad taliter agere actuat, neque ſic malè agere facit.* Et in 2.diſtinct.25.quæſt.2.artic.1.conc.5. *Arbitrium iniuſtum ad malè volendum non eget præmotione diuina.* Et ſequenti art.2.conc.1. *Deus non neceſſitat* 2.

voluntatem

voluntatem creatam ad actum primum, quo ſe auerteſit à vita, & à Deo, neque ad actum fruendi creaturis, & vtendi Deo. Similia docet in concluſione 4.& in 2.diſt.37. quæſt. vnica, quæ eſt tertia de peccato actuali, paulò ante concluſionem 3.ait: *Impium eſt dicere, quod Deus eſt ſic præmouens, & actuans ad agere contra legem diuinam.* Quod fuſiùs explicat & probat toto contextu ſequenti.

3. Ioannes Bacho in 1.ſent. diſt.40.artic.2.inter med.& fin.refert, & ſequitur opinionem cuiuſdam Giltonis in hæc verba: *Deus aliqua futura non vult velle efficaci, ſed ſolum permiſſiuè. Et reſpectu ſic productorum voluntas diuina eſt cauſa per generalem* (ſubaudit ſine dubio concurſum) *tribuens agenti particulari facultatem agendi ſic, vel ſic; non tamen determinat agens ad aliquam; neque efficienter vult hanc vel illam: & iſto modo voluntas diuina eſt cauſa actuum noſtrorum, quantumcumque deformium.* & poſt pauca: *Talium actuum*, inquit, *eſt cauſa determinans voluntas humana, præſuppoſita influentia generali Dei. Vnde ideo pecco, quia volo peccare; ita quod actus voluntatis meæ eſt iam determinans me ad peccandum.* Et in art.4.circa med. non alterius Doctoris verbis, ſed ſuis Bacho docet eandem ſententiam, Vnde & diſt.41.prope finem de actibus demeritoriis ſic loquitur: *Deus non eſt cauſa illorum actuum determinans: ſed ſolùm per generalem influentiam permiſſiuè.*

4. Ocham in 1. diſt. 46. quæſt. vnica poſt med. docet, Deum eſſe paratum vt cooperetur ad bonum: nihilominus hominem nolle operari bonum, ſed malum. Et in diſt. 38. quæſt. vnica poſt med. docuerat, ſuppoſita præparatione diuinæ voluntatis ad coagendum, adhuc voluntatē creatam poſſe non agere. Et in 2.q.19. ante med. docet; non eſſe liberos eos actus, qui neceſſariò ſequuntur ex primis, quos Deus imprimit dæmonibus: ſed tantùm eſſe liberos alios actus, qui non neceſſariò ſequuntur, neque repugnant eis; ſed ſunt indifferentes inter neceſſitatem & repugnantiam; veluti tentare, vel non tentare.

5. Gabriel in 2.diſt.7.quæſt.vnica art.2.conc.4. de Angelis obſtinatis idem docet, quod nuper Ocham. Rurſus Gabriel in 2. diſt. 37. q. vnica, art.3. dub.1. Scoti ſolutionem ſequitur his verbis: *Ita eſt Deus cauſa effectiua rectitudinis, quod, quantum eſt de ſe, daret illam actui, ſi voluntas cooperaretur. Vniuerſaliter enim quidquid Deus dedit antecedenter, daret etiam conſequenter, quantum eſt ex ſe, ſi non eſſet impedimentum, vt dictum eſt: voluntas autem, quantum eſt ex ſe non dat rectitudinem actui.* Locus autem in quo fuerat dictum eſt eiuſdem quæſtionis artic. 1. dum reſpondet ad argumenta primæ viæ. Vbi generaliter docuerat diuinam voluntatem eſſe paratam præbere ſuum concurſum, non determinando voluntatem noſtram, ſed relinquendo illi facultatem, vt ſe determinet.

6. Paulò inferiùs poſt verba recitata ex artic. 3. addit ſequentes propoſitiones, quarum fideliter retenta ſententia, mutatus eſt ordo cauſa claritatis. *Defectus rectitudinis non induceret peccatum reſpectu voluntatis diuinæ, neque reſpectu voluntatis creatæ: ſi voluntas diuina primò & ſimpliciter nollet dare rectitudinem: quia tunc voluntas creata non poſſet dare rectitudinem.* Et in dub. 2. eiuſdem art. ea ratione defendit, Deum non eſſe authorem, vt homo ſit deterior, *Quia conſilio, præcepto, &c. Deus non mouet voluntatem hominis ad faciendum malum, licet ſecum, tanquam cauſa partialis producat actum malum, neque quantum eſt ex ſe concurrit Deus, vt dictum eſt: ſed quia voluntas liberè hunc producit, Deus comproducit.*

Gregorius Ariminenſis in 2. diſt. 28. quæſt. vnica art.3.poſt med.ad 12.argum.ait: *Non ſolùm iuuat Deus ad bonum velle partialiter coefficiendo, qui eſt modus communis, quo concurrit ad cuiuſlibet creati agentis quemlibet effectum; ſed etiam quodam alio ſpeciali modo, videlicet, faciendo, ipſam voluntatem partialiter concauſare, ita quod ipſa voluntas partialiter concauſat, applicata, & quaſi mota à Deo ad ſic partialiter cauſandum, in qua tamen motione ipſa non neceſſitatur: ſed inſtrumentum liberum exiſtens in cuius poteſtate eſt ſequi motionem primi agentis; iuuatur ita, vt agat, quæ non ſic adiuta, nequaquam agere potuiſſet. Ad productionem verò actus mali ſolum primo modo Deus concurrit, quia non facit voluntatem agere actum malum, ſicut facit eam agere actum bonum.* Conſidera poſtremam propoſitionem, & compara cum præcedenti, atque inde collige, materialem actionem peccati nō ſolùm non prædeterminari motione, ita neceſſitante, vt impoſſibile ſit, non ſequi motionem; ſed neque præmoueri motione ita temperata, vt in poteſtate voluntatis ſit ſequi, vel non ſequi motionem: ſicut præmouetur voluntas ad actum bonum. 7.

Sic etiam in 2.diſtinct.37.quæſt. vnica art.3. 8.
poſt med. in fine ſolutionis ad 1.argument. *Sicut Deus*, inquit, *non agit contra rectam rationem, faciendo hominem, qui poſſit malum actum facere, cum ad eum faciendum non cogat vel inducat, ſic non agit contra rectam rationem, et non ſubtrahendo id, ſine quo non poteſt facere malum actum: neque tamen excitando, vel faciendo, vt homo faciat talem actum.* Et ad 3. argumentum. *Deus cuilibet benefacienti eſt cauſa, vt faciat illud, quod bene facit: nam non ſolùm concauſat actum hominis; ſed etiam mouet voluntatem eius & facit eam facere eundem actum. Nulli autem male facienti eſt cauſa, vt malè faciat, licet actum illum etiam concauſet.* Poſtremo ad 6. *Nego*, inquit, *quod Deus voluit, iſtum hominem facere iſtum actum. Sicut ſecundum Magiſt. diſt. vltima primi libri, tota Trinitas voluit paſſionem Chriſti eſſe, & occiſionem; neque tamen voluit quod Iudæi occiderent Chriſtum.* Ita Magiſt. cap.2.& 3.

Idem Gregor. in eadem diſtinct. 37. quæſt. 9.
vnica, eodem articul. 3. colum. penultim. ad 8. argument. ita ſuperiora verba exponit: *Ad hunc ſenſum dico, Deum ſequi determinationem voluntatis; quoniam ideo Deus agit illum actum, quia eum voluntas agit: & non ideo, quia Deus agit, ideo voluntas agit. Et ideo magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in talem actum cauſandum, quam voluntas dicatur coagere Deo.* Quod magis explicans colum. vltima §. *ad propoſitum*, ait: *Deus in ſic agendo non eſt principalis cauſa, ita vt moueat voluntatem noſtram ad agendum, & faciat eam facere talem volitionem, aut modo aliquo ſuadeat, vel excitet. Hoc enim operari deteſtanda, & abominanda opinio eſt.*

Adam de actione peccati nihil in particulari: 10.
attamen in generali ad actiones liberas voluntatem non prædeterminari à Deo, ſed ipſam ſe determinare, docuit in 1. diſtinct. 1. quæſt. 6. artic. 2. dub. 17. & in 3. ſent. diſtinct. 14. quæſt. 3. dub. 3. ante med. cuius verba retulimus tomo præced. diſp. 49. ſect. 8.

Ioannes Maior in 1. diſtinct. 48. quæſt. 1. 11.
dum explicat concluſionem 4. ita ſcribit: *Deus*

non

non vult culpas eſſe, quantum eſt ex parte eius; nihilominus dedit nobis liberum arbitrium, relinquens nos in manu conſily noſtri. Sine eius ope nullum actum elicere valemus. Indecens eſt illi nos neceſſitare ad bonum. Hæc eſt diſconueniens conditio, quam nobis indidit, ſi volumus. Igitur nobis quaſi inuitus cooperatur: quare dixerim quaſi inuitus pondera. Itaque idem author lectorem monet, vt ponderet vim & rationem illius propoſitionis: *Quaſi inuitus cooperatur.*

12\. Nec obſtat, quod in lib. 2. ſentent. diſtinct. 37. quæſtione 1. in 6. probatione conclu. 2. *Voluntas*, inquit, *creata eſt libera ad hunc actum malum producendum, & ad illum. Neque eſt maior ratio, quare vnum producat, quam alium, niſi quia determinatur à Deo. Ergo ad hunc actum, qui eſt malus, determinatur à Deo.* Vnde inferre quis poſſet Maiorem eſſe in ea ſententia, vt Deus determinet voluntatem ad materialem actionem peccati. Cæterum his verbis Maior affirmat ſolam determinationem ad tale indiuiduum actus ex ſuppoſitione, quod voluntas ſe determinauerit generaliter ad actum malum. Hac enim ratione multi Doctores probant, neceſſarium eſſe Dei concurſum ad quamlibet actionem; de quo nihil attinet in præſenti dicere. Dicemus aliquid infra diſp. 49. ſect. 4.

Maioris ſenſus declaratur quando prædeterminationem aſſerere videtur.

Eodem modo intelligit, quod ait in eadem diſt. 37. quæſt. 3. conc. 1. *Deus determinat aliam cauſam ad hunc effectum, & non ad ſimilem, quem æqualiter habet in ſua poteſtate.*

13\. Quod autem ad materialem actionem peccati in genere ſiue in ſpecie Deus non determinet, ſed libertas creata, docet idem Ioannes Maior in eadem diſt. 37. quæſt. 1. col. 5. ad 4. dicens: *Sicut homo ſapiens non inſtingat, & allicit alium male agere, ita neque Deus.* Et poſt pauca: *Quia ſine Deo nihil agere poſſumus, paratus eſt nobis cooperari ad ſubſtantiam mali actus, quem ſcimus per Dei prohibitionem eſſe malum: & illud vult voluntate beneplaciti generalis influentia ex ſuppoſitione, ſeu voluntate non ſubtractionis cauſa influentiæ, neceſſaria ad productionem actus. Dicitur ex ſuppoſitione, hoc eſt ſuppoſito, quod nolumus ſeruare ſua præcepta, mauult influentiam generalem non ſubtrahere, quam eam impedire, vel nos ad bonum neceſſitare.*

Deus negatiuè determinat ad indiuiduum opinio Ioannis Maioris.

14\. Idem Ioannes Maior in eadem diſt. 37. q. 1. inter med. & finem §. *Hac ſpeculatione: Hunc actum*, inquit, *demonſtrando ſubſtantiam peccati Deus vult ex ſuppoſitione, ſuppoſito, quod homo velit hunc actum, Deus non ſubtrahit ſuam influentiam generalem, qua ad huiuſmodi actum concurrit.*

15\. Quam eandem ſententiam repetit in fine eiuſdem quæſt. 1. & illuſtrat exemplo mercatoris, qui *eiiciens merces in mare gratia exonerandæ nauis, magis habet de velle, quam de nolle*, ſecundùm Ariſt. 3. Ethicor. cap. 1. vt ſignificet eadem ratione quaſi coactum Deum concurrere ad materialem actionem peccati, vt euitet grauius inconueniens, quod ſequitur negando generalem influentiam, nimirum impediri eam laudem iuſti, *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit.*

15\. Deinde in eadem diſt. 37. q. 2. ad 4. ait: *Deus non habet velle purè ſpontaneum, & ſimpliciter reſpectu ſubſtantiæ illius actus, ſed ſolum velle generalis influentiæ; & habet nolle prohibitiuum reſpectu illius ſubſtantiæ actus.* Nota poſtrema verba. Itaque etiam ſubſtantia actus prohibetur à Deo; ideóque non poteſt illam velle purè ſpontaneè.

Vnde in eiuſdem diſt. 37. quæſt. 3. conc. 4. ait: *Poteſt dici ad aliquem bonum ſenſum, quod voluntas prius agit ad actum malum, quam Deus.* Hoc probat, quia ſecundum ſanctos Patres, Deus præuenit nos ad actus bonos; & non dicunt, præuenire ad actus malos. Ergo in aliquo ſenſu voluntas noſtra præuenit Deum ad actum malum: cuius maiorem explicationem ſubdit his verbis: *Prius Deus eſt paratus coagere voluntati ad ſubſtantiam actus mali, quam voluntas non poteſt elicere Deo non concurrente. Intellectus diuinus intelligit voluntatem creatam velle A. actum malum producere, ſi concurſum. Primæ cauſæ neceſſarium ad productionem illius actus haberet; & quod non illud velle poſſit habere ſine concurſu Dei, Deus illi coagit ad hoc: & illud prohibetur: & quodam modo inuitus hoc Deus facit, hoc eſt, non purè ſpontaneè ad ſenſum ſuperius crebro declaratum.* Inferiúſque concedit hanc cauſalem propoſitionem: *Deus facit ſubſtantiam actus mali, quia creatura facit malum.* Quam explicat repetendo ſuperiorem doctrinam. Atque ad 3. argumentum docet, eſſe in poteſtate Socratis, quod Deus concurrat, vel non concurrat ad eius actum malum.

Marſilius in 2. quæſt. 40. artic. 2. poſt conc. 3. prope init. & poſtea in concluſione reſpõſali docet, futurorum contingentiam ad vtrumlibet, ita vt poſſint non eſſe, permanere cum diuina præſcientia. Idque præter alias rationes probat hac: quoniam ex oppoſito ſequeretur, Deum eſſe authorem peccati. Peculiariter notanda ſunt illa verba: *Ille eſt principalis author peccati, qui produxit ſcienter & liberè peccantem ſic, quod non poteſt non peccare:* & poſt pauca: *Iſte, qui ſic produxit creaturam, & nouit, eam peccaturã neceſſariò, & tamẽ liberè facit eã, eſt principalis cauſa antecedentis, ſcilicet, exiſtentiæ huius creaturæ. Ergo eſt principalis cauſa conſequentis, quòd neceſſariò ſequitur, ſcilicet peccati.* 16.

Loquitur autem Marſilius non contra neceſſitatem peccandi inſitam voluntati à natura malã, quam ponebant Manichæi; ſed contra neceſſitatem peccandi, quam diuina ſcientia videbatur futuris imponere. Vnde prope finem totius quæſt. 40. *Deus*, inquit, *præſciens A. futurum, non neceſſitat voluntatem ad A. quia tunc A. non eſſet peccatum: cum nullus peccet in eo, quod vitare non poteſt.* & poſt pauca: *Cauſæ, quæ producent A. vt voluntas non ſunt determinatæ ad A. ſic, quod non poſſunt ipſum non producere.*

Idem Marſilius 1. quæſt. 45. art. 2. poſt conc. 2. proponit dubium, an Deus voluerit electionem, qua Eua elegit comedere de ligno vetito: & inter alia reſpondet: *Actum voluit Deus quoad ſubſtantiam voluntate beneplaciti, dum tamen mulier eum vellet. Vnde in potentiis liberis imaginãdum eſt, quod quemcumque actum elegerint, Deus vt cauſa vniuerſalis agit cum eis, liberè tamen: dedit enim ad hoc libertatẽ arbitrij, vt poſſit in actus bonos, & malos, ſaltem in natura integra, & quoſcumque duxerit eligendos Dominus coageret tanquam cauſa vniuerſalis.* & ſubdit: *In his actibus, qui diſconueniunt voluntati, quaſi voluntas præuenit eum; quia ex quo Deus præcepit contrarios, & bonos voluntati, malos voluntate non produceret; niſi præuenta aliquo modo per voluntatem, liberè ſe determinantem ad partẽ ſibi nociuam.* 17.

Et in eadem quæſt. 45. verſus finem, dum reſpondet ad rationem principalem, ait: *Deus concurrit ad actus mali ſubſtantiam, vt eius bonitatis principalis author: quem tamen producit, quaſi præuentus libertate voluntatis, eum producentis, cum* 18.

qua

qua ſtatuit concurrere in his, quæ voluerit liberè elicere in ſe. Quod idem repetit paulò inferius circa ſubſtantiam actionis, qua Iudæi voluerunt Chriſti mortem.

19. Martinus Magiſtri in tractatu de fortitudine, quando tractat de perſeuerantia quæſt. 3. in obiectionibus & earum ſolutionibus docet, *Adamo Deum dediſſe principia, quæ cum libero arbitrio poterant eſſe cauſa perſeuerandi*, & ſubdit, illa fuiſſe ſufficientia principia; ideóque facilè potuiſſe perſeuerare; ſed pro ſua libertate peccaſſe.

20. Almainus 1. Moral. cap. 1. poſt. med. *Aliqui dicunt*, inquit, *quod qui agit actum malum Deum, non vult illum agere etiam quantum ad ſubſtantiam actus, quamuis agat.* Hanc doctrinam neque approbat Almainus: habet tamen ſenſum verum, quem ſupra frequenter ex variis authoribus retulimus, videlicet, Deum, quantum ex ſe eſt, velle non concurrere ad ſubſtantiam actus mali: cæterum quaſi coactum ex munere vniuerſalis cauſæ velle concurrere. Idcirco ferè in idem redit alia ſolutio, quam ſubiicit ibidem, dicens: *Deum velle non eſt præuium, ſed concomitans, & ſimul ſe habens.* Et paulò ſuperius cum Dionyſio Ciſterſienſi dixerat, Dei concurſum, & voluntatem non eſſe priorem tempore, aut natura.

21. Idem Almainus in tract. 1. Moral. cap. 16. inter fundamenta Gregorij Ariminenſis, quæ tacitè probare videtur, refert diſcrimen boni actus à malo. Nam ad eliciendum actum malum ſufficit Dei concurſus generalis; ſed ad bonum actum requiritur concurſus ſpecialis; quo Deus faciat, vt voluntas velit & cauſet. Vnde colligo, ad actum materialem peccati neceſſariam non eſſe prædeterminationem. Hæc enim facit, vt voluntas velit, & cauſet actum prædeterminatum.

22. Maironis in 2. diſtinct. 43. quæſt. 4. concedit, quod Deus cauſat non ſolùm materialem actionem peccati; ſed etiam priuationem & reſpectum ad vltimum finem: nihilominus Deum excuſat à culpa, quia non eſt cauſa totalis, *quoniam vult pactum tenere, ſcilicet, quod omni creaturæ aſſiſtit in cauſando, & ad bonum, & ad malum.* Quapropter, licet obſcura, & concisa oratione; indifferentiam tamen affirmat, qua diuinus concurſus paratus eſt cooperari, non prædeterminando ad alteram partem.

23. *Nominaliũ malus loquendi modus.* Rupertus Holchot. in 2. ſent. q. 1. art. 4. quamuis malè concedat illum modum loquendi Nominalium: *Deus vult Sortem peccare*, & ſimiles: nihilominus vt Deum excuſet à culpa, recurrit ad indifferentiam diuinæ voluntatis, atque concurſus generalis, qui determinatur à voluntate creata, peculiariter notanda ſunt illa verba: *Secundò modo concurrit Deus voluntariè ad coagendum cum natura rationali libera, cui tales leges ſtatuit, quod quidquid ipſa velit, placet ſibi coagere ad illam volitionem: licet non ſimpliciter placeret ſibi agere, ſicut per illam volitionem denotatur. Itaque ſi Sortes vult peccare, placet Deo coagere ſecum in hac volitione, & non impedire eum; vel ſi impediret eum, hoc facit per legem communem.*

24. Et paulò inferiùs: *Poteſt dici quod Deus non eſt cauſa peccati, quia iſta cauſalis eſt vera: Deus vult Sortem peccare, quia Sortes vult peccare, & non è contra: ideo Sortes eſt magis cauſa peccati, quàm Deus: non tamen eſt maior cauſa, vel melior ſeu principalior. Vel poteſt concedi, quod Deus eſt ſumma cauſa peccati, & ſummè cauſat. Tamen hoc non obſtante, imputatur creaturæ, quod in poteſtate ipſius fuit, Deum eſſe cauſam iſtius peccati. Vnde eo ipſo, quod homo eſt liber, quia Deus ſtatuit coagendo vnicuique creaturæ ſecundum modum naturæ ſuæ, ſequitur quod homo habet in ſua poteſtate facere, Deum coagere, & non coagere, ſicut ſibi placet, quia Deus ſeruaret hominis voluntati.* Eandem doctrinam repetit in determinationibus q. 1. art. 4. ad 1. & 2. Perpende. Licet Holchot abſurdè conceſſerit illas propoſitiones: *Deus vult Sortem peccare. Deus eſt cauſa peccati:* adhuc ne Deo imputaretur ad culpam, neceſſariam duxit hominis poteſtatem, vt faciat Deum coagere, aut non coagere.

Nicolaus de Orbellis in 1. ſent. diſt. 37. prope med. cum Scoto inter voluntatem creatam atque diuinam, ita conſtituit diſcrimen: quia *illa cauſa poteſt rectitudinem dare actui, & tenetur eam dare, & tamen non dat. Alia autem, licet non teneatur eam dare; tamen, quantum eſt ex ſe, daret; ſi voluntas creata cooperaretur. Vniuerſaliter enim quidquid Deus dedit antecedenter, daret niſi illud conſequenter eſſet impeditum. Dando autem voluntatem liberam, dedit antecedenter opera recta, quæ ſunt in poteſtate voluntatis. Et ideo, quantum eſt ex parte ſui, dedit rectitudinem omni actui voluntatis, & voluntati ex conſequenti daret ſi ipſa voluntas quemcumque actum elicitum rectè ageret ex parte ſui. Eſt igitur defectus in effectu duarum cauſarum, non propter defectum cauſæ ſuperioris, ſed inferioris, quæ quantum ad ſe pertinet, non cauſat.* 25. *Diſcrimen voluntatis diuinæ, & creatæ.*

Andreas de Caſtronouo in 1. diſt. 22. q. 2. ad 2. ait, *Deum velle hunc actum, non velle abſoluto, ſimpliciter, & efficaci, nec velle præordinante; ſed ſolo velle generalis influentiæ, quod eſt tantùm velle ſecundùm quid, & conditionaliter: quia quantum eſt ex ſe, potius vellet Deus, illum actum non fieri: tamen ſi voluntas creata vult illum ponere, non vult ſubtrahere influentiam ſuam.* 26.

Omnes prope Doctores, in hac ſectione citati, tantò certius illæſam retinent poteſtatem continendi ſe à materiali actione peccati, etiam in ſenſu compoſito cum primæ cauſæ concurſu, quantò præ cæteris manifeſtius tradunt celebrem regulam libertatis, *poſitis omnibus requiſitis ad operandum*, &c. Eorum teſtimonia retulimus tomo præcedenti de Scientia diſputat. 50. ſectione 4. 27.

SECTIO VI.

Recentiores Scholaſtici.

Roffenſis, ſuppoſito influxu generali Dei, poſitum eſſe in hominis poteſtate vias ſuas malas facere, vel non facere, ſed per gratiam facere bonas, docet art. 26. contra Luther §. *Edisſere*, & §. ſequenti, & §. *Neutrum*, & prope med. eiuſdem articuli. 1.

Ruardus Tapper articul. 7. contra Lutherum ab ipſo ſtatim exordio notat, voluntatem à Deo non prædeterminari ad particulares actus, ſed poſitis omnibus requiſitis ad eligendum, & agendum, poſſe non eligere & non agere, & ſe ipſam determinare, vt agat hoc vel illud. Quod etiam confirmat inter princip. & med. eiuſdem artic. 4. & 7. & 10. propoſitione. Vtriuſque authoris verba retulimus tom. præced. diſput. 49. ſect. 9. & diſp. 50. ſectione 4. 2.

Albertus

3. Albertus Pighius lib. 7.& 8.de libero arbitrio pro eadem ſententia citatur à fide dignis authoribus. Horantius locorum Catholicorum toto ferè lib. 1. præſertim à cap. 41. vſque ad 45. & 49. & duobus ſequentibus refutat quamlibet peccandi neceſſitatem, & probat libertatis indifferentiam, vt caueat à peccatis, eo quod Deus præſtò ſit concurrere, ſi velimus. Capitonus explicationem Catholicorum part. 1.explicatione 10. & 65.probat eandem indifferentiam, quæ peccare poſſit, & non peccare. & p.1. explicati. 28. & 30. docet, Deum non impellere ad peccandum, nec poſitiuè cauſare duritiem, ſed eam cauſari à libero arbitrio.

4. *Immeritò Driedo pro prædeterminatione refertur.*

Driedonem pro phyſica prædeterminatione ad materialem actionem peccati nonnulli doctores referunt in libro de captiuitate & redemptione generis humani tract. 5. cap. 4. ad 1. Cæterum totum illud caput directè pugnat cum phyſica prædeterminatione. Peculiariter notandum eſt, quod in ſolutione ad 2. argumentum ſub init. ait: *Tradere in deſideria non eſt incitare, aut immutere deſideria praua, ſed eſt permittere eos agere ſecundum ſua ipſorum deſideria; ita tamen quod deſideria illa non expleantur in opere, niſi ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ, &c.* Et poſt pauca notat, *Deum non ingerere, neque inſpirare iniquam voluntatem.* Et toto illo cap. præſertim ad 4.probat, Deum primaria & antecedenti voluntate, quantum ex ſe eſt, præoptare, vt omnes bene operentur, & viuant in æternum; homines verò, ſibi eſſe mortis authores.

5. Confirmatur, nam in eodem tract. 5.cap.3. concl. 3. & in præcedenti tract.4. cap. 2. conc. 1.2.& 3. & corol.5. & parte 5.eiuſdem cap.2. poſt med. illius partis, & tract. 6. cap. 1.p.2.in rationibus 3. & 4. generis, & lib. de concord. grat. cũ lib. arb.c. 2. p.2.& c.3. lõgè poſt princ. & lib.1. de grat.cum lib. arb.toto tract.4.& toto libro 2. præſertim tract. 1. ad finem docet, non obſtante diuina præſcientia, prædeſtinatione, reprobatione, atque operatione Dei in cordibus hominum, adhuc libero arbitrio relinqui vtriuſque partis poteſtatem indifferentem; atque in aliquibus ex locis citatis manifeſtè docet, contingere, vt poſitis omnibus circumſtãtiis æqualibus, vnus homo eligat peccare, ſed alter non itẽ.

6. Andreas Vega lib. 2. in Trident. à cap. 12. vſque ad finem libri probat libertatis indifferentiam ad vtrumlibet eſſe debere neceſſitate ſolutam. Peculiariter verò in cap. 15.poſt medium. *Quarare*, ait, *liberi ſumus, ita Deo in noſtris operibus cooperamur, vt labi & deficere pro noſtra libertate poſſimus: atque ideò omnia operum noſtrorum vitia, & omnes defectus iure nobis debent, & nullatenus Deo imputari. Nos quippe ſumus qui ad mala opera illius generali concurſu abutimur; cùm ille perinde; immò multò magis paratus ſit nobis ad bona cooperari.*

7. Et paulò inferiùs: *Ita prorſus noſtra peccata non debent imputari Deo, qui auxilio dumtaxat generali ad ea concurrit: ſed nobis, qui deflectimus, & claudicamus ab ipſius lege, atque influxum illius in malum detorquemus. Quamobrem licet nobiſcum efficiat actus, qui intrinſecam & inſeparabilem habent malitiam, nequaquam tamen, vt antiquiores Theologi probè monuerunt, cauſa peccati, aut author peccati cenſeri, aut appellari debet.* Quibus conſequentia tradit in q. 11. de iuſtific. ad 3.arg. & lib.6.in Trident. c. 7. poſt med. & cap. 8. poſt med. & propè finem, & lib. 12. in Trident.cap.21.

Hadrianus quodlib. 3.q.1.ante med. *Alio modo*, inquit, *poteſt quis credere, ſe a peccatis abſtinere non poſſe, abſolutè credendo, non poſſe ſe abſtinere à peccato, aut non poſſe, ad vitandum peccata, à Deo ſufficiens auxilium impetrare, etiam ſi fecerit, quod in ſe eſt. Et hic error eſt ſpecies infidelitatis, oppoſita, fidei, ad quam obligatur credendo, Deum iuſtè, piè & miſericorditer mundum gubernare. Illi enim manifeſtiſſimè repugnat apud vnumquemque ſana mentis, Deum homini imputare ad culpam, ad quod vitandum nec dedit, nec dare paratus eſt ſufficientem facultatem, homini ſiquam, facienti totum quod in ſe eſt. Qui error etiam apertè contrarius eſt ſacræ Scripturæ Geneſ. 4. Nonne ſi bene egeris, recipies, &c.* & 1.Corinth. 10. *Fidelis Deus, &c.* Confirmatque authoritate Hieronymi, & cuiuſdam Decretalis. 8.

Eandem doctrinam breuius repetit in quodlib.7.q.1. prope ſolutiones argumentorum. Et in 4. ſent. tract. de Sacramento pœnitentiæ in q. *An homini ſemper maneat facultas verè pœnitend.* 9.

Et quodlib.7.q. 1. prope finem, repetens illud Geneſ. 4. *Sed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*, ita ratiocinatur: *Erat tunc Cain in ſtatu damnationis, & mortalis culpæ: ergo in quocumque ſtatu fuerimus, ſiue gratiæ, ſiue damnationis, ſub nobis eſt, id eſt, ſub poteſtate noſtra & dominio noſtro appetitus peccati, & nos dominamur illius. Idem videtur manifeſtè voluiſſe Apoſtolus* 1. Cor. 12. *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.* Hæc Hadrianus. 10.

Michaël de Palacios in 2. ſent. diſt. 37. diſp. vnica in 1. ſolutione primi argumenti Deum ea ratione defendit, non eſſe authorem peccati, quamuis phyſico influxu concurrat ad materialem actionem illius: *quia Deus res, quas condidit, ſic adminiſtrat vt eas proprias functiones pro ſua ſapientia agere ſinat. Adde etiam hanc diuinam aſſiſtentiam, ſeu concurſum tametſi non habeat homo in ſua poteſtate; eſt tamen illi paratiſſimus, vt operetur, quando volet: ideo plenam habet poteſtatem liberum arbitrium.* Quibus conſonant, quæ docuerat 2.ſent.diſt. 25.diſp. 1.initio. 11.

Delphinus libro quatro de libero arbitrio, fol. ante finem 5. videlicet pag. 171.fine de humana voluntate ſic loquitur: *Iſta cauſa à priore cauſa & ſuperiore adiuta, poſſit actui ſuo rectitudinem exhibere, quam tenetur dare, ac minimè tamen prabet. Prima verò cauſa, nimirum Deus, quamuis dare actui ſuam rectitudinem minimè teneatur: daret eam tamen, quantum in ſe eſt: ſi humana voluntas Deo vocanti, & oſtium pulſanti conſentiret. Vniuerſaliter enim quidquid optimus maximus Deus alicui prabet antecedenter, hoc eſt, quantum in ſe eſt: daret etiam conſequenter, hoc eſt re vera, & efficaciter, niſi humanum liberum arbitrium diſſentiendo poneret, atque obiiceret impedimentum.* Quod pluribus explicatum ampliat, vt etiam de potentia abſoluta implicet, Deum aliter concurrere ad actum peccati. 12.

Eadem ratione, quam ab Scoto acceptam plures alii Scholaſtici vſurpant, vt vidimus ſectione præcedenti, quæſtionem ſoluit Herrera in 2.ſent. Scoti tom.2 diſp.38.q.3. notab 6.verſus finem. *Quod verò*, inquit, *Deus, etiamſi non teneatur ad apponendam rectitudinem in actibus liberis voluntatis creata, eam tamen ſemper apponeret, quantũ eſt ex ſe, niſi ex parte libera voluntatis creata inponeat impedimẽtũ; probatur, quia omnia, quæ Deus dat antecedenter* 13.

cedenter alicui, daret etiam illi conſequenter, niſi ex parte illius inueniret aliquod impedimentum; ſed Deus dando libertatem voluntati creatæ, & auxilia ſufficientia, & leges & præcepta, quibus ducta rationi poſſet ſe conformare, cauſauit antecedenter rectitudinem in omnibus actibus liberis creatæ voluntatis. Ergo quantum eſt ex ſe, cauſaret de facto rectitudinem in eiſdem; niſi in voluntate (quæ eſt propria cauſa deficiens eorum) inueniret indiſpoſitionem, & impedimentum. Quibus conſonant alia plurima, quæ tradit in eadem diſp. 38. q. 6. notab. 6. & 9. & 11. & aliis in locis, quæ retulimus alibi tractantes de libertatis indifferentia.

14. Marcos Anton. Nattæ io lib. 12. de Deo à principio fusè rationem reddit, ob quam culpa non Deo, ſed homini, tanquam authori tribuenda ſit, nimirum, quia Deus, quantum ea ſe ſuit, contulit remedia, quæ homo ſi recipere vellet, poſſet facilè vitare peccata: proindéque per hominem & non per Deum ſtat. Videndus eſt peculiariter pag. 6. & 7.

15. Bellarminus tom. 3. lib. 2. de amiſſione gratiæ & ſtatu peccati ferè à principio vſque ad finem. refutat quamlibet motioοem & impulſum Dei, quo determinetur volũtas ad materialem actionem peccati, imò etiam peccare Deum. Peculiariter notaodum eſt in cap. 4. poſt med. refutare ſolutiooem, quæ Deum excuſat propter intentionem optimi finis, & ſubinde refutat aliam ſolutionem, quæ Deum excuſat propter immunitatem ab omni lege & obligatione.

16. Deinde io cap. 5. initio ſopponit ad rationem culpæ non requiri, vt peccans eligat ipſam rationem formalem malitiæ. Poſteà verò notat, inferri, Deom eſſe authorem peccati, & peccare, ſi determinat voluntatem noſtram ad talẽ actionem in ſpecie, cui neceſſariò coniuncta eſt malitia, vel ſi impellit, vel intendit eam fieri. Præſertim ootanda ſunt illa verba io dicto cap. 5. ſub ioit. §. *Iam igitur. Cauſa peccati non erit Deus, quia concurret influxu quodam vniuerſali, & indifferenti ad hanc actionem, & ad contrariam, ac per hoc non erit talis actio in ſpecie, quia à Deo. ſed quia ab homine prodit: & tota culpa erit hominis, qui concurſu Dei abuti voluit ad iſtam actionem, cum ad aliam bene vti potuiſſet.*

17. Et §. ſeqoenti ſubiungit: *Quod ſi Deus non ſolùm vt cauſa vniuerſalis ad eas actiones, quæ malæ ſunt, concurrat. ſed etiam vt cauſa particularis eas, vt tales ſunt in ſpecie, intendat, eáſque imperet, vel ad eas hominem impellat, vel per homines, vt per inſtrumenta, actiones illas in ſpecie efficiat: nullo modo intelligi poterit, quemadmodum Deus ipſe non peccet.* Quam eandem doctrinam ſæpius repetit non ſolùm in eodem cap. 5. ſed etiam cap. 18. col. penultima & vltima.

18. Azor. tom. 1. inſt. moral. lib. 4. c. 22. q. 1. §. vlt. & c. vlt. exiſtimat, Deum oon præmouere prædeterminando ad materialem actionem peccati; ſed alia præmotione ex ſe indifferenti. Quæ authoris mens clariùs conſtat ex eodem io lib. 1. cap. 2. quæſt. 2. & quæſt. 5. & cap. 20. qoæſt. 16. & aliis locis. Henricus Henriquez tomo ſecundo, libro vltimo de fine hominis capite 5. §. 3. in textu, & in gloſſa, & cap. 15. fine docet, Deum noo prædefioire, nec excitare, neque inclinare, neqoe prædeterminare voluntatem ad materialem actionem peccati.

19 Magis expreſsè, & ex profeſſo ad materialem actionem peccati, nec prædeterminari, neque vlla ratione inclinari voluntatem creatam à diuino concurſu, tradit Molina in concordia ad quæſtionem 14. diſput. 29. & ſequentibus, præſertim verò diſp. 33. & 34. ea quibus quæ ad generalem Dei concurſum attinent tranſtulit in 1. p. quæſt. 14. artic. 13. diſp. 5. & multis ſequentibus. Cæteros tamen in hac re, vt copia, ita etiam authoritate & rationum pondere ſuperauit Franciſcus Suarez toto lib. 2. de Auxiliis, & breuiori compeodio Gabriel Vaſquez 1. p. diſp. 99. cap. 4. numero 20. & ſequentibus, à quo non diſſentit 1. 2. diſput. 129. cap. 7. & 8. Cuius loci doctrinam vidimus ſupra diſput. 27. ſect. 2. Quin potius conſonant, quæ tradit 1. 2. diſpot. 38. & 39. & diſp. 189. cap. 15. Noſtram denique ſententiam breuiter & manifeſtè tradunt Ioannes de Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. diſp. 10. ſect. 2. num. 36. & Diotalleuius opuſculo de concorſu Dei cap. 7. poſt 4. oppugnationem pag. 91. & ſequentibus.

SECTIO VII.

Appendix Ethnici Philoſophi.

NOn immeritò celebratur illa ſententia Platonis in dialogo 10. de Republ. ſiue Iuſto prope finem, quæ retulimus diſp. 37. ſect. 2. fine. De illa namque Iuſtinus in apolog. 2. pro Chriſtianis ad Antoninum paulò poſt med. poſtquam ex libris Moſis probauit, Deum eſſe extra culpam, quoniam liberam optionem boni ac mali conceſſit hominibus, ita *vt ſuo arbitratu poſſint turpia fugere, honeſta ſectari*, ſubdit hæc verba: *Itaque Plato cum ait: Culpa penes eligentem eſt, Deus verò extra culpam, à Moſe Propheta mutuatus eſt hanc ſententiam. Moyſes enim antiquior eſt omnibus Græcorum ſcriptoribus: & quidquid de immortalitate animorum, de pœnis inferorum, & rebus cœleſtibus, aut id genus aliis Philoſophi, vel Poetæ prodiderunt; à Prophetis occaſionem acceperunt, tam ſentiendi, quàm eloquendi.* Sic etiam Nemeſius Epiſcopus Emiſſenus in lib. de natura hominis & animæ facultatibus cap. 38. ſub initium probat eandem ſenteotiam Platonis. *Culpa eius eſt, qui elegit, Deus extra culpam eſt.* 1. *Iuſtinus.* *Græcorum doctrina deſumpta à prophetis.*

Eam verò prolatam eſſe à Platone non de præciſa ratione malitiæ, ſed de materialibus etiam actionibus, conſtabit cooſideranti præcedentem atque ſequentem contextum. Primò, quoniam electio non tendit ad malitiam directè, ſed ad materiales actiones vitales, in quibus homo viuere præligit: & de huiuſmodi electione vitæ totus ille cootextus agit. Secundò, quoniam aliquas ibi materiales actiones, quæ malæ ſunt enumerat, quibus homo brutis redditur ſimilis, vt tyrannidem & odium. 2. *De materialibus actionibus loquutus Plato.*

Tertiò, quoniam ſic etiam de materialibus actionibus egerat in 2. dialogo de Rep. prope finem, vbi ea eo, qood Deus bonus ſit, concludit non eſſe malorum cauſam his verbis: *Neque Deus, quandoquidem bonus eſt, omnium cauſa eſt, velut plerique dicunt, ſed paucorum quidem hominibus cauſa, multorum verò non cauſa; multò enim pauciora nobis bona ſunt, quàm mala; & bonorum quidem nulla alia cauſa facienda eſt, verum malorum alias quaſdam cauſas quærere oportet, & non Deum.* 3. *Plato.*

Hic autem Platonẽ loqui non ſolùm de ratione 4.

forma

Digitized by Google

formali malitiæ, ſed etiam de materiali actione, inde colligitur non obſcurè, quoniam neque afflictionum ſeu malorum triſtium Deum eſſe cauſam permittit, vt in Republ. affirmetur, ſed ſolummodo poſſe affirmari, *miſeros eſſe malos, & proinde pœna opus habere, cum autem pœnas dent, vtilitatem à Deo percipere.*

5. *Ex Platone argumentum triplex.* Vnde ſic argumentor primò. Plato nulla ratione permittit, in Republica affirmari, Deum eſſe cauſam afflictionum & pœnarum, niſi ex ſuppoſitione malitiæ ad illius remedium & medelam (vt alibi fuſiùs explicat idem Plato.) Ergo multò minus permitteret, Deum nulla præſuppoſita malitia ex parte hominum, eſſe illis cauſam determinantem, vt actiones elicerent, quibus neceſſariò adiuncta eſt malitia, & infœlicitas. Conſequentia probatur propter rationes fusè ponderatas ſupra diſputatione 35. ſect. 6. 7. & 8.

6. Secundò argumentor. Deus eſt cauſa ſolummodò bonarum actionum, & ideo paucarum, quoniam pauciores ſunt bonæ. Ergo non eſt cauſa omnium actionum, etiam pro materiali. Cauſam dicit Plato, quæ cauſet vt tales actiones producantur à voluntate creata, & non potius, quantum ex ſe eſt, refugiat ab illis: vt explicuimus ſæpe.

7. *Mendacium longè à Deo demonſtrat Plato.* Tertium argumentum ſit, quoniam vna ex materialibus actionibus eſt mendacium ſiue vigilantibus, ſiue ſomniantibus inſpiratum. Hanc verò exoſam eſſe Deo, demonſtrat Plato ad finem eiuſdem dialogi: cuius verba referemus diſp. 41. ſect. 3. num. 9. Vnde ſic ratiocinare. Somnia, quibus homines decipiuntur, non mittuntur à Deo: & tamen hæc non habent rationem formalem malitiæ moralis. Ergo multò minus ab illo immittuntur materiales actiones, quas neceſſariò & inſeparabiliter comitatur malitia. Platonis ſententiæ concinit Homerus Odyſ. prima: vt vidimus diſp. 35. ſect. 8.

8. Ex Ariſtotele nonnulla retulimus ſparſim in libro præſenti, veluti diſp. 38. ſect. 3. fine, & ſect. 8. fine. Quibus addere viſum eſt, illum in lib. 3. Ethicorum cap. 5. non ſolùm malitiam, ſed etiam materiales actus, dixiſſe, ſitos eſſe in noſtra poteſtate. *Ariſtoteles.* *Quod ſi hæc*, inquit, *vera videntur, neque in alia vlla principia noſtros actus, quam in ea, quæ ſunt in nobis, reducere poſſumus: quorum principia ſunt in nobis, ea quoque in nobis ſunt ſita.* *S. Thomas.* Vbi S. Thomas lect. 11. ita explicat: *Quod ſi conſilium, & electio, & voluntas quæ ſunt in noſtra poteſtate, videntur eſſe principia operationum noſtrarum, & non poſſumus reducere operationes noſtras in alia principia, niſi in ea, quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſcilicet, conſilium & electionem: conſequens eſt, quod operationes noſtræ bonæ vel malæ ſint in poteſtate noſtra: quia illa quorum principia ſunt in poteſtate noſtra, & ipſa ſunt in poteſtate noſtra.*

9. *Duo ex Ariſtotele deducuntur.* Ex quibus verbis Ariſtotelis, prout à S. Thoma explicantur, duo colligere licet. Primum, actus bonos vel malos non poſſe reduci in phyſicam prædeterminationē Dei, quia in alia nulla principia reducere poſſumus noſtros actus, niſi in ea principia, quæ ſunt in noſtra poteſtate, videlicet conſilium, electionem, & voluntatem. At verò phyſica prædeterminatio non eſt in noſtra poteſtate: nec eſt conſilium, nec electio, nec voluntas noſtra, nec ab illis dependet.

10. Secundò colligo ex præcedenti, ſequentique contextu Ariſtotelis in prædicta propoſitione prorſus adæquatum eſſe prædicatum ſubiecto, & conuertibile, cum illo. Vnde ſicut illa, quorum principia ſunt in poteſtate noſtra, & ipſa ſunt in poteſtate noſtra; ita è contra quorum principia non ſunt in poteſtate noſtra, neque ipſa ſunt in poteſtate noſtra. Quapropter Ariſtoteles in ſequenti contextu illius capitis oſtendit, eas iniurias, quæ per ebrietatem, vel per ignorantiam inferuntur, non alia ratione puniri à legiſlatoribus, niſi quia eorum principia ſcilicet ebrietatem, aut ignorantiam vitare erat in poteſtate alicuius hominis: vt vidimus diſp. 38. ſect. 8. fine.

Rurſus Ariſtoteles lib. 1. Magnor. moral. cap. 9. ad finem contra Socratem probat hanc conclusionem: *In nobis eſt, probos, vel improbos eſſe.* & poſt pauca: *In noſtro*, inquit, *arbitrio eſſe bona, maláque facere.* Eaſdem ſententias repetit cap. 12. & addit, *Actionis tam bonæ, quàm malæ principium eſt propoſitum & voluntas, & quidquid ad rationem tendit*, Inde collige contra rationem peccati & culpæ procedere, ſi ex aliquo principio prædeterminante peccati materialis actus efficitur neceſſarius ita, vt illum non agere non poſſit voluntas. 11. *Ariſtoteles.*

DISPVTATIO XXXX.

Quæ membra comprehendantur ſub amplitudine cauſalitatis, Deo repugnantis erga materialem actionem peccati.

SECTIO I.

Singula genera prædeterminandi, prædefiniendi, vel inclinandi ad determinatum actum.

DIrigitur hæc diſp. ad explicandam latitudinem ampliſſimam doctrinæ, quæ duodecim præcedentibus diſput. probata fuit, quamuis enim eius membra non pauca fuerint ſparſim indicata, operæpretium erit compendio cuncta in vnum corpus colligere, aperiendo cætera, quæ non ſunt hactenus declarata. Iſtius porrò ſectionis titulus propterea limitatur ad *determinatum actum*, quoniam aliud prædefiniendi, aut concurrendi genus non determinat, niſi ad actum aliquem vagè: de qua prædeterminatione dicemus ſect. 3. & 4. poſtquam ſect. 2. dixerimus de multiplici peccatorum genere, quorum actus non poſſunt prædeterminari. 1. *Prædefiniendi genus ad actum determinatum, & vagum.*

Ampliatio prima claudit tam affirmatiuam, quàm negatiuam prædeterminationem. Ad poſitiuam prædeterminationē nihil opus eſt applicare doctrinam præcedentiū diſputationū: nam de illa ſatis perſpicuè loquuntur. Ad negatiuam vero prædeterminationem applicanda eſt, hoc ſuppoſito fundamento. Negatiua prædeterminatio ad actū, qui malus eſt, conſiſtit in eo, quod ſubtrahat Deus efficacem prædeterminationem ad oppoſitum bonum (ſiue ſit actus poſitiuus, ſiue omiſſio bona & præcepta) & quoniam illa prædeterminatio eſt ſimpliciter neceſſaria ad implendum præceptum ex illius negatione, per illationem ſimpliciter neceſſariam conſequatur, 2. *Quid negatiua prædeterminatio.*

eliciendam eſſe materialem actionem peccati, ſiue illa ſit materialis actio poſitiua, ſiue materialis omiſſio.

3\. Hanc igitur prædeterminationem ad materialem actum peccati ſi Deus adhiberet, eo ipſo ſequeretur primo, Deum eſſe cauſam poſitiuam illius actus materialis, non tam ratione prædeterminationis, quæ negatiua eſſe ſupponitur, quàm ratione cæterarum omnium rerum, quas Deus condidit, ex quorum collectione, ſublato impedimento phyſicæ prædeterminationis, quæ negatur, neceſſariò & poſitiuè cauſatur materialis actus peccati. Quapropter negatiua prædeterminatio deuoluitur ad ea omnia inconuenientia, quæ contra poſitiuam prædeterminationem obiecimus ex ratione cauſalitatis diuinæ.

Inconuenientia contra negatiuam prædeterminationem.

4\. Secundò, in negatiua prædeterminatione clariùs cernuntur omnia inconuenientia, quæ ſuperioribus diſputationibus, præſertim à 31. vſque ad 35. ſumuntur ex voluntate ac prædeſtinatione diuina. Quoniam licet executio negatiuæ prædeterminationis præciſè conſiſteret in neganda phyſica prędeterminatione requiſita ad explendum præceptum: attamen ex parte diuinæ voluntatis increatæ foret poſitiua tendentia, qua Deus intenderet, vt materialis actus peccati produceretur in rerum natura.

Materiale peccati poſitiuè intenderet Deus.

5\. Tertiò, quoniam omnes præcedentes diſputationes contendunt, actum peccati à libero arbitrio determinari prius, quàm à diuina voluntate. Cuius contrarium verificaretur, conceſſa prædeterminatione quacumque etiam negatiua. Nam de ratione illius eſt, vt diuina voluntas determinet materialem actum priuſquam voluntas creata. Quartò, quoniam omnia, quæ de libertatis indifferentia, requiſita ad rationem permiſſionis, & ad quidditatem peccati, dicta ſunt præſertim diſp. 31. ſect. 2. & tota diſp. 38. & 39. manifeſtè pugnant, cum qualibet illationis neceſſitate, ſiue illa contineatur in negatiua prædeterminatione, ſiue in affirmatiua. Quintò, quia omnia quæ tota diſp. 19. 20. & 21. & diſp. 34. probant antecedentem Dei voluntatem & charitatem erga homines, eo ipſo refutant negatiuam deſtitutionem, ex qua neceſſariò ſequatur peccatum, prout in eiſdem explicatum fuit.

6\. Ampliatio 2. complectitur omnia genera prædeterminationis affirmatiuæ. Quapropter non ſolùm eſt impoſſibile materialem actum peccati prædeterminari à Deo per aliquam realitatem creatam, quæ voluntati noſtræ imprimatur prius natura, quàm liberam electionem concipiat; ſed etiam abſque qualibet realitate creata. Idque licet prædeterminatio affirmatiua fiat per ſolam efficacem voluntatem Dei, tanquam per vnicam & immediatam determinationis cauſam; ſiue etiam fiat per actualem concurſum ad liberam volitionem, ex ſuperioribus diſputationibus conuincitur impoſſibilitatis.

Quouis modo prædeterminatio impoſſibilis.

7\. Applicationis verò ratio eſt, quoniã duo ſunt capita præcipua, quæ probantur præcedentibus diſputationibus. Alterum eſt, directam cauſalitatem materialis actus repugnare Deo. At verò directa cauſalitas non minor erit, etiamſi diuina voluntas ſeipſam immediatè determinet, nullam imprimendo realitatem creatam prius natura, quàm materialis actio peccati producatur. Vnde conſequens eſt, vt eadem directa cauſalitas verificetur, etiãſi prædeterminationis ratio conſtituatur formaliter conſiſtere in actuali Dei concurſu ad liberam volitionem: vt facilè colligitur ex iis, quæ notauimus præcedenti tomo de ſcientia, diſp. 56. & 57.

Directa cauſalitas materialis actus repugnans Deo.

8\. Alterum caput eſt libertatis indifferentia, quę ſit antecedenti neceſſitate ſoluta. Hæc autem ligatur qualibet prædeterminatione, ſiue fiat per impreſſam realitatem, ſiue per ſolam voluntatem Dei, ſiue per actualem concurſum, ſiue quocunque alio modo fieri fingatur; vt conſtat ex iis quę diximus in eiſdem diſp. 56. 57. & 58.

Libertatis indifferentia neceſſitate antecedenti ſoluta.

9\. Ampliatio tertia declarat prædictam volitionem Dei, & prædeterminationem, ſeu præmotionem eſſe impoſſibilem, etiam quando abſque phyſica neceſſitate illationis, ex illa ſequitur materialis actio peccati.

Prædeterminatio ad peccatum abſq; illius neceſſaria illatione impoſſibilis.

10\. Vnde colligitur quarta, vt non ſolùm impoſſibilis ſit præmotio tantæ fortitudinis, vt ex illa ſequatur materialis actio per conſequentiã moraliter infallibilem, quæ ſecum patitur phyſicam poteſtatem non eliciendi talẽ actionem: ſed etiã ita tẽperata præmotio, vt materialis actio ſequatur ſolummodò per conſequentiam probabilitatis, quantumcumq; leuiſſimæ abſque omni veſtigio infallibilitatis (eo quod in arbitrio relicta fuerit integra poteſtas reſiſtẽdi prædictæ motioni per libertatẽ æquabilem, quã ſolemus appellare moralẽ) id tamen intelligendo, ſi volitio & concurſus Dei, quod ex ſe eſt, & ratione ſui conſiderata, inclinent ad materialẽ actionem peccati magis, quàm ad obſeruationẽ præcepti cõtrarij: ſecus verò ſi per accidens hoc, & aliunde proueniat cõtra Dei volitionẽ & intentionẽ, & contra quidditatiuam inclinationem diuini concurſus.

Moralis præmotio implicat.

11\. Quinta. Siue prædeterminationis cõcurſum, dicas eſſe concurſum generalem, debitũ ex munere primæ, & vniuerſaliſſimæ cauſæ; ſiue agnoſcas, eſſe debere concurſum ſpecialem, quo Deus inclinet, ac faciat, vt voluntas velit, & eliciat talem volitionem materialem quocumque modo appelles, & quacunq; definitione illum explices, impoſſibile erit: ac proinde impoſſibile decretum Dei, ordinatum ad talẽ concurſum præbendum.

12\. Ampliatio ſexta. Impoſſibile eſt ad materialem actionẽ peccati inclinare Deũ, ſiue ad inclinãdum ſolummodo concurrat per modũ cauſæ moralis, ſiue concurrat per modũ cauſæ phyſicæ, quãuis ſine illationis neceſſitate. Quod attinet ad moralẽ cauſalitatẽ, minus indiget probatione, quoniam nõ ſolùm à cæteris omnibus ſcholaſticis, ſed etiã à phyſicæ prędeterminationis authoribus admittitur. Conferet tamen illius ambitum explicare mẽbratim; eſt enim impoſſibile primò, Deũ præcipere, vel conſulere materialẽ actionem peccati. Secondò. Eſt impoſſibile, Deum ex parte obiecti proponere rationes, & motiua per ſe, & ex natura ſua inclinantia ad eliciendã materialem actionẽ peccati, ſiue Deus intendat, ſiue non intendat, vt eiuſmodi actio producatur. Quod ſi motiua & rationes illæ per accidens ad illã actionem inclinent, ſi tamẽ adiungatur illis intentio procurãdi, vt illa producatur repugnabit etiam bonitati diuinæ: vt infrà num. 20. & ſequentibus.

Deum inclinare ad materiale peccati impoſſibile.

Deum materiale peccati conſulere, aut præcipere implicat.

Nec rationes aut motiua ad id inclinantia poteſt Deus proponere.

13\. Tertiò. Eſt item impoſſibile Deum præuenire & excitare ad talem volitionem intellectui communicando tales cognitiones, & voluntati tales cõplacentias, & delectationes primo primas, & indeliberatas, quibus voluntas excitetur, vt conſentiendo eliciat materialem actionem peccati. Quartò. Inde ſequitur, eſſe impoſſibile, Deum incutere terrores, aut intentare minas

Nec ad talẽ volitionem præuenire aut excitare poteſt.

aut

Nec incutere terreres, aut ob id præmia proponere.

aut promittere præmia, aut in ſpem alicuius boni conſequendi ad eum finem erigere, vt incitetur voluntas ad eliciendam materialem actionem peccati.

14 *Realis cauſalitatis modus ad actus bonos circa materiale peccati repugnat.*

Modus ille realis & phyſicæ cauſalitatis, quo Deus realiter inclinat ad actus moraliter bonos, abſque phyſica neceſſitate illationis, idem circa materialem actionem peccati redditur impoſſibilis ob neceſſariam connexionem illius cũ malitia. Eſt igitur impoſſibilis quilibet effectiuus concurſus Dei talis, vt quantum ex ſe fuerit, atque proot præparatus eſt in actu ptimn, vel minima propenſiooe inclinet ad materialem actionem peccati; quamuis relinquat poteſtatem flectẽdi eundem concurſum ad actionem bonam.

15. Quatuor ampliationes proximè præcedeotes, videlicet, à 4. vſque ad 6. probantur, ſubindicando modom applicandi omnia fundamenta rationis, & authoritatis, quæ adducta ſunt in omnibus diſputationibus præcedentibus, iis ſolummodò exceptis, quæ de requiſita libertate tractant. Eteoim omnes caſus, in prædictis ampliationibus contenti, libertatem relinquerent illæſam in prauis operationibus, non minus quàm de facto relinquitur illæſa in bonis operationibus, quamuis Deus inclinet ad illas. Nihilominus, ſicut bonarum operationum Deus eſt cauſa; ita etiam foret prauarum operationum cauſa; ſi quocũq; modo ex ſupradictis inclinaret ad illas.

16 *Libertate relicta inclinando ad materialem actionem illam cauſaret Deus.*

Quapropter ampliationes prædictæ probãtur primò, quia ſi Deus, etiam libertate relicta, quocunque modo inclinaret ad eliciendã actiooem, à qua ſeparari non poteſt defectus; Deus eo ipſo foret cauſa, vt voluntas deficienter operaretur, ac proinde cauſaret defectũ: vt conſtat ex tota diſp. 28. Probantur ſecuodò, quia ſi Deus quocumque modo inclinaret; id ipſum foret ſubire munus cauſæ particularis; quod exerceri non poſſe circa materiales peccatorum actiones, oſtendimus diſp. 29.

17. Tertiò probantur, nam quodlibet cauſalitatis genus, quo Deus ad materialem actionem inclinaret, etiam libertate relicta, ſupponeret Dei volitionem: at verò tam volitio, quàm cauſalitas meræ permiſſioni repugnat, quæ ſola verſari poteſt circa materiales actiones peccatorum; vt oſtendimus diſp. 31. & 32. Quartò ſequitur inde, qua parte voluntas Dei ſupponitur ad quodlibet inclinationis genus, non decere volũtatem diuinam; præſertim quoniam Deus inclinare non poteſt ad actum, quem ipſe præoptat, non fieri, quantum ex ſe eſt: vt probauimus diſp. 33.

18. *Materiales peccatorum actiones prædeſtinarẽtur.*

Quintò. Quocumq; cauſalitatis genere Deus inclinaret ad materiales peccatorum actiones; eo ipſo prædeſtinaret eaſdem, & ſupplicia decerneret ante præcognitum libertatis vſum, cuius impoſſibilitatem probauimus tota diſp. 35. Sextò. Multò plura, & clariora fundamenta ſumuntur ex tota diſp. 36. qooniam inclinare ad materialem actiooem peccati, etiam libertate manente,

Actionibus prauis initiũ præberet.

foret actionibus prauis initium præbere, illarúmque ſemina ponere. Quod eſſe impoſſibile oſtendimus dicta diſp. 36. ſect. 1. 2. & 3. Foret etiam motio peculiaris, ad illas actiones excitãs, & præueniens, impellens, præparans, & agens voluntatem; ſuggereret cogitationes, vocationes, viſitationes, & inſpirationes; operaretur velle & perficere; diſcerneret homines, traheret ad materialem actiooem peccati: quæ ſingulatim perſequuti ſumus dicta diſputatio. 36. quinque poſtremis ſectionibus.

19. *Tentaret ſicut diabolus.*

Septimò. Ex quocunque inclinandi genere, quamuis libertatem ſeruaret illęſam, ſequeretur, Deum tentare ſicut diabolus, mundus, & concupiſcentia tentant, libertate relicta. Cuius argumenti vires monſtrauimus diſp. 37. Octauò. Generalis applicatio duodecim præcedentium diſputationum in hunc modum concipi poteſt. Propter indiſſolubilem connexionem malitiæ cum actione materiali, eidem imputatur malitia, qui author eſt, & cauſa, vt in rerum natura entitas materialis exiſtat. Huius autem author & cauſa non eſt, qui quaſi coactus, & quantum ex ſe eſt, potius inclinans ad oppoſitam actionem bonam, concurrit tamen ad materialem actionem: ſed qui propria ſponte, & à ſe ipſo inclinans ad talem actionem, procurat quocũque modo, vt talis actio fiat, quod totum verificaretur in diuino coocurſu; ſi quod ex ſe eſt, inclinaret ad materialem actionem peccati, quacumque libertate relicta. Nonò, his concordãt Scholaſtici omnes, quatenus dicunt, Deum nec determinare, nec mouere ad talem actionem, nec velle illam actionem in particulari, prius quàm voluntas ſe determinet & applicet ad illam; & tunc non ſpeciali, ſed generali tantùm concurſu Deum influere: vt conſtabit recolenti ſingula teſtimonia citata diſp. 39.

20. *Dubitatio.*

Dubitabit aliquis, vtrùm materialis actio peccati prædefiniri poſſit à Deo, ſaltem abſtracto illo, & præciſo prædefinitionis genere, quo Deus nihil interponens de ſpeciali motione, atque concurſu, ac proinde nullam peculiarem motionem, nullúmve impulſum adhibens voluntati creatæ, conſtituit eam in his circumſtantiis, in quibus per ſcientiam conditionalium nouit, fore vt eliciat actionem materialem talis peccati.

Materialis peccati actio præfiniri non poteſt.

Reſpondetur, hoc etiam prædefinitionis genus repugnare diuinæ bonitati. Quippe quæ licet conſtituere poſſit, & de facto conſtituat voluntatem creatam in circumſtantiis, in quibus ſcit, eam eſſe peccaturam: nihilominus hoc non ſufficit, vt prædefinire dicatur: alioqui etiam rationem formalem peccati, & malitiæ Deus prædefiniret, quod ſana Theologia reſpuit.

21. *Præfinitio quidditatiuè intentionem includit.*

Hoc igitur prædefinitionis genus quidditatiuè includit intentionem obtinendi talem finem, ſcilicet, vt fiat talis operatio: & præterea requirit, ex ea intentione moueri Deum ad conſtituendum hominem ſub talibus circumſtantiis, vt in illis eliciat materialem actionem talis peccati. Atqui talis intentio repugnat Deo. Quia, ſi eam haberet, iam ab intrinſeca inclinatione voluntatis appeteret, & procuraret eiuſmodi actiones materiales, quod hucuſque probauimus eſſe impoſſibile.

Primo confirmatio.

Confirmatur primò, quia hoc ipſum erit procurare materialem actionem peccati, & adhibere media, vt fiat, quia conſtituere ſub talibus circumſtantiis, propter prædictam intentionem, eſt medium deſtinatum ad intentum finem. Hunc autem procurare & in ordine ad illum adhibere media, indecens eſſe bonitati diuinæ oſtendimus diſp. 33.

22. *Secunda.*

Confirmatur ſecundò, quia homines excuſarentur à cũlpa, eo quod ſe conformarent diuinæ voluntati, producendo talem actiooem materialem, vt in eadem diſput. 33. ſection. 1. & 2.

Tertia confirmatio.

Confirmatur tertiò, quoniam tale prædefinitionis genus eſſet prædeſtinatio ad materialem actionem peccati. Hanc verò prædeſtinationem

repugnare oſtendimus tota diſp. 35. Confirmatur quartò, quooiam ad ſummnm licehir concedere, Deum prædefinire permiſſionem talis actionis materialis, & eo fine conſtituere voluntatem ſub illis circumſtantiis, vt permittat eiuſmodi materialem actionem, ſicut peımittit eius malitiam.

Quarta.

23. Adde poſtremam ampliationem. Impoſſibile eſt Dei coocurſum, quantum ex ſe eſt, inclinare ad materialem actionem peccati, etiam ſub illis circumſtantiis, ſub quibus certò ſcit, fore, vt de facto non eliciatur materialis actio peccati: quoniam, vt Deus moraliter cenſeretur eſſe cauſa illins actionis, perinde, ac ſi de facto fuiſſet elicita, ſatis eſt, quantum ex ſe eſt, inclinaſſe ad illam, licet humana libertas reſiſtere potuerit, & de facto reſtiterit. Quemadmodum è contrario Danielis poſtremo cap. fine, *perditionis eius cauſa fuiſſe*, dicuntur illi homines, qui quantum ex ſe fuit, procurarunt, Danielem à leonibus deuorari, licet Dei protectione fuerit impeditum. Confirmatur, nam Deus moraliter cenſetur fuiſſe cauſa illius actionis bonæ, ad quam inclinauit, quantum ex ſe fuit, etiam ſub illis circumſtantiis, ſub quibus ſciebat, fore, vt de facto non eliceretur.

Bona actionis de facto non elicita Deus cauſa.

SECTIO II.

Vtrum prædicta impoſſibilitas comprehendat quemlibet actum, qui non ſit intrinſecè bonus.

1. Agendum erit primò de actibus ab extrinſeco malis, ſecundò de omiſſionibus, tertiò de venialibus, quartò de minori peccaro, ad vitandum maius, quintò de actibus indifferentibus. Ex his, quæ fuſiùs oſtendemus ſequenti diſputatione 41. ſect. 1. ſnppono, quoſdam actus eſſe intrinſecè malos ex obiecto, à quo inſeparabilis eſt malitia, ſub quibuſcumque circumſtantiis inueniatur: ideóque impoſſibile eſt tale obiectum ſcienter & liberè amplecti per conſenſum; & non imputari ad culpam. Huiuſmodi eſt odium Dei, & blaſphemia. In his actibus omnes præcedentis ſectionis ampliationes verificari clarius eſt, quàm in cæteris.

Actus ex obiecto intrinſecè mali.

2. Alij actus dicuntur eſſe ab extrinſeco mall, quoniam eorum obiecta ex genere poſſuot per aliquas circumſtantias honeſtari. Sicut occulta acceptio rei alienæ poteſt habere aliquam rationem honeſtam, veluti extremæ neceſſitatis, aut iuſtæ recompenſationis. De hoc igitur genere actuum dubitabis, vtrum ſaltem ad illos poſſit Deus præmouere, incitare, & impellere, aut illos prædefinite.

Actus ab extrinſeco mali.

3. Dico primò. Inter interiores voliriones, quæ impntantur ad culpam tãquam interiores actus, qui ſunr radices imputabilitatis & malitiæ, nullum eſt diſcrimeo actus ab intrinſeco, ſeu ab extrinſeco mali: omnes namque volitiones eiuſmodi ſunt ab intrinſeco malæ; ac ſubinde ad quamlibet illatum eſt impoſſibile, Deum in ſpecie & in particulari præmouere, incitare & impellere; aut illam prædefinire, perinde, vt cæteras voli ioncs intrinſecè malas.

Nulla volitio ab extrinſeco mala.

4. Probatur, quia omnis volitio, quæ mala eſt non per ſolam extrinſecam denominationem ab alia volitione, à qua imperatnr, ſed ratione ſui; eadem eſt ſecundum phyſicam ſpeciem mala, ita vt implicet contradictionem, eandem actionem eſſe bonam: vt oſtẽdimus 1. 2. q. 18. toto ferè art. 5. & q. 19. toto ferè art. 1. & q. 71. art. 6. Et nunc breuiter ratio eſt, quia quęcũq; volitio eiuſmodi quidditatiuè eſt decretũ amplectendi & operãdi aliquid intrinſecè malum. Nam booum ſenſibile, vel apparens anteponere diuino præcepto, eſt aliquid intrinſecè malum: hoc antem amplectitur & operatur qoælibet volitio ſupradicta, quãuis alioqui materia, circa quam verſatur, genere ſuo ſit honeſta, vel indifferens, vel ſaltem poſſit aliquibus circumſtantiis honeſtari.

Vnde colligo, totam propoſui dubij difficultatem deuolui ad ſolos exteriores actus, inter quos diſtinguendum eſt, & dicendum ſecundò. Deus poteſt præmouere, incirare & impellere, ac prædefinire exteriorem actum peccati, quando talis eſt. & ſub talibus circunſtantiis, vt hìc & nũc à te poſſit honeſtè exerceri. Quamuis fortaſſe ex praua intérione tua male exercendus fore præſciatur. Exemplum ſit. Poteſt Deus prædefinire, præmouere, incitare, & impellere ad dandam eleemoſynam fœminæ, vel videndam, alloquendámque fœminam, quando hæc nullo præcepto prohibentur; quamuis Deus præſciat, ſiniſtrũ aliquẽ turpẽq; finẽ adhibendũ eſſe à tuo libero arbitrio. 5.

Aſſert. 2. Exterior actio peccati quando prædefiniri poteſt.

Ratio eſt in promptu, quia tunc Deus nõ prædefinit, inclinat, & incitat, niſi ad bonum. Confirmatur: nã & homines poſſunt alios incitare, vt ſibi mutuò dent pecunias: etiam ſi certò ſciant, daturos non eſſe, niſi ſub vſuris: poſſúntqne ab infideli petere iuramentum, quem ſciunt, per falſos Deos iuraturum. 6.

Dico tertiò. Quando actus exterior hìc & nũc à te non poteſt licitè, & honeſtè exerceri, tunc erit impoſſibile, Deũ prædefinire, pręmouere, excitare, & impellere ad illum exercendum hîc, & nunc. Exemplum eſſe poteſt in primis parẽtibus comedere talis arboris frnctum, ſuppoſita prohibitiooe, ſibi à Deo promulgata. Qua ſuppoſita nõ erat poſſibile, Deũ incitare, impellere, & præmouere ad comedẽdum, aut prædefinire comedendi materialem actionẽ. Probatur primò, quia in eo caſu exterior actus tanquam obiectum in ſe ipſo claudit aliquã partem intrinſecè malam, videlicet præcepti tranſgreſſionẽ, hìc & nũc committendã. Quapropter ſicut ad tranſgreſſionem per ſe ſolã non poteſt Deus incitare, ita nec ad illam ſimul cum alio partiali obiecto, videlicet cibo, aliiſve circũſtantiis. Quoniã igitur illud obiectum eſt intrinſecè malum, quantum ad vnam partem; idcirco totum collectiuè ſumptum, eſt intrinſecè malum. Quemadmodum propoſitio copulatiua, cuius altera categorica eſt iotrioſecè falſa, tota eſt intrinſecè falſa. 7.

Quando prædefiniri non poteſt.

Probatur ſecũdò, quoniã ſi Deus prædefiniret, aut incitaret ad actũ exteriorẽ faciẽdum in illis circũſtantiis, in quibus nõ poteſt licitè & honeſtè fieri; prædefiniret & incitaret eo ipſo ad interiorẽ volitionẽ intrinſecè malam. Probatur ſequela, nã licet inter actus, quorũ vnus neceſſariò præſupponitur ad aliũ, contingat vnũ non prædefiniri, nec procurari à Deo, licet alter prædefiniatur, & procuretur; quemadmodum peccatũ neceſſariò præſupponitur ad pœnitentiam eiuſdem perſonæ; & tyranni ſæuitia prærequiritur ad exercẽdam patientiam martyris: nihilominus quando vnus actus eſt alterius cauſa per ſe requiſita, nec poteſt alter actus fieri, niſi per illam cauſam; tunc impoſſibile eſt, prædefiniri & procurari poſteriorem actum, nõ procurato, nec prædefinito priori, 8.

Prædefiniret Deus volitionẽ intrinſecè malam.

Interior volitio per ſe cauſa exterioris actus.

prioti. At verò interior volitio eſt per ſe cauſa exterioris actus, nec poteſt aliter in terũ narura produci exterior actus, in quantum exterior, niſi per interiorem volitionem. Porro talem interiorem actum prædefinire, vel ad illum præmouere, incitate, & impellere, contradictionem implicat propier dicta in aſſertinne prima. Conſequenter igirur implicabit, talem exteriorem actum, non ſublata, ſed retenta ratione actus exterioris, prædefinite, præmouere, excitare, impellere.

9. *Obiectio.* Cõtra hanc aſſertionem peculiariter ditigitur argumentum illud contrariæ ſententiæ, quoniam conſecrario ſacerdoris exiſtenris in peccato mortali, & ſimiliter abſolutio confeſſarij, qui exiſtens in affectu peccati mortalis, pœnitentem abſoluit, eſt mala actio, & peccatum mortale in indiuiduo propter malam circumſtãtiam, qnamuis ex obiecto ſit bona; & tamen Deus efficaci decreto ſuæ voluntaris mouet & applicat ſacerdotem, & confeſſarium ad illam actionem, in quantum eſt conſecratio, vel abſolutio: nam ſacerdos conſecrans & confeſſarius abſoluens habent ſe tanquam cauſæ inſtrumentales Dei; non enim id efficiunt vt cauſa principalis: de ratione autem inſtrumenti eſt præmoueri & applicari à principali agente. Ergo Deus præmouet, & prædeterminat voluntatem ad actinnem bonam ex obiecto, in quantum eſt actio, quamuis aliàs ex mala circumſtantia ſit peccatum.

Reſponderur diſtinguendo ſimul Maiorem & Minorem: aliud enim eſt conſecratio & abſolutio; aliud autem volitio conſecrandi & abſoluendi. Nam conſectatio & abſolutio ſunt actiones tranſeuntes in exteriorem materiam. Conſecratio quippe eſt actio productiua Corporis Chriſti D. per tranſubſtãtiationem ex pane. Abſolutio verò eſt actio iudicialis, quod ex ſe eſt, productiua gratiæ in anima pœnitentis. Vtraqne actio eſt quidditatiuè ſupernaturalis, ſubindéque ab intrinſeco bona, neque vlla malitia poteſt contaminari. Quantum ad vtramque actionem ſacerdos, & eius verba ſunt inſtrumentum Dei, ſupernaturaliter eleuatum, præmotum, & prædeterminatum; ſed hæc præmotio ad exteriorem actum ſupponit, liberum ſacerdoris arbitrium ſe ipſum applicuiſſe, ac determinaſſe ad volitionem abſoluendi vel conſecrandi hìc, & nunc & cum talibus circunſtantiis.

Conſecratio quid.

Hæc autem volitio conſecrandi & abſoluendi eſt actio immanens in eadem voluntate ſacerdotis, & non ſemper eſt ſupernaturalis; ſed quãdoque merè naturalis, aut etiam intrinſecè mala. Qualis eſſet volitio conſecrandi ſolum panem ſine vino, præſuppoſita in intellectu notitia diuini præcepti de integritate ſacrificij. Eiuſmodi etiam eſſet volitio conſecrandi & abſoluendi, retento peccandi mortaliter affectu. Ad huiuſmodi actionem, ſeu volitionem Deus non eſt cauſa principalis, nec ſacerdos eſt inſtrumentum Dei, ſed potius diaboli. Quapropter, quantum eſt ex hoc capite, ad talem volitionem concipiendam ſacerdos non indiget à Deo præmoueri, applicari & prædeterminari. Conſequenter autem non prædeterminatur, nec præmouetur ad exteriores actiones, quæ ſunt materia & forma ſacramenti. Eadem eſt ſolutio alterius argumẽti de miraculo facto propter inanem gloriam, cuius cauſa & motor eſt Deus; ſiue de quocumque ſupernaturali virtutis actu, cui admiſcetur aliqua culpa, nonquidem intrinſeca ſupernaturali actui (quod implicat,) ſed extrinſeca & per alium naturalem actum adiuncta.

Obiectio alia.

Dico quartò in his actibus tã internis, quam externis, clariùs, quàm in cæteris, qui vocantur intrinſecè mali, reperiũtur plura prædicata communia, quæ tota bona ſunt, & prorſus abſtrahunt à malitia. Hæc omnia Deus prædefinire poteſt, & ad illa præmouere, & impellere, vt fuſiùs explicui in diſp. 27. ſect. 3. & dicemus diſp. 44. ſect. 2. 10.

Prædicata cõmunia, quæ tota bona ſunt.

Dico quintò. Rationibus eiſdem probatur, Deum non poſſe velle, neque prædererminare, aut quolibet modo impellere, vt omittat aliquis actum ſibi præceptum, etiam quantum ad materialem rationem puræ negationis actus poſitiui in tempore, quo poteſt & tenetur illum elicere. Quoniam licet mera negatio actus præcepti nunquam ſit intrinſecè mala, enim poſſit à Deo cauſari, quando nobis non ſit voluntaria, vt infra diſp. 41. ſect. 3. nihilominùs in prædictis circumſtantiis, ſub quibus tenetur imperatam actionem elicere, negario actus non poteſt à voluntate liberè admitti, niſi violando præceptum. Quapropter talis negatio rationem induit exterioris actus, qui non poſſit hìc & nunc licitè exerceri. Idcirco in illo militant rationes eædem, quas generaliter attulimus pro quolibet exteriori actu in aſſert. 3. num. 7. 8. & 9. 11.

Omiſſio præcepti nõ prædeterminatur.

Mera actus præcepti negatio non intrinſecè mala.

Dico 6. Quæcumque dicta ſunt præcedentibus diſp. à 27. vſque ad hanc, licet primariò intelligãtur de materiali actione peccati mortalis; ſecundariò verificantur etiam de qualibet materiali actione peccati venialis. Nam hæc etiam ſuo modo ſecundum quid participat omnes rationes contrarietatis poſitiuæ contra Deum & eius amorem: vt oſtendimus 1. 2. q. 88. art. 1. dub. 11. & ſequentibus, ideóque in eiuſmodi volitionibus reperitur ſufficiens ratio, propter quam ab illis abhorreat diuina cauſalitas & voluntas. Ex hoc igitur capite in actione peccati venialis inſtaurantur omnes rationes, quas attigimus ſect. præcedenti num. 15. & ſequentibus. 12.

Dicta huc vſque verificantur in peccato veniali.

Rurſus ex alio capite libertatis, quæ ſumuntur, rationes plenè, atque perfectè inſtaurantur in iis peccatis, quæ non ſunt venialia ex defectu libertatis, ſed ſunt plenè libera, cum tamen ex prauitate, aut leuitate materiæ reddantur venialia. Eædem tamen rationes ſeruata debita proportione, vim habent in peccatis, quæ propter libertatis defectum redduntur venialia, retinent quippe libertatem ſecundum quid, quam etiam eripit phyſica prædeterminatio, in quantum inducit neceſſitatem, quæ prorſus antecedit quodlibet libertatis exercitium. 13.

Quartus articulus, initio præſentis ſectionis propoſitus, pertinet ad minora peccata, inquiritque vtrum ad euitanda maiora poſſit Deus inclinare ad materialem actionem minoris peccati, ex ſuppoſitione, quod voluntas creata iam erat ad grauius peccandum paratiſſima. Cuius quæſtionis directa & propria reſponſio eſt negatiua; quoniam materialis actio peccati, & illius cauſatio, nullo poteſt appoſito fine honeſtari: vt conſtat ex diſp. 27. ſect. 4. & diſp. 33. ſect. 2. Sed in eius explicatione atque defenſione variæ incidunt difficultates, quæ ſupponunt tractanda diſp. 44. ſection. 5. Propterea in eum locum remittimus plenam illius deciſionem. 14.

Aſſert. 7.

Minora peccata vt vitentur, maiora non prædeterminantur.

Quintus articulus erat, vtrum ad actus indifferentes, qui neque boni ſunt, neque mali moraliter, 15.

Actus in indiuiduo indifferens implicat.

ralitet, Deus ihclinare poſſit voluntates humanas. Et citca volitionem, quæ in indiuiduo ſit indifferens, ambigendi non eſt locus, quoniam impoſſibilis eſt talis volitio: ſiquidem quotieſcumque amplectitur obiectum ex ſe indiffcrés, non ordinando illud ad bonum rationis, eo ipſo agit contra rationem: ideóque actus eſt quidditatiuè contrarius rationi & naturali legi: vt oſtendimus t.2.q.18.art.8.& 9.

16. Difficultas nihilominus reſtat circa exteriorem actum indifferentem, hîc & nunc faciendum, cuiuſmodi eſt deambulare: & conſequenter etiam circa interiorem volitionem, quantum ad rationem genericam amplectendi deambulationem, abſtrahendo à quocumque fine honeſto, vel à negatione finis honeſti. Et hoc modo accipiendo actus indifferentes, ſit aſſertio 8. Deus poteſt ad illos inclinare cum præciſione, nimirum ita vt ſpeciali aliquo inſtinctu & impulſu, incliner ad deambulationem externam, & ad deſiderium, ſeu amorem illius: & tamen nullo ſpeciali inſtinctu, aut impulſu inclinet, vt illi apponatur finis honeſtus, ſed ſolo generali concurſu ad hoc inclinet, quatenus inclinat ad bonum rationis. Probatur, quoniam prædicta inclinatio non fertur in aliquid malum, ſed in aliquid, quod homo hîc, & nunc attentis omnibus circūſtantiis poteſt, ſi velit, honeſtè facere: aliunde verò finem optimum poteſt Deus intendere in prædicta inclinatione. Vnde quamuis actus, ad quem inclinat, ſit indifferens; nihilominus volitio & concurſus diuinus non eſt indifferens, ſed honeſtiſſimus.

Aſſert. 8. quomodo ad actus exteriores indifferentes Deus inclinare poſſit.

In prædicta inclinatione finem optimum intēdit.

17. Dico nonò. Impoſſibile eſt, Deum inclinare ad deambulationem, ſimul inclinando vt ametur ſine altiori fine honeſto: quia eo ipſo Deus inclinaret ad volitionem quidditatiuè contrariam rationi rectæ, vt conſtat ex num. 15.

Quomodo ad deambulationem Deus inclinare nō poſſit.

18. Poſtremò, ſi vera eſſet opinio aſſerens aliquas volitiones in indiuiduo eſſe indifferentes: Deus poſſet ad illas inclinare, & earum author eſſe, dummodo Deus ipſe finem honeſtum intenderet: quamuis non inclinaret hominem ad eundem finem honeſtum intendendum. Ratio eſt, quia illæ volitiones ex hypotheſi non ſunt malæ, ideóque ſecundum rectam rationem poſſunt à Deo amari, & efficaciter cauſari tanquam media ad altiorem finem conſequendum.

SECTIO III.

Vtrùm aliquem actum peccati vagè, ſiue in communi prædeterminare, poſſibile ſit ex vi ſolius concurſus generalis.

1. *Infallibilitas vaga peccandi.*

SVppono, ſine dubio contingere, vt quibuſdam hominibus neceſſarium ſit, vel moraliter infallibile peccatum aliquod, ſeu mortale, ſeu veniale committere, non ita vt vnum ſingulare determinatè ſit neceſſarium, ſed vagè neceſſarium ſit, atque infallibile, hoc vel illud, aut aliud committere: quemadmodum viatoribus cunctis, ſecluſo ſpecialiſſimo priuilegio, neceſſarium eſt, aut moraliter infallibile venialia nonnulla committere; & cuilibet, diu in mortali peccato iacenti neceſſarium eſt, aut infallibile in alia mortalia corruere.

2. Hanc appellamus vagam neceſſitatem, vel infallibilitatem, & illa præſuppoſita, quærimus, vtrùm materiales peccatorum actus non determinatè, ſed vagè hunc, vel illum, aut alium Deus poſſit prædefinire, prædeterminare, vel ad illos incitare, & impellere; non quidem volendo, & procurando eorum malitiam, ſed ſolummodò materialem entitatem. Quærimus autem non ſolùm de vniuerſalitate vaga, quæ plura indiuidua complectitur ſub eadem ſpecie peccati; ſed etiam quæ plures ſpecies peccatorum complectitur, ſub vno, aut ſub diuerſis generibus peccatorum, vtrum ſit poſſibile prædefinire vagè hác, vel illam, aut aliam materialem actionem, quæ ſunt in diuerſo genere peccati, vel quæ ſunt in diuerſa ſpecie, vel quæ ſub eadem ſpecie ſolo numero differunt.

Duplex verò cum ſit concurrendi modus, de quo diſputari poſſit; vtrùm per illum prædeterminari queant peccatorum actus vagè; altérque ſit concurſus generalis, debitus ex munere primæ cauſæ, & ex naturali hominis conſtitutione; alter verò ſit ſpecialis concurſus, proueniens à Deo tanquam à cauſa particulari: de hoc dicemus ſect.6. ſed de generali concurſu dicemus in hac & duabus ſequentibus. 3.

Modus concurrendi generalis, & ſpecialis.

Opinio affirmans, aliquem actum vagè, ſiue in communi poſſe prædeterminari ex vi ſolius concurſus generalis, quamuis non ſub eiſdem verbis tradatur à Doctoribus; nihilominus virtualiter, ac neceſſariò continetur in ſententia quorundam Scholaſticorum, qui vniuerſaliter affirmant, hominem ex vi ſolius concurſus generalis, negato ſpeciali concurſu, determinatum manere ad peccandum adeò, vt nullum poſſit actum elicere, qui non ſit peccatum, ſiue ex genere, ſiue ex aliqua ſaltem circunſtantia, quæ vitiet actum, licet alioqui bonum ex obiecto, & ex genere. Tradunt itaque generaliter, hominem abſque ſpeciali concurſu nihil poſſe, niſi peccare. 4.

Opinio aſſerentium ex vi generalis concurſus, actus vagè prædeterminari.

Quamuis in hac aſſertione conueniant omnes iſtius ſententiæ aſſertores, valdè tamen in eo diſſident, quod alij exiſtimant, aliquos homines de facto relinqui à Deo ſub ſolo & mero concurſu generali: ac proinde manere ſub prædicta impoſſibilitate euitandi peccatum, ita, vt ex ſuppoſitione, quod operentur, ſit neceſſarium eos peccare. Et quod durius eſt, concedunt, propter ſolum peccatum originale ſine vllo perſonali peccato prædictæ neceſſitatis pœnam quibuſdam hominibus à Deo infligi: ſubiungúntque, nihilominus imputari peccata, quoniam impoſſibilitas illa vitandi ex præcedenti culpa originali deſcendit. Hanc doctrinam tradere cœpit Gregorius in 2.diſt.26.q.1.fine, & q.2.fine, ſed magis ex profeſſo eam tradit in diſt.29.q. vnica art. 2.pag.vltima. Eandem Gregorij ſententiam refert, & ex profeſſo defendit, & licet non approbet expreſsè, eam tamen præponere videtur oppoſitæ Almain.tract.1.moral.c. 16.nihilominus tract. 2. moral. c. 9.docet, Deum poſſe ſuper omnia diligi cum ſolo generali influxu, & cognitione Dei. Quapropter recedit à ſententia, quam prius probaſſe videbatur. 5.

Huius opinionis aſſertores diſſident.

Alij verò Doctores exiſtimant de facto nullum hominem relinqui ſub mero & præciſo concurſu generali; proptereáque nemini prædictam peccādi mortaliter neceſſitatem imminere. Nihilominus exiſtimant, de potentia abſoluta fuiſſe poſſibilem prædictam peccandi neceſſitatem, quoniam exiſtimant, eam ſequi ex vi naturæ humanæ creatæ in puris naturalibus cum ſolo gene 6.

In generali concurſu debito ex vi ſolius creationis.

7. Quidam vlterius progrediuntur aſſerentes, propter perſonalia peccata, & in pœnam illorum, aliquos homines ad tempus limitatum relinqui ſub neceſſitate peccandi ex vi ſolius concurſus generalis, quem dicunt non eſſe ſatis, vt homo poſſit elicere aliquem actum, ex omni circunſtantia moraliter bonum. Ita Maior in 2. diſt. 28. tota q. 1. præſertim à conc. 2. & ad 17. argum. §. *Ad formam*. Et in 1. diſt. 1. q. 3. prope init. & q. 15. in medio. Roffenſis art. 39. contra Lutherum propius ad med. articuli, quàm ad princ. §. *Neutrum ſane poteſt*. & prope finem articuli §. *Verboſus vtique*, conſonátque inter medium & finem articuli, §. *Quamquam ex diſputatoribus*.

8. Præterea ſolum & merum cõcurſum Dei generalem non eſſe ſatis, vt homo poſſit euitare peccata, ſed peccandi neceſſitatem inferri ex eo, quod nullus alius vlterior fauor, aut fortior concurſus offerretur (quamuis offeratur de facto) docent Marſilius lib. 1. ſentent. q. 20. art. 3. præſertim propoſit. 4. & 5. & in fine totius quæſtionis, & lib. 2. q. 17. art. 3. ad tertiam rationem factam contra ſecundum ſuppoſitum. Capreolus in 2. diſt. 28. q. vnica art. 3. poſt med. ad 2. contra 4. conc. & ad 15. argumentum & diſt. 29. q. vnica art. 3. col. 1. fine. Deza in eadem diſt. 28. q. vnica art. 1. conc. 2. & art. 3. notab. 4. ante med. & art. 4. ad 11. contra 2. conc. & ad 5. contra 3. conc. Caſtro verbo *Gratia*. hæreſi 1. dum probat aſſertionem tertiam col. 4. & 5.

9. Quibus, quantum ad neceſſitatem peccandi cum ſola generali influentia, concordant Hieronymus de Hangeſto lib. 1. moral. cap. 13. documento 10. & Martinus Magiſtri in tract. de Patientia q. 3. per totam, & in tractatu de perſeuerantia q. 3. per totam & Dionyſius Ciſtercienſ. in 1. diſt. 17. q. 1. art. 1. fine & in 2. diſt. 24. q. vnica art. 2. conc. 1. & 4. Pro eadem impoſſibilitate citatur Abulenſis in caput 19. Matth. q. 174. Cæterum oppoſitum ibi affirmat ad finem quæſtionis, dum reſpondet ad 4. & ad 5. & ſequenti q. 175. prope init. & q. 178. ad 3. licet aliqua interſerat, vnde potuit occaſio ſumi ad oppoſitum exiſtimandum. Citantur etiam Gerſon, Alexander, Altiſiodorenſis & alij, quorum ſententiam alibi magis explicuimus.

10. *Concluſio vnica ex vi ſolius cõcurſus generalis actum vagè prædeterminari implicat.*

Nihilominus ſit concluſio vnica. Impoſſibile eſt ex vi ſolius concurſus generalis, aliquem actum vagè, ſiue in communi prædeterminare. Hæc licet à Doctoribus non tradatur ſub eiſdem terminis, colligitur tamen ex eorum doctrina, quam tota diſp. 39. retulimus: vt ponderabimus ratione 7. fine. Præterea colligitur, quoniam cæteri omnes præter citatos pro contraria ſententia, docent ex vi generalis concurſus poſſe liberum arbitrium operari bonum aliquod morale, aliquibus tentationibus reſiſtere, & aliqua peccata breui tempore vitare, quos non eſt præſentis inſtituti referre; ſed inde tantum inferre talem vim eſſe in concurſu generali, vt illo dato non maneat determinata voluntas ad peccandum. Quod magis conſtabit ſect. ſequenti ad 6. argum.

11. *Quomodo natura conſtituenda vt Deus non ſit cauſa peccati.*

Concluſio probatur primò, quoniam impoſſibile eſt, ita conſtitui rationalem naturam, vt illius conditor ſit author peccati. Foret autem author, ſi conſtitueret ita rationalem naturam, vt ex vi ſuæ conditionis, ſecluſa qualibet cauſa libera, & cauſa per accidens, neceſſarium eſſet peccare quotieſcunque operaretur: vt facile colligitur ex fundamentis; quibus aduerſum Manichæum nituntur Patres ſupra diſputation. 38. ſectioo. 1.

12. *Gregorij ſolutio.*

Hanc refutationem præoccupauit Gregorius Arimin. ſupra nu. 5. citatus, dicens: Iſtud in nullo participat erroris Manichæi. Nam Manichæus voluit, quod pro omni ſtatu ſuo poſtquam condita fuit natura humana ſemper fuit determinata ad malum, ita vt non poſſet vitare peccatum. Et hoc intrat ſibi non ex initio contracto ex aliqua culpa voluntariè commiſſa; ſed ex ipſa natura quadam & ſubſtantia mali, &c. Ego autem dico, quod natura humana condita fuit bona abſque vitio & talis, poterat peccare, & poterat non peccare: Et per peccatum primi hominis nos cum vitiis naſci, per quæ, niſi iuuemur gratia Dei, non poſſumus agere virtuosè. Hactenus Ariminenſis.

13. *Concluſionis ratio ſecũda.*

Hæc tamen ſolutio non ſatisfacit, vt conſtabit ex ſequentibus rationibus. Sit igitur ſecunda ratio concluſionis, quia ſi homo crearetur in puris naturalibus, omni gratuito dono deſtitutus, ſed nulla originali culpa infectus, foret determinatus ad peccandum, quotieſcunque operaretur; ſi per ſolas vires naturæ nullum poſſet operari actum moraliter bonum. Et tamen hoc non proueniret ex aliquo initio, contracto per culpam, ſed ex illis tantùm proprietatibus & viribus, quas naturaliter à ſuo conditore acceperat in prima creatione. Vnde ceſſaret in eo caſu ratio, qua Scriptura ſacra, Patres, & ipſe Gregorius Ariminenſis defendunt, Deum non eſſe authorem peccati, quia Deus ab initio conſtituit hominem rectum. Eccleſiaſtici 15. Hoc igitur inconueniens, vt euitetur neceſſarium eſt naturæ viribus concedere poteſtatem benè moraliter operandi.

14. *Vires naturales in pura natura eæd. ac in lapſa.*

Confirmatur primò, quoniam quantum ad vires naturales, & omnia operandi principia, nihil amplius haberent homines, ſi crearentur in puris naturalibus, quam habent poſt contractam originalem culpam; ſed homo in puris naturalibus, ex vi ſuæ naturæ cum ſolo generali concurſu, ſibi naturaliter debito, non foret determinatus ad neceſſariò peccandum, quoties operaretur: ergo neque per originale peccatum contrahi potuit eiuſmodi determinatio. Maior probatur, quia per originale peccatum nulla realitas naturaliter debita eſt amiſſa, nulláve morbida qualitas eſt contracta: vt fusè oſtendimus tractantes de originali peccato. Nunc ſatis ſit; S. Thomam 1. 2. q. 85. art. 1. corpore, docere, quod per peccatum nec tollitur, nec diminuitur primum naturæ bonum, pertinens ad principia, quibus natura conſtituitur, & proprietates ex his cauſatas, ſicut potentias animæ & alia huiuſmodi. Quod ſumit ex Dionyſio c. 4. de diuin. nom. parte 4. fusè probante, naturalia bona in dæmonibus manſiſſe integra poſt peccatum. Vnde à fortiori colligitur, poſt originale peccatum, quod multò minus naturam inficit, omnes potentias, & operandi principia integra permanſiſſe.

In pura natura Dei generali cõcurſu poteſt vitari peccatũ.

Naturalia in dæmonibus integra.

15. Confirmatur ſecundò, quoniam inclinatio ad bonum rationis nunquam penitus extinguitur per culpas perſonales; licet aliquando minuatur, extrinſecus apponendo impedimentum per

malos

malos habitus: vt probat S. Thomas in eadem q. 85. art. 1. & 2. At vero per originale peccatum nullus contrahitur habitus, realiter inclinans ad malos actus. Quapropter poſt originale peccatū integra manet inclinatio ad virtutem, quæ naturaliter, & præciſo quocunque dono gratuito, debita eſt naturæ humanæ: vt facile colligitur ex eiſdem articulis D. Thomæ.

Poſt originale integra manet inclinatio ad bonum.

16\. Confirmatur tertiò à fortiori, nam etiam in dæmonibus poſt tantam perſonalem malitiam manet naturalis potentia ad bonum, qua poſſent bene facere, ſi vellent; niſi hoc impediret habitualis malitia, per liberam voluntatem contracta, vt docet D. Thom. 2. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 2. ad 1. & magis conſtabit ſect. 5. poſt med. Ergo in hominibus poſt originalem culpam manet naturalis potentia ad bonum, qua poſſint bene facere, ſi velint. Aliunde verò nullum reale impedimentum, ſiue habitum contraxerunt per originale peccatum, vt diximus. Vnde naturalis eorum potentia non eſt impedita, ne prodeat in actum moraliter bonum.

In dæmonibus manet naturalis potentia ad bonum.

17\. Tertia ratio concluſionis eſt, quoniam libera poteſtas benè aut malè operandi debita eſt naturæ intellectuali, non minus, quàm igni debita eſt vis calefaciendi & aſcendendi ſurſum: ſed igni debitus eſt concurſus neceſſarius ad calefaciēdum, & aſcendendum; ergo naturæ intellectuali debetur concurſus neceſſarius ad bene operandum vel male, prout voluerit. Confirmatur primò, nam cuicumque ſubſtantiæ etiam irrationali debito connaturalitatis debetur talis concurſus ad eius proprias operationes, vt eas, ſi non ſemper, ſaltem aliquando poſſit elicere ſuæ naturæ conſentaneas: ſed naturæ rationali non ſunt conſentaneæ operationes aliæ, niſi quæ ſunt moraliter bonæ: ergo debito connaturalitatis debetur talis concurſus ad operationes moraliter bonas, vt eas, ſi non ſemper, ſaltem aliquādo poſſit elicere. Quod ſi concurſus iſte debitus eſt naturæ, non eſt concurſus ſpecialis, ſed generalis, ac proinde ex vi ſolius concurſus generalis non erit neceſſarium peccare quoties operatur.

Natura intellectuali debitus concurſus ad bene operandum.

Operationes bonæ naturæ rationali cōſentaneę.

18\. Quarta ratio, quoniam libertas hominum daretur ad malum ſolummodò, & non ad bonum; ſi ligaretur eiuſmodi neceſſitate peccandi, quoties operaretur. Hunc autem modum conferendi & alligandi libertatem, repugnare diuinæ bonitati, ſatis oſtendunt teſtimonia Patrum, quę retulimus diſp. 35. ſect. 3. Confirmatur primò, quoniam eo ipſo, quod homo libertate donatur, debetur illi talis concurſus, taliſque prouidentia, per quam non maneat addictus teterrimæ peccatorum ſeruituti, ſed poſſit eam euitare, ſi velit. Confirmatur ſecundò, quoniam dirus ac rigidiſſimus modus agendi cum hominibus foret eos relinquere in tali neceſſitate per ſe ac neceſſariò proueniente à creatione præſcindendo à qualibet culpa, & à qualibet cauſa per accidens, quæ poſſet huiuſmodi neceſſitatem inducere.

Confirmatio prima.

Secunda.

19\. Quinta ratio. Quod neceſſariò ſequitur ex præcedenti culpa, ita vt vitari non poſſit, quamuis ſæpe habeat nouam turpitudinem quaſi exterioris actus, veluti homicidium, commiſſum propter ebrietatem, quod in ea potuit præuideri: nihilominus non habet nouam, neque diſtinctam imputabilitatem, ſeu rationem culpæ. Quapropter impoſſibile eſt imputari, quaſi perſonalem & actualem culpam neceſſitatem peccandi, quæ ſequitur ex ſolo peccato originali: nam in peccato originali non eſt imputabilitas, neque libertas perſonalis, ſed tantum originalis in capite. Vnde ceſſat modus ille philoſophandi, quem ex Gregorio retulimus num. 12.

Sexta ratio, quoniam, vt oſtendimus alibi, quandiu vigilamus, & vſu rationis fruimur, impoſſibile eſt, ſuſpendere omnem actum voluntatis, neceſſarium enim eſt aliquam volitionem vagè hanc vel illam concipere. Quod ſi ex vi ſolius generalis concurſus nulla volitio poſſit euadere moraliter bona; neceſſarium eſſet in quolibet inſtanti, & in quolibet tempore peccare: quapropter non poſſet imputari ad culpam communis ratio peccati, quam in hoc inſtanti aut tempore vitare eſt impoſſibile; ſed ſolummodo imputandus erit exceſſus grauitatis in culpa, quę de facto committeretur: nam ille potuiſſet euitari committendo leuiorem culpam: quemadmodum 1. 2. q. 19. oſtendimus perplexæ conſcientiæ, quæ inuincibiliter errans, exiſtimat hic & nunc in vtraque parte contradictionis eſſe transgreſſionem diuerſorum præceptorum, non imputari aliquam aliam malitiam, niſi illum pręciſè exceſſum malitiæ, quem iudicabat eſſe in vna parte contradictionis, quem proinde vitare potuit eligendo alteram. Confirmatur, quoniam, ſi forte in bonis, vt imputentur ad meritum non ſeruatur hæc proportio (de quo non eſt diſputandum in præſenti) at in malis, vt imputentur ad culpam, ſeruari debet. Quoniam ex Dei liberalitate nihil eſt addendum imputabilitatis ad culpam; licet addi poſſit imputabilitatis ad meritum. 20.

In quouis inſtanti, & tempore peccare neceſſarium foret.

Perplexa cōſcientia nulla malitia imputatur niſi ſolum exceſſus.

Septima ratio, quia licet exiſtimares, quodlibet peccatum in particulari potuiſſe vitari, ſiue ſuſpendendo omnem actum, ſiue eliciendo aliquem actum in ſingulari indifferentem (vt aliqui volunt eſſe poſſibile) adhuc in Deum, tanquam in cauſam & authorem reuocarentur illa peccata, quæ nihilominus etiam hominibus imputarentur. Sequela probatur, quoniam iure optimo Deus cenſetur author & cauſa bonorum operum, eo quod inclinet ad illa, etiam ſi relinquat facultatem, vagè indifferentem, vt poſſis nunc vel poſtea hoc opus bonum, aut illud elicere. At in eo caſu Deus per potentias rationales, & per generalem concurſum inclinaret ad opera mala, etiamſi relinqueret facultatem vagè indifferentem. Confirmatur, quoniam id foret directè contrarium doctrinæ ferè omniū ſcholaſticorum, quos tota diſp. 39. retulimus, apud quos præcipua ratio, Deum excuſans, ne ſit author peccati, licet ad illius actionem concurrat, eſt, quoniam Deus non impellit, neque inclinat ad tales actiones; ſed potius, quantum ex ſe eſt, inclinat ad bonum rationis. Quapropter ex hoc capite diſſentiunt etiam à ſe ipſis doctores citati pro prima ſententia. Vel inconſequenter loquuntur. 21.

Deus author bonorū operum.

Confirmatio

Octaua probatio ſumitur ex Bulla Pij V. edita anno 1567, confirmatáq; per Gregorium XIII. anno 1579. in qua inter alias plurimas Michaëlis Baij propoſitiones damnantur etiam ſequentes. propoſitio 18. *Liberum arbitrium ſine gratia Dei adiutorio, nonniſi ad peccandum valet.* Propoſitio 29. *Pelagianus error eſt dicere, quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum.* Cui ſimilis eſt propoſitio 30. de impoſſibilitate reſiſtendi cuiconque tentationi, & propoſitio 36. *Cum Pelagio ſentit, qui boni aliquid naturalis,*

Baij Propoſitiones damnata.

turalis, hoc eſt, quod ex natura ſolis viribus ortum ducit, agnoſcis. Nec non propoſitio 65. *Non niſi Pelagiano errore admitti poteſt vſus aliquis liberi arbitrij bonus, ſiue non malus: & gratia Chriſti iniuriam facit, qui ita ſentit, & docet.*

23. Notandum tamen eſt, prædictas propoſitiones non eſſe in quolibet ſenſu damnatas, nam Bullæ tenor ſic habet: *Quamquam nonnulla aliquo pacto ſuſtineri poſſent; in rigore tamen, & proprio verborum ſenſu, ab aſſertoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectiuè, &c.* At verò ſenſus à Michaële Baio intentus fuiſſe videtur, nullum actum moraliter bonum elici poſſe niſi Spiritus ſanctus per iuſtificationem inhabitet, vt apertè colligitur ex propoſitione 58. 59. & 60.

24. Nihilominus, quoniam prædictæ propoſitiones in rigore & proprio verborum ſenſu damnantur, inde ſumitur noſtræ concluſionis probatio. Quoniam illæ in rigore & proprio verborum ſenſu redderentur veræ, ſi noſtra concluſio concederetur eſſe falſa. Si enim ex vi ſolius concurſus generalis prædeterminari poſſet aliquis actus peccati etiam in generali & vagè; ſequeretur in rigore & proprio verborum ſenſu verificari, liberum arbitrium ſine ſpeciali concurſo gratiæ non valere, niſi ad peccandum; nec eſſe aliquid boni naturalis, quod ex naturæ ſolis viribus ortum ducat; nec poſſibilem eſſe aliquem vſum liberi arbitrij bonum, ſiue non malum. Nonò ad eandem concluſionem probandam valent, quæ dicemus ſect. 6.

25. Poſtremo notanda ſunt duo. Primum eſt, ſententiam in hac ſectione impugnatam, & eius authores nihil fauere phyſicæ prædeterminationi ad materialem actionẽ peccati. Quoniam etiam in eorum ſententia per ſolam communem influentiam, eſt abſolutè poſſibile actualiter vitare quodlibet peccatum in particulari, quod de facto committitur: & multò magis poſſibile fuit in ſtatu naturæ integræ, vel naturæ reparatæ per Ieſum Chriſtum. At iſta poſſibilitas aufertur, poſita prædeterminatione ad materialem actionem peccati. Secundum eſt, doctos aliquos recentiores in verbis conuenire cum ſententia nuper impugnata; ſed quantum ad inconueniens aſſerendi antecedentem neceſſitatem peccandi, valdè ab illa diſtare; quoniam non concedunt, niſi conſequentem neceſſitatem, ex ſuppoſitione, quod Deus præcognoſcit, voluntatem conſtitutam ſub talibus cogitationibus, & impulſibus, non eſſe operaturam bene moraliter; quamuis illorum virtute benè poſſet operari, ſi vellet.

SECTIO IV.

Soluuntur argumenta, quæ probare contendunt prædictam peccandi neceſſitatem.

1. PRimum argumentum Gregorius Ariminenſis deſumit ex aliquibus teſtimoniis Auguſtini, aſſerentis, impoſſibilitatem euitandi peccata contractam eſſe per originalem culpam; & eapropter imputari ad culpam, quoniam ex culpa procedit. Præſertim verò ex lib. 3. Hypognoſticon prope initium, dicente: *Libero arbitrio malè vtens incautus, dum ſponte ſerpenti præbet ſuadenti conſenſum, Domini præteriit præceptum, amiſſo poſſibilitatis dono, ſolum arbitrium ad velle potius eſt vulneratum. Hoc ergo vulnere cuncti libero claudicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter ſufficit poſſe bonum, quia iam, vt ſuperius diſputaui, de natura vitiata peccato, id eſt, de protoplaſtis hominibus, quorum ſumus & ipſi natura, in quibus eſt vitiata libertas, homo voluntatis ſana perfectio, videlicet, libertatis arbitrio, quo ſibi ſufficiat non poteſt exoriri.*

Hypognoſtic.

Reſpondeo & dico primò: Auguſtinus, Author Hypognoſtici, aliique Patres non pauci, quando affirmant impoſſibilitatem bene operandi per ſolas vires naturæ, intelligunt de bono opere ad ſalutem & iuſtificationem vtili, vt ſæpe probauimus alibi. Dico ſecundò: Quando affirmant peccandi neceſſitatem, ſiue impoſſibilitatem euitandi peccata per ſolas vires naturæ, non loquuntur de committendis peccatis, quotieſcunque operantur, ſed de tota peccatorum collectione, longo tempore cauenda. 2.

Dico primò.

Patrum ſenſus in aſſerẽda impoſſibilitate vitandi peccata per vires naturæ.

Dico tertiò. Quando prædictam bene operandi impoſſibilitatem, aut peccandi neceſſitatem, dicunt, imputari propter originalem culpã, intelligunt, quandiu non deletur per baptiſmũ, imputari eo tantum imputabilitatis genere, quo peccatum originale imputatur, videlicet, ob liberam voluntatem naturæ in capite. Alioqui manifeſtè notant, non imputari ad culpam perſonalem, niſi quando hic homo liberè negligit vti diuino concurſu generali, & ſpeciali fauore, ſibi oblato. Quod probauimus diſp. 38. ſect. 6. præſertim verò ſect. 7. num 4. ex Auguſtino in lib. de perfectione iuſtitiæ. 3.

Secundum argumentum conflari poteſt ex plurimis teſtimoniis Patrum, ac præſertim Auguſtini aſſerentium, hominem per ſe ipſum, nihil poſſe, niſi peccare, quæ teſtimonia retulimus ſupra diſp. 36. ſect. 4. Et confirmatur primò plurimis aliis teſtimoniis, aſſerentibus, hominem ad ſingula opera & ſingulis momentis Dei gratia, & adiutorio indigere. Secundò aliis teſtimoniis aſſerentibus, hominem nihil habere de ſuo, præter mendacium & peccatum, quæ retulimus in eadem diſputatione 36. ſectione 9. præſertim à num. 10. 4.

Obiectio 2.

Cæterum hæc & ſimilia teſtimonia conferri debent cum plurimis aliis eorundem Patrum, & cum rationibus Theologicis, quas in ſuperiori ſectione tractauimus. Ex quibus ſequens ſolutio colligitur. Dico igitur primò. Ex prædictis teſtimoniis plurima loquuntur de operibus, quæ poſſint eſſe vtilia ad obtinẽdam iuſtificationem, & æternam ſalutem, ſicut alibi probauimus: nunc autem non agimus, niſi de operibus moraliter honeſtis, ac merè naturalibus. 5.

Aſſertio. 1.

Dico ſecundo. Ex prædictis teſtimoniis nonnulla tractant de concurſu ſaltem generali, & naturaliter debito, & illorum ſenſus tribus propoſitionibus continetur. Prima, quantum ad rationem formalem peccati, præciſè conſideratam, nihil opus eſt concurſu etiam generali Dei naturaliter debito, quia illa ratio formalis conſiſtit in priuatione, ad quam non requiritur cauſa efficiens, ſed cauſa deficiens, ſupra tota diſp. 28. ideóque volũtas creata formalem rationem malitiæ totam, ac totaliter habet de ſuo, ita vt in ea de diuino concurſu nihil nec partialiter habeat. Secunda propoſitio. Materialem actionem peccati, quidditatiuè contrariam diuinæ legi, homo habet de ſuo; quoniam ad illam determinat, 6.

Peccati ratio formalis in priuatione: ad quã cauſa efficiens non requiritur.

quamuis

Ad materialem actionẽ peccati Deus concurrit. quamuis enim Deus ad illam concurrat; cæterum quantum eſt ex parte Dei, reuocat potius voluntatem ab ea realitate, ſeu formalitate volitionis, ſecundum quam realiter opponitur diuinæ legi: vt oſtendimus diſput. 36. ſectione 4. num. 7.

7. Tertia propoſitio. Quamuis ad volitionem moraliter bonam ſe ipſum determinet liberum arbitrium, illam tamen non habet de ſuo, ſed Dei beneficio, quoniam Dei concurſus ſaltem generalis (& quandoque etiam ſpecialis, licet entitatiuè naturalis) debet præmouere, præuenire, excitare, inclinare & impellere, vt minimum ad generalem rationem boni, & ea ratione debet facere, vt velimus, & faciamus, & nos liberè determinemus ad particularem rationem boni. Quæ omnia Deus præſtare non poteſt ad materialem actionem peccati; ſed ſolum arbitrium creatum ea omnia ſuo modo præſtat, vt oſtendimus diſp. 36. ſect. 4. & ſequentibus. Semper tamen ſuppono, prædictos modos loquendi, quando referuntur ad opera moraliter bona, nõ accipi eo rigore ac proprietate, quem ſeruant locutiones Scripturæ & Sanctorum Patrum; illæ namque diriguntur ad ſupernaturales actiones, vt num. 5. dicebamus.

Naturalem volitionem moraliter bonam Dei beneficio habemus.

8. Tertium argumentum afferri poſſet ex teſtimoniis Auguſtini, Proſperi, Fulgentij, & aliorum Patrum, frequenter aſſerentium, ad bene operandum arbitrium non eſſe liberum; ſed peccati ſeruum ſuis viribus relictum. Huius argumenti ſolutio eſt, prædicta teſtimonia non agere de bono morali, quod pro nihilo reputatur ad ſalutem, vt diximus in ſolutione primi & ſecundi argumenti.

9. Quartum argumentum cõplectitur alia plurima, quæ contendunt, hominem per generalem Dei concurſum, abſque alio ſpeciali, non poſſe elicere actum moraliter bonum ex omni circunſtantia, de quo non eſt in præſenti locus diſputandi; ſed 1.2.q.109.art. 2. & 1. p. dum agitur de cauſa prędeſtinationis, vbi rationum pondere, atque ſingulari eruditione Suarez lib.2.c. 20.& multis ſequentibus. Nos eam tantùm partem huius ſententiæ tractamus, ſecundum quam neceſſitat ad peccata vagè. Aliam partẽ, quamuis neceſſariò copulatam, ſupponimus, vt maiorem, quam vt in tranſcurſu patiatur ſtringi.

10. Quintum argumentum deſumi poſſet ex D. Thoma in 3. contra gent. cap. 158. & 159. quæ quaſi conſentientia cum ſententia Gregorij Ariminenſis refert Capreolus in 2. diſt. 28. q. vnica art. 3. poſt med. ad 15. argumentum. Reſpondetur, ex illis capitibus ſolummodo colligi, meritò imputari culpam hominibus, qui ad Deum non conuertuntur, quamuis hoc facere nequeãt niſi per gratiam: quoniam liberè recuſant accipere gratiam, quam Deus cuilibet offert.

Conuertitur nullus niſi per gratiam.

11. Maiorem difficultatem afferre poſſet, quod D. Thom. in tertio contra gentes cap. 160. aliiſque locis aliorum operum, exemplo ebrij, cui homicidium ebrietatis cauſa commiſſum, imputatur ad culpam, probat, non excuſari hominem à culpa propter impoſſibilitatem vitandi peccata, contractam ex præcedenti culpa, ſaltem originali. Nihilominus S. Thomas longè diſtat à neceſſitate peccandi, quam impugnamus. Tum propter præparationẽ ſpecialis concurſus, quam nuper retulimus ex cap. 159. Tum etiam, quia per ſolum generalem concurſum poſſe hominem operari bonum morale, docet 1. 2. q. 109. art. 2. & 22. q. 10. art. 4. vt notat Caietanus, & reliqui expoſitores in 1. 2.

Per ſolũ generalem concurſum poſſe operari bonũ morale affirmat S. Tho.

12. Sextum argumentum ſit, quoniam Theologi communiter concedunt, vrgente graui tentatione, aut ſpeciali quadam ignorantia, vel imbecillitate impediente, homines aliquos in aliquo inſtanti, aut tempore breuiſſimo non poſſe non peccare ex vi ſolius concurſus generalis ſine ſpeciali aliquo fauore. Reſpondetur. Neceſſitas hæc longè diſtat ab ea, quæ in præcedenti ſect. impugnata eſt, & ab eius inconuenientibus: quoniam neceſſitas hæc contingit per accidens propter ſpeciales cauſas ignorantiæ, ruditatis, infirmitatis, aut tentationis, quæ cauſæ non ſunt per ſe, ac neceſſariò conſequutæ ex primaria inſtitutione naturæ rationalis. Quemadmodum etiam propter ſomnum, phreneſim & amentiam determinatur intellectus. & neceſſitatur ad errores: cum tamen Deus non poſſit ex primaria inſtitutione inclinare, niſi ad verum: vt oſtendimus diſp. 30. At verò neceſſitas altera per ſe conſequitur rationalem naturam, in puris naturalibus productam, ſecluſa qualibet cauſa per accidens adueniente: vt magis conſtabit ſect. ſequenti verſus finem.

SECTIO V.

Vtrum limitando generalem concurſum prædeterminari queant vagè materiales peccatorum actiones.

Peculiariter in damnatis

1. Difficultas in eo conſiſtit, vtrum diuinæ ſapientiæ, atque bonitati repugnet, generalem concurſum ita limitatum offerre, vt ſubtrahatur quibuſlibet actionibus moraliter bonis, & ſolummodò relinquatur ad materiales peccatorum actiones, manente libertate, vt quodlibet peccatum in particulari poſſibile ſit euitare.

2. Affirmatiuam ſententiam ſupponunt, qui exiſtimant, damnatos ideo non poſſe concipere actum aliquem, qui ſit bonus ſimpliciter & ex omni circunſtantia, quia Deus decreuit ad eum actum cum illis non concurrere. Ita Marſilius in 2. q. 5. art. 3. præſertim notab. 5. & poſtea dum reſpondet ad rationes, quæ fiunt contra quæſitum. Conſonat in eodem lib. 2. q. 16. art. 5. col. vltima, vbi magis explicat libertatem illis relictam, quia *reſpectu eorum, quæ male volunt, idem poſſunt velle, & non velle*. Eadem ferè ſententia eſt Ægidij in 2. diſt. 7. q. 1. toto art. 2. peculiariter col. 6. §. *Ex eo ergo*, & in fine corporis ante ſolutionem argumentorum, & in ſolutione ad 1. dicentis, impetus ad benè operandum requiſitos dæmonibus denegari. Sic etiam nonnulli docti recentiores eiuſdem impoſſibilitatis rationem reddũt, quoniam damnatis Deus ſubtrahit generalem concurſum ad actus moraliter bonos. Ita Molina 1. p. q. 64. art. 2. diſput. 2. §. *Reiicia*, & §. *Dubium*.

Qui docuerunt dãnatos bonum actũ concipere non poſſe.

3. Nihilominus ſit concluſio, Diuinæ ſapientiæ bonitatique repugnat; generalem concurſum denegare ad quemlibet actum moraliter bonum illi voluntati, cui concedit generalem cõcurſum ad actus moraliter malos. Probatur primò à priori, quoniam concurſus, à ſummo bono procedens,

Concurſum ad quãlibet bonũ actum negare repugnat Deo.

cedens,debet dirigi ſemper ad idem ipſum bonū, & quantum ex ſe eſt,ad illud inclinare. At verò generalis concurſus, prædicto modo limitatus, quantum ex ſe eſt, deſtinaretur ad prauos actus & ad illos inclinaret, & nullo modo ad bonos actus: concurſus enim non deſtinatur, neq; inclinat, niſi ad eos actus,ad quos concurrere poteſt:vt ſect.ſequenti conc.1.videbimus.

4. Confirmatur, nam & Damaſcenus hoc idem fundamentum ſupponit in dialogo contra Manichæos multò propinquiùs ad finem, quàm ad med.vbi probans,Deum nulli perſonæ mali authorem eſſe, tam in præſenti ſæculo,quàm in futuro,ſed propria libertate malum fieri,quicunq; fit malus; ait:*Deus, quod ſuarum partium eſt,dat, vt bone ſimus: at nos quod in poteſtate noſtra ſitam eſt,nempe vt data bona conſeruemus,vel faciamus,vel negligimus.Quin Deus Diabolo quoque ſemper bona præbet:verùm ille accipere recuſat. Atque in futuro æuo Deus omnibus bona fundit:at vnaſquiſque prout capacem ſeſe reddidit, boni particeps efficitur.* Hæc intelligit de poteſtate & concurſu ad eliciendos actus naturales moraliter bonos,& vitãdos actus malos. Nã alioqui dæmonibus, & damnatis hominibus pœnitentiam eſſe impoſſibilem; paulò inferius docet,quod dixerat etiam ſuperius prope medium dialogi. Et omnes Theologi agnoſcunt eſſe de fide,quęcunque ſupernaturalia dona denegari damnatis.

Damaſcen.

Dæmonibus, & damnatis pœnitentia impoſſibilis.

5. Probatur ſecundò,quoniam peculiariter quoad impetus bonos, quos negabat Ægidius ſupra citatus,S.Thomas 1.p.q.64.art.2.ad 5.concedit, dæmonibus eſſe bonos actus,ex voluntate naturali, & indeliberata procedentes, *ſecundum quod bonum & optimum concupiſcunt eſſe, viuere & intelligere*, vt Dionyſius dicit cap.4.de diuinis nominibus parte 4. non multum ante finē. Quam Dionyſij ſententiam cæteri omnes ſcholaſtici admittunt, de obſtinatione dæmonum tractantes. Prædicti verò actus naturaliter boni, & indeliberati ſunt impetus, quod ex ſe eſt,ſufficientes, vt initium præbeant operationis moraliter bonæ. Similia notat D. Bonauent. in 2. diſtinct.7. part.1. art.1. quæſt.2. ad 4. illis præſertim verbis: *Motum illum, quem natura inchoat incitando, voluntas conſumat deformando.* Confirmatur, nam ſynderesis murmur, eo ipſo, quod à malo retrahit, ad bonum impellit. Dæmonibus verò ſynderesis murmurat contra omne illud, quod eſt contra ius naturale,vt ſapienter notauit S. Thomas in 1. diſtinctione 7. quæſtione 1. articulo 2. ad 2.

S.Thomas.

Actus indeliberati boni in dæmonibus.

Bonauent.

Synderesis murmur.

6. Reſtat difficultas, quoniam dæmones, & homines damnati non poſſunt ceſſare à malis actibus ſeu determinatè, ſeu vagè, nec poſſunt elicere actum aliquem moraliter bonum ex omni circunſtantia. Hæc autem impoſſibilitas prouenire non poteſt ex generali concurſu, vt oſtendimus ſect.3.& 4.neque ex concurſu ſpeciali,vt oſtendemus ſect.ſequenti. Reſtat ergo vt prouenire debeat ex negato generali concurſu ad actum moraliter bonum.

7. Maior probatur, quia prædicta impoſſibilitas ceſſandi à malo, & operandi bonum traditur à D. Thom.1.p.q.64.art.2.ad 5.Si ſolutio confeſratur cum inflexibilitate ſeu impoſſibilitate mutandi decretum,quam tradiderat in corpore:clarius tamen hoc docet in 2.diſt. 7.q.1.art.2.præſertim ad 1.& de malo q,16.art.5. præſertim ad argumenta D. Bonauent.2.diſt.7.parte 1. art. 1. q. 2. in ſolutionibus argumentorum.præſertim ad 4.Quibus conſonat in art.2.tota q.2. corpore.Albertus in 2.p. Summæ q.25.memb. 1. art. 2,3.& 4.Alexander 2.p.q.118.memb. 3. init. & 4.parte q.55.memb.1.art. 3. Ægidius,& Marſilius ſupra citati num.2,Ricardus in 2.diſt.7. art. 2.q.2. vbi Gregorius q.1. art.2.à medio, Maior in 2.diſt.1.concluſ.4.& 5.& diſt.7.q. 1. conc. 5. Capreolus in eadem diſt.7.q. vnica art. 1.conc. 2.& in art.3 dum reſpondet ad argumenta contra ſecundam concluſionem, vbi Gabriel q.1. art.1.conc.2.Caietan.& communiter Thomiſtæ 1.p.q.64.art.2,Sotus in 4.diſt.50.q.1. art.4. & 5.Bellarm. de Grat.& libero arbit.lib.5. cap. 12. argu.6.Molin.1.p.dicta q.64.diſp.2. §. *Dubium.* Vaſquez diſp.241.ca.4.Fauet Altiſiodorenſ. lib. 2.ſummæ tract.2.c.7.q.1. ad finem, & Magiſter in 2.diſt.7. dicens, dæmones non poſſe bene viuere. Idem à fortiori concedunt reliqui Doctores, qui ad opus moraliter bonum requirunt ſpecialem fauorem & concurſum, quos retulimus ſection.3.

Qui dixerit dānatos ceſſare nō poſſe à malis actibus.

Fauet illud Fulgentij de fide ad Petrum c.3. propius ad med.quàm ad princip.receptum cōmuniter ab ſcholaſticis citatis: *In quo* (videlicet, igne) *omnes illi præuaricatores Angeli nec mala poſſint vnquam voluntate carere, nec pœna, ſed permanente in eis iniuſtæ auerſionis malo,permaneret etiam iuſta retributionis æterna damnatio* Bernardus lib. 5.de conſideratione ad Eugenium col. antepenultima.*Quid,*inquit,*tam damnatum quam voluntas addicta,huic neceſſitati volendi,nolendique,vt ad vtrumlibet iam, ſicut non niſi peruersè, ita non niſi miſerè moueatur?* Quam neceſſitatem ſupponunt etiam Patres,qui dicunt, diaboli voluntatē ſemper eſſe iniuſtam: vt Gregor.18.moral. c. 3. poſt med. & ſemper continuéque peccare, vt Gloſſa interlinealis in id 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat.* 8.

Fulgentius.

Bernardus.

1.Ioan.3.

Vt reſpondeam præmitto, ab aliquibus authoribus dictæ impoſſibilitatis cauſam in dæmoni constitui,quoniam Deus independenter ab eorū libertate prauos actus producat. ſiue conſeruet. De quibus dicendum erit diſp. ſequenti. Nunc verò ſuppono, quaſlibet actiones malas eſſe dānatis quibuſlibet imputabiles,quoniam licet dānato ſit neceſſarium peccare generaliter, & vagè; ſingula verò pęccata in particulari euitare ſimpliciter eſt poſſibile. Aliqua tamen illorum illis difficillimum foret vitare, ſuppoſita pœnæ acerbitate grauiſſima.Atque ita intelligendi ſunt nonnulli ſcholaſtici, dæmonibus circa malum concedentes, ſimul cum neceſſitate libertatem: vt S.Bonauent.2.diſt.7.part.1.art.2. q. 2. & Ricardus ibidem, Capreolus q. vnica art. 3. dum reſpondet ad argumenta contra ſecundam concluſ.proximè poſt med.art.Nam aliâs iidem Doctores agnoſcunt neceſſitatem eſſe libertati contrariam:vt retulimus præcedenti tomo de ſcientia diſp.49.ſect.5.& 6. 9.

Peccare vagè damnatis neceſſarium.

Hoc ſuppoſito, dico primo: Impoſſibilitatis prædictæ cauſa per ſe eſt libera damnatorū malitia;hæc autem per accidens ſequitur, tanquam à remouente prohibens ex ſubſtractione ſpecialis concurſus, quam Deus per ſe cauſat. Ita S. Thomas de malo q.16.art.5.ad 3.*Deus eſt,*inquit, *cauſa ſtatus Angelorum, in quo ſunt obſtinati in malo, non quidem ſicut cauſando, vel conſeruando malitiam,ſed ſicut non impartiendo gratiam. Sic enim dicitur aliquos indurare. &c.* & ſubdit ad 4. 10.

Neceſſitas peccandi in damnatis eſt libera ipſorū malitia.

S. Thomas.

Immobiliter permanere in malo non conuenit diabolo ex vna cauſa, ſed ex duabus. Nam eſſe in malo competit ei ex propria voluntate,ſed immobiliter inhærere ei,ad quod voluntas applicatur,conuenit ei ex propria natura. Atque eadem eſt ſententia S. Thomæ in 2.diſt.7.q.1.art.2.ad 1.& 1.p.q. 64. art. 2.corp.& ad 5. ſemper enim obſtinationis & neceſſitatis peccãdi rationem aſſignat ex malo fine liberè præuolito,ac præcõcepto.Eandẽ etiam rationem aſſignant S.Bonauent.Albertus & ferè omnes ſupra citati.

11. *Dicta neceſſitas non phyſica ſed moralis.* Dico ſecundò. Prædicta impoſſibilitas benè operandi non eſt ſimpliciter & phyſicè impoſſibilitas,ſed tantum moraliter,& ſecundum quid. Ita verò,vt infallibile ſit fore,vt nunquam de facto eliciant aliquem actũ ex omni circunſtantia moraliter bonum,licet abſolutè poſſint eũ elicere. De quo dixi ſatis 1.p.quæſt.64.art. 2. Vnde cum communi ſentẽtia conciliari poſſunt aliqui ſcholaſtici, dicentes, damnatis eſſe poſſibile actũ moraliter bonum elicere, nulla circunſtantia vitiatum,licet de facto nunquam eliciant.Ita Scotus in 2.diſt.7.q.vnica art. 3. ante ſolut. argum. vbi Vurandus q.2.n. 12. Baſſolis in eadem diſt. 7.q.1.art.3.Valentia tom.1.diſp.4.q.15. punct. 2.ſub finem.

SECTIO VI.

Vtrum ex vi ſpecialis concurſus actum peccati vagè prædeterminari, ſit poſſibile.

1. *Sententia aſſerens peccati actum vagè prædeterminari poſſe. Primũ fundamentũ.* NOn defuere præſentis ætatis Theologi,qui affirmatiuam ſententiam tenuerint, quamnis alioqui proſus impoſſibilem eſſe, iudicent, phyſicam prædeterminationem ad materialem actionem peccati.Huic ſententiæ tria præſertim argumenta militant.Primum, quia vaga prædeterminatio relinquit illæſam libertatem phyſicam & moralem in vnoquoque actu peccati diuiſiuè,vnde prouenit, vt tota illius malitia imputanda ſit homini. Ergo ex tali prædeterminatione non ſequitur, peccatum eſſe imputandum Deo, ac proinde illius ſapientiam & bonitatem non dedecet talis prouidentiæ modus.

2. Secundum argum. Maxima pars hominum de facto producta eſt à Deo ſub talibus circunſtantiis,& cum tali menſura & modo diuini concurſus,vt infallibile fuerit longo tempore peccaturos eſſe mortaliter. Ergo ſimiliter poterit Deus, per ſuum concurſum effectiuum prædeterminare,vt longo tempore Petrus actionem concipiat mortalis peccati. Probatur conſequentia, quia nulla videtur eſſe ratio diſcriminis, propter quã vnum deceat Deum, aliud vero non deceat.

3. Confirmatur, quia ſi reſpondeas, eiuſmodi prædeterminationem,ad peccandum mortaliter longo tempore,prouenisse ex libera malitia primi parentis, vnde contraximus originalem infirmitatem;prouenire præterea ex libera malitia dæmonis impugnantis,& hominum ſuadentium mala verbo & exemplo: inſtauro argumentum in homine, quẽ Deus in puris naturalibus creare potuiſſet ſine originali culpa,& ſine gratia,ſine tentatione dæmonis,neque aliorum hominũ: qui tamẽ longo tempore relictus ſub communi concurſu & prouidẽtia merè naturali, infallibiliter aliquando peccaret mortaliter:vt cõſtat ex communi Theologorũ doctrina circa donũ perſeuerantiæ, Vnde ſic argumentor, Poſſibile fuit, Deum producere omnes cauſas,prędictũ hominem infallibiliter inclinantes, ad aliquod peccatum vagè longo temporę committendum. Ergo effectiuus concurſus, inclinãs ad aliquam actionem peccati vagè longo tempore cõmittendam, non repugnat.

Tertium, quia Deus poteſt cauſare intra vel extra hominẽ plurimas circunſtantias quæ illum infallibiliter impellant ad peccandum, veluti ad ſuperbiam,inuidiã,libidinem, & iram. Quemadmodum Holoferni contulit victorias,& potentiam, & Iudith pulchritudinem, ſplendorem, & eloquij ſuauitatẽ contulit, vnde infallibiliter in ſuperbiam & libidinẽ lapſurus erat Holofernes. 4.

Nihilominus dico primò. Deum non decet, ac proinde nõ eſt poſſibilis concurſus effectiuus determinãs ad materialem actionẽ peccati,etiãſi ſolùm in communi & vagè determinet, relicta omnimoda libertate in particulari.Ratio à priori eſt,quoniam concurſus Dei cum noſtra volũtate per ſe immediatè dirigitur ad eam volitionem ad quã ex ſe ipſo determinat,& ad nullum aliud bonum dirigitur immediatè;ſicut calefactio immediatè non dirigitur niſi ad calorem,& proiectio lapidis dirigitur immediatè ad motum localem illius.Quapropter ſi cõcurſus Dei ex ſe ipſo & ab intrinſeco determinat ad actionem peccati vagè & in communi; conſequẽs eſt,illũ concurſum eſſe ab intrinſeco,per ſe,& immediatè deſtinatum ad aliquam volitionẽ realiter contrariã & rectę rationi & Deo. Vnde reuiuiſcunt plurima & præſtãtiſſima argumenta, quæ pręcedentibus diſp.adducta ſunt cõtra phyſicã prædeterminationẽ,illa præſertim,quæ deducũt,Deo imputandã eſſe malitiã,ſi ab illius cõcurſu incipit determinatio ad materialẽ actionem peccati,tota diſp.36.& 37.& quæ probant,diuinæ voluntati, & prædeſtinationi repugnare,tota diſp. 33.& 35. 5. *Aſſertio 1. Ad actionẽ materialem Deus vagè determinare non poteſt.*

Dico ſecundò. Præcedentis aſſertionis doctrina certior eſt in prædeterminatione ad certã & determinatam ſpeciẽ peccati in communi & vagè,permittendo humanæ libertati, vt tẽporis & loci eligat circunſtantias, determinẽtque indiuiduationem actus. Huius enim prædeterminationis impoſſibilitatem probat nõ ſolùm ratio præcedentis aſſertionis; ſed etiam alia peculiaris,nimirum,quia cùm circunſtantiæ loci & temporis atque differẽtia indiuidualis, præcisè ſecundùm ſe conſideratæ,nullam malitiã includant; ſequetetur inde,ſibi reſeruaſſe Deũ,quidquid malum erat in prædicta actione, vt illud totum prædeterminaret; noſtræ verò libertati ea commiſiſſe tantummodò,quæ ſecundùm ſe non ſunt mala. Quod erit veluti auara quædam tenacitas præripiendi, ac nulli communicandi facultatem determinandi atque cauſandi realem, & poſitiuam contrarietatem cum diuina lege, atque ratione recta. 6. *Loci & temporis circunſtantia, & differentia numerica ſecundum ſe malitiam nõ includunt.*

Ad argumenta cõtrariæ ſententiæ reſpondetur,ad primum. Quãuis tota malitia prædictæ actionis, quæ vagè & in cõmuni prædefinita eſt, foret imputãda homini cui eſt ſimpliciter libera: cæterũ non vſq; adeò totaliter imputaretur homini,vt non imputaretur etiã Deo,quaſi authori determinãti in cõmuni,& vagè propter rationes dictas in concluſionibus. Et iſtã ratio eſt manifeſta, ſi enim Deus conſuleret peccatum, vel infunderet habitum vitioſum, per ſe inclinantem ad peccatum; nihilominùs peccati malitia foręt phyſicę ac moraliter libera: ideóque tota imputa 7. *Reſpondetur ad primum* *Deo, & homini imputaretur malitia.*

impitatetur homini, ſed non totaliter, quia Deos fuiſſet author illius per conſilium aut habitum, quæ ſunt per ſe ordinata ad eiuſmodi actionem: quemadmodum bona opera non ſoli homini; ſed principalirer Deo impurantur.

8. Ad 2. negatur conſequentia, & ratio diſcriminis eſt, quia concurſus effectiuus, determinans ad actionem materialem peccati per ſe, directè, & immediatè deſtinatur ad materialem illam actionem; quæ ab intrinſeco eſt contraria rationi rectæ, vt diximus in aſſert. 1. Cæterum quæcunque Deus de facto produxit in quiboſlibet hominibus, vel extra illos independenter ab eorum libera malitia, omnia illa ſunt per ſe, directè, & immediatè deſtinata ad bonas operationes: quod autem infallibiliter inclinent ad malas operationes longo tempore, hoc per accidens prouenit ex abuſu libertatis propter dæmonis tentationes, & carnis ioſirmitatem, ignorantiâmque intellectus.

Quacunque creat Deus per ſe deſtinata ad bonum.

9. *Obiectio.* Qood ſi obiicias, inde ſequi, ſimili ratione poſſibilem eſſe concurſum ſpecialem Dei, qui non per ſe determinet, ſed per accidens ad actionem materialem peccati in communi & vagè, præſertim ſuppoſita infirmitare hominis, & ignorantia; *Solutio.* reſpondeo, conſequẽs eſſe verum, ſed impropriè ſignificatom. Cuius exemplum eſſe poterit, ſi Deos ſuo effectiuo concurſu vehementiſſimè impellat hominem, ad zelandam Dei legem, & extirpandos eius hoſtes: vnde ſuppoſita ignorantia, aliiſqoe circunſtantiis, in quibus erat Saulus, anteqoam cælitus illuſtraretur, infallibile erat fore, vt mortaliter peccaret, Chriſtianos perſequendo. Sed runc diuinos concurſus non determinaret ad actionem ipſam, quæ mala eſt; ſed quod ex ſe eſt, potius ab illa reuocaret, inclinãdo ad contrariam actionem bonam obſeruandi quamliber legem Dei: de quo dicemus diſputatione 44. ſect. 1. & 2. & 6. *Confirmationis ſolutio.* Ex his conſtat ſolutio confirmationis, nam omnes illæ circunſtantiæ hominis producti in puris naturalibus per ſe & immediatè non inclinarent, niſi ad actiones intrinſecè bonas: at verò prædictus concurſus per ſe, & immediatè inclinaret ad actionem intrinſecè contrariam ratiooi rectæ.

10. *Duæ rationes diſcriminis.* Ad huius ſolutionis confirmationem accedũt aliæ duæ rationes diſcriminis: altera eſt, quia ex ſuppoſitione quod Deus creabat hominem in puris naturalibus, non potuit ab eo auferre prædictam determinationem ad malum, quę ex connaturali ſuo defectu, & imperfectione prooeniebat, quãntumuis proueniret per accidens: neque tenebatur conferre fortiorem concurſum, quàm generalem, pro munere primæ cauſæ. At verò ſuæ bonitatis lege tenebatur non ſuperadddere impulſum ad ruinam, irruendo *in hominẽ, quaſi parieti inclinato & maceriæ depulſa.* Aliud namque eſt naturã non eleuare ſupra ſuam perfectionem, & virtutem, ne labatur; aliud vero naturam ex infirmitate connaturali lapſantem, per anguſta, & lubrica viarum flectere.

Homini in puris naturalibus condito ſolus generalis cõcurſus debitus.

11. *Infallibilitas peccandi in puris naturalibus unde proueniret.* Altera ratio eſt, quoniam ea infallibilitas cõmittendi aliquod peccatom, quæ foret in homine condito in puris naturalibus, proueniret ex corpore, & inclinationibus illius, à qoo prouenit ignorantia & concupiſcentia, inclinans ad proprium booum animalis. At verò concurſus Dei, determinans ad volitionem, tenet ſe ex parte animæ rationalis. Porrò quæ ſunt ex parte aoimæ rationalis, debent eſſe per ſe incl inantia ad proprium bonum rationis; ſicut ea, quæ ſunt ex parte corporis, debent eſſe inclinantia ad proprium bonum animalis: atque hunc ordinem iouertere indignum eſſet diuina ſapientia.

Quæ ex parte animæ rationalis, per ſe inclinatia ad bonum.

Ad tertium reſp. Neque intra, neque extra hominem poſſibile eſt à Deo caoſari vllam rem, 12. quæ per ſe & immediatè inclinet ad materialem actionem peccati, etiam vagè & in communi. At verò ſi daretur prædictos concurſos Dei determinans, inclinaret per ſe & immediatè: vt oſtendimus io aſſertione prima. Quod autem Deus caoſet intra vel extra hominem plurimas creaturas, *quæ in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.* Sap. 14. hoc prouenit ex hominum inſipientia libera, cum ipſæ creaturæ per ſe & immediatè non dirigantur, niſi ad optimos fines, quibus Dei amor & gratiarum actio prouocetur: vt optimè S. Thomas 1. 2. q. 79 art. 1. ad 2. & magis conſtabit ex dicendis diſput. 42. 43. & 44. *Sap 14.*

DISPVTATIO XLI.

Vtrùm materialem actionem peccati nulli creaturæ imputabilem poſſibile ſit à Deo cauſari.

SECTIO I.

De Actione, ad quam nulla potentia vitalis effectiuè concurrat.

QVÆSTIO præſens implicat aliam inſeparabiliter illi coniunctam. Vtrùm actiones aliquæ ſint intrinſecæ malæ, 1. ita vt ab illis malitiam ſeparari contradictionem inuoluat. Omnes namq; Theologi ſupponunt, à Deo nullatenus cauſari poſſe abſque libera malitia voluntatis creatæ quidquid intrinſecè claudit maliriã; ſicut nõ poteſt à Deo cauſari malitia.

Notandus eſt duplex reſpectus, qui diſtinguitur ab Shcolaſticis in maliria, prout intrinſeca eſt volitionibus. 2. *Duplex reſpectus in malitia.* Primos reſpectus eſt io ordine ad voluntatem creatam liberè operaotem. Et in ordine ad hanc, omnes tanquam certum ſupponont, quoſdam actus in eo ſenſu intrinſecè malos eſſe; quod ſi ab arbitrio creato liberè concipiantur; oeceſſariò euadant, turpes, & contrarij diuinis legibus, ita vt nullo bono fine, nulliſve circunſtantiis, aut diſpẽſationibus honeſtari poſſint, vt à voluntate liberè, ac ſine peccato fiant. Cuiuſmodi eſt odium Dei, idololatria, hæreſis, blaſphemia, mendacium, & id genus alia crimina. *Actiones aliquæ liberè ſine peccato nõ poſſunt.* Secuodus reſpectus eſt in ordine ad increatam voluntatem, vt ab illa poſſint honeſtè, laudabilitérque cauſari.

3. Subdiuiditur iterum ſecundus iſte reſpectus; alter enim eſt io ordine ad voluntatem diuinam, cooperantem eum libera cooperatione voluntatis creatæ. De hoc reſpectu tractat opioio aſſerẽs materiales quaſlibet actiones peccatorum in ordine ad volontatem dioioam intrinſecè non eſſe malas, ſed potios ita bonas, quod Deus laudabiliter poſſit velle prædeterminare & facere, vt creata voluntas illas actiones materiales liberè cõcipiat, etiamſi fuerit materialis actio odij Dei, blaſphemię, aut cuiuſque turpiſſimi peccati. Hoc à ſolis Authoribus phyſicæ prædeterminationis

aſſeritur,& ſatis impugnatum fuit diſp. 27. tota ſect. 7. Illud ſolummodn reſtat in præſenti notandum,aotiquos ſcholaſticos,pro ſequenti ſententia referendos à num. 5. nihil proſos fauere prædeterminationi prædictæ : tum quia ſolummodo loquuntur de actione,ad quam Deus neceſſitat voluntatem creatã, liberrate ligata : tum præcipuè, quooiam multis aliis in locis expreſsè notaot, implicare cnntradictionem , quod Deus faciat , vt homo liberè velit , & faciat actionem peccati , vel inclioet ad illam. Quod de ſingulis authoribus retulimus diſp. 39. præſertim ſect. 3. & 5.

4. *Baſſolis.* Vnicum excipio Ioannẽ de Baſſolis in 1. diſt. 38. prope finem. Qui reſpondens ad quandam confirmationem:*Dico*,inquit, *quod ſicut Deus poteſt creare actum odiendi ſe ipſum,& id quod eſt ſibi poſitiuum,& propter ſe ipſum,vt propter finem naturalem actus,non obſtante, quod ſummè diligat ſe ipſum:ita etiam poteſt determinare aliquem ad actum odiendi ſe ipſum,dato quod ipſe Deus in hoc non peccet,ſed ſummè diligat ſe ipſum:ſed peccator tantum peccet , qui obligatur. &c.* Et quidem licet falsò determinationem admittat Baſſolis; negat verò talem prædeterminationem , quæ phyſicam neceſſitatem ioducat , vt oſtendimus tomo præcedenti de Scientia diſp.49.ſect.7.

5. Deuoluitur ergo ſtatus quæſtionis præſentis ad alterum reſpectum actionis materialis erga voluntatem diuinam,operantẽ abſque libera cooperatione voluntaris creatæ. Quidam igitur authores exiſtimant , illum actum & totam illius eſſentiam,qui productus & receptus à voluntare creata, eſt odiũ Dei, non eſſe odium Dei, ſi cauſetur à ſolo Deo,nihil cõcurrente volũtate creata,aut certè non concurrente liberè : ac proinde qualitatem illam & eſſentiam à ſolo Deo poſſe produci:ſiue producatur à quolibet ſubiecto ſeparata, ſiue corporeo & inſenſibili ſubiecto inhærens,ſiue producatur in voluntate , non concurrente per efficientem cauſalitatem , ſed ſolummodò in genere cauſę materialis recipiente. *Sententia aſſerens Deum ſine voluntate peccati actum poſſe producere.*

6. Ita Gregor.in 1.ſent.diſt.1.q.3.art.2.col.vltima ad quoddam ſecundum argum.& diſt.42.q. 1.col.penult.ad 1.contra 2.conc.& in 2.diſt.37. q.vnica art.3.col.antepenult.ad 5.(noc diſcordat in 2.diſt.7.q.1. art.2. à medio) Maior in 1. diſt. 17.q.10.& diſt.43.q. vnica & in 2.ſent. diſt. 7. q.1.poſt med. à §. *Contra iſtud.* (vbi tamen dubitat vtrùm in voluntate produci queat prædicta qualitas odij)& in 2.diſt.37. q. 2.ad 2. Almain. tract,1.moral.cap.16.ſub init.& clariùs in dictatis ſuper ſententias Roberti Holcot q.2.fine Ricard.in 2.diſt.37.artic.3.q. 1.ad 2.(licet obſcuriùs loquatur)Ocham.2.q.19.Gabriel in 1. diſt. 42.fine,& in 2.diſt.7. q. vnica art. 2. à medio & diſt.37.q.vnica art. 3. dub. 3. Rupertus Holcot in 2.ſent.q.4.duobus foliis poſtremis, præſertim ſub RR.Pertus de Aliaco in 1.ſent.q.13. art. 2. ad finem.Franciſcus Maironis in 2.diſt. 43.q.4. Inſuper ex Thomiſtis idem ſentiunt Capreolus in 2.diſt.37.q.1.art.3.prope initium. Conradus 1.2.q.79.art.2.ad 3. Atque idem videntur ſentire Caietanus in eadem q.79. art. 1. Deza in 2. diſt.37.q.vnica art.4.ad 1.cõtra ſecundam concluſionem,& Valent.1.2.diſp. 6. q. 9. punct.1. verſus finem.Colligitur ex Angeſto in lib.1.moral.c.4.documento 4.quoniã docet, in damnato à Deo continuari nolitionem, quã, propter peccata in inferno detineri , non vult, imo poſitiua vnlitione reſpuit,ideóque non poſſe damnatum ab illa nolitione liberè recedere.

Nihilominùs ſit vnica concluſio. Contradictionem inuoluit,materialem actionẽ odij Dei à malitia ſeparari , etiam ſi à ſolo Deo producatur extra omne ſubiectum,vel in ſubiecto corporeo, vel in voluntate, nihil concurrente per modum cauſæ efficientis,ſed tantùm in genere cauſę materialis.Idem intellige de idololatria,hæreſi,blaſphemia,periurio,mẽdacio, & ſimilib.actionibus. 7. *Materialis actio odij à malitia ſeparari non poteſt etiam ſi à ſolo Deo producatur.*

Probari potuiſſet primò per generalia principia,quæ mihi ſemper viſa ſunt vera,quoniã quęcunq; intellectio,& quæcunq; volitio quidditatiuè poſtulat actualiter procedere ab intellectu, & à voluntate per vitalem actionẽ , ita vt implicet contradictionẽ , qualitates illas exiſtere ſine proprio ſibi modo actionis vitalis, actualiter poſtulato.Sed quoniã hæc probate philoſophicum potiùs quã Theologicũ eſt, neq; poteſt breuiter in aliena diſputatione præſtringi,omittendũ fuit. 8. *Vitales actiones à ſolo Deo produci non poſſunt.*

Secundò igitur ex propriis peccatorũ principiis probatur,quoniã aliquę volitinnes,& nõnullę ſimiliter intellectiones,ſiue accipiãtur in ratione qualitatis, ſiue in ratione actionis, intrinſecè malæ ſunt,ita vt per nullas cauſas,per nullámve circunſtantiarũ mutationẽ ab illis poſſit malitia ſeparari.Ergo quantũcunq; producerentur à ſolo Deo, nulla creatura effectiuè concurrente,retinerent intrinſecam ſibi malitiam; ac proinde repugnarẽt infinitę ſapiẽtię & bonitati. Antecedẽs probatur primò ex Auguſtioo libro contra mendaciũ c.7. vbi diſtinguit aliqua , quæ per ſe ipſa ſunt peccata,hoc eſt, independenter à quacunq; circunſtantia cauſæ finalis,vel efficiẽtis perſonæ, & quæ nullis cauſis fieri poteſt , vt peccata non fiot.Cuius verba retulimus diſp.27.ſect. 4. nu. 10.Cui cõcinit Innocentius III. in cap. *Super eo* de vſuris,inde inferens, peccata quædam eſſe indiſpenſabilia,vt retulimus ibidem num. 12. 9. *Volitiones, & intellectiones aliqua intrinſecè malę.*

Confirmatur primò cõmuni ſententia ſcholaſticorum & imprimis D.Thom. in 1.ſent. diſt. 47.q.vnica art.4.corp.fine: *Quadã*,inquit,*peccata ſunt, quorũ actus inordinatus eſt immediatè circa finem:vt peccata, quæ ſunt in Deũ,vt odire ipſum. & deſperare de eo,& huiuſmodi,& cum actus ex obiecto ſpeciem trahat,conſtat eiuſmodi actus etiã ſecundum ſpeciem in genere natura malos eſſe Vnde ab eis talis inordinatio auferri non poteſt. Non enim poſſet auferri ex hoc,quod ordinarentur ad finem, cum ſecundù eſſe ſuũ ſint deordinati à fine. Contingeret enim quod aliquid eſſet ſimul ordinatum,& inordinatum. Vnde huiuſmodi nunquã ſubiacent diuino præcepto.* 10. *S.Thoma.*

Perpende primò,quoſdam actus,etiam in genere naturæ,malos eſſe; ac proinde, quamuis ab illis auferatur moralis imputabilitas,quæ prouenit à libertate creata, nõ poterunt exuere natiuã ſibi malitiam,quoniã propriam naturã deponere nequeunt. Perpẽde ſecuodò ab eiuſmodi actibus inordinationem auferri non poſſe;ac proinde licet à ſolo Deo cauſarentur,retinerent inordinationem. Perpẽde tertiò,rationẽ à priori eſſe,quoniam prædicti actus immediatè reſpiciunt finẽ, videlicet Deum,deordinando,recedẽdo & auertendo ab illo. Quapropter nulla ratione poſſunt ad finẽ ordinari, & conſequenter neq; à voluntate diuina poſſunt eſſe voliti , neq; à diuina potentia cauſati:quippe quæ nihil vult,aut cauſat, niſi propter finem,videlicet propter ſuam infinitam bonitatem. Circa hæc principia conſtat ſibi S.Thomas 1. 2. q.100.art.8. corp. & ad 2. 11. *Circa ſancti Thomæ verba tria notanda.*

Eaudem

12\. Eandem doctrinam, licet non adeò expreſsè, tradit S. Bonauent. in 1, diſt. 47. art. vnico q. 4. nam malum in ſe diſtinguit ab eo, quod eſt malum ſecundũ ſe quoniam malum in ſe poteſt per aliquam circunſtantiam, aut præceptũ reddi bonum; ſed malum ſecundum ſe, contradictionem implicat, reddi bonũ. Et in re ſub alia verborum forma eadem fuit ſententia Alexandri 1. p. q. 37. memb. 3. corp. & ad 4. & Alberti 1. p. tract. 20. q. 80. in q. incidente, & Durandi in 1. diſt. 47. q. 4. num. 21.

13\. Magis expreſsè noſtram concluſionem docẽt non pauci recentiores, refutantes Nominalium opinionem, quam ſupra n. 5. retulimus: vt Azor tom. 1. lib. 4. cap. 22. q. 3. & 4. Aragon 2. 2. q. 1. art. 3. ad confirmationem tertij argumenti. Imo ex ipſis authoribus phyſicæ prædeterminationis affirmant aliqui, non poſſe produci à ſolo Deo materialem actum peccati; quem tamen concedunt, poſſe prædeterminari, liberè producẽdum, vt imputabilem voluntati creatæ. Ita Nauarrete Controu. 24. ſub. concluſ. 10. pag. 523. agnoſcit autẽ, eos actus eſſe intrinſecè malos in pag. 525.

14\. *Niſi res aliquæ forent intrinſecè malæ Deo iuſtum eſſet mentiri.*

Confirmatur ſecundò, quoniam, niſi res aliquæ forent intrinſecè malæ, ita vt nec per Dei voluntatem, & cauſalitatẽ poſſint à malitia purgari; ſequeretur fore iuſtum & bonum quidquid Deus veller & cauſaret; etiamſi vellet mentiri, & mentiretur, aut violaret fidem, promiſſionémque ſuam. Conſequens autem implicare contradictionem, ſiue Deus vt cauſa totalis, & immediata mendaciũ & deceptionem cauſet, ſiue mediante cauſa creata, determinãdo illam, oſtendimus ſatis diſput. 27. ſect. 6, & tota diſput. 30.

15\. *Intrinſecum eſt actui tẽdere in obiectum rationi diſſonum.*

Tertia ratio à priori eſt, quoniam illa entitas, quæ eſt odium Dei, quidditatiuè habet tendentiam, per quam amplectitur obiectum malum, rationi & Deo contrarium, videlicet, quantũ ex ſe eſt, deſiderando vt Deus non eſſet, atque vt nocumentum, vexatio, & vindicta, ei poſſet inferri, & vt ſaltem eius honor, atque præcepta conculcentur. Hoc habet illa entitas ex reali & phyſica ſua quidditate, præſcindendo à qualibet imputabilitate libertatis humanæ, imo etiã præſcindendo à formali ratione actionis, per quam procedit à voluntate creata: ergo illa entitas eſt obiectũ odibile, deteſtabile, indignúmque, quod ſolus Deus producat ſua ſponte, non determinatus à cauſa ſecunda.

16\. Confirmatur primò, quoniã tendentia in obiectum, & complacentia illud amplectens, in ſua ratione formali, non dicit actionem productiuã eiuſdem complacentiæ & tendẽtiæ. Ergo quamuis à prædicta realitate odij Dei ſeparetur actio voluntatis creatæ, quoniam ſolus Deus concurrit ad illam; nihilominus retinebit totam rationem tendentiæ in ſuum obiectum, & complacentiæ amplectentis, & deſiderantis, Deo nocumentum, & iniuriam inferre; ac proinde manebit adhuc intrinſecè mala. Antecedens probatur, nam diuina tendentia, complacens in omnibus creaturis poſſibilibus, eſt perfectiſſima tendentia in obiectum, & complacentia illud amplectens; & tamen nec dicit actionem productiuam, nec poſſibile eſt realiter produci diuinas volitiones, aut intellectiones; vt realiter producuntur intellectiones, & volitiones creatæ.

17\. Confirmatur ſecundò, quia niſi prędictæ realitati relinquas hanc ſpecificam quidditatẽ amplectendi prædictum obiectum; nihil remanebit, quod illius realitatis rationem ſpecificam conſtituat. Nam ratio qualitatis ſpiritualis eſt mera & præciſa ratio generica, quæ nihil habebit, per quod ad talem ſpeciem contrahatur: ac proinde non poterit in rerũ natura produci. Confirmatur tertiò, quia dato, quod realitas qualitatis illius foret producibilis abſque tendentia, & complacentia talis obiecti: de illa nihil curaret noſtra concluſio; quoniam certum eſt realem eſſe tendentiam, qua odium Dei complacet in nocumẽto & iniuria Dei. Et de illa reali tendentia pronũtiat, à ſolo Deo produci non poſſe, quoniã ſuã retinebit malitiam, licet à creata voluntate non producatur.

Confirmatur 3.

18\. *Potẽtia creata nõ imputaretur malitia, Deo autem imputaretur.*

Quarta ratio eſt, quoniam ex eo quod vitalis potentia creata non concurrat vitali efficientia ad prædictam qualitatẽ, quamuis excuſetur potentia creata, ne imputetur illi malitia: cæterum multo magis inde accuſatur Deus ipſe, quia quod indignũ erat partialiter produci ab homine, voluit ipſe ſibi ſoli, atque totaliter aſſumere producendum.

19\. *Actio ex generica ratione actionis nil habet mali.*

Probatur quintò, nam quando vitalis potentia effectiuè concurrit ad prædictam qualitatem odij producendam, tunc actio ex generica ratione actionis vitalis nihil habet mali; ſed totam malitiã contrahit ex eo, quod eſt actio deſtinata ad producendam talem qualitatem, quæ verſatur circa obiectũ rationi contrarium & iniurioſum. Ergo idem terminus reddet malam, & indignam Deo illam actionem, qua ſolus ipſe produceret eam qualitatem. Probatur conſequentia quia quod ab intrinſeco eſt malum, & rationi contrarium, id omne indignum eſt diuina volitione & cauſalitate, multò magis, quã creata volitione & cauſalitate: vt oſtẽdimus diſp. 27. ſect. 5. & diſp. 33. ſect. 2. Confirmatur, quoniam actionis ratio, ſecundùm ſe conſiderata, id tantũ præſtat, vt agenti meritò imputetur actio, & terminus productus. Quod autem vtrumque imputetur ad culpam, hoc prouenit ex malitia, quam ab obiecto acceptam, terminus productus refundit in formalitatem actionis.

Quod ab intrinſeco eſt malum indignum diuina bonitate.

Confirmatur

20\. Obiiciet aliquis verba S. Thomæ 1. p. q. 105. art. 2. corpore dicentis: *Erroneum eſt dicere, quod Deus non poteſt facere per ſe ipſum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcunque cauſam creatam.* Ergo Deus poteſt per ſe ipſum facere materialem actionem odij, & blaſphemiæ, quæ fit per voluntatem creatã. Reſpondetur primò. S. Thomas loquitur de effectibus, qui fiunt à Deo per cauſam creatam, quorum videlicet ipſe Deus author & cauſa eſt, etiam quando fiunt per voluntatem creatã. At verò materiales actiones, intrinſecè contrariæ diuinæ legi, non fiunt à Deo per cauſam creatam, neque Deus eſt illarum author & cauſa; ſed tantum concurrit ad illas contra primariam ſuam intentionem, vt oſtendimus tredecim diſputationibus præcedentibus.

S. Thomas.

Reſpondetur primò.

21\. Reſpondeo ſecundò, & in idem redit. Loquitur S. Thomas de effectibus, qui nihil habent directè, contra rationem effectus, id eſt, qui non ſunt defectus, contrarij diuini legi & rationi. Reſpondeo 3. loquitur S. Thomas de effectibus, vt condiſtinguuntur contra actiones non verò de actionibus ipſis. Non enim poteſt Deus ſe ſolo facere actionẽ cauſæ ſecundæ, nec actionẽ inſtrumenti propriam. Sic etiam vtrùm poſſibile ſit ſine cõcurſu potentię vitalis producere qualitates, quæ ſunt intellectio, volitio, aut viſio,

Reſpondetur tertiò.

vel auditio,& ſimiles, S. Thomas hoc loco non decreuit, quia dubium eſt vtrum in huiuſmodi qualitatibus quidditatiuè includatur actualis connexio cum actione vitali: vt alibi ſentire videtur D. Thomas,& attigimus in prima probat. concluſionis.

SECTIO II.

De materiali entitate, ad quam potentia vitalis effectiuè concurrat, ſed ſine imputabilitate.

1\. *Primus.* TRes modi producendi materialem actioné peccati veniunt cõſiderandi ſub titulo præſentis ſectionis. Primus eſt, ſi Deus hominé ſanæ mentis,& ſui compotem, aut Angelum aliquem neceſſitaret, vt ſine vlla libertate, atq; imputabilitate produceret actum odij Dei vel blaſphemiæ: quem modum neceſſitandi ad bonos actus eſſe poſſibilé, oſtendimus to. præced. de ſcientia diſp. 53. ſect. 3. & 4. *Secundus.* Secundus eſt, ſi Deus hominem phreneticũ, amenté, ebrium, dormienté, aut puerum ante vſum rationis determinaret vt eliceret actũ odij Dei, vel blaſphemiæ ſine vlla libertate, determinaret, inquam, Deus concurſu aliquo peculiari, ac nõ debito rerum naturis. *Tertius.* Tertius eſt, ſi Deus eſſet verè author & cauſa naturalis, determinans quemcunque amentem, aut phreneticum, vel ebrium, vel dormiétem ad quaſcunque volitiones turpes, quas per voluntatem elicit & ad quoſcunque errores, quos per intellectum producit; id tamen determinando per generalem concurſum, rerum naturis debitum.

2\. *Poſſibilitas trium modorũ colligitur ex oppoſita ſententia.* Poſſibiles eſſe hos tres modos producédi materialem entitatem peccati in voluntate,& intellectu hominis ſine illius libertate, ac ſubinde ſine culpa, colligitur ex ſententia, quam impugnauimus in ſectione præcedenti. Nam qua ratione illius authores dicunt, entitatem odij Dei, non habere rationem peccati, niſi prout refertur ad voluntatem creatam, vt ad efficientem cauſam, ideóque non eſſe indignam diuina productione, ac determinatione, quando à ſolo Deo producitur: eadem ratione dicerent, non habere rationem peccati, niſi prout refertur ad voluntatem creatam liberè operantem; & ideo non eſſe indignam diuina prædeterminatione, quando ſine libertate producitur. Quid autem de facto dixerint hi authores nondum inueni.

3\. *Argumentũ.* Dubitandi rationem præbet argumentum, quod à tertio modo determinandi amentem, ducitur ad primi & ſecundi modi poſſibilitatem confirmandã ſic. Deus quaſi naturalis cauſa prędeterminat intellectum ad materialé actionem erroris,& voluntaté ad materialem actioné odij, vel alterius cuiuſque peccati in ebriis, dormientibus, phreneticis,& amentibus. Ergo prædeterminatio ad tales materiales actiones non eſt ab intrinſeco indigna Deo, eiúſque bonitati repugnans. Vnde præterea ſequitur ſecundò, Deum poſſe per ſpecialem concurſum determinare ad eaſdem actiones materiales eoſdem homines ebrios, dormientes, phreneticos,& amentes. Tertio ſequitur poſſe hominem ſanæ mentis, & ſui compotem neceſſitare ad eaſdem actiones eliciédas ſine libertate. Quartò deniq; ſequitur etiam poſſe prædeterminare, vt homo ſanæ mentis liberè eliciat eaſdem actiones materiales.

4\. *Naturalis author omnes cauſas neceſſarias determinat.* Primum Antecedens huius argumenti probatur, quia naturalis author determinat omnes cauſas naturales ad omnes effectus, quos ſine libertate producũt. Cuius ratio eſt, quia naturalis author omnibus cauſis naturalibus, ſine libertate agentibus, confert virtutem determinatam ad ſuũ effectum, & præterea confert omnes alias conditiones naturales, quæ ad effectus determinationé iuuare poſſunt. Quapropter dato Dei generali concurſu; prorſus determinata manet naturalis cauſa ad talem effectũ & non aliũ producendum. *Amentes, ebrij, dormientes operantur naturaliter.* Sed in hominibus ebriis, dormientibus, amentibus, vel phreneticis, intellectus & volũtas operatur; quaſi naturalis cauſa ſine libertate. Ergo author naturæ per generalé concurſũ determinat illas potentias ad ſuas omnes actiones. *Cõfirmatur.* Confirmatur, quia quãdiu voluntatis libertas ligata eſt impedimẽto morbi, vel ſomni, tãdiu volũtas non poteſt ſe ipſam determinare, flectendo ſe ad quam voluerit partem. Ergo debet tunc determinari à ſuperiori agente, & non ab alio, quam ab authore naturæ.

5\. Nihilominus ſit concluſio. Impoſſibile eſt à Deo prædeterminari materialem actioné peccati vel erroris, etiam quando illa producéda eſt ſine vlla imputabilitate, aut culpa hominis; idque quocunque modo ex illis tribus in principio numeratis eſt impoſſibile.

6\. *Imputabilitas diſtinguẽda à phyſica malitia.* Probatur, ſuppnnẽdo, in actionibus peccatorum, imputabilitaté eſſe diſtinguendam à phyſica malitia illarũ. Nam imputabilitas prouenit à libertate, & ſublata libertate aufertur. At verò phyſica malitia abſtrahit omnino à libertate. Cõſiſtit enim in eo, quod amplectantur obiectũ rationi & diuinæ legi contrariũ: hoc autẽ reperiri poteſt in amentibus, ebriis,& ſomniantibus, qui etiãſi actu cogitẽt homicidium vel periuriũ eſſe contra diuinã legem, volũt homicidium, aut periuriũ committere. Licet enim per amentiam vel ebrietatem inclinentur aliquando ad iudicandũ, hæc ſibi licere; nihilominus aliquãdo etiã actualiter iudicant, ſibi non licere, & tamen ea voluut, vt experiuntur ſomniantes.

7\. *Argumentũ. Odium Dei quo ad intrinſecã repugnantiam etiam neceſſariò producitur, rationi contrarium.* Hoc ſuppoſito ſic argumentor. Error, odium Dei, blaſphemia,& ſimiles omnes actiones, quãtum ad intrinſecam & realem repugnantiã, ſunt contra rationem & contra diuinum præceptum, etiam quando ſine imputabilitate, & ſine libertate hominis producuntur. Ergo indignum Deo & impoſſibile eſt ad illas prædeterminare.

8\. *Probatio 2.* Ex eodem principio ſumitur probatio ſecunda, quoniam impoſſibile eſt à Deo prædeterminari eiuſmodi materiales actiones, vt fiant liberè & imputabiliter. (quod probatum eſt omnibus diſputationibus præcedẽtibus) Ergo impoſſibile eſt prædeterminare, vt fiant ſine libertate & imputabilitate. Probatur conſequentia, quia libertatem ſeu imputabilitatem addere vel auferre non eſt addere vel auferre malum aliquod, aut indignum Deo, ſed potius aliquod bonum. *Addere, vel auferre imputabilitatẽ non malum ſed bonum.* Quare tota ratio indignitatis, & repugnantiæ ad diuinam bonitatem, ſumenda eſt ab intrinſeca & quidditatiua tendentia in obiectum contrarium rationi & legi diuinæ, quæ tendentia abſtrahit à libertate, & imputabilitate, vt vidimus. *Cõfirmatur.* Confirmatur, quia quantò minus imputabilis eſt voluntati creatæ illa realis tendentia in obiectum rationi contrarium, tantò maior ratio eſt imputandi illam ſoli Deo, vt cauſæ & authori. Quapropter inſtaurari pro hac concluſione poſſunt omnes rationes adductæ in præcedentibus diſputationibus.

Tertiò

9. *Si concluſio non ſit vera poterit Deus ad errores fidei tradendos determinare prophetas.*

Tertiò peculiariter inſtauro illam rationem, quia niſi noſtra concluſio vera foret, ſequeretur, Deum potuiſſe ad materialem entitatem erroris & mendacij, ſine vlla libertate eliciendam, prædeterminare Prophetas, Apoſtolos, & Euangeliſtas, Pontifices ſummos, quando res fidei tradebant. Vnde fides vniuerſa vacillaret. De quo argumento diximus tota diſp. 30. Nunc tamen obſerua modum applicandi illud argumentum ad rem præſentem: nimirum ſemper auferendo libertatem ab eis, qui Dei nomine Eccleſiam inſtruunt verbo, & exemplo.

10. Quartò probatur, quia quicunque concurſus Dei, ſiue particularis fuerit, ſiue generalis, eſt per ſe & immediatè deſtinatus ad illam materialem actionem producendam, quam prædeterminat. Sed materialis actio eſt contra rationem, & contra bonum honeſtum, ac proinde repugnans bonitati diuinæ: Ergo ipſe quoque concurſus prædeterminans, & per ſe deſtinatus ad illam eo ipſo erit contra rationem, & contra bonum honeſtum, & conſequenter indignus bonitate diuina. Probatur conſequentia, quia actiones participant bonitatem aut maliciam ex termino, ad quem producendum per ſe & immediatè deſtinantur.

11. *Poſſet Deus motus primo primos de turpi obiecto in nobis cauſare.*

Probatur quinto, quoniam ſi Deus poſſet prædeterminare prædictas actiones, quidditatiuè turpes & diuinæ legi contrarias, ſed non imputabiles ob ſolum libertatis defectum, poſſet in mente noſtra cauſare motus primo primos, cogitationes & concupiſcentias indeliberatas de vindicta, blaſphemia, vel quolibet alio turpiſſimo obiecto. Quapropter poſſet hac ratione initium præbere ad poſtea committendum liberè peccatum, quod eſſe impoſſibile, demonſtratum eſt tota diſput. 36. præſertim ſect. 7. Poſſet etiam tentationem ſuggerere, quod eſſe impoſſibile demonſtrauimus diſput. 37. ſect. 1. præſertim num. 6.

12. *Soluitur ratio dubitãdi.*

Determinatio duplex.

Ex penultima probatione colligitur ſolutio ad rationem dubitandi, notando, duplicem eſſe determinationem in cauſis agentibus naturaliter, hoc eſt ſine libertate. Altera eſt determinatio, per ſe & directè proueniens ex ipſis cauſis, & ex primaria deſtinatione illatum: atque huiuſmodi omnis prædeterminatio referenda eſt in authorem naturæ, tanquam in cauſam primariam illius. Altera determinatio eſt per accidens, & contra primariam deſtinationem cauſæ, proueniens ex aliquibus impedimentis extrinſecis, adiuncta imperfectione illius cauſæ, & huiuſmodi determinatio non eſt referenda in authorem naturæ, ſed tantum permiſſio illius referenda eſt in authorem naturæ, qui quaſi compulſus munere vniuerſalis cauſæ, & legibus optimæ gubernationis, debuit plurimas res, quæ ex natura ſua imperfectæ ſunt, permittere, vt in ſua imperfectione manerẽt propter altiores vtilitates colligẽdas. Et quia prouidentia rerũ naturis accõmodata, & cõmenſurata nõ debet intermitti frequẽti diſpẽſatione illius per extraordinariam prouidentiam, quæ debet eſſe rarior. Id quod explicari etiam poteſt eo modo loquendi,

Modus loquendi ſanctorum Patrum.

quo Patres & ſcholaſtici explicare ſolent, peccatum eſſe à voluntate creata, non quatenus voluntas eſt ens, & bona & efficiens, ſed quatenus voluntas duxit originem ex nihilo, & propterea eſt deficiens & imperfecta: quæ imperfectiones & defectus non reducuntur in Deum, ſed in nihilum, à quo duxit originem.

13. Hoc ſuppoſito, reſpondeo. Deus non prædeterminat intellectum ad materialem actionem erroris, neq; voluntatem ad materialẽ actionem odij, vel periurij in ebriis, amentibus, dormientibus & phreneticis. Ratio eſt, quia licet iſti effectus producantur naturaliter, id eſt, ſine libertate: nihilominus intellectus ex ſua intrinſeca deſtinatione, quam accepit ab authore naturæ, non eſt per ſe deſtinatus ad materialẽ actionem erroris, ſed ad veras cogitationes: ſimilitérque volũtas ex intrinſeca deſtinatione non eſt per ſe deſtinata ad materialem actionem odij, aliámve rationi contrariam; ſed potius deſtinata eſt, vt ſequeretur bonum rationis. Deinde generalis concurſus Dei non eſt per ſe deſtinatus ad actiones erroris, aut odij; ſed potius ad actiones rationi conſentaneas. Quapropter quod intellectus & voluntas ſæpe naturaliter, hoc eſt, ſine libertate determinentur ad actiones rationi contrarias, hoc prouenit ab aliquibus impedimentis extrinſecis, veluti à læſione imaginatiua, à prauis habitibus, prius adquiſitis, à paſſione aliqua ſenſitiui appetitus, à motu ſpirituum animalium, in quibus recipiuntur ſpecies ſenſitiuæ, à concurſu obiectorum ſenſibilium, adiuncta ea imperfectione, quam hominis voluntas, & intellectus habent ex natura ſua participatam à nihilo, vnde originem ducunt.

Concurſus Dei non eſt per ſe deſtinatus ad materiales actiones erroris, aut odij Deo.

Vnde proueniat voluntatis determinatio naturalis ad actiones rationi contrarias.

14. *Ratio diſcriminis.*

Hinc clariùs conſtat ratio diſcriminis propter quam imputaretur Deo falſitas & malitia prędictarum actionum, ſi præberet aliquem concurſum prædeterminatiuum illarum: & tamen non imputetur, etiamſi præbeat generalem concurſum; quia nimirum ex hoc concurſu, & ex primaria deſtinatione illius, non prouenit per ſe & immediatè determinatio ad tales actiones, quæ prædeterminatio proueniret per ſe & immediatè ex illo concurſu prædeterminante.

15. *S. Thomæ exemplum.*

Explicatur exemplo, quo S. Thomas vtitur 1. 2. quæſt. 79. art. 1. ad 3. quoniam in dominum, tanquam in cauſam, reducitur quidquid eius miniſter facit, ſecundum quod ſubditur mandato ſui domini: *Si autem miniſter faciat aliquid contra mandatum domini, hoc non reducitur in dominum, tanquam in cauſam.* Ita vniuerſaliter dicendum eſt, quod *effectus cauſæ mediæ, procedens ab ea ſecundum quod ſubditur ordini primæ cauſæ, reducitur in cauſam primam: ſed ſi procedat à cauſa media, ſecundum quod exit ordinem cauſæ primæ, non reducitur in cauſam primam.* Sic ergo non ſolùm actiones liberæ, quæ contra Dei præceptum & ordinationem imputabiliter fiunt, ſed etiam illę quæ fiunt ſine libertate, non reducuntur in primam cauſam, quia non procedunt à cauſa naturaliter agente ſecundùm ſuam primariam deſtinationem, & ordinationem, à Deo præſcriptam: ſed in quantum per accidens propter impedimenta exit ordinem primæ cauſæ, & contra illius præceptum, & voluntatem facit, quamuis ſine culpa, quia ſine libertate. Quamuis enim ſanctus Thomas loco citato non agat, niſi de actionibus imputabilibus, & liberis: eius tamen ratio cæteras etiam actiones complectitur.

SECTIO III.

Superioris doctrinæ ampliationes & corollaria.

1. *Concluſio verificatur primò in errore intellectus.*

PRimò. Cõcluſio probata in præcedenti ſectione verificatur in quolibet errore intellectus, ſiue falſo iudicio, de quacunque re, ſiue graui, ſiue leui, diuina, vel humana. Quælibet enim falſitas eſt contraria rationi rectæ, quæ veritatem amat. Secuodò verificatur in quacunq; volitione, per quam homo amplectitur obiectum, ſciens eſſe diuina lege prohibitum. Hanc enim volitionem eſſe quidditatiuè monſtroſam, turpem, & realiter contrariam rationi rectæ, iam diximus diſp. præcedenti 40. ſect. 2. num. 4. Quapropter in qualibet eiuſmodi volitione militant rationes præcedentis ſectionis.

Secundò in quacunque volitione.

2. *Verificatur tertiò de immediato, & mediato concurſu prædeterminante prædictas actiones.*

Ampliatio tertia ſit, eandem concluſionem verificari, non ſolùm de immediato concurſu, quo prædeterminaret Deus prædictas actiones, minimè imputabiles; ſed etiam de mediato concurſu, quo Deus per ſecundas cauſas, ex ſe deſtinatas ad eiuſmodi determinationem, eam cauſaret. Rationes namque pro dicta concluſione adductæ, nituntur in eo, quod Deus foret cauſa talium actionum, quod autem mediatè, vel immediatè cauſaret; parùm intereſt, quoniam non tollit rationem cauſæ.

3. *Quæſtio incidens.*

Qoartò, ex eiſdem principiis ſoluitur illa quæſtio: vtrum Deus poſſit immediatè ac per ſe ſolum producere habitom ex natura ſua inclinantem ad materialem actionem peccati. Affirmat enim Holchot in 2. ſent. q. 4 duobus foliis poſtremis præſertim ſub RR. Vaſquez 1. 2. diſp. 9. cap. 4. nom. 31, & ex profeſſo defendit Herrera in 2. Scoti, tomo 2. diſp. 38. q. 1. col. 5. & ſeqoentibus à notabili tertio, & à fortiori deberent concedere quicunque doctores dicunt, materialem actioοem odij Dei poſſe à ſolo Deo produci. Quos retulimus ſect. 1. num. 6.

4. Nihilominus vera ſententia, & apud recentiores communior, eſt negatiua, quam tenet Medina 1, 2. quæſt. 79. art. 2. ad 5. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 22. q. 3. Aragon 2. 2. quæſt. 1. art. 3. ad confirmat. 3. argumenti, Nauarrete Controuerſ. 26. conc. 9. pag. 557. Aluarez diſp. 24. num. 34. Et vniuerſaliter eſt aſſerendum, implicari contradictionem in eo, quod Deus, tãquam particularis cauſa infundat quamlibet qualitatem, aut cuiuſque generis realitatem ab intrinſeco, & per ſe inclinantem ad actiones eſſentialiter contrarias veritati, aut diuinæ legi. Foret autem Deus particularis cauſa, quoties huiuſmodi habitus, aut qualitates infunderet non determinatus à noſtris liberis actibus vitioſis, ad qoos ſecundùm communem prouidentiam, rerum naturis conſentaneam, conſequuntur.

Habitus ex natura ſua inclinans ad materialem actionem peccati repugnat produci à Deo.

5. *Deus eſſet cauſa actionis turpis.*

Probatur, quia ſi Deus prædicto modo infunderet habitus aut qualitates; ſequeretur Deum eſſe cauſam actionis turpis. Nam ſi talis habitus, aut qualitas neceſſitat voluntatem creatam, vt fiat actio eſſentialiter turpis; iam Deus, qui tanquam particularis cauſa infundit habitum, aut qualitatem neceſſitantem, eo ipſo eſt cauſa & author neceſſitandi nos ad actionem eſſentialiter contrariam rationi, & diuinæ legi. Quod impoſſibile eſſe oſtendimus ſectione præcedenti. Si autem habitus aut qualitas per ſe inclinent ad actionem turpem liberè eliciendam; iam Deus erit tentator, & per ſe, & directè inclinabit ad liberam & realem tranſgreſſionem ſuæ legis & rationis. Nam qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa effectus vnici, immediatè, directè, & per ſe conſequuti ex tali cauſa. At verò realis trangreſſio diuinæ legis, & tota ejus realis repugnantia cum ratione eſſet effectus vnicus per ſe, immediatè & directè proueniens ex illa qualitate vel habitu; ſi eſt habitus determinatus ad talem ſpeciem realem actus; de hoc enim loquor, & non de alio habitu vel qualitate.

Deus eſſet tentator.

6. *Argumentũ ſententiæ oppoſitæ ſoluitur ex dictis.*

Argumentum verò quod inde probat, Deum non eſſe authorem peccati, licet prædictum habitum infundat, quoniam peccati præcipua cauſa eſſet libertas voluntatis; facilè ſoluitur ex dictis. Quoniam ſi Deus tentationis author eſſet, foret etjam author peccati, ſicot modo dæmon, quamuis peccati præcipua caoſa, etiam tentatione ſuppoſita, ſit libertas voluntatis. Inconueniens itaque foret, Deum eſſe peccati cauſam licet minus præcipuam, ſicut eſt diabolus tẽtans.

7. *Reſpondetur primæ confirmationi.*

Confirmant primò à ſimili, quoniam Deus generali concurſu concurrit ad actum peccati. Quibus reſpondemus, concurſum habitus vitioſi ad malum per ſe inclinare, & non ad bonum: at verò generalem concurſum Dei, quantum ex ſe eſt, potius inclinare ad bonum. Nulla igitur eſt inter eos paritas rationis. Confirmant ſecundò, quoniam Deus affert occaſiones peccati, quas homo remouere teneretur, ſi poſſet. Nihilominus iam ſupra ſect. 2. præſertim à numero 12. oſtendimus, quidquid à Deo productum eſt, independenter à libera voluntatis malitia, per ſe, directè, & ex primaria ſua deſtinatione inclinare ad bonum, & non ad malum; licet propter abuſum reddatur malum: vt fuſiùs diſp. 35. ſect. 3. At verò vitioſus habitus per ſe directè, & ex primaria deſtinatione inclinat ad malum.

8. Quintò colligitur, diuinæ intentionis & voluntatis nunquam fuiſſe, vt aliquis homo haberet iudicium falſum, aut deciperetur etiam tempore breuiſſimo, quando hominibus proponebat exteriora ſigna viſionum, aut verborum, quę fictionem, aut ſimulationem aliquam continere videbantur. Nam tunc Deus ſolummodo intendebat veritatem aliquam occultare prius, vt poſtea vtilius & ſuauius manifeſtaretur.

9. Sextò colligitur, quouſque peruenire potuerit Dei intentio & cauſalitas, quando Chriſtus Dominus aſſumpta peregrini ſpecie, appropinquans ibat cum duobus diſcipulis, quorum oculi tenebantur, ne eum agnoſcerent, & finxit, ſe longiùs ire. Tunc enim Chriſtus D. non intendebat falſum iudicium, quo diſcipuli iudicabant, eſſe peregrinum ignarum eorum, quæ Chriſto D. contigerant, & velle ab illis recedere; ſed tantùm intendebat docere eas veritates, quas ſua etiam ſimulatione congruentiùs, ſuauiùs, & efficaciùs manifeſtauit. Inſuper illud falſum iudicium diſcipulorum nõ ſequebatur per ſe ex obiectis, quæ Chriſtus D. obiiciebat, cauſabàtque, ſed ex ſtultitia & tarditate, qua tunc laborabant, & à qua per ſimulationem Saluatoris liberandi erant; præſertim cùm Chriſtus D. etiam in illa ſimulatione exhibuerit ſuæ diuinitatis ſigna, quæ ſtultitia depoſita, deprehenderunt diſcipuli dicentes: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur, &c.*

Chriſtus Dominus non intendebat iudicium falſum diſcipulorum.

Simil

10. Similiter quando Raphaëlem miſit, vt Tobiam Iuniorem comitaretur, noo ſulùm in ſpecie corporis,ſed etiam in omnibus actibus ſe gerens vt homo, exhibuit aliqua miraculoſa ſigna, vnde Tobias potuiſſet meritò dubitare, an aliquid ſupra hominem lateret in eo. Quapropter non per ſe ex obiectis, à Deo volitis, ſed ex tarditate humani ingenij, quam Deos tunc permittebat vtiliter, proueniebat iudicium falſum, quo exiſtimaretur Raphaël eſſe verus homo. Quod iudicium falſum Deus, & Raphaël non intendebant;ſed tantùm permittebant.Idem intellige quoties Deus immediatè per ſeipſum, vel per Angelos prodocit obiecta, quibus viſis, decipiuntur homines, aliquid falſum concipientes.

11. *Plato.* His conſonat Plato dialog. 2. de Repub. ſiue de iuſto prope finem, dum quæſtionem proponit: *Volueritne mentiri Deus, aut ſermone, aut opere ſpectrum oſtendens?* Et quamuis falsò admittat, mendacium licere hominibus vrgente neceſſitate; attamen,iodignum & impoſſibile Deo ſemper eſſe,concludit his verbis: *Eſt ergo Deus ſimplex & verus, & in opere, & in ſermone: & neque ipſe tranſmutatur, neque alios decipit, neque per ſpectra, neque per ſermones, neque per ſignorum pompas, neque reuera, neque per ſomnium.* Vnde reprehendit Poëtas Homerum & Æſcylum, quoniam ſomnia quidem falſa à Ioue, & Apolline miſſa referebant.

12. Sic etiam Ioannes Maior in primo diſt. 43. q. vnica duabus poſtremis eolum. rectè notat, Angelùm Tobiæ,cæteróſque honos Angelos, maximè verò Angelorum Dominum Ieſum Chriſtum quoties ſub aliena ſpecie apparebant, non per ſe, ſed per accidens fuiſſe oecaſiooem deceptionis. Nam deceptionis cauſa per ſe fuit roditas, infirmitas ſiue malitia videntium,& audieotium; cum Chriſtus Dom. & Angeli fecerint, quod ſuas perſonas decebat ad talem rem ſignificandam.

13. Poſſent in hac diſput.tractari argumenta,quæ eontendunt Deum conſulere,præcipere, impellere atque mnuere ad materialem actionem erroris, vel mendacij,aliámve actionem ex ſe turpem ex ſuppoſitione conſcientiæ errantis,vel ex ſuppoſitione, quod magiſtri vel prælati, quibus credere tenentor ſubditi, eas doceant eſſe licitas vel præceptas. Cæterum in propria loca relinquenda duxi, ne niſi pro dignitate tractetur. Vide quæ diximus in peculiari tractatu de conſcientia r. 2. q. 19. art. 5. & 6. Satis eſt nunc generaliter admonete, omnes rariones hueuſque adductas circa actiones quidditatiuè turpes, ſed nullo modo liberas,habere eandem prorſus vim circa actiones quidditatiuè turpes,quarum torpitudo inuincibiliter ignoratur. Vnde impoſſibile eſt,Deum inelinare,aut excitare,aut impellere per ſe & directè ad odium Dei aot blaſphemiam, eriam quaodo inuincibiliter exiſtimaretur, licere ex diuina diſpeoſatione,aut ohligare ex diuino præcepto, & multò maior eſſet impoſſibilitas,ſi vincibilis eſſet ignorantia,quæ dictar licere. Nihilominus Deus per ſe inclinare poteſt ad aliquem actum ex ſe honom, ex quo per accidens propter conſcientiam errantem ſequitur illa actio quidditatiuè turpis.

Deus impellere non poteſt per ſe, & directè ad turpem actionem, cuius turpitudo inuincibiliter ignoratur.

14. *In omiſſionibus res aliter ſe habet.* Poſtremò rogabit aliqois, vtrum ad omiſſiones etiam pertinear doctrina præſentis diſputarionis? Et eas quidem complecteretur; ſi libertate, atque imputabilitate ſublata, manerent in ratione omiſſioois. Sed res aliter ſe habet, nam omiſſionem non alia ratione interpretamur, eſſe volitam, niſi qooniam voluntas potuit, & debuit operari, quod omiſit. Ar verò ſublata libertate, voluntas oec potuit, nec debuit operari. Vnde cuiuſque operationis negatio, erit mera priuatio naturalis, vt cæcitas vel tenebræ, non verò priuatio moralis, quæ eſt omiſſio. Quapropter cuioſcunque actus, quamois alioqui ſit præceptus, priuationem non imputabilem Deus ſe ſolo poteſt in qualibet voluntate cauſare, negando concurſum, qui requiritur ad eum actum producendum. Poteſt etiam Deus eandem priuationem cauſare, neceſſitando voluntatem, vt alios actus ex ſe hooos eliciat, ex quibus neceſſariò conſequatur priuatio alterius actus, cuius tunc vrgeret præceptum, ſi voluntas poſſet illum elicere.

AD DECEM DISPVTATIONES, quæ proximè ſequuntur, præmitto illas eſſe deſtinatas ad pleniorem & euidentiorem ſolutionem argumentorum, quæ contendunt probare, Deum velle, ac prędeterminare materiales actiones peccarorum, propter perfectionem diuinæ prouidentiæ circa illas, tam ſpecialis, quàm generalis; quæ debetur ex munere primæ cauſæ; aliis plurimis interim prætermiſſis, quæ præcedentibus qoatuordecim diſputationibus ſoluta ſunt, prout cuiuſque diſputationis ratio poſtulabat.

DISPVTATIO XLII.

Vtrùm Scripturæ teſtimonia, quæ ſonant, dæmones, & homines Dei conſilio & cauſalitate ad peccatorum opera moueri, probent phyſicam illorum prædeterminationem.

SECTIO I.

Teſtimoniorum enumeratio & generalis expoſitio.

1. *Primum argumentum ex ſacris literis.* PRimatium argumentum ad probandam phyſicam prædeterminationẽ materialis actionis, deſumũt eius authores, ex ſacris literis io quihus leguntur plurima, quæ ruditer, vt ſonant, accepta, ſine theologica explicatiooe, Deum facetent aothorẽ multorum ſcelerum; ſed à prædictis doctorihus ita explicãtur, vt excepta formali ratione malitiæ, cuius Deus author non eſt, aſſeratur eſſe author, impellens, determinans & faciens, vt homo faciat totam realem entitatem, & operationem, qoanrumcunque diuinæ legi realiter contrariam. Et quoniam in genetali verhorum ſignificatione nituntur, quamuis illorum pauca referant, viſum eſt operæ pretium, præcipua, & celeberrima eorum capita proponere.

2. *Geneſ. 45 & 50. Actor. 2 & 4.* Primò, Deùm voluiſſe, & decreuiſſe, vt fierent prædicta opera, ſignificari videtur Geneſ. 45. *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* & cap. 50. *Nolite timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Actorum 2. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum, affigentes interemiſtis.* Actor. 4. *Conuenerunt verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum*

Ieſum

Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.

3\. Secundò, Deum creare impios, vt in eorum pœnis oſtendatur diuina iuſtitia, ſignificari videtur Prouerb. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum.* & Roman. 9. *An non habet poteſtatem figuli facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* Exod. 9. *Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Vel vt Apoſtolus citat Roman. 9. *In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam.*

Prouerb. Roman. 9. Exod. 9. Roman. 9.

4\. Tertiò, Deum impellere ad malas operationes, & tam dæmonibus, quàm hominibus, quaſi inſtrumentis ad illas vti, ſignificari videtur 2. Reg. 24. *Addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid in eis, dicentem: Vade, numera Iſrael.* & cap. 16. *Dominus præcepit Semei, vt malediceret Dauid.* Tertio Regum 22. ſpiritui malo: *Decipies,* inquit, *& præualebis, vade, & fac ita.* & 3. Reg. 11. *Ecce ego ſcindã regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus:* nimirum Ieroboamo contra Roboam tyrannicè rebellaturo, vt conſtat ſequenti capite 12. In quo prætereà notanda ſunt illa verba: *Et non acquieuit Rex populo: quoniam auerſatus fuerat eum Dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabat.* 2. Paralip. 21. *Suſcitauit Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſtinorum, & Arabum, qui confines ſunt Æthiopibus: & aſcenderunt in terram Iuda, & vaſtauerunt eam.*

2. Reg. 24. & 16. 3. Reg. 22. & 11. & 12. 2. Paral. 21.

5\. Rurſus, quæ Chaldæi abſtulerant, Dominus abſtuliſſe dicitur Iob 1. & Iſaiæ 10. Sennacherib appellatur *Serra in manu Domini, & virga furoris, & baculus iræ eius.* & Iſaiæ 7. *Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur.* & cap. 13. *Ecce ego ſuſcitabo contra vos Medos, qui de argento non cogitabunt, nec aurum deſiderabunt: arcubus ſuis pueros configent, & fructus ventris non miſerebuntur, nec parcet filiis oculus eorum.* Et ab initio capitis: *Præcepi,* inquit, *Sanctificatis meis,* hoc eſt, Medis & Perſis, ad hoc opus à me deſtinatis. Quemadmodum & Sophoniæ 1. *Sanctificauit vocatos ſuos.* Hierem. 51. *Excitauit Dominus ſpiritum Regum Medorum, quoniam cogitatio eius contra Babel.* & cap. 50. vocatur Rex Babylonis malleus vniuerſæ terræ. Itémque Hierem. 47. *O mucro Domini, vſquequò non quieſcet? Quomodo quieſcet, cum Dominus præceperit ei.* Et Ezech. 12. idem Rex vocatur rete Dei, ad capiendos Iſraelitas expanſum. Et Abacuc 1. *Suſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.*

Iob 1. Iſaia 10. & 13. Sophonia 1. Hierem 51. 50. & 47. Ezech 12. Abacuc. 1.

6\. Quartò, clariùs adhuc malitiam ipſam exprimunt, quæ ſequuntur. Pſalm. 43. *Declinaſti ſemitas noſtras à via tua.* Pſalm. 68. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.* Pſalm. 104. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Pſal. 118. *Ne repellas me à mãdatis tuis.* Et rurſus: *Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.* Pſalm. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Matth. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Pſalm 43. & 68. Pſalm 104. 118 & 140. Matt. 6.

7\. Quintò, Deum excæcare, vel indurare corda hominum, frequens eſt ſermo Scripturæ. Exod. 7. 8. & 9. *Indurauit Dominus cor Pharaonis.* Deuter. 2. *Indurauerat Dominus ſpiritum Sehon.* Ioſuæ 11. *Domini ſententia fuerat, vt indurarentur.* 1. Reg. 2. *Non audierunt vocem Patris ſui, quia voluit Dominus occidere eos.* Pſalm. 68. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum, ne videant.* Iſaiæ 19. *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis.* Et cap. 63. *Quare errare nos feciſti de viis tuis; induraſti cor noſtrum, ne timeremus te.* Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, &c.* & Rom. 11. *Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures vt non audiant.* Roman. 1. *Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conueniunt.* & Rom. 9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.*

Exod. 7. 8. & 9. Deuter. 2. Ioſua 11. 1 Reg. 2. Pſalm. 68. Iſaia 19. & 63. Ioan. 12. Iſai. 6. Roman. 11. Roman. 1. & 9.

8\. Sextò, Deum re ipſa operari, & efficere opera mala, ſignificari videtur 2. Reg. 12. *Hæc dicit Dominus: Ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu enim feciſti abſcondite; ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis huius.* Lucæ 2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Rom. 9. *Ecce pono in Sion lapidem offenſionis & petram ſcandali.* Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.*

2. Reg. 12. Luca 2. Roman. 9. Epheſ. 1.

9\. Septimò, ad errorem intellectus, vltra illa, quæ de excæcatione retulimus, pertinent, quæ ſequuntur Deuter. 28. *Si nolueris audire vocem Domini Dei tui percutiet te Dominus cæcitate & amentia, ac furore mentis.* Pſalm. 118. *Ne auferas de ore meo verbum veritatis,* Hierem. 20. *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Ezechiel. 14. *Propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum.* Iob 12. *Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem.* & poſt pauca: *Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens.* & in fine eiuſdem capitis: *Qui immutat cor Principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet, quaſi ebrios.* & 2. Theſſal. 2. *Mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.*

Deuter. 28. Pſalm. 118. Hierem 20. Ezech. 14. Iob 12. 2. Theſſal 2.

10\. Hæc omnia teſtimonia explicata reperiuntur paſſim apud ſanctos Patres, & huius temporis Theologos, qui contra hæreticos ſcribentes, oſtendunt, Deum non eſſe authorem peccati. Idcirco præſenti controuerſiæ, quæ inter Catholicos verſatur, ſuperuacaneum erit, per ſingula loca ſigillatim diſcurrere, cum conſtet, in omnibus illis vel in plurimis illorum communi Catholicorum explicatione notari, quod intercedat aliqua figura dictionis, ſecundum quam Deus dicatur facere, quod permittit, non impediendo illud, cum poſſit. Ad quod probandum ſatis eſſe poterant, quæ de mera permiſſione diſſeruimus ſupra diſp. 31. & 32. Sed multò plura ſuppetunt, quorum bonam partem ſequentibus ſectionibus & diſp. 43. & 44. inſeri oportebit.

In omnibus, vel plurimis eorum teſtimoniorum figura intercedit.

11\. Generalem hanc explicationem corroborant quinque aliæ rationes, ad quas ſignificandas induci oportuit prædictum loquendi modum. Prima, quia Deus patienter tolerans, & flagella ſubtrahens omnino vel minuens, impiis eſt occaſio peccandi liberius, propter eorum liberum abuſum. Secunda, quia Deus peccata permittit ſæpe ad punienda alia peccata. Tertia, quia Deus ſub-

Quinque rationes explicationem corroborant.

trahit

trahir fortiora motiua, molioréſque circumſtantias, quibus continerentur homines à peccando. Quarta, quia Deus facit res ex ſe bonas, & ad bonum prouocantes, quas tamen præſcit fore in ſcandalum & occaſiooem erroris. Quinta, quia menſuram & ordinem præſcribit Deus etiam criminibus, ea namque non permittit fieri, niſi talia, ſub tali menſura, vbi quando, quomodo, ab ijs perſonis contra illas perſonas, & cum talibus circumſtantiis, vt diuinæ prouidentiæ miniſtrent materiam aptiſſimam, circa quam oſtendat Deus ſuam miſericordiam, ſapientiam, potentiam, iuſtitiam: colligátque plurimas alias electorum vtilitates. Quæ omnia teſtimoniis Scripturæ & ſanctorum Patrum ſigillatim confirmabuntur diſp. 43. & 44.

Rationem cur Deus figurata locutione fuit vſus reddit Chryſoſt.

Iſaia, 59.

12. Si autem rationem inquiras, propter quam Deus obſcura & figurata locutione fuerit vſus, cum tamen præſciret fore, vt in eam tot hæretici offenderent, & Catholici aliqui minus aptè interpretarentur: cum poſſet ſimplici locutione rem explicare perſpicuè? Rationem reddit Chryſoſtomus homil. 67. in Ioan. prope finem ad illa verba Ioannis 12. *Propterea non poterant credere*, dicens: *Vt ergo auditorem perterreat, inquit, indurauit, tradidit. Quod enim ipſe non ſolùm non tradat, ſed ne derelinquat quidem, niſi velimus, audi quid dicat: Nonne peccata veſtra diuiſerunt me à vobis?* Ratio autem timeodi eſt, quia poſita Dei permiſſiooe, infallibiliter incurrimus in mala, perinde vt Doo mouente, & prædefiniente infallibiliter volumus booa.

Verborum obſcuritas impios prouocat ad inquirendas profundiores ſignificationes.

13. Secundam rationem ſubiungere poſſumus, vt ſignificetur, infallibilitatem, qua Deus conſequitur quemcunque effectum booum, qnem ex peccatis colligit, non eſſe minorem, quam ſi ad eum finem obtinendum peccata ipſa præciperet, ac faceret ipſe. Tertia ratio ſit, quoniam aſperitas, obſcuritáſque verborum pios animos vehementius prouocat, vt inquirant profundiores illorum ſignificationes, quas enumerauimus nuper, & exponemus diſp. ſequenti. Præſertim verò qnoniam ſacræ litteræ aliis in locis manifeſtiſſimè tradunt, quàm ſit alienum à bonitate diuina quod illæ locutiones ſonant abſque figura, vt conſtat ex quatuordecim diſputationibus præcedentibus, & peculiariter oſtendetur ſectione ſeqnenti.

SECTIO II.

Hominem ſibi excæcationis & obdurationis eſſe authorem, apertè ſacræ litteræ tradiderunt.

Hierem. 5. & 7.

Hieronym.

1. EX leui & arido verbornm cortice, conuulſo à teſtimoniis, in præcedenti ſectione citatis, per diſtortas expoſitiones, trahendum eſſe ſuccnm, illorum medullæ atq; veritati contrarium, præuidens Spiritus ſanctus, præcauit remedio præſentiſſimo, per alia Scripturæ teſtimonia manifeſtè declarans, hominem ſibi, vel etiam dæmonem, obdurationis & excæcationis authorem eſſe, ne Deus illius eſſe cauſa putaretur. Quemadmodum Hierem. 5. prope init. *Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.* & cap. 7. verſus finem: *Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam.* Vbi Hieronym. in explicatione ſequentis verſus hanc, ſupponit, ex libera voluntate, non ex Dei operatiooe venire. Eadem ferè verba repetuntur Hierem. 17. poſt med. & cap. 19. fine.

Exod. 18. Deuteronom. 10. & 15. 1. Reg 6. 4. Reg. 17. 2. Paralyp. 3. 2. Paral. 3. & 36. 1. Eſdra 9.

2. Rurſus Exod. 8. *Pharao ingrauauit cor ſuum.* de quo vide diſp. 43. ſect. 2. num. 7. ex Auguſtin. Deuteron. 10. *Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* & cap. 15. *Non obdurabis cor tuum.* 1. Reg. 6. *Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Aegyptus.* 4. Reg. 17. *Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo.* 2. Paralyp. 3. prope init. *Nolite obdurare ceruices veſtras, ſicut Patres veſtri: tradite manus Domino:* & cap. 36. in med. *Et indurauit ceruicem ſuam, & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſrael.* Eſdr. 2, c. 9. *Ipſi verò & Patres noſtri ſuperbè egerunt & indurauerũt ceruices ſuas, & nõ audierunt mãdata tua.*

Zachar. 7.

Pſal. 57.

Auguſtinus.

3. Deinde Zachar. 7. verſus fin. *Et noluerunt attendere. Et verterunt ſcapulam recedentem: & aures ſuas aggrauerunt, vt non audirent: & cor ſuum poſuerunt vt adamantem ne audirent legem.* Quod ad rem præſentem egregiè ponderat Hieronym. ibi, & confirmat Pſalm. 57. *Sicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.* Ipſa, videlicet, aures obturat, ſeque ſurdam reddit. Peculiariter Hieron. notat: *Poſuerunt cor ſuum adamantem, propria voluntate cordis duritiam ſuſcipientes.* Hæc de Pſal. 57. Auguſtinus aptè ad rem præſentem explicuit in cõment. dicens: *Huic*, ſcilicet aſpidi, *ſimiles dixit ſpiritus Dei quoſdam non audientes verbum Dei: & non ſolùm non audientes, ſed omnino, vt non valeant audire, facientes.* & poſt pauca: *Non erant ſurdi, ſed fecerunt ſe ſurdos. Quia enim aures patentes in corde non habebant, violentia tamen verbi, per aures carnis irruens, etiam ipſis auribus cordis vim faciebat: clauſerunt & aures corporis.*

Sapiens. 2. Ezech. 13. & 14.

Daniel 13.

Iob 21.

Pſalm. 35.

2. Cor. 4.

Hebr 3. & 4. Pſalm. 94.

4. Præterea Sap. 2. *Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illas malitia eorum.* Ezech. 13. ſub init. dicuntur *prophetantes de corde ſuo, & ſequentes ſpiritum ſuum*, illimetipſi, de qnibus ſequenti cap. 14. *Ego Dominus decepi Prophetam illum.* Daniel 13. *Exarſerunt in concupiſcentiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, & recordarentur iudiciorum iuſtorum.* Eodem ſpectat illud Iobi 21. *Qui dicunt Domino: Recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Pſalm. 35. *Noluit intelligere, vt bene ageret.* 2. Corinth. 4. *In quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat in illis illuminatio Euangelij.* Et ad Hebr. 3. & 4. ſemel & iterum ingeminat Pſal. 94. præceptum: *Nolite obdurare corda veſtra.*

Auguſtin.

Pſal. 94. Ezec. 18.

Caluini impudentia.

5. Apud Auguſt. perſæpe, maximè verò de gratia & liber. arb. cap. 14. obſeruandum eſt, libero arbitrio ſoli, & non Deo tribuere, quod obduret cor: cnm tamen Deo principaliter tribuat auferre cor lapideum, cooperante libero arbitrio. Vnde in ſequeoti cap. 15. initio ait: *Ne autem putetur; nihil ibi facere ipſos homines per liberum arbitrium, ideo in Pſalmo dicitur: Nolite obdurare corda veſtra. Et per ipſum Ezechielem: Proiicite à vobis omnes impietates veſtras, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum.* Nimirum proiiciendo cor lapideum, quod prius dixerat. Inde perpende, quàm impudenter Caluinus ſcripſerit: *Probroſè de Iudæis in Pſalmo refertur: Generatio praua, quæ non direxerit cor ſuum. Alio etiam Pſalmo hortatur Propheta ſuæ ætatis homines, ne obdurent corda ſua. Sed*

ſtulte inde colligunt, cor noſtrum in vtramque partem eſſe flexibile. Cur ita? An non eius præparatio à Deo eſt? Perpende quid in Catholicorum ratiocinatione Caluino diſpliceat, & quo fundamento. Hæc autem ex Caluino refert Horantius locorum Cathol. lib. 1. c. 42.

6. Quin etiam celebratiſſimam Pharaonis obdurationem ex eius libera voluntate deſcendiſſe, quoniam Deo, potentiſſimè vocanti noluit acquieſcere, cum poſſet diligenter adnotauit Auguſtinus lib. 83. quæſt. q. 68. ad finem, dicens: *Auguſtinus.* *Numquid ergo latebat Pharaonem, quantum boni conſequuta fuerint terra illa per aduentum Ioſeph? Illius ergo rei geſtæ cognitio, vocatio eius fuit, vt populum Iſrael miſericorditer tractans, non eſſet ingratus. Quod autem huic vocationi obtemperare noluit, ſed exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas & miſericordia debebatur, meruit pœnã, vt induraretur illi cor, & tantam cæcitatem mentis pateretur, vt tot, & tantis, támque manifeſtis Dei ſignis non crederet.* Superior autem, inferiórque contextus non exteriorem modo, ſed etiam interiorem Pharaonis vocationem commemorat ab illis verbis: *Hæc autem vocatio, quæ ſingulis, &c.* Huius igitur virtute Pharaoni fuit abſolutè poſſibile non indurare ſeipſum.

7. Similiter in lib. de prædeſt. & grat. cap. 14. ait: *Neque ij, qui indurati, atque damnati ſunt, excuſationem culpæ ex hoc habere ſe credant, quod nullam, qua conuerterentur, ſint miſericordiam conſecuti.* Nota: non dicit: qua poſſent conuerti; ſed, qua conuerterentur, vt actualis conuerſio denotetur illis fuiſſe ſimpliciter poſſibilis. Et poſt pauca de Pharaone ſic loquitur: *Numquid non potuit, ſicut flagellis cedens expulit populum, ita miraculis credens Deum tantæ virtutis agnoſcere?* Nota vocem *credens*, quæ denotat actum ipſum illi fuiſſe poſſibilem. Et cap. 15. Pharaonem potuiſſe mutari, ſed ea ratione induratum reſtitiſſe, quia *libero contra Deum pugnauit arbitrio*, probat, eum comparando cum Nabuchodonoſor.

8. *Roman. 9.* Ad eiuſdem veritatis confirmationem validum argumentum ſubindicauit Apoſtolus Roman. 9. poſt illa verba, quæ rigidiſſimum ſonant, *cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Quoniam poteſtatem faciendi vas in contumeliam non conceſſit, niſi figulo luti, qui ſupponit materiam ex ſe vilem eſſe, & indignam, ex qua formetur vas in honorem. Quod breuiter & acutè notauit S. Thomas ibi. *S. Thomas.* Et poſt pauca: *Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum.* Vbi *Chryſoſtom.* Chryſoſtomus ſerm. 16. inter med. & finem de Pharaone: *Propterea,* inquit, *non ſolum vas iræ illum appellat Apoſtolus, ſed & apparatum in interitum, hoc eſt, à ſeipſo, vtique ſuo ad hoc apparatum vitio. Neque enim Deus quidquam non fecit, quod ad illius correctionem conferret: neque ipſe Pharao viciſſim quidquam omiſit, quod ad ſuam perditionem faceret, omnique venia priuaret.* Ac longè inferiùs: *Deum ſufficienter defendit, mirum, quod licet Pharaonem exactè cognouerit, ſe ipſum ad vas perditionis apparantem, ſimul tamen ex ſe ipſo patientiam protulerit Deus.* Et paucis interiectis: *Quod autem ſaluatus non eſt, totum per ſuam voluntatem ſtetit, &c.*

9. *Theodoret.* In eandem ſententiam Theodoretus ibidem: *Non eſt,* inquit, *Deus architectus improbitatis Pharaonis: ſed ipſe, vt ſolet, patientia vſus eſt: ille autem patientiam exiſtimauit imbecillitatem, & propter eam ſuam auxit contumaciam.* Et paulò inferiùs: *Vaſa iræ ad interitum comparata appellat eos, qui ſua ſponte tales facti ſunt.* Similia notat Oecumenius *Oecumenius.* ad Rom. 9. & Rupertus *Rupertus.* in idem caput ad illa verba Exod. 9. *Exod. 9.* *In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam.* Fulgentius *Fulgentius.* libr. 1. ad Monim. cap. 26. ante med. *Quæſo,* inquit, *Monime chariſſime, vt hunc Apoſtoli locum diligenter attendas. Notum namque eſt, iram Dei dici non poſſe, niſi vbi creditur iniquitas hominis præceſſiſſe.* & infra, *vt oſtenderet, tam in vaſis iræ, quàm in vaſis miſericordiæ, iniquitatem propriam præceſſiſſe.* Et poſt pauca: *Ac ſic appareat in vaſis iræ, non ex Deo, ſed ex ipſis eſſe, quod mali ſunt.*

10. S. Thomas Rom. 9. lect. 4. verſus finem: *Vſus,* inquit, *malorum, ad quem vtitur eis Deus, eſt ira, id eſt pœna. Et ideo vocat eos vaſa iræ, id eſt, inſtitiæ inſtrumenta, quibus Deus vtitur ad oſtendendam iram, id eſt, iuſtitiam vindicatiuam.* Epheſ. 2. *Epheſ. 2.* *Eramus natura filij iræ. Actus verò quem Deus erga eos exercet, non eſt, quod diſponat eos ad malum, quia ipſi de ſe habent diſpoſitionem ad malum ex corruptione primi peccati. Vnde dicit: Vaſa apta in interitum, id eſt, in ſe habentia aptitudinem ad æternam damnationem.* Geneſ. 6. *Geneſ. 6.* *Videns Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. Hoc autem ſolum Deus circa eos agit, quod eos permittit agere, quæ concupiſcunt. Vnde ſignanter dicit: Suſtinuit: & hoc eius patientiam demonſtrat, quod non ſtatim vindictam infert. Vnde addit: In multa patientia.* Quod ſi Deus hominem prædeterminaret ad materiales actiones, quas neceſſariò conſequitur malitia, Deus eos diſponeret ad malum, nec id ſolùm circa eos ageret, quod eos permittit agere, quæ concupiſcunt; imò potius & ad concupiſcendum, & ad agendum quæ concupiſcunt, Deus eos ageret. Conſonat eiuſdem teſtimonij expoſitio, quam tradit tertio contra Gent. cap. 161.

Si Deus prædeterminaret ad materiales actiones, homines diſponeret ad malum.

11. Tractans eundem locum Auguſtinus, obſeruat à libero arbitrio profectam eſſe culpam, per quam ſupponebantur, iam eſſe facta vaſa in contumeliam, & apta in interitum, priuſquam indurarentur à Deo permittente damnationem eorum, ſaltem ob peccatum originale. Ita lib. 1. ad Simplicianum q. 2. poſt med. & epiſtol. 105. ad *Auguſtinus.* Sixtum, prope init. & epiſt. 106. poſt med. *Hæc,* inquit, *maſſa ſi eſſet ita media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur; non fruſtra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vaſa in contumeliam. Cùm verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuerſa defluxerit, proculdubio quod ex ea fiunt vaſa in honorem, non ipſius iuſtitiæ, quæ gratiam nulla præceſſit, ſed Dei miſericordiæ: quod verò in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ abſit, vt ſit apud Deum, ſed iudicio deputandum eſt.*

12. Vnde peculiare argumentum concipitur ad probandum, primas actiones, quibus Angeli & homines recens conditi, peccauerunt, non fuiſſe à Dei cauſalitate profectas. Quoniam ante primum peccatum quilibet illorum, non erat ſolummodo maſſa media; ſed etiã digna Dei protectione & auxilio propter inhærentem habitualem gratiam: quapropter in illa nihil inuenire poterat Dei iuſtitia, vnde faceret vas in cõtumeliam. Confirmatur à minori. *Confirmatur.* Nam maſſa illa media, quam hic Auguſtinus cõmemorat, foret homo, in puris naturalibus creatus, ita nudus gratia, vt etiam culpa vacaret. Et tamen non fruſtra

Argumentũ probans Angelis recens conditi peccatum non fuiſſe à Dei cauſalitate profectum.

vide

videretur iniquitas, quod ex ea fierent vaſa in contumeliam. Ergo multo magis videretur iniquitas, ſi fierent ex maſſa, per gratiam ſanctificata. Præſertim cum ex corrupta maſſa, quando Deus facit in contumeliam vaſa, non prædeterminando peccatorum actiones faciat, neque ſubtrahendo aliquid neceſſarium ad ſalutem: vt duobus præcedẽtibus diſputationib. probatũ eſt.

13. Poſtremò colligitur idem ex proprio diſcrimine, quo indurati & excæcati ſuperant reliquos peccatores; nimirum, quod frequentioribus, & altioribus beneficiis, euidentioribus miraculis durioribus & aſſiduis flagellis, perfectioribus virtutis exemplis, concionibus, doctrina, & priuatis exhortationibus, ad perſuadendum magis accommodatis, longanimi expectatione, cæteriſque ſalutis remediis potentioribus ipſi reſtiterint; cum tamen illorum virtute potuiſſent oculos aperire, & cordis duritiam deponere, ſi voluiſſent; ſicut alij peccatores minoribus remediis quandóque cedunt, & obediunt.

14. *Joan. 12.* Propterea Ioannes cap. 12. oſtenſurus, impletum fuiſſe Iſaiæ vaticinium de Iudæorum excæcatione præmiſit: *Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.* Idem colligitur ex 3. cap. *Ezechiel. 3.* Ezechiel. vbi ex eo quod domus Iſraël audire noluerit Prophetã, quem Ethnici & barbari audirent propter ſummam Verbi & exempli efficaciam, colligitur, quod *omnis domus Iſraël attrita fronte, & duro corde eſt.* Quæ verba optimè põderat Gregor. hom. 10. in Ezech. inter princ. & med.

15. *Gregorius.* Rectè proinde Gregorius obſeruauit, dæmonis imitatores eſſe obduratos, & excæcatos lib. 29. Moral. cap. 15. col. 2. & 3. aliàs cap. 22. & 23. ad illa verba Iob cap. 38. *In ſimilitudinem lapidis* *1. Iob 38. & 41.* *aquæ durantur.* De hoc autem lapide videlicet, Leuiathan Iob. 41. *Cor eius indurabitur quaſi lapidis, & ſtringetur, quaſi malleatoris incus.* Vbi Greg. 34. Moral. cap. 6. *Nullâ*, inquit, *vnquam conuerſionis pœnitentiâ mollietur.* & infrà: *Rectè Leuiathan iſte incudi comparatus eſt, quia nos in illo perſequente componimur, ipſe autem & ſemper percutitur, & in vas vtile nunquam mutatur.* Quo tamen in eo deteriores ſunt viatores obdurati, quoniam interioribus inſpirationibus reſiſtunt, quæ ſimul cum percuſſionibus offeruntur.

16. Bernardus de conſideratione lib. 1. prope init. *Quid eſt*, inquit, *cor durum? Ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur: ingratum ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina.* Idem in ſerm. 2. de reſurrectione Domini ante med. *Nonnulli dura ceruice, & attrita fronte, quo magis eis compatimur, tanto magis eis compatimur, tanto magis noſtra, & compaſſione & patientia abutuntur.* Hæc S. Bonauent. refert & ſequitur in Pharetra lib. 3. cap. 13.

SECTIO III.

Soluuntur obiectiones contra expoſitionem de permiſſione, traditam in ſect. prima.

1. PErmiſſionem referendam eſſe tantummodo ad formalem rationem malitiæ, nec poſſe referri ad materialem actionem, contendunt phyſicæ prædeterminationis authores probare argumentis, quorum aliqua diſſoluimus ſupra diſp. *Primum argumentum.* 32. ſect. 7. in hunc locum remittentes cætera. Primum. Deus non eodem modo concurrit ad id, quod eſt perfectio poſitiua, & participatio diuinæ voluntatis, & ad id, quod eſt deuiatio à diuina voluntate, & malitia formaliter. Ergo Deus quamuis permittat malitiam, & deuiationem; nihilominus ad perfectionem poſitiuam inclinat, & trahit volũtates noſtras, his enim verbis vtuntur. Confirmant, quoniam Scriptura diuerſimodè loquitur de voluntate & concurſu Dei circa actiones, aut circa malitiam illorum: nunquam enim dicit Scriptura, Deum eſſe cauſam malitiæ: dicit autem eſſe cauſam actionum.

Reſpõdeo & dico primò. Quod attinet ad verborum ſonitũ, Scriptura ſacra multoties videtur aſſerere, Deum eſſe cauſam malitiæ. Nam de malitia loquitur clariùs, quam de actione materiali. Veluti Rom. 9. quando facit *vas in contumeliã.* & 1. Theſſ. 2. *Mittet eis Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio.* & Pſal. 43. *Declinaſti ſemitas noſtras à via tua*, & Iſai. 63. *Quare errare nos feciſti de viis tuis: induraſti cor noſtrũ. ne timeremus te?* & cuncta cætera, quæ de excæcatione, & induratione retulimus ſect. 1. num. 7. nã induratio & excæcatio ſummam in peccando pertinaciam ſignificant. Cum igitur Dei decretum & cauſalitas ad malitiam referri videatur; compertum ſit omnibus catholicis, figuratam latere ſententiam, propter rationes explicatas ſect. 1, & 2. 2. *Dico primò.* *Rom 9.* *Theſſal 2.* *Pſalm 34.* *Iſaiæ 63.* *Induratio, & excæcatio ſummam in peccãdo pertinaciam ſignificant.*

Dico 2. Quod attinet ad intimam Scripturæ mentem non eodẽ modo verba illa referuntur ad materialem actionẽ, & ad formalem malitiam illius: nam ad malitiã referuntur permiſſione omnino mera, cui nihil admiſceatur etiã de generali concurſu: cæterũ ad materialẽ actionem ita referuntur, vt excludant generalẽ concurſum, qui tamen, quantũ ex ſe eſt, nõ impellat, neque faciat, vt fiãt eiuſmodi actiones, ſed potius ab illis auocet; vt fuſius explicuimus ſupra diſp. 32. ſect. 7. Quod etiam cõfirmatur ſolutione ſequentis argumẽti. 3. *Diuerſo modo Scriptura verba ad materialem actionem, & formalẽ malitiam referuntur.*

Secundum argumentum deſumunt ex omnibus illis teſtimoniis, in quibus dicitur, quod Deus facit, vt adimpleamus diuina præcepta, & quod operatur in nobis omnia opera noſtra, & quod ſine Deo nihil poſſumus facere. At verò quantum ad hoc, eſt, inquiunt, omnino eadem ratio de operibus & actionibus malis, ſi conſiderentur in ratione entitatis, actionis, & perfectionis; & ita eiſdem teſtimoniis probatur, eſſe neceſſarium concurſum, phyſicè prædeterminantem voluntates ad huiuſmodi actus. 4.

Reſpondeo & dico primò. Cuncta illius generis teſtimonia, quæ in Scriptura ſacra, vel apud antiquos Patres reperiuntur, non poſſe intelligi de actionibus prauis, imo neque de actionibus moraliter bonis, quæ prorſus naturales fuerint entitatiuè, licet ad illas Deus ſupernaturaliter adiuuerit. Dico ſecundò. Quantum ad materiam argumenti, rationis paritas nulla verſatur inter bonas & prauas actiones. Oſtendimus enim ſupra tota diſp. 36. operationis prauæ initium non præberi per diuinum concurſum, etiamſi præbeatur ad actionem moraliter bonam. Rurſus in eiuſdem diſputationis ſect. 6. & 8. oſtendimus Deum non impellere, neque facere vt faciamus materiales peccatorum actiones. 5. *Dico primò.* *Nulla paritas rationis verſatur inter bonas, & prauas actiones.*

Tertium addunt argumentum in hæc verba: ſicut actiones eorum, qui Chriſtum crucifixerũt, ſi conſiderentur in ordine ad illos miniſtros iniquiſſimos, erãt peccata grauiſſima: in ordine vero ad Chriſtum, qui ſe ipſum ſacrificauit mediis illis actionibus, vt dicit Doctor Angelicus in 3. part. q. 47. art. 1. erant actiones bonæ, & religioſæ, & ſecundum iſtam rationem poterant eſſe à Deo: 6.

ita etiam in noſtro propoſito illæ actiones, vt habent rationem peccati, non prædeterminantur à Deo phyſicè, bene tamen vt habent rationem actionis & perfectionis.

7. S. Thomas pro ſe reſpondet in 3.p.q.47.art.1. corpore dicens: *Aliquod poteſt eſſe cauſa alicuius effectus dupliciter. Vno modo, directè ad illud agendo: & hoc modo perſecutores Chriſti eum occiderunt, quia ſufficientem cauſam mortis ei intulerunt, cum intentione occidendi ipſum, & effectu ſubſequento quia ſcilicet, ex illa cauſa eſt mors ſubſequuta. Alio modo dicitur aliquis cauſa alicuius indirectè, ſcilicet, quia non impedit, cum impedire poſſit: ſicut, ſi dicatur aliquis alium perfundere, quia non clauſit feneſtram per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipſe Chriſtus fuit cauſa ſuæ paſſionis & mortis: poterat enim ſuam paſſionem & mortem impedire.*

8. Vnde redarguitur prædictum argumentum, primò, quia ſi perſecutores ſuos ad materialem actionem interficiendi Chriſtus D. moueret, ac determinaret: iam directè foret cauſa, ad occiſionem agendo, multò magis quam perſecutores. At huius effectus cauſalitatem directam ſolis perſecutoribus reſeruat S. Thomas citatus, vt Chriſto D. præciſè relinquat alium modum indirectè cauſandi, quatenus non impediuit cum impedire poſſet.

Redarguitur argumētum primò.

9. Redarguitur ſecundò, quoniam in toto illo articulo nihil reperitur, expreſsè, neque implicitè ſignificans, actiones crucifigendi Chriſtum fuiſſe bonas, & religioſas in ordine ad Chriſtum, qui ſe ipſum ſacrificauit mediis illis actionibus, in eo, inquam, ſenſu, quē intendit prædictę obiectionis author, videlicet, quaſi Chriſtus D. fuerit principale agens per ſuos perſecutores, vt per inſtrumenta, & per eorum actiones, efficienter cauſans ſuam occiſionem, præciſa malitia. Inſuper, id eſſe falſum, propria eiuſdem materiæ ratione probari poteſt, quoniam Chriſtus D. in quantum homo, non influebat in materiales operationes peccatorum: niſi forte dicas, humanitatem ad hoc fuiſſe ſupernaturaliter eleuatam, vt cooperaretur actioni, cui ſumma turpitudo, ſummáque repugnantia cum Dei amore copulata erat inſeparabiliter, idque nihil cogente munere primæ cauſę: quod eſſet abſurdum. Aliunde verò Chriſtus D. in quantum Deus, præbebat ſolummodo generalem concurſum, debitum ex munere primæ cauſæ: qui concurſus, etiam ſub hac præciſione conſideratus, licet eſſet actio bona, non tamen poterat eſſe religioſa: quoniam Dei, vt Dei præciſè nō poteſt eſſe religio, cum hæc virtus ab inferiori tendat in ſupremam Dei excellentiam.

Chriſtus Dominus in quātum homo non influebat in materiales operationes peccatorum.

Dei, vt Dei præciſè non poteſt eſſe religio.

10. Quartum argumentum afferunt ex Ambroſio lib. 2. de vocatione Gent cap. 5. (vel potius ex Proſpero ſecundum commodiorem partitionem cap. 15. in medio) dicente: *Igitur ad manifeſtandam gratiam Dei, quæ ex æterno eius, incommutabilique conſilio in ſalutem omnium gentium diſponebatur non priora, quaſi incapacia declinata ſunt tempora; ſed illa electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox, & voluntaria iniquitas nō conſulendi affectu, ſed intentione ſæuiendi perſiſteret facere, quæ manus Dei & conſilium decreuerunt fieri, vt mirabilior eſſet gratia & potentia Dei, quæ de tam duris animis, tam tenebroſis mentibus, tam inimicis cordibus, fecit ſibi populum fidelem, ſubditum, ſanctum.*

Proſper.

11. In hoc vniuerſo Proſperi diſcurſu, nihil eſt quod in ſpeciem fauere videatur illis authoribus, præter illa verba, quæ ſumpta ſunt ex Actorum 4. *Quæ manus Dei & conſilium decreuerūt fieri.* Hæc autem intelligenda eſſe de mera permiſſione, peculiariter oſtendemus infra diſp. 44. ſect. 4. ſub init. & ſect. 7. fine. Cætera verò, quæ ſunt Proſperi propria, ſatis apertè ſignificant, Dei conſilium non diſpoſuiſſe, nec feciſſe vt fierent tales actiones, ſed tantum ſuppoſuiſſe quod æterna præſcientia oſtendebat, illa tempora eſſe futura, quæ tales populos ederent, quorum ferox, & voluntaria iniquitas perſiſteret facere, &c. Confirmatur, nam totus ſequens eiuſdem capitis contextus manifeſtè ſupponit, non à Deo, ſed ab hominibus factas eſſe actiones eorum, qui perſequebantur Eccleſiam, vnde Dominus illius colligebat augmentum. Præſertim notandum eſt ab illis verbis: *Fremebant gentes, iraſcebantur populi, &c. Sed de reſiſtentibus, furentibus, perſequentibus, populum ſuum Chriſtus augebat, &c.*

Actor 4.

Quintum argumentum contendit, omnia hæc teſtimonia nō poſſe explicari de mera permiſſione, quoniam in illis dicitur, Deū talia opera facere propter ſuam gloriam colligēdam & manifeſtandā. Pro cuius intelligentia notant, quod actus malus ſecundum malitiam, quam habet, non eſt principiū, ex quo reſultet gloria Dei. Poteſt quidē ex malitia occaſionaliter reſultare gloria Dei: cæterum non ex ipſa malitia ſecundum ſe, ſed ex ordinatione extrinſeca. Si verò conſideretur poſitiuum, quod includit peccatum, eſt, inquiunt, principium talis gloriæ. Reſpondeo, inde potius noſtram confirmari ſententiam, quoniam Patres manifeſtè notant, gloriam & attributorum manifeſtationem ex talibus operibus non colligi, propter illorum vim, perfectionem, & intrinſecam ordinationem; ſed propter ſolam Dei potentiam & bonitatem, qui poſſit metere vbi non ſeminauit, & de ſpinis colligere vuas, de tribulis ficus, & de malis bona: vt vidimus ſupra diſput. 18. ſect. 1. 2. & 3. & diſp. 27. ſect. 4. & 5. & diſp. 33. ſectione 1. 12.

Ex prædicto argumento noſtra confirmatur ſententia.

Sed inſiſtunt quoniam authoritates citatæ loquuntur de prædefinitione, & de actu volitionis Dei, ordinante prædictas actiones ad finem ſuæ gloriæ. Sed ordinare aliquid in gloriā ſuam eſt præbere entitatem ſeu perfectionem ordinationis, quod non poteſt aliter fieri, niſi ſua præuia ordinatione mutet, cauſet, & influat in actionem ordinatam. Ergo Deus cauſat prædictas actiones, ac proinde non eſt mera illarum permiſſio. Reſpondetur diſtinguendo Minorem; dupliciter namque Deus ad ſuam gloriam ordinat. Primus modus eſt, cauſando perfectionē, quidditatiuè ordinatam ad Dei gloriam, & hic modus eſt proprius bonarū actionum. Alter modus eſt, merè extrinſecè ordinando ad Dei gloriam, quod ab intrinſeca quidditate deordinatum eſt ab illa. Et hic modus eſt proprius prauarum actionum. Vnde D. Bonau. in 1. diſt. 46. art. 1. q. 5. tradit, malum eſſe ordinabile à diuina voluntate, non tanquam *ſuſceptiuum ordinis iuſtitiæ*, nec tanquam *ordinabile in ſe & per ſe*, ſed tanquam id quo Deus colligit ordinem iuſtitiæ & oſtenſionem bonorum. 13.

Reſpondetur.

Dupliciter Deus aliquid ad ſuā gloriam ordinat.

S. Bonauent.

Ex Auguſtino deſumunt alia argumenta, quæ variis in locis ſparſim ſoluta ſunt, præſertim diſput. 28. ſect. 1. num. 10. & ſect. 2. num. 15. notauimus, non ſecundùm exemplaria correcta citari verba ex lib. 2. de libero arbitrio cap. vltimo fine. Vnde refutare conantur permiſſionis quidditatem, quam hucuſque probauimus. Aliæ verò Auguſtini ſententiæ latiſſimum aperiunt campum diſputatione ſequenti. 14.

DISPVTA

DISPVTATIO XLIII.

Vtrùm Deus per patientiam ſolummodo, vel etiam per potentiam inclinet ad mala voluntates impiorum.

SECTIO I.

Ex Auguſtino lib. 5. contra Iulianum & lib. de grat. & libero arbitrio non colligitur vlla prædeterminatio materialis peccati.

1. *Auguſtinus.* QVÆSTIONEM præſentem primus excitauit Auguſtinus lib. 5. contra Iuliao. cap. 3. circa med. vbi calumniam illius ita redarguit: *Quid eſt autem quod dicis, cum deſiderius ſuis tradit dicuntur, relicti per diuinam patientiam intelligendi ſunt; non per potentiam in peccata compulſi? Quaſi non ſimul poſuerit hæc duo idem Apo-* *Rom. 9.* *ſtolus & patientiam, & potentiam, vbi ait: ſic autem Deus volens oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem. Quid horum tamen* *Ezech. 14.* *dicis eſſe, quod ſcriptum eſt: Propheta ſi errauerit, & loquutus fuerit, ego Dominus ſeduxi Prophetam illum, & extendam manum meam ſuper eum & exterminabo eum de medio populi mei Iſrael, patientia eſt, an potentia? Quodlibet eligas, vel vtrumque fatearis, vides tamen falſa prophetantis peccatum eſſe, pœnámque peccati.* Ponderant ergo contrariæ ſententiæ Doctores, ab Auguſtino impugnari ſolutionem illam, quæ dicit, Deum ſolum modo per patientiam deſerere, non verò per potentiam compellere ad malum. Vnde ſequitur Deum compellere, hoc eſt, inclinare liberè, iuxta naturam voluntatis ad id, quod eſt entitatis in peccato: quia in hoc oſtenditur potentia Dei, qui ſolus poteſt inclinare voluntates.

2. Confirmatur primò ex eodem cap. inter med. & finem dicente: *Quis verò ita deſipiat, vt cum* *Pſalm 139.* *audieris quod in Pſalmo canitur: Ne tradas me Domine à Deſiderio meo peccatori: hoc dicat, craſſo hominem, ne Deus ſit patiens erga illum, ſi Deus non tradit, vt mala fiant, niſi patientem bonitatem præbendo, cum fiunt? Quid eſt autem quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem: niſi vt tradamur concupiſcētiis noſtris? An forte hoc a Deo petimus, vt non ſit erga nos patiens bonitas eius? Nō ergo eius inuocamus miſericordiam, ſed potius iracūdiam prouocamus. Quis iſta ſapiat ſanus? Imo quis vel furioſus hæc dicat? Tradit ergo Deus in paſſiones ignominiæ, vt fiant, quæ non conueniunt: ſed ipſe conueniēter tradit, & fiunt eadem peccata, & peccatorum ſupplicia præ-* *Obiectio ex Auguſtino.* *teritorum, & ſuppliciorū merita futurorum.* Ex quibus verbis ſic argumentantur. Deus tradit non ſolùm præbendo patientiam. Ergo tradit non ſolùm deſerendo & permittendo, ſed etiam determinando ad actum materialem peccati.

3. Confirmant 2. ex lib. de Grat. & liber. arbitr. cap. 20. & 21. vbi poſt multa Scripturæ teſtimonia, quibus eandem ſententiam confirmat, ita concludit Auguſtinus: *His & talibus teſtimoniis diuinorum eloquiorum ſatis, quantum exiſtimo manifeſtatur, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum, iudicio vtique ſuo aliquando aperto, aliquando occulto, ſemper autem iuſto.* Vnde Doctores oppoſitæ ſententiæ colligunt, Deum operari ad inclinandas voluntates ad mala opera, quantum ad materialem entitatem illorum.

Tertiò his addere potuiſſent illa præſertim verba ex eodem cap. 21. de Grat. & lib arb. vbi ponderans illa verba 2. Paralip. 25. *Et noluit audire Amaſias, eo quod Domini eſſet voluntas, vt traderetur in manus hoſtium propter Deos Edon. Ecce,* inquit, *Deus idololatriæ peccatum volens vendicare, hoc operatus eſt in eius corde, cui itaque iuſtè iraſcebatur, vt admonitionem ſalubrem non audiret, ſed ea contempta iret in bellū, vbi cum ſuo exercitu caderet.* 4.

Nihilominus dico primò. Nec in locis nuper citatis, nec vnquam alibi admittit Auguſtinus, prædeterminationem, quæ per phyſicam illationis neceſſitatem inclinet ad materiales peccatorum actiones. Probari poſſet primò ex plurimis eiuſdem teſtimoniis, quæ ponderauimus ſparſim diſp. 27. & ſequentibus: peculiariter autem contra neceſſitatem eliciendi actionem peccati tota fere diſp. 38. Quibus concordant alia plurima, quæ ex Auguſtino, & eius diſcipulis Proſpero, Fulgentio, Anſelmo & aliis retulimus tomo præcedenti de Scientia diſp. 42. 5. *Dico primò.* *Probatur primò.*

Probatur ſecundò peculiariter ex eodem lib. 5. contra Iulianum cap. 3. paulò ante med. vbi Auguſtinus ſic loquitur: *Cum ergo dicitur homo tradi deſideriis ſuis, inde fit reus, quia deſertus à Deo, cedit eis, atque conſentit, vincitur, capitur, trahitur, poſſidetur.* Vbi pondera, quod Deus non impellit; ſed tantum deſerit: homo autem ipſe eſt, qui cedit, atque conſentit: vnde ſequitur eius pœna, vt vincatur, capiatur, trahatur & poſſideatur. 6. *Deus nō impellit ſed tātum deſerit.*

Confirmatur ex lib. de Grat. & liber. arbit. quem etiam pro contraria ſententia referunt eius authores, nam in cap. 23. ſic loquitur: *In eo, quem ſeduci permittit, vel obdurari, mala eius merita credite.* & poſt pauca: *Neque ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit Deus: Ego indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipſe Pharao non indurauit cor ſuum, dicēte Scriptura:* *Exod. 8.* *Et ingrauauit Pharao cor ſuum & in iſto tempore, & noluit dimittere populum: ac per hoc Deus indurauit per iuſtum iudicium, & Pharao per liberū arbitrium.* Hoc autem iuſtum iudicium eſt, quod prius dixerat Auguſtinus: *In eo quem ſeduci permittit, vel obdurari, mala eius merita credite.* Itaque Deus permittendo, non neceſſitando; ſed Pharao liberè nolendo ſe ipſum indurat. Tertiò probatur à fortiori ex omnibus dicendis in aſſertione ſequenti, & ſectionibus ſequentibus. Atque hinc conſtat ſolutio ad teſtimonium in principio adductum ex lib. 5. contra Iulian. cap. 3. 7. *Probatur tertiò.* *Solutio teſtimonij in principio adducti.*

Vrgebit tamen aliquis quoniam propoſitio, quam Iulianus aſſerebat, erat hæc: *Cum deſideriis ſuis tradi dicuntur relicti per diuinam patientiā intelligendi ſunt, non per potentiam in peccata compulſi.* Hanc verò propoſitionem Auguſtinus inde probat eſſe falſam, quoniam Apoſtolus Rom. 9. ſimul poſuerit patientiam & potentiā. Ergo ſaltem ad materiales deſideriorū actiones compelluntur per potentiam. Reſpondeo negando conſequentiam. Auguſtinus namque ſolummodo probare contendit, in prædicto modo prouidentiæ circa peccata, nō interuenire ſolā omiſſionē punitionis (vt Iulianus exiſtimabat & ſect. ſequēti cōſtabit) ſed interuenire alias omnipotētiæ diuinæ, ac prouidētiæ partes, quas reliquę ſectiones explicabūt. 8. *Propoſitio Iuliani falſa.*

Confirmatur hæc ſolutio primò. Nam contradictoriū illius propoſitionis videlicet; *Intelligendi ſunt per potentiam in peccata compulſi,* traditur ex- 9.

preſsè non ſolùm ab aliis Patribus, ſed etiam ab eodem Auguſtino ſæpe, maximè verò cum ex profeſſo diſputat de Iudæorum excæcatione, ac obdoratione tract. 53. in Ioan. col. 3. vbi: *Fecerunt*, inquit, *peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatū non placet*. Et non longè inferius: *Quare autem non poterant, ſi à me quæratur cito reſpondeo, quia nolebant*. Et multis aliis oſtendit, impoſſibilitatem illius excæcationis liberè ab illis potuiſſe deponi.

Auguſtinus.

10. Confirmatur ſecundò, nā & Proſper Auguſtinianæ mentis ſagaciſſimus indagator, atque propugnator acerrimus, ad capita Gallorū ſic reſpōdet ſentent. 11. *Qui dicit quod per potentiam Deus homines ad peccata cōpellat, meritò reprehēditur. Neque enim Deus, qui iuſtitiæ & bonitatis author eſt, quemquam ad peccandum cogere, & ab innocentia in facinora præcipitare, credēdus eſt*. Et ad 13. obiectionem vincentianam: *Æterna*, inquit, *præſciētia nemini neceſſitatem aut voluntatē intulit delinquendi*.

Proſper.

11. Dico ſecūdò. Etiamſi loquamur de prædeterminatione & inclinatione, quæ nullam afferat illationis neceſſitatem, ſed relinquat liberam, & ſolutam poteſtatem illi reſiſtendi; adhuc Deus ad nullam actionem materialem peccati prædeterminat, neque inclinat, ſed potius, quantum in ſe eſt, inclinat ſemper ad bonam actionem oppoſitam. Quod totum probatū fuit à diſp. 27. vſque ad 39. quarum probationes in compendium redegimus diſp. 40. Illud igitur reſtat, quod proprium eſt præſentis ſectionis, videlicet, oſtendere quomodo aſſertio noſtra colligatur efficaciter ex eiſdem locis contra Iulian. & de grat. & lib. arb. quæ in contrarium adducta ſunt.

Concluſio ex Auguſtino efficaciter colligitur.

12. Probatur igitur primò ex lib. 5. contra Iulian. cap. 3. col. penult. vbi explicans, quomodo Deus tradat impios in mendaciū, & in falſum cōſilium, ait: *Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui nouit iuſta iudicia ſua, non ſolum in corporibus hominum, ſed in ipſis cordibus operari, qui non facit voluntates malas; ſed vtitur eis, vt voluerit.* Ergo non ſolùm malitiam, ſed etiam voluntatem ipſam, quæ mala eſt aſſerit Auguſtinus à Deo non inferri. Voluntatem verò intelligit volitionem pro materiali, cuius Deus non eſt author, ſecundum quod determinata eſt ad malitiam. Confirmatur, nā aliud eſt vti voluntate mala, aliud eſt illius totam entitatem materialem facere, determinando ad illam. Auguſtinus autem ideo ſubiunxit: *Sed vtitur eis*: vt excludat à Deo artem, qua talia inſtrumenta faciat, quibus poſtea vtatur. ſed tantummodo vtatur illis, quæ facta inuenerit libero arb.

Non ſolùm malitia ſed volūtas, quæ mala eſt Deo non infertur.

Cōfirmatur.

13. Probatur 2. ex lib. de Grat. & lib. arb, cap. 21. fine vbi Auguſt. ait: *Potens eſt, ſiue per Angelos bonos vel malos, ſiue quocūque alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorū, quorum malitiam ipſe nō fecit, ſed aut originaliter tracta eſt ab ipſo Adam, aut creuit per propriam voluntatem*. Ergo propria voluntas, & nō Deus eſt cauſa vt creſcat malitia ex Adamo contracta: hoc autem incrementum nō aliter cauſatur, niſi operationes cauſando, quas malitia inſeparabiliter comitatur.

Propria voluntas eſt cauſa, vt creſcat malitia ex Adamo cōtracta.

14. Probatur tertiò ex titulo quæſtionis, quā ſibi propoſuerat Auguſtinus diſputandam in dicto cap. 3. contra Iulian. & ex concluſionibus, quas contra eundem infert. Omnia quippe primariò pertinent ad modum, quo Deus operatur internus in cordibus impiorum, & eorum voluntates ita inclinat, vt peccata peccatis puniat, atque eadem peccata ſint merita futurorum, & ſuppliciū præcedentium peccatorum. Sed vtrùm hoc fiat, deſerendo, vel aliquo alio modo fiat, non erat primariò intentum, ſed incidenter tactum.

Quæſtionem igitur proponit Auguſtinus lib. 5. contra Iulianū cap. 3. inter princip. & med. his verbis: *Quæris munitur, quomodo intelligēdus ſit tradere Deus, multum laborans, vt oſtendas eum tradere deſerēdo, Sed quomodolibet tradat, propter hoc tradidit, propter hoc deſeruit. Et vides eius traditionē, qualemlibet, & quomodolibet intelligas quæ cōſecuta ſunt, curauit enim Apoſtolus dicere, quanta pœna ſit, à Deo tradi paſſionib. ignominiæ, ſiue deſerēdo, ſiue alio quocūque, vel explicabili, vel inexplicabili modo, quo facit hæc ſummè bonus, & ineffabiliter iuſtus*. Vnde cōſtat ab ipſo quæſtionis exordio Auguſtinum in eo inſiſtere, vt Iulianus cōpellatur cōcedere, pœnam peccati à Deo inflictā eſſe tradi deſideriis. Sed de modo, quo iſtud fiat minus curare, quod attinet ad inſtitutū primariū illius capitis: tametſi notet incidēter multa, quæ attingemus ſectionib. ſeqq. 15.

Confirmatur, quia eadē vis eſt in aliis verbis, quæ circa illius capitis medium ſubiicit S. Auguſtinus: *Patientia eſt an potentia? Quodlibet eligas, vel vtrumque fatearis, vides tamen falſa prophetantis peccatum eſſe, pœnamque peccati*. Hoc, ſcilicet, intulit Auguſtinus ex illo ipſo teſtimonio, quod nobis obiicitur in principio diſputationis huius. In toto denique ſequenti eiuſdem cap. 3. contextu hæc eſt intercalaris concluſio ad ſingula quæque argumēta repetita, nunc interrogando, nunc aſſerendo, *Peccatum eſt pœna peccati*. 16.

SECTIO II.

Quænam ſit illa patientia deſerens, quam Auguſtinus refutabat in errore Iuliani.

Dico primò. Duplex eſt deſertio (quod ad præſens attinet.) Altera eſt deſertio minuēs actualem gratiam. Hanc, Iulianus non dicebat, eſſe per quam indurati dicuntur deſideriis tradi: & conſequenter illam non impugnabat Auguſtinus. Probatur primò, nam Iulianus negabat, neceſſariam eſſe gratiam ad euitanda peccata. Ergo per diminutionem gratiæ non exiſtimabat, homines induratos deſideriis tradi. Probatur ſecundò, nam huiuſmodi deſertionem affirmat Auguſtinus, & cæteri Patres, vt videbimus ſect. ſequenti. Non igitur eam impugnaret Auguſtinus; ſi affirmaretur à Iuliano. 1.

Duplex deſertio.

Probatur primò.

Secundò.

Dico ſecundo. Altera eſt deſertio, tolerās peccatores, & eo ipſo minuens exterius remedium ſeuerioris flagelli, quo vel reſpicerent, vel à grauioribus peccatis frænarentur, vel morte præoccuparentur, ne ſcelera cumularent. Hæc eſt patientia, & longanimitas, qua Deus cum poſſet annihilare, vel in abyſſum detrudere peccatores; nihilominus eis concedit vitam, & tempus, quo vel pœnitere, vel augere crimina poſſint vt voluerint. Hoc erat illud genus relinquendi per diuinam patientiam, quo deſideriis traditos eſſe obduratos, exiſtimabat Iulianus. 2.

Patientia, & longanimitas Dei.

Dico tertiò, & principaliter Auguſtinus etiam concedebat, in excæcatione interuenire ſecundam hanc deſertionem tolerantem, nec in hoc articulo refutabat Iulianum; ſed in eo tantū quod Iulianus ſolam hanc deſertionē. Auguſtinus verò ſimul cum illa plurimos atque mirabiles diuinæ omnipotentiæ effectus interuenire demonſtrat. 3.

Huius aſſertionis ſecundum membrum probandum erit in aſſertione 4. Nunc verò primum membrum, 4.

Primum concluſionis mi.

brum certitudinis gradum tenet. Probatur primò. Roman 9.

membrum, oſtendo, eum tenere certitudinis gradum, vt à nullo Catholicorum negari debeat. Probatur primò. Nam Rom. 9. poſtquã dixerat: *Cuius vult miſeretur; & quem vult, indurat*. vt hoc defendat ab obiectionibus impiorum inter alia ſubdit Apoſtolus: *Quod ſi Deus volens, oſtendere iram, & notam facere potentiã ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum*, Vnde in obduratione interuenire patientiam, longanimitatem, & lenitatẽ Dei, colligũt expoſitores ibi, præſertim Chryſoſtom. ſerm. 16. inter med. & finem, & Auguſt. q. 32. in Exod. & ſerm. 88. de tempore. *Chryſoſtom. Auguſtinus.*

5\. *Lenitas, patientia, & benignitas Pharaoni exhibita. Exodi 8.* Confirmatur primò. Nam lenitatẽ, patientiam, & benignitatẽ Deus exhibebat Pharaoni, quando proponenti obedire, ac deprecanti per Moſis interceſſionem, tot ab illo plagas ſuſtulit. Et tamen ea patientia Pharaonem abuſum fuiſſe ad duriorem pertinaciam, notatur Exodi 8. *Videns Pharao quod data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum*. & cap. 9. fine: *Videns Pharao, quod ceſſaſſet pluuia & grando & tonitrua, auxit peccatũ, & ingrauatum eſt cor eius, & ſeruorum illius, & induratum nimis.* *Auguſtinus.* Quæ tractans Auguſtinus ſuper Exodum q. 24. initio: *Hic*, inquit, *apparet, non illas tantùm fuiſſe cauſas obdurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius ſimilia faciebant, verum etiam ipſam Dei patientiam, qua parcebat. Patientia Dei ſecundùm corda hominum, quibuſdam vtilis ad pœnitendum, quibuſdam inutilis ad reſiſtendũ Deo, & in malo perſeuerandum: non tamen per ſe ipſam inutilis eſt, ſed ſecundum cor malum.*

Idem fuſiùs probat toto fere ſerm. 88. de tempore & inter princip. & med. *Pharaonem*, inquit, *non diuina potentia, ſed diuina patientia credenda eſt obduraſſe*. Vnde poſt med. *Hoc*, inquit, *ſine aliqua dubitatione credamus, quod eum non tam Dei potentia quàm Dei patiẽtia fecerit obdurari*. & poſt pauca rem explicat eodẽ exemplo, quod prius attulerat Origenes referendus infra n. 15. *Quam rem*, inquit, *circa vernaculos noſtros exercere cõſueuimus, quos nimis delicatè aut remiſſè nutrimus. vel quibus frequenter peccantibus indulgemus. Cum enim peiores de ipſa remiſſione redduntur, ſolemus his exprobrantes dicere: Ego te talẽ feci, ego tibi parcẽdo proteruiam tuam negligentiamque nutriui: Et hoc non dicimus, quod ex volũtate noſtra in tantã ſint ſuperbiã deuoluti, ſed quia magis de bonitate vel indulgentia noſtra fuerint obdurati. Ita & Deus de Pharaone feciſſe dinoſcitur, dũ ab illo pro ineffabili bonitate plagas ſuſpẽdit, ille obdurato corde contra Deũ ſuperbus erigitur.*

6\. *Baſilius.* Confirmatur ſecundò, nam eo fine Deũ exercuiſſe patientiam, vt Pharaonẽ indurari permitteret, in pœnam præcedentium peccatorũ idololatriæ, ac tyrãnidis, adnotauit Baſilius hom. 9. *Quod Deus non ſit author malorum*. in medio dicẽs: *Deus indurauit Pharaonẽ longanimitate, ac pœnæ dilatione ipſius intendens malum, vt ad extremum, eius iniquitate ad ſummum gliſcente, iuſtus ſuper eum Dei iudicium oſtenderetur. Ideirco plagas modicè quidem ab initio infligens, ac paulatim adaugens, eius duritiem minimè flexit; quin reperit eum, & initio Dei contemptorem, & illatas poſt pœnas ex conſuetudine tolerantem; & neque ſic quidem morti illũ tradidit, donec ipſe ſe ſe præcipitẽ dedit, dum cordis arrogantia fretus iter iuſtorum auſus eſt ingredi; ac exiſtimauit, quemadmodum populo Dei, ſic & ſibi mare rubrum permeabile fore*. Pondera, quomodo Deus patientia & tolerantia indurat, & tamen malæ actionis nõ eſt author, & cauſa; ſed ipſe peccator ſeſe præcipitẽ dat.

7\. *Oecumen. Roman. 9.* Non immeritò Oecumenius Rom. 9. ad illa verba: *Quem vult indurat* ex Nyſſeno & Baſilio: *Non eſt*, inquit, *intelligendum quod diuino conſilio in eius animam poſita ſit durities: ſed quod voluntas ob inclinationem ad malum, nõ ſuſceperit ſermonem qui duritiem emolliret. Obdurauit Deus Pharaonem longanimitate, ac ſupplicij detentione*, &c. Cui concinit Anaſthaſius Epiſcopus Nicænus quæſtionibus in Sac. Scripturam q. 59. dicens: *Præſciuit Deus fore, vt non pœniteret Pharaonẽ, & indurauit cor eius dilatatione & lenitate, quæ eum ad tantum deduxit contemptum, & audaciam, vt etiam aquis ſit obrutus.* *Anaſthaſ.*

8\. *Exod. 9.* Confirmatur ex cap. 9. Exodi. *Quia in hoc ipſum excitaui te*, vel *ſeruaui te*, ſecundum aliam literam. Quod S. Thomas ad Rom. 9. lect. 3. poſt med. ſic explicat: *Dignus eras mori propter peccata, quæ feceras: ſed tamen non ſtatim tibi mortem induxi, ſed ſeruaui te in vita eo fine, quo ſequitur, vt, ſcilicet, oſtendam*, &c. *Et in hoc ſenſu poteſt legi quod dicitur. Excitaui te. Id eſt, cum apud me pro tuis meritis mortuus eſſes, conceſſi tibi vitam, quaſi te excitarem.* *S. Thomas.*

9\. *Iſaiæ 42.* Probatur ſecundò Iſaiæ 42. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar; diſſipabo & abſorbebo ſimul*, &c. vbi Hieronym. *Diu vos delinquentes ſæpe portaui: ſed quia ante tacueram, nequaquam vltra reticebo. Et quomodo parienti apertum eſſe facit, quod prius clauſum in viſceribus tenebatur. Sic ego dolorem meum, & diſſimulationem, quam ſemper habui, ſic pro ſceleribus veſtris nunc proferam: & diſſipabo veſtra conſilia*, &c.

10\. *Hierem. 15.* Tertiò probatur Hierem. 15. poſt med. *Noli in patientia tua ſuſcipere me*. Hoc eſt, noli me protegere, patienter tolerans perſecutores meos, atque punite differens. Sic enim que nimium diſeruior. Ita Theodoretus ibi, & contextus apertè indicat, hunc eſſe ſenſum.

11\. *2. Machab. 6.* Quartò probatur ex lib. 2. Machab. cap. 6. *Etenim multo tẽpore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. Non enim ſicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas, cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorũ puniat*, & quæ ſequuntur. Confirmatur Pſal. 98. *Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum*. vbi Auguſtinus: *Illi Deus iraſcitur*, inquit, *quẽ peccantem non flagellat. Nam cui verò propitius eſt, non ſolum donat peccata, ne noceant ad futurum ſæculum, ſed etiam caſtigat, ne ſemper peccare delectet.* *Confirmatur. Pſal. 98. Auguſtinus.*

12\. *Hebræos 12.* Quintò probatur ex priori parte cap. 12. ad Hebræos illis præſertim verbis: *Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes. Ergo adulteri & non filij eſtis*. Vbi Chryſoſtomus homil. 29. ante medium: *Non poteſt*, inquit, *filius eſſe, qui non caſtigatur, ſicut in domibus patrumfamilias nothos filios negligunt patres, etiamſi nihil doceantur, etiamſi non ſint glorioſi: pro filiis autem propriis valde verentur, ne eos malum opprimat negligentiæ*, &c. Similia in eundem locum ponderat Origenes. 3 Periarch, cap. 1. col. 7. & D. Thomas ſect. 2. *Chryſoſtom. Origenes D. Thomas.*

13\. Gregorius lib. 12. Moral. cap. 15. prope finem: *Quia verò*, inquit, *ſcriptum eſt: Quem diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit: ſæpe ſancta Eccleſia in hac vita aduerſitatibus laborat, & reproborum vita tanto ſine flagello dimittitur, quanto ad nulla præmia ſeruatur*. Eodem ſpectat totum cap. 17. in lib. 26. moral.

14\. *Eccleſiaſt. 30.* Hoc remedio filios ab induratione præſeruari notat Eccleſiaſticus cap. 30. Vbi de filiorum diſciplina ſic loquitur: *Curua ceruicem in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans eſt: ne fortè induret, & non credat tibi*. Vnde & Pſalm. 72. *In labore* *Pſalm. 72.*

hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate, & impietate ſua: prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis. In quo maximè conſiſtit obſtinata durities ex malitia peccans.

15. *Ratio à priori, cui nititur modus loquendi.* Rationem à priori, cui nititur modus loquendi, quo Deus excæcare dicitur, & indurare, quatenus patientiam & tolerantiam exhibet, ab impiis per abuſum conuertendam in duritiem, explicuit Origenes lib. 3. Periarchon. cap. 1. col. 7. dicens: *Indurare nos dicitur Deus tali typo ſermonis, quaſi herus dum benignior in ſeruum eſt, inſolentior ipſe & improbior efficitur, dicere poteſt: Ego te talem ſerue feci, ego te perdidi, patientia mea inſolentiæ tuæ cauſa extitit, qui te non ſtatim per ſingulas culpas punio pro meritis delictorum.* Eodem prope exemplo Theophilactus vtitur Roman. 9. Euſtathius Antiochenus homil. in Geneſ. apud Turrianum in dogmatico de electione prope finem ait: *Plagarum remiſſio cauſa fuit illi cæcitatis* (videlicet Pharaoni) *Quod ipſa Scriptura ſignificauit apertè cum ait: videns autem Pharao, quod eſſet requies, aggrauauit cor ſuum.*

Origenes.

Theophilact.

Euſtathius.

16. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 3. *Iniquus*, inquit, *emendare non vult nequitiam, pro qua dignam non pertulit pœnam, qui quo piè expectatus eſt, eo ad peccandum nequiter inſtigatus, & patientiæ ſupernæ longanimitatem deſpiciens, vnde corrigere culpam debuit, inde cumulauit.* & homil. 11. in Ezech. inter med. & finem: *Obdurare dicitur cum ab obduratione non liberat, Miſericors enim Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat: ſed cum eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipſum tempus, quod ad parcendum piè diſpoſuit, diſtrictius adferiendum vertit,*

17. Iſidorus lib. 2. ſentent. cap. 13. à med. ait: *Per id deteriorantur plerumque iniqui, per quod per patientiam Dei ſpatium accipiunt emendandi.* Et lib. 3. ſentent. cap. 1. poſt med. *Sæpe occulto Dei iudicio extra flagelli correptionem ſunt reprobi in hoc mundo: dúmque multa damnabilia commiſiſſe videantur, deſpecti tamen à Deo nullo emendationis verbere feriuntur.*

18 Hactenus de primo membro præcedentis aſſertionis. Nunc ad eiuſdem ſecundum membrum explicandum & probandum, dico quartò.

Dict. 4. Deſertio, & patientia in excæcatione & obduratione interueniens, non eſt ita nuda, inermis & vecors, vt à Iuliano conſtituebatur. Eſt enim ſtipata atque munita multis omnipotentiæ præſidiis: ac proinde quod in Scriptura ſacra aſſeritur, Deum excæcare, obdurare, & propriis deſideriis tradere, intelligendum eſt fieri non ſolùm per patientiam, ſed etiam per potentiam, peccata puniendo aliorum permiſſione peccatorum, & inde colligendo maiora bona.

19. *Quid in oratione dominica petamus dicètes, & ne nos inducas, &c.* Probat Auguſtinus, quia in oratione Dominica, dicentes: *Et ne nos inducas in tentationem*, atque in ſimilibus orationibus Sacræ ſcripturæ non petimus, vt Deus non ſit patiens erga nos, tolerando noſtra crimina iam commiſſa: quin potius optamus, vt ſi peccauerimus, patienter toleret, adducens nos ad pœnitentiam. Sed petimus vt non deſeramur, ſubtrahendo ſuas illuſtrationes, aliáque remedia; nec non inducendo circumſtantias (licet ex ſe bonas) quibus poſitis, præſcit Deus fore, vt in peccata inducamur per noſtram liberam malitiam. Hic eſt præcipuus ſcopus, ad quem ſuam diſputationem dirigit Auguſtinus in lib. 5. contra Iulianum dicto cap. 3. & de gratia & liber. arbit. dicto cap. 20. & 21. Eundem ſenſum clarius expreſſit Auguſtinus lib. 2. de peccatorum merit. & remiſſione cap. 4. poſt med dicens: *Ne nos inducas in tentationem, non quod ipſe Deus tali tentatione aliquem tentet, nam Deus intentator malorum eſt; ipſe enim neminem tentat, ſed vt, ſi forte tentari cœperimus a concupiſcentia noſtra, adiutorio eius non deſeramur, vt in eo poſſimus vincere, ne abſtrahamur illecti.* *Auguſtinus.*

20. *Hierem. 10.* Confirmatur Hierem. 10. fine: *Corripe me Domine; verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.* Suo quippe & omnium Sanctorum nomine non recuſat flagella parentis, quæ filium emendant; ſed deprecatur, ne inimicorum ſupplicio, quamuis iuſto puniatur. Ita Hieronymus & Theodoretus ibi. Eademque deprecatio continetur Pſalm. 6. & 36. *Domine ne in furore tuo arguas me.* & Pſalm. 118. *Indica me ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.* *Pſalm. 6. & 36. & 118.*

21. Dico quintò: Etiam quando Deus per patientiam excæcat, & indurat, non intendit per patientiam indurare & excæcare; ſed potius, quantum in ſe eſt, intendit illuminare, emollire, atque ſaluare ſecundum illud 2. Petri 3. *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam* (videlicet extremi iudicij) *ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Quod plurimis aliis teſtimoniis ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum oſtendimus diſp. 19. 20. & 21. *2. Petri 3.*

SECTIO III.

Abundantioris illuſtrationis atque protectionis ſubtractio in pœnam præcedentium peccatorum, eſt præcipua ratio, propter quam Deus excæcare dicatur, & indurare.

1. ABundantioris in titulo dixi, quoniam Deus etiam obduratis, quantum ex ſe eſt, non adimit omino poſſibilitatem obtinendi ſalutem; vt vidimus diſputat. 19. præſertim ſect. 5. & ſequentibus, & diſp. 20. & 21. Hac verò declaratione ſunt intelligendi Patres infra citandi, & cæteri omnes, quando dicunt, miſericordiam aut illuſtrationem excæcatis denegari. *Quo pacto intelligendi, qui dicunt miſericordiã excæcatis denegari.*

2. *Pſalm. 68. Auguſtinus.* Probatur primò Pſalm. 68. ſicut Auguſtinus ponderat de prædeſtinat. Sanctorum cap. 6. dicens: *Fiat menſa eorum in laqueum, & venationem, & in ſcandalum & in retributionem illis: obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Ecce miſericordia & iudicium: miſericordia in electione, quæ conſequuta eſt miſericordiam Dei: iudicium verò in cæteros, qui excæcati ſunt: & tamen illi, quia voluerunt, crediderunt: illi, quia noluerunt, non crediderunt.* Obſerua vtramque cauſalem. Hoc autem non cauſando, ſed permittendo fieri, ſatis oſtenditur Pſalm. 80. *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Iſraël non intendit mihi. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum ibunt in adinuentionibus ſuis.* vbi Auguſtinus: *Donauit eos ſibi. Dicit & Apoſtolus: tradidit illos Deus*, &c. Itaque non aliter tradit, niſi dimittendo ſibi ipſis, & propriis cupiditatibus. His ſimilia docet fusè Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarium legis cap. 33. & tract. 53. in Ioannem à medio ad illa verba Ioan. 12. *Propterea non poterant credere.* *Pſalm. 80.* *Auguſtinus.* *Ioan. 12.*

Idem

3. *Num. 14.* Idem ſine dubio eſt ſpiritualis ſenſus num. 14. *Amalec & Chananeus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquieſcere Domino.* Volitio itaque libera, deficiens ab obedientia Dei,

Volitio libera deficiens ab obedientia Dei.

cauſa eſt, vt diuina protectione deſtituantur, qua deſtitutione poſita, propter noſtram fragilitatem infallibilis eſt mortalis ruina. Clariori tamẽ collectione deducitur eadem veritas ex 4. Reg. 24. & 2. Paralipom. 36. & Ierem. 52. initio: *Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim, quoniam furor Domini erat in Ieruſalem, & in Iuda vſquequo proiiceret eos à facie ſua.*

Ieremiæ 52.

4. Dionyſius Areopag. epiſtola vltima ad Ioannem Euangeliſtam initio ait: *Iniqui diſcipulos ex vrbibus expellunt, qui ſibi ea, quæ meritè ſunt retribuunt; & à Sanctis ſcelesti ac nefarij homines diſiunguntur, atque diſcedunt.* Itaque ſibi debitam pœnam retribuunt ipſi iniqui, dum ſe doctrina & exemplo Sanctorum priuant, quod magis explicat dicens: *Neque enim in ſeculis, quæ ventura ſunt, cauſauerit Deus iuſtarum à ſe ſecretionum, ſed ij, qui ſe penitus à Deo ſecreuerint.* Ergo Deus non eſt cauſa vt homo ſeparetur à Deo; ſed ipſe homo cauſa eſt, inferens ſibi iuſtam ſeparationis pœnam, quoniam meretur vt Deus in pœnam permittat eius ſeparationem.

Debitã pœnam ſibi retribuunt iniqui.

5. Irenæus præcipua teſtimonia de induratione & excæcatione inter ſe conferens in lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 48. ad finem: *Quotquot, inquit, ſcit, non credituros, Deus, cum ſit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiuſmodi relinquens eos in tenebris, quas ipſi ſibi elegerunt.*

6. Archelaus Epiſcopus, qui primus Manem redarguit, eandem tradit Theologiam, quam Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 6. inter med. & finem refert, & approbat, dicens: *Lege,* inquit, *Archelaum, quod præcedit in Paulo: quod ſi obſcurum eſt Euangelium noſtrum, in perditis eſt obſcurum. Vide quod in perditis obſcuratur, non ſunt enim ſancta danda canibus.* & poſt pauca: *Propterea in parabolis loquor, vt videntes non videant. Non, quod odiſſet eos, volebat ne viderent; ſed propter indignitatem, quod oculos ſuos ipſi obſtruxiſſent, vbi enim ſpontanea prauitas, ibi & impedimentum gratiæ: habenti enim dabitur & abundabit: & qui non habet & hoc quod videtur habere auferetur ab eo.*

Archelaus primus Manem redarguit Cyrillus.

7. Chryſoſtomus ad Roman. 1. ſermon. 3. inter med. & finem: *Quod autem,* inquit, *tradidit eos Deus nihil eſt aliud, quam permiſit. Quemadmodum enim ſi quis dux exercitus, ingraueſcente bello, ſe ſubduceret; quid quæſo aliud faceret, quam quod milites hostibus traderet: non quod ipſe illos in ſtragem impelleret, ſed quod eos ſuo priuaret auxilio: ad eum ſanè modum, & Deus eos, qui quod ab ipſo offerebatur auxilium amplecti noluerunt, ſed priores ab eo defecerunt, dereliquit, probè, quæ ſui erant officij, exequutus omnia, vnde iuuari poterãt.* Conſtituit ergo Chryſoſtomus præcipuam rationem, propter quam Deus dicitur homines tradere, in eo, quod ſua peculiari & fortiori protectione deſtituat, iterum admonens hominum culpam præceſſiſſe, qui priores à Deo defecerant. Similia docet homil. 67. in Ioannem cap. 12. ad finem, cuius verba retulimus præcedenti diſput. ſect. 1. & magis ex profeſſo in homil. de Adam & Eua poſt med. Eodem ſpectat tota fere homilia 8. in poſteriorem epiſtolam ad Corint. præſertim colum. 2. ad illud: *Deus huius ſeculi excæcauit ſenſus incredulorum.*

2. Corinth.

8. Cyrillus Alexand. lib. 8. in Ioan. cap. 21. poſt med. *Excæcat,* inquit, *Deus & obdurat, non efficiendo illa in cordibus hominum, ſed deſerendo & non adiuuando. Quia enim priores eum deſerimus, ipſe, culpis noſtris id exigentibus, etiam nos deſerit, ſecundum illud Oſeæ: Et oblita eſt legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Ex eo verò quod nos deſerit, gratiæ ſuæ ſplendorem ſubtrahendo, & affectus ſeruorum, relinquitur in nobis excæcatio, & obduratio, cuius nos ipſi ſoli authores ſumus præcipui. Perinde atque ſi quis ſponte ſe auertat à Sole; & denſas incurrat tenebras: hæc deficientia luminis in oculis eius, non Solis abſentiæ, ſed ſolum eius culpæ eſt aſcribenda. Quæ verò, Deo permittente fiunt, ſæpe numero à Scriptura exprimuntur, perinde atque ea efficeret; vt in Exodo: Ego indurabo cor Pharaonis. & Paulus ad Roman. Propterea tradidit eos Deus,* &c. Idem notauerat in fine præcedentis capitis, & oratione 4. in Iſaiæ caput 6. ad illud: *Audietis auditu, & non intelligetis.*

Oſeæ 4.

Exod. 7. Rom. 1.

9. Origenes in cap. 2. Iudicum, homil. 2. fine: *Hoc modo,* inquit, *intelligendum eſt, Deum tradere, quos tradit, non quia ipſe tradat aliquem, ſed eo quod derelinquit, indignos eos ſcilicet, iudicans, qui ſe non ita excolunt, & à vitiis purgant, vt libenter in eis habitet Deus ipſo refugiente, atque auertente ſe ab anima, quæ in immunditia ac vitiis poſita eſt, tradita dicitur ex eo, quod Deo vacua inuenitur & inuaditur ab ſpiritu nequam.* Damaſcenus in dialogo contra Manichæos longe poſt med. *In errorem à Deo agitur,* inquit, *Propheta, Deo ipſum cupiditatis ſuæ merito aberrare ſinente.* Et in pluribus Scripturæ locis, quæ Dei actionem ſonant, intelligendam eſſe permiſſionem, notat lib. 4. fidei toto cap. 20.

Damaſcen.

10. Baſilius eandem tradidit ſententiam homil. 9. *Quod Deus non ſit author malorum,* prope init. & in medio. Idémque colligitur ex tota ferè homilia, & in id Iſaiæ 2. *Reliquit populum ſuum.* Olympiodorus in Eccleſiaſt. cap. 6. prope init. ita exponit illud Rom. 1. *Tradidit illos Deus, &c. Non quod Deus ipſe quemquam hominum cogat, auaritiam intemperantiámque ſectari; ſed quod ea permittat, quæ homines electione libera volũtatis aggrediuntur, dum liberi arbitrij naturam, facultatémque conſeruant.*

Iſaiæ 2. Olympiodor. Rom. 1.

11. Theodoretus 2. Theſſal. 2. ad illa verba: *Mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio,* notat, Deum tantummodo concedere, hoc eſt permittere, *vt error appareat, vt oſtendantur amatores improbitatis. Ipſe enim non eam mittet, ſed ipſe eam ſermone oris ſui conſumet.* Permiſſionem verò clariùs explicuit in Epitome diuinorum decretorum: cuius verba retulimus ſupra diſp. 31. ſect. 3. Necnon Theophylactus Ioan. 12. ad illa verba: *Excæca cor,* &c. & Eutymius ibidem cap. 15. ſecundum Græcam diuiſionem.

2. Theſſal. 2.

Theophyl. Eutymius.

12. Idem dogma tradidere cuncti Latini Doctores. Tertullianus qua ſolet obſcuritate, & breuitate lib. 3. contra Marcionem non valdè procul à principio: Aperti. Cyprianus de oratione Dominica ad illa verba: *Et ne nos inducas, &c. Qua in parte,* inquit, *oſtenditur, nihil contra nos aduerſarium poſſe, niſi Deus ante permiſerit,* & poſt pauca: *Datur autem poteſtas aduerſus nos malo ſecundum noſtra peccata, ſicut Scriptum eſt: Quis dedit in direptionem Iacob? Nonne Deus, cui peccauerunt, & nolebant in viis eius ambulare.*

Cyprianus

Eſai 42.

13. Eandem permittendi & excæcandi rationem notat Hieronymus ad illa verba Iob. 34. *Idcirco inducet noctem & conterentur.* Et Eccleſiaſtes 1. ad illa verba: *Et dedi cor meum:* Et conſonat

Hieronym. Iob. 34. Eccleſiaſt. 1.

 Iſaiæ

Iſaiæ 6. prope finem notans, non obſtante vaticinio excæcationis, Chriſtum Dominum voluiſſe congregare filios Hieruſalem, ipſos verò noluiſſe.

14. *Non ſolùm rei veritatem, ſed Auguſtini mentem oſtendere præſentis diſputationis eſt.* Sed quoniam præſentis diſputationis eſt, non ſolùm rei veritatem, ſed etiam Auguſtini mentem oſtendere, præſertim in lib. 5. contra Iulianum cap. 3. notanda ſunt illa verba paulò ante medium: *Cum ergo dicitur homo tradi deſideriis ſuis, inde fit reus, quia deſertus à Deo cedit eis atque conſentit.* Non igitur per poſitiuam actionem impellitur & determinatur à Deo.

15. Et tract. 53. in Ioannem in med. ait: *Sic excæcat, ſic indurat Deus deſerendo, & non adiuuando.* & ad finem eiuſdem tractatus: *Hinc excæcantur, hinc obdurantur, quia negante Deo adiutorium, non adiuuantur.* & lib. 13. de Trinit. cap. 12. poſt med. *Modus autem iſte, quo traditus eſt homo in diaboli poteſtatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iuſſerit: ſed quod tantùm permiſerit iuſtè tamen. Illo enim deſerente peccantem, peccati author illico inuaſit.*

16. Præterea lib. 1. ad Simplicianum quæſtion. 2. paulo poſt med. ita definit: *Obduratio Dei eſt, nolle miſereri, vt non ab illo irrogetur aliquid, quo ſit homo deterior; ſed tantùm, quo ſit melior non erogetur.* & colum. ſequenti: *Ob hoc,* inquit, *dicitur obdurare peccantes quoſdam, quia non eorum miſeretur, non quia impellit, vt peccent.* Impelleret autem, ſi prædeterminaret ad materialem actionem peccati: vt oſtendimus ſupra diſp. 56. ſect. 6.

17. Rurſus lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 20. & 21. poſt multam eiuſdem veritatis confirmationem ita concludit: *Ac per hoc quando legitis in literis veritatis, à Deo ſeduci homines, vel obtundi, vel obdurari corda eorum, nolite dubitare præceſſiſſe mala merita eorũ, vt iuſtè iſta paterentur: ne incurratis in illud Salomonis: Inſipientia viri violat vias eius, Deũ autem cauſatur in corde ſuo.* Idem in epiſtola 105. ad Sixtum colum. 4. *Nec obdurat Deus impertiendo malitiam, ſed non impertiendo miſericordiam, quibus enim non impertitur, nec digni ſunt, nec merentur: at potius, vt non impertiatur, hoc digni ſunt, hoc merentur.* & epiſt. 106. circa med. *Propter illud,* inquit, *quod inconcuſſum tenetur, non eſſe iniquitatem apud Deum, neminem obdurari, niſi meritò, nouerit.* Similia ſcribit lib. 83. quæſt. quæſt. 68. & lib. de prædeſt. & grat. cap. 4. ſerm. 88. de tempore, & lib. 20. de Ciuitate cap. 19. ad finem: *Pro eo quod dilectionem veritatis,* inquit, *non receperunt, vt ſalui fierent. Nec dubitauit Apoſtolus addere & dicere: Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt*

2. Theſſal. 2. *credant mendacio Deus enim mittet, quia Deus diabolum facere iſta permittet iuſto ipſius iudicio: quamuis faciat ille iniquo malignóque conſilio.*

19. Hieronymus in Eccleſiaſten cap. 1. ad illud:

Eccleſiaſt. 1. *Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparẽtur in ea; Intellexi,* ait, *ſuperfluam curam & ſolicitudinem per diuerſa cruciantem, à Deo hominibus datam, vt ſcire cupiant, quod ſcire non licitum eſt. Pulchrè autem, cauſa prætermiſſa, à Deo data diſtentio eſt.* & adductis ad explicandum exemplis Rom. 1. & 2. Theſſalon. 2. concludit: *Idcirco Deus diſtentionem malam dedit hominibus, vt diſtendantur in ea, quia prius ſponte ſua & pro-*

Eccleſiaſt. 2. *pria voluntate hæc vel illa fecerunt.* Similiter cap. 2. prope finem illa verba: *Peccatori autem dedit afflictionem & curam ſuperfluam:* ita exponit: *Peccatorem ſuo arbitrio derelinquens, fecit congregare diuitias, & hinc & inde peruerſorum dogmatum conſuere ceruicalia. Quæ cum vir Sanctus & placẽs Deo viderit, intelligit, quia vana ſunt, & Spiritus præſumptione compoſita. Nec mirandum quod dixerit: Peccatori dedit ſolicitudinem, & cætera. Ad illum enim ſenſum, de quo ſæpe tractauis, hoc referendum eſt: propterea datam ei eſſe ſolicitudinem, ſiue diſtentionem, quia peccator fuerit, & non eſſe cauſam diſtentionis in Deo, ſed in illo, qui ſponte ſua ante peccauerit.*

Proſper ad capita Gallorum ſententia 11. diluens, quod obiiciebatur Auguſtino, Deum ad peccata per potentiam præcipitare, & impellere, reſpondet, ſolummodo per deſtitutionem relinquendo, tradere illos, qui propter grauia crimina digni ſunt. *Qui autem,* inquit, *tam profunde impietatis ſunt, vt extra remedium correctionis habeantur, non à Deo incrementa iniquitatis accipiunt, ſed per ſemetipſos deteriores fiunt, quia relinqui à Deo ac ſibi, ac deceptoribus ſuis tradi, propter præcedentia peccata meruerunt, vt eis peccatum ſit etiam ipſa pœna peccati* Hæc planè fuit mens Auguſtini. 20.

Paulinus epiſt. 27. quæ eſt prima ad Aprum colum. 4. *A Chriſto,* ait, *qui veritas eſt, alieni in hac neceſſe eſt, errorum infelicium cæcitate permaneant; qui ſi vellent intelligere, vt bene agerent, oculos ſuos, quos ſtatuerunt declinare in terram, ad ſalutem iuſtitiæ leuarent.* 21.

Gregorius 11. lib. Moral. cap. 5. poſt med. ad illa verba Iob. 12. *Si incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat: Quia ſicut,* inquit, *nemo obſiſtit largitati vocantis, ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis. Includere itaque Dei, eſt clauſis non aperire. Vnde & ad Moyſen dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iuſtitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. Recludit itaque hominem, quem in ſuorum operum tenebris relinquit.* Similiter ſecundum permiſſionem ob peccata in cap. 7. intelligit ſequentia verba Iobi: *Adducit conſiliarios in ſtultum finem:* Et cap. 9. illud Iobi: *Optimates ſupplantat, commutans labium veracium.* 22. Iob 12.

Rurſus 16. Moral. cap. 24. ad illud Iob 24. *Ipſi fuerunt rebelles lumini,* oſtendit, ſupplicium eſſe: *vt quia nolunt facere quæ cognoſcunt, nec cognoſcant iam bona, quæ faciant.* & lib. 29. cap. 7. alias cap. 30. ad illa verba Iob 38. *Et veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis,* interpretatur dictum; *Quia infidelibus Iudæorum cordibus dominari Antichriſtum, eorum meritò exigente permittit. Qui idcirco à Domino huic veſperi iuſtè ſubduntur, quia ipſi ſponte ſua filij terræ eſſe voluerunt. Terrena quippe & non cœleſtia requirentes, à percipienda Luciferi claritate excæcati ſunt. Hinc in Euangelio Dominus dicit: Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: alius veniet in nomine ſuo, & ipſum recipietis.* Et infrà: *Nequaquam ergo ſuper eos veſper conſurgeret; ſi filij cæli eſſe voluiſſent.* Nota poſtremã conditionalem. Obſerua deinde, cauſam primariam excæcationis, videlicet: *quia ſponte voluerunt,* &c. Similia notat lib. 31. Moral. cap. 9. alias 11. ad illud Iob 39. *Priuauit eam Deus Scientia.* 23. Iob 24. & 38. *Nota poſtremam conditionalem, & cauſam primariam excæcationis obſerua.*

Præterea in lib. 25. Moral. cap. 9. fine alias cap. 13. ad illa verba Iob. 34. *Nouit enim opera eorum, idcirco inducet noctem: Inducere,* inquit, *noctem Dominus dicitur, non quod ipſe tenebras inferat, ſed quod obſcura corda peccantium miſericorditer non illuſtret: vt hoc ipſum in nocte cæcaſſe ſit à cæcitatis tenebris liberare noluiſſe.* Similia notat ſequenti cap. 10. & 29. Moral. cap. 15. alias 24. tractans de induratione Pharaonis Exodi 10. & homil. 11. in Ezechielem. Petrus Chryſologus ſerm. 67. qui Iob 39. & 34. 24. *Chryſologus.*

primus eſt in Orationem dominicam verſus finem tractans poſtremam petitionem : *Rogemus*, inquit, *vt nos arbitrio noſtro non relinquat, ſed in omni actu paterna non pietate conſtringat.* Huius autem derelictionis meritoriam cauſam eſſe ſuperbiam, notat in ſequenti ſermone 68. tractans eandem petitionem: *Et ne nos inducas in tentationem. Hoc petere miles multis modis cogitur, ne fragilitas plus auſa, & de ſo tumore præſumens, in conflictu male cauta ſuccumbat: deinde offenſus Deus tradat tentationibus, quos relinquit.* Rurſus ſerm. 70. verſus finem : *Deus*, inquit, *ſicut ſcriptum eſt, neminem tentat. Sed tentare dicitur, cum contumaciter euntes ad tentationum laqueos derelinquit. Sic Adam tentatoris incurrit inſidias, dum ſui præcepta deſerit conditoris.* Et ſequenti ſerm. 71. poſt med. *Inducere autem dicitur Deus currentes ad crimina, cum relinquit.*

Huius derelictionis meritoria cauſa.

Iacob. 1.

25. Iſidorus lib. 2. ſentent. cap. 5. prope finem ait: *Auferre Deus dicitur homini donum aliquod, quod homo non habuit, id eſt, quod accipere non meruit: ſicut & obdurare dicitur Deus hominem, non eius faciendo duritiam, ſed non auferendo eam, quam ſibi ipſe nutriuit. Non aliter obcæcare dicitur Deus. non vt eandem in eis ipſe cæcitatem faciat, ſed quod pro eorum inutilibus meritis cæcitatem eorum ab eis ipſe non auferat.* Similia tradit in cap. 6. ſequenti & cap. 15. & cap. 19. à medio.

26. Anſelmus de caſu diaboli cap. vltimo: *Non ſolùm*, inquit, *hoc habet aliquis à Deo, quod Deus ſponte dat, ſed etiam, quod iniuſtè rapit, Deo permittente. Et ſicut dicitur Deus facere, quod permittit fieri: ita dicitur dare, quod permittit rapi.* Et 2. Theſſal. 2. illud *Mittet eis Deus*, &c. exponit per ea verba, quæ ſupra num. 19. retulimus ex Auguſtino lib. 20. de Ciuitate. Similitérque in commentario ad Roman. 9. *Quem vult indurat*, exponit eiſdem verbis, quæ retulimus ſupra num. 18. ex Auguſtino in epiſt. 105.

2. Theſſal. 2.

Rom. 9.

27. Eandem prorſus ſententiam tradit Hugo Victorin. in quæſtionibus circa epiſtolam ad Rom. quæſt. 264. & S. Thomas 1. 2. quæſt. 79. artic. 3. Quamuis enim dicat, Deum ſæpe pro ſua libera voluntate auferre impedimenta peccatorum, & illuminare: addit nihilominus, quando non illùminat, cauſam eſſe impedimenta peccatorum, quia quod ex ſe eſt, Deus, veluti Sol, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. & 3. contra Gent. cap. 62. propoſitis verbis Exodi 10. Iſaiæ 6. & 60. & Roman. 1. quæ ad obdurationem pertinent, ſubiungit : *Quæ omnia ſecundum hoc intelligenda ſunt, quod Deus aliquibus non confert auxilium ad vitandum peccatum, quod aliis quibuſdam confert.*

Hugo Vict.

S. Thomas.

Non illuminandi cauſa.

28. Idem ſentiunt D. Bonauent 1. diſt. 40. art. 3. quæſt. 1. & 2. & art. 4. quæſt. 2. & diſt. 37. art. 2. quæſt. 1. ad quoddam argumentum. Alexander 1. part. quæſt. 29. memb. 4. & 5. Magiſter, & communiter Scholaſtici in 1. ſent. diſt. 40. verſus finem, & 2. diſt. 36. cap. 3. ex Auguſtino lib. 5. contra Iulianum cap. 3. & epiſt. 105. Abulenſ. in Ioſue caput 11. quæſt. 79. poſt med. Catechiſmus Pij V. in explicatione Dominicæ orationis ad illa verba: *Et ne nos inducas.* §. *Dicimur autem induci*, Colonienſe Enchirid. Chriſtianæ inſtitutionis, tit. de Sacramento Pœnitentiæ fol. 92. in fine capitis *Prior gratia*, & fol. 99. in cap. *Nec habent impy.*

SECTIO IV.

Expediuntur quædam dubitationes circa ſuperiorem doctrinam.

PRima eſt. *Deus, cuius vult, miſeretur, & quem vult indurat.* Rom. 9. Ergo non à libero arbitrio noſtro, ſed à mera & abſoluta voluntate Dei prouenit deſtitutio diuinæ gratiæ & adiutorij. Reſpondetur. Suppoſitis criminibus obduratione dignis, quæ communia ſunt pluribus hominibus, Deus cuius vult, merè gratis miſeretur, etiamſi grauioribus criminibus meruerit obdurati; & quem vult indurat iuſtiſſimo iudicio propter crimina, quæ quacumque grauiori pœna digna ſunt. 1.

Suppoſitis criminibus cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.

Sic Auguſtinus de bono perſeuerantiæ cap. 11. *Inueſtigabilis ergo eſt miſericordia, qua cuius vult miſeretur, nullis eius præcedentibus meritis: & inueſtigabilis veritas, qua, quem vult, obdurat, eius quidem præcedentibus meritis: ſed cum eo, cuius miſeretur, plerumque communibus.* Deinde propoſito exemplo duorum paruulorum, quibus cum originalis culpa æqualis ſit, inæqualis miſericordia tribuitur, infert, etiam inter adultos quibus æqualia ſint perſonalia crimina, inæqualem eſſe miſericordiam. Fuſiùs eandem Auguſtini ſolutionem, explicat Anſelmus Rom. 9. & S. Thomas non ſolùm in eiuſdem loci commentario, ſed etiam in 3. contra Gent. cap. 161. 2.

Auguſtinus.

Quibus æqualia ſunt perſonalia crimina inæqualis miſericordia.

Secunda dubitatio eſt, vtrùm ad obdurationem ſit ſatis demeritum originalis culpæ, vel prætetea requiratur perſonale peccatum. Ratio dubitandi eſt, nam Auguſtinus plurimis in locis, quorum aliqua præcedenti ſectione retulimus, ſupponit, eſſe ſatis originalem culpam. Aliunde tamen videtur obdurationem eſſe grauiſſimam pœnam comparatione culpæ originalis : quæ licet de potentia abſoluta potuiſſet imponi, non tamen de potentia ordinaria: præſertim cum cætera omnia teſtimonia Scripturæ, & Sanctorum, quæ in hac, & præcedenti diſp. retulimus, ſemper obdurationem referant ad perſonalia peccata : vt conſtabit diſcurrenti per ſingula; imo & Auguſtini quibuſdam in locis idem obſeruare licebit. 3.

Ratio dubitandi.

Reſpondetur, apud Auguſtinum, accepto fundamento ex Apoſtolo Rom. 9. dupliciter accipi obdurationis nomen. Primo latè, vt eſt idem, quod negatio prædeſtinationis, ſeu negatiua reprobatio, quæ quoſlibet non prædeſtinatos comprehendit, etiam infantes ſine Baptiſmo morituros. Et ad huiuſmodi obdurationem ſatis eſt præcedere demeritum originale : vt oſtendimus 1. part. quæſt. 23. tractantes de cauſa negatiuæ reprobationis. Propria verò & ſtricta obdurationis acceptio pertinet ad ſolos adultos, qui potentiſſimis remediis pertinaciter reſiſtunt; vt explicuimus præcedenti diſput. 42. ſect. 2. à num. 53. Huiuſmodi obduratio non permittitur, niſi in pœnam perſonalium peccatorum. 4.

Apud Auguſtinū dupliciter accipitur obdurationis nomen.

Stricta obdurationis acceptio ad ſolos adultos pertinet.

Tertia dubitatio eſt, Quid ex præcedentibus ſectionibus colligatur circa materialem actionem peccati prædeterminandam. Reſpondeo. Colligitur repugnare diuinæ prouidentiæ talem prædeterminationem, illámque non ſolùm non probari per teſtimonia Scripturæ Sacræ, poſita in diſput. 42. ſect. 1. & per Auguſtini teſtimonia, poſita in præſenti diſp. 43. ſect. 1, ſed potius efficaciter refutari. Quoniam omnes Patres, & ipſe 5.

Prædeterminationem diuinæ prouidentiæ repugnare colligitur.

etiam

Digitized by Google

etiam Auguſtinus in præcedenti ſect.citati, tanquam dogma certum monent, illa omnia intelligenda eſſe non ſecundum cauſalitatem, ſed ſecundum permiſſionem, & ſubtractionem abundantioris lucis, protectionis, ac miſericordiæ. Quod ſi Deus prædefiniter materialem actionem peccati ac præmoneret ad illam; dictæ permiſſionis limites excederet. Vt conſtat ex iis, quæ diſſeruimus ſupra diſp. 31. & 32.

6. Quarta, vtrum, & quomodo potentiam Deus exerceat in ſupradicta ſubtractione abundantioris illuſtrationis, protectionis, ac miſericordiæ; vt in hoc etiam verificetur quod Auguſtinus in ſect. 1. dicebat, Deum indurare per potentiam. Reſpondeo, potentiam infinitam exerceri manifeſtè, quoniam nullus poteſt ea beneficia limitare, vt non ſint copioſa, niſi qui potens eſt conferre quamcumque gratiam ſiue tenuem, & pauperem, ſiue copioſam ac diuitem. Quapropter Deipara ſemper virgo dum canit illam, quam Deus *fecit potentiam in brachio ſuo*, non ſolùm illi tribuit, quod *eſurientes impleuit bonis*, ſed etiam quod *diuites dimiſit inanes*. Quemadmodum & Anna Dei fortitudinis effectus enumerans: *Dominus*, inquit, *pauperem facit, & ditat.*

Infinita potentia exercetur.

Dei potentiã canit Deipara.

7. Quinta dubitatio. Quod genus cauſalitatis ſignificetur conuenire Deo, quando dicitur excæcare, indurare, & tradere deſideriis, ex eo quod gratiam ſubtrahat. Reſpondetur, ſignificari cauſalitatem per accidens in genere efficientis & mouentis. Qui modus loquendi fundamentum heber, non ſolùm in vulgari ſed etiã in Philoſophico ſermone. Nam 8. Phyſicor. text. 32. & 33. grauia dicũtur moueri ab eo, qui remouet ſuſtinẽns & prohibens. Quo etiam modo Iudicũ 16. Sanſon *multo plures interfecit moriens*; ex eo ſolùm quod *concuſſis fortiter columnis, cecidit domus*. Et illa quidem proprio pondere cecidit, minimè impulſa à Sanſone: imo licet Sanſon ruinã, & necem non intenderet cauſare, ſed tantũ intenderet permittere; merito diceretur, interfeciſſe Philiſthæos.

Cauſalitas per accidens Deo cõuenit.

Iudicum. 16.

SECTIO V.

Ex eo quod peccatum ſit pœna peccati, non colligitur prædeterminatio materialis actionis.

1. IN diſp. 42. ſect. 1. propoſuimus argumentum, quod ex Sacris literis, & in præſenti diſp. 43. ſect. 1. quod ex teſtimoniis Auguſtini deſumitur, ad probandam prædeterminationẽ actionis materialis. His omnibus explicationem, & ſolutionem dedimus in vtraque diſputatione præſertim verò in præcedenti ſect. 3. intelligenda eſſe de permiſſione per ſubtractionem ſupradictam, non de cauſalitate poſitiua. Contra quam ſolutionem inſiſtunt contrariæ ſententiæ Doctores, inde probantes, interuenire poſitiuam cauſalitatem actionis materialis, & illius prædeterminationem, quoniam deſtinatur à Deo in pœnam peccati ſeu proprij, ſeu alieni: & quoniam hanc rationem pœnæ intentam eſſe à Deo, prædictis teſtimoniis Scripturæ, & Auguſtini traditur.

Argumentũ.

2. Huius argumenti collectionem, non eſſe bonam, oſtendo, quoniam alioqui probaret, non ſolùm materialem actionem, ſed etiam formalem rationem malitiæ à Deo prædeterminari, & cauſari. Sequelam probo, nam materialis actio peccati non poteſt eſſe pœna per ſe & ratione ſui formaliter, quoniam eſt voluntaria & delectabilis, quæ proprietas repugnat quidditati pœnæ. Quapropter eadem actio non eſt pœna, niſi quatenus afflictionem inducit, aut alium effectum nociuum, & aliqua ratione inuoluntarium: vt expreſsè notat S. Thomas 1. 2. q. 87. art. 2. corpore poſt medium. At verò formalis ratio malitiæ ſimiliter induit rationem pœnæ, non per ſe & ratione ſui formaliter, cum ſit voluntaria, ſed quatenus in illa fundantur alia mala inuoluntaria, & triſtiſſima, ratione quorum induit rationem pœnæ ſummopere formidabilis. Idcirco, ſi Deus prædeterminare debuiſſet materialem actionem peccati, vt prædeterminaret, & cauſaret rationem pœnæ, quæ fundatur in illa; eadem ratione cauſare debuiſſet formalem rationem malitiæ, vt prædeterminaret & cauſaret rationem pœnæ, quæ fundatur in illa.

Non ſolùm materialem actionem, ſed formalẽ rationem malitiæ Deus prædeterminaret.

Actio ſolùm quatenus afflictionẽ inducit eſt pœna.

S. Thomas.

Quatenus ratio malitiæ induat rationem pœnæ.

3. Confirmatur primò, quoniam, ſi prædicto in argumento ſupponitur, materialem actionẽ peccati eſſe capacem & aptã, quæ prædeterminetur à Deo (vt ſupponere videntur ex his authoribus aliqui) iam principiũ petunt, cum ſupponãt quod hoc argumento probare conantur. Si verò non ſupponunt, ſed inde ſufficienter probari exiſtimant, actionem materialem peccati à Deo prædeterminari, quoniam in ea fundatur nonnunquam ratio pœnæ: conſequens erit, ſufficienter probari prædeterminationem formalis rationis peccati; quoniã in ea fundatur etiam ratio pœnæ.

Principium petitur.

4. Confirmatur ſecundò, quoniam *de ratione pœnæ eſt, quod ſit contra voluntatem*: vt omnes Theologi ſentiunt cum D. Thoma 1. p. q. 48. art. 5. corp. & 1. 2. q. 87. art. 2. corp. Porro materialis actio peccati eſt multò magis voluntaria, quam formalis ratio malitiæ. Nam materialis actio peccati eſt per ſe, directè & ab intrinſeco voluntaria: ſed formalis ratio malitiæ non eſt voluntaria, niſi per accidens, indirectè, & ab extrinſeco, quatenus eam homo non poteſt à materiali actione ſeparare, licet optaret, ab actione cunctam malitiam abeſſe. Nam vt Dionyſius, inquit, cap. 4. de diuinis nomin. part. 4. Malum eſt præter voluntatem & intentionem, cum nemo intendens ad malum operetur. Quod magis explicans Ariſtoteles in 3. Ethicor. cap. 5. & S. Thomas ibi, & 1. 2. quæſt. 74. ad 1. & communiter Philoſophi, ac Theologi notant, malum ſub ratione mali, non eſſe volitum, ſed deuotari à voluntate propter adiunctam rationem apparentis boni.

Pœna eſt cõtra voluntatem.

Formalis malitia per accidens voluntaria.

Dionyſius.

Ariſtoteles.

S. Thomas.

5. Vnde ſumitur confirmatio tertia. Quoniam, cum ad rationẽ pœnæ duo concurrant præcipuè, videlicet, ratio mali & ratio inuoluntarij; vtraque conuenit formali rationi malitiæ, multò magis, quam materiali actioni. Quapropter ratio pœnæ, quæ fundatur in ipſa malitia, multò ſublimior eſt in ſuo genere, multò grauior & formidabilior, quàm quæ fundatur immediatè in actione materiali: vt ex ſequentibus conſtabit. Cõfirmatur quartò, nam carnifex, qui huius pœnæ irrogandæ miniſter eſt, quantò minus diſtinguitur à reo puniendo, tantò pœnam reddit horribiliorẽ, & acerbiorem ob odium, quod reo excitat aduerſus ſe ipſum, & certius teſtimonium demeriti, cui nec ipſius author parcere voluerit.

Tertia confirmatio.

Duo ad rationem pœnæ concurrunt.

Quarta confirmatio.

6. Sed radicitus aperire præcedentis diſcurſus veritatem operæ pretiũ erit ad clariorẽ illius argumenti refutationem. Ideo ſuppono primò, certum eſſe, permiſſionẽ peccati, vel ſubtractionem abundãtioris illuſtrationis, & aliorũ mediorum, quibus peccatũ cohiberetur, irrogari plerumque

Suppono primò.

in pœnam

Secundò. in pœnam præcedentis peccati. Secundò certum eſt, materialem ſubſtantiam actus mali contrahere rationem pœnæ, quatenus afflictionem inducit, ſiue ratione ipſius actus interioris: quemadmodum ira exagitat, zelus exurit, inuidia tabeſcere facit: ſiue ratione actus exterioris, quemadmodum aliqui labores ſubeunt prope intolerabiles, vt ambitioni, auaritiæ, aut libidini ſeruiant, & maioribus bonis, etiam temporalibus, ſe ipſos priuant; de quibus Eccleſiaſtici 14. *Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius: & hæc eſt redditio malitiæ illius.* Idem itaque peccatum auaritiæ dignam authori pœnam irrogat. Et Sap. 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.*

Eccleſ. 14.

Sap. 5.

7. Rectè Saluianus lib 3. de prouidentia prope med. de inuidorum detractione ait: *Sed digna planè mali iſtius retributio eſt, quæ ſolum perſequitur authorem: illi enim nihil nocet penitus, cui detrahit, tantummodo illum punit, à cuius ore procedit.* Huc etiam pertinet celebre illud Auguſtini lib. 1. Confeſſ. cap. 2. vbi de triſtitia & coactione, quã patiebatur, quando puer literas non amabat: *De peccante me ipſo*, inquit, *iuſtè retribuebas mihi Iuſſiſti enim, & ſic eſt, vt pœna ſua ſibi ſit omnis inordinatus animus.*

8. His duobus modis tertium adiungit S. Thomas 1.2. q. 87. art. 1. corp. vt, videlicet, peccatum dicatur, pœna peccati ratione effectus conſequentis. Vnde colligere imprimis poſſumus, reatum, ſeu maculam habitualem contractam propter actuale peccatũ, iure optimo appellari poſſe pœnam, quoniam eſt immediatiſſimus effectus peccati, ſumma perſeitate cum illo cohærens: & aliunde non eſt in ſe ipſo voluntarius; ſed tantùm in cauſa, nam de cætero contra voluntatem eſt. Peccantes namque præoptarent, non manere habitualiter maculatos, ſordidos, turpes, & inimicos Dei propter ſuas præcedentes actiones. Quod autem hoc ſit malum eximium, non indiget probatione.

9. *Dico primò.* Venio ad illud quod difficilius eſt, & dico primò. In actuali peccato & illius formali ratione fundatur eximiæ pœnæ formalitas. Probatur primò, exempli gratia, in peccato ſuperbiæ, cuius ipſamet formaliſſima ratio conſtituit perſonam viliſſimam; ac proinde priuat illam excellentia, quam inordinatè appetit. Vnde contra ſuam voluntatem cauſat priuationẽ boni, fundatã in ipſa ratione formali ſuperbiæ. De qua Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 17. *Angelus*, inquit, *aduerſus Deum elatus, & ipſa elatione proſtratus.* & poſt poſt pauca: *Per concupiſcentiam malã, qua concupiuit plus extra ſe, minus factus eſt in ſe. Quam concupiſcentiam licet explere nequiuerit opere, tamẽ retinuit voluntate. Sic ipſe ſibi factus eſt pœna, vt ſupplicium ſemper eſſet malo voluntas mala tanquam cæco cæcitas ſua, & concupiſcentia peccandi tormentum fieret peccatori.* Vbi non ſolùm notatur pœna concupiſcentiæ nunquam explendæ; ſed etiam abiectiſſimæ vilitatis, ac priuationis, quam immediatiſſimè ratione ſui ſuperbiæ malitia fundat.

Probatur.

Fulgentius.

10. *Nihil ita ſordidum cõſtituit hominẽ, vt malitia peccati.* Confirmatur nam ſordidũ eſſe viliſſimum eſt, & abiectiſſimũ, nihil autẽ eſt, quod ita ſordidum conſtituat hominem, vt malitia peccati. Quapropter in Scriptura ſacra ſæpiſſime ſignificatur peccator nomine polluti, contaminati, & immundi: qui verò liberatur à peccato, lauari dicitur, & mundari. Porro ſordes ſequentes permitti in pœnam præcedentium, probatur Apocal. vltim. *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Vnde Iſidorus lib. 2. ſent. cap. 19. prope med. ait: *Pœna peccati peccatum admittitur, quando pro merito cuiuſque peccati, Deo deſerente, in aliud peccatum deterius itur, de quo amplius, qui admiſerit, ſordidetur.*

Apocal. 22.

Iſidorus.

Probatur ſecundò, nam formalis ratio peccati conſtituit hominem actualiter auerſum à Deo, & recedentẽ ab illo; ac proinde priuatum ſummo bono, quod eſt actualiter cõiungi cum Deo. Quæ priuatio multum habet admixtum de inuolũtario, vt dicebamus num. 4. & 5. Tertiò, quoniam ipſa carentia ſanctitatis & iuſtitiæ actualis, quæ continetur in quidditatiua ratione peccati, eſt infęlicitas ſumma, ſubindéque grauiſſima pœna, ſecundum illud Pſal. 68. *Quia quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, &c. Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum, & nõ intrent in iuſtitiam tuam.* Vbi Auguſtinus: *Hoc*, inquit, *Deus fecit, apponens iniquitatem ſuper iniquitatẽ ipſorum, non vulnerãdo, ſed non ſanando. Quomodo enim auges febrim, auges morbum, non morbum adhibendo, ſed non ſuccurrendo; ſic, quia tales fuerunt vt curari nõ mererentur, in ipſa malitia quodammodo profecerũt, ſicut dictum eſt, mali autem & facinoroſi proficiunt in peius.* Cõfirmatur Pſal. 2. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus & pereatis de via iuſta.* Vbi Auguſtinus ait: *Hæc magna pœna eſt quæ ab iis formidatur, qui aliquid dulcedinis iuſtitiæ perceperunt. Qui enim perit de via iuſtitiæ, cum magna miſeria per vias iniquitatis errabit.* 11.

Probatur tertiò.

Pſal. 68.

Auguſtinus.

2. Timot. 3.

Pſal. 2.

Auguſtinus.

Probatur quartò, nã malitia peccati eſt quidditatiuè repugnans, & diſconueniẽs rationali naturæ, quapropter eſt malum aptiſſimum, vt ſit illius pœna, ſecundum illud Rom. 1. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Vbi S. Thomas lect. vltima prope med. ita exponit: *Id eſt, ea, quæ à recta ratione diſcordant.* *Sap. 3. Inutilia opera eorum ſunt. Eſt autem conueniens, vt qui contra Dei notitiam peccauerũt, vel eum cognoſcere nolentes, vel eum cognoſcere non arbitrantes, in peruerſitatem ſenſus traderentur. Vnde & Sap. 14. dicitur: Peccatorum pœna perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem.* Cõfirmatur, quoniam *improba voluntas, ſi ſecundum naturam eſſet, conſeruaret vtique naturam, nec ei pernicioſa eſſet, & ideo non eſſet improba*, vt Auguſtinus ait lib. 3. de lib. arbit. cap. 17. à med. 12.

Malitia peccati diſconueniens rationali naturæ.

Rom 1.

S. Thomas.

Sapientia 3.

Sapientia 14.

Probatur quintò, nam ipſum dicere, ſe eſſe ſapientes conſtituit homines ſtultos, ſecundum illud Rom. 1. *Dicẽtes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*; quoniam ex tali præſumptione non ſolùm ſequitur circa alia obiecta reddi ſtultos, ſed etiam in ipſa quidditatiuè cõtinetur ſtultitia: hanc autem eſſe ſui pœnam, ſatis conſtat ex eodem contextu. 13.

Rom. 1.

Probatur ſextò, quia fælicitatis & beatitudinis naturalis priuatio eſt malum inuoluntarium, quatenus quilibet etiam in ipſa volitione, qua peccat beatitudinem appetit: & tamen eo ipſo priuatur vera beatitudine, ac fælicitate. Cuius argumenti propoſitiones multis Auguſtini & aliorum Patrum teſtimoniis probabuntur tomo ſequenti, ſi Deus conceſſerit, tractando de neceſſariò principio liberæ volitionis, quod accipitur ex naturali beatitudinis appetitu; maximè verò notanda ſunt verba Auguſtini Pſal. 32. in id: *Beata gens*, &c. dum ita concludit: *Ergo ne miſer ſit, malus eſt, & ideo miſerior eſt, quia malus eſt. Depellendæ ergo miſeriæ causâ, & acquirendæ beatitudinis causâ faciunt omnes homines, quidquid vel boni faciunt, vel mali. ſemper ergo beati eſſe volunt,* 14.

Quilibet in ipſa volitione, qua peccat beatitudinẽ appetit.

Auguſtinus.

ſiue

Digitized by Google

ſiue male viuentes, ſiue bene viuentes beati eſſe volunt. Et non contingit omnibus quod omnes eſſe volunt; omnes enim beati eſſe volunt; non autem erunt, niſi illi, qui iuſtè eſſe voluerint.

15. *Voluntati libertas amabilis, ſeruitus grauis.* Probatur ſeptimò, quoniam ſicut voluntati cuilibet libertas eſt amabilis, & conſentanea: ita repugnat ſeruitus, & illi eſt pœna grauiſſima. Hæc autem affertur formaliſſima ratione peccati. Quo argumento ad hoc propoſitum vtitur Auguſtinus lib. 5. contra Iulian. cap. 3. col. 4. dicens: *Augustinus. 2. Petri 2.* *Cum dicitur homo tradi deſideriis ſuis, inde fit reus, quia deſertus à Deo cedit eis, atque cõſentit, vincitur, capitur, trahitur, poſſidetur. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt.*

16. *Homo neceſſario veritatē, ſicut beatitudinem amat. Auguſtinus.* Probatur octauò, nam quilibet homo neceſſariò amat veritatem in communi, ſicut beatitudinem in communi; & odio habet decipi, ſicut odio habet infælicitatem, vt docuit Auguſtinus lib. 10. confeſſionũ cap. 23. & lib. 2. de libero arbitrio cap. 9. Quorum verba referemus in eodem loco nuper citato. At verò nonnulla peccata quidditatiuè continent deceptiones, ac ſubinde quidditatiuè continent aliquod malum voluntati contrarium; quod proinde ſit grauiſſima pœna ſui ipſius & præcedentium peccatorum, ſecundum illud 2. ad Theſſalon. 2. *2. Theſſal. 2.* *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.*

17. *Error de inuoluntario quantum de errore habet.* Confirmatur, nam omnis error quidditatiuè habet de inuoluntario tantum, quantum habet de errore, quoniam vt volontarius eſſet, in ratione erroris, oporteret, eſſe cognitum: & vbi primum cognoſceretur eſſe error, eo ipſo refutaretur, & admitteretur veritas: quapropter error non eſt volitus, neque cognitus, niſi virtualiter. *Cõfirmatur.* Confirmatur ſecundò, nam tenebræ & cæcitas in Sacris literis ſemper ſignificant grauiſſimum ſupplicium. *Auguſtinus.* De quo Auguſtinus lib. 5. contra Iulian. cap. 3. prope initium: *Quam,* inquit, *ſi lucis internæ amator eſſes, non ſolùm aliquam, ſed valdè magnam pœnam eſſe, clamares. At iſta cæcitas fuit Iudæis grande incredulitatis malum.* Seneca in epiſt. 97. ad Lucilum poſt med. & eam pœnæ rationem, quæ quidditatiuè clauditur in culpa, & & aliam, quæ neceſſariò conſequitur per conſcientiam, atque timorem, exponit, illis præſertim verbis: *Seneca.* *Prima & maxima peccantium eſt pœna peccaſſe.* & iterum: *Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Sed nihilominus & hæ & illæ ſecundæ pœnæ premunt, atque ſequuntur, timere ſemper, & expaueſcere, & ſecuritati diffidere.* Nota ſecundam pœnam, quæ ſupponit aliam priorem; nam prima cõſiſtit in ipſo ſcelere, eſt enim prima pœna peccaſſe.

18. *Dico ſecũdò.* Ad præcedentis aſſertionis explicationem, & confirmationem dico ſecundò. Malitia peccati non eſt pœna formalis tanquam actus, eſt tamen pœna obiectiua in ſupremo gradu. *Probatur primò.* Probatur primò. Quemadmodum enim ſumma bonitas & pulchritudo Dei non eſt beatitudo formalis, ſed obiectiua: *Dei bonitas, obiectiua, viſio verò formalis beatitudo* proptereáque obiectiuum præmium eſt: formalis verò beatitudo & præmium eſt viſio, amor, & fruitio, quibus creatura rationalis Deum aſſequitur; ita etiam ſumma turpitudo & deformitas peccati non eſt pœna formalis, ſed obiectiua, quatenus eſt præcipuum obiectum ſummæ triſtitiæ poſſibilis, quando damnati coguntur perpetuo cognoſcere ſuam fœditatem & vilitatem, nunquam ab ipſis ſeparabilem.

19. *Pſalm. 49. Auguſtinus.* Confirmatur ex Pſalm. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Vbi Auguſtinus: *Quia te non videns,* inquit, *placuiſti tibi, diſplicebis & mihi & tibi, mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Vis latere te ipſum in dorſo tuo? Ibi es, non te vides, facio, vt te videas. Quod poſt dorſum poſuiſti, ante faciem ponam, videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, ſed vt erubeſcas.* Quæ ipſa verba poſſunt eſſe cõmentarius egregius ad illud Nahum 3. *Nahum 3.* *Reuelabo pudenda tua in faciem tuam.* Quod ita Septuaginta legunt: *Diſcooperiam poſteriora tua ſuper faciem tuam.* Cui ſimilia ſunt apud Ezechiel. cap. 23. *Ezechiel.* *Reuelabitur ignominia fornicationũ tuarum, ſcelus tuum, & fornicationes tuæ.* Oſeæ 2. *Oſeæ 2.* *Et nunc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius.* Rectè proinde Bernardus lib. 5. de Cõſideratione ad Eugenium col. antepenul. *Bernardus.* *Nullus,* inquit, *de tanta numeroſitate ſpectantium moleſtior oculus ſuo cuiuſque. Non eſt aſpectus ſiue in cœlo, ſiue in terra, quẽ tenebroſa conſcientia ſuffugere magis velit, minus poſſit. Nõ latent tenebræ, vel ſe ipſas. Se vident, quæ aliud non vident. Opera tenebrarum ſequuntur illas, nec eſt quo ſe abſcondat ab illis, ne in tenebris quidem. Hic eſt vermis, qui non moritur, memoria præteritorum. Semel iniectus, vel potius innatus per peccatum, hæſit firmiter, nequaquã deinceps auellendus. Nec ceſſat rodere conſcientiam.* Et poſtquam alia diſſeruit de hoc ipſo genere pœnæ, concludit: *Vides turpibus, nihil deeſſe ad confuſionem, cum producentur ſpectaculum fieri Deo, Angelis, hominibus, ſibi ipſis?*

20. *Proſper.* Confirmatur ſecundò, nam & Proſper in lib. ſententiarum ex Auguſtino ſentent. 47. quæ deſſumpta eſt ex lib. de Spiritu & litera cap. 30. *Cum volũtas,* inquit, *mala poteſtatem accipit, vt efficiat quod cupit, ex iudicio Dei venit, apud quem non eſt iniquitas. Punit enim etiã iſto modo: neque ideo iniuſtè, quia occultè. Cæterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cum manifeſto iudicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit, quod perpetrauit volens.*

21. Confirmatur tertiò, quoniam etiam in præſenti ſæculo magna pœnarum grauitas conſiſtit in eo, quod reus compellatur exteriori aliquo teſtimonio in ante oculos habere ſui peccati turpitudinem, & quãdo peccatores arguuntur & corripiuntur, præcipua illius pœnæ ratio cõſiſtit in eo, quod ſui ipſorum fœditatẽ intueri cogãtur inuiti.

22. *Obiectum timoris, cum abeſt, eſt pœna cũ adeſt.* Probatur ſecundò, quia quidquid eſt obiectum timoris, cum abeſt, poteſt eſſe pœna, cum adeſt. Nam & timoris obiectũ debet eſſe aliquod malum futurum arduum, quod ſcilicet difficile poſſit euitari. At verò culpa, etiam in ratione culpæ debet eſſe obiectum timoris filialis, in quantum non tam difficile eſt euitari: de quo videri poteſt D. Thomas 1. 2. quæſt. 42. artic. 3. præſertim ad 1.

23. *Malũ auerſum à Deo propitio, pœna permiſſa à Deo irato.* Probatur tertiò, quia malũ, quod Deus auertit, quando nobis eſt propitius, idem eſt pœna, quando permittit iratus; ſed turpitudinem ipſam peccati Deus auertit, quando propitius eſt; ergo erit pæna quando illam permittit iratus. Vnde ortum habet ſapientiſſimus ille modus propoſiti ſimul & orationis 1. Reg. 24. & 26. *1. Regum 24 & 26. 1. Mach. 2.* *Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem.* & 1. Machab. cap. 2. *Propitius ſit nobis Deus. Non eſt nobis vtile relinquere legem, & iuſtitias Dei.*

24. *Prima obiectio.* Vtraque præcedens aſſertio confirmatur obiectionum ſolutione. Prima obiectio eſt, quoniam ex dictis ſequi videtur, malitiam peccati non per accidens, ſed per ſe pœnam eſſe; nam per ſe, ac quidditatiuè habet eſſe obiectum ſupremæ triſtitiæ. Conſequens autẽ eſt contra illud, quod num. 2. ſuppoſuimus ex D. Thoma. *Solutio.* Reſpõdetur,

rationem

Peccatum monſtrum ex formalitatibus repugnantibus conflatum. rationem formalem peccati eſſe monſtrũ quoddam conflatum ex formalitatibus inoicem repugnantibus. Vnde prouenit, vt quod ſecundum vnam formalitatem per accidens conuenit, ſecundùm aliam formalitatem per ſe conueniat. Ratio igitur pœnæ per accidens conuenit malitiæ peccati, in quantum illa eſt voluntaria; ſed in quantum admixtam habet rationem inuoluntarij, & mali ſummopere diſconuenientis, vt vidimus aſſert. 1. & 2. vt ſic illi per ſe conuenit eſſe ſummam pœnam obiectiuam, modo ſuperiùs explicato.

25. Secunda obiectio eſt, quia ſecundùm Philoſophum 10. Ethicor. pœna deſtioari debet, vt homines reducantur ad bonum virtutis. At verò ratio formalis malitiæ non deſtinatur per ſe ad bonum virtutis: ergo non poteſt eſſe pœna. *Solutio ex D. Thoma.* Reſp. ex D. Thoma 1. 2. q. 87. art. 2. ad 1. permiſſionem peccati ordinari à Deo ad bonum virtutis, *quandoque quidem etiam ipſorum, qui peccant, cum ſcilicet poſt peccatum humiliores & cautiores reſurgunt; ſemper autem eſt ad emendationem aliorum, qui videntes aliquos ruere de peccato in peccatum, magis reformidant peccare.* Vbi quod ad præſens attinet, valdè notandum eſt, humiliationis motiuum præcipuum, nec eſſe materialẽ actionem peccati, nec illius laborem, aut aliquem effectum illius, ſed ipſam rationem malitiæ. Rurſus eadem eſt ratio præcipua, quam cauere proponunt qui reſurgunt, & qui videntes aliquos ruere de peccato in peccatum, magis reformidant peccare. Quapropter S. Thomas agnoſcit, ex formali ratione malitiæ per Dei ſapientiam & bonitatem colligi poſſe ſufficientem bonitatem, propter quam illa ipſa poſſit eſſe pœna: de quo plura infra diſp. 44. ſect. 5. 6. & 7. *Solutio 2.* Reſpond. ſecundò. Licet nulla bonitas alia colligeretur, niſi vt ſeruaretur ordo diuinæ iuſtitiæ in eo, quod quicunque recedens à Deo, eo ipſo ſit turpiſſimus & fœdiſſimus, ſummæq; triſtitiæ obiectum; ea bonitas ſatis eſſet, vt ratio pœnæ conuenire poſſet malitiæ peccati: nec enim alia bonitas colligitur ex pœna damoatorum, niſi ordo diuinæ iuſtitiæ.

26. Tertia obiectio, quoniam omnis pœna bona eſt, & Deum habet authorem; diluetur autem ſectione ſequenti.

27. *Ad concordiã reducuntur Scholaſtici.* Ex his reducuntur ad concordiam Scholaſtici, qui diſſidere videntur. Dicentes enim, peccatum ratione malitiæ non eſſe pœnam, ita intelligunt, quod neque ratio malitiæ ſit ratio pœnæ, nec malitia, qua ratione voluntaria eſt, pœna ſit. Qui verò dicunt, peccatum ratione malitiæ pœnam eſſe, intelligunt, in ratione malitiæ fundari rationem pœnæ obiectiuæ, qua ratione admixtum habet inuoluntarium; & ex ſe ſummum malum eſt. Loca Doctorum citabimus ſectione ſequenti prope init.

SECTIO VI.

Soluuntur alia duo argumenta de peccato, vt eſt pœna peccati.

1. *Obiectio.* Materialem actionem peccati prædeterminari à Deo, contendit ſupra cæteros illius authores vnus, & in hunc modum argumentatur. Deus cauſat peccatum, vt eſt pœna alterius peccati; cauſátque illud applicando voluntatem ad eius productionem, vt ſic prius natura, quam voluntas illud cauſet: ergo ſimiliter poteſt Deus cauſare ſubſtantiam actus, quantum ad entitatem, quam dicit, & applicare voluntatem ad illius productionem. Antecedens probat primò, quia communiter recipitur à Theologis cũ Caietano 1. 2. q. 87. art. 2. & cum Magiſtro 2. diſt 36. §. 6. Probat ſecundò, quia teſte Auguſtino lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. Omnis pœna, vt ſic eſt iuſta, & bona, & vt ſic non priuat bono diuino, ſed bono illius, quem punit; ergo cauſatur à Deo. Tertiò, quia iudicis eſt inferre & applicare pœnam: ſed Deus eſt iudex; ergo infert & applicat pœnam.

Conſequentia verò principalis argumenti probatur, nam ſubſtantiæ peccati, quod eſt pœna, intrinſeca eſt malitia: ſed quia ratio pœnæ eſt diſtincta à ratione culpæ & malitiæ, vt ſic, eſt bona, & ideo poteſt cauſari à Deo illam prædeterminante. Ergo ſimiliter licet ſubſtantiæ actus peccaminoſi, vt eſt à cauſa deficiente, ſit malitia intrinſecè annexa, bene poterit cauſari à Deo, quantum ad perfectionem & entitatem phyſicam: quia hæc ratio eſt, bona, & vt ſic diſtincta à malitia morali. 2.

Reſpondeo, & dico primò. Duo ſunt membra Antecedentis: alterum, quod explicari poteſt ſecundum ſenſum verum, quamuis durior ſit locutio: alterum membrum non eſt verum, neque ex mente Scholaſticorum: vt in aſſert. 3. conſtabit. Nam antecedentis prima propoſitio eſt hæc: *Deus cauſat peccatum, vt eſt pœna alterius peccati.* Nam valde diſſimilis eſt locutio Magiſtri in 2. diſt. 36. §. 6. dicentis: *Quod autem quædam peccata pœna ſint, & ipſa pœna iuſta ſit, & à Deo ſit, euidenter tradit Auguſtinus lib. 1. Retract. cap. 9. & lib. 3. de libero arb. cap.* 18. Et in eadem diſt. 36. §. 2. notauerat ex Auguſtino in lib. de prædeſt. Sanctorum cap. 10. ea quæ peccatum ſunt, non in quantum peccata ſunt, ſed in quantum pœnæ ſunt, eſſe à Deo. 3. *Dico primò.* *Magiſter.*

Atque vniuerſaliter, Deum eſſe authorem eius formalitatis pœnæ, quæ reperitur coniuncta cum ratione peccati præcisè, inquantum pœna eſt, & non eſſe authorem culpæ, cui annectitur illa ratio pœnæ, docent Albertus 2. p. q. 131. artic. 1. ad 1. & art. 3. fine, Alexand. 2. part. quæſt. 100. memb. 3. art. 2. ad 1. S. Thomas 2. diſt. 36. quæſt. vnica, art. 3. ad 1. Quod idem apertè colligitur ex 1. 2. quæſt. 87. artic. 2. ſi poſtrema illius verba conferantur cum argumento 2. & cum corp. articuli, vt optimè obſeruat ibi Conradus ſententiam ſecutus, quæ etiam colligitur ex Caietano in eodem artic. 2. quamuis obſcurius loquatur. Eandem ſententiam fuſiùs explicant S. Bonauent. & Richard. in 2. diſtinct. 36. articul. 3. quæſt. 3. Ægidius in eadem diſt. quæſt. 1. artic. 2. corp. & ad 1. & diſt. 37. artic. 2. fine, Scotus 2. diſtinct. 37. ad finem, Gabriel 2. diſtinctione 36. quæſt. vnica, artic. 3. dub. 3. vbi Maior q. 2. ad 5. argũm. Durand. eadem diſt. 36. in expoſitione literæ, cui non contradicit poſtea in quæſtionibus eiuſdem diſtinctionis. Idem ferè docet Henricus in 2. parte ſummæ art. 41. quæſt. 3. ad 1. & Marſilius in 1. quæſtione 45. fine. Nicolaus de Orbellis in 2. diſtinctione 37. & Colonienſe Enchirid. titulo de Sacramento pœnitentiæ, cap. *Prior gratia* in fine fol. 92. Cui conſonat cap. *Nec habent impij*, fol. 99.

Inde infero & dico ſecundò, non eſſe Theologis vſurpandum illum loquendi modum: *Deus* 4. *Dico ſecundò.*

cauſat peccatum, vt eſt pœna alterius peccati, non ſolùm, quia diſcrepat à communi modo loquendi antiquorum Scholaſticorum, quos nuper retulimus; ſed etiam, quia doctiſſimi recentiores, vt Canus lib. 2. de locis cap. 4. ad 7. argum. Bañes 2.2.q. 1. art. 3. dub. 1. fine. Zumel 1.2.q.79. art. 2. diſp. 4. Vaſquez diſp. 121. cap. 9. & alij huius temporis doctores communiter refutāt modum loquendi Caietani in librum 2. Reg. cap. 12. ad illa verba: *Ego ſuſcitabo ſuper te malum.* & cap. 16. ad illa verba: *Dominus præcepit Semei vt malediceret Dauidi.* Quoniam Caietanus concedit, Deum eſſe authorem peccati, vt eſt pœna peccantis, aut eſt pœna alterius hominis. Et quidem in quantum eſt pœna alterius hominis, Deum eſſe authorem peccati, faciliori ratione defendi poſſe, putat Canus, quam in quantum eſt pœna peccantis. Sed hoc ad præſens refutare non attinet.

5. *Probatur ratione.*

Ratione præterea probatur, quoniam ille modus loquendi ex vi verborum ſignificare poteſt, Deum voluiſſe & feciſſe peccatum poſterius eo fine, vt eſſet pœna peccati prioris, maximè cum prædicti argumenti authores dicant, Dei, *vt iudicis, eſſe inferre & applicare hanc pœnam.* Cautius ergo, ſignificantiúſque loquuntur Theologi, qui dicunt, rationem pœnæ, quæ reperitur in peccato, cauſari à Deo ex ſuppoſitione culpæ, cui annectitur illa ratio pœnæ: vt dicemus ad probationem 3.

Ratio pœnæ in peccato reperta cauſatur à Deo ex ſuppoſitione culpæ.

Dico tertiò. Altera propoſitio in eodem antecedenti contenta, eſt hæc: *Deus applicat voluntatem ad productionem eius peccati, quod eſt pœna alterius, vt ſic prius natura, quam voluntas illud cauſet.* Hanc non eſſe veram, abundè probant omnia, quæ in præſenti diſp. tractauimus, præſertim ſect. 3. & in ſequenti diſp. dicemus. Omnes enim Patres, quando loquuntur de obduratione, & excæcatione, quæ pœna ſit præcedentium peccatorum, propter quæ traduntur homines propriæ concupiſcentiæ, in huiuſmodi pæna negant expreſsè Dei cauſalitatem, & ſolam relinquunt permiſſionem, Peculiariter verò ad rem præſentem notanda ſunt verba Gregorij homil. 11. in Ezechiel, quæ referemus ad finem huius ſectionis. Quod ſi Deus voluntatem applicaret ad productionem eius peccati, quod eſt pœna alterius, interueniret ibi magna cauſalitas ex parte Dei.

6.

Patres in obduratione pœna negant Dei cauſalitatem.

7. *In forma ad argumentum reſpondetur.*

Quapropter ad argumentum in forma reſpondemus, negando antecedens. Et ad primam illius probationem dicimus, ſimiliter, eſſe falſam; cum ſententia omnium Scholaſticorum decreuerit, Deum non determinare, neque applicare, inclinare, impellere, incitare ad eliciendum actum peccati; ſed potius quantum ex ſe eſt, inclinare ad bonum contrarium: vt vidimus ſupra tota diſp: 39.

8. *Pœna ſub præciſa ratione pœna bona, ac iuſta.*

Ad ſecundam probat. eiuſdem antecedentis reſpondetur, reſpondetur, ſine dubio pœnam quamlibet ſub præciſa ratione pœnæ, bonam eſſe atque iuſtam: quoniam reducit ad ordinem iuſtitiæ, vt patiatur malum, quod non vult, qui voluit facere, quod non debuit. Quocirca non ſolùm Auguſtinus, & Scholaſtici communiter, ſub initium huius ſect. citati; ſed etiam Dionyſ. de diuin. nom. c. 4. part. 4. & Damaſcen. in dialog. contra Manichæos non longè à medio notāt, puniri non eſſe malum; ſed fieri pœna dignum. Vnde Fulgent. lib. 1. ad Monim. in eodem c. 17. quod pro noſtra ſententia ſect. præced. num. 9. retulimus, poſtquam dixerat ſuperbiæ peccatum ſibi ipſi pœnam eſſe, infert: *Ita factum eſt, vt perſeuerans inordinatus ex ſe, ordinaretur in ſe. Et in eo, qui in ſe ordinem perderet, diuini ordinis ratio non periret.*

Puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum.

Fulgentius.

Vnde colligere poſſumus, rationem formalem pœnæ in malitia peccati cauſatam eſſe à Deo, nō quia malitiam cauſauerit, nec quia materialem eius actionem determinauerit; ſed quia ſuppoſita actione & eius malitia à voluntate liberè cauſata, vel cauſanda, Deus iuſtiſſimè vult, vt ea malitia ſibi ipſi ſit turpiſſima, ſordidiſſima, & grauiſſima pœna, ſitque obiectum ſummæ & intolerabilis triſtitiæ: vt ſupra explicatum eſt. Quę bonitatis ratio, cùm non ſequatur per ſe ex praua intentione peccantis, in nullam aliam cauſam per ſe reduci poteſt, niſi in Deum.

9. *Ratio formalis pœna in peccato quomodo cauſetur à Deo.*

Ad 3. probat. reſpondetur, iudicis eſſe inferre & applicare pœnam, præſertim vt induit rationē vltionis. Nam, vt rectè Ariſtoteles 1. Rhetoric. c. 10. *Pœna eius, qui patitur gratia fit: vltio verò eius, qui facit, vt expleatur.* Nihilominus iudicis non eſt inferre & applicare ſubſtantiam rei, quæ eſt pœna, quando illa ſubſtātia quidditatiuè & realiter eſt contraria legibus, & voluntati eiuſdem iudicis, quomodo ſubſtantia actus mali eſt contraria legibus & voluntati Dei. Iudicis autē erit tunc, ex ſuppoſitione, quod per voluntatē creatam fuerit cauſata eiuſmodi ſubſtantia rei, addere illi & applicare extrinſecam ordinationem, per quam dirigatur ad æqualitatem iuſtitiæ, & conſtituatur in ratione pœnæ completa & perfecta, quæ ex ſua prauitate erat culpa. Eſt enim digniſſimum ſapientia & bonitate infinita, vt ſicut ipſa eſt ſummum præmium obiectiuum, ita etiam velit & cauſet, vt malum illi ſummopere repugnans, videlicet, culpa, ſit ſumma pœna obiectiua.

10.

Ariſtoteles.

Digniſſimum Dei velle vt culpa ſit pœna obiectiua.

Quamuis iſta ſufficerent ad illius argumenti ſolutionem, addo præterea in Conſequētiæ probatione, falſam eſſe Minorem, & ex illa potius confirmari noſtram ſentētiam. Sicut enim Deus determinare non poteſt volontatem creatam, vt incurrat pœnam, quæ eſt culpa, ſed tantummodo poteſt ex ſuppoſitione quod voluntas prędeterminauit ad culpam, culpæ adiungere ordinationem & rationem pœnæ: ita non poteſt Deus voluntatem creatam determinare, vt eliciat materialem actionem peccati, ſed tantùm poteſt ex ſuppoſitione, quod voluntas ſe determinauit ad illam eliciendam, præſtare ſimul cum voluntate ſuum concurſum.

11. *Ex argumenti probatione noſtra confirmatur ſententia.*

Totus præcedens diſcurſus confirmatur, nam & Iulianus obiiciebat Auguſtino peccatum eſſe bonum, ſi fuerit pœna peccati, vt Auguſtinus aſſerebat. Vnde in prædicto lib. 5. contra Iulian. c. 3. initio: *Inſeris*, inquit, *alia de libro meo verba, vbi dixi, carnis inobedientiam inobedienti homini digniſſimè retributam, quia iniuſtum erat, vt obtemperaretur à ſeruo ſuo, id eſt, à corpore ſuo, ei qui non obtemperauerat Domino ſuo: & conaris oſtendere, hanc inobedientiam carnis potius eſſe laudabilem; ſi pœna peccati eſt.*

12. *Præcedens diſcurſus confirmatur. Auguſtinus*

Quam illationē poſtquam multis oſtendit, eſſe nullā, ita cōcludit in col. 2. *Sicut diabolus atq; Angeli eius, & mali Reges non ſolū ipſi peccatores ſunt, ſed per iuſtitiā Dei fiunt etiam ſupplicia peccatorum: nec ideo laude ſūt digni, quia pœna ex illis iuſtè infligitur dignis: ſic lex in mēbris, repugnās legi mentis, non ideo* 13.

ipſa

ipſa inſtè agit, quia eius qui egit iniuſtè, pœna ſit iuſta: & ſicut cæcitas cordis, quam ſolus remouet illuminator Deus, & peccatum eſt, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, qua cor ſuperbum digna animaduerſione punitur, &c. Defendit igitur Auguſtinus, bonam & iuſtam eſſe rationem pœnę, quamuis iſtius formalitatis proximum fundamentum, ſiue ſobiectum ſit malitia inobedientiæ & incredulitatis.

Rationem pœnæ bonam, & iuſtam eſſe defendit Auguſtinus.

14\. De primo argumento hactenus. Sit ſecundum, quod obiiciunt aliqui ex tertio cap. Ezechielis: *Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.* Quod ita intelligendum putant, vt Deus offendiculum ponat, intendens hominem impellere, & prædeterminare ad materialem actionẽ peccati. Quod inde confirmant, quia ſi ea ſolum ratione diceretur Deus ponere offendiculum, quoniam offert creaturas ex ſe bonas, & ad bonum deſtinatas, præſciens tamen eorum futurum abuſum, ratione cuius fiunt in odium, & in muſcipulam pedibus inſipientium: ſequeretur, nullam peculiarem comminationem hic denuntiari iuſto, poſtquam à iuſtitia recedens iniquitatem fecit: ſed eandem prorſus denuntiari potuiſſe iuſto, adhuc in ſua iuſtitia perſeueranti, cui adhuc offeruntur à Deo creaturæ, quas præſcit, futuras eſſe in offendiculum.

Secunda obiectio. *Ezech. 3.* *Confirmatio.*

15\. Reſpond. primò. Offendiculum ponere coram iuſto eſt culpam & eius detrimenta ob oculos mentis ponere, vt ſtimulis conſcientiæ actus, & infirmitatem ex culpa contractam expertus, reſipiſcat. Quod totum eſt bonum & Deo dignum. Sic Hieronymus ibi: *Ponitur*, inquit, *offendiculum coram eo, ſiue tormentum, & vt Theodotio dixit, infirmitas; vt torqueatur & planam viam non inueniat, & intelligat, ſe languidum. Prodeſt enim iuſto intelligere delictum ſuum, conſcientiæque tormentum, & dicere cum Pſalmiſta: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Sic etiam Theodoretus ibi non peccandi occaſionem, ſed priſtini laboris iacturam, & æternæ mortis exitium intelligit.

Quid offendiculum ponere coram iuſto ſit. *Hieronym.* *Theodoret.*

16\. Reſpondeo ſecundò. Etiamſi offendiculum eſſe intelligamus periculoſam peccandi occaſionem, licet ex ſe bonam; adhuc iuſto, ſi receſſerit à iuſtitia peculiare aliquid comminatur Deus, quod non comminatur iuſto perſeueranti. Cui per ſpecialem Dei protectionem ſubtrahuntur multæ creaturæ, quæ poſſent illi eſſe in muſcipulam. Et regulariter adeſt maior lux & directio. Sed poſt peccatum, ſecundùm communem prouidentiam, nec tanta protectio, nec tam copioſa lux & directio tribuitur; vnde multò grauiùs imminet illi peccandi periculum.

17\. Hæc autem intelligenda eſſe de permiſſione mera, qua vnum peccatum Deus permittit in pœnam alterius peccati, notat Gregor. homil. 11. in Ezechielem longè poſt medium, dicens: *Qui peccatorem diu expectat, vt redeat, non redeunti atque contemnenti, ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatum quippe, quod per pœnitentiam non deletur, aut peccatum eſt, aut cauſa peccati, ſimul & pœna peccati. Omne enim quod prius committitur peccatum eſt: ſed ſi citius pœnitendo non tergitur, obligatam peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere, &c.* & longè inferiùs: *Omnipotens Deus cum præcedentibus peccatis iraſcitur, permittit, vt cæca mens etiam in alius labatur.* Et poſt pauca rem clarius exponit, dicens: *Ponam offendiculum coram eo, ac ſi apertè dicat, quia videre pœnitendo noluit, vbi iam impingit: iuſto eum iudicio deferens, ponã ei, vt & alibi impingat. Quod tamen Dominus ponere eſt nequaquam ad peccatum premere; ſed nolle à peccato liberare.* Perpende, quantũ huic doctrinæ repugnet, Deum applicare ac determinare ad materialem actionem peccati, quod ſit alterius peccati pœna, vt ſupra num. 6.

Gregorius. *Repugnat Deum determinare ad materialem actionem peccati.*

DISPVTATIO XLIV.

Quibus modis exerceatur diuina potentia, dum excæcat, & tradit deſideriis.

SECTIO I.

Diminutio illuſtrationis ac protectionis punitio & externorum bonorum ſubminiſtratio.

Diſputatio præſens, veluti præcedentis appendix ſub aſpectum conſtituit ſingulos quoſque modos, quibus diuina potentia exercetur, quando excæcat & indurat, atque deſideriis tradit, vt à ſufficienti partium enumeratione conſtet, ex quolibet diuinæ potentiæ exercitio non modo colligi prædeterminationem materialis actionis; ſed etiam oppoſitum efficaciter probari. 1.

Et quamuis penè innumerabiles ſint modi potentiam exercendi, ratione quorum dicitur obdurare, & tradere; poſſunt tamen ad ſeptem capita reduci. Primus eſt minuẽdi protectionem & illuſtrationem, ſecundus puniendi, tertius ſubminiſtrandi bona, de quibus in ſectione præſenti. Quartus modus eſt influendi in volitionem, quę mala eſt, infra ſect. 2. Quintus, præſcribendi menſuram & alias circunſtantias, de quo in ſect. 3. 4. & 5. Sextus conuertendi peccata vt ſeruiant diuinæ voluntati, de quo ſect. 6. & 7. Septimus eſt demonſtrandi obdurationem & errorem de quo in ſect. 8. 2.

Septem modis exercetur diuina potentia.

Primus igitur modus, pertinens ad ſubtractionem vberioris illuſtrationis & protectionis, ſatis explicatus fuit diſp. præcedenti, præſertim tota ſect. 3. & 4. in cuius fine monſtrauimus, hoc opus indigere infinita potentia. 3.

Secundus modus, qui cæterorum dux eſt, atq; gubernator, ideóque cæteris ſemper reperitur admixtus, pertinet ad punitiuam iuſtitiam; in illa quippe non ſolùm patientiam, ſed maximè potentiam Dei exerceri & oſtendi, conſtat Rom. 9. *Si autem Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam.* & rurſus: *In hoc excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam.* & Exod. 14. *Et viderunt (filij Iſrael) Ægyptios mortuos ſuper littus maris; & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos.* Quod obſeruat D. Thom. ad Rom. 9. lect. 3. prope finem. 4.

Secundus modus cæterorum dux. *Roman 9.* *Exod 14.* *S. Thomas.*

Hic modus in duo mẽbra ſubdiuiditur, quorũ præcipuum eſt, quando peccatum eſt pœna peccati. In hoc enim diuina potentia mirabilior eſt, quàm in quolibet alio ſupplicio propter rationes, quas vidimus diſp. 43. ſect. 5. & 6. Alterum membrum eſt, quando potentia oſtenditur in pœnis, quæ nõ ſunt peccata, ſiue in hac vita, ſiue in futura. De quibus omnibus Fulgent. lib. 1. ad Monim. c. 24. prope init. *In eo*, inquit, *inſuperabilẽ potentiam præſcientia ſua magis oſtendit, quia neq; in malis prædeſtinationem iuſtitia ſua vacare permiſit.* 5.

Fulgentius.

6. Tertius modus pertinet ad exteriora bona, quæ quomodolibet antecedunt culpam, hoc eſt, illam iuuant, non quidem ex ſe, neque ex intentione Dei concedentis, ſed per abuſum accipientis. Deus igitur per potentiam indurare, & excæcare dicitur, quando potenter facit aliquas res, ſiue naturales, ſiue morales, ſiue ſupernaturales, quæ ex ſe quidem bonæ ſunt, & ad bonum inclinantes; ſed propter alicuius peccatoris malitiam præſciuntur illi fore in occaſionem erroris, & obſtinatæ voluntatis.

7. *Auguſtinus.* Probatur primò, nam ſignis atque portentis obduratum fuiſſe cor Pharaonis, notat Auguſtinus q. 18. ſuper Exod. dicens: *Et quamuis vniuſcuiuſque cordis in malitia qualitas, id eſt, qual e cor habeat ad malum, ſuo fiat vitio, quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: & tamen qualitate mala, vt huc, vel illuc moueatur, cùm ſiue huc, ſiue illuc malè moueatur, cauſis fit, quibus animus propellitur, quæ cauſa, vt exiſtant, vel non exiſtant, non eſt in hominis poteſtate, ſed veniunt ex occulta prouidentia, iuſtiſſima planè, & ſapientiſſima, vniuerſum quod creauit, diſponentis, & adminiſtrantis Dei: Vt ergo tale cor haberet Pharao, quod patientia Dei non moueretur ad pietatem, ſed potius ad impietatem, vitij proprij fuit. Quod verò facta ſunt ea, quibus cor ſuo vitio tam malignum reſiſteret iuſſionibus Dei; hoc eſt enim quod dicitur, induratum, quia non flexibiliter conſentiebat, ſed inflexibiliter reſiſtebat: diſpenſationis fuit diuina, qua tali cordi non ſolùm iniuſta, ſed euidenter iuſta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigerentur.*

8. Perpende tale cor Pharaonis non ſolùm malitiam, ſed etiam actualem, & habitualem volitionem eſſe: hanc verò non cauſari à Deo; ſed ſuppoſito, quod illa proprio vitio fuerit cauſata, Deum offerre obiecta exteriora per ſe bona; vnde ſcitur, obdurandum eſſe cor. Id quod ſtatim explicat exemplo lucri, quo aliter auarus, aliter pecuniæ contemptor mouentur, & ſubdit: *Ita cauſæ veniunt hominibus malis, quæ non ſunt quidem in eorum poteſtate, ſed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos proprijs vitiis ex preterita voluntate.* Deus igitur oon fuit cauſa determinans, vt præteritam conciperent voluntatem.

9. *Pſalm. 104.* Probatur ſecundò ex Pſalm. 104. *Et auxit populum ſuum vehementer, & firmauit eum ſuper inimicos eius.* Ex quo bono, quia propter Ægyptiorum malitiam, ſecuta eſt iouidia & odium, ſubiungitur: *Conuertit cor eorum, vt odirent populum*
Auguſtinus *eius, & dolum facerent in ſeruos eius.* Vbi Auguſtinus ſic loquitur: *Cùm enim ipſi vitio ſuo mali ſint, Deus de malo eorum bene facit. Non enim antequam odiſſent populum eius boni erant, ſed maligni & impij tales erant, qui facilè incolis ſuis fælicibus inuiderent. In eo ergo quod populum ſuum multiplicauit, hoc beneficio ſuo malos ad inuidendum conuertit.* Similia ſcribunt Proſper & Theodoretus in eundem verſum.

10. *Iudith. 10.* Tertiò, probatur exẽplo ſingulari Iudith. c. 10. *Iudith omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe, cui etiam Dominus contulit ſplendorem, quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illa pulchritudinem amplianit, vt incompar abili decore omnium oculis appareret.* Vidiſti Dei beneficium ſanctæ fœminæ collatum: vide nunc effectum inde ſequutum propter malitiam & abuſum impij Holofernis, ad finem eiuſdem cap. 10. *Cùmque intraſſet ante faciem eius, ſtatim captus eſt in oculis ſuis Holofernes.*

Quapropter eadem caſtiſſima fœmina Dei triumphum cap. 16. canit his verbis: *Accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum*, id eſt, vnde factum eſt, vt deciperetur. Explicandus eſt enim hic modus loquendi iuxta regulam Damaſceni lib. 4. de fide cap. 20. prope fioem dicentis: *Mos eſt Scriptura quadam, qua ſecundùm euentum debent intelligi, cauſaliter dicere.* Quam ille fuſiùs explicat, & probat, ſicut & communiter Patres Ioan. 12. ad illa verba: *Vt ſermo Iſaiæ impleretur.* vbi Chryſoſtomus homil. 67. ad finem Cyrillus lib. 8. in Ioan c. 20. fine, Theophyl. Euthym. Theodorus Mnpſueſtenſis, Leontius. Cui ſimile eſt quod S. Thomas exponit 1. 2. q. 98. art. 1. ad 2. & q. 79. art. 1. ad 2. S. Bonau. Sap. 19. verſ. 4. 11. *Iudith. 16.* *Damaſcen.*

Probatur quartò, nam & poteſtas ſiue anthoritas nocendi, ſi voluerit, numeratur in eodem bonorum genere, quibus homo traditur in ſuas concupiſceotias. Quemadmodum Auguſtinus: *Cùm voluntas*, inquit, *mala poteſtatem accipit implere quod intenditur, ex iudicio Dei venit, apud quem non eſt iniquitas, punit enim etiam iſto modo.* & poſt pauca: *Hoc eſt, quod de quibuſdam Apoſtolus ait: Tradidit illos Deus in concupiſcentias cordis illorum. Hinc & Dominus Pilato: Non haberes in me, inquit, poteſtatem, niſi data eſſet tibi deſuper. Sed cùm poteſtas datur non neceſſitas imponitur. Vnde cùm Dauid Saulis occidendi poteſtatem accepiſſet, maluit parcere, quàm ferire.* Vnde collige primò, Deum tradere & obdurare concedendo poteſtatem ex ſe bonam, & optatam à malis hominibus. Secundò, nihilominus non imponi à Deo neceſſitatem. Imponeretur autem ſi in ſenſu compoſito, & ex ſuppoſitione prædeterminationis foret neceſſarium abuti poteſtate. His ſimilia ſunt, quæ Rupertus in lib. 10. in Apocalyp. cap. 18. ad illud; *Quia de vino iræ fornicationis eius, &c.* notat de modo, quo Reges traditi ſunt paſſionibus ignominiæ. 12. *Poteſtas, & anthoritas nocendi.* *Auguſtinus.* *Apocal. 18.*

Quintum & in hoc genere ſupremum exemplum præbent Euangelicæ legis myſteria, de quibus Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. in medio, quomodo Deus ſtultam fecerit, & perdiderit ſapientiam ſapientum ex 1. Corinth. 1. ita exponit, vt Deo oſtendente altiſſima myſteria, quæ ſuperant captum illorum, ipſi voluntaria electione ad terreoa propenſi, noluerint credere, cùm poſſent, ſi vellent; inſuper quoniam propoſito maximo fidei lumine illius comparatione obſcuratur barbara philoſophia. 13. *Euangelicæ legis myſteria prabet exemplum.*

Non diſſimiliter Chryſoſtom. homil. 67. prope finem. *Quemadmodum*, inquit, *ſol debilem oculorum aciem præſtringit non natura ſua; ita vſu venit in iis, qui diuino non attendunt ſermoni. Ita & Pharaonis cor indurauiſſe dicitur.* 14. *Chryſoſtom.*

Hieron. Eccleſiaſtes 7. ad illa verba: *Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit: Quomodo*, inquit, *vna atq; eadem ſolis operatio liquefacit ceram, & ſiccat lutum: ſed pro ſubſtantia ſua, & liqueſcit cera, & ſiccatur lutum: ſic vna Dei in Ægypto ſignorum operatio molliebat corda credentium, & incredulos indurabat, quia iuxta duritiam ſuã & impœnitens cor theſaurizabant ſibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quæ cùm viderẽt, fieri non credebãt.* Quod paulò inferiùs magis explicat, docẽs, homini datã eſſe poteſtatẽ eligendi malũ, vel bonũ, prout voluerit, ne cõqueratur, ſe nõ poſſe nõ peccare. Eodẽ ſolis exẽplo rẽ explicat in epiſt. 150. ad Hedibiã q. 10. & Orig. li. 3. Periarch. c. 1. col. 6. 15. *Exemplo ſolis rem declarat Hieronym.* *Origenes.*

cui

cui addit exemplum de eadem pluuia, qua accepta, fœcunda terra profert herbam opportunam; ſed ſterilis profert tribulos & ſpinas, Hebr. 6. *Anaſtaſius.* Necnon Anaſtaſius Epiſcopus Nyſſenus in q. 75. ex Athanaſio: cuius verba retulimus tomo præcedenti de ſcientia, diſput. 25. ſect. 11.

16. *Gregorius.* Peculiariter verò Chriſti D. opera feciſſe, vt errarent quaſi ebrij, qui videbant mira & humilia, notat Gregor. lib. 11. Moral. c. 11. fine ad poſtrema verba Iob cap. 12. dicens: *Errare eos facies, quaſi ebrios. Videbant quippe, eum, & ſuſcitare mortuos, & tamen eſſe mortalem. Quis non crederet Deum, quem conſpiciebant, ſuſcitare mortuum? ſed rurſum cùm hunc mortalem conſpicerent, deſpiciebant credere, hunc eſſe immortalem Deum. Per hoc ergo quod omnipotens Deus talem ſe eorum oculis exhibuit, qui poſſet & diuina oſtendere, & humana pati, errare eos quaſi ebrios fecit: vt eorum ſuperbia, quæ Incarnationis eius myſterium deſpicere maluit, quàm ſequi, & contra humanitatem eius ſe extolleret, & tutus lucentem deitatis eius potentiam miraretur.*

17. *Cauſando gentium fidē ad inuidiam prouocare Iudæos dicitur Deus. Deuter. 32. Roman. 10. S. Thom.* Sextò, cauſando gentium fidem ac pietatem, dicitur Deus ad inuidiam & odium prouocare Iudæos, ſecundùm illud Deuteronom. 32. *Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus & in gente ſtulta irritabo illos.* Quod Apoſt. Roman. 10. ſic legit: *Ego vos ad æmulationem adducam in non gentem: in gentem inſipientem in iram vos mittam.* Vbi S. Thom. lect. 3. poſt med. *Dicitur,* inquit, *Deus in æmulationem inducere, & in iram mittere, non quidem in eis cauſando malitiam, ſed ſubtrahendo gratiam: vel potius faciendo conuerſionem gentium, vnde Iudæi occaſionem iræ & inuidiæ ſumunt.* *Theodoret.* Et Theodoretus in citatum canticum. *Non enim*, ait, *ſic Iudæos dolere afficit ſeruitus & diſperſio & templi deſolatio, vt gentium religio & ſplendor: pungit enim ipſos, & in inuidiam prouocat.*

18. Septimò, propter indultum pœnitentiæ tempus, cum plurimis remediis ad illam prouocantibus, Deus quandoque dicitur iniquitatem apponere. *Gregorius.* Vnde Gregor. lib. 25. Moral. capite 9. alias 12. *Quia omnipotens,* inquit, *Deus ad pœnitentiam tempus indulget: quod tamen humana malitia ad vſum ſuæ iniquitatis intorquet, nimirum iuſto Dei iudicio augeri culpa permittitur, vt ad feriendum altius quandoque cumuletur. Hinc enim* *1. Theſſal. 2.* *rurſum de quibuſdam Apoſtolus dicit: Vt impleant* *Apocal. 22.* *peccata ſua ſemper. Hinc voce Angelica Ioanni dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* *Pſal. 77.* *Hinc David ait: Adpone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, vt non intrent in iuſtitiam tuam.*

19. *Deuter. 32.* Idem toto ſequenti contextu confirmat, præcipuè verbis Deuteron. *Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Ecce atrociſſima,* inquit, *illorum facinora deſcribuntur, & tamen ad vltionis diem adhuc ſubſequens lapſus aſpicitur, quo eorum culpæ cumulentur. Habent iam quidem vnde feriri mereantur, ſed ſuſtinetur tamen adhuc peccatum creſcere, vt peccantes poſſit atrocior pœna cruciare. Iam meretur ſupplicium peccatum, & cauſa peccati, ſed expectatur adhuc, vt augmentum ſupplicij ſubroget peccatum, & pœna peccati.* His ſimilia tradit hom. 11. in Ezechielem.

20. *Frequēs modus prouidentiæ circa temporalia bona.* Septimò, ſub eodem tertio genere deſideriis tradendi & obdurandi continetur frequens modus prouidētiæ circa temporalia bona; hæc enim ſæpe cōceduntur impiis, quādo ſuis iniquis orationibus poſtulant; ſed ad puniſionem illorum: iuſtis verò non rarò negantur, vel ē contra iuſtis conceduntur, impiis verò negātur, prout expedit ad finē prædeſtinationis, & reprobationis. Quod ponderat ſolito obſcurioribus & profundioribus verbis Auguſt. in lib. 5. contra Iulian. dict. c. 3. nō procul à fine, vbi tractans, quomodò Deus tradit in paſſiones ignominiæ, & in mendacium & falſum conſilium, ait: *Facit hæc miris & ineffabilibus* *Auguſtinus.* *modis, qui nouit iuſta iudicia ſua, non ſolùm in corporibus hominū, ſed etiam in ipſis cordibus operari, qui non facit voluntates malas, ſed vtitur eis, vt voluerit, cùm aliquid iniquè velle nō poſſit, quæ Deus pro votis humanis propitius annuat, iratus ne non annuat; ac rurſus, quæ iratus annuat: propitius ne nō annuat: atq; iterum, quæ contra vota humana propitius faciat, quæ iratus non faciat. Et in his omnibus bonus perſeuerat, & iuſtus, exaudit propitius, non exaudit iratus: & rurſus non exaudit propitius, exaudit iratus: Parcit propitius, non parcit iratus: & rurſus non parcit propitius, parcit iratus. Atque in his omnibus bonus perſeuerat, & iuſtus.*

21. *Anſelmus.* Conſonat Anſelm. in Elucidario propè med. dicens: *Mali diuitiis abundant, vt mala quæ concupiſcunt iuſto Dei iudicio explere per pecuniam valeant.* & poſt pauca: *Potentia ſplendent, vt mala, quæ amant potenter expleant.*

22. *Catechiſmus Pij V.* Octauò, generaliter de quolibet bonorum genere catechiſmus Pij V. verſus finem, ad illa verba Orationis Dominicæ: *Et ne nos inducas in tentationem.* §. *Dicimur autem: Nos,* inquit, *in tentationem Deus inducere dicitur, cùm eius beneficiis, quæ nobis ad ſalutem dedit, abutimur ad perniciem,* *Luc. 17.* *& Patris ſubſtantiam, vt prodigus ille filius, diſſipamus, viuendo luxurioſè, noſtris cupiditatibus obſequentes. Quamobrem idem dicere poſſumus, quod de lege dixit Apoſtolus: Inuentum eſt mihi mandatum,* *Rom. 7.* *quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Opportunum rei exemplum eſt Hieroſolyma teſte Ezechiele:* *Ezech. 16.* *quam Deus omni ornamentorum genere locupletârat, vt eius ore Prophetæ diceret Deus: Perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te.* Quod magis explicans ſubdit; excæcationem, indurationem, & traditionem in paſſiones ignominiæ prædicto modo eſſe intelligendas.

SECTIO II.

In volitionem, quæ mala eſt, influendo, quomodo Deus induret.

1. Aliquoties diſp. 27. & ſequentibus, præſertim verò dicta diſp. 27. ſect. 3. num. 18. & diſp. 40. ſect. 2. notauimus, Deum impellere poſſe, ac determinare ad genericam rationem volitionis, in qua non includitur repugnantia cum lege diuina, permittendo, vt à libera voluntate contrahatur & determinetur ad ſpecificam rationem, intrinſecè repugnantem diuinæ legi. Hic igitur in præſenti numerandus eſt, vt quartus modus per potentiam excæcandi, & obdurandi, & verificandi cætera; quæ ſonant operationem peccati.

2. Et imprimis quantum ad generalem rationem motus liberi arbitrij, ſiue, quod idem eſt, volitionis liberæ, tendētis ad quælibet obiecta creata, *Nyſſenus.* Gregor. Nyſſen. in Eccleſiaſten. homil. 2. col. 2. illud 1. capitis: *Cognouit, quod malam diſtractionem dedit Deus filiis hominum, vt diſtraherētur in ea,* ſic exponit: *Hoc autem eſt motus liberi arbitrij, quò dum eo abuſi ſunt homines, peccans fuit in hominibus inſtrumentum ad peccatum. Bonum enim eſt naturæ*

& ſeruiuti non obnoxium liberum arbitrium. Quod autem eſt neceſſitati ſubiunctum, in bonis nemo numerauerit: ſed ipſa libera mentis appetitio, cum citra diſciplinæ caſtigationem ad eligendum vitium defluxiſſet, effecta eſt animæ tentatio, quæ à rebus excelſis & honorificis conuulſa eſt ad animi motus, qui vehementer perturbant, & afficiunt. Hoc eſt, quod ſignificat illud, dedit. Non quod ipſe malum vita hominum indiderit, ſed quod bonis, quæ à Deo data ſunt, homo propter inopiam conſilij, vſus ſit tanquam malorum adminiculis. Conſuetis autem ſancta Scriptura tales ſenſus huiuſmodi enunciare vocibus. Subdítque de induratione exemplum. Exod. 4. & Rom. 1.

3. *Minus generales rationes volitionū, ad quas homo per Dei potentiam impellitur. S. Thomas.*

Sed præterea ſunt aliæ minus generales rationes volitionum, ad quas homines per Dei potentiam efficaciter impelluntur, de quibus præcipuè tractauit Auguſtinus in diſp. 28. ſect. 1. citatus, vt luculenter explicat, & confirmat S. Thomas ad Rom. 9. lect. 3. inter med. & finem, dicens: *Aliquid amplius videtur mihi in hoc eſſe intelligendum, quia, videlicet inſtinctu quodam interiori mouentur homines à Deo ad bonum, & ad malum. Vnde Auguſtinus dicit in lib. de gratia & libero arbitrio, quod Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum.* Hoc loco primum amator doctrinæ ſancti Thomæ agnoſcat, ab eo inductum eſſe illud idem teſtimonium Auguſtini, quod pro contraria ſententia adducitur ſupra ſect. 1. num. 4. Deinde videat quomodo explicet, dicens: *Aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominum voluntates directè & per ſe, tanquam author bonorum: ad malum autem dicitur inclinare, vel ſuſcitare homines occaſionaliter, in quantum, ſcilicet, Deus homini aliquid proponit vel interius, vel exterius, quod quantum eſt de ſe, eſt inductiuum ad bonum; ſed homo propter ſuam malitiam peruersè vtitur ad malum.*

4. Et inter alia huius prouidentiæ exempla hæc ſubdit: *Deus quantum eſt de ſe interius inſtigat hominem ad bonum; puta regem ad defendendum iura regni ſui, vel ad puniendum rebelles. Sed hoc inſtinctu bono malus homo abutitur, ſecundum malitiam cordis ſui, & hoc patet* Iſaiæ 10. *vbi dicitur de Aſſur, ad gentem fallacem mittam eum contra populum furoris mei, mandabo illi, vt auferat ſpolia, &c. & poſt. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit; ſed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cùm à Deo excitaretur ad regni ſui tutelam, abuſus eſt hac excitatione ad crudelitatem.* Vide dilucidam, acutam & ſolidam explicationem ſancti Thomę, in qua nihil inuenimus de prædeterminatione ad materialem actionem, cui malitia inſeparabiliter ſit coniuncta: ſed ſolummodo legimus excitationem & inclinationem ad effectus, per ſe bonos, quos homo propter ſuam malitiam flectit ad malum: vt expreſsè obſeruauit ſanctus Thomas, & efficaciter probauit citatis Iſaiæ verbis: *Ipſe autem non ſic arbitrabitur, &c.*

Iſaia 10.

In dilucida S. Thoma explicatione nihil de prædeterminatione inuenitur.

5. *Probatur expoſitio ex Auguſtinianæ mentis deprompta viſceribus.*

Expoſitionem hanc depromptam eſſe ex imis viſceribus Auguſtinianæ mentis probatur. Nam in eodem libro de grat. & lib. arbitr. cap. 20. ſub init. docet, à Deo cauſari formidinem imminentis periculi, quæ ex ſe bona eſt, qua poſita, per liberum arbitrium abutuntur mali, fugiendo, etiam tunc, quando tenebantur fortiter reſiſtere. Quemadmodum de Iſraëlitis, quando tenebantur reſiſtere hoſtibus ciuitatis Hai, Ioſue 7. Auguſtinus ait: *In animo enim factus eſt timor, vt fugerent, & hoc factum eſt, vt vindicaretur peccatum, eo modo, quo fuerat vindicandum: vnde dicit Dominus ad Ieſum Nauè. Non potuerunt filij Iſrael ſubſiſtere a facie inimicorum ſuorum. Quid eſt non potuerunt ſubſiſtere? Quare non ſubſiſtebant per liberum arbitrium, ſed per timorem, turbata voluntate, fugiebant; niſi quia Deus dominatur & voluntatibus hominum, & quos vult in formidinem conuertit iratus.* Subiungitq; aliam confirmationem, quia confortare cor militum ex ſe bonum eſt, ſed hac fortitudine abuſi ſunt hoſtes, vt pugnarent contra populum Dei.

6. Eandem perſequitur fuſiùs in ſequenti cap. 21. de grat. & lib. arb. vbi peculiariter notandum eſt, quod affert ex lib. 2. Paralip. cap. 25. *In fugam conuertet te Deus ante inimicos, quoniam virtus eſt Deo, vel adiuuare, vel in fugam vertere. Quomodo virtus Dei alios adiuuat in bello, dando eis fiduciam, alios immiſſo timore, vertit in fugam; niſi quia ille, qui in cœlo & in terra omnia, quæcumque voluit, fecit, etiam in cordibus hominum operatur.* *2. Paral. 25.*

7. Vniuerſaliori modo eandem operationem Dei tradit Hugo Victor. lib. 1. de Sacram. part. 5. cap. 28. vbi quatuor modos enumerat, quibus diuina prouidentia moderatur; & conducit impiorum voluntates: quorum tres priores pertinent ad poteſtatem extrinſecus conferendam, vel impediendam. Quartus verò. *Iudicium intrinſecus operantis diſpoſitionis eſt quando ipſa vis diuina, quæ intus omni creaturæ præſidet, illas etiam voluntates, quæ contra ſuam voluntatem orta ſunt, ad perficiendam ſuam voluntatem intorquet.* Quod in ſequenti cap. 29. magis explicat & confirmat teſtimonio Iſaiæ, & 2. Reg. 16. de quibus infrà in 6. & 9. exemplo. *Hugo Vict.*

8. His quatuor probationibus, ſiue exemplis quintum adde. Deus quippe 2. Paralip. 25. in corde Amaſiæ operatus eſt, vt ſalubrem admonitionem non audiret; ſed ea contemptabellum aggrederetur: videlicet, cauſando in eius corde robur, atque conſtantiam timore depulſo. Qua propenſione voluntatis, ex ſe directa ad fortitudinem, Amaſias per ſuperbiam abuſus eſt ad temeritatem impauidam, & audaciſſimam fortitudini contrariam. Et hic eſt legitimus intellectus ad Auguſtinum de grat. & lib. arbit. c. 21. cuius verba retulimus diſp. 28. ſect. 1. num. 4. *Quinta probatio, ſeu exemplum.*

9. Sextum eiuſdem veritatis exemplum præbet Iſaias c. 7. cum ait: *Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur.* vbi Cyril. Alex. notat, metaphorā eſſe ductam ab induſtria illorum, qui apibus curandis præſunt, quando ſibilo, aut leui ſono ad aluearia conuocāt. Hieronym. ſibilare intelligit vocare & adducere. S. Thom. ibi: *Sibilabit*, exponit: *Inſpirabit*: nimirum quatenus interius mouet ad cōſtans & efficax deſideriū defendēdi atq; dilatandi iura regni, præſertim ad amenas, & diuites regiones, qualis erat Palęſtina. Hoc autē deſiderium, prout à Deo procedebat; ita pręciſum erat & abſtractū, vt iuſtè exerceri poſſet in hoſtes Reipublicæ debellandos; ſed per malitiam Ægyptiorum & Aſſiriorum detorquebatur etiam ad iniuſta bella. *Iſaia 7.* *S. Thomas.*

10. Sic etiam Hierem. cap. 25. *Pro eo, quod non audiſtis verba mea, ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, & Nabuchodoſor Regē* *Hierem 25.*

Babylo

Digitized by Google

Hieronim. *Babylonis ſeruum meum.* Qood interpretatur Hieronym. *Mittit autem Dominus vel Angelos, vt cõcitent gentes; vel certè huius modi mouet cogitationee vt faciant Domini voluntatem. Quodque vocat ſeruum Nabuchodonoſer, non ſic ſeruus vocatur, vt Propheta & omnes ſancti, qui verè ſeruiunt Domino: ſed quò in euerſione Hieruſalem Domini ſeruiat voluntati: ſecundum quod & Apoſtolus loquitur. Quos tradidi Sathana. &c.* Hæc ſciliceteogitatio & inſpiratio, mouens ad dilatanda iura Regni, & proponeos rationes facilitatis & vtilitatis, eſt ille nuocius de quo *Hierem. 49.* Hierem. cap. 49. *Legatus ad gentes miſſus eſt: Congregamini, & venite coutra eam, & conſurgamus in prælium:* Eadem habeotur *Abdiæ 1. & 4.* Abdiæ 1. init. Et longè inferius ioeodem cap. 49. *Conſurgite, & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus, non oſtia, nec vectes eis: ſoli habitant.* *Hierem. 18.* Eadem arte Deus adducit deprædatores: vt Hierem. 18. *Adduces enim ſuper eos latronem repente.* *Iſaiæ. 8.* Et Iſaiæ cap. 8. *Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem Aſſiriorum. &c.* Cuiuſmodi locutiones frequenter ocurrunt in Prophetis.

11\. Septimum ſit Holofernes, quem Deus impulit ad amorem pulcherrimæ atque ſapientiſſimæ fœminę, qui qood ex ſe erat, poterat citra peccatum retineri, ſed præſciebatur detorquendus ad libidinem, vnde mortem incurreret. Hanc Dei operationem præcata eſt *Iudith. 9.* Iudith. cap. 9. dicens: *Fac Domine vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur, & capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.*

12\. *Ioſue 11.* Octauum ootat Abuleoſis Ioſue cap. 11. q. 82. ad illa verba: *Domini enim ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum: & pugnarent contra Iſrael & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent.* Quod rectè obſeruat fieri potuiſſe, non ſolùm ſubtrahendo copioſam gratiam, ſed etiam poſitiuè & directè eos mouendo, vt pugnarent vſque ad mortem pro patria, liberis, & vxoribus, quod ex genere non eſt peccatum, quamuis propter circunſtantiam obſtinatæ infidelitatis fuerit in illis culpa grauiſſima.

13\. *Cur Deus dicatur præcepiſſe Semei, vt malediceret Dauidi.* Nonum obſeruat Lyra 2. Reg. 16. vbi propterea dicitur Deus Semei præcepiſſe, vt malediceret Dauidi, quooiam audaciam contulit, & timorem ſubtraxit. Nam ignauus, inermis, & ſolus publicè coram plurimis fortiſſimis armatis maledicere auſus eſt illorum fortiſſimo duci: licet malum animum & odium Semei habuerit à ſe ipſo.

SECTIO III.

Quoniam nocumento menſuram & alias circunſtantias præſcribit, dicitur Deus actiones malas præcipere per potentiam.

1\. *Supponendum 1.* Hic eſt quintus modus eorum, quos numerauimus in principio diſp. præſentis. Pro cuius explicatione ſupponendum eſt primò, diuinæ bonitati repugnare præceptum, obligans voluntatem creatam, vt eliciat materialem actionem odij Dei, aut aliam intrinſecè malam: quod demonſtratum eſt diſput. 33. ſectione 4. verſus finem.

2\. *In menſura, & modo malæ actionis duo ſunt.* Secondò notandùm eſt. Cum in menſura & modo malæ actionis duo ſint, alterũ poſitiuum, videlicet, vt tantam actionis inteoſionem, extenſionem, & durationem habeat, circa hoc obiectum & has perſooas, in hoc tempore & loco verſetur; & tales induat circunſtaotias intrinſecè malas: alterum negatiuum nimirum, ne habeat maiorem intenſionem, extenſionem, & durationem; ne ſit alibi, nec in alio tempore, nec circa aliud obiectum, aliámve perſonam verſetur, nec cum aliis circunſtantiis. *Primum non cauſat Deus, neque determinat.* Ex his duobus primum, videlicet, poſitiuum, non cauſat Deus, neque determinat, vel mouet; ſed tantùm permittit creatæ voluntati cauſaodũ, afferendo in promptu materiã, & omnia ex ſe bona, quæ requiruntur, vt cauſare poſſit, ſi velit: *Secundum vt proprius author Deus cauſat, & determinat.* at verò ſecundum, ſcilicet, negatiuũ, illud Deus per ſe determinat, & cauſat, vt proprius author, & qoãtum ad hoc eſt author menſuræ, peccatis præſcribendæ.

3\. *In emphaſi quinque ſignificantur.* Tertiò notandum eſt, in ea figura dictionis, qua iuſſio ſiue præceptum pro permiſſione ponitur, vehementem emphaſim eſſe. Per quam præcipuè ſignificantur quinque. *Primò.* Primum, permitti culpam cum tacita reprehenſione, & ſuggillatione tantæ obſtinationis, vt qui permittit vix eam ſperet ab inſania reuocare. *Secundò.* Secundum, tam vehementem eſſe dæmonis, aut hominis alicuius propenſionem ad oocendum, vt, poſita permiſſione, nocumentum exequatur, non minus infallibiliter & efficaciter, qoam obedientiſſimus Angelus exequeretur præceptum ad audiendam vocem ſermonum eius.

Praua voluntas licet inuita Deo obedientiã præſtat. Tertio denotatur dependentia cuioſque prauæ voluntatis à Deo, & obedientia, quam præſtat, licet inuita, propter quam nihil valet efficere, niſi ſupremus Dei principatus imperet, vel permittat. Ad quod etiam reducitur ratio altera, quoniam eiuſdem poteſtatis eſt, permittere malum, euius eſt contrarium bonum præcipere, & efficaciter cauſare. *Quartò.* Quartum denotatur, etiam poſitiuum & execotiuum præceptum Dei etiam in malis operibus adhiberi, præcisè ad exhibendum generalem concurſum & alia bona, ſine quibus illud malum patrari non poſſet. *Quintò.* Quintum, quandoque præcipientis vox contrarium reddit ſenſum exprobrantis vitium, & adhortantem ad virtutem, vt ioſta oum. 23.

4\. *Tertium, & quartum hominibus conuenire nequeunt.* Ex his quinque tertium & quartum, quoniam hominibus conuenire nequeunt, non ſignificantur familiari modo loqueodi per modum præcipientis. Cæterum duo priora ſigoificantur, maximè verò primum illud, videlicet, eonceſſio, ſiue permiſſio, ſuggillando quaſi deſperatam obſtinationem: quemadmodum *2. Reg. 18.* 2. Reg. 18. cum Ioab. paternis monitis non poſſet Achimaas deducere ab imprudentiſſimo deſiderio nunciandi, conceſſit, & ait: *Curre.* *Terent. in perſona Demea ad Mitionem, perdat.* Et apud prophanos illa de filio perdito: *Tibi, ait, ſi iſtuc placet, profundat, pereat, nihil ad me attinet.* Et Poëta:

Virgil. Æneid. 4.

——— *Neque te teneo, neque dicta refello.*

I, ſequere Italiam ventis.

Thren. 3. Prædicta ſignificatio præcepti probatur primò Thren. cap. 3 poſt med. vbi tractans de calamitatibus & oppreſſione, quas Babyloniæ Rex inferebat populo Dei, refert quorundam blaſphemias aduerſus diuinam prouidentiam, qui dicebant: *Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit.* Et refutat, dicens: *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente? Ex ore altiſſimi non egredientur nec bona nec mala.* *Ex ore altiſſimi egredi nõ ſolum bona, ſed etiam* Affirmat ergo Propheta, Domino iubente, atque ex ore altiſſimi egredi non ſolùm bona, ſed etiam

mala affirmat Propheta. mala, videlicet, triſtia, quoniã ea, in quantũ iuſtè inferuntur, bona ſunt: vt explicant Hieronymus, & Theodoretus.ibi.De quo fuſiùs diſp.35.ſect. 6.& 7. Sed quod ad præſens attinet, etiam illæ actiones, quæ ſioe peccato non eommittebantur à Chaldæis; propter menſuram illis præſcriptam iuſtiſſimo Dei iudicio ſecundum rationem pænæ merito dicebantur, Domino iubente, ex ore Altiſſimi egredi.

6. *Hieremia 50 & 51.* Confirmatur, oam Hierem.50. Deus imperat: *Super terram dominantium aſcende, & ſuper habitatores eius viſita, diſſipa & interfice, quæ poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia, quæ præcepi tibi.* Simile præceptum repetitur in eodem cap. 50. num. 26. & 29. & ſequenti cap. 51. prope init. *Ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem. &c. Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius.* Et longè inferiùs: *A me venerunt vaſtatores.* Multáque ſimilia reperiuntur in eadem prophetia. Et Iſaiæ *Iſaia 10. & 13.* cap.10. *Contra populum*, inquit, *furoris mei mandabo illi*, videlicet Regi Aſſiriorum. Vbi Hieronymus, vt ſonat præceptum exponit. Sicut Iſaiæ 13. legimus: *Dominus præcepit militiæ belli.* Vbi *Baſilius.* Baſilius: *Dominus Sabaoth mandauit genti bellicoſæ, vt veniat de terra procul à ſummitate fundamenti cæli Dominus, & præliatores eius, vt diſperdat totum terræ orbem*, Dæmones autem Baſilius intelligit eſſe hos præliantes, & ait: *Dominus illis præcepit. Siue enim eos demereri voles obſequiis, ſeu minùs: nihilo ſecius, quod iuſſus eſt dæmon exequi, vtique faciet. Nec enim ſui illi eſt, præſcriptos fines prætergredi: non item vel tantillum amaritudinis à te poteſt auferre, nec ad præſinitam pœnam adiicere; ſed immaniter ac ſeueriſſimè indicta ſibi mẽſura ſolet vti.* Vides menſuram, cui addere non permittitur dæmoni, & à qua ſubtrahere ipſe infallibiliter non velet propter ſuam immanitatem; & licet velle noo permittetur à Deo, qui directè imperauit pænam, quæ bona eſt permittendo malitiam, qua dæmon exequitur, quod ſecundum ſe bonum & benè imperatum erat.

7. *1. Corinth. 5.* Confirmat ibidem Baſilius verbis Pauli 1.Corinth.5. *Iam iudicaui, congregatis vobis & meo ſpiritu cum virtute Domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus ſaluus ſit in die Domini Noſtri Ieſu Chriſti.* Vbi, vt notat S.Thomas lect. 1. ad fin. Paulus ſeruauit *Iob 2.* quod Dominus Iob 2. dicens: *Ecce in manu tua eſt, veruntamẽ animam illius ſerua*: de quo in ſect. *1. ad Timoth. 1.* ſequent. num. 13. Sic etiam 1. ad Timoth. 1. *Hymenæum & Alexandrum tradidit Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare.* Nec aliquid obſtat, quod. de cenſura exeommunicationis ſolet explicari: de quo aliàs.

8. *Auguſtinus.* Probat ſecundò Auguſtinus lib. 5. contra Iulian.cap.3.circa med, ex 3.Reg.22.dicens: *Sed & illud intuere, quod vidit Michæas Propheta, Dominum ſedentem ſuper thronum ſuum, & omnis exercitus cæli ſtabat circa eum à dextris & à ſiniſtris eius. Et dixit Dominus, quis ſeducet Acab Regem Iſrael, & aſcendet, & cadet in Ramoth Galaad? Et dixit, iſte ſic, & iſte ſic, & exiit Spiritus, & ſtetit in conſpectu Domini, & dixit: Ego ſeducam eum. Et dixit Dominus ad eum, in quo? Et dixit, exibo, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius & dixit: Seduces, & præualebis, exi & fac ſic. Quid ad iſta dicturus es? Nempe Rex ipſe peccauit, falſis credendo prophetis. At hæc ipſa erat & pœna peccati, Deo iudicante, Deo mittente Angelum malum.*

Pondera primò potentiam & imperium, quod hoc exercetur in opere, ſignificari per thronum & ſtipantem exercitum cæli. Secundò accuratum illud examen circa perſonam, modum, & formam ſeducendi Acab, ſignificat, Dei ſapientia, potentiáque cautum eſſe, ne alia perſona, alio modo, alia menſura, alio tempore aut loco, aliiſue circunſtantiis committat peccata, niſi prout hæc omnia ſubſeruire poſſunt ad finem intentum à diuina prouidentia. Tertiò. Nemini dæmonum Deus contulit prepenſionem ad decipiendum, nec determinauit, vt tali modo deciperet; ſed tantùm permiſſionem dedit illi malo ſpiritui, quem Deus vidit ex ſua malitia propenſum ad decipiendum tali modo, qui aptus erat, vt puniretur Acab tali pœna, à Deo intenta. Reliquis autem ſpiritibus negauit permiſſionem, quamuis illi etiam vltro ſe offerrent ad decipiendum, *iſte ſic, & iſte ſic.* Quartò. Collige poſtremo, quod dicitur: *Exi, & fac ſic*, noo imperium ſed permiſſionem ſignificare tali menſura præſcripta, vt diuinæ prouidentiæ famuletur. 9. *Ponderandũ primò Secundò. Tertiò. Quartò.*

Quam doctrinam magis explicat Auguſtinus in lib.de grat. & lib. arbit.cap.20.prope init. dicens: *Scriptura diuina oſtendit, non ſolùm bonas hominum voluntates, quas Deus facit ex malis, & à ſe factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam, verum etiam illas, quæ conſeruant ſæculi creaturam, ita eſſe in Dei poteſtate, vt eas quò voluerit, & quando voluerit, faciat inclinari, vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam ingerendas.* Vbi obſerua primò diſcrimen iotet bonas voluntates, & alias voluntates ſæculares, id eſt, malas; illas enim Deus facit, has verò non facit. Secundò obſerua, ita eſſe in Dei poteſtate, vt eas quo voluerit, & quando voluerit, faciat inclinari, nimirum permittendo fluere earum inclinationem, qua via, & quo tempore ſuperiori bono conſequendo miniſtrare iudicauerit. Quod autem ex ſuppoſitione diuini præcepti, hoc eſt, permiſſionis, præſupponentis præſcientiam, tyrannus non poſſit à cædibus continere, niſi quando, & vbi Deus præſcripſerit, notauit Hieremias 47. capite dicens: *O mucro Domini, vſque quo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & ſile. Quomodo quieſcet, cum Dominus præceperit ei aduerſus Aſcalonem, & aduerſus maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?* Quod ad permiſſionem retulit Theodoretus ibi. 10. *Auguſtinus. Diſcrimen inter bonas & malas voluntates. Hieremi. 47.*

Tertiò probatur exemplo Semei, cui Dominus præcepit vt malediceret Dauid 2. Reg. 16. Quod Auguſtinus in eodem cap. 20. de grat. & libero arbit. ita expouit: *Non enim iubendo dixit, vbi obedientia laudaretur; ſed quod eius voluntatem, proprio vitio ſuo malam, in hoc peccatum iudicio ſuo iuſto, & occulto inclinauit.* Vbi nota, proprium fuiſſe illi maledico voluntatis vitium, ac proinde non fuiſſe à Deo cauſatum, determinando ad entitatem materialem, cui neceſſario erat adiunctum, ſed tantummodo permittendo hoc tempore, loco & circumſtantiis eius exercitium inclinaſſe propter maius bonum contra Dauid. Vnde ſubdit Auguſtinus: *Ecce quomodo probatur, Deum vti cordibus etiam malorum ad laudem atque adiumentum bonorum: ſic vſus eſt Iuda tradente Chriſtum, ſic vſus eſt Iudæis crucifigentibus, & ipſo diabolo vtitur peſſimo. &c.* 11. *Auguſtinus. Nota.*

Prædictam Dauidis Theologiam de maledictione Semei. 2. R. 16. tractans Theodoretus q. 32. ad 2. lib. Reg. concludit his verbis: *Secundum autem,* 12. *Theodoret.*

Digitized by Google

autem, quod non diuinæ ſit operationis, neque Ammonis nefarium concubitum &c. Sed domus nudata diuinâ prouidentiâ, fuit inſtar ſcaphæ carentis gubernatore, & ſuſtinuit vehementes fluctus inſanorum dæmonum. Non itaque Theodoretus operationem, quam ſonat præceptum, ſed permiſſionem intelligit ſub menſura nuper explicata.

13. *Iſaiæ 6.* *S.Thomas.* Probatur quartò, nam & præceptum ſonat illud Iſaiæ 6. *Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere.* Vbi tamen S.Thomas: *Audite,* inquit, *auribus exterioribus audientes Chriſtum, vel alium prædicantem. Et nolite intelligere, quaſi dicat, quia non vultis, non intelligitis: permiſſiuum eſt, & quantum ad viſum, qui ſeruit inuentioni: & videte viſionem: Chriſtum corporaliter, vel magnalia Dei. Et nolite cognoſcere. Permiſſiuum eſt, & non imperatiuum, infra Iſaiæ 42. Quis cæcus, niſi ſeruus meus?*

14. Confirmatur, nam & Hieronymus in eundem locum agnoſcit, iſtius quaſi præcepti quæſtionem eſſe communem cum cæteris ſcripturæ locis, in quibus excæcatione aliiſque peccatis puniri dicuntur peccata: ideóque ſolutionem remittit ad ea, quæ dixerat alibi, cuiuſmodi ſunt, quæ retulimus diſp. 28. ſect. 3. num. 19.

15. *Ioan. 13.* *Leo.* Probatur quintò, ſimili namque ſenſu Ioan. 13. Iudæ Chriſtus D. dixit: *Quod facis, fac citius.* Nam, vt inquit Leo ſermone 7. de Paſſione cap. 2. poſt med. *Cum totum Iudam diabolus occuparet, & quem malignis occupationibus obligarat, iam ipſo impietatis opere poſſideret. Corpore enim tantum cum cœnantibus recumbebat, mente autem ſacerdotum inuidiam teſtium falſitatem, & furorem imperitæ plebis armabat. Denique videns Dominus cui flagitio Iudas eſſet intentus: Quod facis, inquit, fac citius. Vox hæc non iubentis eſt, ſed ſinentis; nec trepidi, ſed parati, qui habens omnium temporum poteſtatem, oſtendit, ſe moram non facere traditori, & ſic ad redemptionem mundi paternam exequi voluntatem, vt facinus, quod à perſequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret.* Peculiarem igitur Emphaſim habet hoc præceptum ad denotandam conſtantiam, & promptitudinem animi, qua ſe offerebat ad necem, vltra ea quæ generaliter de cæteris præceptis notauimus num. 3. & 4.

16. Rurſus cum exequendi ſupplicij commiſſio iuſſionem continere videatur, eiſdem regulis intelligendum eſt, id. quo Leo ſerm. 16. de Paſſione cap. 4. fine in Iudam inuehitur: *Et meritò tibi tua pœna commiſſa eſt, quia in ſupplicium tuum nemo te ſæuior potuit inueniri.*

17. *Ioannis 2.* *S.Thomas.* Probatur 6. nam Ioan. 2. *Reſpondit Ieſus & dixit eis: Soluite templum hoc.* Vbi S. Thomas lect. 3. inter princip. & med. *Non dicit: Soluetur, ne intelligas, eam ſe ipſam occidiſſe, ſed dicit: Soluite: quod non eſt imperantis, ſed prænuntiantis, & permittentis: prænuntiantis quidem, vt ſit ſenſus ſoluite templum hoc, id eſt, ſoluetis: Permittentis verò, vt ſit ſenſus ſoluite templum hoc, id eſt, facite de corpore meo, quod vultis: illud vobis expono, ſicut dicit Iudæ infra cap. 13. Quod facis, fac citius: non quidem imperans ei, ſed eum eius arbitrio derelinquens.* Similiter exponit q. 3. de malo art. 1. ad 17. Quod ſi materialem actionem ſoluendi templum, & tradendi præceptorem, S. Thomas exiſtimaret à Deo præcipi, vel prædeterminari; non erat opus in hoc, præcedentibus, & ſequentibus locis ad meram permiſſionem confugere.

18. *Matth. 23.* Probatur ſeptimò Matth. 23. *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.* Vbi Chryſoſtomus, Theophyl. & Euthym. non præceptum, ſed præſcientiam & prædeſtinationem intelligunt, & S.Thomas in comment. *Non eſt,* inquit, *imperatiuum, ſed nuntiatiuum. Implete, id eſt, implebitis, quaſi vt homo loqueretur, id eſt, interfietetis me Ioan. 13. Quod facis, fac citius, vel poteſt eſſe permiſſiuum id eſt, non impediemini per me, id eſt, aliquando voluiſtis, ſed non permiſi, de cætere non impediam; ideo implete &c.* Nota poſtrema verba, quæ clariùs denotant, ab omnipotentia redemptoris præſcriptum eſſe tempus tanto flagitio. *S.Thomas.*

19. *Matth. 8.* *Dæmonum voluntas ad nocendũ paratiſſima.* Probatur 8. Matth. 8. Nam dæmonum legio Chriſtum D. ita precabatur: *Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* Obſerua voluntatem eorum ad nocendum paratiſſimãm, quãtum ex ſe erat, non ſolùm temporali iactura porcorum, ſed etiam deſiderio abſentiæ Chriſti D. vnde tota ciuitas rogabat eum, vt tranſiret à finibus eorum. Horum ergo voluntati, ad malum propenſæ, quaſi præcipiens: *Ait illis: Ite.* In quo verbo non vere miſſionem, & præceptum; ſed permiſſionem tantùm contineri, magis explicuit Lucas cap. 8. poſt med. dicens: *Et rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi: & permiſit illis.* Similitérque Marcus cap. 5. ait: *Conceſſit eis ſtatim Ieſus.* Rectè igitur Patres Matth. 8. citato in verbo: *Mitte, & Ite,* non præceptum, ſed meram permiſſionem intelligunt. *Lucæ 8.* *Marci 5.* *Patres non præceptũ ſed permiſſionem intelligunt.*

20. *Auguſtinus à ſacro ſermone nõ diſſidet.* Vnde conſtat nonò, à Sacro ſermone minimè diſſidere Auguſtinum lib. 83. quæſt. q. 53. poſt med. quando Hebræis, pro illorum cupiditate permiſſum eſſe, putat potius, quam præceptum, vt peterent vaſa aurea; & argentea, quaſi redditurí, cum tamen exod. 11. *Dices,* inquit, *omni plebi, vt poſtulet &c.* & cap. 12. *Feceruntque filij Iſrael, ſicut præceperat Moyſes, & petierunt.* *Exodi 11 & 12.*

21. *Apocalip. 22.* *Zachariæ 11.* His decimò conſonat ille modus imperandi Apocal. vltimo. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Et Zachar. 11. Et dixi: *Non paſcam vos, quod moritur, moriatur: & quod occiditur, occidatur; & reliqui deuorent vnuſquiſque carnem proximi ſui.* Non aliter ergo Deus talia peccata imperat, niſi quatenus ea permittit, ſubtrahendo paſtoralem, ac ſpecialem prouidentiam.

22. *Permiſſio per modum præcepti ſignificari potuit.* Probatur vndecimò à ſimili, quia permiſſio, per quam formaliter excluditur præceptum executiuum contrariæ actionis, ſignificari potuit per modum præcepti; quemadmodum illa etiam permiſſio, per quam formaliter excluditur præceptum, obligans ad contrarium actionem, ſignificatur per modum præcepti: vt Geneſ. 2. *Ex omni ligno paradiſi comede.* Hoc eſt, permitto, vt comedas, præter lignum ſcientiæ boni & mali. Alioqui licet Adamus de plurimis lignis non comederet, nullum violaret præceptum. Et Leuit. 23. *Sex diebus facietis opus.* Hoc eſt, licebit: & Leuit. 11. *Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis.* Id eſt, à quibus abſtinere non debetis, quoniam *veſci licitum eſt,* vt infra dicitur. *Geneſ. 2.* *Leuit. 23. & 11.*

23. *Imperatiui modus figuratè ſignificat nonnunquam improbrantis affectum.* Imperatiui modum figuratè ſignificare nonnunquam exprobrantis affectum, & à vitiis deterrentis, conſtat Iudic. 10. *Ite, & inuocate Deos, quos elegiſtis, ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ. Dixeruntque filij Iſrael ad Dominum: Peccauimus &c.* Et 4. Reg. 3. Eliſeus ad Regem Iſrael: *Quid mihi & tibi eſt?* inquit, *vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ.* Iob 6. *Subuertere nitimini amicum veſtrum: veruntamen quod cœpiſtis explete.* 4. Reg. 8. *Vade dic ei; Sanaberis: porro, oſtendit mihi* *Iudic. 10.* *4 Reg. 3.* *Iob 6.* *4 Reg. 8.*

mihi Dominus, quia morte morietur. Exprobrabat nimirum Propheta inſidioſum & fraudulentum proditoris ingenium, quod ſequenti contextu manifeſtatur.

SECTIO IV.

Ob eandem rationem præſcribendi menſuram & circunſtantias dicitur Deus obdurare, & facere, quæ non niſi peccando, fiunt à voluntate creata.

1. INſiſtimus adhuc in quinto modo diuinam potentiam exercendi, quem præcedenti ſect. cœpimus comprobare, Induxit enim Spiritus ſanctus locutiones, quæ circa peccata ſonant actionem Dei, vt inter alia ſignificetur potentia, quæ voluntatem, quam ad malum propenſam eſſe videt, mirabiliter torquet, regit, ordinat, huc & illuc conuertit, fruſtrat effecta, deludit conatus, & quandoque etiam, quem turpiter optat, quaſi fælicem euentum peccati, concedit, & promouet: nec permittit, niſi talia peccata, ſub tali menſura, vbi, quando, quomodo, ab iis perſonis, contra illas perſonas, eum talibus circunſtantiis perpetrari; vt miniſtrent diuinæ prouidentiæ aptiſſimam materiam, circa quam oſtendat ſuam miſericordiam, vel iuſtitiam, potẽtiam, ſapientiam, & omnia ita temperet: vt omnes impij vel inuiti, vel ignorantes, vel aliquando etiam volentes miniſtri ſint, & inſtrumenta diuinæ prouidentiæ ad electorum vtilitatẽ & gloriam.

2. *Actor. 4.* Probatur imprimis exemplo ſupremo talis prouidentiæ, de quo Petrus Actor. 4. *Conuenerunt enim Herodes & Pilatus cum gentibus & populis Iſrael facere, quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.* *Chryſoſtom. Auguſtinus.* Vbi Chryſoſtomus ait: *Hic mihi manum dicere videtur potentiam.* Rurſus Auguſtinus in lib. de prædeſt. ſanct. cap. 16. poſt med. ita legit: *Facere quanta.* Vbi vox illa, *Quanta*, poteſt eſſe commentarius, explicans alteram vocem *quæ*; & ait Auguſtinus: *Tanta quippe ab inimicis Iudæis manus Dei, & conſilium prædeſtinauit fieri, quanta neceſſaria fuerant Euangelio propter nos.* Vbi *Prædeſtinatio cadit ſupra menſuram, non ſupra opera.* prædeſtinatio cadit ſupra menſuram, & ordinem, non ſupra ipſa opera, etiam pro materiali accepta, vt clariùs conſtat ex ſuperioribus verbis eiuſdem capitis, & ex his, quæ retulimus diſp. 35. ſect. 1. propterea ſubdit: *Eſt ergo in malorum poteſtate peccare: vt autem peccando hoc, vel hoc illa malitia faciant, non eſt in eorum poteſtate, ſed Dei.* De quo ſect. 6. num. 6.

3. *Proſper.* Hanc Auguſtini ſententiam defendit Proſper ad excerpta Genuenſ. dub. 7. cuius hæc ſunt verba poſtrema: *Diuiſit itaque Deus inter lucem ac tenebras: neque ideo inculpabiles ſunt tenebræ, quia eis bene vtitur Deus, qui etiam de opere ipſorum, quod filiis lucis in bonum procederet, ordinauit: tantum progredi ſinens malitiam, nocere cupientium, quantum eam ſanctis ſuis vel caſtigandis, nouit, vtilem, vel probandis; vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur niſi voluntas Dei.*

Ponderanda tria. Pondera primò *tantum*, & *quantum*, quæ omnia menſuram à Deo præſcriptam eſſe ſignificant; ſecundò non facit Deus progredi malitiam, ſed ſinit; tertiò opera mala etiam ſi accipiantur, in quantum materialia opera, non ſunt opera lucis & Dei, tanquam determinantis ad illa, ſed tenebrarum & impiorum.

4. *Artificis ſimilitudo.* Secundò probari poteſt, ſimilitudine ducta ab artifice, qui fluminis curſum, obiectis crepidinibus coercet: ac certa menſura latitudinis, altitudinis, & librati ponderis aquæ viam aperit, rotam præparat; etiamſi nullo modo concurrat ad impellendam, & mouendam aquam: qui licet non vellet motum aquæ, ſed ſolùm vellet motum rotæ, cauſatum aquæ motu, quem permittere vult, diceretur aquam adducere hac via, & aqua vti, tanquam inſtrumento ad mouendam rotam.

5. *Prouerb. 21.* Propterea ſapiens Prouerb. 21. *Sicut diuiſiones*, inquit, *aquarum, ita cor Regis in manu Domini.* Hoc eſt, vt facile eſt agricolæ ab editiori ſolo erumpentem aquam, per decliue ducere quocunque voluerit, aperiendo viam, vel obſtruendo; multò faciliùs eſt Deo flectere corda Regum, quamuis potentium, & ſuperborum, nimirum exteriùs, interiùſque proponendo impedimenta eorum, quæ Deus efficaciter vult non fieri; ſed non eorum, quæ vult facere, aut permittere, ad eum finem ſubminiſtrando bona quæcunque requiſita, vt ſuperbi quod voluerint poſſint. Idcirco propter Nabuchodonoſor præcipuè dicitur Hierem. 10. ad fin. *Hierem. 10.* *Scio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos.* Quaſi diceret: *Quod à Babylonis ſuſtinemus, non eſt eorum fortitudinis, ſed noſtri meriti, & indignationis tuæ*: vt exponit ibi Hieronimus, nec diſſimiliter Theodoretus.

6. Recte propterea Nazianzenus orat. 1. in Iulianum (quæ ſecundum recentiores editiones eſt 3. & incipit: *Audite hæc omnes gentes*) propius ad med. quam ad princ. dum narrat horrenda facinora, quibus Iulianus peruenit ad culmen imperij, Chriſtianos vexarurus, ſubdit: *Naziam.* *Deum ſua, & quo, & qua vult, ratione ducere; procul dubio autem ad id, quod melius eſt, & ad medicinam: vt cumque ij, qui curantur, indignè ferant.* Et Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 8. fine; *Auguſtinus.* *Deum*, inquit, *ad vſus ſuos contorquere profunda torrentis, & fluxum ſeculorum ordinare, vt etiam de vnius animæ inſania, ſanet alteram.*

7. *Deus inſigne diuinæ prouidentiæ exemplar præbuit. Obſeruantur tria. Exodi 14.* Exemplar Deus præbuit iſtius prouidentiæ in modo tranſmittendi filios Iſrael, & Ægyptios in mari ſuffocandi Exod. 14. à medio, quem referre non erit opus; ſed tantùm obſeruare tria, quæ ad rem pertinent. Primò enim prædicit Dominus verſ. 17. *Ego indurabo cor Ægyptiorum, vt perſequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius.* Secundò huius obdurationis executio continuit ex parte Dei menſuram temporis, quo medium ſicci maris apertum ingreſſum præbuit Ægyptiis non minus, quam Iſraelitis, inſuper ſubtractionem conſiderationis & prudentiæ ad timendum Deum authorem tanti miraculi, imò & aduertendum, eſſe miraculum, vt notatur Sap. 14. ſtatim citando. Tertiò, hanc menſuram ſignificari à verſu 24. *Iámque aduenerat vigilia matutina, &c.* Et infra. *Dixerunt ergo Ægyptij fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos; & ait Dominus ad Moyſen extende manum tuam ſuper mare, & reuertantur aquæ.* &c. Obſeruandum eſt itaque, non amplius inimicis fuiſſe permiſſum filiorum Dei exercitum perſequi, niſi quantum opus erat vt Iſraelitæ libenter mare tranſmitterent, vt iam ex altera parte conſtituti difficiliorem haberent reditum in

Ægyptum

Ægyptum cuius vehementi deſiderio, vſque ad coolenſum frequenter tentabantur: ſic Deus menſuram circunſtantiáſque præſcribit.

Sapient. 12. Modum verò quo Deus viam aperuit Ægyptiorum propenſioni, notauit Sap. cap. 12. cum ait: *Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientia: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur: ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas: & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebat, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio & populus quidem tuus mirabiliter tranſiret.* *Sic habet.* Potuit ergo Deus modo ſupradicto præcedentium miraculorum commemorationem ſubtrahere, ne cohiberet eorum præcipitem in mare, velut fluuiorum decurſum.

8\. *Hugo victor.* Bene proinde Hugo Vict. lib. 1. de ſacram. fidei part. 5. cap. 29. à medio: *Poteſt,* inquit, *voluntas mala in ſe corrumpi, & reſolui per proprium vitium, quod ei aliunde non datur: ſed non poteſt per velle extra ſe præcipitari, niſi qua ei via aperitur. Et qui præcipitis, qua vult, ad ruinam viam aperit, quodammodo ipſam inclinat non impellendo, ſed permittendo, & non tenendo; nec author illi eſt ruendi, ſed incedendi ordinator.* Hoc, ſcilicet, modo ſignificat quod prius dixerat & poſtea magis explicat, inuiſibili operatione Deum excitare malas voluntates ad volendum, temperare, inclinare, & dirigere ad perficiendum. Quam ſententiam Hugonis, aliáſque ſimiles ſequitur Vincentius Beluacenſis in ſpeculo naturali, videlicet, tom. 1. lib. 29. cap. 68.

9\. *Canis ſimilitudo.* Tertiò probatur ſimilitudine canis. Nam ſi domum perfodiente fure, canem ferocem, ardentem ira, totóque niſu corporis incumbentem ad rumpenda vincula, ſolueret paterfamilias, quamuis canem vocibus non acueret, neque nutibus; adhuc communi loquendi modo, diceretur canem miſiſſe, vt furem inuaderet. Sic ergo rectè ſecundum figuratum loquendi modum Deus dicitur ad nocendum mittere dæmones, aut tyrannos, quoniam illi propter ſuam malitiam toto animi conatu incumbunt ad inueniendam viam & facultatem nocendi, quapropter non indigent diuina prædeterminatione acuente & excitante, ſed data diuina permiſſione, non minus ſeruiunt diuinæ prouidentiæ, quam ſi ad hoc ipſum diuino imperio deſtinati fuiſſent. *Secūdum figuratū modum loquēdi Deus mittere dæmones ad nocēdum dicitur.*

10\. Sapienter propterea monuit Auguſtinus lib. 83. quæſt. q. 53. poſt med. quando pro meritis aliquis peccator decipiendus eſt, huius pœnæ executionem non demandari, niſi dæmoni aut homini: qui ſibi vltro tales partes imponi poſtulet, neque nocentem percuti, niſi per carnificem, qui ſua crudelitate & cupiditate poſſet etiam innocentem percutere, & confirmatur exemplo: *Auguſtinus.* *Dignus eſt fur morſu laniari; id tamen homo non per ſe ipſum agit, aut per filium aut per domeſticum, aut etiam per famulum ſuum, ſed per carnificem beſtiam, quam beſtiam talia pro natura ſua gradibus docet ferre.*

11\. *Confirmatio, & explicatio præcedentiū. 2. Reg. 12.* Quarta probatio ſit veluti confirmatio, & explicatio præcedentium, Deus namque Dauidi per Nathan Prophetam opponit 2. Reg. 12. *Et interfeciſti Vriam gladio filiorum Amon.* Cum ex præcedenti cap. 11. conſtet, non aliter occidiſſe, niſi præcipiendo, vt conſtitueretur in eo loco, qui ſolet à ſtrenuis militibus, quaſi honorificentiſſimus experiri. Sic enim ſcripſit Dauid: *Ponite Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſſimum eſt prælium, & derelinquite eum, vt percuſſus intereat.* Ergo cõſtituere hominem quibus circũſtantiis, in fortiſſimum eſt prælium tẽtationum, ac deſtitutum ſpeciali protectione derelinquere, hoc ipſum per figuratas locutiones rectè ſignificatur per vocabula, quę videntur exprimere actionem directam qualia ſunt *interficere, declinare, decipere, indurare* & ſimilia. Confirmatur, quia neque Dauid iuſſit *Cõfirmatur* Amonitis, vt Vriam occiderent, neque furorem illorum contra Dei populum concitauit: ſed cum illi ſponte raperentur ad cædem filiorum Iſrael, eorum impetu Dauid vti voluit ad mortem Vriæ.

At inquis, non valere argumentum, quoniam 12. *Obiectio.* Dauid verè intendebat necem innocentis Vriæ, quem tenebatur potius ſaluum, & incolumen ſeruare: ideóque rectè imputatur ei homicidium: At verò Deus non intendit lapſum, & culpam *Reſponſio.* hominis, nec tenetur ab illa præſeruare. Reſpõdeo. Fateor, hęc eſſe diſcrimina. Cęterum quamuis Vrias fuiſſet reus alicuius facinoris, quo meruiſſet in fortiſſimo prælio deſtitui ſuorum auxilio; inſuper quamuis Dauid non intenderet Vriæ necem, ſed hanc ſolam pœnam deſtitutionis in periculo; adhuc dici potuiſſet Dauid, eum interfeciſſe gladio filiorum Amon: ſed tunc ei non imputaretur ad culpam, vt magis conſtabit probatione ſequenti.

Quinta probatio. Nec enim Deo fuit opus 13. materialem actionem producere, vel augere, per quã Sathanas Iobo nocere cupiebat. Satis quippe fuit, facultatem petenti concedere ſub certa forma, menſura, & circunſtantiis, quæ notantur illis verbis: *Ecce vniuerſa, quæ habet, in manu tua* *Iob 1.* *ſunt, tantùm in eum ne extendas manum tuam.* Poſtquam verò Dei athleta exercitatione robuſtior euaſit, paulò amplius eiuſdem canis catenam laxauit: adhuc tamen ſub alia menſura, dicens: *Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam il-* *Iob 2.* *lius ſerua.* Quod ad rem præſentem ponderat *Gregorius.* optimè Gregorius lib. 2. moral. cap. 7. alias 11. & lib. 3. cap. 3. Quibus ſimilia ſcribit Origenes lib. 3. Periarch. cap. 2. ad finem & Tertullianus prope init. libri de fuga in perſecutione, alioqui hæretici.

Conſonat Auguſtinus lib. adnotationum in 14. *Auguſtinus.* Iob ſub init. Sed multò magis aliis in locis, quæ retulimus ſupra diſp. 36. ſect. 8. num. 4. & 5. Inſuper ex Gregorio retulimus ibidem num. 6. Item quod ex Cypriano de orat. Dominica retulimus ſupra diſp. 28. ſect. 3. num. 12. Confirmat Iſidorus lib. 3. ſent. cap. 5. prope init. dicens: *Non amplius tentat electos diabolus, quam Dei vo-* *Iſidorus.* *luntas permittit: tentando autem ſanctorum profectibus ſeruit, & ſi nolens.* Et poſt pauca: *Tentationes, quas ille ad interitum mouet, ſpiritus ſanctus ad exercitium virtutum ſalubri vtilitate conuertit.* Et iterum. *Inſidiæ diaboli, quamuis huc, atque illuc diffundantur, à poteſtate tamen diuina non egrediuntur, ne tantùm noceant, quantum malitioſè contendunt.*

Præcedentium probationum generalis confir- 15. *Generalis confirmatio.* matio eſt, quoniam Scriptura ſacra perſæpe, dum narrat, prædicit, aut comminatur peccatoribus ſupplicia, metaphoris ſolet vti beſtiarum, quæ innata propenſione feruntur ad nocendum; ita vt opus non ſit illis acuere rabiem & crudelitatem, ſed ſatis ſit concedere facultatem, aperire viam, & miniſtrare materiam. Huiuſmodi ſunt

leones,

leones, lopi, dracones, ſerpentes, locuſtæ, & cætera eiuſmodi. Quibus ſignificantur dæmones, aut tyranni, qui propria ſibi atque libera immanitate expetunt de hominibus pœnas atrociſſimas, ita vt opus non ſit acuere rabiem, ſed tantum laxare permiſſionis habenas, & miniſtrare materiam: quin potius opus ſit menſuram præſcribere, vt non quaſi iudices & arbitri conſtituendæ pœnæ, ſed tanquam ſatellites, lictores & carnifices agant id tantum, quod lege atque edicto diuinæ iuſtitiæ fuerit conſtitutum.

16. *Exemplum medici.* Explicari etiam poteſt exemplo medici, qui Sanguiſugæ nec imprimit, nec acuit ſitim humani ſanguinis; ſed ea ſiti, quam per artem, experientiámque cognoſcit eſſe natiuam huic beſtiolæ, vtitur ad ſanguinis ſuperflui minutionem. Sic Deus auaris & truculentis vtitur, non immittens auaritiam, & crudelitatem. Sic diaboli membra electis ſeruire, notat Anſelmus in Eucidario prope medium: *Cum eis temporalia, quæ plus iuſto diligunt, auferunt, & eis, ne carnalia deſideria implere præualeant, obſiſtunt.* *Anſelmus.*

17. Ad menſuram temporis obdurationi præſcribendam pertinet, quod notauit Origenes lib. 3. Periarchon cap. 1. in medio, rationem reddens, propter quam Deus quorundam hominum peccata diutiùs tolerat, poſtea ſanitatem allaturus: *Origenes.* *Nam & fortaſſis expedit tardius conſequi ſalutem iis, qui veneno malitiæ profundioris infecti ſunt. Sicut enim medici interdum, cum poſſint celerius obducere vulnerũ cicatrices, præſentẽ diſſimulant, & differunt ſanitatẽ, melioris ſanitatis, firmioriſq; proſpectu.* Et cætera, quibus copioſé & eleganter explicat, quæ Catholicæ doctrinæ conſentiunt; quamuis in eodem capite nonnullos errores interſerat.

SECTIO V.

Vtrùm ad materialem actionem leuioris peccati Deus determinare aut inclinare poßit voluntatem, ex ſe propenſam ad grauius peccatum.

1. PErtinet hæc quæſtio ad reſecandam ampliationem nimiam, quæ doctrinæ proximis ſectionibus traditæ poſſet obrepere, & aditum aperire phyſicæ prædeterminationi vel inclinationi ad materialem actionem peccati. Quod punctum attigimus ſupra diſp. 26. ſect. 5. verſus finem, & diſp. 40. ſect. 2. num. 14. *Sententia aliquorum.* Huius enim ætatis authores aliqui ſapientiſſimi affirmant expreſsè, Deum poſſe non ſolùm permittere, ſed etiam excitare, ac poſitiuè inclinare, & intendere, vt creata voluntas, quæ iam ex ſe praua eſt, atque ad malum determinata, ſe exerceat in hoc obiecto minus malo potius, quàm in alio grauioris culpæ, aduerſus hanc perſonam potiùs, quàm aduerſus aliam, hoc nocendi modo potiùs, quàm alio; dummodo non applicet vel inclinet ad maius malum, ſed ad minus, vel ſaltem æquale malum.

2. *Suam ſententiam temperant primò.* Veruntamen iꝫ doctores ita temperant, primò, vt diuinam bonitatem non deceat, quod per ſe faciat in homine prauos actus, vel affectus; ſed prædicta excitatio & inclinatio fiat per alicuius obiecti repræſentationem: & hoc etiam regulariter non fiat à Deo immediatè, ſed per malos Angelos. *Secundò.* Secundò, vt hoc ipſum non tam ſit illis malum præcipere, quam minus malum præſcribere. Sed quoniam huius ſententiæ fundamenta plus aliquid videntur intendere, quàm eius patiatur veritas, operæpretium erit ea referre, & omnes ſinus quæſtionis excutere.

Primum igitur argumentum accipiunt ex Auguſtino de grat. & lib. arb. cap. 20. dicente: *Voluntatem proprio vitio malam in hoc peccatum iuſto ſuo iudicio inclinauit.* Atque hoc modo ex ſententia Auguſtini referunt, cum dæmon paratiſſimus ſit ad tentandos & affligendos homines, Deum inclinare dæmonem; vt hunc potiùs, quàm illum hominem affligat: eodémque modo à Deo inclinatum fuiſſe Semei ad maledicendum Dauidi. Confirmant ex authoritate Hugonis Victorini lib. 1. de Sacramentis p. 5. capite 29. 3. *Auguſtinus.* *Confirmant.*

Secundò probant exemplo fratrum Ioſephi, quem iam decreuerant interficere, ſed Ruben perſuaſit, vt non effunderent eius ſanguinem, ſed viuum in ciſternam mitterent. Poſtea verò tranſeuntibus Madianitis Iudas fratres induxit vt eum venderent potius, quam ibi ſinerent interire. Hæc igitur inclinatio illarum voluntatum in tale obiectum potuit eſſe ex ſpeciali Dei prouidentia, & excitatione. 4.

Tertiò ſubiungunt exemplum S. Iobi, in cuius perſonam dæmoni Deus conceſſit facultatem limitatam ac definitam. 5.

Quartò probant à ſimili, quoniam conſulere licet minus malum ad vitandum maius. Et confirmant, quia voluntatem iam ex ſuo libero decretó malam inclinare in hoc, vel in illud obiectum, non eſt per ſe malum, imo poteſt eſſe honeſtum, ſi ad minus malum inclinetur. 6. *Confirmant.*

Quintò addunt, ſatis eſſe, ſi malum ſit eiuſdem rationis, & grauitatis, ſolúmque materialiter diuerſum: & explicant exemplo. Si voluntas principis decreuit inferre bellum, & deprædari quidquid poſſit; non eſt malum illam flectere aduerſus hanc gentem potiùs, quàm illam, etiamſi in eo non cernatur minus malum: ſatis enim eſt, quod non cernatur maius malum. 7.

Sextò videtur hæc ſententia tacitè fulciri exemplo de indiuiduatione cuiuſque actus peccati, quam multi Doctores exiſtimant, non poſſe determinari, niſi à prima cauſa: & tamen inde nullam contrahit turpitudinem actio diuina, eo quod ſit æqualitas inter omnes indiuiduationes, & quod determinet ad hanc indiuiduationem, non auget malitiam. Similiter ergo, ſi furaturus eſt iſte ab vno tantum homine, quos inuenerit nummos apud eum; quod furetur ab hoc homine potius, quàm ab illo, non auget rationem malitiæ, ſuppoſito, quod fur nullum malitiæ diſcrimen agnoſcit in furto vnius vel alterius pecuniæ. 8. *Fulcitur exemplo.*

Nihilominus ſit prima concluſio. Repugnat diuinæ bonitati poſitiuè inclinare, aut excitare ad materialem actionem peccati exercendam circa hoc obiectum ex ſe malum, vel circa circunſtantias ex ſe malas, etiam ex ſuppoſitione quod voluntas iam eſſet propenſa ad malum maius, & per hanc inclinationem auocaretur à maiori ad minus malum. Quod ita intellige, vt quoties totum illud materiale obiectum, & talis modus operandi circa tales perſonas, attentis omnibus circunſtantiis, non poteſt hic, & nunc honeſtè exerceri, & ſine peccato, eo ipſo impoſſibile ſit Deum inclinare ad illa, etiam reuo- 9. *Prima concluſio.* *Explicatur.*

cando

cando à maiori malo voluntatem, ex ſe propenſam ad illud.

10. *Rationes concluſionis.* Huius concluſionis rationes ſunt omnes, quæ vniuerſaliter probant, nullum eſſe bonum finem, ratione cuius poſſit eſſe honeſtum inclinare ad volitionem intrinſecè malam: de quo diximus diſp. 27. ſect. 4. & diſp. 33. ſect. 2. de varia proportione ad voluntatem: quas omnes complectimur duplici probatione. *Prima ratio.* Prima eſt, quoniam receſſus eſt bonus quidã finis, qui non aufert quidditatiuam malitiam à volitione mala. Verbi gratia, auocare ab adulterio, ſacrilegio, & ſtupro finis bonus eſt: nihilominus malitia remanet intrinſeca volitioni committẽdi ſimplicẽ fornicationem. *Confirmatio prima.* Confirmatur primò quoniã altiores alios, & honeſtiores fines poſſet Deus intendere inclinando, & excitando ad materialem actionem mendacij. Et tamen illi non habent virtutem excuſandi à turpitudine & inordinatione, quæ illi actioni cõuenit ab intrinſeco. Ergo nec finis euitandi grauiorem culpam habebit eam virtutem excuſandi à turpitudine, quam ab intrinſeco habet materialis volitio fornicandi.

11. Confirmatur ſecundò, quoniam Auguſtinus, tam in libro de mendacio, quam in libro contra mendacium toto fere vtroq; libro notauit, parẽ omnino eſſe rationem, ſiue dicas mẽdaciũ, vt euites grauiſſima quædã imminentia peccata, ſiue vt obtineas eminentia quædã bona, quoniã euitatio mali eſt quoddam bonum; ac proinde neutrum finem ſatis eſſe, vt à malitia excuſet mendacium, vel aliã actionem ab intrinſeco malam.

12. Secunda probatio eſt, omnia quippe inconuenientia, quæ generaliter ſequuntur, ex eo quod Deus excitet, & inclinet ad materialem actionem peccati, ex eo capite proficiſcuntur, quoniam Dei concurſus, & operatio qualibet excitans, & inclinans ad materialem actionem peccati, eo ipſo eſt per ſe & immediatè deſtinatus, vt faciat talem actionem exiſtere in rerum natura. Quæ deſtinatio, & procuratio diuinæ ſapientiæ atque bonitati repugnat, vt oſtendimus ſupra diſp. 36. ſect. 5. & ſequentibus.

13. *Triplex modus inclinãdi voluntatem ad minus malum. Primus.* Vt vis harum rationum clariùs conſtet, diſtingue triplicem modum, quo fingere poſſumus à Deo inclinari creatam voluntatem ad hoc obiectum minus malum, vel ad hanc perſonam, vel ad hunc modum operandi, vt auocet à maiori malo. Primus modus erit, inclinando, vt eliciat nouam volitionem minus malam eadem voluntas, quæ prius tempore habebat aliam volitionem magis malam. Veluti inclinando, vt eliciat volitionem ſimplicis fornicationis ille homo, qui prius volebat adulterium. In quo caſu, quamuis bonus ſit finis reuocandi hominem à priori volitione adulterij; nihilominus adhuc ſequens volitio fornicandi manet intrinſecè mala, ideóq; ad illam inclinare nullo fine bono poteſt reddi honeſtũ & dignũ diuina volũtate. Atq; idem à fortiori conuincet, ſi volitio præcedens nõ amplectebatur determinatè adulteriũ, vel fornicationẽ, ſed ſolummodo copulam illicitam, abſtrahẽdo à ſpeciebus illis, tunc enim inclinare ad ſequentem volitionem fornicationis ſimplicis adhuc eſt intrinſecè malum.

14. *Volitionis materialis extenſio.* Secundus modus erit inclinando, vt manente eadem volitione, quæ prius erat, illi ſubtrahatur materialis extenſio ad vnum obiectum magis malum, & adiungatur materialis extenſio ad aliud obiectum minus malum; veluti ſi manẽte eadem volitione furandi, quæ prius erat, ſubtrahatur materialis extenſio illius per quam fur volebat exhaurire ſubſtantiã Franciſci pauperis, & adiungatur materialis extenſio, qua velit ſolummodo quantitatem mediocrẽ ſurripere à Petro diuite. Atque hic etiam modus repugnat diuinæ bonitati, quia poſterior extenſio materialis, quãuis ſit minus mala, quàm prior, & quamuis ab illa reuocet, adhuc eſt intrinſecè mala. Ideo perſeuerat in ea communis ratio, auertens diuinam voluntatem ab eius intenſione & cauſalitate.

15. *Impoſſibilis volitionis noua extẽſio volitione inuariata.* Adde inſuper eſſe apud me impoſſibilẽ quãcumq; variationẽ materialis extenſionis, niſi tota volitione variata, ſeu noua alia volitione producta: vnde hic ſecundus modus recurrit ad 1. Sed quoniã de hoc diſputare non eſt loci præſentis, & multi DD. alias quæſt. tractantes, ſupponere videntur, eſſe poſſibile prędictũ genus variationis: ideo cõditionaliter, etiamſi hoc ſit poſſibile, dicimus, non poſſe Deo authore, atq; inclinãte fieri.

16. Tertius modus erit, ſi in eodem inſtanti tẽporis, in quo voluntas ſeipſam determinat ad conſenſum in copulã illicitã, Deus prouidens, fore, vt cõſentiat in adulterium, inclinet, atque flectat volũtatẽ, vt conſentiat in fornicationẽ ſimplicẽ, idq; eo fine vt cõtineat à conſenſu in adulteriũ. Et hoc etiam indignũ eſt diuina bonitate, ſi fiat inclinãdo ad ipſummet cõſenſum in copulã cum hac fœmina ſoluta; nam hoc eſt intrinſecè malũ. At verò ſi Deus ſolũmodo apponat illi cõſenſui modificationem excluſiuam adulterij. & cuiuſque alterius mali ſupra fornicationem ſimplicem, hoc erit intrinſecè bonum, & Deo dignum: vt con. 4. prope init. conſtabit.

17. *C... ... verificantur.* Totam concluſionem primam, & omnes eius modos, aſſero verificari, ſiue Deus inclinet voluntatem noſtram per modum cauſæ moralis conſulendo, & exhortãdo exterius, vel interius, alliciendo præmiis vel terrendo ſuppliciis: ſiue inclinet Deus per effectiuum, realem, & phyſicum concurſum ſpecialem, quem circa bonas actiones ſæpe diximus eſſe poſſibilem.

18. *Secunda concluſio. Phyſica prædeterminatio ad materialem leuioris peccati actionem Deo repugnat.* Vnde à fortiori colligitur ſecunda concluſio. Deo repugnat phyſica prædeterminatio ad materialẽ actionem leuioris peccati etiãſi deſtinetur ad euitandũ grauius peccatũ. Nam præcedẽtis concluſionis duæ probationes tantò fortiùs militãt contra phyſicã prædeterminationẽ, quãto fortior & efficacior excitãdi & inclinãdi modus continetur in illa. Cui adiũgitur tertia probatio, ex repugnantia phyſicæ prædeterminationis cum libertatis indifferentia, quã culpæ quidditas prærequirit. De qua repugnantia dictum eſt ſatis ſupra, præſertim diſp. 31. ſect. 2. & tota diſp. 38. & 39. & tomo præcedenti de ſcientia diſp. 34. & multis ſequentibus.

19. Tertia concluſio. Sæpe Deus non ſolùm permiſſiuè, ſed etiam poſitiuè ex intentione & efficacitate ſui decreti, voluntates impiorum inclinat ad hoc opus potius, quam ad illud, & circa hanc perſonam potius quã circa illam, & ad hũc modũ operandi potius quàm ad illum. Hoc autẽ facere poteſt Deus, quoties totũ illud materiale obiectũ cum perſonis & modo operandi, & conſideratis omnibus circunſtantiis, quæ hic & nũc concurrunt, potuiſſet honeſtè exerceri; ſed ex ſola praua intentione voluntatis, ad malum propenſæ, turpiter exercetur. *Concluſionis exemplum.* Exemplum accipe præſcindendo quaſlibet actiones intellectus, & volũtatis intrinſecè malas, & conſiderando ſolũ-

modo tormenta cætera, ſiue animi, ſiue corporis, quæ dæmon in obſeſſis hominibus cauſare ſolet. Poteſt igitur Deus dæmonem inclinare, aut determinare, vt Saulem potiùs, quàm aliú hominem, hoc genere tormentorum, potius quàm alio vexet: quoniam totú illud potuiſſet honeſtè fieri ex imperio Dei, tanquam iudicis puniẽtis; quamuis certiſſimum ſit, hoc à dæmone non eſſe appetendum, neque exequendum, niſi propter odium, & contumeliam Dei, propter quam exardeſcit aduerſus eius imagines.

20. *Modi quibus Deus permiſsiuè inclinare poteſt ad actionem grauioris, & leuioris peccati.*

Quarta concluſio. Quilibet modus, quo Deus per accidens, & permiſſiuè dicitur inclinare ad malam actioné leuioris peccati, vt auocet à grauiori, poſſibilis eſt etiam, vt inclinare dicatur ad materialem actioné grauioris peccati, per quam reuocetur à leuiori peccato. Solummodo in eo diſcrimen eſt quoniam frequentiùs contingit eo permiſſionis modo inclinare ad actionem leuioris peccati, vt à grauiori recedatur. Hoc enim magis decet bonitatem Dei magiſque congruit eius natiuæ propenſioni.

21. Præcipuum concluſionis membrum probatur diſcurrendo per ſingulos modos, in eo genere poſſibiles.

Primus modus.

Primus ſit. Deus nõ ſolùm permiſſiuè, aut per accidens, ſed etiam per ſe, poſitiuè, atque ex intentione & efficacitate ſuæ voluntatis excitat, & inclinat impiorum voluntates ad poſitiuam, & realé modificationem, limitatiuam malitiæ, per quam excludantur maiora mala; licet per eam præciſè, neque includantur, neque excludantur minora mala.

Deus inclinat impiorum voluntates ad modificationem limitatiuam malitia.

Quemadmodum quando libidinoſus cõſenſum præbet turpibus deſideriis copulæ, ſæpe Deus excitat & inclinat voluntatem, vt ipſimet libidinoſo conſenſui apponatur realis, & intrinſeca limitatio, præſcribens, vt vitetur adulterium, ſtuprum, & ſacrilegium: ſed nihil tale præſcribẽs de ſimplici fornicatione.

22. *Limitatio intrinſecè bona.*

Probatur, quoniam talis limitatio ex ſe eſt intrinſecè bona, quia non eſt tendentia & adhæſio ad obiectum illicitum, ſed ſolùm eſt poſitiua & firma limitatio, ne volũtas progrediatur ad peiora. Quæ licet adhiberi poſſit per diuerſum actũ, totaliter bonum; nihilominus non repugnat, in vnam & ſimplicẽ volitionem cõuenire has duas formalitates, quarum altera ſit conſenſus in fornicationem, altera verò ſit excluſio cuiuſque turpioris copulæ.

23. *Poſitiuè & per ſe ad einſmodi limitationem inclinat.*

Eodem modo Deus non ſolùm permiſſiuè, aut per accidens, ſed etiam per ſe, poſitiuè, atque ex intenſione, & efficacitate ſuæ voluntatis excitat, & inclinat impiorum voluntates ad poſitiuam & realem modificationem limitatiuam malitiæ per quá excludantur minora mala, licet per eam præciſè, neq; includantur, neque excludantur maiora mala. Quemadmodum ſi detractor, & criminator ſub vna, & ſimplici volitione, qua vult detrahendo, & criminando, mentiri, cõprehendat (vt poteſt) deteſtationem adulatorij mendacij. Ad hanc enim formalitaté, vt per intellectũ præſcinditur à detractione, & criminatione, Deus inclinare poteſt, quoniam ex ſe bona eſt, nihilq; mali cõtinens; quamuis ea poſita, ſequatur infallibiliter, vt voluntas ad nocẽdum propenſa, totá ſe debeat effundere in grauiora mendacia.

Confirmatur.

Et confirmatur nam abſolutè minus malum eſt, ſolum peccatum grauius committere, quam ſimul committere grauius, leuiúſque peccatum.

24. *Subtractio generalis concurſus ad materialem actionem grauioris peccati.*

Secundus modus eſſe poterit, ſubtrahere generalem concurſum effectiuum, qui neceſſarius eſt ad materialem actionem grauioris peccati, & eum offerre paratum ad actionem leuioris peccati, quando voluntas cognoſcitur eſſe propenſa ad alterum eorum criminum: ita vt verò, vt ſimul offeratur concurſus ad bonas actiones: vt notauimus ſupra diſp. 40. ſect. 5. Cæterum eodem modo Deus poterit ſubtrahere generalem concurſum effectiuũ, qui neceſſarius eſt ad materialem actionem leuioris peccati. & eum offerre paratum ad actionem grauioris peccati, quando voluntas cognoſcitur eſſe propenſa ad alterũ eorum criminũ, relicta poteſtate, euitandi illud, ſi voluerit, vt diximus: veluti quando Chriſtus Dominus cognoſcebat Iudæorum voluntatem, nimium propenſam ad eum perſequendum, eiúſque diſcipulos, & præcepit: *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire*, potuit perſecutoribus ſubtrahere concurſum ad cogitandas rationes interficiendi, aut comprehendendi diſcipulos, quod erat peccatum leuius; nihilominus offerendo paratum generalem concurſum ad actionem interficiendi Chriſtum; quod erat grauius peccatum.

Tertius modus fieri poteſt per ſubtractionem illuſtrationis & inſpirationis requiſitæ ad euitandum peccatum leuius, dando illam ad euitãdum peccatum grauius: vel è contra dari poteſt illuſtratio & inſpiratio ad euitandum peccatum leuius, negando illam ad euitãdum peccatum grauius; idque ſecũdum demerita præcedentiũ peccatorum, quæ ſunt punienda ſequentibus, vel ſecundum alios fines diuinæ prouidentiæ, prout explicatum eſt diſp. 28. ſect. 3. & 4. 25. *Illuſtrationis, & inſpirationis ſubtractio.*

Ad eundem modum reduci poteſt, afferre quælibet naturalia impedimenta, committendi peccatum leuius, & ſubtrahere naturalia requiſita: quo ſuppoſito, præſciat Deus committendum eſſe peccatum grauius. Quemadmodum, ſi voluntati, ad vindictam propenſiſſimæ denegetur exterior occaſio, vel facultas per fuſtes vel alapam ſibi ſatisfaciendi; de mortifero veneno cogitabit. Item ſi Iulianus aditum ad imperium non ſperabat per leuiora crimina, Deo præcludente illum, propter effrænatam imperandi libidinem, ad grauiora crimina præcipitandus erat infallibiliter. 26. *Ablatio impedimentorum naturalium ad cõmittendum peccatum leuius.*

Quartus modus erit, ſi Deus proponat obiecta ex ſe bona, quibus viſis, infallibile ſit, fore vt voluntas ad malum propenſa occaſionem arripiat exercẽdi ſe in tali obiecto, tali modo. Quod fieri poterit, ſiue grauius, ſiue leuius peccatum ſub eis circunſtantiis committendum fore prævideatur. Idem erit ſi ſuggerantur interius rationes ex ſe bonæ, & conſtantes cogitationes illarum, quibus à cæteris obiectis, & à cæteris modis nocendi, reuocetur voluntas ad nocendum propenſa: vnde præſciatur fore, vt erumpat in illud peccatum, & nocumentum, cui prædictæ rationes, & cogitationes non ita fortiter obſtant, ídque ſiue peccatum illud ſit grauius, ſiue leuius, quam alia, quæ impediuntur. De quo recole dicta in ſect. 1. modo 3. 27.

Quintus modus erit, in materialem ipſam actionem influere aliquam generalem rationem volitionis, abſtrahentem à malitia, vt probatum eſt ſect. 2. Nunc ſolummodo addendum eſt, modum illum eſſe indifferentem, vt adhiberi poſſit à Deo, ſiue præſciatur ab arbitrio creato detorquendus ad grauius, ſiue ad peccatum leuius. 28.

Ad argu

29. *Ad primum reſpondetur.* Ad argumenta, initio propoſita, reſpondetur. Certum eſt, Auguſtinum non admittere, quod Deus, vt cauſa poſitiua, & per ſe, inclinet ad hoc peccatum, vt conſtat, ex diſp. 27. cæteriſque ſequentibus, vſque ad præſentem, vbi nunquam alia ratione admittit, Deum iuſto iudicio inclinare ad hoc peccatum, niſi aliquo ex quinque modis nuper enumeratis. *Ad confirmationem.* Ad confirmationem reſpondetur Hugonis mentem in eo loco ſatis conſtare ex iis, quæ diximus ſect. 4. num. 8.

30. Ad 2. Reſp. Potuit Deus ſpeciali concurſu & prouidentia excitare, & inclinare Ruben, vt procuraret Ioſephum mittere in ciſternam. Inſuper poterat incitare & inclinare Iudam, vt procuraret venditionem ac ſeruitutem Ioſephi. Nam iſtæ omnes actiones poterant fieri honeſtiſſimè, ſi fierent ſolummodo propter finem redimendi atque ſeruandi vitam fratris, impediendique imminens parricidium. Nec in his actibus erat aliquid intrinſecè malum: nec aliter poterant eũ eripere ab vnguibus inuidiæ. At verò reliqui fratres, authores ſceleris & inuidiæ, non poterãt honeſtè vendere Ioſephum, etiam ex ſuppoſitione, quod prius decreuiſſent illum occidere, quia poterant & debebant non ſolum à morte, ſed etiam à ſeruitute, & qualibet alia vexatione ſeruare incolumem. Ea propter diuinæ bonitati repugnabat eos inclinare, vt venderent, vel in ciſternam mitterent: ideóque repugnabat Ruben & Iudam inclinari à Deo, vt eas actiones perſuaderent fratribus, niſi præciſè in quantum hæc perſuaſio deſtinatur ad reuocandum à maiori malo, permittendo minùs malum.

31. *Dæmonibus licentiam cõcedit Deus.* Ad tertium reſpondetur. Dæmõnibus licentiam concedit Deus non poſitiuè inclinando eorum voluntates ad odium, ſed permittendo odium. Et aliunde limitat & modificat negando licentiam ad alia, vt explicatum eſt tota fere ſectione 4.

32. *Quo ſenſu ſit verum licere cõſulere minus malum ad vitãdum maius.* Ad quartum reſpondetur, non diſputando, ſed ſupponendo, quod alibi fuſiùs oſtendimus, licere quidem conſilium limitatiuum malitiæ inclinans formaliter & præciſè ad receſſum à maiori malo, permittendo leuius peccatum, quod eſt formaliter inclinare ad minus, videlicet, vt ſit minus, ad eum modum, quem Deo poſſibilem eſſe diximus conc. 4. ſub init. ſed non licet conſulere leuiorem malitiam, nec materialem actionem, cui neceſſariò connectitur, etiam ob finem vitandi peccatum grauius: vt conſtat ex concluſione prima. Hocmodo declaranda eſt, ſeu limitanda ſententia doctorum exiſtimantium, licitum eſſe conſulere minus malum ad vitandum maius.

33. *Quid animaduertendum ſit.* Solummodo animaduertendum eſt, cuiuſcunque perſonæ, Deum timentis, eam eſſe mentem, virtualiter incluſam in ſignificatione verborũ, vt quamuis verba ſonare videãtur exhortationem, & conſilium ad committendũ peccatum leuius; nihilominus verè non ſignificẽt, niſi exhortationem & concilium recedendi à grauiori peccato cum permiſſione leuioris peccati propter vitandũ maius. Hunc autẽ eſſe verborũ ſensũ ſub his circũſtantiis, à pia quauis perſona prolatorũ, cõſtat, quoniam verba ſuã ſignificationem & vim mutant ſæpe pro circunſtantiis loci & temporis, & perſonarum (vt alias probatum eſt) & pia quæuis perſona virtualiter vult ea verba proferre iuxta ſenſum diuinæ legi, & charitati conſentientem. *Circa praxim nullum impedimentum oritur ex hac ſententia.* Vnde conſtat circa praxim nullum prorſus impedimentum oriri ex hac ſententia; ſiquidem admittit eſſe licitum, ea omnia verba proferre, quæ ſi rebus licitis applicarentur, ſignificarent exhortationem ad illas: ſed quoniam ex charitate applicantur rebus illicitis, non ſignificant exhortationẽ ad illas, ſed merã permiſſionem illarũ cum exhortatione ad recedendũ à deterioribus malis.

34. Ad quintum reſpondetur, caſum illum diſtinguendum eſſe iuxta quatuor concluſiones ſupra poſitas, & dicendum breuiter, malum eſſe poſitiuè inclinare, vt velit hanc gẽtem deprædari etiã tyrannum, qui iam decreuerat deprædari quidquid poſſit. Attamen non permittere, vt deprædetur aliam gentem, permittendo, vt deprædetur hanc gentẽ, & offerre obiecta ex ſe bona, & interiores cogitationes, & inſtinctus ex ſe bonos; quibus poſitis ex tyranni malitia ſequetur, vt hanc gentem deprædetur potius, quàm aliam, hoc non eſt malum, ſed bonum, & Deo dignum.

35. *Prima cauſa non determinat ad numerica differentiam.* Ad ſextum Reſpond. Prima cauſa non determinat alicuius indiuidui numericam differentiam, ſed determinatur à tota collectione cauſarum & omnibus circunſtantiis, præſertim ſubiecti loci & temporis eo modo, quem explicuimus in metaphyſica.

36. Reſpondeo ſecundò. Quamuis Deus ex munere primæ cauſæ determinaret differentiam numericam cuiuſque materialis actus peccati; adhuc inde non valeret conſequentia contra primam concluſionem propter duas rationes. *Prima ratio.* Prima, quoniam illam differentiam numericam determinaret Deus, quaſi coactus per liberam malitiam creatæ voluntatis, quæ ſe liberè determinauit ad talem ſpeciem & tantam intẽſionem, & extenſionem hic & nunc producendam. At verò in prima concluſione loquimur de ſpeciali Dei concurſu, ad quem non compellitur Deus ex munere Primæ cauſæ, ſed quoties illum præbet, ſua ſpõte, & à propria voluntate prouenit illum præbere hic & nũc ad hãc materiã. *Secunda.* Secunda ratio eſt, quia in tota differentia numerica non includitur ratio conſenſus in obiectũ prohibitũ, ſed hæc tota ratio præſupponitur in ratione ſpecifica ſimul cum extenſione & intenſione illius, cui ſolummodo additur hæcceitas, quæ non includit rationẽ ſpecificam, ſicut differentia ſpecifica non includit rationẽ genericam. Hæc ratio ſecunda, niſi vera eſſet, non video quomodo cauſæ vniuerſalis munus poſſet abſque labe & immunditia determinare differentiam numericam odij Dei vel alterius actionis malæ. Sed de hoc plura diſp. 49. ſect. 4.

37. *Ratio diſcriminis.* Atque inde etiam redditur ratio diſcriminis, propter quam Deo repugnet determinare ad rationem ſpecificam peccati, etiamſi voluntas iam fuerit ad genus determinata; videlicet, quoniam quælibet ratio ſpecifica peccati quidditatiuè cõtinet conſenſum in ſpeciem obiecti prohibiti & turpis.

SECTIO VI.

Potentia Dei, quæ contra eius voluntatem antecedentem fiunt, conuertens vt ſeruiant efficaci voluntati, probat non prædeterminari materiales actiones peccatorum.

1. *Sextus modus exercendi potentiam.* HIc poterit numerari, vt 6. modus exercendi potentiam circa peccata punienda, ratione quorũ Deus dicitur excæcare indurare & tradere

deſideriis. Pro cuius explicatione recolendũ eſt ex diſp.27.ſect.3.argum.5.phyſicã prædeterminatiooem materialis actionis peccati probari ab eius anthoribus,quoniam Scriptura ſacra & Patres docẽt, Dei gloriã ex peccatis colligi:quippe quæ cum colligi non poſſit ex formali ratione malitiæ(vt ipſi putant)inferunt per ſe colligi ex materialibus actionibus peccatorum, & ea ratione fuiſſe dignum obiectum diuinæ voluntatis,& dignum effectum diuinæ cauſalitatis.

Quo argumento phyſica prædeterminatio probetur à ſuis anthoribus.

Nihilominus ex eodem dogmate Scripturarum & Patrum accipiuntur argumenta plurima,

2. quæ probant,Deum noo velle, vt homioes faciant materiales actiones peccatorum,neqne authorem eſſe & cauſam,vt homines eas faciant,ſicut explicatum eſt diſp.27.Duo tamen argumẽta ſunt magis vniuerſalia,ptimum,quoniam materialis actio peccati, qua parte realiter contrariatur rationi & diuinæ legi, nullam habet intrinſecam vim & aptitudinem, vt ex illa reſultet Dei gloria, ſed potius vt reſultet Dei offeoſa & ignominia, ſicut neceſſariò & per ſe reſultat ex illa formalis ratio malitiæ. Ergo quod ex illa Deus colligat ſuam gloriam, hoc nullam dignitatem aut perfectionem conciliat materialibus actionibus,propter quam ſint obiectum dignum diuina volitione, & cauſalitate. Confirmatur, quoniam ille fructns diuinæ gloriæ ſolummodo prouenit ex infioita potentia & bonitate Dei contra natiuam & intrinſecam deſtinationem talium operationum.

Plurima argumẽta probantia Deũ nolle materiales peccatorum actiones.

Primum.

Confirmatur

Secundum argumentum eſt, quia non ſolùm ex materiali actione,ſed etiam ex formali ratio-

3. ne malitiæ,Patres ex Sacris literis eliciunt, Deũ colligere ſuam gloriam, & multa bona prædeſtinatorum; ſed inde non poteſt inferri formalẽ rationem malitiæ volitam & cauſatam eſſe à Deo ergo neque poterit inferri, volitam & cauſatam eſſe materialem actionem illius. Maior præterquam apertè ſignificatur nominibus malitiæ, peccatorum; & criminum, ex quibus Patres dicunt,Deum colligere ſuam gloriam, & vtilitatem prædeſtinatorum:ratio Theologica demonſtrat,quoniam inter bona, quæ Deus ex peccatis colligit ad ſuam gloriam,oon ſunt infima pænitentia,cognitio propriæ debilitatis,diffidentia ſui timor & cautio:qui omnes affectus quidditatiuè reſpiciunt formalem rationem malitiæ,refugiendo ab illa, & propter odium malitiæ euitando materialem actionem: Quemadmodum dictum fuit ſupra diſp.18.ſect.2.ſub init.

Ex formali ratione malitia Deus colligit ſuam gloriam.

Ratio Theologica id demonſtrat.

In eadem quoque diſp.18.ſect. 2. & 3.poſita ſunt plurima teſtimonia Patrum,quibus Dei ſa-

4. pientia, bonitas, & omnipotentia landatur ex prædicto modo colligendi bonnm ex malis, vnde ſufficiet vnum aut alterũ modò recolere, cui videatur ineſſe peculiaris quædam vis,vt inſtituto præſenti ſuppeditent argumentã. Sit igitur tertinm argumentum, quia ſi voluntas creata prædeterminaretur à diuina, vt eliceret quamlibet actionem peccati:ſequeretur, ſemper & in qualibet volitione creata, diuinam volnntatem fieri à voluntate creata,ſiue per volũtatem creatam. Conſequens autem eſſe falſum conſtat ex diſcrimine quod Auguſtinus,& alij Patres conſtituunt inter bonas & malas volitiones,quoniã bonæ voluntates,faciunt voluntatẽ Dei,Deùſq; per illas operatur, quod vnlt. At verò malæ volitiones non faciunt voluntatem Dei, neque *per illas*,ſed *de illis* Deus operatur bonum, quod intendit. Et conſequenter Auguſtinus ait,vaſa iræ non prodeſſe,nec eſſe vtilia,ſed Deum illis bene vti.

Tertium argumentum.

Auguſtini, & aliorum Patrum diſcrimen.

Auguſtinus igitur in Enchiridio cap. 107. ſcribit:*Sic ergo factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, &* 5.
ſuo fieri peruerſus arbitrio:vtrumlibet horum elegiſſet,Dei voluntas fieret,aut etiam ab illo,aut certe de illo.Proinde,quia ſuam maluit facere, quam Dei, de illo facta eſt voluntas Dei. Quod ipſum probat lib. de Prædeſtin.Sanctor.cap.16.ante med.illis verbis Roman.11.*Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem autem dilecti propter Patres. Quid eſt ſecundum Euangelium ini-* *Roman. 11.*
mici propter vos,niſi quod eorum inimicitia,qua occiderunt Chriſtum,in Euangelio ſine dubitatione proficit? Et hoc oſtendit,ex diſpoſitione veniſſe,qui bene vti nouit etiam malis,non vt ei proſint vaſa iræ: ſed vt,ipſo eis bene vtente,proſint vaſis miſericordiæ.Eſt ergo in malorum poteſtate peccare,vt autem peccando, hoc, vel hoc, illa malitia faciant, non eſt in eorum poteſtate, ſed Dei diuidentis tenebras, & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur, niſi voluntas Dei. Sic etiam in Pſalm. 110. ad illum verſum
Magna opera Domini.&c.tam Auguſtinus,quam *Pſalm.110.*
Proſper in commentario concludunt aduerſus peccatorem: *Quidquid elegeris, Omnipotenti non deerit. vnde ſuam de te compleat voluntatem.*

Confirmatur,nam vt idem Auguſtinus docet 6. *Auguſtinus.*
libro de Agone Chriſtiano cap. 7.initio, *Omnes diuinæ prouidentiæ ſeruiunt: ſed alij obediunt tanquam filij,& faciunt cum ea quod bonum eſt: alij verò ligantur tanquam ſerui,& fit de illis, quod iuſtum eſt.* Totumque illud, & ſequens caput confirmat eandem ſententiam. Quod ſi diuina prouidentia prædeterminat materiales peccatorum actiones:impij cum ea facerent,quod malum eſt etiam dato quod malitiam facerent per ſe ſoli: nec ad illam actionem tanquam ſerui ligati concurrerent.

Nihilominus aliquoties Auguſtinns alio mo- 7.
do loquitur affirmans,Deum etiam per homines iniquos operari bonum quod vult: vt vidimus in prædicta diſp.18.ſect.2.& 3.& infra diſp. 48. ſect.3.& 4.Cæterum ibi præpoſitionem *per* non accipit in eo rigore proprietatis,quo ſignificatur inſtrumentum à Deo factum, motum & deſtinatum ad finem bonum,quem intendit; ſed eadem propoſitio ſignificat,qnocunq;modo,etiam contra natiuam inclinationem actionis, ex illa bonum colligere. Inſuper ſignificat peculiarem rationem inſtrumenti prauis operationibus extrinſecus additum contra natiuam earum inclinationem. Vt videbimus diſp.48.ſect. 4.

Quomodo intelligendus Auguſtinus alio modo loquens.

SECTIO VII.

Ioſephi conſolatio ad fratres noſtram ſententiam confirmat.

HVius teſtimonij peculiarem ponderatio- 1.
nem oportuit ſubiungere, quoniam non ſolùm adduci ſolet ad probandum peccati materialem actionem efficaci Dei voluntate atque conſilio, cui reſiſti non poſſit, fuiſſe prædefinitam; ſed etiam quoniam duæ quædam rationes dubitandi eidem ſententiæ fauere videbantur, ſubnixæ Ioſephi verbis Geneſeos *Geneſ.45.*
45. *Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur,*

deatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra, miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Et poſt poſt pauca: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.* Et cap. 50. *Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me.*

Geneſ. 50.

2. *Prima ratio dubitandi Ambroſij.* Primam igitur rationem dobitandi Ambroſij verba præbent lib. de Ioſeph. Patriarcha cap. 12. prope med. *Quam pia fraternitas, quam dulcis germanitas, vt etiam parricidale excuſetur admiſſum, dicens, diuinæ illud prouidentiæ fuiſſe, non impietatis humanæ: quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, ſed à Domino miſſus ſit ad vitam.* Vnde

Secunda ratio. ſumitur ſecunda ratio dubitandi quoniam conſolatoria verba Ioſephi diriguntur ad fratres in ſpem veniæ erigendos, quos proprij facinoris immanitas deterrebat, & conſcientia reddebat perturbatos, ac timidos. Ergo diriguntur ad extenuandam eorum culpam, ſed non extenuatur, niſi quatenus diuina voluntate & conſilio factæ ſunt, ſaltem eorum actiones materiales. Hoc ergo ſignificatur illis verbis.

3. *Dico primò.* Reſpondeo, & dico primò. Ioſeph ſuorum fratrum parricidio & traditioni de grauitate culpæ nihil minuit ex eo capite, quod eorum materiales actiones prædeterminatæ fuerint à voluntate diuina, cui reſiſtere non poterant: Hæc enim ratio, vel penitus culpam diluit; ſublata prorſus libertate; vel nihilo leuiorem reddit, cum ea reperiatur in quacunque grauiſſima culpa poſſibili, ſi vel in vna culpa conceditur. Quin potiùs apertè ſugillat eorum malitiam, cum ait: *Vos cogitaſtis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum.* Vbi veritatis & correptionis aſperitatem ſubiunxit blandimento conſolationis: vt optimè notauit Ropertus in Geneſim cap. 42.

Geneſ. 50.

4. *Legitimus verborum ſenſus.* Legitimus ergo ſenſus verborum hic eſt. Tanta eſt omnipotentia diuinæ voluntatis, vſque adeo impoſſibile eſt illi reſiſtere, vt etiam quicunque contra Dei volontatem ad illam impediendam malum cogitant, ſuis ipſis cogitationibus & operibus famulentur. Nam & vos eo fine meditabimini necem prius, deinde perpetuam ſeruitutem & exilium, ne vobis imperarē, quod Deus per mea ſomnia prædixerat; ſed ad imperium ac maieſtatem, veſtram quoque vtilitatem,

Geneſ. 50. cogitationes illas conuertit, *vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos.* Vnde vt Chryſoſtomus hom. 67. in Gene-

Chryſoſtom. ſim, quæ eſt vltima col. penult. *Quæ à fratribus,* inqoit, *facta ſunt, ea maximè ei regnum conciliarunt, omnipotente Dei ſapientia omnia mala in bonum commutante.*

5. *Dico ſecundò.* Inde colligo & dico ſecundò, Ioſephum nihil fauere phyſicæ prædeterminationi, ſed potius cum illa pugnare. Quoniam cogitationes malas retulit ad fratres dicens: *Vos cogitaſtis de me malum,* non Deo authore, neqoe impellente ad cogitationes materiales. Sed conuerſionem malę cogitationis ad bonum, miſſionem in Ægyptum exaltationem in regnum, vt eſſet pater Pharaonis, & ſaluaret multos populos; hæc retulit in Deom, tanquam in authorem, & in eius conſilium & voluntatem, cui neque ipſe Ioſeph, neque eius fratres potuerunt reſiſtere.

6. *Reſpondetur ad vtramq;* Ad vtramque rationem dubitandi reſpondetur, triplicem excuſationem in verbis Ioſephi contineri. Prima culpam extenuat quantum ad

dubitandi rationem. Triplex excuſatio in verbis Ioſephi.

intrinſecam turpitudinem ratione ignorantiæ: quoniam licet ſcirent, ſuum eſſe fratrem, quem occidere tentarūt, & vendiderunt: at ignorabant, à Deo eſſe electum ad ſupremam illius terræ poteſtatem, etiam in ſuos fratres exercendam. Vnde proximè poſt verba, quæ retulimus, ſubdit

Ambroſius. Ambroſius: *Quid aliud habet Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui fratres omnes pietate ſuperauit, in cruce poſiti interceſſio illa pro plebe dicentis: Pater, ignoſce illis non enim ſciunt, quid faciunt?* Hæc autem ratio plurimum extenuebat motiuum iraſcendi aduerſus fratres, qoibus ſubducebat proinde occaſionem timendi. Nam homines iraſcuntur maximè propter excellentiam, quæ paruipenditur iniuſtè, vt cum Philoſopho lib. 2. Rethor. c. 9. docet S. Thomas 1.2. q. 47. art. 3. *S. Thomas.*

7. Secunda excuſatio non ab intrinſeco minuit rationem malitiæ, ſed ab extrinſeco addit rationem, quæ mitigat iram, videlicet, quoniam vt in

Fructus diuina prouidentia ex illo crimine ſecutus. prædictis verbis notat Ambroſius, fructus ex eo crimine ſecotus, diuinæ prouidentiæ fuit, non impietatis humanæ, & quod ad mortem vel ſeruitutem deſtinatum fuit ab hominibos, Deus conuertit ad glorioſiſſimam totius populi vitam. At exitus fœlix, etiam contra intentionem lædentis eueniens, abundātiori lætitia triſtitiam mitigat, aut penitus extinguit, quæ maximè diſponit ad iram. Qoamobrem proſper euentus eſt ratio vt minus timeatur ira. Quod autem triſtitia ſit diſpoſitio & cauſa iræ, videbimus infra diſp. 54. ſect. 5.

8. Tertia excuſatio addit etiam ab extrinſeco rationes, propter quas certo ſibi de diuina prouidentia promittere debeant fratres, quod eorum iniuria, in eorum vtilitatem ſit conuertenda; non vero in punitionem & vindictam Prima ratio

Prima ratio. continetur in illis verbis cap. 50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Hoc eſt, vos non potuiſtis diuinæ reſiſtere voluntati, etiam quando contra Dei voluntatem pugnantes, conabamini omnem dignitatis & imperij aditum præcludere. Ergo neque ego ipſe Dei voluntati & conſilio reſiſtere potero, etiamſi vellem. Eſt autem Dei voluntas, *vt ſaluos facerem multos populos: Ego paſcam vos, & paruulos veſtros.*

9. Alterum argumentum Ioſephi eſt huiuſmodi. Gloria & diuitiæ, mihi per veſtrum facinus à Deo collatæ ſunt, longè maiora & lætiora, quàm triſtis fuerit ſeruitus & calamitas. Ergo multò magis incumbere debeo in affectum gratiarum actionis, & charitatis erga Deum. At qui-

Qui magis tenetur diligere Deum magis obligatur diligere proximos. Confirmatur. cunque tenetur magis diligere Deum, eo ipſo magis obligatur diligere proximos, præſertim maximè coniunctos, iniurias remittendo, & bonum retribuendo pro malis. Confirmatur, quoniam ſic vulgata lectio aptiſſimè conſonat cum lectione ſeptuaginta, quam antiquiores Patres ſequuntur. Nam vbi nos legimus: *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* ſeptuaginta legunt: *Nam Dei ſum ego.* Quod Chryſoſt. homil. vltima in

Chryſoſtom. Geneſ. col. penult. exponit his verbis: *Dei enim ſum ego, & Dominum meum imitor, & beneficia rependere ſtudeo his, qui non ferenda contra me fecerunt.*

10. Eadem ſpei atque ſolatij argumenta occultiora latent, & altiora in prima concione Petri ad

Actuum 2. Iſraëlitas actuum 2. *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes, interemiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis.* Et poſtquam Prophetarum teſtimoniis com-

probauit Chriſti D. reſurrectionem, diuinitatem atque poteſtatem, concludit: Certiſſimè ſciat ergo omnis domus Iſraël, quia & Dominum eum & Chriſtum fecit Deus huoc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Vnde omnes ſpem veniæ concepiſſe, conſtat ex ſequenti contextu.

SECTIO VIII.

Septimus modus indurandi & errare faciendi.

1. AD obdurationem ac errorem contrariis rerum euentis manifeſtandum pertinet poſtremus hic modus exercendi potentiam, quando Deus obdurat & errare facit. Quemadmodum
Auguſtinus. Auguſtinus q.18. in Exodum fine: *Videndum*, inquit, *ſanè eſt, vtrum etiam ſic accipi poſſit: Ego indurabo; tanquam diceret, quam durum ſit, demonſtrabo.* Qui modus loquendi ſimillimus eſt alteri, à ſcriptoribus ſacris vſitato, iuxta quem *iuſtificare* ſignificat, declarare iuſtum, atque vt
3.Reg 8. talem honorare. Quemadmodum 3.Reg.8. Salomon circa manifeſtandam veritatem, aut falſitatem iuramenti, Deum ita præcatur: *Iudicabis*
Pſalm 81. *&c. Condemnans impium, iuſtificánſque iuſtum,*
Prouerb. 17. Pſalm.81. *Humilem & pauperem iuſtificate.* Prouerb.17. *Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum.* & alibi ſæpè.

2. Sic etiam Damaſcenus dialogo contra Manichæos propius ad med, quàm ad finem ſecun-
Damaſcen. dum modum, quo *in errorem à Deo agitur Propheta*, notat eſſe: *Cum alia prædicit, ac Deus alia efficit præterea, quæ prædixerat, tum in errorem actus eſſe dicitur, hoc eſt, impoſtura conuincitur.* Dirigitur hoc peculiariter ad exponenda illa teſtimonia, quæ retulimus diſp.27.ſect.1.num.9. quale eſt
Ezechiel 14. illud Ezechiel. 14. *Propheta cum errauerit, ego*
Iob.12. *Dominus decepi Prophetam illum.* Et Iob.12. *Errare eos faciet, quaſi ebrios.*

3. Quo etiam modo iſtius ſæculi ſapientes, & conciliarios errare facit, quando licet iuxta regulas humanæ prudentiæ, quantum fieri poteſt, prouideant; Deus tamen contrarios & inſperatos adducens euentus, oſtendit, extremæ imprudentiæ fuiſſe, non in Dei præſidio, ſed in humano conſilio confidere. Sic Paulus 1. Corint. 1,
1.Corinth. 1. *Nonne*, inquit, *ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?* Id eſt, *Oſtendit*, ſeu *demonſtrauit*, *eſſe ſtultam*: vt Chryſoſtomus ibi homil.4.col.5.S.Thomas lect. 3. & communiter Patres exponunt
Nahum 1. Nahum 1. *Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans, non faciet innocentem*, hoc eſt, non patietur, eos vt innocentes haberi, atque tractari
Matth.12. Matth.12. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum.* Vbi communior expoſitio Patrum intelligit, indicio ac verbis manifeſtare. Nihil ergo mirum, ſi hanc etiam inter cæteras expoſitiones ſupra numeratas, extendamus ad cuncta ferè teſtimonia, quæ ſupra diſputatione 27. ſectione 1. retulimus.

* * *

DISPVTATIO XLV.

Vtrùm Primæ cauſæ generalis concurſus intrinſecè phyſicam prædeterminationem aſſerat.

SECTIO I.

Negatiua pars probatur ex quidditatiua libertate atque poteſtate voluntatis.

NE mireris, generalem concurſum occurrere nobis toties tam in præcedenti tomo, quam in præſenti; quemadmodum enim res omnes & actiones tranſcendit; ſic etiam in quibuſlibet ferè diſputationibus innenitur, hoc præcipuè tempore, quoties tractatur de liberis hominum operationibus. Sed quoniam opinionis contrariæ præcipua fundamenta nituntur in quidditate & proprietatibus primæ cauſæ, & in ſubordinatione, ac dependentia ſecundarum cauſarum ab illa: res hæc alioqui philoſophica magis, quàm theologica, non potuit à nobis breuiter tranſiliri. Quapropter eam tractandi rationem inibimus, vt eorum argumentorum, quæ præcedentibus diſputationibus. Satis pro noſtra ſententia ponderata ſunt, vel ſoluta, cum à contrariis obiicerentur, breuem quendam indicem attexentes, ſubiiciamus magis ex profeſſo cætera, quæ deſiderari videbantur. 1.

Sit igitur concluſio vnica Primæ cauſæ gene- 2.
ralis concurſus ad actus liberos ex ſe indifferens *Concluſio.*
eſt, vt vltimo determinetur à voluntate. Ideóque phyſicè prædeterminatiuum eſſe, non eſt de quidditate concurſus generalis, ſed potius illi
contrarium. Probari poteſt primò plurimis te- *Prædeterminatio concurſus generalis contraria.*
ſtimoniis Scripturę ſacræ & ſanctorum Patrum, quæ libertatem ad bene vel male operandum
relinquunt indifferentem, etiam ſuppoſito Dei *Probatur 1.*
concurſu, quorum maximam partem retulimus ſupra diſp. 38. & in præcedenti tomo de ſcientia diſp. 33. & multis ſequentibus.

Probatur ſecundò plurimis teſtimoniis S. 3.
Thomæ, & antiquorum Thomiſtarum & cæterorum omnium ſcholaſticorum (præter paucos recentiores quæ retulimus ſupra diſp. 39. & magis copioſè tomo præced. de ſcientia diſput. 33. ſect.6. & tribus ſequentibus, diſp.49. & 50.

Probatur tertiò, quoniam generalis primæ 4.
cauſæ concurſus ad actus liberos eorum liberta- *Generalis cõcurſus primæ cauſæ, libertatem nõ deſtruit.*
tem non deſtruit, ſed potius cauſat, & protegit. Deſtrueret autem eorum libertatẽ, ſi phyſicè prędeterminaret: cõtra verò cauſat & protegit propter indifferẽtiã, ratione cuius patitur à creata voluntate liberè determinari ad bonũ, vel malũ actum, & ad hanc, vel illã ſpeciem actus boni, vel
mali. Minor probatur, quoniam phyſica præde- *Phyſica prædeterminatio antecedentẽ neceſſitatem inducit.*
terminatio inducit antecedentem neceſſitatẽ in ſenſu compoſito. Hæc autẽ funditus libertatem euertit: vt oſtendimus eodem tomo de ſcientia diſp. 33. & 34. & à diſp. 51. vſque ad 59.

Probatur quartò, & ſimul euertitur vnum ex 5.
præcipuis fundamentis contrariæ ſentẽtiæ, quo- *Euertitur contrariæ ſẽtentiæ præcipuum fundamentum. Voluntas ſe determinat.*
niam voluntas creata, ſuppoſita generali determinatione ad bonum, quam prius recipit à Deo ſe ipſam determinat, vt principium actiuum ſuæ determinatiunis. Foret autem impoſſibile, voluntatem

non poſſet, ſi prius à Deo determinaretur. tatem determinare ſe ipſam; ſi prius fuiſſet à Deo determinata, non ſolùm ad generalem aliquam, ſed etiam ad ſpecificam & numericam rationem volitionis.

6. Confirmatur primò, nam hæc poteſtas determinandi ſe ipſam à Philoſophis & Theologis communiter intelligitur poſitis omnibus ad operandum requiſitis. Inter quæ primarium & caput eſt primæ cauſæ generalis concurſus: quæ omnia probata ſunt in eodem tomo de ſcientia diſp. 50. *Confirmatur ſecundò.* Confirmatur ſecundò, quoniam merè paſſiua foret differentia creatæ voluntatis, ſi per phyſicam prædeterminationem ageretur ſemper à prima cauſa, quam illationem efficacem eſſe, probauimus in eodem tomo diſputatione 52. ad cuius propugnationem pertinent etiam quatuor, quæ illam proximè ſequuntur, diſputationes.

7. *Quantum à phyſica prædeterminatione abſit generalis concurſus.* Probatur quintò, quoniam generalis primæ cauſæ concurſus tantum abeſt à phyſica prædeterminatione, vt etiamſi copuletur à Deo cum aliis circumſtantiis, moralem infallibilitatem afferentibus ad volitionem aliquam vagè, ſine determinatè: adhuc phyſicam impoſſibilitatem relinquat illæſam, vt à tali operatione ſe contineat. Quemadmodum infallibile eſt, mercatorem expoſitum ad negociationem promptè, ac infallibiliter venditurum, ſi offeratur illi pretiũ multò maius quàm ſperabat: inſuper promptè ac infallibiliter empturum, ſi merces illi offerantur meliores & viliori pretio, quàm ſperabat: nihilominus, quantum eſt ex vi prædictarum omnium circumſtantiarum, phyſicè & abſolutè poſſibile erit non vendere, nec emere. Quam infallibilitatis cum libertate concordiam oſtendimus eodem tomo de ſcientia diſput. 80. ſectione 9.

8. *Indifferentia generalis cõcurſus clarior elucet.* Probatur ſextò, quoniam indifferentia generalis concurſus clarior elucet ſub alio circumſtantiarum genere, quibus poſitis voluntati relinquitur æquabilis indifferentia, quam ſolemus appellare libertatem moralem. Cuius proprium eſt, vt duos homines conſtitutos ſub circumſtantiis prorſus æqualibus, de facto contingat abire in electiones contrarias: veluti ſi vnus eligat nauigare; alter verò in patria reſidere; vnus forari, alter ſeruare iuſtitiam, quod oſtendimus eodem tomo diſp. 74.

9. Probatur ſeptimò, quia voluntas ad ſuos actus liberos exercendos (præſertim quando non excedunt vires naturæ) non eſt minus potens, quàm alia quælibet naturalis cauſa comparatione ſuorum actuum naturalium. Sed naturalis quælibet cauſa non prærequirit aliam prædeterminationem ex parte primæ cauſæ. *Naturali cauſa generalis concurſus ſufficit.* Generalis namque concurſus illi ſufficit, ſimul cum naturali cauſa influens ad propriam & connaturalem illius actionem. Ergo voluntatis potentia non requirit phyſicam prædeterminationem. Maior probatur, quoniam voluntas in ſuo genere foret imperfectior qualibet naturali potentia, quantumcunque viliſſima, ſi foret minus potens ad proprios actus exercendos.

10. Minor explicatur, & probatur, loquimur enim de tota collectione cauſarum & circumſtantiarum omnium, quibus vltimatè & com- *Sol indifferẽs ad vitam vel mortem animalis cauſandam.* pletè conſtituitur integra cauſa in actu primo; non verò de partialibus cauſis, licet in aliquo genere ſint totales: Quemadmodum ſol indifferens eſt ad cauſandam vitam, vel mortem animalis, ſi eum diuerſis cauſis particularibus coopereturi. At verò, ſi totam collectionem cauſarum accipias cum omnibus circumſtantiis quę requiruntur ad vitam, non erit opus vlteriorem prædeterminationem addere, ſed ſatis erit influere, vt naturalis potentia ſuas vires exerat.

Confirmatur primò, quia non ſatis erit aſſignare diſcrimen, ex eo quod voluntas propter ſuam indifferentiam indigeat determinante, quo naturalis cauſa non indiget. Nam quemadmodum naturalis cauſa, v. g. ignis cum Sole ac cæteris requiſitis vim habet ad producendum calorem & ignem: ita voluntas vim habet, vt ſe ipſam determinet; quod attigimus paulò ſuperiùs. 11. *Voluntas vim habet vt ſe determinet.*

Confirmatur ſecundò, quoniam inter effectus cauſarum naturalium nullus reperitur hucuſque, cui valdè probabilis philoſophia non aſſignet naturalem cauſam, à qua determinetur, vt de ſingulis oſtendi propriis in locis phyſicæ atque metaphyſicæ. Quod ſi non inueniſſem aliquando naturalem rationem & cauſam talis effectus determinati: meam ignorantiam profiterer libentiùs, quàm admitterem, vllam naturalem cauſam ita diminutam & incompletam prodiiſſe à ſapientiſſimo, & omnipotente artifice, vt quoſdam effectus eius generis & ordinis attingere, aut determinare non poſſet, niſi Deo concurrente per ſpecialem concurſum, qui non requiritur ad cæteros naturales effectus; præſertim cum tota eiuſmodi vis ac poteſtas non excedat limites cauſæ ſecundæ. Sed de hoc aliàs. 12.

Reſpondent aliqui, concedendo cauſas, ſine libertate, ac naturaliter agentes, quoniam ſunt determinatæ ad ſuas operationes, non indigere prædeterminatione primæ cauſæ; addunt tamen, indigere præmotione. 13.

Quæ ſolutio refutatur primò, quoniam apud ſententiam, quam impugnamus, præmotio eſt idem, quod prædeterminatio: & vbicunque fuerit præmotio, vim habebit prædeterminandi, quantum eſt ex ſe, licet hoc præſtare non poſſit de facto, quando cauſam inuenit iam determinatam. *Solutio refutatur primò.*

Refutatur ſecundò, quoniam ſatis eſt illud præmotionis genus, quo primæ cauſæ generalis concurſus prius natura, quam cauſa ſecunda in eius actionem influens, meritò cenſetur eam prius mouere & applicare ad operandum, vt magis explicabimus ſectione 5. & 6. Neque opus eſt alia præmotione, quam Deus in cauſam influat, vt magis conſtabit à diſputatione 46. vſque ad 49. 14.

Confirmatur, quoniam prædictum motionis genus ſatis eſt, vt cauſa vniuerſalis faciat, naturales cauſas operari, & vt illæ ſint mouentia mota, & non ſint mouens immotum, vtque ſubordinentur Deo in ſuis operationibus, vt conſtabit ex ſolutionibus argumentorum contrariæ ſententiæ. *Cõfirmatur.*

SECTIO II.

Indifferentia generalis concurſus ad quaſlibet actiones deducitur ex materialibus actionibus peccatorum.

1\. RAtio probans illationem eſt, quia tota quidditas generalis concurſus diuini reperiri debet, vbicunque reperitur generalis iſte concurſus: ſed phyſica prædeterminatio non reperitur, vbicunque reperitur generalis Dei concurſus, ſed potiùs indifferentia: ergo phyſica prædeterminatio non eſt de quidditate generalis concurſus diuini. Probatur Minor in materialibus peccatorum actionibus, ad quas ſi Dei generalis concurſus phyſicè prædeterminaret; ſequeretur, Deum eſſe authorem peccati; cæteráque quamplurima inconuenientia, quæ fusè probata ſunt à diſp. 27. vſque ad 40.

2\. *Aliqui præmotores præmotionem negant ad aliquas actiones.* Sed authores nonnulli, quamuis ex munere primæ cauſæ, & ſubordinatione creatæ voluntatis ad illam, probent prædeterminationem ſupernaturalium actuum; eam tamen negandam eſſe, putant, ad materiales actiones peccatorum; imò etiam ad actiones moraliter bonas, quæ non excedunt vires naturæ, vt cum Raymundo Paſchal. ad Roman. 6. & 7. docet Blaſius Verdu in relect. pro efficacia p. 1. conc. 12. & ſequentibus, vbi nullam reddit rationem negandi conſequentiam, quam continet prima ratio ſuperius facta.

3\. *Reſpondet Zumel. Prima ratio diſcriminis aſſignat.* Vim tamen illius conſequentiæ animaduertens Zumel tomo primo Opuſcul. diſput. 5. ſectione 1. longè poſt med. pag. 250. ita reſpondet. Non militat vtrobique par ratio de actibus bonis & de malis ſeu peccaminoſis. Primò, quia homo non ſubordinatur Deo, vt peccans eſt, ſicut ſubordinatur Deo, vt eſt bene agens. *Secunda.* Rurſus Deus non eſt cauſa peccati, neque prima, neque ſecunda, neque per ſe, neque per accidens: homo verò eſt verè, & propriè cauſa ſui peccati, & in peccando minimè ſubordinata Deo. *Tertia.* Tertiò, Deus neque excitat, neque vocat aut inuitat ad malum actum peccati; ſicut excitat, & vocat ad bonum actum conuerſionis, & pœnitentiæ. *Quarta.* Quartò, quia Deus prohibet peccata, & actiones malas, quæ ſunt contra legem & præcepta eius. Et quidem leges prohibentes peccata, ne fiant ab hominibus, prohibent etiam actiones peccaminoſas & prauas moraliter. *Quinta.* Quintò, quia Deus non eſt cauſa moralis conſilians, neque præcipiens vllo pacto actus prauos, & ſolùm dicitur cauſa naturalis actionum. *Sexta.* Sextò, quia Deus eſt prima bonitas per eſſentiam; ac proinde non poteſt illi ſubordinari actio mala vt ſic, neque homo vt prauè & malè agens. Cùm igitur hæc tam diuerſa ſint, & intercedant inter actus bonos & malos; non oportet conſequenter loqui de actibus malis & peccaminoſis, ſicut de actibus bonis. Et conſequenter negandum eſt, Deum prædeterminare, & prædefinire odium Dei, aut volitionem intandi, aut ſimiles actiones malas. Hactenus Zumel in tomo primo citato.

4\. *Rationes diſcriminis non ſatisfaciunt.* Nihilominus omnes iſtæ rationes diſcriminis nec ſatisfaciunt, nec poteſt vlla alia inueniri ratio negandi conſequentiam à bonis actionibus ad materiales actiones peccatorum: ſi fundatur argumentum in munere primæ cauſæ. Quod probo imprimis diſcurrendo per ſingulas rationes Zumelis, quia licet verum ſit quod homo non ſubordinetur Deo, vt peccans eſt, ſicut ſubordinatur, vt eſt bene agens: nihilominus aliunde conuincitur, hominem ſubordinari Deo, quantum ad materialem actionem peccati prædeterminandam; ſi phyſica prædeterminatio eſt aliquid eſſentialiter poſtulatum à cauſa ſecunda propter ſubordinationem, qua pendet in operando à motione primæ cauſæ: vt idem author alibi ſæpius docet. *Probatur diſcurrendo per rationes Zumel.*

5\. *Non ſatisfacit ſecunda ratio.* Similiter, licet Deus non ſit cauſa peccati, neque prima, neque ſecunda, neque per ſe, neque per accidens; attamen materialis actionis Deus erit cauſa prima & cauſa per ſe determinans ad illam, ſi phyſica prædeterminatio poſtulatur ex munere primæ cauſæ, & quidditate generalis concurſus. Tertiò, veriſſimum eſt quod idem author ait: Deus neque excitat, neque vocat, aut inuitat ad malum actum peccati. *Etſi quod in tertia ait verum ſit adhuc non ſatisfacit.* Cæterum ſi prima cauſa & generalis concurſus illius non eſt indifferens; ſed affert quidditatiuè phyſicam prædeterminationem: conſequens eſt, vt excitet, vocet ac inuitet ad materialem actionem peccati; vt probauimus ſupra diſp. 36. præſertim ſect. 5. & 7.

6\. Quartò, ex eo quod Deus prohibeat peccatorum actiones, rectè colligit, eas non prædeterminari: vt oſtendimus ſuprà diſput. 33. ſect. 4. Sed aliud eſt, hanc veriſſimam concluſionem probare; aliud vero monſtrare, quomodo poſſit cõſentire cum opinione generaliter affirmante, phyſicam prædeterminationem afferri in quidditate generalis concurſus primæ cauſæ. *Quinta ſimiliter non ſatisfacit.* Propter eandem rationem non ſatisfacit quinta ratio de cauſa morali, tum quia ſi generalis concurſus primæ cauſæ prædeterminat; Deus erit cauſa moralis, tum quia licet foret tantummodo cauſa phyſica contra ſuam tamen operaretur ſapientiam & bonitatem: vt oſtendimus ſuprà diſp. 27. 28. & 29.

7\. *Sexta ratio non debilitat efficaciam illationis.* Quod ſexto loco adhibuit Zumel de prima bonitate per eſſentiam, multò fuſiùs ponderat tomo 3. diſcurſu 5. ſect. 6. pag. 285. addens, creatam voluntatem, eo quod ſit ex nihilo, eſſe mali cauſam vnicam. Cæterùm (vt paulò ſuperiùs dicebam) licet efficaciter probet, materialem actionem peccati non prædeterminari: nihil tamen debilitat efficaciam illationis, quam in præſenti tractamus.

8\. *Aliæ eiuſdem authoris ſolutiones refutantur.* Ex eiſdem principiis refutantur ſolutiones, quas idem author adhibet 1. 2. q. 111. art. 3. conc. 5. prope init. peculiariter autem illud; Concurſus generalis Dei in ordine ad actiones peccaminoſas, cum non ſit concurſus in cauſam & in arbitrium noſtrum; ſed ſolummodo in actioné, cùm ſit generalis concurſus, habet indifferentiam quandam à Deo volitam, vt pro diuerſitate influxus cauſæ ſecundæ, ſequatur potius actio huius ſpeciei, quàm alterius. Et reliqua quæ videre poterit lector apud authorem, & conferre cum aliis locis eiuſdem, vbi generaliter tradit motionem primæ cauſæ, determinantis & applicantis voluntatem ad liberas operationes, quemadmodum 1. part. quæſt. 14. artic. 13, ſua quæſt. 6. concl. 2. & tomo primo Opuſcul. diſputatione 5. ſectione 1. verſùs finem. & ſectione 2. tom. 3. diſcurſu 5. ſectione 2. & alibi ſæpe.

Sed

Quid de actione peccati alius in libris ſentiat Samuel.

9. Sed de materiali actione peccati ſpecialitet tractans 1. 2. quæſt. 79. art. 2. diſp. 2. concl. 2. Falſum eſt, inquit, quod concutſus Dei, à quo omnia pendent in eſſe fieri, opetari, agere, &c. non ſit concurſus in cauſam. Imo verò ſecunda eauſa dependenter ab influan primæ canſæ ſubordinatur Deo immediatius agenti: alias periret iſta ſubordinatio influaus reſpectu Dei, & Deus eſſet rantum canſa partialis. Sed de partialitate cauſæ dicemus ſectione 7. art. 3. Nunc verò ea verbis in hoc & io præcedenti §. relatis deducitur, prædictum authorem tacitè concedere prædeterminationem ad generalem rationem actionis, quæ ſit intrinſecè mala, & ſolummodo negare prædeterminationem ad peculiarem ſpeciem illius. In quo remanent ea omnia inconuenientia, quæ idem vitare contendit in prædeterminatione peccati: vt probatum eſt ſupra diſputatione 40. ſectione 3. & ſequentibus.

Prædictus author tacitè concedit prædeterminationem ad actionem intrinſecè malam.

10. Contra eandem ſolutionem militant argnmenta omnia, quæ afferemus contra ſequentem. Nam ex authoribus phyſicæ prædeterminationis licet aliqui ex profeſſo redarguant inconſequentiam prædictæ ſententiæ: vt Nauarrete tom. 2. controu. 25. §. 5. ad finem, & controuer. 26. §. 1. circa med. alij tacitè refutent, vt Ledeſma in art. 18. ſentent. 2. Nihilominus alij conantur defendere, quamuis Deus non præmoueret, nec prædeterminaret voluntatem noſtram ad actus malos, in quantum actus ſunt; inde non inferri, quod eam non prædeterminet ad actus bonos ſupernaturales, & præſertim ad illos, per qnos prædeſtinati peruenìunt ad vitam æternam. Rationem verò diſcriminis deſumunt ex D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 9. in corp. & ad 2. vbi diuinæ motionis indigentiam accipit non ſolùm ea generali indigentia cuiuſcumque rei creatæ ad quemcunque actum, ſed etiam propter conditionem ſtatus naturæ corruptæ & infectæ, atque improportionatæ ad ſupernaturales actus. Ita Didacus Aluarez diſp. 24. fine.

Aliorū præmotoriū ſententia, & ſolutio.

Rationem diſcriminis deſumunt ex S. Thom.

11. Hæc tamen ſolutio non ſatisfacit. Nam licet rectè probet, ſpecialem rationem vrgere in ſupernaturalibus volitionibus, quæ non ſumitur ex generali ratione primæ canſæ, ideóque non viget in actionibns naturalibus: cæterùm inde non debilitantur aliæ rationes, quę probant, omnia fundamenta phyſicæ prædeterminationis ruere, ſi vel vnica reperiatur actio, quæ prædeterminatione non indigeat: Inſuper data indifferentia diuini concurſus abſqne prædeterminatione ad materialem actionem peccati, eo ipſo concedi etiam ad bonas actiones.

Prædicta ſolutione rationes alia non debilitantur.

12. Quod probo primò, quoniam quælibet voluntas, vrgente præcepto, ſiue naturali, ſiue ſupernaturali, ſi non eſt phyſicè prædeterminata, vt violet tale præceptum, eo ipſo indifferens eſt, vt non violet, etiam quando violatura eſt de facto. Quamobrem illi voluntati, ſicut nulla imminet phyſica neceſſitas operādi actionem contrariam præcepto: ita nulla imminet phyſica impoſſibilitas actualiter obſeruandi præceptum. Eidem igitur voluntati fuerit abſolutè poſſibile actualiter obſeruare præceptum abſqne phyſica prædeterminatione ad obſeruandum. Loquor enim de voluntate, quæ de facto violatura eſt præceptum, cui proinde repugnat, ineſſe phyſicam prædeterminationem ad obſeruandum præceptum.

13. Probatur ſecundò breuiter, indicando præcipua contrariæ ſententiæ fundamenta, quæ magis ex profeſſo tractabuntur in ſequentibus ſectionibus, & diſputationibus. Etenim ſi phyſica prædeterminatio non requiritur, vt in materiali actione peccati diuinus concurſus obtineat tantam prioritatem, quanta ſatis eſt primæ cauſæ; conſequens eſt prioritatem ſufficientem primæ cauſæ reperiri poſſe in actionibus honeſtis, etiam phyſica prædeterminatione ſublata. Rurſus ſi ſumma perfectio dinini concurſus & primæ cauſæ non detrectat modificari & determinari à creata voluntate ad materialem actionem peccati: ſequitur huiuſmodi determinationem & modificationem non eſſe contrariam perfectioni primæ cauſæ. Vnde, quantum eſt ex hoc capite, non repngnabit determinari, & modificari etiam ad actiones honeſtas.

Indicantur præcipua contrariæ ſententiæ fundamenta.

Indicatur primum.

Secundum indicatur.

14. Tertiò, ſi Deus in agendo pendet à voluntate creata, vt producat materialem actionem peccati, determinatns ab illa: iam eiuſmodi dependentia non repugnat perfectioni primæ cauſæ. Qnartò, ſi Deus præſcitum hominem verſantem in ſupremo vitæ diſcrimine ſibi manifeſto, expectat, vt ab eo liberè determinetur ad retinendum æs alienum, & tranſmittendum ad hęredes; eo ipſo expectat, vt eaplear reſtituendi præceptum. Etenim quicunqne expectat vnam partem contradictionis, vt liberè determinetur ad illam, eo ipſo eapectat etiam vt determinetur ad alteram contradictionis partem, ſi libuerit arbitrio eapectato. Nec enim determinat ad vnam partem, qnonſque arbitrium eapectatum ſe determinet.

Quartum.

15. Qnintò, ſi voluntas creata, licet ea ſe ſit indifferens non indiget à ſuperiori cauſa determinari ad materialem actionem peccati, ſed ipſa ſe determinat: iam ex peculiari ratione indifferentiæ non probatur in voluntate phyſicæ prædeterminationis indigentia, neque ex eo principio, quod nihil mouetur à ſe ipſo, ſed omne quod mouetur ab alio mouetur. Seatò, ſi ex prædicta determinatione non ſequitur, voluntatem creatam eſſe primum liberum, primam radicem libertatis, & primam cauſam ſuæ determinationis; ſed manet adhuc intra limites ſecnndariæ cauſæ: potiori iure manebit etiam in ſupernaturalibus actionibus, in quas multò plus cauſalitatis Deus impendit.

Sextum.

16. Septimò, ſi creatæ voluntatis concurſus ad materialem actionem peccati, licet ſit effectus diuini concurſus; illum nihilominus determinat: conſeqnens erit, quantum eſt ea hac ratione pręciſè, idem poſſe contingere in actionibus honeſtis. Octauò, ſi diuina præſcientia, volitio & prouidentia conſtare poſſunt integrè, atque perfectè circa peccatorum actiones in particulari, quamuis illas phyſicè non prædeterminent: inde probatur efficaciter, phyſicam prædeterminationem non eſſe aliquid poſtulatum ex generali ratione præſcientiæ, volitionis & prouidentiæ diuinæ circa res omnes in particulari. Lectoris erit cætera fundamenta contrariæ ſententiæ, quæ ſunt horum, velut appendices perſequi ſimilibus argumentis.

Octauum.

SECTIO III.

Si formalis ratio peccati foret aliquid reale, & poſitiuum, fortiùs vrgerent rationes præcedentis ſectionis.

In poſitiua entitate rationem formalem peccati conſiſtere pr\u00e6motores exiſtimant.

1\. AD hominem argumentamur in præſenti ſectione. Neque enim exiſtimamus, rationem formalem peccati conſiſtere in entitate aliqua poſitiua; ſed in priuatione debitæ bonitatis: vt oſtendimus 1.2.q. 71.art. 6.non ſolùm cum D. Thoma & Thomiſtis, qui Caietanum præceſſerunt; ſed etiam cum communi doctrina antiquorum Patrum & ſcholaſticorum, quos bona ex parte retulimus ſupra diſp. 28. ſect. x. Sed quoniam Caietanus & multi iuniores Thomiſtę ſentiunt, formalem rationem peccati eſſe aliquid reale poſitiuum; aduersùs illos directè pugnant omnia fundamenta, quibus ipſi probant, Deum ex munere primæ cauſæ ſuo generali concurſu determinare ad quamlibet entitatem, illam velle, ac prædefinire, illius cauſam & authorem eſſe, cum primario & principaliter adſcribenda ſit, quælibet realis formalitas. Vnde concluditur, Deum eſſe authorem malitiæ ſecundùm formalem rationem illius; ſi formalis ratio eſt realis. Confirmatur, quoniam niſi Deus prædeterminet ad prædictam realem formalitatem; conſequens erit, voluntatem creatam eſſe primam cauſam alicuius formalitatis realis.

Concluditur ex oppoſita ſententia Deum eſſe authorem malitiæ.

Difficultati occurrit quidam.

2\. Huic difficultati, quæ naſcitur ex congreſſu duarum opinionum de formali ratione malitiæ, & de generali concurſu prædeterminante, vnus eorum authorum occurrit, negando conſequentiam: quoniam quamuis peccatum in ſua ratione formali dicat aliquid poſitiuum, tamen illa ratio formalis includit intimè priuationem, & auerſionem. Ergo Deus nō poteſt eſſe cauſa formalis peccati propter illum modum intrinſecum imbibitum in ratione formali, ſicut includitur priuatio diuiſionis in ratione formali vnitatis.

3\. Idem paulò inferiùs ait: Quamuis voluntas creata indigeat diuina prædeterminatione in ordine ad actus bonos, quoniam voluntas creata eſt cauſa ſecunda, quæ eſſentialiter ſubordinatur primæ; tamen voluntas creata non indiget diuina prædeterminatione in ordine ad formale peccati. Quia voluntas creata in ordine ad illud formale non ſubordinatur primæ cauſæ; ſed potius eſt prima cauſa deficiens, & ita in hoc non ſubordinatur primæ cauſæ efficienti & perfectæ. Et longè inferiùs notat, quod realis determinatio voluntatis creatæ, quando eſt ad malum non cauſatur à Deo, ſed voluntas eſt prima cauſa ſe determinandi.

Solutio ſubſiſtere nequit.

4\. Hæc tamen ſolutio ſubſiſtere nequit, ſi explicetur modus imbibendi priuationem. Peto namque vtrum priuatio claudatur ita in formali ratione peccati, vt quamuis per illam vltimo conſtituatur, nihilominus poſſit intelligi quidquid eſt reale & poſitiuum in formali ratione peccati, non intelligendo priuationem in recto, neque explicitè, neque implicitè: ſicut intelligitur animal, non intellecto rationali & intelligitur entitas non intellecta priuatione diuiſionis, per quam conſtituitur vnitas? Nam in hoc exemplo vnitatis explicando & applicando magnum robur conſtituit huius ſolutionis author.

Dilema & eius prima pars.

Si affirmet per conſiderationem intellectus à priuatione poſſe præſcindi quidquid eſt reale & poſitiuum in formali ratione peccati: de illo poſitiuo ita præſciſo rurſus inquiro, vtrum phyſicè prædeterminetur à Deo? Si enim prædictæ ſolutionis author negauerit, eo ipſo deſcendet in noſtram ſententiam. Nos enim ſeptemdecim diſputationibus præcedentibus, & ſequentibus ſeptem contendimus, propter peculiares ſibi rationes prædeterminati non poſſe formalitatem realem & poſitiuam, quam ab intrinſeco & inſeparabiliter conſequitur priuatio bonitatis honeſtæ; quamuis realis illa formalitas per intellectum poſſit omnino præſcindi à priuatione, licet non ab ordine ad illam. 5.

Si verò affirmauerit, à Deo phyſicè prædeterminari quidquid eſt reale & poſitiuum in formali ratione peccati: iam meram priuationem excipit à prædeterminatione. Quapropter deuoluitur ad eam ſententiam, quam prius ex profeſſo impugnauerat, quæ declarat, quomodo Deus non ſit cauſa peccati, neque prædeterminet voluntatem ad rationem formalē peccati, quoniam hæc eſt priuatio & auerſio à Deo. Niſi fortè reſpondeat, hoc differre ſuam ſententiam ab illa, quoniam exiſtimat, ex formali ratione malitiæ partem alteram à Deo prædeterminari & cauſari; licet altera pars nec prædeterminetur, nec cauſetur à Deo: quod neque prædictus author concedet, neque aliquis alius Catholicorum. Quoniam partialem rationem malitiæ cauſare diuinæ bonitati & ſapientiæ repugnat ob eandem rationem, ob quam repugnat cauſare totalem rationem malitiæ. 6.

Partialem rationem malitiæ cauſare Deo repugnat.

Rurſus impugnatur, quoniam intra formalem ipſam rationem peccati ſubdiſtinguere cogitur materialem rationem, atque formalem. Nam ſicut entitas eſt materiale, quod in ratione vnius conſtituitur per priuationem diuiſionis, ita formalitas illa realis conuerſionis ad creaturam, & determinationis ad peccatum, erit materiale, quod in ratione peccati conſtituitur per priuationem honeſtatis. Quapropter manifeſtè recurrunt, & vires recuperant omnes difficultates, quas effugere tentabat prædicta ſolutio, dum in illa materiali parte rationis formalis cogitur concedere formalitatem realem, quam Deus non prædeterminauerit, & cuius Deus non ſit prima cauſa determinans, vnde naſcuntur cæteræ difficultates. 7.

Vires recuperant rationes & difficultates, quas fugit dicta ſolutio.

Tertiò impugnatur, quia ex tali prædeterminatione ſequitur, à Deo cauſari & prædeterminari realem determinationem, per quam voluntas ſe determinet ad actum peccati. Cuius contrarium idem author expreſsè docet, in quadam ſolutione ad ſeptimam eius confirmationem. 8.

Secunda dilematis pars.

Redeo nunc ad alteram partem dilematis. 9.
Si enim priuatio claudatur ita in formali ratione peccati, vt non poſſit intelligi quidquid eſt reale & poſitiuum in formali ratione peccati, non intelligendo priuationem in recto, ſaltem implicitè; ſicut rationale non poteſt intelligi, niſi intellecta formali ratione entis ſaltem implicitè, quoniam ens tranſcendit vltimas quaſque differentias: conſequens erit, priuationem aliquam eſſe de quidditate alicuius entis, & tam intrinſecam illi, ſicut ens intrinſecum eſt cuilibet rei particulari. Hoc autem contradictionem implicat, quoniam quidditas cuiuſcumque

Impugnatur primò.

que

que entis realis, tota verè & abſolutè eſt aliquid, atque idcirco eſt ante operationem intellectus, priuatio verò, non niſi per operationem intellectus habet eſſe, & ideo non verè & abſolutè, ſed veluti per fictionem eſt aliquid.

10. *Cauſa alicuius realitatis eſt cauſa formalitatis per ſe ex tali realitate conſequutæ.*

Impugnatur ſecundò, quoniam quælibet formalitas per ſe conſequuta ex aliqua realitate, cauſatur ab eadem cauſa, quæ facit, vt in rerum natura producatur talis realitas; ſed illa poſitiua formalitas, quæ dicitur eſſe conſtitutiua peccati, per ſe, ac neceſſariò conſequitur ex materiali realitate odij Dei, quam Deus cauſat & facit, vt à voluntate creata producatur in rerum natura. Ergo formalitas conſtitutiua peccati cauſatur à Deo. Conſequens autem eſt falſum; ergo & Minor antecedentis eſt falſa, ſiquidem illius maior euidens eſt, & traditur à S. Thoma libro 6. Metaph. lect. 3. ad finem dicente: *Ex eadem cauſa pendet effectus, & omnia eius per ſe accidentia, ſicut enim homo eſt à natura, ita & omnia eius per ſe accidentia, vt riſibile, & mentis diſciplina ſuſceptibile.*

S. Thom.

11. *Ex oppoſita ſententia ſequitur dari realitatem poſitiuam, ad quam efficienter non concurrat Deus.*

Impugnatur tertiò, quoniam ex eadem doctrina ſequitur, aliquam realitatem poſitiuam reperiri ad quam Deus nullo modo concurrat efficienter, neque concurſu prædeterminante, neque indifferenti concurſu, & determinato per voluntatem creatam. Sequelam probo, quoniam ad formalem rationem peccati Deus nullo modo concurrit, neque determinando, neque determinatus ab alio, vt conſtat ex D. Thoma 1. 2. tota quæſt. 79. præſertim art. 1. & 2. imò & ex doctrina omnium Patrum, & ſcholaſticorum, quam bona ex parte retulimus ſupra diſputatione 28. Prædicta ſequelæ probatio nititur verò principio, ab vtraque ſententia recepto, cui adiungitur ſecunda probatio ad hominem. Quoniam in eius ſententia nunquam Deus effectiuè concurrit ad aliquam formalitatem, niſi præmouendo & prædeterminando; vnde colligit, neque ſimultaneo & concomitante concurſu Deum currere ad formalem rationem peccati, etiamſi poſitiua ſit, & realis.

Ad formalē rationē peccati Deus nō concurrit ex communi Patrum ſententia.

12. Impugnatur quartò, quoniam formalis ratio peccati, qua parte realis & poſitiua eſt, non eſt increatum aliquid: ergo eſt aliquid creatum. Omne autem creatum quidditatiuè pendet à creatore, tanquam à cauſa efficiente, non ſolùm quoad primam productionem, ſed etiam quoad conſeruationem.

13. Impugnatur quintò, quoniam honeſtatis priuatio ex eo, quod quidditatiuè ſit imbibita in aliqua formalitate reali, quamuis illi conferat impedimentum, ne cauſetur à Deo: cæterum non confert illi tantam perfectionem, vt à ſeipſa habeat eſſe, ſine dependentia à Creatore. Confirmatur propter tria præcipuè inconuenientia, quæ inde ſequuntur. Primò enim formalis ratio peccati, ex hoc capite independentiæ à Deo, foret perfectior, quàm ratio honeſtatis & boni actus etiam ſupernaturalis. Vnde ſequeretur ſecundò, rationem formalem peccati conflari ex incompoſſibilibus, videlicet, realitate ita perfecta, in qua tamen quidditatiuè includatur ſummum malum, videlicet ratio peccati. Vnde ſequeretur tertiò, quod eximia perfectio independentiæ à Creatore reſultaret ex ſumma imperfectione ac defectu. Nam ex eo quod includat priuationem honeſtatis, colligit iſta ſententia, quod non producatur à Deo prædicta formalitas realis.

Tria inconuenientia.

Quod autem Caietanus concedit, Deum eſſe cauſam mali moralis, ſatis refutatum eſt ſupra diſp. 27. ſect. 3. fine. 14.

SECTIO IV.

Ex generalitate concurſus primæ cauſæ probatur eadem indifferentia, determinabilis per cauſas ſecundas.

Ex præcipuis fundamentis, cui contraria ſententia nititur, vnum eſt vniuerſalitas primæ cauſæ, quam putant retineri non poſſe, niſi determinet ad omnes particulares effectus. Vnde illius author primarius 1. p. q. 23. art. 5. dub. 3. concl. 9. Cauſæ, inquit, vniuerſales creatæ, ſemper aliquid præſupponunt, cuius ipſæ non ſunt cauſæ; & ideo illarum vniuerſalitas in cauſando determinatur ab inferioribus cauſis ad effectus determinatos, ita vt verificetur, quod cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ in diuerſo genere cauſandi. Deus autem cùm ſit cauſa totius entis, nihil præſupponit ab alio factum, cuius ipſe non ſit cauſa, & ita omnia determinat, & à nullo determinatur. 1.

Contraria ſententia fundamentum.

Nihilominus ex eodem principio, quod Deus ſit cauſa totius eſſe, ſi bene intelligatur, colligitur potius, quod Deus non determinet ad particulares & ſpecificas rationes entis quando, concurrit ſolummodo, & præciſè, tanquam cauſa prima, & vniuerſaliſſima; ſed particularibus cauſis determinandam relinquat ſpecificam rationem entis, cum illis tamen concurrendo ad determinationem, & particularem quamlibet rationem entis. 2.

Ex eodem fundamento Deum non prædeterminare colligitur.

Quod probo primò ex proportione inter cauſas & effectus, quam notauit D. Thomas 2. contra Gent. cap. 21. prope initium: *Effectus*, inquit, *ſuis cauſis proportionaliter reſpondent, vt ſcilicet effectus in actu cauſis actualibus attribuamus: & effectus in potentia, cauſis, quæ ſunt in potentia: & ſimiliter effectus particulares cauſis particularibus: vniuerſalibus verò cauſis vniuerſales effectus, vt docet Philoſophus in 2. Phyſicor. eſſe autem eſt cauſatum primum, quod ex ratione ſuæ communitatis apparet. Cauſa igitur propria eſſendi prima ſimpliciter eſt agens primum & vniuerſale, quod Deus eſt: alia verò agentia non ſunt cauſa eſſendi ſimpliciter, ſed cauſa eſſendi hoc, vt hominem, vel album.* 3.

Probatur primò. S. Thomas.

Sic etiam 1. p. q. 45. art. 5. corp. prope initium ait: *Oportet vniuerſaliores effectus, in vniuerſaliores, & priores cauſas reducere. Inter omnes autem effectus, vniuerſaliſſimum eſt ipſum eſſe. Vnde oportet, quod ſit proprius effectus primæ & vniuerſaliſſimæ cauſæ, quæ eſt Deus. Vnde etiam dicitur libro de cauſis, quod neque intelligentia, vel anima nobilis dat eſſe, niſi in quantum operatur operatione diuina.* Hæc proportionis ratio inter prædicationis vniuerſalitatem, quæ conuenit proprio effectui, & vniuerſalitatem, atque perfectionem in cauſando, deſumpta eſt ex Proclo in lib. de cauſis: vt videbimus ſect. ſequenti, probantes concluſionem primam. 4.

Ex vtroque loco ſumitur huiuſmodi probatio noſtræ ſententiæ. Vniuerſales effectus reſpondēt & reducuntur in cauſas vniuerſales, ſed particulares effectus in cauſas particulares. Rurſus determinare ad talem effectum in particulari, v. g. 5.

Noſtra ſententia probatio.

vt

vt producatur ignis, vel à voluntate concipiatur actos odij Dei, vel volitio furandi, non eſt effectus vniuerſalis, ſed particularis. Ergo nō reſpondet, neq; reducitur in primā & vniuerſaliſſimam cauſam, ſed potius, in cauſas particulares, videlicet, ignem, & voluntatem creatam.

6 *Diſcrimen inter cauſam naturalem, & liberam.*

Vbi obſeruaodum eſt diſcrimen inter naturalem cauſam & liberam, quoniam naturalis cauſæ particolaris effectus, licet immediatè reducatur in cauſam particularem: nibilominus mediatè reducitur ſemper in Deum, quoniam eauſam producit omoino determinatam: ſed liberæ cauſæ particularis effectus non ſemper in Deum reducitur, quoniam illa poteſt determinare ſeipſam ad particularem effectum, contrarium primariæ intentioni & voluntati Dei.

7. Confirmatur primò, quoniam effectus quilibet tribuitur & correſpondet præcipuæ cauſæ, determinanti ad talem effectum (hæc enim determinatio eſt vltima vis, & complemētum actiuæ potentiæ.) Si ergo cauſa voiuerſaliſſima, præciſè vt exerceus munus vniuerſaliſſimæ cauſæ, determinaret ad quoſlibet particulares effectus; ij omnes tribuerentur & correſponderent vniuerſaliſſimæ cauſæ, non verò cauſis particularibus. *Confirmatur ſecundò.* Confirmatur ſecundò, nam prima cauſa, quamuis non prædeterminet ad ſpecificas differentias ſingulorū effectuum; adhuc retinet vniuerſaliſſimam præmotionē & prædeterminationem cauſarum omnium particularium, quatenus prima cauſa per vniuerſalem concurſum determinat omnes cauſas ſecundas, vt tribuant eſſe ſuis effectibus particularibus, & cum illis concurrit ad ipſam etiam determinatiooem, & particularem quamlibet rationem effectus, eo quod in eis imbibitur ratio entis.

8. Confirmatur tertiò, quia propter hanc rationem ex vniuerſalitate primæ cauſæ, cui reſpondet adæquatè vniuerſaliſſimus effectus, videlicet, *eſſe*, Theologi ſolent colligere, Deum intimè operari in omnibus rebus; ita verò vt ipſis propriam operationem relinquat, vnde potius infertur, vniuerſalitati prædictæ contrarium eſſe determinare ad particulares effectus. *Prima cauſa vniuerſalitati contraria prædeterminatio.* Antecedens tradit S. Thomas 1. p. q. 105. art. 5. corpore fine & q. 8. art. 1. corpore, & de potentia q. 3. art. 7. corpor. & q. 7. artic. 2. & 3. contra Gent. capite 66. 67. & 70. Id tamen expreſſit clariùs dicto cap. 66. ratione 5. vbi: *S. Thom.* *Secundum ordinem*, inquit, *cauſarum, eſt ordo effectuum. Primum autem in omnibus effectibus eſt eſſe: nam omnia alia ſunt determinationes ipſius: igitur eſſe eſt proprius effectus primi agentis, & omnia alia agunt ipſum; in quantum agunt: in virtute primi agentis. Secunda autem agentia, quæ ſunt quaſi particulantes, & determinantes actionem primi agentis, agunt ſicut proprios effectus alias perfectiones, quæ determinant eſſe.*

9. Sic etiam Albertus prima part. q. 18. memb. 8. poſt medium, ex libro de cauſis notat, quod eſſe communiſſimum eſt proprius effectus primæ cauſæ; at ſecundarum cauſarum effectus particularia eſſe. Et 1. p. q. 20. membr. 2. corp. docet, influxionem primæ cauſæ, quod ex ſe eſt; vnam eſſe: recipi verò in vnaquaque re ſecundum modum propriæ virtutis. *Alexander.* Alexander 1. p. q. 26. memb. 7. fine: *Prima* inquit, *cauſa plus influit, quantum adeſſe, ſed non plus, quantum ad diſpoſitionem eſſe, quia ſecunda cauſa plus influit, id eſt, ampliori conformitate in diſpoſitione.* Clariùs tamen ad rem præſentem loquutus eſt Ægidius in 1. diſt. 1. part. 1. q. 2. art. 6.

10. *Prima cauſa totaliter producit non verò ſecūda.* Confirmatur quartò, quia ſola prima cauſa tribuit effectui totaliter eſſe, ita vt nullum eſſe præſupponēs, educat effectū de non eſſe ad eſſe, ac de remotiſſima potētia, videlicet de nihilo, reducat in actum, non præſupponendo materiam, neque ſubiectum, neque aliquod eſſe illius effectus. At verò cauſæ particulares non producunt aliquem effectum, niſi præſuppoſita materia, & ſubiecto, de cuius potentia educatur: ac proinde non totaliter producunt, ſed tantùm ratione alterius partis, aut quaſi partis, quam præexiſtenti ſuperaddunt. Ergo non eſt proprium vniuerſaliſſimæ cauſæ, & conſequenter non eſt alienum à particularibus cauſis, de potentia materiæ, vel ſubiecti determinatū, & ſibi proprium effectum educere; ac proinde particulares cauſæ non indigebunt prædeterminatione cauſæ vniuerſaliſſimæ; quoniam non ſolùm effectus, ſed illius etiam determinatio non creatur, nec totaliter accipit eſſe, ſed tantùm educitur de potentia ſubiecti. Huius confirmationis fundamentum conſtat apud D. Thom. locis nuper citatis, præſertim 1. p. q. 105. art. 5. & 2. contra Gentes c. 21. vbi fusè Ferrar. & Capreol. in 2. diſt. 1. q. 2. art. 3. p. 6. ad argumenta contra 6. concluſ.

11. Secunda probatio ſumitur ex doctrina, non ſolòm Philoſophi, ſed etiam Auguſtini & aliorum Patrum, D. Thom. & Scholaſticorum communiter, apud quos omnes primæ cauſæ præmotio ad naturales volitiones prærequiſita, continet ſolummodo naturale, atque indeliberatum deſiderium boni, ſeu beatitudinis in communi, ſiue qood idem eſt, vltimi finis, vt notauimus diſp. 28. ſect. 5. init. dicemúſque iterum ſect. ſequenti verſus finem. *Cōfirmatur.* Confirmatur, nam præſuppoſita motione ad bonum in communi voluntatem poſſe determinare ſeipſam ad hoc, vel illud bonum particulare, tradit S. Thom. non ſolùm in celeberrimo loco 1. 2. q. 9. art. 6. fine, ſed etiam in aliis plurimis, quos notauimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 49. ſect. 2. & diſput. 50. ſect. 1. & 2.

12. *Reſpondent contrariæ ſententiæ doctores.* Sed reſpondent contrariæ ſententiæ doctores, quod ſolùm intendit docere S. Thomas, voluntatem noſtram determinari à ſolo Deo, quantum ad ſpecificationem ad bonum in communi, ſed in ordine ad hoc vel illud bonum in particulari non ſolùm prædeterminatur à Deo, ſed etiam ipſa voluntas ſeipſam per deliberationem determinat, & ſeipſam mouet, tanquam determinans proximum ſub motione & prædeterminatione primi mouentis, & primi determinantis vniuerſalis.

13. *Refutatur primò.* Hæc tamen ſolutio refutatur primò, quoniam ſi homo phyſicè prædeterminatus eſt à Deo, vt velit hoc vel illud bonum in particulari; contradictionem implicat, à ſuo libero arbitrio determinari: vt probauimus in eadem diſp. 50. ſect. 2. *Secundò.* Refutatur ſecūdo, quoniam quod S. Thom. ſubiungit, *S. Thomas.* *Deum interdum ſpecialiter mouere aliquos, ad aliquid determinatè volendum, quod eſt bonum, ſicut in his quos mouet per gratiam,* apertè ſignificat ſpecialitatem determinati & particularis boni, non ſemper, ſed tantùm interdum præſtari prædeterminatam motiooem Dei.

14. *Determinare idem quod neceſſitare in idiomate S.* Refutatur tertiò, quoniam in S. Thomæ idiomate & omnium antiquorum ſcholaſticorum determinare, idem eſt, quod neceſſitare.

Quapro

Thoma, & antiquorum ſcholaſticorum.

Quapropter ad eam obiecti rationem Deus neceſſitat, ad quam determinat, & ad eam non determinat, ad quam non neceſſitat. Cum igitur S. Thomas aſſerit, Deum non determinare ad ſpecialem rationem boni; aſſerit eo ipſo, Deum non afferre antecedentem neceſſitatem illius.

15. Inde ſoluuntur alia argumenta, quibus ex vniuerſitate primæ cauſæ colligere tentant, prædeterminari etiam materiales peccatorum actiones. Primum eſt, quia omnis perfectio ſimpliciter ſimplex, quæ inuenitur in creatura, cauſatur à Deo, & in illum, tanquam in finem refertur: ſed entitas & libertas, ſeu moralitas actus peccaminoſi eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quia reperitur formaliter in Deo, quem, de fide eſt, habere liberum arbitrium; ergo actus peccati, quatenus liber eſt, cauſatur à Deo, & in illum, tanquam in finem ordinatur.

Prima obiectio.

16. Reſpondetur, diſtinguendo Minorem. Entitas libertas & moralitas, quatenus realiter determinata eſt ad talẽ ſpecificam realitatẽ, veluti realis odij contra Deum, vt ſic, nõ ſolùm non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ſed neque perfectio ſimpliciter, qualis eſt actus honeſtus, & dignus, qui Deo tribuatur authori; quin potiùs quidditatiuè imperfecta eſt, quatenus eſt quidditatiuè cõtraria rationi rectæ. Vnde neque poteſt Deo, tanquam authori & cauſæ tribui, neque poteſt in eum referri. At verò realitas, libertas ſeu moralitas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quatenus abſtrahitur à creata & increata. Rurſus ſi determinatè accipias realitatem, libertatem, & moralitatem creatam, vt ſic, refertur in Deum, vt in authorem & finem. Sed quod hæc determinetur ad materialem actum peccati, non refertur in Deum, ſed in voluntatem creatam.

17. Ex eodem fundamento ſoluuntur illius argumenti confirmationes. Prima eſt, quoniam abſurdum foret, inquiunt, excipere à cauſalitate Dei eam rationem, quæ in actibus noſtris eſt initium totius laudis & meriti, qualis eſt libertas. Reſpõdetur. Quamuis à Deo non prædeterminetur libertas ad ſingulos actus in particulari: nihilominus libertatis, laudis & meriti, Deus eſt prima cauſa, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis, relinquens tamen facultatem volũtati creatæ, vt cooperetur, & non cooperetur, & vt libertas ſe ipſam determinet ad opus laudi, & merito contrarium.

Illius obiectionis confirmatio prima.
Reſpõdetur.

18. Confirmant ſecundò, quoniam materialis actus peccati, cum ſit aliquod bonum, poteſt habere rationem obiecti diuinæ voluntatis; & cum ſit factum in tempore neceſſariò debet eſſe volitum, & prædefinitum à Deo ab æterno. Reſpondetur. Materialis actus peccati eſt bonum ſecundum quid, & abſolutè malum, eo quod ſit virtuti realiter contrarium; ideóque caret capacitate, vt poſſit eſſe obiectum diuinæ voluntatis primariæ, ac antecedentis, qualis eſt, quæ prædeterminat: ſed ſolùm poteſt eſſe obiectum voluntatis conſequentis, quæ determinata & veluti coacta ab arbitrio creato; concurrit: vt vidimus ſupra diſp. 33. & dicemus infra diſp. 50. ſect. 4.

Reſpõdetur.

Materialis actus peccati abſolutè malus, & bonum ſecundum quid.

19. Secundum argumentum, quia Deus eſt cauſa finalis applicationis cauſarum ſecundarum, ergo eſt cauſa efficiens eiuſdem applicationis. Probatur conſequentia: nam Deus eſt prima cauſa efficiens reſpectu omnium, quorum eſt vltimus finis. Confirmant, nam aliàs Deus eſſet vltimus finis omnium habentium eſſe per participationem: & aliquid aliud præter Deum eſſet primum principium efficiens alicuius entis per participationem. Etenim applicatio illa, qua ſecundæ cauſæ applicantur efficaciter ad operandum, non eſt ens rationis, ſed aliquid reale in rerum natura exiſtens. Ergo ſi Deus eſt vltimus finis illius applicationis, & non primum principium efficiens illius, ſequitur, quod non ſit idem primum principium, & vltimus finis omnium rerum.

Confirmatio.

Reſpõdetur. Applicatio, ſeu determinatio voluntatis ad particularem actionem liberã eadem omnino proportione Deum reſpicit, vt primum principium, & cauſam efficientẽ, ſicut reſpicit vt finem vltimum. Etenim applicatio, ſeu determinatio voluntatis ad liberam volitionem, v.g. diligendi Deum, per ſe dirigitur in Deum, tanquam in vltimum finem; ideóque per ſe intenditur à primò principio, ſeu prima cauſa efficiente, quæ non phyſicè prædeterminat; ſed tantum facit, vt creata voluntas liberè ſe determinet ad illã actionem in particulari. Cõtra verò applicatio ſeu determinatio voluntatis ad materialem actionem odij Dei, non dirigitur per ſe in Deum, tanquã in vltimum finem, ſed potius per ſe dirigitur contra illum. Per accidens autem propter infinitam ſapientiam, bonitatẽ & potentiam Dei contra illius entitatis natiuum impetum, & propenſionẽ conuertitur, vt ſeruiat eidem vltimo fini (vt vidimus diſp. 29. ſect. 6.) id quod Deus nõ præſtat, niſi ex ſuppoſitione quod voluntas creata ſe determinet ad concipiendum talem actum. Eodem igitur modo applicatio ſeu determinatio voluntatis ad materialem actionem odij Dei, non cauſatur à primò principio efficiente, niſi ex ſuppoſitione, quod voluntas creata ſe determinet. Et tunc concurrit, quaſi per accidẽs & coactus; in quantum Dei concurſus & cauſalitas, quod ex ſe eſt, intendit producere bonum actum, ſed permittit ſe detorqueri ad malum actum: vt infra diſp. 50. ſect. 2. 3. & 4. 20.

Applicatio voluntatis ad liberam volitionem per ſe dirigitur in Deum.

Applicatio ad materialem actionẽ odij non dirigitur in Deum.

SECTIO V.

Primæ cauſæ prioritas abſque phyſica prædeterminatione.

PRædeterminationis aſſertores, eam eſſe requiſitam exiſtimant maximè propter prioritatis ordinem ſeruandum inter primam & ſecundam cauſam. Vnde argumentãtur primò ratione, deſumpta ex S. Thoma 1. p. q. 19. art. 3. ad 5. nam ab eo quod eſt indifferens ad vtrumlibet, nõ ſequitur aliqua actio, niſi ab aliquo alio inclinetur, vel determinetur ad vnum, vt dicit Comment. 2. Phyſic. text. 48. Ergo ſi concurſus Dei generalis, ſecundum ſe eſt indifferens ad vtrumlibet, ſequitur quod ab aliquo alio determinetur ad effectum, & ſic habebit aliquam cauſam priorem; quod repugnat primæ cauſæ. 1.

Argumentũ aſſertorum præmotionis.

Confirmatur. S. Thom. propter præcedens argumentum art. 3. citat. ad 5. ait: *Cauſa quæ eſt ex ſe contingens, oportet, quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. Sed voluntas diuina, quæ ex ſe neceſſitatem habet, determinat ſed ad volitum, ad quod habet habitudinem non neceſſariam.* Quibus verbis apertè docet, voluntatem diuinam, quæ eſt prima cauſa omnium rerum, determinari à ſe ipſa ad producendum, eos omnes effectus, quos vel per ſe ipſam immediatè, vel per cauſas ſecundas in tempore producit. Ergo concurſus 2.

S. Thomas.

Dei generalis, qui eſt per voluntatem diuinam, non eſt ſecundum ſe indifferens, ſed determinatus & ad determinatos effectus, qui re vera in tempore producuotur iuxta naturam cuiuſlibet cauſæ ſecundæ.

3. Secundum argomentum, quia prima cauſa dicitur eſſe prima in formali ratione cauſæ: ergo prima eſt in ratione cauſandi & influendi. Quod ſi primæ cauſæ concurſus noo præmoueat, nec in affectum influat prius, quàm concurſus cauſæ ſecundæ, non erit priot in ratione cauſandi & influendi, quidquid ſit de prioritate in alio ordine. *Confirmatio prima.* Confirmatur primò, quoniam ex eadem hypotheſi ſequitur, volontatem creatam, non eſſe eauſam ſecundam, ſed potius vel eſſe cauſam æquè primò, ſimúlque cauſaotem cum prima eauſa, vel potius eſſe cauſam abſolutè primam: qoooiam ipſa determinat particularem effectum prius, quàm illa cauſa, quæ dicitur prima.

4. Confirmant ſecundò, quoniam cauſa prima non dicitor prima ſolùm propter perfectionem. Alias enim ſupremus Angelus diceretur prima eauſa reſpectu omnium rerum oaturalium, quia eſt perfectior illis. Item quia ſi hoc eſſet verum, non eſſet ordo per ſe inter motioné primæ cauſæ & ſecundæ; quia per ſe loquendo noo repetitur hic ordo, & hæc coniunctio inter cauſas perfectiores, & imperfectiores, vt inter ſupremum Angelum & equum. Igitur prima cauſa debet eſſe prima concurſu, motione, & influxu, & ex conſequenti debet dari præmotio & prædeterminatio ex parte ipſius Dei.

5. Tertium argumentum eſt applicatio præcedentis ad materiale peccati, quoniã alias ſequitur, quod voluotas creara in ordine ad operationes malas, in quantum habent rationẽ operationis & eotitatis, ſit prima cauſa efficiẽs phyſica. Sequela probatur, nam in ordine ad huiuſmodi opera ſeeundum iſtam rationẽ, non eſt alia prior cauſa, quæ præmoueat & prædetermioet voluntatẽ in ordine ad illos actus ſecuodum rationẽ perfectionis, Igitur volũtas creata eſt prima cauſa in ordine ad illas actiones malas in ratione perfectionis.

6. Quartum argumeotum, quia ſi cauſa voiuerſalis ſupponeret determinationem & & concurſum cauſæ particularis ad materialem entitatem peccari, ſupponeret, eſſe actus; ac proinde non cauſaret eſſe, qui eſt proprius effectus cauſæ vniuerſalis: vt ex D. Thom. retulimus ſect. prædent. *Confirmatio.* Confirmatur, quia gradus entis in actu peccati eſt prius quàm proprius, & ſpecificus gradus, eorreſpoodeos obiecto diſſono rationi. Sed gradus entis eorreſpondet Deo: ergo concurſus Dei eſt prius, quam concurſus potentiæ, inſpicientis obiectum diſſonum rationi.

7. Quintum, nam quemadmodum bonum eſt prius, quàm malum, & quaſi fundamẽtum illius; ita efficientia eſt prius quàm deficientia, & quaſi fundamentum illius. Quapropter io actu peccati prius erit efficieotia, quàm deficientia. At verò in ratione efficientis prior eſſe debet cauſa prima. *Cõfirmatur.* Confirmant, quia booum illod, quod priuationem aotecedit in peccato, non diminuitur ſecundum ſuam entitatem, ſiue ſequatur priuatio, ſiue non ſequatur: ergo æqualiter reſpicit Deum & eius eoncurſum, ſiue bonus actus fuerit, ſiue malus. Antecedens probant ex D. Thoma 1. part. quæſt. 48. art. 4.

8. Sextum, quia prius debet concurrere cauſa quæ magis influit in effectum, atque immediatiùs, intimiùs & perfectiùs agit: huiuſmodi autem eſt prima cauſa.

Nihilominus ſit prima concluſio. Præſcindendo à phſica prædeterminatione, adhuc plures ſont rationes, ob quas Deus dicatur, & verè ſit prima cauſa, & in eauſando prior reliquis omnibus cauſis, ac proinde etiã reſpectu volitionis liberæ prior cauſa eſt, quàm ooſtra voluntas. Prima ratio, quoniam antequam noſtra voluntas operetur, Deus illi ſuũ eſſe, ac proinde virtutem operandi, quæ ipſa voluntas eſt, contulit. Secũda, quia Deus ante omnẽ actionẽ noſtræ voluntaris, quæ exercetur in tẽpore, & non ſolùm antequã exiſteret noſtra actio, ſed etiã prius ratione, quã ſcientia viſionis præuideretur eſſe futura, Deus ab æterno decreuit cũ volũtate creata concurrere ad actionẽ, ad quã voluntas ſe determinauerit. 9. *Prima concluſio.* *Prima ratio.* *Secunda ratio.*

Duæ præcedentes rationes pertinent ad prioritatem primæ cauſæ, prout ipſa eſt conſtituta in actu primo & completo, cui nihil deſit ad operandum ad extra; & prout ſimiliter cauſam ſecundam conſtituit in actu prımo complero. Sequentes verò rationes pertinent ad prioritatem, per quam primæ cauſæ cõcurſus actualis ad extra prior eſt, quam cooeurſus actualis cauſæ ſecundæ. Sit igitur tertia ratio, quæ ſumitur ex Ariſtotele in poſt prædicamentis cap. 1 t. apud quẽ ſecundo modo prius eſſe dicitur *id, quod non conuertitur eſſendi conſequentia.* Qua ratione ſuperiora prædicata priora ſunt inferioribus. Quia valet argumẽtum. Exiſtit homo; ergo exiſtit animal: ſed non è contrariò. Exiſtit animal; ergo exiſtit homo. Dicitur hæc prioritas ad analogiã partium, quarum priores exiſtũt ſine poſteriotibus, ſed non è cootrario, quemadmodum parietes ſine tecto exiſtere poſſunt, ſed non tectum ſine parietibus. Sic igitur cauſa vniuerſalis eſt prior qualibet cauſa particulari, quia valet argumentum. Cauſat noſtra volũtas: ergo cauſat Deus; ſed non valet, cauſat Deus: ergo cauſat noſtra voluntas. Nam Dei cauſalitas exiſtere poteſt ſine cauſalitate noſtræ voluntatis, ſed nõ è conuerſo. 10. *Tertia ratio.* *Ariſtoteles.*

Hunc prioritatis modũ ad cauſas vniuerſales & particulares applicuit Ariſtoteles 2. Phyſic. cap. 3. text. 32. & 33. dicens: *Cauſarum, quæ ſunt eiuſdem generis, alia prior alia, & poſterior, vt ſanitatis medicus atque artifex: & concentus eius qui omnes ſonos complectitur, duplum ac numerus, & ſemper he, quæ continẽt ad eas, quæ ſunt ſingulares.* Qood clarius explicat Auerroes ibi; profundius tameo D. Thomas lect. 6. obſeruãs exempla, hic ab Ariſtotele poſita, pertinere ad vniuerſalitatem prædicationis, ſecundum quam artifex vniuerſalius prædicatum eſt, quam medicus: cæterum ex vniuerſalitate prædicationis colligit etiam vnioerſalitatem perfectionis eauſalitatis, quod hac ratione demonſtrat: *Quantò aliqua ſunt ſuperiora in entibus, tantò habent formas minus cõtractas, & magis dominantes ſupra materiam, quæ coarctat virtutem formæ. Vnde & id, quod eſt prius in cauſando, inuenitur eſſe prius quodam modo ſecundum rationem vniuerſalioris prædicationis, vt puta, ſi ignis eſt primum calefaciens; cælum non tantum eſt primum calefaciens, ſed primum alterans.* 11. *Ariſtoteles.* *Vniuerſalitas prædicationis.* *S. Thomas.*

Tres igitur prioritates ſunt ſibi neceſſariò copulatæ, vt mutuo ſe inferant, videlicet, prioritas dignitatis, ſeu perfectionis in cauſando prioritas vniuerſalitatis, quæ pertinet ad ſubſiſtendi cooſequentiam, & prioritas dependeotiæ. Doas attigit Pantoleo Diaconus in encomio Michaelis 12. *Tres prioritates.*

Archang.

Archang. prope init. & in narratione miraculorum eius §. 3. cum Deum appellat *primum bonum, & quod præcipuè primo operatur.* Et infra: *Vniuerſi, quod dicitur & intelligitur, boni efficiens & impertiens, & largiens, cauſa & prima cauſa.* Apud Sorũ die 29. Septemb. ex Metaphraſte 8. Nouembris. Sed tres ſupradictas prioritates ſimul complexus eſt Proclus in principio libri de cauſis, dicens: *Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſupra cauſatum ſuum quam cauſa vniuerſalis ſecunda. Cum ergo remouet cauſa vniuerſalis ſecũda virtutem ſuam à re cauſa vniuerſalis prima non aufert virtutẽ ſuam ab ea. Quod eſt, quia cauſa vniuerſalis prima agit in cauſatum cauſa ſecundæ: antequam agat in ipſum cauſa vniuerſalis ſecunda, quæ ſequitur ipſum.* In cuius commentario S. Thomas: *Intentio,* inquit, *huius propoſitionis in his tribus conſiſtit. Quorum primum eſt, quod cauſa prima plus influit in effectum, quàm ſecunda. Secundum eſt, quod impreſſio cauſæ primæ tardius recedit ab effectu. Tertium eſt, quod prius ei aduenit.*

Pantaleo. *Proclus.* *S. Thomas.*

13. Hæc poſtquam Proclus demonſtrauit circa vniuerſaliora prædicata, quæ ſunt quaſi formales cauſæ vniuerſaliores; inde colligit, idem prioritatis genus intelligendum eſſe de cauſis efficientibus. Præſertim ſunt notanda illa verba: *Cauſa longinqua eſt prima, & prima eſt plus comprehẽdens, & vehementius cauſa rei, quàm cauſa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhærentiæ cum re, quam operatio cauſæ propinquæ. Et hoc quidem non fit ſecundum hoc, niſi quia res imprimis non patitur, niſi à virtute longinqua. Deinde patitur à ſecunda virtute quæ eſt ſub prima.*

Proclus.

14. Inde paulò inferiùs infert: *Non figitur cauſatum cauſa ſecunda, niſi per virtutem cauſæ primæ: quod eſt, quia cauſa ſecunda quando facit rem, influit cauſa prima, quæ eſt ſupra eam, ſuper illam rem de virtute ſua.* Quæ omnia recipit Auerroes in commentario eiuſdem libri, & S. Thomas ibidem magis explicat dicens: *Quantò aliqua cauſa efficiens eſt prior, tantò eius virtus ad plura ſe extendit. Vnde oportet, vt proprius effectus eius communior ſit, cauſæ verò ſecundæ proprius effectus in paucioribus inuenitur. Vnde & particularior eſt. Ipſe enim cauſa prima producit, vel mouet cauſam ſecundo agentem, & ſic fit ei cauſa, vt agat.*

15. *Obiectio.* Sed dicet aliquis, præſentis loci difficultatem præcipuè verſari circa primæ cauſæ concurſum particularem, atque determinatum, vt hic & nunc, cum hac voluntate concurrat ad hanc numero volitionem producendam. In hoc verò concurſu non verificatur prioritas illa, quæ deſumitur ab vniuerſalitate, nec non ab exiſtendi conſequentia. Quoniam hic concurſus Dei, cum ſit indiuiduus & ſingularis, nullius capax eſt vniuerſalitatis. Inſuper nunquam exiſtere poteſt, niſi exiſtente ſimul in eodem inſtanti hoc etiam concurſu voluntatis ad hanc volitionem.

16. *Concurſus primæ cauſæ retinet prioritatem ex ſuo genere participatã.* Reſpondetur primò. Hic concurſus primæ cauſæ, non obſtante ſingularitate, atque indiuiduatione, quam habet, adhuc retinet vniuerſalitatem & prioritatem illam, quam participat ex ſuo genere. Eo quod genus ſuum ſit vniuerſalius, & priùs, tanquam rationem formalem effectus producendi reſpiciat eſſe, quod eſt effectus prior & intimior omnibus: vt ſupra diximus. Quapropter, quantum eſt ex ſuo genere, hic concurſus primæ cauſæ potuiſſet exiſtere ſine concurſu noſtræ voluntatis; licet ob contrahentem differentiam non poſſit.

17. *Quarta prioritatis ratio.* Reſpondetur ſecundò: In hoc ſingulari concurſu cauſæ vniuerſalis ad hanc volitionem reperitur quarta prioritatis ratio, quæ poſtrema eſt, illarum trium, quas num. 12. copolauimus. Videlicet, prioritas cauſalitatis, aut dependentiæ, de qua Philoſophus in poſt prædicamentis cap. 11. fine, notat, reperiri poſſe etiam inter ea extrema, quæ conuertuntur eſſendi conſequentia, id eſt, quorum neutrum exiſtit ſine altero, ſed mutuo ſe inferunt: *Alterum,* inquit, *quod eſt cauſa quouis modo, vt alterum ſit, prius natura non incongruè dici poteſt.* Notandum eſt illud: *Quouis modo:* nec enim Ariſtoteles requirit realem cauſalitatem; cum ad hoc genus prioritatis, ſatis eſſe putet quamlibet dependentiã, aut quaſi dependentiam. Proptereàque ſubdit exemplum in orationis veritate, quæ non tanquam à cauſa, realiter cauſante, ſed tanquam ab obiecto pendet à rebus ſignificatis. *Vnde res,* inquit, *aliqua ex parte, vt ſit oratio vera, cauſa eſſe videtur. Ex eo namque quia res eſt, aut non eſt, oratio vera dicitur, aut falſa.*

Philoſophus. *Notandum*

18. Hinc igitur diſce, inter concurſum primæ cauſæ, & voluntatis creatæ concurſum ad eandem numero volitionem reperiri poſſe hoc prioritatis genus, non obſtante identitate reali (de qua dicemus ſect. 10.) hæc identitas, licet obſtet reali & veræ cauſalitati, per quam vnus concurſus cauſetur ab altero; ſed non obſtat dependentiæ ſecundum rationem; vt dicemus ſect. 7. & 10.

19. *Cõcurſus noſter, & diuinus inuicem priores, & poſteriores.* Et quamuis in ratione dependentiæ concurſus noſter, & concurſus diuinus ſint inuicem priores, & poſteriores ſub diuerſis rationibus; nam concurſus vniuerſalis Dei, ad hanc numero volitionem exiſtere non poſſet, niſi accedente concurſu particulari noſtræ voluntatis; & è contrario concurſus voluntatis noſtræ non eſſet, niſi accedente concurſu primæ cauſæ: nihilominus inter has mutuas prioritates, prioritas generalis concurſus longiſſimo interuallo ſuperat prioritatem noſtri concurſus. Ratio eſt, quia diuinus concurſus eſt magis neceſſarius intimior & efficacior, & in effectum influens multò magis, quàm noſter concurſus, vt paulò ſuperius dicebamus, & magis conſtabit ſect. ſequenti. Et ideo noſter concurſus pendet à generali concurſu primæ cauſæ multò magis; quàm idem generalis concurſus, ad hanc numero volitionem producendam, pendet à noſtro voluntatis concurſu. Concurſus igitur, qui magis pendet, magis de poſterioritate participat, eo quod alter concurſus, à quo magis pendet, plus habeat de prioritate. In hoc enim genere idem eſt eſſe prius, & eſſe id, à quo aliud pendet.

Prioritas generalis concurſus longo interuallo ſuperat prioritatem noſtri concurſus.

20. Secunda concluſio. In genere mouentis, excitantis, applicantis, ac determinantis altior, atque perfectior prioritatis modus eſt ille, quo generalis concurſus primæ cauſæ, prior eſt concurſu voluntatis noſtræ ad omnes actiones liberas. Nihilominus idem voluntatis concurſus eſt quodam imperfectiori & inferiori modo prior, excitans, applicans, mouens & determinans concurſum primæ cauſæ.

21. Huius concluſionis vtrumque membrum explicatum & probatum fuit tomo præcedenti de Scientia diſputatione 50. ſect. 2. Nihilominus, quod ad præſens inſtitutum attinet, poteſt vlterius confirmari, ſupponendo primò, cauſam primam cum naturalibus cauſis ſecundis, v. g. cum igne ita comparari, vt meritò dixeris, ignem à prima cauſa moueri, applicari & determinari

Supponitur primo.

Dei generalis, qui eſt per voluntatem diuinam, non eſt ſecundum ſe indifferens,ſed determinatus & ad determinatos effectus, qui ſe vera in tempore producuntur iuxta naturam cuiuſlibet cauſæ ſecundæ.

3. Secuudum argumentum,quia prima cauſa dicitur eſſe prima in formali ratione cauſæ: ergo prima eſt in ratione cauſandi & influendi.Quod ſi primæ cauſæ concurſus non præmoueat, nec in affectum influat prius,quàm concurſus cauſæ ſecundæ, non erit prior in ratione cauſandi & Influendi,quidquid ſit de prioritate in alio ordine. *Confirmatio prima.* Confirmatur primò, quoniam ex eadem hypotheſi ſequitur, voluntatem creatam, non eſſe cauſam ſecundam, ſed potius vel eſſe cauſam æquè primò, ſimúlque cauſantem cum prima cauſa, vel potius eſſe cauſam abſolutè primam: quoniam ipſa determinat particularem effectum prius,quàm illa cauſa,quæ dicitur prima.

4. Confirmant ſecundò, quoniam cauſa prima non dicitur prima ſolùm propter perfectionem. Alias enim ſupremus Angelus diceretur prima cauſa reſpectu omnium rerum naturalium,quia eſt perfectior illis. Item quia ſi hoc eſſet verum, non eſſet ordo per ſe inter motioné primæ cauſæ & ſecundæ; quia per ſe loquendo non repetitur hic ordo, & hæc coniunctio inter cauſas perfectiores, & imperfectiores, vt inter ſupremum Angelum & equum.Igitur prima cauſa debet eſſe prima concurſu, motione, & influxu, & ex conſequenti debet dari præmotio & prædeterminatio ex parte ipſius Dei.

5. Tertium argumentum eſt applicatio præcedentis ad materiale peccati,quoniá alias ſequitur, quod voluntas creata in ordine ad operationes malas,in quantum habent rationé operationis & entitatis,ſit prima cauſa efficiés phyſica. Sequela probatur,nam in ordine ad huiuſmodi opera ſecundum iſtam rationé, non eſt alia prior cauſa, quæ præmoueat & prædeterminet voluntaté in ordine ad illos actus ſecundum rationé perfectionis,Igitur volútas creata eſt prima cauſa in ordine ad illas actiones malas in ratione perfectionis.

6. Quartum argumentum,quia ſi cauſa vniuerſalis ſupponeret determinationem & & concurſum cauſæ particularis ad materialem entitatem peccati, ſupponeret, eſſe actus; ac proinde non cauſaret eſſe,qui eſt proprius effectus cauſæ vniuerſalis:vt ex D.Thom.retulimus ſect.prædent. *Confirmatio.* Confirmatur, quia gradus entis in actu peccati eſt prius quàm proprius, & ſpecificus gradus, correſpondens obiecto diſſono rationi.Sed gradus entis correſpondet Deo:ergo concurſus Dei eſt prius, quam concurſus potentiæ,inſpicientis obiectum diſſonum rationi.

7. Quintum, nam quemadmodum bonum eſt prius,quàm malum,& quaſi fundamétum illius; ita efficientia eſt prius quàm deficientia,& quaſi fundamentum illius.Quapropter in actu peccati prius erit efficientia,quàm deficientia.At verò in ratione efficientis prior eſſe debet cauſa prima. *Cōfirmatur.* Confirmant, quia bonum illud,quod priuationem antecedit in peccato,non diminuitur ſecundum ſuam entitatem,ſiue ſequatur priuatio, ſiue non ſequatur: ergo æqualiter reſpicit Deum & eius concurſum,ſiue bonus actus fuerit,ſiue malus. Antecedens probant ex D. Thoma 1. part. quæſt.48.art.4.

8. Sextum, quia prius debet concurrere cauſa quæ magis influit in effectum, atque immediatiùs, intimiùs & perfectiùs agit:huiuſmodi autem eſt prima cauſa.

9. *Prima concluſio.* Nihilominus ſit prima concluſio.Præſcindendo à phſica prædeterminatione, adhuc plures ſunt rationes, ob quas Deus dicatur, & verè ſit prima cauſa,& in cauſando prior reliquis omnibus cauſis,ac proinde etiá reſpectu volitionis liberæ prior cauſa eſt,quàm noſtra voluntas. *Prima ratio.* Prima ratio, quoniam antequam noſtra voluntas operetur, Deus illi ſuú eſſe,ac proinde virtutem operandi,quæ ipſa voluntas eſt,contulit. *Secunda ratio.* Secúda, quia Deus ante omné actioné noſtræ voluntatis, quæ exercetur in tépore, & non ſolùm antequá exiſteret noſtra actio, ſed etiá prius ratione, quá ſcientia viſionis præuideretur eſſe futura, Deus ab æterno decreuit cú volútate creata concurrere ad actioné,ad quá voluntas ſe determinauerit.

10. Duæ præcedentes rationes pertinent ad prioritatem primæ cauſæ,prout ipſa eſt conſtituta in actu primo & completo, cui nihil deſit ad operandum ad extra; & prout ſimiliter cauſam ſecundam conſtituit in actu primo completo. Sequentes verò rationes pertinent ad prioritatem, per quam primæ cauſæ cócurſus actualis ad extra prior eſt, quam concurſus actualis cauſæ ſecundæ. *Tertia ratio.* Sit igitur tertia ratio, quæ ſumitur ex Ariſtotele in poſt prædicamentis cap. 11. apud qué ſecundo modo prius eſſe dicitur *id, quod non conuertitur eſſendi conſequentia.* *Ariſtoteles.* Qua ratione ſuperiora prædicata priora ſunt inferioribus. Quia valet argumétum.Exiſtit homo;ergo exiſtit animal:ſed non è contrariò.Exiſtit animal;ergo exiſtit homo.Dicitur hæc prioritas ad analogiá parrium,quarum priores exiſtút ſine poſterioribus, ſed non è contrario,quemadmodum parietes ſine tecto exiſtere poſſunt,ſed non tectum ſine parietibus. Sic igitur cauſa vniuerſalis eſt prior qualibet cauſa particulari, quia valet argumentum.Cauſat noſtra volútas:ergo cauſat Deus;ſed non valet, cauſat Deus: ergo cauſat noſtra voluntas. Nam Dei cauſalitas exiſtere poteſt ſine cauſalitate noſtræ voluntatis,ſed nó è conuerſo.

11. *Ariſtoteles.* Hunc prioritatis modú ad cauſas vniuerſales & particulares applicuit Ariſtoteles 2. Phyſic. cap.3.text.32. & 33. dicens: *Cauſarum, quæ ſunt einſdem generis, alia prior alia, & poſterior, vt ſanitatis medicus atque artifex:& concentus eius qui omnes ſonos complectitur, duplum ac numerus, & ſemper hæ,quæ continét ad eas,quæ ſunt ſingulares.* Quod clarius explicat Auerroes ibi;profundius tamen D.Thomas lect.6.obſeruás exempla,hic ab Ariſtotele poſita, pertinere ad vniuerſalitatem prædicationis, ſecundum quam artifex vniuerſalius prædicatum eſt,quam medicus:cæterum ex vniuerſalitate prædicationis colligit etiam vniuerſalitatem perfectionis cauſalitatis, quod hac ratione demonſtrat: *Vniuerſalitas prædicationis.* *S.Thomas.* *Quantò aliqua ſunt ſuperiora in entibus,tantò habent formas minus cótractas,& magis dominantes ſupra materiam, quæ coarctat virtutem formæ.Vnde & id,quod eſt prius in cauſando,inuenitur eſſe prius quodam modo ſecundum rationem vniuerſalioris prædicationis,vt puta, ſi ignis eſt primum calefaciens;cælum non tantum eſt primum calefaciens,ſed primum alterans.*

12. *Tres prioritates.* Tres igitur prioritates ſunt ſibi neceſſariò copulatæ, vt mutuo ſe inferant, videlicet, prioritas dignitatis, ſeu perfectionis in cauſando prioritas vniuerſalitatis, quæ pertinet ad ſubſiſtendi conſequentiam, & prioritas dependentiæ. Duas attigit Pantoleo Diaconus in encomio Michaelis

Archang.

Archang. prope init. & in narratione miraculorum eius §. 3. cum Deum appellat *primum bonum, & quod præcipuè primo operatur*. Et infra: *Vniuerſi, quod dicitur & intelligitur, boni efficiens & impertiens, & largiens, cauſa & prima cauſa*. Apud Suriũ die 29. Septemb. ex Metaphraſte 8. Nouembris. Sed tres ſupradictas prioritates ſimul complexus eſt Proclus in principio libri de cauſis, dicens: *Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſupra cauſatum ſuum quam cauſa vniuerſalis ſecunda. Cum ergo remouet cauſa vniuerſalis ſecũda virtutem ſuam à re cauſa vniuerſalis prima non aufert virtutẽ ſuam ab ea. Quod eſt, quia cauſa vniuerſalis prima agit in cauſatum cauſæ ſecundæ: antequam agat in ipſum cauſa vniuerſalis ſecunda, quæ ſequitur ipſum*. In cuius commentario S. Thomas: *Intentio*, inquit, *huius propoſitionis in his tribus conſiſtit. Quorum primum eſt, quod cauſa prima plus influit in effectum, quàm ſecunda. Secundum eſt, quod impreſſio cauſæ primæ tardius recedit ab effectu. Tertium eſt, quod prius ei aduenit.*

Pantaleo. *Proclus.* *S. Thomas.*

13\. Hæc poſtquam Proclus demonſtrauit circa vniuerſaliora prædicata, quæ ſunt quaſi formales cauſæ vniuerſaliores; inde colligit, idem prioritatis genus intelligendum eſſe de cauſis efficientibus. Præſertim ſunt notanda illa verba: *Cauſa longinqua eſt prima, & prima eſt plus comprehẽdens, & vehementius cauſa rei, quàm cauſa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhærentiæ cum re, quam operatio cauſæ propinquæ. Et hoc quidem non fit ſecundum hoc, niſi quia res imprimis non patitur, niſi à virtute longinqua. Deinde patitur à ſecunda virtute quæ eſt ſub prima.*

Proclus.

14\. Inde paulò inferius infert: *Non figitur cauſatum cauſæ ſecundæ, niſi per virtutem cauſæ primæ: quod eſt, quia cauſa ſecunda quando facit rem, influit cauſa prima, quæ eſt ſupra eam, ſuper illam rem de virtute ſua.* Quæ omnia recipit Auerroes in commentario eiuſdem libri, & S. Thomas ibidem magis explicat dicens: *Quanto aliqua cauſa efficiens eſt prior, tantò eius virtus ad plura ſe extendit. Vnde oportet, vt proprius effectus eius communior ſit, cauſæ verò ſecundæ proprius effectus in paucioribus inuenitur. Vnde & particularior eſt. Ipſe enim cauſa prima producit, vel mouet cauſam ſecundò agentem, & ſic fit ei cauſa, vt agat.*

15\. *Obiectio.* Sed dicet aliquis, præſentis loci difficultatem præcipuè verſari circa primæ cauſæ concurſum particularem, atque determinatum, vt hic & nunc, cum hac voluntate concurrat ad hanc numero volitionem producendam. In hoc verò concurſu non verificatur prioritas illa, quæ deſumitur ab vniuerſalitate, nec non ab exiſtendi conſequentia. Quoniam hic concurſus Dei, cum ſit indiuiduus & ſingularis, nullius capax eſt vniuerſalitatis. Inſuper nunquam exiſtere poteſt, niſi exiſtente ſimul in eodem inſtanti hoc etiam concurſu voluntatis ad hanc volitionem.

16\. *Concurſus primæ cauſæ retinet prioritatem ex ſuo genere participatã.* Reſpondetur primò. Hic concurſus primæ cauſæ, non obſtante ſingularitate, atque indiuiduatione, quam habet, adhuc retinet vniuerſalitatem & prioritatem illam, quam participat ex ſuo genere. Eo quod genus ſuum ſit vniuerſalius, & priùs, tanquam rationem formalem effectus producendi reſpiciat eſſe, quod eſt effectus prior & intimior omnibus: vt ſupra diximus. Quapropter, quantum eſt ex ſuo genere, hic concurſus primæ cauſæ potuiſſet exiſtere ſine concurſu noſtræ voluntatis; licet ob contrahentem differentiam non poſſit.

Reſpondetur ſecundò: In hoc ſingulari concurſu cauſæ vniuerſalis ad hanc volitionem reperitur quarta prioritatis ratio, quæ poſtrema eſt, illarum trium, quas num. 12. copulauimus. Videlicet, prioritas cauſalitatis, aut dependentiæ, de qua Philoſophus in poſt prædicamentis cap. 12. fine, notat, reperiri poſſe etiam inter ea extrema, quæ conuertuntur eſſendi conſequentia, id eſt, quorum neutrum exiſtit ſine altero, ſed mutuo ſe inferunt: *Alterum*, inquit, *quod eſt cauſa quouis modo, vt alterum ſit, prius natura non incongruè dici poteſt.* Notandum eſt illud: *Quouis modo*: nec enim Ariſtoteles requirit realem cauſalitatem; cum ad hoc genus prioritatis, ſatis eſſe putet quamlibet dependentiã, aut quaſi dependentiam. Proptereáque ſubdit exemplum in orationis veritate, quæ non tanquam à cauſa, realiter cauſante, ſed tanquam ab obiecto pendet à rebus ſignificatis. *Vnde res*, inquit, *aliqua ex parte, vt ſit oratio vera, cauſa eſſe videtur. Ex eo namque quia res eſt, aut non eſt, oratio vera dicitur, aut falſa.* 17. *Quarta prioritatis ratio.* *Philoſophus.* *Notandum.*

Hinc igitur diſce, inter concurſum primæ cauſæ, & voluntatis creatæ concurſum ad eandem numero volitionem reperiri poſſe hoc prioritatis genus, non obſtante identitate reali (de qua dicemus ſect. 10.) hæc identitas, licet obſtet reali & veræ cauſalitati, per quam vnus concurſus cauſetur ab altero; ſed non obſtat dependentiæ ſecundum rationem; vt dicemus ſect. 7. & 10. 18.

Et quamuis in ratione dependentiæ concurſus noſter, & concurſus diuinus ſint inuicem priores, & poſteriores ſub diuerſis rationibus; nam concurſus vniuerſalis Dei, ad hanc numero volitionem exiſtere non poſſet, niſi accedente concurſu particulari noſtræ voluntatis; & è contrario concurſus voluntatis noſtræ non eſſet, niſi accedente concurſu primæ cauſæ: nihilominus inter has mutuas prioritates, prioritas generalis concurſus longiſſimo interuallo ſuperat prioritatem noſtri concurſus. Ratio eſt, quia diuinus concurſus eſt magis neceſſarius intimior & efficacior, & in effectum influens multò magis, quàm noſter concurſus, vt paulò ſuperius dicebamus, & magis conſtabit ſect. ſequenti. Et ideo noſter concurſus pendet à generali concurſu primæ cauſæ multò magis, quàm idem generalis concurſus, ad hanc numero volitionem producendam, pendet à noſtro voluntatis concurſu. Concurſus igitur, qui magis pendet, magis de poſterioritate participat, eo quod alter concurſus, à quo magis pendet, plus habeat de prioritate. In hoc enim genere idem eſt eſſe prius, & eſſe id, à quo aliud pendet. 19. *Cõcurſus noſter, & diuinus inuicem priores, & poſteriores.* *Prioritas generalis concurſus longo interuallo ſuperat prioritatem noſtri concurſus.*

Secunda concluſio. In genere mouentis, excitantis, applicantis, ac determinantis altior, atque perfectior prioritatis modus eſt ille, quo generalis concurſus primæ cauſæ, prior eſt concurſu voluntatis noſtræ ad omnes actiones liberas. Nihilominus idem voluntatis concurſus eſt quodam imperfectiori & inferiori modo prior, excitans, applicans, mouens & determinans concurſum primæ cauſæ. 20.

Huius concluſionis vtrumque membrum explicatum & probatum fuit tomo præcedenti de Scientia diſputatione 50. ſect. 2. Nihilominus, quod ad præſens inſtitutum attinet, poteſt vlterius confirmari, ſupponendo primò, cauſam primam cum naturalibus cauſis ſecundis, v. g. cum igne ita comparari, vt meritò dixeris, ignem à prima cauſa moueri, applicari & determinari 21. *Supponitur primò.*

Modus, quo Deus ſuo generali cõcurſu naturales cauſas determinat ad agendum.

ad agendum. Quoniam prima cauſa ebutulit igni naturam & virtutem actiuam, qua eſſentialiter eſt determinatus ad calefaciendum & comburendum, quod attinet ad completam potentiam ſibi intrinſecam: & præterea extrinſecè cauſa prima præparatum generalem concurſum adhibet igni, quo quaſi excitatur, mouetur, applicatur & determinatur ignis ad operandum, eo quod ſit vltimum complementum & quaſi forma, & potiſſima vis agendi.

22. Quod vt melius apprehendas, finge, primam cauſam denegare igni concurſum ad calefaciendum, vt quondam igni Babylonico: tunc ignis retinebit quidem ſuam naturam, & naturalem virtutem actiuam, quæ eſt calor; & tamen non calefaciet, quia deficit illi primaria pars cauſalitatis, quæ eſt vniuerſalis concurſus primæ cauſæ. Accedat poſtea concurſus ille, qui deerat; iam ex hoc præcisè ignis, qui fuerat antea in potentia ad calefaciendum, & non calefaciebat, eſt prorſus determinatus ad calefaciendum, & actu calefacit. Hic igitur eſt modus, quo Deus ſuo generali concurſu mouet & excitat, applicat & determinat ad agendum quamlibet cauſam naturalem, poſtquam cæteras omnes conditiones ad agendum requiſitas obtinuit.

23. Sed præterea manifeſtiori alio, atque priori modo Deus ad agendum applicat excitat, & determinat naturales quaſlibet cauſas, quatenus vel ſe ſolo non nunquam, vel communiter & ordinariè mediis cauſis ſecundis cauſat coniunctionem agentis cum paſſo, aut potentiæ, cum obiecto, per applicationem agentis cum paſſo, aut potentiæ cum obiecto per applicationem, ſiue inanimatam, ſiue vitalem. Quælibet enim naturalis cauſa, vt de nouo incipiat agere, indiget noua applicatione, ſicut etiam, vt in actione perſeueret, indiget applicationis conſeruatione. Hæc autem applicatio in cauſis inanimatis conſiſtit in coniunctione, aut propinquitate loci, quæ per motum localem adquiritur; ſed in potentiis vitalibus conſiſtit in propoſitione obiecti, vel motione ſuperioris potentiæ vitalis. In huiuſmodi applicationibus cauſandis conſiſtit ſumma prouidentiæ ordinariæ circa cunctas cauſas ſiue libertate operantes, & circa illarum effectus, vt abſque miraculo producantur,

Naturalis cauſa, vt de nouo agat noua applicatione indiget.

24. *S. Thomas.* De huiuſmodi applicatione planè loquitur S. Thomas 3. contra Gentes cap. 67. ratione 4. dicens: *Quidquid applicat virtutem actiuam ad agendum, dicitur eſſe cauſa illius actionis. Artifex enim applicans virtutem rei naturalis ad aliquam actionem, dicitur eſſe cauſa illius actionis, ſicut cocus decoctionis, quæ eſt per ignem. Sed omnis applicatio virtutis ad operationem, eſt principaliter & primò à Deo. Applicantur enim virtutes operatiuæ ad proprias operationes, per aliquem motum vel corporis, vel animæ. Primum autem principium vtriuſque motus eſt Deus. Eſt enim primum mouens omnino immobile. Et ſimiliter omnis motus voluntatis, quo applicantur aliquæ virtutes ad operandum, reducitur in Deum, ſicut in primum appetibile, & in primum volentem. Omnis igitur operatio debet attribui Deo, ſicut primo & principali agenti.* Aliis tamen in locis agit de alia applicatione, quæ formaliter fit per actionem Dei, qua producit effectum, de qua iterum diſp. 46. ſect. 2.

25. *Voluntas naturaliter complacet de beatitudine in communi.* Secundò ſupponendum eſt, voluntatem noſtram eſſe cauſam naturalem reſpectu actualis complacentiæ circa bonum & beatitudinem in communi. Quamobrem eodem modo quo prima cauſa excitat, determinat, applicat, & mouet cauſas naturales, vt ignem ad calefaciẽdum & comburendum: excitat, determinat applicat & mouet voluntatem noſtram ad complacẽtiam ſeu amorem boni ac beatitudinis in communi. Cui conſonat alia ratio, quia ſicut motus grauium & leuium tribuitur generanti, quia neceſſariò reſultat ex grauitate, quã generans tribuit, ita ferè motus & inclinatio noſtræ voluntatis ad bonum, ſeu beatitudinem in communi, qui motus conſiſtit in amore, ſeu complacentia tribuitur creatori, qui voluntatem produxit. Quo exemplo ad hãc rem explicandam vtitur D. Thomas 1. p. q. 105. art. 4. Sed obiter obſeruandum eſt, volitionem quamlibet, ſiue liberam, ſiue neceſſariam à noſtra voluntate procedere per veram efficientiam, quidquid ſit de motu grauium & leuium.

Obiter obſeruandum.

26. *Obiectio.* Quod ſi obiicias. Ignis habens proximum paſſum, capax caloris, accedente concurſu primę cauſæ, neceſſariò calefacit. At verò voluntas noſtra non neceſſariò exercet actum amoris & complacentiæ circa bonum in communi: ergo non eſt eadem ratio, ob quam complacentia boni in communi tribuatur Deo, vt mouenti & determinanti, ſicut tribuitur illi calefactio. *Reſpondetur.* Reſpondetur, quod ad præſens attinet, ſatis eſſe, quod ex natura voluntatis noſtræ, adiuncto concurſu generali primæ cauſæ, prorſus infallibile eſt, ſuppoſita applicatione obiecti, ſcilicet, cognitione boni, futuram eſſe complacentiam boni alicuius propter bonitatem, quæ in eo relucet. Hoc autẽ eſſe infallibile probatur, quia nullum actum poteſt voluntas elicere, niſi propter aliquam rationẽ boni amatã. Vnde neceſſariũ eſt, quoties voluntas noſtra operatur, in ea operatione eſſentialiter claudi amorem boni. Rurſus, quoties intellectus proponit voluntati aliquod bonum, infallibile eſt, voluntatem operaturam eſſe aliquid, ſiue per volitionem abſolutam, ſiue per ſimplicem complacentiam, aut diſplicentiam circa aliquod ex obiectis, quæ proponuntur ab intellectu. Hæc autem vaga infallibilitas, ſatis probata eſt alibi.

Quoties voluntas operatur in ea operatione eſſentialiter clauditur amor boni. Intellectu aliquid voluntati proponente ipſa infallibiliter operatur.

27. Tertiò ſupponendum eſt, motionem, ac determinationem ad bonum in communi eſſe abſolutè priorem motione ac determinatione ad particularia bona, cuius ratio euidens eſt, quoniam ad omnia, quæ voluntas amat ideo tendit, quia bona ſunt, & antequam eligat, ſingulorum bonitates diſcurit. Quod propterea facit, quia bonitatem primariò quærit & affectat. *Confirmatur primò.* Confirmatur primò, quia id, quod formaliſſimum eſt in obiecto, eſt prius volitum, ideóque prior eſt motio voluntatis ad illud: ſed formaliſſimum in obiecto voluntatis eſt bonitas vt ſic. Ergo motio voluntatis ad bonum, vt ſic eſt prior, quam motio voluntatis ad particularia bona.

28. *Confirmatur ſecundò.* Confirmatur ſecundò, nam talis bonitas in particulari ideo amatur, quia participat bonitatem, quamuis ſpeciali modo bonitatis: ergo prima motio voluntatis eſt ad bonum in communi. *Confirmatur tertiò S. Thomas.* Confirmatur tertiò. Hac enim ratione D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 6. corp. iuncta ſolutione ad 3. notat, motionem Dei eſſe primam, quia eſt ad vniuerſalem finem, ſicut motio Imperatoris ad victoriam prior eſt, quam inferiorum ducum motio ad particularia vexilla.

29. Ex his ergo fundamentis efficaciter probatur concluſio

Efficaciter ex his fundamentis probatur concluſio. concluſio, quia primò conſtat, Deum per vniuerſalem concurſum excitare, mouere, applicare, ac determinare voluntatem noſtram, non ad amorem particularem, neque ad bonum particulare, ſed ad communem rationem amoris erga bonum, abſtrahendo ab hoc, quod ſit bonum in particulari, vel in communi, ad eum ferè modum, quo determinat & mouet cauſas naturales ad ſuas particulares actiones, vt primo & ſecundo fundamento probatum eſt. Deinde conſtat hanc motionem & determinationem vniuerſalis concurſus eſſe abſolutè priorem noſtra determinatione ad particulare bonum, vt probatum eſt fundamento tertio: ergo generalis concurſus primæ cauſæ prior eſt concurſu noſtræ voluntatis in ratione determinantis, mouentis, & applicantis generaliter ad volitionem.

30. Atque iſta quidem non realis, ſed tantum ſecundum rationem prioritas eſt. Vltra quam repetitur etiam realis prioritas, quatenus Deus ex munere primæ cauſæ, aut ſemper, aut per interualla temporũ, & opportunitates cuilibet voluntati debet immittere cogitationes & ſuauitates, ſeu ſimplices complacentias de pulchritudine virtutis, quæ ſunt prorſus indeliberatæ, atque vt minimum, ſunt prius natura, quàm quælibet electio deliberata. Ideóque, Deus, ad illas determinat voluntatem prius natura, quàm voluntas ſe ipſam ad electionem determinet.

31. Hactenus de primo membro concluſionis ſecundæ, cuius ſecundum membrum, videlicet, voluntatis noſtræ concurſum eſſe quodã imperfectiori & inferiori modo priorem in genere excitantis, mouentis, determinantis, & applicantis ad particulares actiones liberas, probatum eſt tomo præced. diſp. 50. ſect. 1. & 2. Alioqui enim nõ eſſet libertatis proprium ſe ipſam mouere, ac determinare ad particulares electiones. Quod ſi voluntas ſe ipſam determinat, primæ cauſæ concurſus non influit ad einſmodi particularem electionem, niſi dependenter ex eo, quod voluntas ſe determinauerit. Eſſe autem id à quo aliud pendet eſt eſſe prius, vt dicebamus nom. 17. 18. & 19.

32. Tertia concluſio. Prioritas diuini concurſus non eſt ſecundum aliquam quaſi durationem naturæ, vt in vno inſtanti naturæ, effectus attingatur, & productus eſſe intelligatur à prima cauſa, & in alio inſtanti naturæ à cauſa ſeconda: vt rectè obſeruauit Scotus lib. 2. ſentent. diſt. 37. §. *Ad ſolutionem iſtorum.* Caietanus 1. parte quæſt. 14. artic. 13. §. *Nec ſuſtinendum,* in fine, Conradus 1. 2. quæſt. 79. articul. 1. colum. 3. §. *Nota inquam*, Gabriel 2. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 2. conc. 4. & diſt. 37. quæſt. vnica art. 1. ad argumentum tertiæ viæ. Ruardus Tapper art. 7. inter princip. & med. propoſitione 10. fine. Hæc concluſio, quoniam recipitur etiam à phyſicæ prædeterminationis authoribus, non indiget in præſenti probari.

33. *Ad primum, ſecundum, & tertium.* Ad argumenta initio propoſita reſpondetur. Primum, ſecundum, & tertium argumentum eam ſolummodo prioritatem probant, quam in concluſionibus conceſſimus, & magis explicabimus ſectione ſequenti. Sed prætereà magis ad formam illorum accommodabimus ſolutionem diſputatione 49. ſection. 1. in cuius primo argumento explicabitur mens S. Thomæ 1. part. quæſt. 19. art. 3. ad 5. & in 2. eiuſdem ſectionis argumento conſtabit etiam in præciſa ratione determinantis voluntatem creatam, non eſſe abſolutè primam cauſam.

34. Ad quartum argumentum reſpondetur. Si cauſa vniuerſalis ita ſupponeret determinationem & concurſum cauſæ particularis, vt non prius illam generali determinatione moueret ad operandum tunc ſupponeret eſſe actus; ac proinde non cauſaret eſſe. Cæterum cauſa vniuerſalis prius generali determinatione cauſas particulares mouet ad operandum: vt vidimus conc. 2. & ſectione 4. ratione 2. vnde mouet, & determinat ad eſſe operationis, priuſquam à voluntate creata determinetur ad tale eſſe talis operationis. *Ad confirmationem.* Ad confirmationem conceditur prioritas diuini concurſus, modo ſuperius explicato.

35. Ad quintum totum quod ſonat conceditur, ſed negatur quod tacitè intendit, videlicet, prædeterminatio phyſica. Quin potius colligitur contrarium, quoniam creata voluntas non poſſet eſſe prima cauſa deficiendi; niſi efficientiam Dei poſſet determinando detorquere ad particularem actum quidditatiuè contrarium virtuti. Quapropter ſi prima cauſa tantam prioritatem aſſumeret in efficiendo, vt prædeterminaret materialem actionem odij Dei; iam eſſet prior non ſolum in ratione efficientis, ſed etiam in ratione deficientis: vt probatum eſt diſputatione 28. ſect. 2. 3. & 4. & ſequentibus diſputationibus fuit corroboratum.

36. *S. Thomas.* Ad confirmationem reſpondetur, negando Antecedens, quin potius ex D. Thoma non ſolùm 1. p. q. 48. art. 4. ſed etiam 1. 2. q. 85. artic. 1. conſtat, diminui bonum & perfectionem operationis humanæ per priuationem honeſtatis in eo ſenſu, quod ſine dubio melior & perfectior operatio foret, Deum toto corde diligere, quã odiſſe, etiamſi ab odio præſcindas priuationem, & ſolam illius ſpecificã & realem quidditatem compares cum amore. Et niſi talis eſſet realis quidditas odij, non diminueret bonum naturæ humanæ.

37. Ad ſextum reſpondetur. Prima cauſa magis influit, immediatiùs, intimiùs & perfectiùs propter generalem determinationem ad eſſe, & bonum in communi, vt in conc. 2. probatum eſt. Vnde non colligitur determinatio ad ſingulas volitiones in particulari, ſed potius oppoſitum: vt ſequenti ſectione conſtabit.

SECTIO VI.

Prior, immediatior, intimior, & efficacior ita eſt concurſus primæ cauſæ, vt eo ipſo refutet phyſicam prædeterminationem.

1. *Prima concluſio.* EX his, quæ præcedenti ſect. monſtrauimus, oſtenditur, primario contrariæ ſententiæ fundamento probari potius noſtram ſententiam. Pro qua ſit prima concluſio. Ratio prioritatis, propter quam intimior, & immediatior eſt primæ cauſæ concurſus, oſtendit, eo ipſo indifferentem eſſe ad particulares operationes, ideóque à voluntate creata debere determinari.

2. *Prioritatis ratio fundata in vniuerſalitate primæ cauſæ.* Probatur primò, nam prioritatis ratio propter quam intimior & immediatior eſt primæ cauſæ concurſus, radicaliter fundatur in illius vniuerſalitate, quatenus prima cauſa eſt in cauſando vniuerſaliſſima, quemlibet effectum attingens; & rurſus illius formaliſſimus & proprius effectus, videlicet, eſſe, vniuerſaliſſimum eſt in prædicati

prædicando, vt ex Ariſtotele, Proclo, S.Thoma, & aliis oſtendimus ſect. præcedenti. Deinde vniuerſalitas poſtulat non determinare ad particulares effectus; vt oſtendimus ſect. 4. Ergo ſimiliter prioritas poſtulat non determinare ad particulares effectus.

Vniuerſalitas poſtulat non determinare ad particulares effectus.

3. Confirmatur primò, nam prioritas exiſtendi conſequentia, quam explicauimus ſect. præcedenti num. 10. & ſequentibus, verificari non poteſt, ſi concurſus generalis primæ cauſæ non abſtrahit à particularibus determinationibus, ſed potius determinat ad ſingulos effectus. Valebit enim conſequentia: Exiſtit generalis concurſus: ergo exiſtunt tales effectus, ad quos determinat. Quæ tamen conſequentia non valebit, ſi concurſus offertur indifferens, quantum ex ſe eſt, quamuis enim ex illo rectè inferatur voluntatem operari aliquem actum; non tamen infertur, hunc potiùs, quam illum actum operari. Confirmatur ſecundò, quia ſi primæ cauſæ concurſus præciſè, vt talis eſt ad particulares quoſlibet effectus determinat; cauſæ vniuerſalis munus excedit præripiendo ſuum munus ſecundis & particularibus cauſis.

4. Probatur ſecundò, quoniam poſtremum, quod à cauſis efficitur, eſt effectus particularis ſecundum ſuam ſpecificam & particularem rationem completam, & vltimò conſtitutam. Quapropter ſic primæ cauſæ concurſus ad hæc omnia determinat; conſequens eſt, effectum primæ cauſæ proprium, non eſſe primum, ſed vltimum propterea'que ipſam non eſſe in cauſando primam; aut certè ſimul eſſe in cauſando primam & vltimam.

5. Probatur tertiò, quoniam primæ cauſæ proprium eſt inferiores cauſas mouere ſecundum earum conditionem. ita vt ex cauſis naturalibus, & conſequenter etiam ex voluntate, prout naturaliter agit, effectus ſequatur neceſſariò, quia cauſa particularis eſt neceſſariò determinata ad eum effectum; ſed ex voluntate, prout per deliberationem agit, effectus ſequatur non ex neceſſitate, ſed cum indifferenti poteſtate continendi ſe ab illo; quoniam voluntas eſt principium actiuum non determinatum ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa: vt S.Thomas docet 1.2. quæſt. 10. artic. 4. corpore, & magis explicat. Conradus ibi: de quo dicemus etiam infra diſp. 50. ſect. 6. ratione 4. Probatur quartò, quoniam prioritatis multæ rationes explicatæ in ſectione præcedenti ſufficiunt quidditati primæ cauſæ abſque prioritate prædeterminationis phyſicæ.

Voluntas principium indifferens.

Probatur quartò.

6. Vnde refutantur extremæ duæ interpretationes vniuerſalitatis ſupradictæ. Quarum alteram plus nimio ſeparatam à particularibus differentiis, intellexere nonnulli antiquorum Scholaſticorum, quando dictam immediationis rationem, ab vniuerſalitate deſumptam, impugnarunt, quia quamuis hanc rem intellectus poſſit intelligere ſub ratione entis, non intelligendo eam ſub ratione talis entis, eo quod ſecundum rationem differunt: tamen potentia exequens, quæcumque ſit illa, non poteſt diſcernere ab alio. Deus enim non poſſet creare ens, niſi creando hoc ens, nec è conuerſo. Hanc obiectionem refert, ac probare videtur Ricardus 1, diſt. 45. art. 2. quæſt. 2. ad finem corporis.

Prima interpretatio.

Diſcrimē inter intellectū & potētiam exequentem.

7. Nihilominus reſpondemus, non ita eſſe vniuerſalem primæ cauſæ concurſum, vt communem rationem entis producat, non producendo particularem rationem entis; ſed quamuis quamlibet rationem entis, ſiue communem, ſiue particularem producat, ideo producit, quoniam imbibit generalem rationem entis, quæ comparatione primæ cauſæ eſt formalis terminus & effectus: ideóque prima cauſa, præciſè vt talis, non determinat particulares effectus. Porro non eſt inconueniens, aliquam rationem præciſam à particularibus, ſine quibus non poteſt exiſtere, formalem terminum eſſe alicuius potentiæ non ſolùm cognoſcitiuæ, ſed etiam productiuæ.

Econtrariò nimium ad particulares effectus contracta eſt; altera vniuerſalitatis interpretatio, quæ ad probandam prædeterminationem omnium actionum in particulari, dirigitur ab vno ex eius opinionis authoribus, quoniam vniuerſalitas illius effectus, qui primæ cauſæ correſpondet, non debet eſſe ad inſtar totius potentialis, hoc enim eſt imperfectum: ſed eſſe debet, veluti totum actuale, continens perfectionem omnium inferiorum in actu. 8.

Secunda interpretatio.

Cui obiectioni reſpondemus, diſtinguendo effectum, qui correſpondet diuinæ potentiæ, ſecundum totam illius amplitudinem, & effectum, qui correſpondet eidem ſub præciſa ratione primæ cauſæ. Nam effectus adæquatè reſpondens diuinæ potentiæ, complectitur quæcumque Deus quomodocumque producere poteſt; ideóque per modum totius actualis continet omnium entium particulares perfectiones, quas totaliter cauſare poteſt ſine concurſu alterius cauſæ. Et in hoc ſenſu ex eo quod Deus ſit cauſa prima & vniuerſaliſſima, & illius effectus ſit vniuerſaliſſimus, colligunt Theologi, illius proprium eſſe creare, ac totam ſubſtantiam producere ſine adminiculo alterius cauſæ, vt S.Bonau. 1. diſtinct. 45. art. 2. quæſt. 2. corpore S.Thomas 1.p. quæſt. 45. art. 5. & 3. contra gentes cap. 68. & alibi ſæpe. 9.

Effectus correſpondēs diuinæ potentiæ ſub ratione potentiæ, & ſub ratione primæ cauſæ.

Inſuper effectus adæquatus, qui potentiæ diuinæ ſub præciſa ratione primæ cauſæ correſpondet, aliquo modo tanquam totum actuale continet particulares perfectiones omnium inferiorum in actu, videlicet, quatenus ad omnes in particulari concurrit. At verò effectus, qui eſt veluti formalis terminus diuinæ potentiæ ſub præciſa ratione primæ cauſæ non eſt totū actuale, ſed potentiale ad eum modum, quo ens continet omnium entium perfectiones. Et licet hic terminus formalis ſit minus perfectus, quàm terminus formalis potentiæ diuinæ ſecundùm illius latitudinem. Hoc ipſum probat diuinæ potentiæ perfectionem, quæ poſſit ſuam vim actiuam cum certo limite exercere: vt dicemus ſect. 7. ideóque non exigit vt prima cauſa determinet ad particulares rationes entis; ſed eas determinandas relinquit particularibus cauſis. 10.

Secunda concluſio. Ita immediatus & intimus eſt concurſus primæ cauſæ, vt non prædeterminet omnes effectus in particulari. Pro cuius explicatione ac probatione ſuppono primò ab omnibus Theologis eſſe receptam intimam immediationem diuini concurſus. Quam, præter Proclum & S.Thomam, in præcedenti ſect. 5. citatos, docent Alexander 1. part. quæſt. 35. memb. 2. S.Bonau. 1. diſt. 45. art. 2. quæſt. 2. Vbi Richard. eodem art. & quæſtione, Gabriel in 2. diſt. 1. q. 2. art. 2. & in 1. diſt. 45. fine Marſilius 1. q. 44. art. 1. conc. 7. & communiter Scholaſtici variis in locis. 11.

Suppono primò.

Suppono

12. *Prima cauſa concurſū ſub aliqua ratione mediatū mediatione ſuppoſiti.*

Suppono ſecundò, primæ cauſæ concurſum ad particulares effectus eſſe mediatum mediatione ſuppoſiti, ſaltem ſub aliqua ratione, videlicet, in quantum concurrit ad peculiarem differentiam, & determinationem vniuſcuiuſque effectus. Etenim, ſaltem quantum ad hoc, inter primam cauſam & effectus mediare cauſas particulares, omnes Philoſophi & Theologi fatentur, & probat S. Thomas 3. contra gent. cap. 77. & 78. 1. part. quæſt. 103. articul. 6. & quæſt. 104. artic. 2. Alexand. 1. part. quæſt. 26. membr. 7. fine. Ægidius in 2. diſtinct. 1. part. 1. quæſt. 2. artic. 6. Ricard. in 2. diſtinct. 1. art. 3. quæſt. 4. & art. 4. quæſt. 2. corp. fine, & in 1. diſt. 45. artic. 2. rota quæſt. 2. Gabriel 2. diſt. 1. quæſt. 2. Caietanus opuſculo de infinitate Dei propius ad finem quàm ad medium. *S. Thomas.*

13. *Caietanus, & Ferrarienſis concordāt.*

Quapropter quod Caietanus 1. part. quæſt. 8. artic. 1. & alij plures ibidem obſeruant, cum cauſis particularibus Deum concurrere immediatione ſuppoſiti, poteſt in concordiam redigi cum doctrina Ferrarienſis 3. contra gent. cap. 70. §. *De immediatione*, vbi negat primæ cauſæ immediationem ſuppoſiti. Quamuis aliqui exiſtiment Caietani & Ferrarienſis ſententiam inter ſe pugnare; de quo nihil attinet in præſenti diſſerere, dummodo tanquam certum ſupponamus, aliquam ſaltem immediationem ſuppoſiti ſecundæ cauſæ concurſui conuenire.

14. Tertiò inde colligitur, ſolam virtutis immediationem eſſe ita propriam primæ cauſæ, vt ſecundis conuenire non poſſit. De quo præter citatos, videri poteſt Capreol. 2. diſt. 1. quæſt. 2. artic. 1. concl. 6. & artic. 3. part. 6. ad argumenta contra 6. concluſionem. Sapienter id obſeruauit S. Thomas 3. contra Gent. cap. 70. in ſolutione primæ difficultatis, & de Potentia quæſt. 3. artic. 7. corp. poſt med. illis præſertim verbis: *Si conſideremus ſuppoſita agentia quodlibet agens particulare eſt immediatum ad ſuum effectum. Si autem conſideremus virtutem, qua fit actio, ſic virtus ſuperioris cauſa erit immediatior effectui, quàm virtus cauſæ inferioris.* *S. Thomas.*

15. *Triplex immediationis comparatio.*

Quartò notandum eſt, triplicem eſſe comparationem iſtius immediationis: vnde triplex illius ratio proficiſcitur. Primo namque virtus primæ cauſæ comparari poteſt cum eadem prima cauſa; & hoc modo eſt immediata, quoniam hæc virtus non competit primæ cauſæ, mediante virtute alterius agentis, quod primæ cauſæ virtutem tribuat. Qui modus loquendi ſimilis eſt alteri, quo prima principia, quæ non poſſunt à priori demonſtrari, dicuntur eſſe immediata, quoniam eorum extrema vniuntur nulla mediante propoſitione intercedente, per quam probentur, vt S. Thomas adnotauit in 3. contra Gent. cap. 70. fuſiùs Ferrarienſis ibi §. *De immediatione*, & obiter Caietanus 1. part. quæſt. 14. artic. 3. §. *Neque ſuſtinendus*, dicens, prioritatem primæ cauſæ eſſe tantummodo *ſecundum dependentiam, & immediationem virtutis, quia prior independentius & immediatius immediatione virtutis attingit effectum, quam ſecunda.* Sic etiam Ægidius in ſecundo diſtinct. 1. part. 5. quæſt. 2. artic. 6. §. *Proſecutis. Accipiendo*, inquit, *immediatum pro eo, quod ex propriis attingit rem, quilibet talis effectus eſt immediatè à Deo totus.*

Principia, quæ non poſſunt à priori demonſtrari immediata. *S. Thomas.* *Caietanus.* *Ægidius.*

16. Secundò, virtus primæ cauſæ comparari poteſt cum cauſis particularibus, quas ad agendum applicat effectui. Hoc modo primæ cauſæ virtus eſt etiam immediata & intima, quoniam, vt S. Thomas obſeruat dicta quæſt. 3. de potentia, art. 7. poſt med. *Virtus ſuperioris cauſa erit immediatior effectui, quam virtus cauſa inferioris. Nam virtus cauſa inferioris non coniungitur effectui, niſi per virtutem cauſa ſuperioris: vnde dicitur in lib. de cauſis, quod virtus cauſa prima prius influit in cauſatum, & vehementius ingreditur in ipſum.* Eadem ſequitur Capreolus in 2. diſt. 1. quæſt. 2. artic. 1. prope finem. *S. Thomas*

Tertiò virtus primæ cauſæ comparari poteſt cum ſuo formali termino, quem primariò reſpicit in effectu producendo. Vnde ſumitur poſtrema ratio, propter quam ſit immediatior, & intimior, quoniam eius formalis terminus, videlicet, eſſe, *magis intimum eſt cuilibet, & profundius omnibus ineſt, cum ſit formale reſpectu omnium, quæ in re ſunt*: vt loquitur S. Thomas 1. part. quæſt. 8. art. 1. corpore. 17.

Vnde 1. part. quæſt. 105. art. 5. corp. fine concludit: *Quia forma res eſt intra rem, & tantò magis, quantò conſideratur vt prior, & vniuerſalior, & ipſe Deus eſt propriè cauſa ipſius eſſe vniuerſalis in rebus omnibus, quod inter omnia eſt magis intimum rebus, ſequitur, quod Deus in omnibus intime operetur.* Quam eandem rationem attigit in prædicta quæſtione 3. de potentia art. 7. dicens: *Eſſe eſt communiſſimus effectus, & primus, & interior omnibus aliis effectibus, & ideo ſoli Deo conuenit ſecundum virtutem propriam talis effectus.* 18.

Accommodato exemplo rem explicuit Ægidius in 2. diſtinct. 1. part. 1. quæſt. 2. artic. 6. ad finem corporis dicens: *Sicut amota cortice, remanet medulla: & ideo dicitur medulla intimior & immediatior rei, quam cortex: ſic amoto à re, quod ſit tale ens, remanet quod ſit ens: vnde cum quilibet effectus ſit immediatè à Deo, vt eſt ens & immediatè à ſecundo agente vt eſt tale ens, immediatius eſt quilibet effectus à Deo, quàm à ſecundo agente.* 19. *Ægidius.*

Ex his fundamentis ſumitur probatio concluſionis ſecundæ, quoniam vniuerſalitas concurſus primæ cauſæ, abſtrahens à particularibus effectis, eſt ratio, propter quam intimior & immediatior eſt concurſus primæ cauſæ. Nam quemadmodum eſſe, quod eſt formalis terminus illius, quidditatiuè tranſcendit vltimas differentias, tanquam prima ratio cuiuſque quidditatis: ſic etiam idem eſſe eſt prima & præcipua ratio dependentiæ à primo ente, à quo participat entitatem. Explicatur magis, quia licet concurſus Dei, per creationem producentis totum eſſe, atque totaliter, ſic etiam intimus & immediatus: in eo tamen primaria ratio immediationis intimæ eſt eſſe, prout abſtrahitur à particularibus differentiis rerum creatarum. Quæ ratio integra permanet, etiamſi Deus non totaliter producat, neque determinet particulares effectus. Quod præterea probatur, quoniam concurſus primæ cauſæ propterea non eſt immediatus immediatione ſuppoſiti, vt in 2. fundamento dicebamus, quoniam particularibus agentibus relinquit integram poteſtatem producendi atque determinandi particulares effectus. 20. *Probatur ſecunda concluſio.* *Explicatur magis.* *Cur prima cauſa concurſus nō ſit immediatus immediatione ſuppoſiti.*

SECTIO VII.

De independentia generalis concurſus & totali cauſalitate.

1\. *Contraria ſententia.* TRes articulos præſens ſectio continet, quaſi appendices prioritatis, quam ſect. 5. & 6. explicuimus. Primus pertinet ad independentiam, ſecundus ad cauſales propoſitiones verificandas, tertius ad totalitatem cauſalitatis. Circa primum contraria ſententia contendit, generalem Dei concurſum non determinari à voluntate creata. *Primum argumentum.* Cuius primum argumentum eſt, quia omnis cauſa, cuius actio modificatur ab aliquo, dependet ab illo in ſua operatione in aliquo genere cauſæ: ſed Dei voluntas in ſua operatione non dependet ab aliqua cauſa: ergo eius actio non modificatur ab aliquo.

2\. Secundum argumentum, quia ratio vniuerſalis, quam inſpicit concurſus diuinus, eſt independens à rationibus particularibus, quas inſpicit liberum arbitrium: ergo ſimiliter concurſus diuinus habet eandem independentiam. Antecedens, inquiunt, eſt clarum, nam prius non dependet à poſteriori: ſed ratio illa vniuerſalis eſt prius natura rationibus particularibus: ergo.

3\. Tertium argumentum peculiariter pertinet ad materialem actionem peccati, quoniam entitas, poſitiua in qua fundatur priuatio, non dependet ex ipſa priuatione; ſed potius è contra priuatio dependet ex entitate poſitiua: ſed concurſus Dei inſpicit in actu peccati id quod poſitiuum & entitatiuum eſt: at verò liberum arbitrium inſpicit id, quod priuatiuum eſt: ergo concurſus diuinus non pendet ex concurſu liberi arbitrij.

4\. *Dico primò.* Ad primum argumentum reſpondeo, & dico 1. Dei voluntas, quantum ad ſuam ſubſtantiam increatam à nulla alia cauſa dependet. *Dico ſecũdò.* Secundò eadem voluntas Dei, quoad abſolutam & totalem potentiam atque operationem ad extra, non pendet ab vlla cauſa creata; quia ſine adiutorio illius cauſæ poteſt quoſlibet effectus producere, ſi velit. *Dico tertiò.* Tertiò Dei operatio ad extra non eſt increatum aliquid, ſed creatum; ideóque nullum inconueniens eſt ab aliqua particulari & creata cauſa pendere, ſi Deus voluerit, vt pendeat, ita limitando vim ſui concurſus, vt ſolus non ſufficiat effectui producendo, ſed indigeat adiutorio cauſarum particularium. Sic enim Dei generalis concurſus ad perpetuas generationes viuentium pendet à materia prima, & à concurſu cælorum & ſeminum. Alioqui non eſſet concurſus ad generationem, ſed eſſet totalis creatio, ſi ex vi modi, quo influit non penderet ab vlla alia cauſa. Quapropter, etiam apud phyſicæ prædeterminationis authores, ſolus primæ cauſæ generalis concurſus non produceret volitionem, niſi voluntatis concurſu ſimul in eodem inſtanti cooperante.

5\. Dico quartò. Modus iſte coarctandi vires ſui concurſus ad extra, licet concurſum, quantum ad intrinſecam entitatem, efficiat, eſſe minus perfectum, quàm foret creatiuus concurſus: nihilominus in ordine ad gubernationem vniuerſi, eſt multò perfectior. Nam, vt optimè adnotauit *S. Thomas.* D. Thomas, 3. contra Gentes cap. 70. fine: *Non eſt ſuperfluum, ſi Deus per ſe ipſum poteſt omnes effectus naturales producere, quod per quaſdam alias cauſas producantur. Non enim hoc eſt ex inſufficientia diuinæ virtutis, ſed ex immenſitate bonitatis ipſius, per quam ſuam ſimilitudinem rebus communicare voluit, non ſolùm quantum ad hoc quod eſſent, ſed etiam, quantum ad hoc quod aliorum cauſæ eſſent. His enim duobus modis creaturæ communiter omnes diuinam ſimilitudinem conſequuntur.* Sed pluribus argumentis hoc confirmat toto cap. 77. & 1. part. quæſt. 103, art. 6. & quæſt. 104. art. 2. & quæſt. 105. art. 5. corpore, & S. Bonauentur. in 1. diſt. 45. art. 1. quæſt. 2. referendus num. 17. Ægidius in 2. diſtinct. 1. part. 1. quæſt. 2. art. 6. Caietanus opuſculo de infinitate Dei propius ad finem quàm ad med. Denique minor perfectio entitatiua concurſus indifferentis non infert imperfectionem primæ cauſæ: quin potius infinitam perfectionem dominij, potentis ad libitum cohibere, aut temperare ſuum concurſum, vt creatæ libertatis iura inuiolata conſeruet. *Minor perfectio concurſus indifferentis primæ cauſæ imperfectionem non infert.*

Dico quintò. Eſt etiam peculiaris ratio, propter quam materialem actionem odij Dei, vel mendacij non poſſe producere ſe ſolo, ſed ad eam producendam pendere à libera determinatione voluntatis creatæ, pertineat ad ſummam perfectionem & laudem Dei: quoniam ſuam bonitatem, ac veracitatem negaret, ſi ab illo proficiſceretur determinatio talium operationum: vt oſtendimus diſp. 30. ſect. 1. & diſput. 41. ſectio. 1. & 2. 6.

Sexto deducitur ex dictis, primæ cauſæ generalem concurſum pendere à concurſu creatarum cauſarum, non eſſe Dei voluntatem in ſua operatione pendere à cauſis creatis; ſed pendere à ſua inſtitutione atque ordinatione. Vnde nullam imperfectionem arguit voluntatis diuinæ, cum illa poſſit quando voluerit, vel non concurrere cum cauſis creatis, vel ſine illarum concurſu cunctos effectus producere. Imo imperfectionis eſſet, ſi non poſſet, modo prædicto cauſas creatas ſibi adhibere adiutrices. Quoniam inde ſequeretur, non poſſe facere effectus liberos, quos vult & modo, quo vult, coaptando illis cauſas contingentes: de quo fusè diximus tomo præced. de ſcientia diſp. 51. 7. *Deducitur ex dictis.*

Ad ſecundum argumentum initio propoſitum reſpondetur, diſtinguendo Antecedens. Ratio entis creati, quam inſpicit generalis concurſus Dei, non poteſt huic liberæ volitioni conuenire, nec in illa exiſtere, niſi exiſtat etiam ratio ſpecifica, & numerica talis volitionis: & quantum ad hoc generalis ratio entis creati pendet ab hac particulari volitione: quamuis non pendeat ab illa, vt exiſtat in aliis entibus. Similiter itaque concurſus generalis Dei non poteſt in hanc liberam volitionem influere, niſi liberum arbitrium ad illam determinet, ideóque quantum ad hoc pendet à libero arbitrio creato; quamuis non pendeat quantum ad determinandas volitiones neceſſarias, vel alios effectus producendos. 8.

Ad tertium reſpondetur. Liberum arbitrium creatum non reſpicit præcisè id, quod priuatiuum eſt, imò primariò & per ſe reſpicit illud, quod reale & ſecundum quid bonum eſt in actu peccati. Et quoniam concurſus Dei non poteſt ad hanc realitatem determinare, pendet à libero arbitrio creato, quantum ad ſpecialem hanc determinationem. 9.

Circa ſecundum articulum ſic argumentantur. Si voluntas humana ſuo concurſu determinaret voluntatem diuinam, vt ſecum concurrat 10. *Obiectio.*

ad actus

ad actus liberos bonos: ſequeretur, hanc cauſalem eſſe veram: Quia voluntas creata operatur, Deus cooperatur: iſta verò cauſalis eſſet falſa: Quia Deus operatur, homo non cooperatur.

11. Reſpondetur. Prima cauſalis non eſt vera, ſi denotet cauſam propriè dictam. Nihil enim eſt propriè cauſa diuini concurſus ad extra, niſi Dei liberum decretum & imperium. Si autem illa cauſalis denotet conditionem requiſitam per modum applicationis & cooperationis: in eo ſenſu vera propoſitio eſt: Quia voluntas creata operatur, Deus cooperatur. Quæ tunc maximè verificatur, quando prima cauſa influit minimum, quod poteſt influere; ſaluo munere primæ cauſæ, & contra ſuam primariam intentionem quaſi compellitur ad actum peccati comproducendum vt in diſp. 50. ſection. 4. dicemus. Eadem tandem propoſitio minorem veritatis rationem habet in actibus moraliter bonis; & adhuc minorem in actibus ſupernaturalibus. Nihilominus in illis omnibus eſt ſufficiens ratio veritatis, propter quam eiuſmodi cauſales frequenter fuerunt à Patribus vſurpatæ: vt oſtendemus alibi.

Nihil eſt propriè cauſa diuini concurſus niſi Decretum, & imperiū.

12. Inde tamen non ſequitur, falſam eſſe cauſalem alteram: Quia Deus operatur, homo cooperatur. Quin potius illa tantò maiorem obtinet veritatis rationem, quantò maior eſt dependentia noſtri concurſus à diuino, tanquam ab altiori cauſa, præſertim, quia niſi Deus præmoueret voluntatem noſtram ad generalem rationem boni & beatitudinis; nullam volitionem poſſet concipere. Cauſales autem eiuſmodi maximam veritatis rationem habent in ſupernaturalibus operationibus, minorem in moraliter bonis; minimam verò ſed ſufficientem in materialibus actionibus peccatorum. His ſimilia de prouidentia dicemus infrà diſp. 50. ſect. 10.

13. *Obiectio.* Artic. tertius erat, vtrum prima cauſa ſit totalis vel partialis cauſa. Nam contrariæ opinionis authores illam inde probare contendunt, quia ſi primæ cauſæ concurſus ad producendam volitionem liberã penderet à determinante concurſu liberi arbitrij: ſequeretur primam cauſam non eſſe totalem cauſam, ſed partialem. Hoc autem imperfectionis eſt non ſolùm propter dependentiam, ſed etiam quia quælibet cauſa partialis inferior eſt & imperfectior, quam illa cauſa totalis, cuius eſt pars. Quemadmodum tota cauſalitas multorum hominum, trahentium nauem, perfectior eſt, quàm vnius illorum ſola cauſalitas; & collectio cauſalitatis omnium aſtrorum, elementorum, & ſeminum, perfectior eſt, quam vnius ſolis cauſalitas.

14. Confirmant, quia ſi prima cauſa non eſt totalis, ſed partialis; non producit totum effectum, ſed tantum partem illius. Sicut enim cauſa conſtituitur in ordine ad effectum: ita etiam totalis cauſa conſtituitur in ordine ad totum effectum; & partialis cauſa in ordine ad partem effectus.

15. Quamuis hæc difficultas non parum ad voces pertineat; rem tamen profundiùs explicat, adhibita diſtinctione triplicis totalitatis cauſæ. Nam cauſa prima duplici totalitate gaudet. Prima eſt totalitas effectus; totum quippe producit effectum, & quamlibet illius partem & rationem formalem. Secunda eſt totalitas cauſæ in vno genere cauſæ, ſiue, quod idem eſt, totalitas ſecundum ſibi proprium modum concurrendi, videlicet, in genere primæ cauſæ, & per modum vniuerſaliſſimi principij. Cæterum prima cauſa non eſt totalis in omni genere cauſæ, neque ſecundum quemlibet modum concurrendi: ſed quantum ad hoc quandam rationem ſuſcipit partialis cauſæ. Quoniam ad producendam volitionem liberam cauſa totalis in omni genere cauſæ cooflatur non ſolùm ex Deo, ſed etiam ex voluntate creata: cuius complexi pars altera præſtantiſſima eſt prima cauſa.

Cauſa prima duplici totalitate gaudet.

Prima cauſa non eſt totalis in omni genere cauſa.

16. Id ipſum eſt, quod intendunt quam plurimi ſcholaſticorum, dicentes, totum effectum produci à cauſa prima ſed non totaliter, & totum à cauſa ſecunda ſed non totaliter. Quod optimè declarauit Ægidius in 2. diſtinct. 1. part. 1. q. 2. articul. 6. poſt med. & D. Thomas 3. contra Gentes cap. 70. fine: *Non ſic idem effectus, ait, cauſa naturali & diuinæ virtuti attribuitur, quaſi partim à Deo, & partim à naturali agente fiat: ſed totus ab vtroque ſecundùm alium modum: ſicut idem effectus totus attribuitur inſtrumento, & principali agenti etiam totus.* Non igitur diuina virtus cauſa eſt ita totalis, vt omnem cauſandi modum complectatur; ſed eſt totalis in ſuo tantum modo cauſandi totum effectum. Quam etiam doctrinam recipiunt Ferrarienſis ibi, Gregorius Ariminenſis, cuius verba refert, & approbat Capreolus in 2. ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 2. artic. 3. part. 6. ad 2. Aureoli contra 6. concluſionem & diſtinct. 28. quæſt. 1. art. 3. ad 12. contra 2. concl. Caietanus opuſculo de infinit. Dei multò propius ad finem, quàm ad med. Gabriel 2. diſtinct. 1. quæſt. 2. artic. 1. notab. 2. & diſt. 37. quæſt. 1. art. 1. ad argumenta de 3. & 4. via, Lycherus in 2. diſt. 37. quæſt. 2. §. *ad ſolutionem*, Ocham in 2. ſentent. quæſt. 5. art. 2. & art. 3. ad 5.

S. Thomas.

17. *S. Bonauent.* Clarius hoc adnotauit S. Bonauentura in 1. diſtinct. 45. artic. 2. quæſt. 2. ad argumenta, dicens: *Cum Deus ſit omnium cauſa immediata; quorundam tamen eſt tota cauſa ſicut eorum, quæ creantur. Quorundam autem eſt cauſa particularis* (ſiue vt alij codices legunt: *cum alia cauſa particulari*) *vt eorum, quæ ſunt à natura particulari: & hæc quidem cauſa concurrit non propter indigentiam diuinæ voluntatis; ſed propter ſummam liberalitatem, quæ non tantum dedit rebus eſſe, ſed & operationem & diffuſionem propter ordinem & connexionem vniuerſi ad inuicem. Nec vna cauſa derogat alteri, ſed totus effectus eſt à cauſa creata, & totus à voluntate infinita increata.* Obſerua, De quorundam effectuum non eſſe totam cauſam, licet cauſa ſit totius effectus, idque pertinere ad prouidentiæ perfectionem, ac diffuſionem diuinæ bonitatis. Eandem ſententiam Ricardus breuioribus verbis complexus in eadem diſtinct. 45. articul. 2. quæſt. 2. corp. fine ait, totum effectum eſſe à cauſa prima per modum ſuperiorem, & totum à cauſa ſecunda per modum inferiorem. Partialitatem verò vtriuſque concurſus diuini & humani magis ex profeſſo defendit Holchot in determinationibus quæſt. 11. toto artic. 4. & in 2. ſentent. quæſt. 1. articul. 3. initio, & apertè deducitur ex Scoto in 2. diſtinct. 37. quæſt. vnica, §. *Ad ſolutionem iſtorum*, & in 1. diſt. 17. quæſt. 2. col. 3. §. *Tertiò modo*, iuncto cum col. 7. §. *Tenendo tertiam.* & col. 15. §. *ad ſolutionem.*

Quorundam effectuum nõ eſt tota cauſa licet cauſa ſit totius effectus.

18. Confirmatur denique, nam ſupernaturales actiones maximè propriæ ſunt Dei, tanquam particularis cauſæ, non ſolùm generalem, ſed etiam ſpecialem influxũ præſtantis. Nihilominus compara

Prædicta doctrina etiam de ſupernaturalibus actionibus vera.

comparatione illarum, Deus non eſt rotalis cauſa totalitate modi cauſandi. Ergo multo mious hoc totalitatis genus repetietur comparatione volitionum moraliter bonarum, & multò minus comparatione materialis actionis odij Dei, aut alterius, quæ quidditatiuè coorraria ſit virtuti.

19. *Sententia Curielis non admittenda.* Ex dictis in hoc & præcedentibus articulis & ex dictis & dicendis in ſectione 9. colligitur, non eſſe admittendam ſeotentiam Curielis in lib. 1. controuerſ. 5. ſuper cap. 1. Sap. oum. 109. & ſequentibus pag. 94. exiſtimantis, concurſom generalem, quem Deus de facto exhibet quibuſlibet cauſis ſecundis, eſſe ſufficientem, vt effectum producat abſque concurſu cauſæ ſecundæ. *Curielis obiectio.* Probat autem, quia Deus non poteſt attemperare ſuum concurſum, vt non ſit ſufficieos; aliàs, ioquit, potuiſſet Deus abſtinere omnino à concurſu actoali immediatò. *Reſpondetur.* Cui facile reſpondetur, poſſe quidem abſtinere omnino à concurſu: verumtamen ſi abſtinuiſſet; omnia redirent in nihilum, vnde facta ſont; ideo de potentia ordinaria id non eſſe poſſibile.

20. *Theologis cauendum.* Illod verò Theologis magis cauendum eſt, ne prædictam ſufficientiam generalis concorſus ampliandam eſſe putent, etiam ad ſupernaturales actiones, requiſitas ad iuſtificationem; hoc enim prorſus alienum fuiſſe ab iotentione prædicti Doctoris, illud imprimis probat, quoniam *Probatur primò.* ſi ad actus fidei, ſpei & charitatis ſufficeret ſolus concurſus generalis Dei abſque concurſu voluntatis; ſequeretur, eundem concurſum generalem ſufficere cum concurſu voluntatis. Quapropter oeceſſarius non eſſet ſupernaturalis coocurſus: hoc autem eſt fidei contrarium.

21. Probatur ſecundò, quia ſi concurſus generalis qualis de facto tribuitur à Deo foret ſufficieos ad producendos actos fidei, ſpei, & charitatis abſque concurſu voluntatis humanæ; ſequeretur quod non eſſet requiſitus coocorſus humanæ voluntatis ad huiuſmodi actiones, ſed ex abundanti ſuperadditus. At Scriptura, Patres, & Concilia tanquam de ſimpliciter neceſſaria loquuntur de cooperatione voluotatis creatæ; *Cooperatio voluntatis ſimpliciter neceſſaria ad actus ſupernaturales.* neque ſolùm oeceſſatia ex præcepto & lege Dei, negantis iuſtificationem donec liberum arbitrium cooperetur, ſed etiam neceſſaria propter vim effectiuam, ſioe qua talis effectos eſt impoſſibilis, ex ſuppoſitione quod Deus non aſſumit monus cauſæ particularis creatæ, ſed illi committit ſuum integrum officium.

22. Tertiò noo ſolùm ad ſupernaturales, ſed etiam ad merè naturales volitiones generalem Dei coocurſom noo ſufficere abſque concurſu voluntatis creatæ, probatur, nam volitio non erit *Volitio non eſt voluntaria niſi ſit à principio intrinſeco.* voluntaria, niſi ſit à principio intrinſeco: ideóque contradictionem implicat aliquem concurſum Dei ſiue generalem, ſiue ſpecialem eſſe ſufficientem abſque concurſu voluntatis, vt volitionem producat.

23. Quartò probatur, quoniam ſi generalis Dei concurſus, quē Deos de facto præbet ad odium Dei, foret ſufficieos, vt ſine volontatis concurſu produceret odium Dei: ſequeretur eſſe poſſibile Deum ſe ſolo prodocere odium Dei. Cōſequens autem eſſe falſum probatum eſt ſupra diſp. 41. tota ſect. 1. *Cōfirmatur.* Confirmatur, quooiam intrinſecam malitiam odij Dei contraheret Dei concurſos generalis, etiam quando producit odium Dei concurrente voluntate creata; quoniam tunc etiam ille concurſus eſt totaliter determinatus ad realem differentiam quidditatiuè contrariam charitati, & rationi. Quapropter non poſſet excuſari à malitia propter indifferentiam, quantum in ſe eſt, abſtrahentem à malitia. Qoam rationem omnino neceſſariam eſſe ſatis conſtat ſupra diſp. 27. & ſequentibus, & magis conſtabit infra diſp. 50. & 51.

SECTIO VIII.

De concurſu ac determinatione voluntatis creatæ, prout procedit à prima cauſa.

Ex hoc etiam capite argumenta varia deſumit contraria ſententia. Primum, qoia concurſus cauſæ ſecundæ, etiam in quantum eſt formaliter concorſus illius, procedit effectiuè ex operatione primæ cauſæ: aliàs aliquid reale exiſtens in rerum natura, ſubtraheretur ab operatione & cauſalitate primi agentis. Ergo concurſus cauſæ ſecuodæ non determinat operatiooem, ſeu coocurſum ad extra primæ cauſæ ad talem actionem in indiuiduo, ſed potius ipſa cauſa ſecunda à concurſu primæ determinatur. Probatur conſequeotia, nam effectus procedens ex operatione, vel concurſu alicuius cauſæ, non poteſt determinare illam cauſam & eius operationem ad illum effectum in particulari producendum: cum prius, ordine ſaltem naturæ, intelligatur determinatio cauſæ ad agendum, quantum ad exercitium, quam ipſe effectus, eo quod omnis effectos, inquantum hoiuſmodi eſt poſterius tempore, vel natura ſua cauſa efficienti. 1. *Primum argumentum.*

Reſpondetur imprimis diſtinguendo Antecedeos. Concurſus cauſæ ſecundæ procedit effectiuè ex operatione primæ cauſæ; quoniam ea operatione mediante, prima cauſa influit in coocurſum cauſæ ſecundæ. Sed idem concurſus cauſæ ſecundæ non ita procedit, vt eius cauſa ſit ipſa operatio primæ cauſæ. Ea quippe quæ non diſtinguntur realiter, non poſſunt ad inuicem comparari, tanquam effectus & cauſa: operationem vero primæ cauſæ non diſtingui realiter à concurſu cauſæ ſecundæ, conſtabit ſect. 10. At ex eo, qood prima cauſa, mediante ſoa operatione, ſeu geoerali concurſu, producat efficienter concurſum voluntatis liberæ, non colligitur eſſe impoſſibile, quod voluntatis concurſus determinet operationem primæ cauſæ, quam Deus ita accommodat, vt poſſit à ſua particulari cooperatione determinari. 2. *Quæ non diſtinguntur realiter non poſſunt eſſe effectus, & cauſa.*

Quod autem ſubiungitur, prius ordine, ſaltem oaturæ, intelligi determinationem cauſæ ad agendum, quantum ad exercitium, quam ipſe effectus, non poteſt verificari de cauſa, quæ in vno tātum genere cauſat, qualis eſt prima cauſa; nec de cauſa totali, quæ complectatur omne genus cauſæ, ſi libera cauſa intercedat. Hæc enim non intelligitur vnquam determinata in actu primo: quoniam in actu primo ſemper eſt indifferens (vt probauimus tomo præcedenti de Scientia diſpot. 34. & multis ſequentibus, præſertim diſput. 50. ſect. 3. 4. & 5.) determinator autem ſolummodo per ſuum effectum, hoc eſt; liberam electionem in actu ſecundo. Quapropter illa determioatio cauſæ natura prior, quam effectus, directè repugnat libertati, & ſolummodo conuenit cauſæ naturaliter operanti, quando completa eſt in omni genere cauſæ. Neque oppoſitum probatur, eo quod omnis effectus, in 3.

quantum

Digitized by Google

quantom huiuſmodi, eſt poſterius tempore vel natura ſua cauſa efficienti. Nam determinatio cauſæ liberæ, neque eſt cauſa electioois, neque aliquid in actu primo requiſitum ex parte cauſæ, ſed eſt ipſamet electio in actu ſecundo.

4. *Prædicti argumenti cõfirmatio.* Sed prædictæ obiectionis doctrinam confirmant, eo quod Deus faciat, vt faciamus, & vt velimus, aliiſque multis locutionibos, quæ probant, Deum eſſe authorem noſtrarum operationum: *Reſpõdetur.* ſed illæ propriæ ſunt honeſtarum operatioonm, præſertim ſupernaturalium; ideóque nihil ex illis colligitur circa generalem coocurſum primæ cauſæ, quem in præſenti tractamus. Nam prima cauſa per generalem concurſum efficienter influit etiam ad materialem actionem odij Dei, quam tamen prima cauſa oon facit, vt nos faciamus, & velimus: ſicut probatum eſt ſupra diſp. 36. præſertim ſect. 8.

5. Rurſus circa volitiooes moraliter boneſtas, licet aliquo modo verificentur illę loquutiones: noo tameo plenè nec ſecundum mẽtem Scripturæ ſacræ, & Sanctorum Patrum: vt attigimus ſupra ſectioo. 2. ratiooe 3. à num. 3. Denique licet ſupernaturales actiones Deus proprie & abſolutè faciat, vt velimus & faciamus; hoc tamen facit præmittendo illuſtrationes intellectus, & ſuauitates voluntatis, & offerendo copioſum concurſum effectiuum, qoi licet non determinaretur à concurſu liberæ voluntatis (de quo non eſt in præſenti tractandum) non ſequeretur generalem concurſum ſimiliter non determinari, quoniam generalis coocurſus indifferentia longe maior eſt.

6. *Secundum argumentum, & eius ſolutio.* Atque inde ſoluitur obiectio altera, quoniam applicatio actualis voluntatis ad operandum, eſt aliquid creatum, volitum, & cognitum à Deo Scieotia practica, & eſt diſtinctum à virtute operatioa ipſius voluntatis. Ergo Deus efficit illam applicationem: alias non eſſet ſimpliciter prima rerum omoium cauſa: ergo applicat voluntatem ad operandum.

7. Hoius argumenti poſtrema conſequutio fallax eſt. Detegetur verò fallacia, ſi proponatur explicitè ſyllogiſmus, in ea virtualiter cootentus, videlicet. Qui producit determinationem, ille determinat; ſicut, qui producit calorem ille calefacit. Sed Deus ſemper producit determinationem noſtræ voluntatis ad actum particularem, & ad ſpeciale obiectum. Ergo Deus ſemper determinat ad ſpecialem actum, & ſpeciale obiectum.

8. Huius itaque ſyllogiſmi conſtat falſam eſſe Maiorem. Sicut enim Deus viſionem noſtram cauſat, & tameo non videt; quia videre denotat actionem, vt procedentem à poteotia vitali, receptiua viſionis productæ: ita Deus quamuis prodocat determinationem noſtræ voluntatis ad ſpecialem volitionem particularis obiecti; nihilominos non determinat ſpecialem volitionem particularis obiecti; quia determinare non eſt cauſæ producentis determinationẽ per concorſum, ex ſe indifferentem, ſed cauſæ producentis per concurſum determinatum. Qua etiam ratione quamuis Deus prodocat actionem cauſæ ſecundæ: nihilominus Deus noo agit actione cauſæ ſecundæ.

9. *Argumenti exemplum magis explicatum.* Ratio à priori conſtabit, ſi argumeoti exemplum explicetur magis. Nam quicumque producit calorem, dicitur calefacere; quia denominationes agentiom, licet omnes ſignificent actionem nihilominos quandoque important ſolummodo diſtinctionem actiooum penes terminos, ſioe effectus. *Denominationes agentium.* Et huiuſmodi denominationes ſunt calefaciens, vel frigefaciens. Quæ propterea conueniunt cuicumque caoſæ quomodocumque produceoti calorem & frigus. Vnde rectè dixeris, non ſolùm ignem, ſed etiam ſolem, & Deum calefacere. Aliæ denominationes agentium important diſtinctionem actionum penes diuerſos modos operandi. Sicut videre diuerſum modum operandi ſignificat, quem non ſignificat calefacere, & agere vt cauſam ſecundam, agere inſtrumentaliter, ac determinare, importãt peculiarem modum agendi: & ideo non denominant Deum, quamuis comparentur ad Deum, vt effectus ab eo prodocti. Quia modus peculiaris agendi, quidditatiuè importatus in eiuſmodi formalitatibus non conſtituitor in ordine ad Deum, neque eſt actio Dei. Nam eadẽ formalitas actionis, quæ eſt actio noſtra, conſiderata, vt ſic non eſt actio Dei; ſed cõparatur ad Deum, vt effectos productus per communem actiooẽ cauſæ vniuerſalis.

SECTIO IX.

Modificari & determinari concurſum primæ cauſæ.

INdiffereotiam generalis concurſus, v influat in actiones liberas, oppugnat Dominicus Bañes 1. part. quæſt. 19. art. 8. non procul à principio, contendeos, quod primæ caoſæ concurſus, vt ſe tenet ex parte agentis, & vt eſt illius actiu, determinat & modificat concurſum cauſæ ſecundæ ad omnes effectus ſingulares & io particulari, & ad omnem modum illorum: idem verò coocurſos à oullo modificatur, neque in vllo genere determinator. In quo ſeotentiam Caietani refutat hoc argumento. 1. *Argumentatur Bannes.* Quia eſſet ponere maximam imperfectiooem in Deo, aſſerere, qood quemadmodum idem omnino concurſus ſolis producit diſtinctos effectus, quia modificatur, per diſtinctas cauſas ioferiores: ita concurſus diuinæ voluntatis, quantũ eſt ex parte ſua, manet indifferẽs; ſed modificatur & determinatur ad diſtinctos effectus per diſtinctas cauſas inferiores.

2. Antecedentis huius probationem addidere recentiores eius diſcipuli, qoia ſol eſt caoſa fioita & limitata, habens aliquid potentialitatis, & ſimiliter homo, cum ſit creatura: & ideo poteſt per concurſum alterius cauſæ determinari ad producendum talem, vel talem effectum in indiuiduo. Deus autem eſt cauſa infinitè perfecta, & purus actus, nollam habens potentialitatem admixtam. Vnde eios voluntas, vel concurſus, in quo eſt inteotio volontatis, & virtutis diuinæ, determinati non poteſt ad operandom ex concurſu liberi arbitrij, vel cuiuſcumque alterios cauſæ ſecundæ.

3. *Prima confirmatio.* Bañes confirmat primò, qoia ſicut ſe habet liberum arbitrium hominis, reſpecto illorum, quæ omnino ſubiiciuntur ſibi, ita ſe habet, imo multò efficaciùs diuina voluntas reſpectu illorum, quæ omnino ſobiiciuntur ſibi; qoæ quidem ſunt vniuerſa: ſed concurſus liberi arbitrij oostri ad aliquid ageodum per media ſubordinata non modificatur ab ipſis mediis, ſed potius modificat. Verbi gratia artifex vult pingere imaginem, ipſemet exactè adaptat penicillum, præparat colores, mouet manum, determinat

ideam in mente, quam vult imitari. Tunc profectò liberum arbitrium artificis non modificatur ab iſtis mediis, quatenus ſibi ſubiiciuntur, niſi forte impediendo perfectionem effectos, quatenus ſibi non ſubiiciuntur in aliquo. Quin potius ipſemet artifex per liberum arbitrium & artem determinat ſibi huiuſmodi media, in quantū ſibi ſubiiciuntur. Ergo multò minus poteſt inueniri aliquid creatum, quod determinet diuinæ voluntatis actiuum concurſum, ſiue attingentiam actiuam. Hactenus Bañes.

Secunda confirmatio.

4. Alij confirmant ſecundò, quia ſi Deus concurrit vt determinatus à voluntate creata, Deus concurrit, vt cauſa ſecunda, & voluntas creata concurrit, vt cauſa prima. Tertiò confirmari poteſt, quia ſi diuinus concurſus determinaretur à voluntate noſtra, iam dioinus concurſus perficeretur, & compleretur à creata voluntate. Hoc autem imperfectionis eſſet. Quartò, quia ſaltem conecdendum eſſet, quod perfectior fuiſſet concurſus vniuerſalis Dei, ſi determinaret ad actiones omnes in particulari.

5. Confirmatur quiotò, nam eundem effectam, quem prima cauſa producit media cauſa ſecunda efficienti, poſſet producere ſine illa: nihilque apponit ſecunda cauſa quando concurrit ſimul cum Deo, quod non habeat ab ipſo Deo: quare ipſe Deus omni ratione & omni, conſideratione in omni genere cauſæ eſt prior, atque adeo concurſus diuinus non modificatur à creatura.

Confirmant ſextò, quoniam prima cauſa cum creatura minus perfecta poteſt concurrere excellentiori modo. Sepnmò, quia licet concurſus diuinus, in quantum eſt accidens in creatura receptum; limiterur ab illa: nihilominns, prout eſt à Deo, non limitatur, ſed habet infinitatem quandam.

Aſſertio prima.
Prima cauſa quantum ad ſuam ſubſtã tiam, nec determinatur, nec perficitur.

6. Reſpondeo & dico primò. Cauſa prima quaotum ad ſuam ſubſtantiam, & intrinſecam potentiam actiuam, neque determinatur, nec modificatur, nec perficitur. Imò & illud imperium atque decretum, quo Deus ſuam omnipotentiam applicuit, vt cum voluntate creata concurreret ad particularem volitionem, non determinatur, nec modificatur à voluntare creata. Hæc enim applicatio fit per liberam determinatiooem diuinæ voluntatis, quæ poſſet eligere, concurſum generalem denegare voluntati creatæ, & tamen liberè ſe determinauit ad illum offerendum in particulati, cum tamen præſciret vbi, quando & quomodo, & quæ volitio foret producenda. Hæc determinatio diuinæ voluntatis & intellectus ad intra, nullam habere poteſt, quæ propriè ſit illius cauſa, cum ſit aliquid increatnm. Vnde multò minus cauſari poteſt à voluntate creata.

Conueniens ratio cur Deus præbeat indifferentē concurſum.

7. Dico ſecundò. Ex parte obiecti reddi poteſt aliqua ratio, propter quam cnnueniens fuit diuinam voluntatem determinari ad præbendum indifferentem concurſum generalem propter proprium munus primæ cauſæ, aliáſque rationes, quas tota diſp. præſenti, & ſequentibus explicamus, præſertim ſupra ſect. 7. aſſert. 4. oſtendentes, hunc eſſe perfectiorem modum prouidentiæ.

Prima cauſa operatio non eſt ex ſuo genere imperfecta.

8. Dico tertiò. Primæ cauſæ operatio ad extra non eſt in ſuo genere imperfecta, ſed potius perfectiſſima, eo quod modificetur, & determinetur, atque in diuerſo genere compleatur per concurſum creatæ voluntatis. Quemadmodnm anima rationalis non eſt imperfecta in ratione animæ, ſed potius perfectiſſima, eo quod ad conſtituendum hominem compleatur per corpus bene organizatnm.

Dei operatio ad extra finita perfectionis.

9. Quartò. Eadem operatio Dei ad extra patitur illud imperfectionis genus, quod creaturæ cuilibet quidditatiuum eſt, videlicet, vt non ſit infinitæ perfectionis, nec infinitæ virtutis; ſed in eo tantum gradu perfectinnis & virtutis, quem dinina voluntas illi communicare decreuerit. Qnapropter non eſt bona conſecutio, quæ perfectionem infinitam, nulla potentialitate permixtam in operatione Dei ad extra, colligit ex infinitate diuinæ volnntatis. Ex hac enim, licet bene infeiatur, poſſe Deum, quando voluerit præbere concurſum, qui determinari nequeat à voluntate creata, ſed potius illam determinet: nihilominus non infertur, generalem concurſum ita præberi. Eſt etiam in boc concurſu illa ratio minoris perfectionis, quia eſt quodammodo partialis, eo quod non eſt concurſus cauſæ in omni genere cauſæ, ſed tantòm in genere cauſæ vniuerſalis: vt in ſect. 7. artic. 3. ptobauimns.

Concurſus Dei partialis.

Determinatio voluntatis ab ipſa & à Deo cauſatur.

10. Dico quintò. Quamuis primæ cauſæ concurſus determinetur à creata voluntate; nihilominus eodem concurſu medio prima cauſa effectiuè producit eam etiam determinationem, & modificationem, quæ præſtatur à creata voluntate. Illa quippe determinatio & modificatio cauſatur ab vtraque cauſa, prima videlicet, ac ſecunda; ſed à prima cauſatur, vt à primo determinante ad generalem actionem volitionis; à ſecunda verò cauſa procedit, tanquam ab vltimo determinante ad ſpecialem rationem volitionis: vt in præcedenti ſectione dictum eſt. Quod autem admiſcetur de omnimoda identitate concurſus, ſiue primæ cauſæ, ſiue ſolis, tractabitur ſequenti ſect. 10.

Quæ omnino ſubiiciuntur homini non operantur liberè.

11. Ex dictis conſtat ſolutio totius argumenti principalis. Ad primam illius confirmationem reſpondetur, manifeſtum eſſe diſcrimen; nam ea, quæ omnino ſubiiciuntur homini non operantur liberè; ſed mouentur tanquam inſtrumenta, quorum indiffereotia eſt merè paſſiua. Cuiuſmodi ſunt penicillus, & artium inſtrumenta cætera; inſuper manus, & omnia membra, cæteræque potentiæ. At verò noſtra voluntas operatur liberè; & licet à Deo moueatur, nihilominus, eius indifferentia vt operetur, vel non operetur, non eſt merè paſſiua, ſed propriè actiua: vt oſtendimus tomo præcedenti diſputat. 52. idcóque, licet inſtrumenta non determinent aut modificent actiuum concurſum artificis. Voluntas creata determinat & modificat actiuum concurſum Dei modo nuper explicato.

Si Deus determinaretur à voluntate ad generalem volitionis rationem vt cauſa ſecunda operaretur.

12. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur. Deus concurreret vt cauſa ſecunda; ſi determinaretur à voluntate creata non ſolùm ad ſpecialem, ſed etiam ad geoeralem rationem volitionis. Ad hanc verò quoniam Deus determinat, præſtat quod ſatis eſt muneri primæ cauſæ: vt oſtendimus ſect. 5. præſertim conc. 2. Ad tertiam confirmationem. Quod diuinus concurſus determinetur à voluntate creata, non probat, eum eſſe imperfectum in ſuo genere; ſed ſolùmodo probat, illi conuenire imperfectionē, cuilibet creaturæ communē: vt explicuimus aſſert. 3. & 4.

Ad quæ

13\. *De ratione vniuerſalis concurſus cauſis liberis ſuam determinationem permittere.*

Ad quartam confirmationem reſpondetur, diſtinguendo antecedens. Nam concurſus vniuerſalis primæ cauſæ, ſi determinaret ad omnes actiones in paricularí, fuiſſet entitatiuè perfectior, in quantum plenius & magis totaliter cauſaret effectum; ſed non fuiſſet perfectior in genere concurſus vniuerſalis, ſed potius eſſet imperfectiſſimum quid, & impoſſibile. Quia de ratione vniuerſalis concurſus eſt, vt liberis cauſis permittat liberam ſuæ actionis determinationem, præſertim quantum ad obiecta intrinſecè mala: ad hæc enim nullus, niſi imperfectiſſimus concurſus determinat. Denique vt integra prouidentia Dei perfectior eſt; ſi quædam peccata impediat, quædam verò permittat: ita collectio cuiuſlibet concurſus ad extra perfectior eſt; ſi quidam concurſus determinet ad bonum: & excludat peccatum, alter verò non determinet ad actionem bonam, ſed permittat fieri malam.

14\. *Prima cauſa per generalē concurſum ſe ſola effectus non producit.*

Ad quintam confirmationem reſpondetur, antecedens eſſe falſum; tum quoniam prima cauſa præcisè per generalem concurſum primæ cauſæ, non aſſumendo concurſum cauſæ particularis, non poſſet eum effectum producere, quem producit media cauſa ſecunda: tum etiam quia, licet à Deo cauſa ſecunda habeat, quod apponit, quando concurrit cum cauſa prima: cæterum hoc non habet à Deo quaſi à totaliter, ac in omni genere cauſante, ſed ſolummodo quaſi à cauſante in genere primæ & vniuerſaliſſimæ cauſæ: vt oſtendimus ſectione 7. articulo 3.

15\. *Prima cauſa poteſt cum creatura minus perfecta excellentiori modo concurrere.*

Ad ſextam confirmationem reſpondetur. Si prima cauſa voluerit munus aſſumere particularis cauſæ; poterit cum creatura minus perfecta concurrere excellentiori modo; ſed virtute ſolius generalis concurſus id præſtare non poterit. Ad ſeptimam confirmationem reſpondetur. Primæ cauſæ concurſus, prout eſt à Deo, eſt eo ipſo creatura, ac proinde ſub hac ratione eſt limitatus. Inſuper, prout eſt à Deo, limitatur ad eum perfectionis gradum, quem Deus limitare vult. Ideóque limitatur, vt ſe contineat intra fines generalis concurſus, neque præſtare poſſit, quod præſtat concurſus Dei, vt cauſæ particularis. Adhuc tamen primæ cauſæ concurſus in eo ſenſu ſortitur infinitatem quandam, quoniam ad infinitos effectus poteſt, quod ex ſe eſt, cum cauſis particularibus concurrere.

Prima cauſa concurſus prout eſt à Deo creatura eſt.

16\. *Dei generalis concurſus ſolis concurſui ſimilis.*

Poſtremò valdè notandum eſt, ſimilitudinem ductam ab indifferentia, quam habet concurſus ſolis inter ſupradictas obiectiones ab earum authoribus refutari, & parui pendi. Quapropter neceſſarium duximus oſtendere quanta ſit eius authoritas, quippe quæ familiaris fuerit antiquiſſimis Patribus D. Thomæ, & aliis ſcholaſticis ad explicandam indifferentiam diuini concurſus, qui poſſit ad malum actum determinari à voluntate creata; ſicut concurſus ſolis determinatur à cauſis ſecundis. Ij ſunt Dionyſius Areopag. & in eius commentariis S. Thomas, Irenæus, Cyrillus Hieroſolym. & Alexandrinus, Chryſoſtom. Theophylactus, Theodoretus, Origenes, Marcus Eremita, Anaſtaſius Nicenus ex Athanaſio. Necnon Latini Patres, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſt. Fulgentius, S. Thomas, quorum teſtimonia poſuimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 25. ſect. 11. propterea modo prætermittuntur.

SECTIO X.

Vnitas actionis, à prima & ſecunda cauſa procedentis, nihil obſtat indifferentiæ generalis concurſus.

LVſit vocibus Gabriel in 2. diſt. 1. quæſtione 2. dub. 5. prope finem, dicens, primæ cauſæ atque ſecundæ duplicem actionem eſſe, ſi accipiatur pro agentibus: vnicam verò actionem, ſi accipiatur pro effectu; & non eſſe duplicem actionem, ſi accipiatur ſimul pro agentibus & effectu: ſi autem accipiatur actio pro conceptu mentis, nihil intereſt ad agendum. Qui modus ſentiendi procedit ex eo principio, quod præter formalitatem agentis & effectus, nullam realem formalitatem actionibus tribuat. Hoc tamen phyſica philoſophia refutat, & metaphyſica. 1. *Gabrielis ſententia circa actionem primæ & ſecundæ cauſæ.*

Diuerſas eſſe actiones primæ, atque ſecundæ cauſæ ſupponit ſanctus Thomas de potentia q. 3. art. 7. in 3. & 4. argumento & eorum ſolutione. Quod probari poteſt, quoniam quoties agentibus ſunt diuerſæ formæ ſingulis peculiares, ab illis procedunt operationes diuerſæ: vt S. Thomas docet 3. p. q. 19. art. 1. corp. & in 3. ſentent. diſtinctione 18. articulo 1. & alibi ſæpe. At verò cauſis ſecundis peculiares formæ inſunt, diuerſæ à potentia Dei: ergo diuerſæ ſunt actiones primæ cauſæ atque ſecundæ. Quam etiam diſtinctionem actionum Ruardus videtur amplecti articulo ſeptimo contra Lutherum inter principium & medium propoſitionis 10. ad finem. 2 *Sententia aſſerens diuerſas actiones eſſe primæ, atque ſecundæ cauſæ.*

Nihilominus vnicam actionem à primo & ſecundo agente producere, docet expreſsè ſanctus Thomas 1. p. quæſtione 105. articulo 5. ad 2. Quod etiam ſupponit 3. contra Gent. cap. 70. & clariùs docet Capreolus in 2. ſentent. diſtinctione 1. quæſtione 2. articulo 3. p. 6. ad 1. Durandi contra 6. concluſionem. Et ibidem Deza quæſtione 2. articulo 3. notab. 4. poſt med. Ægidius item 2. diſtinctione 1. quæſtione 2. articulo 6. ad finem corporis, Molina 1. part. quæſtione 14. articulo 13. diſputatione 6. circa med. & in concord. diſputatione 37. poſt med. Soarez libro primo de auxiliis, cap. 4. numero 5. & 8. & libro 3. capite 13. num. 2. Vaſquez 1. 2. diſp. 185. c. 5. initio. 3. *Vnica & eadem actio à primo & 2. agente procedit.*

Probari poteſt, quoniam *illa operatio, quæ eſt rei, ſolùm ſecundum quod mouetur ab alio, non eſt alia præter operationem mouentis ipſum.* vt ſanctus Thomas ait 3. p. quæſt. 19. art. 1. corpore circa med. & ad 2. Sed operatio ſecundæ cauſæ eſt illius, ſolùm, ſecundùm quod mouetur à prima cauſa; ergo operatio ſecundæ cauſæ non eſt alia præter operationem primæ cauſæ mouentis ipſam. 4. *S. Thom.*

Veruntamen ex vtraq; ſententia, licet inter ſe pugnare videatur, coaleſcit integra & plena deciſio difficultatis. Pro qua ſupponendum eſt ex dicendis tota ferè diſp. 48. cauſas ſecundas nõ eſſe propriè inſtrumẽta Dei, qua ratione per proprias formas determinant ad ſpeciales gradus entium producendos. Eædẽ vero cauſæ ſecundę ſubeunt rationẽ inſtrumentorum, quatenus à prima cauſa mouentur ad producendũ propriũ illius effectũ, quod eſt eſſe, in quolibet effectu cauſarũ ſecundarũ imbibitum. Vnde collige duplicẽ cõſiderationẽ in actione ſecundarũ cauſarũ, videlic. vt eſt 5. *Cauſa ſecunda nõ propriè inſtrumentum Dei.* *Duplex in actione cauſarum ſecun.*

darum conſideratio.

actio cauſæ principalis, & vt eſt actio inſtrumenti in ſuo genere.

6. *Aſſertio 1.*

Quo ſuppoſito, dico primò. Eadem formaliter actio eſt, qua prima cauſa per ſecundas, tanquam per inſtrumenta producit eſſe communiſſimum, imbihitum in quolibet effectu particulari. Hanc aſſertionem probat ratio nuper adducta pro identitate actionis.

7. *Aſſertio 2.*

Ex aſſertione prima colligo, & dico ſecundò. Etiamſi conſideretur actio cauſæ ſecundæ, quatenus eſt à cauſa ſecunda, vt à principali cauſa per propriam formam; adhuc abſolutè loquendo, eſt vna & eadem cum actione primæ cauſæ.

Probatio 1.

Probatur primò, quoniam actio ignis, verbi gratia, etiamſi conſideretur, vt eſt actio cauſæ principalis, in quantum per propriam formam ignis determinat, vt producatur ignis, adhuc tamen quidditatiuè poſtulat idētificari cum actione, quam idem ignis præſtat, vt eſt inſtrumentum primæ cauſæ. At hæc actio, vt eſt inſtrumentum primæ cauſæ, identificatur cum actione primæ cauſæ. Ergo etiam actio, quam ignis, vt principalis cauſa præſtat per propriam formam, identificatur cum actiohe primæ cauſæ. Conſequentia aſt manifeſta, quia quæcunque ſunt eadem vni tertio ſingulari, ſunt eadem inter ſe. Minor probata eſt in aſſertione præcedenri.

8. *Ratio ſpecifica cum prædicato tranſcendenti eam identificata.*

Maior verò probatur, quoniam vnaquæque ratio ſpecifica identificatur cum prædicato, quod tranſcendenter & quidditatiuè claudit. Sed actio ignis, vt cauſæ principalis tranſcendenter & quidditatiuè claudit actionem ignis, vt eſt inſtrumentum primæ cauſæ. Cuius ratio eſt, quoniam quemadmodum in ſpecifica differentia ignis producti tranſcendēter & quidditatiuè clauditur ens, ſic etiam in actione, quæ determinat ad ſpecialem differentiam ignis producendam, tranſcendenter, & quidditatiuè clauditur actio, per quam tribuatur eſſe. Hæc autem eſt actio inſtrumenti, ſicut illa eſt actio cauſæ principalis, vt dixi.

Cauſarum ſecundarum actiuitas actiuitati primæ ſubordinata.

Confirmatur, quoniam ſicut actiuitas cauſarum particularium quidditatiuè ſubordinatur actiuitati primæ cauſæ, quantum ad eius vniuerſaliſſimum concurſum, cuius proprius effectus eſt eſſe, ita etiam earundem cauſarum actio quidditatiuè ſubordinatur vniuerſaliſſimæ actioni primæ cauſæ.

9. Probatur ſecundò, quoniam non ſolùm effectus cauſæ ſecundæ, ſed etiam quælibet illius actio pendet à Deo, tanquam ab efficiente principio, ſecundùm illud Actor. 17. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Quod ad hoc probandum egregiè ponderat Auguſtinus 4. de Geneſi ad lit. cap. 12. & D. Thomas locis ſupra citatis. Quo ſuppoſito, quando ignis producit alium ignem, ipſa etiam actio ignis verè producitur à Deo: ſed non poteſt produci per aliam diſtinctam actionem: ergo producitur per eandem ipſam actionem Dei.

Act. 17.

10. Minor probatur, quia ſi actio ignis per aliam diuerſam actionē produceretur à Deo, ſequeretur, ſecundam illam actionem Dei, per quam producitur actio ignis, produci per aliam tertiam actionem eiuſdem ignis. Probatur ſequela, quoniam illa etiam actio ſecunda, per quam Deus produceret primam actionem ignis, penderet ab igne, tanquam ab efficiente cauſa particulari, ſine qua Deus de lege ordinaria non produceret talem actionem: hæc autem dependentia foret ſimiliter actio tertia. Rurſus hæc actio tertia penderet ab alia quarta actione, qua Deus ad illam concurreret. Quapropter iretur in infinitum, niſi veniamus ad vnam ſimplicem, & indiuiduam actionem, quæ ſit actio primæ cauſæ & actio ignis.

Actionũ infinitus proceſſus.

11. *Ad actionem producendã non eſt actio.*

Confirmatur ex generali principio Philoſophorum: ad actionem producendam non eſt actio, nec motus: vt ex Ariſt. ac D. Thoma referemus diſp. 46. ſectione 8. ſub init. & à num. 12. vſque ad 15. Ideóque actio ignis ſicut per ſemetipſam & non per aliam actionem procedit ab igne, ita etiam per ſemetipſam, & non per aliam actionem procedit à Deo, & ad vtramque cauſam, primam, videlicet, & ſecundam, illa actio dicit immediatam habitudinem alia quali bet actione non mediante.

12. *Actio primæ & ſecundæ cauſa ſecundum rationẽ diuerſa.*

Dico tertiò. Hæc vnica actio non eſt prorſus indiuiſibilis, ſed potiùs ſecundùm rationem debet in duas partes diſtingui, videlicet, vt correſpondet duobus agentibus primò, atque ſecundò. Probatur, quia niſi diſtingueretur his partibus; ſequeretur quod actio prædicta conſtitueret eodem modo agentes Deum & creaturam. Quapropter creatura operaretur vt cauſa prima & principalis, independens, & nulli ſubordinata; vel Deus operaretur vt cauſa ſecunda inſtrumentalis, dependens, & alteri ſubordinata; vel æquè primò concurrerent Deus & creatura ſine vlla ſubordinatione. Probatur ſequela, nam vna formalitas actionis, ſi prorſus ſit indiuiſibilis, etiam ſecundùm rationem, eodem modo conſtituit agentia, quæ denominat. Confirmatur; nam vniuerſaliter eadem prorſus forma eundem prorſus effectum formalem communicat, ſubiectis, quæ denominat extrinſecè.

Confirmatio.

13. *Aſſertio 4.*

Ad præcedentem aſſertionem explicandam, & corroborandam dico quartò. Ab actione primæ cauſæ minus diſtinguitur illa pars actionis, quæ procedit à cauſa ſecunda tanquam ab inſtrumento. Magis verò diſtinguitur illa pars actionis, ſecundùm quam ſecunda cauſa, tanquam principalis operatur. Hanc aſſertionem probat imprimis ratio, prope initium ſectionis adducta pro diuerſitate actionum.

In actione primæ & ſecundæ cauſæ triplex formalitas.

14. Probatur ſecundò, quoniam niſi ſecundæ cauſæ concederetur formalitas actionis, ab actione primæ cauſæ magis diſtincta, quàm actio inſtrumenti diſtinguitur ab actione cauſæ principalis; ſequerentur inconuenientia plurima, quoniam præcipuum caput explicabimus, exempli gratia, in materiali entitate odij Dei, ad quam totam producendam Deus concurrit ſimul cum dæmonis libera voluntate. Sequeretur ergo, quod Deus per illam actionem conſtitueretur principalis & prima cauſa determinationis ad realem oppoſitionem contra Dei amorem & legem. Quam illationem eſſe bonam, & conſequens eſſe impoſſibile, probatum eſt à diſputatione vigeſima ſeptima per tredecim ſequentes diſputationes.

Confirmatur, quia vel voluntas libera dæmonis ad entitatem materialem odij determinat, quaſi inſtrumentum Dei: & tunc Deus erit prima, & principalis cauſa determinans. Vel voluntas dæmonis determinat, non vt aliquod inſtrumentum Dei: & tunc quantum

ad

ad determinationem illam partienlarem, obtinebit ratinnem principalis cauſæ, ac ſubinde peculiarem ſibi actionem modo ſuperius explicato.

15. Ex illo rurſus ineonuenienti ſequerentur alia, vt quod Deo, tanquam principali agenti foret tribuenda, quæ conſequitur malitia, potiùs, quàm inſtrumento Dei. Et è contrario ſequeretur etiam quod materialis actio odij Dei foret honeſtiſſima, & reliqua quæ perſecuti ſumus eiſdem diſputationibus. Hæc igitur actionis formalitas, quam voluntatis creatæ, quaſi principalis cauſæ propriam eſſe diximus, eſt formaliſſima & radicalis ratio, propter quam homo, vel dæmon conſtituitur primus & principalis author ſui peccati. Vnde manet Deus à culpa & à cauſalitate, mali prorſus immunis: vt magis conſtabit diſp. 51.

16. *Obiectio.* Sed ſoluenda reſtat obiectio. Partialis illa formalitas actionis, per quam Deus concurrit ad producendam materialem entitatem odij Dei, quamuis potuiſſet in bonum actum influere, quantum eſt ex ſua ratione ſpecifica: nihilominus, prout ſingularizata eſt in tali indiuiduo actionis, non poteſt influere in actum amoris Dei, nec in alium actum bonum. Ergo tale indiuiduum actionis Dei eſt intrinſecè determinatum ad malum, ac proinde malum erit: ideóque rurſus eiuſdem actionis malitia refunderetur in Deum, tanquam illius actionis proprium authorem.

17. *Indiuiduum generis.* Reſpondeo, etiam in hoc indiuiduo ſingularizato debere diſtingui quod illi per ſe conuenit, & præcisè vt eſt hæc ſingularis actio Dei, & hoc totum ratione ſui poſſet ad quélibet actum bonum concurrere; niſi de materiali; & quaſi per accidens determinaretur ad malum ex adiuncta ſibi actione voluntatis creatæ, realiter identificata cum actione diuina. Quemadmodum quando viſus concurrit ad producendam viſionem nigri coloris, illa viſio, prout hæc viſio eſt præcisè conſiderata, vt indiuiduum generis, & prout procedit à potentia viſiua præcisè, non eſt determinata, vt verſetur circa nigredinem: ad hoc autem determinatur ab obiecto concurrente per ſpecies.

DISPVTATIO XLVI.

Vtrùm additamentum ſecunda cauſa, realiter ab actione diſtinctum, per generalem primæ cauſa concurſum tribuatur.

SECTIO I.

Statu controuerſiæ propoſito, negatiua concluſio reſpondet.

1. *Qui exiſtimarunt prædeterminationem Dei non diſtingui ab actione cauſa ſecunda.* INter eos doctores, qui phyſicam prædeterminationem quidditatiuè claudunt in generali concurſu primæ cauſæ (vt in præcedenti diſputatione retulimus) non eſt idem modus ſentiendi de controuerſia præſenti. Nam quidam illorum exiſtimant, phyſicam Dei præmotionem, non realiter, ſed tantùm ratione ratiocinata, ſiue formaliter diſtingui ab actione cauſæ ſecundæ. Quod generaliter de omnibus actionibus exiſtimare videtur Zumel 1. 2. q. 111. art. 3. diſputatione 4. ad 2. & tomo 1. opuſcul. diſputatione 4. ſectione 3. tota concl. 4. & 5. à pag. 112. & peculiariter, quod attinet ad immanentes actiones. Ledeſma in quæſtione vnica de auxiliis art. 6. concl. 2. & ſequentibus præſertim concl. 4. & art. 7. concl. 2. & in ſolutionibus argumentorum. Bañes verò conſentire videtur 1. part. quæſtione 3. articulo 4. dub. 4. conc. 3. dum tranſeuntem virtutem oppugnat, quaſi voluntariè poſitam. Contra hos igitur doctores non dirigitur præſens diſputatio.

Ruiz de Voluntate Dei.

2. *Qui exiſtimarunt eſſe qualitatem ſecunda cauſa inhærentē.* Diſſerimus namque præſertim aduerſus alios phyſicæ prædeterminationis aſſertores, qui exiſtimant, illam eſſe realitatem creatam ſecundæ cauſæ inhærentem, illius conſtitutiuam in actu primo, & realiter diſtinctam ab actione, cæterum ſimul tempore cum eadem actione fluentem. Cuius ſententiæ maior explicatio conſtabit ex ſectionibus ſequentibus. Ita exiſtimant Cabrera 3. part. quæſt. 18. articulo 4. diſputatione 2. §. 8. numero 36. & diſp. 6. dub. 8. ad 7. argum. num. 115. & ſequentibus. Nauarrete tom. 2. tota controuerſ. 13. 14. & 15. & controuerſ. 21. §. 20. pag. 2. necnon in ea introductione, quam præmittit ad tractatum de auxiliis ante prædictam controuerſiam 13. pag. 155. Aluarez diſp. 19. Cabezudo 3. p. q. 62. art. 5. ſua quæſt. 1. in ſolutione 3. argumenti vſque ad finem quæſtionis, & q. 2. conc. 1.

3. *In generali concurſu clauditur præmotio.* Pro ſolutione ſuppono primò in generali concurſu primæ cauſæ quidditatiuè claudi præmotionem, qua ſecundas cauſas prius monet ad operationem, atque ad illam applicat, excitat & determinat ſecundùm generalem rationem actionis, aut ſecundùm generalem rationem volitionis, vt explicuimus diſputatione 45. ſect. 4. concl. 2. vbi non ſolùm admiſimus localem applicationem, nec ſolùm eam, quæ fit ex parte obiecti, ſed etiam applicationem in genere efficientis; quemadmodum intellectus ad intelligendum applicatur quandoque à libera voluntate.

4. *Cauſa ſecundæ agunt in virtute primæ cauſa.* Suppono ſecundò, quaſlibet cauſas ſecundas agere in virtute primæ cauſæ, vt paſſim S. Thomas & reliqui omnes Theologi docent ex libro de cauſis: præſertim verò ſanctus Thomas prædictam applicationem ſeu motionem cauſarum ſecundarum, vt operentur virtute primæ cauſæ docet 1. parte, quæſtione 105. articulo 5. & quæſt. 83. art. 1. ad 3. & 1. 2. quæſt. 6. articulo 1. ad 3. & quæſt. 109. articulo 2. & quæſtione 111. articulo 2. & libro 3. contra Gent. capite 66. 67. & 70. de potentia, quæſtione 3. articulo 7. & in 2. ſent. diſtinctione 37. q. 2. art. 2. & alibi ſæpe. Vide quæ diximus diſp. præcedenti ſectione 6. conc. 2. num. 11. & ſequentibus.

5. *Diſputationis ſtatus.* His ſuppoſitis ſtatus diſputationis præſentis in eo tantùm verſatur, vtrùm præmotio & applicatio ſecundarum cauſarum, cõſiſtat in aliqua realitate cauſis ſuperaddita, quæ realiter diſtinguatur ab actuali operatione, & ab effectu producto: vel potius in eo præcisè, quod effectus productus, prius intimius & magis pendeat à Deo, tanquam à prima cauſa producente per actionem, ſola ratione ratiocinata diſtinctam ab actione cauſæ ſecundæ.

6. Hanc difficultatem ſilêtio præterirem libenter, vt phyſicam ac metaphyſicam potius, quàm

Theologicam: & quoniam videri poterat ad inſtitutum noſtrũ intereſſe nihil, eo quod ſiue realitas prædicta ſuperaddatur cauſis ſecundis, ſiue non addatur; retineri poteſt indifferentia libertatis; dummodo ex tali additamento per phyſicam illationis neceſſitatem non inferatur electio voluntatis creatæ; aut ſi neceſſariò infertur electio; pendeat ab illa prædictum additamentum, eo quod non producatur à Deo, niſi dependenter à libera electione voluntatis.

7. *Aſſertio authorum oppoſita ſententiæ refutatur.*

Nihilominus quoniam authores huius additamenti putant, illius exiſtentiam nullo modo pendere à libertate creata, ſed à mera voluntate diuina; & illo poſito per phyſicam illationis neceſſitatem ioferri liberam electionem: propterea neceſſarium erit eorum & aſſertionem refutare, & fundamenta diruere; tum ad defendendam libertatis indifferentiam, neceſſitate ſolutam; tum vel maximè vt oſter, nullam realitatem à Deo produci, quæ ſit quidditatiuè deſtinata ad materialem actionem odij Dei, aliámve quidditatiuè contrariam virtuti & legi diuinæ, & ita deſtinata, vt ad nullam actionem bonam deſeruire poſſit, nec poſſit non inclinare ad malam actionem: vt infra ſect. 5. ratione 3.

8. Confirmatur, nam huius additamenti quidditas ab eius authoribus eo fine ponitur eſſe fluens & traoſiens, ne poſſit vnquam eſſe ſine actuali operatione cauſæ ſecundæ: ruſúſque operatio cauſæ ſecundæ non poſſit exiſtere ſine prædicto cauſæ additamento. Cuius aliunde cum exiſtentia nullo modo pendeat ab arbitrio; manifeſtè concluditur, illud additamentum afferre neceſſitatem antecedeotem iuxta definitionem iſtius neceſſitatis traditam tomo præcedenti diſp. 33. ſect. 2. & ſequentibus, & diſp. 34.

Tale additamentum neceſſitatem afferret.

9. *Nullum additamentum ab actione diſtinctum cauſa ſecundæ tribuitur.*

Sit igitur concluſio vnica. Nullum additamentum, realiter ab actione diſtinctum, ſecundæ cauſæ tribuitur per generalem concurſum primæ cauſæ. Sed præmotio & applicatio conſiſtit in eo præcisè, quod prima cauſa prius, intimius & magis influat in effectum. Huius concluſionis ſecundum membrum ſatis conſtare poterat ex diſp. præcedenti, præſertim ſect. 5. concl. 2. ſed roborabitur amplius tota diſp. præſenti, quamuis eius ſcopus præcipuus ſit primum eiuſdem concluſionis membrum oſtendere.

SECTIO II.

Ex eo quod ſola intentio, habens eſſe quoddam incompletum, communicetur cauſis ſecundis, probatur præcedens concluſio.

1. PRæſens & duæ ſequentes ſectiones nituntur ſcholaſticorum authoritate, ſed præcipuè S. Thomæ, cuius mentem fuiſſe prorſus alienam à præuio cauſatum additamento, realiter illis inhærente, ſatis probant quamplurima teſtimonia, quæ contra phyſicam prædeterminationem attulimus tomo præcedenti de ſcientia, diſputatione 33. ſectione 7. & diſputatione 49. ſectione 2. 3. & 4. & diſputatione 50. ſect. 1. 3. & 6. & in præſenti tomo diſputatiooe 39, ſect. 1. & 2.

2. Ad maiorem tamen abundantiam probatur aliis teſtimoniis, & illo præſertim, cui præ cæteris contraria ſeotentia nititur, videlicet quæſtione 3. de potentia articulo 7. ad 7. vbi ait: *Id quod à Deo ſit in re naturali, quo actualiter agat, eſt vt intentio ſola, habens eſſe quoddam incompletum, per modum, quo colores ſunt in aëre, & virtus artis in inſtrumento artificis. Sicut ergo ſecuri per artem dari potuit acumen, vt eſſet forma in ea permanens, non autem dari ei potuit, quod vis artis eſſet in ea quaſi quædam forma permanens, niſi haberet intellectum: ita rei naturali potuit conferri virtus propria, vt forma in ipſa permanens, non autem vis, qua agit ad eſſe, vt inſtrumentum primæ cauſa, niſi daretur ei, quod eſſet vniuerſale eſſendi principium: nec iterum virtuti naturali conferri potuit, vt moueret ſeipſam, nec vt conſeruaret ſe in eſſe.* *S. Thom.*

Horum occaſione verborum diſcutiuntur articuli duo. Pertinet alter ad phyſicam illationis neceſſitatem, per quam volitio libera ſequitur ex præmotione diuina. De hoc articulo dictum eſt ſatis prædicta diſputatione 49. tomi præcedentis ſectione 4. vbi monſtrauimus in prædicto articulo 7. ſancti Thomæ manifeſtè tradi libertatis indifferentiam, qualibet antecedente neceſſitate ſolutam. Quod etiam ex aliis locis ſancti Thomæ probatum fuerat in ſectione 2. & 3. Reſtat igitur articulus alter præſentis diſputationis proprius, videlicet in prædicto teſtimonio nullam affirmari realitatem, cauſis formaliter inhærentem, & ab earum actionibus realiter diſtinctam. 3. *Libertatis indifferentia antecedente neceſſitate ſoluta tradita à S. Thoma.*

Quod antequam probem, explico ſignificationem illorum verborum: *Intentio ſola, habens eſſe incompletum.* Quibus ſignificatur de materiali aliquod ens reale; ſed de formali ſignificatur ens rationis, ſiue denominatio extrinſeca. Materiale quidem ſignificatum illarum vocum eſt ipſe realis motus, & actio, per quam Deus ſimul cum cauſa ſecunda prius, immediatius, & magis quàm illa producit naturalem effectum. Quæ realitas non recipitur formaliter in cauſa ſecunda, ſed tantùm in eius effectu. Formale verò ſignificatum eſt duplex extrinſeca denominatio, quæ reſultat in cauſa ſecunda. Altera denominatio ab actione tranſeunte, per quam Deus cooperante cauſa ſecunda, veluti quodam inſtrumento, influit in effectum naturalem. Altera denominatio cum præcedente per ſe cohærens ſumitur ab arte diuini intellectus, & decreto diuinæ voluntatis, per quod hæc res naturalis ordinata eſt & inſtituta, vt cum generali Dei concurſu cooperetur ad ſuos effectus: vt magis explicabitur in ſequentibus probationibus. 4. *Ens rationis, ſiue denominatio extrinſeca.* *Duplex extrinſeca denominatio reſultans in cauſa ſecũda.*

Probatur primò, quoniam intentio communiter à D. Thoma condiſtinguitur contra rem. Intentio quippe idem eſt quod ſpecies expreſſa, ſeu conceptio intellectus de re. Vnde prima intentio eſt prima conceptio rei ſecundùm ea videlicet, quæ realiter ipſi conueniunt: ſed iotentio ſecunda eſt ſecunda conceptio ſecùndùm ea, quæ ſolummodo per intellectum rei conceptæ conueniunt: vt conſtat ex D. Thoma tractatu 2. de vniuerſalibus, quod eſt npuſculo 56. columna 1. & 2. & opuſculo 42. de natura generis, capite duodecimo. 5. *Intentio idē quod ſpecies expreſſa.* *Intentio ſecunda quid.*

Probatur ſecundò, quoniam non primam intentionem, ſed tantummodo ſecundam, vt 6.

ſanctus

ſanctus Thomas explicaret, non dixit, intentio ſimpliciter; ſed com addito *intentio ſola*. Quæ dictio excluſiua, niſi fuerit otioſa, debet excludere quidquid ab intentione condiſtinguitur, cuiuſmodi eſt quælibet entitas exiſtens ante operationem intellectus, vt relinquatur ſolùm intentio ſecunda; quoniam hæc ſolummodo habet eſſe per intentionem, hoc eſt, per intentam conceptionem intellectus.

7. *Intentio ſimpliciter ſecundam denotãt.* Confirmatur primò, nam intentio ſimpliciter dicta, (videlicet abſque additamento *prima*, quod alienat eam à propria ſignificatione) denotat ſecondam intentionem: ergo clariùs ſecundam intentionem denotabit, quando dicitur *intentio ſola*. Antecedens conſtat apud S. Thom. *S.Thom.* in 1. diſt. 33. q. 1. art. 1. ad 2. *In omnibus*, inquit, *intentionibus hoc communiter verum eſt, quod intentiones ipſæ non ſunt in rebus, ſed in anima tantum: ſed habent aliquid in re reſpondens, ſcilicet naturam, cui intellectus huiuſmodi intentiones attribuit: ſicut intentio generis non eſt in aſino, ſed natura animalis, cui per intellectum hæc intentio attribuitur*. & poſt pauca: *Quod dicitur in Deo eſt idem habens, & quod habetur, intelligitur de illis, quæ habentur per modum rerum, non autem de illis, quæ habentur per modum intentionum: ſicut non poſſumus dicere, quod Deus ſit nomen, quamuis nomen habeat, ſed quod Deus eſt bonitas, quia bonitatem habet*. Conſtat igitur intentionis nomen nullam *Intentionis nomen ſolum ens rationis valet.* entitatem realem, ſed ſolùm ens rationis valere apud S. Thomam. Confirmatur ſecundò, quoniam intentio non eſt in ſubiecto vt accidens illius; ſed quemadmodum ſubiectum ſcientiæ illud eſt, quod à ſcientia conſideratur tanquam obiectum, vt S. Thomas docet opuſc. 56. col. 2. ante med. ſic etiam intentionis ſubiectum eſt illud, cui intellectus attribuit ſecundam intentionem, conſiderans eſſe in illo.

Probatur tertiò, quoniam intentionis no-
8. *Intentionis nomen ad potentias cognoſcitiuas refertur.* men ſemper à ſcholaſticis omnibus refertur ad vitales potentias cognoſcitiuas, vel appetitiuas, ſiue corporeas, ſiue ſpirituales. At verò præmotio, qua prima cauſa ignem applicat ad comburendum non alia ratione referri poteſt ad appetitiuam, vel cognoſcitiuam potentiam, niſi quatenus refertur ad intellectum & voluntatem Dei dirigentis, mouentis & applicantis operationem ignis, à qua denominatione extrinſeca ſortitur intentionis nomen.

Probatur quartò, nam hoc denotat exemplum
9. adhibitum à D. Thoma, videlicet, per modum, quo *virtus artis in inſtrumẽto artificis*. & poſt pauca: *Securi dari non potuit, quod vis artis eſſet in ea, quaſi quædam forma permanens, niſi haberet intellectum*. Sed eidem ſecuri dari non potuit, quod vis artis eſſet in ea, quaſi quædam forma tranſiens, & fluens, illi tamen realiter inhærens, niſi haberet intellectum: ergo ſimiliter præmotio & applicatio primæ cauſæ dari non potuit cauſis ſecundis, quaſi forma, realiter illis inhærens, etiam per modum tranſeuntis & fluentis; niſi tribueretur illi diuina volũtas & intellectus. Quapropter quemadmodum ſecuris non eſt artificioſè operatiua, niſi per denominationem extrinſecam ab arte mouente, & concurrente cum illa: ſic cauſa ſecunda non eſt operatiua ad tribuendum eſſe, niſi per denominationem extrinſecam à prima cauſa totius eſſe, mouente & applicante per ſuam actionem.

10. Confirmatur primò, ſic enim D. Thomas in 4. diſtinctione 1. quæſt. 1. art. 4. quæſtiuncula 2. ad 4. ait: *Per modum intentionis in inſtrumentis* *S. Thom.* *motus ab artifice, eſt virtus artis*. Confirmatur ſecundo ex concluſione, quam ex eadem doctrina S. Thomas intulit: *Vnde ſicut patet quod inſtrumento artificis conferri non potuit, quod operatur abſque motu artis: ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur abſque operatione diuina*. Pondera. S. Thomam nullam colligere realitatem, inhærentem cauſæ naturali; ſed ſolam colligere dependentiam, ratione cuius non poteſt agere abſque operatione diuina.

Confirmatur tertiò, quoniam licet inſtrumento realiter inhæreat motus localis, & impe- 11.
tus impreſſus ab artifice: nihilominus & motus & impetus computantur in ratione inſtrumenti tanquam illius complementum, & non habent vim artificioſam, niſi per denominationem extrinſecam ab arte dirigente, & applicante. Similiter ergo quæcunque realiter conueniunt, quibuſlibet cauſis ſecundis, præſcindendo ab actuali operatione primæ cauſæ, prius & principaliter producentis effectum, cõputantur ex parte cauſæ ſecundæ, quæ tota mouetur, & applicatur, quando Deus prius, principaliùs & immediatius per illam producit effectum. Antecedens explicatur, & probatur, quoniam ſi motus ſerræ cõſideretur ſecundùm phyſicam entitatem motus localis, abſtrahendo ab extrinſeca directione artis, vt ſic eſt aliqua forma ſimpliciter neceſſaria, vt ſcindat. Porrò ſciſio eſt actio propria ſerræ, non vt inſtrumentum, ſed vt eſt principalis cauſa per propriam formam: eſt enim inſtrumentum ſerra tantummodo, quatenus illa ſciſio procedit accommodata ad formam artis, & operis artificioſi: vt expreſsè tradit ſanctus Thomas 1. p. quæſt. 45. articulo 5. corpore, & 3. p. quæſt. 19. art. 1. corp. & ad 2. & art. 2. & quæſt. 62. art. 1. ad 2. & de potentia quæſt. 3. art. 4. corp. & de veritate quæſt. 22. art. 13. corpore, & quæſt. 27. de veritate art. 4. corp. à med. Quam etiam diſtinctionem magis explicuit Caietanus 3. p. quæſt. 13. art. 2. § *ad euidentiam*, circa med. diſtinguens in inſtrumentis artium duplicem potentiam comparatione duplicis motus, vt referemus numero 19. huius. Vide etiam quæ de exemplo baculi dicemus ſectione 4. num. 17. & diſputatione 47. ſect. 3. num. 3.

Probatur quintò, ſupponendo quod *in-* 12. *Intentio non cauſat naturales tranſmutationes.*
tentiones non cauſant tranſmutationes naturales, vt ſanctus Thomas notat 1. part. quæſtione 67. articulo 3. corp. Cuius ratio à priori eſt, quia intentio eſt denominatio, pertinens ad cognitionem; at verò tranſmutationes naturales, veloti localiter moueri, alterari, aut generari non ſunt extrinſecæ denominationes, ſed reales productiones; ideóque cauſari nequeunt ab intentione ſola. Vnde etiam in 2. ſent. diſtinctione 13. quæſtione vnica articulo 3. ad finem corp. *Per illud*, inquit, *quod habet eſſe intentionis tantum, non ſequitur tranſmutatio, niſi ſecundùm operationem animæ, vt in videndo & audiendo*. *S.Thom.* Complexum illud *intentionis tantum*, manifeſtum eſt, idem valere, quod in præſenti teſtimonio, deſumpto ex quæſtione tertia de potentia, valet *intentio ſola*.

Ex hoc fundamento vim recipit ratio ſe- 13. *Ex verbis S. Thomæ ratio deducta.*
quens. Si daretur entitas realiter ab actione

diſtiocta, & ſecundis cauſis inhærens, vt illas io actu primo conſtitoeret vltimatè: ſequeretur per illam realitatem, vt per inſtromentum Dei cauſari, & ſequi tranſmotationes naturales, videlicet generationes, alterationes, & motus locales (quod etiam illius authores fatentur.) Sed per intentionem ſolam non ſequuntur naturales tranſmutatiooes (vt in proximo fundamento probatum eſt.) Ergo intentio ſola, de qua loquitur S. Thomas in præſenti, non eſt entitas realiter ab actione diſtincta, & ſecundis cauſis realiter inhærens.

14. *Obiectio.* *Solutio.*

Quod ſi obiiciás, hoc eſſe contra textum ipſum, quem explicamus: ait enim: *Quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, eſt intentio ſola.* Ergo ex intẽtione ſola reſultat aliqua actio. Reſpondeo, id quo res naturalis agit, eſſe duplex.

Id quo res naturalis agit eſt duplex.

Aliud eſt, quo perfectè & vltimatè conſtituitur potens in actu primo: & hoc debet eſſe ens reale: ſed non eſt quo formaliter & immediatè conſtituitur actualiter agens. Hoc enim quo formaliter & immediatè conſtituitur agens, eſt actio ipſa, qoæ quando tranſiens eſt, nõ inhæret agenti, ſed illi communicat denominationem merè extrinſecam.

Actio tranſiens non inhæret agenti.

Quapropter quatenus actio cauſæ ſecundæ fit à Deo immediatiùs, intimiùs & magis, atque vt ſic extrinſecè denominat cauſam ſecundam actualiter agere virtute Dei, vt ſic eſt id, quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, & eſt intẽtio ſola. Quapropter nulla realis actio ſequitur ex intentione ſola, tanquam ex cauſa vel inſtrumento, vel complemento illius: ſed potius intentio ſola eſt denominatio proueniens à reali actione, qua res oaturalis formaliter conſtituitur actualiter ageos.

15. *Virtus aquæ communicata ad producendam gratiam quid.*

Probator ſextò, quoniam virtus principalis agentis, & motio, quæ communicatur aqoæ, quando eleuatur ad producendam gratiam, non affert aliqoid realiter inhærens aquæ, ſed affert meram denominationem extrinſecam ab inſtitutione diuina, & actoali productione gratiæ. Ergo virtus & motio primæ cauſæ, quæ communicatur cauſis ſecundis ad connaturales effectus producendos, non affert aliquid realiter in cauſis inhærens; ſed extrinſecam denominationem ab ordinatione diuina, & actuali operatione. Cooſequentia probatur, quia ſi aliqoa cauſa ſeconda deberet in ſe recipere realitatem, ſibi formaliter inhærentem, per quam in actu primo completo, & vltimatè conſtitueretur potens; ea deberet eſſe maximè corporea materia ſacramentorum, veluti aqoa baptiſmi.

Aqua improportionata ad producendam gratiã.

Hæc enim ex ſe oon habet virtutem proportionatam & ſimilem effectui producendo, videlicet diuinæ gratiæ, qoam baptiſmus producit in anima. Quamobrem magis indiget eleuari per aliam altiorem realitatem. Confirmatur, quoniam ratio inſtrumenti, moti per virtutem diuinam, propriiſſimè reperitur in rebus corporeis, eleuatis ad producendam gratiam; ſed minus propriè ratio inſtrumenti conuenit cauſis ſecundis in ordine ad ſuos naturales & proportionatos effectus: vt oſtendemus tota diſp. 48.

16. *S. Thom.*

Aotecedens primom iſtius probationis ſextæ conſtat ex D. Thoma, quia *ſicut in voce ſenſibili eſt quædam vis ſpiritualis ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit à conceptione mentis: hoc modo vis ſpiritualis eſt in ſacramentis, in quantum ordinantur à Deo ad effectum ſpiritualem:* vt loquitur ſaoctus Thomas 3. p. q. 62. art. 4. ad 1. & in 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. quæſtiunc. 2. ad 4. Sed in voce ſeoſibili nihil realiter inhæret, ratione cuius ſignificet, ſed ſola denominatio extrinſeca, veniens ab impoſitione hominum, & conceptione meotis. Ergo vis ſpiritualis in Sacramentis eſt per ſolam denominationem extrinſecam ab inſtitutione & ordinatione Dei.

Vis ſpiritualis in ſacramentis per ſolam extrinſecam denominationem.

Confirmatur primò, oam vt ex eiſdem verbis conſtat & obſeruat Caietanus ibi: *Vis ſpiritualis conſiſtit in hoc, quod ſacramenta ordinantur à Deo ad effectum ſpiritualem.* At ordinari eſt deoominatio extrioſecè proueniens à diuina prouideotia ordinante. Sic etiam in eadem quæſt. 62. articulo 1. corpore versùs finem explicat, quomodo ſacramenta cauſent gratiam, non per virtutem ſuæ formæ, ſed solùm per motum, quo mouentur à principali agente, *adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad cauſandam in eis gratiam.* 17.

In quo Sacramentorũ virtus ſpiritualis conſiſtat.

Vnde ſumitur confirmatio ſecunda, quoniam virtus & motio ſacramentorum pertinet ad illud genus entiũ, quæ *conſueuerunt intentiones nominari, & habent aliquid ſimile cum ente, quod eſt in anima, quod eſt diminutum vt dicitur 6. metaphyca.* Ita loquitur ſanctus Thomas in 4. ſenteot. diſtinct. 1. quæſtione 1. art. 4. quæſtiunc. 2. corp. & ſtatim ad 1. ex eodem loco metaph. notat hoc genus entis, *quod eſt in anima, diuidi contra ens diſtinctum per decem genera.* Conſtat autem libro 6. metaph. textu 4. & 8. tractare Ariſtotelem de ente, quod non eſt realiter ens, ſed ſolummodo ens rationis. Confirmatur tertiò, nam in eodem art. 4. quæſtiunc. 4. corp. & ad 1. & de veritate quæſtione 27. art. 4. ad 4. & alibi ſæpe repetit *eſſe intentionale, & per modum intentionis.* 18.

Probator ſeptimò, quoniam noo solùm io citato teſtimunio ex quæſt. 3. de potentia, ſed etiam vbicunque S. Thomas tractat de motione, per quam inſtrumenta mouentur à Deo, obſeruat habere imcompletum eſſe. At verò non dicit eſſe incompletum, eo quod ſit pars aut complementum alicuius entis realis; ſed appellat incompletum propter doas rationes. 19.

Cur motio à S. Thoma incompletum eſſe habere dicatur.

Prima, quoniam quodlibet ens rationis & intentionale, eo quod ſit ens diminutum, & ſecundum quid, appellatur incompletum: vt conſtat in 4. diſt. 1. q. 1. art. 4. quæſtiunc. 2. & quæſtiunc. 4. vbi motionem inſtrumentorum gratiæ appellat *intentionem, ens in anima diminutum non completum, ſed incompletum.*

Ens rationis incõpletum, & diminutum ens.

Secunda ratio eſt, quia forma realis, præbens hanc denominationem extrinſecam, eſt realis motus, per quem à Deo mediante inſtrumento, procedit effectus. Motus autem non habet eſſe completum & permanens, ſed tranſiens ex agente in patiens & fluens, atq; propterea incompletum. Ita docet D. Thom. 3. p. q. 62. art. 4. in fine corporis & ad primum. Et de veritate q. 27. art. 4. ad 4. & magis conſtabit ſect. 7. poſt med.

Eſſe motus tranſiens.

Confirmatur, quoniam hic *motus vocatur virtus inſtrumentalis quandoque, & quandoque virtus intentionalis, & virtus ſpiritualis quandoque,* vt Caiet. ait 3. p. q. 13. art. 2 §. *Ad euidentiam.* circa med. & poſt pauca: *Cum lapidem,* inquit, *baculo moueo, baculus ex hoc ipſo quod vtor eo, fit & eſt motor effectiuè lapidis. Et quia diminuta quædam mediatio eſt inter principale agẽs, & effectum, deferẽs principale agens ad effectũ, ideo intentionalis; & quia* *Caietanus.*

inſen

inſenſibilis eſt,& ad ſpiritualem quandoque effectũ, ideo ſpiritualis. Et eſt ſermo de illo inſtrumenti motu,quo mouetur ab agente principali, vt ſic. Poſtea verò diſtinguit duplicem potentiam inſtrumenti; ptimam ad motum localem, vt ſic; ſecuodam ad coopetandũ atti. Et ſubiungit quod inſtrumeotum moueri à principali agente, vt cooperetur atti,ſit educi de potentia ad actũ exequendi operationem principalis agentis, & hoc ipſum eſſe intentionalem virtutem, qood ita declarat exemplo: *Cum ars muſica vtitur inſtrumento muſico ad ſonum muſicum. Ipſe enim vſus eſt quidam ingreſſus artis in inſtrumenta, eſt quadam actuatio inſtrumentorum.* & poſt paoca: *Et propterea habet rationem vis & virtutis & intentionis artis,& ad genus eius reducitur.*

Inſtrumentũ à principali agente moueri quid.

20. Probatur octaoò, quoniam vbicunque tractat S. Thomas de motione inſtrumenti gratiæ, non alium aſſigoat termioum, immediatè productum per talem motionem, niſi ſolam gratiam. Exiſtimat ergo, nullam aliam realiratem à Deo per motionem produci, qoæ formaliter inhæreat in inſtrumentis gratiæ: vt vidcre eſt in omnibus locis ſupra citatis, & infra citandis.

21. Atque inde naſcitur ptobatio oona, quoniam ſi per motionem diuinam in aqua baptiſmi produceretor aliquis terminus in facto eſſe;ille verè deberet eſſe corporeus ob proportionem ad ſubiectum,& ſimul ſpiritoalis ob proportiooem ad effectum producendum. At verò nec eſt corporeus nec ſpiritualis; ſed eſt ad ſpirituale producendum: vt notat S. Thomas de veritate q. 27.art.4.ad 5.& q. 26. art. 1. ad 8. Cui nullo modo repugnat,ſed omnino concordat ſpiritualitas illa,quam concedit 3.p.q.62.art.4.ad 1. *In quantum ordinatur à Deo ad effectum ſpiritualem.* Quæ ſpiritualitas eſt per ſolam extrinſecam denominatiooem ab ordinatione ad ſpiritualem effcctum.

Omoes denique probationes confitmantur, quooiam doctiſſimi viri ex eadem ſchola D. Thomæ, qoos refert & ſequitur Ioannes Vincentius in relect.de grat.Chriſti q.6. longè poſt 4.conc.§.*Hæc argumenta.* dixerunt, *non eſſe vlla ratione neceſſarium aliquem præuium inſtrumenti motum ad actionem inſtrumentariam. &c.* Atque idem oſtendit inter Scotiſtas Baſſolis in 4. diſt. 1.q.1.ad 1.pro prima via.

Præuium inſtrumẽti motũ ad actionẽ inſtrumẽtariam.

22. Obiicies,colorum ſpecies eſſe accidentia realia,aëri realiter iohærentia; & ad inſtar illarom S.Thomas notat,eſſe intentionem illam habentem eſſe incompletum. Ergo exiſtimat eſſa realiter inhæreotem cauſis ſecundis. Reſpondetur. In ſpeciebus colorum doo ſepatat S.Thomas. Aliud eſt eſſe reale,per quod realiter inhærent aëri, ſicut cætera accidentia propriis ſubiectis. Et quantũ ad hoc conſtat,illas eſſe qualitates in prædicamento ponibiles,& habentes eſſe completum & fixum. Alterom eſt eſſe intentionale, in quaotum colores quodammodo ſunt io ſpeciebus, tanquam obiecta in ſnis repræſentationibus,& tanquam principalia agentia in ſuis inſtrumentis ad viſionem producendam, quæ quidditatiuè poſtulat præſentiam colorum; nec ſufficit illi ſpecierum præſentia, ſine colotibus: quod eſt peculiare huic inſtromeutorum generi. Hoc autem eſſe intentionale formaliter affert denominationem extrinſecam à præſentia, & actione colorom, quæ derioatur per ſpecies, vt per inſtrumneta. Atque ad hoc ſignificandum S.Thomas in teſtimonio, quod in principio retulimus, noo dixit, per modum, quo ſpecies ſunt in aëre, ſed *per modum, quo colores ſunt in aëre*, in qoo tamen colores nequeont realiter exiſtere, ſed tantùm ſecuodum rationem, modo ſupra dicto. Io aliis autem locis, licet nominet ſpecies colorum, in illis tamen ſemper diſtinguit eſſe intentionale, qood ſit incompletum & fluens,& non ponibile io prædicamento: vt conſtat de veritate q.27.art.4.ad 4.& in 4.ſent. diſt.1.q.a.art. 4.quæſtiunc.a.

In ſpeciebus colorũ duo.

SECTIO III.

Cætera D. Thomæ teſtimonia ponderantur.

PErſequemur prius ea, quæ reſtant in Eadem q.3.de potent.art.7. Vode ſumitur probatio prima, quoniam in 3. & 4. argum.& eorum ſolutiooe conſtat, actionem primæ cauſæ, qua mouet cauſam ſecundam,& actionem cauſæ ſecundæ, qua operatur in virtute cauſæ primæ, terminari ad eundem terminum immediatè per ipſas productum. At verò terminus idem immediatè non produceretur ab vtraque cauſa, ſi additamentum aliquod realiter diſtinctum ab actione cauſæ ſecondæ produceretur per applicationem & præmotionem primæ cauſæ. Nam præmotionis terminus, immediatè productus, eſſet illud additamentum cauſæ, verbi gratia ignis: at verò effectos immediate productus ab igne, non eſſet illud additamentum; ſed calor & alter ignis, realiter ſeparatus ab illo. 1.

Actio prima & 2. cauſa ad eundem terminum.

Aotecedens conſtabit ponderanti illorum argumentorum & ſolutionom verba. Nam ad finem argumenti tertij, ſic vrget: *Diuerſæ operationes non videntur ad idem factum terminari, cum motus & operationes penes terminos diſtinguantur: ergo nullo modo eſt poſſibile, quod Deus in natura operetur. Sed dices, quod duæ operationes poſſunt terminari ad idem, quæ ſe habent ſecundum prius & poſterius.* Hanc ſolutionem licet continuo impugnet argumento 4. nihilominus eam defendit io ſolutione tertij & quarti argumenti, dicens: *Nec impeditur, quin natura & Deus ad idem operentur, propter ordinem, qui eſt inter Deum & naturam. Ad 4: dicendum, quod tam Deus, quàm natura immediatè operantur, licet operentur, ſecundum prius & poſterius.* 2.

S.Thomas.

Nec obſtant eiuſdem ſolutionis ad 3. præcedentia verba: *In operatione, qua Deus operatur, mouendo naturam, non operatur ipſa natura.* Vnde contrariæ ſententiæ Doctores inferunt, illud additamentum incompletum, & præuium operationi cauſæ ſecundæ, produci à ſolo Deo. Hãc eoim non eſſe bonam illationem, conſtat ex ſupradictis. Quoniam S. Thomas non dicit, aliquem terminum eſſe productom à Deo, qui non ſit productus à cauſa ſecunda; quinimo dicit oppoſitum. Sed ad productionem eiuſdem termini duplicem actionem diſtioguit, receptam in eodem termino producto, quarum primaria eſt actio Dei, in qua noo operatur cauſa ſecunda: quia Deus non agit virtute cauſæ ſecundæ, nec impulſus ab illa; quemadmodum è contrario io actione caoſæ ſecundæ Deos operatur, quoniam virtute Dei agit quæcunque caoſa ſecunda. 3.

Idem Antecedens principalis argumenti confirmatur primò, nam & 1.p.q.105.art. 5. ad 2. 4.

Confirmatio prima.

Cõfirmatio 2.

Nihil, inquit, *prohibet, quin vna & eadẽ actio procedat à primo & à ſecundo agente.* Cõfirmatur ſecũdò, quia tam in corpore eiuſdem art. 5. quàm in 3. contra gent. c. 70. docet expreſsè, quod prima cauſa per generalem influxum intimè & immediatè cauſat non ſolùm effectum, ſed etiam quamlibet actionem cuiuſtibet cauſæ ſecundæ. Et in hoc conſtituit applicationem ſecundarum cauſarum ad agendum. Ergo hæc applicatio non fit per additamentum aliud, realiter diſtinctum ab actione, qua Deus intimè & immediatè concurrit ad effectum.

Tertia confirmatio.

Confirmatur tertiò, quoniam operatio diuina realiter identificatur cum effectu producto; ergo non eſt aliquid realiter diſtinctum ab effectu, & in cauſa præexiſtens in actu primo. Antecedens probatur ex D. Thoma 3. contra Gent. cap. 65. ratione 4. dicente : *Sic igitur ſe habet ad eſſe rerum operatio diuina, ſicut motio corporis mouentis ad fieri, & moueri rerum factarum, vel motarum. Impoſſibile autem eſt quod fieri, vel moueri alicuius res maneat ceſſante motione mouentis. Impoſſibile eſt igitur, quod eſſe alicuius rei maneat, niſi per operationem diuinam.*

S. Thomas.

5. Probatur ſecundò verbis eiuſdem art. 7. quem explicamus prope finem corp. *Virtus inferior non coniungitur effectus, niſi per virtutem ſuperioris. Vt dicitur in lib. de cauſis, quod virtus cauſa prima prius agit in cauſatum, & vehementius ingreditur in ipſum.* Cuius probationis collectio eſſet nulla, niſi virtutem inferiorem effectui coniungi per virtutem ſuperioris, eſſet idem, quod virtutem primæ cauſæ priùs agere in cauſatum. Porro virtutem inferiorem effectus coniungi per virtutem ſuperioris, eſt idem, quod applicari & moueri ad agẽdum (niſi velis quintam aliam formalitatem diuinæ operationis addere ſuper illas quatuor enumeratas à D. Thoma in dicto art. 7.) Ergo applicari & moueri ad agendum inferiorem virtutem, & effectui coniungi per virtutem ſuperioris, conſiſtit in actione ipſa, qua virtus ſuperior agit in cauſatum, & non in alia præuia realitate producta.

Applicari, & moueri ad agendum conſiſtit in actione.

6. Si autem petas, qua ratione S. Thomas diſtinguat, cauſam ſecundam ad agendum applicari, & agere virtute primæ cauſæ. Reſpondetur ex dicta q. 3. de potentia colligi, hæc non eſſe realiter diuerſa, ſed eſſe diuerſas quaſi partes, ſecundum rationem diſtinctas in concurſu primę cauſæ. Nam in quantum Deus prius agit, vt ſic applicat ſecundam cauſam ad agendum. Sed in quantum cauſa ſecunda non agit, niſi prout ineſt ei diuina virtus, & Deus intimius & magis operatur, vt ſic agit virtute Dei.

Applicari ad agendum & agere virtute primæ cauſa realiter idem.

7. Probatur tertiò, quoniam S. Thomas variis in locis, quæ retulimus tomo præcedenti diſp. 49. ſect. 2. & 3. & referemus infra ex prima part. & 1. 2. & ex libris contra gentes tractãs eandem quæſtionem, nimirum quomodo Deus operetur in omnibus creaturis, nunquam aſſeruit additamentum cauſæ, realiter ab actione diſtinctum; ſed tantum Dei operationem, & concurſum, priorem, immediatum, & intimum, quem appellat etiam motionem, & applicationem.

8. Probatur quartò. Nam D. Thomas de verit. quæſt. 22. art. 8. corp. in med. *Deus*, inquit, *immutat voluntatem dupliciter : vno modo mouendo tantum, quando ſcilicet voluntatem mouet ad aliquid volendum, ſine hoc quod aliquam formam imprimat voluntati : ſicut ſine appoſitione alicuius habitus, quandoque facit, vt homo velit hoc, quod prius non volebat ; alio modo imprimendo formam ipſam in voluntate &c.* Vnde ſic argumentor. Deus aliquando voluntatem mouet ad aliquid volendum ſine hoc, quod aliquam formam imprimat voluntati. Ergo nulla forma impreſſa & ſuperaddita voluntati, eſt neceſſaria ſimpliciter & generaliter, vt Deus voluntatem moueat ad volendum. Sed applicatio voluntatis ad volendum, eſt ſimpliciter & generaliter neceſſaria, vt Deus moueat voluntatem ad volendum : ergo applicatio voluntatis ad volendum non eſt forma impreſſa & ſuperaddita voluntati.

S. Thomas. Dupliciter ſecundum S. Thomam voluntatem immutat Deus.

Confirmatur primò, quoniam S. Thomas ibi & vbique nullam aliam formam agnoſcit ; qua impreſſa Deus voluntatem immutet, moueat, & inclinet ad bonum ; niſi gratiam habitus virtutum, lumen gloriæ, & claritatem viſionis beatæ ; vt facile colligitur ex toto ſequenti contextu, in quo numerantur iſtæ formæ, & nulla forma numeratur, quæ præciſam & vnicam rationem prædeterminationis, aut præmotionis habeat. Hæc, quæ retulimus ex D. Thoma ſequitur S. Antoninus 1. p. titul. 4. capite 2. §. 9. 9.

Confirmatur ſecundò, quoniam circa peccatorum actiones, in quibus merus inſpicitur primæ cauſæ concurſus, eodem modo ſemper exiſtimat D. Thomas, quemadmodum in 2. diſt. 34. q. 1. art. 3. ad finem : *Illius*, inquit, *defectus, qui eſt in actu voluntatis, non oportet quod ſit cauſa aliquis alius defectus, in voluntate præexiſtens actu : quia ſic in infinitum iretur.* Ergo non oportet, illius defectus cauſam eſſe negationem additamenti, realiter diſtincti ab electione bona; neque cauſam eſſe voluntatis additamentum realiter diſtinctum ab electione mala. Quam rationem cum aliis adiacentibus ponderauimus ſupra diſp. 39. ſect. 2. vbi etiam ponderauimus quod in quæſtione 1. de malo art. 3. ad finem corporis ait : *Huiuſmodi autem, quod eſt non vti regula prædicta, non oportet aliquam cauſam quærere, quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, vel non agere.* 10.

Probatur quintò, nam prædictum additamentum ab eius authoribus exigitur, vt cauſa ſecunda, quæ eſt in potentia, & imperfecta, conſtituatur vltimatè in actu primo Ad hunc verò finem D. Thomas in voluntate nihil aliud requirit, præter natiuam inclinationem voluntatis ad ſuum obiectum, videlicet, bonum in communi. Vnde 1. p. q. 27. art. 4. corp. *Hæc eſt*, inquit, *differentia inter intellectum & voluntatem, quod intellectus fit in actu per hoc, quod res intellecta eſt in intellectu ſecundum ſuam ſimilitudinem; voluntas autem fit in actu, non per hoc, quod aliqua ſimilitudo voliti ſit in voluntate, ſed ex hoc quod voluntas habet quandam inclinationem in rem volitam.* 11.

Ad quid dictum additamentum ponatur ab eius authoribus.

Intellectus, & voluntatis differentia à S. Thoma aſſignata.

Probatur ſextò, quoniam ſi prædictum additamentum, realiter ab actione diſtinctum, neceſſarium eſſet vt voluntatem applicaret ad electionem; ſequeretur, mutationem aliquam in voluntate præcedere, prius quam concipiatur electio. Huius autem contradictorium conſtat ex D. Thoma q. 6. de malo, quæ eſt de electione art. vnico, decimum ſeptimum argumentum conferendo cum eius ſolutione. Sic enim habet argumentum : *Voluntas aliquando incipit eligere, cum prius non eligeret. Aut ergo, quia mutatur à diſpoſitione, in qua prius erat, aut non : ſi non, ſequitur,* 12.

tur, quod ſicut prius non eligebat, ita nec modo, & ſic non eligens eligeret, quod eſt impoſſibile. Si autem mutatur eius diſpoſitio, neceſſe eſt, quod ab aliquo ſit mutata, quia omne, quod mouetur, ab alio mouetur: mouens autem imponit neceſſitatem mobili, alis is non ſufficienter moueret ipſum. Ergo voluntas ex neceſſitate mouetur.

Omne quod mouetur ab alio mouetur.

13. Cui argumento reſponder D. Thomas: *Voluntas quando de nouo incipit eligere, tranſmutatur à ſua priori diſpoſitione, quantum ad hoc, quod prius erat eligens in potentia, & poſtea fit eligens in actu. Et hac quidem tranſmutatio eſt ab aliquo mouente, in quantum ipſa voluntas mouet ſe ipſam ad agendum, & in quantum etiam mouetur ab aliquo exteriori agente, ſcilicet, Deo. Non tamen ex neceſſitate mouetur, vt dictum eſt.* Prima igitur tranſmutatio per quam voluntas à Deo, & à ſe ipſa mouetur, eſt electio. Quapropter ſicut voluntas ſe ipſam ad agendum mouet, electionem producendo, ſine alia priori tranſmutatione: ſic etiam Deus voluntatem mouet, electionem producendo ſine alia priori tranſmutatione.

S. Thomas.

14. Probatur ſeptimo quoniam D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 1. 2. & 3. & alibi frequenter docet, in omni agente creato duo requiri ad agendum, ſcilicet, propriam virtutem agendi, & motionem primi agentis, quod eſt Deus, ſed in hac motione intelligit actionem Dei, terminatam immediatè ad effectum cauſæ ſecundæ. Ergo præter hanc, nullam aliam præmotionem, realiter ab hac actione diſtinctam prærequirit S. Thomas. Conſequentiæ vis eſt manifeſta, quoniam valde diminutè & obſcurè rem tanti momẽti S. Thomas attigiſſet, ſi præter prædictam motionem aliquid aliud, realiter diſtinctum exiſtimaret, eſſe requiſitum, quod tamen reticeret. Eadem verò ratione probatur minor, quoniam ſi nomine motionis Dei mouentis S. Thomas non intelligeret actionem Dei terminatam immediatè ad effectum cauſæ ſecundæ, ſed additamentum cauſæ, diminutè valdè atque obſcurè præteriiſſet, quod præcipuum & maximè neceſſarium eſt in generali concurſu primæ cauſæ.

In omni agente creato duo requiſita ad agendum.

15. Sed reſpondent, D. Thomam nomine motionis comprehendere vtrumque, videlicet, additamentum illud, quo præmouetur cauſa, & concurſum ſimultaneum; quia quamuis diſtinguantur realiter illi duo concurſus, nihilominus ordinantur ad vnum effectum, & ideo, quantum ad hoc cenſentur quaſi aliquid vnum.

Solutio.

Cæterum hac ſolutione imprimis D. Thomæ doctrina non liberatur ne diminuta ſit & nimium obſcura: deinde recedit à ſimplici & plano verborum ſenſu, & confugit ad minus propriam, & minus exactam locutionem, quæ tanto Doctori non eſt tribuenda, tunc præſertim, quando tot alia teſtimonia, ſuperius citata reclamant.

Refutatur.

16. Ex hac & præcedenti ſectione colligitur legitimus intellectus & ſolutio ad omnia teſtimonia S. Thomæ, quibus cauſarum additamentum, realiter diſtinctum à productione effectus, probari ſolet ab eius authoribus. Nam primò quod attinet ad intentionem, habentem eſſe incompletum, & tranſiens, ſatis iam explicatum eſt ſect. præcedenti.

Ad teſtimonia S. Thomæ ſolutio.

17. Secundò generaliter argumentantur ex omnibus locis S. Thomæ, quæ retulimus ſect. 1. fundamento 2. Aſſerit enim quod prima cauſa mouet, & applicat quamlibet cauſam ſecundam

Argumentum 2.

Ergo motio recipitur in 2. cauſa, quæ mouetur. Reſpondetur, ex eiſdem omnibus teſtimoniis D. Thomæ conſtare, non ad alium terminum moueri & applicari cauſas, niſi ad agendum. Quapropter ſicut iſte terminus, videlicet actio, recipitur in cauſa ſecunda: ſic etiam in eadem recipietur Dei motio & applicatio ad agendum. Cum autem actio immanens formaliter recipiatur in cauſa ſecunda, ſed actio tranſieos non recipiatur in cauſa ſecunda formaliter, afficit enim eam per denominationem merè extrinſecam; conſequens erit, vt Dei motio & applicatio ad actionem immanentem formaliter recipiatur in cauſa ſecunda: motio tamen ad actionem tranſeuntem, non recipiatur in cauſa ſecunda formaliter, ſed per denominationem merè extrinſecam.

Reſpondetur.

Actio immanens formaliter in cauſa ſecunda.

Tertiò vim etiam videntur facere in quibuſdam exemplis, quibus primæ cauſæ motionem S. Thomas explicare ſolet, vt baculi, ſecuris, aut alterius inſtrumenti, quod localiter mouetur ab artifice, vt applicetur ad operandum, vel inferiorum corporum, quæ non alterant, niſi in quantum alterantur à cælo; ac denique cælorum, qui non mouent inferiora, niſi in quantum localiter mouentur. Reſpondetur tamen, ſi hæc exempla ſimilia forent quantum ad aliquid realiter diſtinctum à productione effectus; ſequeretur, quod ſicut in prædictis inſtrumentis per motum localem producitur vbi, & per alterationẽ producitur qualitas; ita etiam aliquis alius terminus produceretur per motionẽ primę cauſæ: Conſequens autẽ eſſe falſum conſtabit ſect. 8. à n. 7. vſque ad finem. Imo potius motus localis inſtrumentorum artis computatur tanquam inſtrumenti complementum, & non tanquam motio actualis inſtrumenti ab arte qua ratione refutat potius additamentum præuium, quemadmodum probatum eſt ſect. præcedenti num. 11. Quapropter exempla illa ſolummodo probant generalem rationem motionis & applicationis; ſiue ſupponat prius in cauſa ſecunda productam qualitatẽ aut vbi, ſiue nihil tale ſupponat prius productum. Atque ita Caietanus 1. p. q. 19. art. 8. ad finem obſeruat diſcrimen inter baculi motionem & motionem cauſæ ſecundæ: vt referemus ſectione ſequenti numero 17. 18.

Argumentum tertium.

Reſpondetur.

Motus localis inſtrumentorum artis complementum inſtrumenti.

Quartò vim faciunt in eo, quod operatio inferioris agentis fiat per virtutem ſuperioris agentis, vt lib. 3. contra gentes cap. 70. & aliis in locis ſect. 1. citatis. Nihilominus inde non infertur, quod virtus aliqua ſuperioris agentis, realiter diſtincta à productione effectus, debeat inhærere cauſæ ſecundæ. Frequenter namque D. Thomas de potentia q. 3. art. 7. corpore ad finem obſeruat, virtutem, per quam Deus immediatè agit, eſſe ipſum Deum, & inde prouenire, quod Deus in qualibet re operetur. Cui conſonant cæteri loci ſect. 1. citati ex 1. p. & 3. contra Gentes. Itaque non requiritur alia virtus creata, realiter ab operatione diſtincta. 19.

Argumentum 4.

Reſpondetur.

Virtus operatiua Dei ipſe Deus ex S. Thoma.

Quintò argumentantur quoniam *complementum virtutis agentis ſecundi eſt ex virtute agentis primi*, vt S. Thomas docet 3. contra Gent. cap. 66. rat. 4. Reſpondetur. Ex eo principio S. Thomas hanc concluſionem colligit: *Eſſe eſt, quod agentia ſecunda agunt in virtute primi agentis.* Quapropter illa virtus primi agentis non tribuit complementum cauſæ ſuperadditum, & realiter 20.

realiter diſtinctum ab ea operatione, per quam agentia ſecunda agunt in virtute primi agentis, vt eſſe producant: ſed complementum virtutis agentis ſecundi eſt ex virtute agentis primi, quatenus primum agens ſuum primarium & præſtantiorem concurſum adhibet ad producendum eſſe, ſine quo concurſu nihil poſſet agere virtus agentis ſecundi.

21. Sextò obiiciunt, quoniam D. Thom. in 2. ſent. diſt. 37. q. 2. art. 2. ad 2. & 3. argumentum ait, Deum agentibus influere non ſolùm eſſe, & poſſe, ſed etiam agere. At, inquiunt, Deus per concurſum immediatum cum libero arbitrio in eius effectum ſeu operationem liberam, non influit agenti ipſum agere. Reſpondetur. Si concurſus immediatus Dei non eſſet prior, perfectior, & maior, non influeret ipſum agere, etiamſi præuium aliquod additamentum prius imprimeret cauſis: at verò licet hoc additamentum non imprimat, dummodo prius, immediatius, intimius, & magis ad actionem ſecundæ cauſæ concurrat; eo ipſo influit ipſum agere, quia cauſat, vt cauſa ſecunda prodeat in actionem: vt ſæpe ſuperius explicatum eſt.

Concurſus Dei prior perfectior, & maior.

SECTIO IV.

Eandem veritatem clariùs tradiderunt antiquiores Thomiſtæ.

1. SCholaſticorum omnium teſtimonia (paucis duntaxat exceptis, qui noſtra ætate phyſicam prædeterminationem affirmant) repugnant prædicto cauſarum additamento, ſicut repugnant phyſicæ prædeterminationi: vt vidimus diſputationibus ſæpius citatis ex tomo præcedenti, ſed magis directè militant eorúdem ſcholaſticorum teſtimonia, quæ retulimus tota diſp. 39. quia non ſolùm realitatem, qua poſita neceſſario ſequatur materialis actio peccati, ſed etiam realitatem, quæ quolibet modo per ſe moueat, incitet, & determinet ad talem actionem eliciendam, exiſtimant, indignam eſſe diuina cauſalitate, & eius ſapientiæ, ac bonitati contrariam.

2. Confirmatur, quoniá apud antiquiores ſcholaſticos, veluti Albertum, Alexandrum, Bonauenturam Ægidium & Ricardum receptiſſima ſunt axiomata, deſumpta ex lib. de cauſis, de motione, applicatione atque concurſu primæ, virtute cuius ſecundæ cauſæ operantur, vt retulimus diſp. præcedenti ſect. 4. 5. & 6. Nihilominus apud illos nullam potui reperire mentionem aut inſinuationem additamenti, realiter ab actione diſtincti. Quod ſignú eſt vſque ad illud tempus nec à D. Thoma nec ab alio Theologorum inductum fuiſſe in ſcholas. Alioqui vel probaretur, vel refutaretur à Doctoribus; nec tegeretur ſilentio negotium tanti momenti.

3. Sed videamus prius quomodo antiquiores diſcipuli ſancti Thomæ ſententiam illius intellexerint. Nam ab illius additamenti aſſertoribus in eius confirmationem generaliter citantur omnes & imprimis Capreolus in 2. diſt. 1. q. 2. art. 1. vbi adducit pro ſe authoritatem S. Thomæ q. 3. de potentia art. 7. ad 7. quam retulimus præcedenti ſect. prope init. Huic argumento ſatis foret ea D. Thomæ explicatio quam præcedenti ſectione probauimus. Sed præterea clarius conſtat Capreoli mens in eadem diſt. 1. q. 2. art. 3. p. 6. ad 1. Durandi contra 6. conc. vbi: *Effectus*, inquit, *qui immediatè procedit à Deo, & mediatè à creatura, procedit vnica actione exteriori Dei & creaturæ: ſed procedit duplici actione ſic, quod præter exteriorem actionem communem primæ cauſæ & ſecundæ, Deus agit actione immanente, quæ eſt diuina ſubſtantia cum reſpectu ad creaturam.* Capreolus.

4. Et pauld̀ inferius: *Quod autem dicit* (Durandus) *quod actio eſt eadem realiter cum ſuo termino, conceditur de actione tranſeunte, modo ſuperius expoſito, non autem de immanēte, quæ habet terminum extra agens. Ideo non ponimus ibi duas actiones tranſeuntes propriè, ſed vnam immanentem in Deo, & aliam tranſeuntem à cauſa ſecunda in effectum.* Capreolus igitur in generali concurſu primæ cauſæ cum ſecundis, præter actionem immanentem in Deo, nullam admittit actionem tráſeuntem, quæ realiter diſtinguatur ab actione cauſæ ſecundæ. Confirmatur, nam peculiariter quod attinet ad motionem Dei phyſicè prædeterminantem, manifeſtè pugnare cum ſententia Capreoli, plurimis illius teſtimoniis oſtendimus tom. præced. diſput. 49. ſect. 6. & diſput. 50. ſect. 1.

5. Sed iterum obiiciunt nobis Capreolum in 2. diſt. 28. q. 1. art. 3. ad 12. contra 2. conc. quoniam aſſerit, quod Deus cauſet bonum vſum liberi arbitrij per quandam motionem & influentiam. In quo autem conſiſtat talis motio, inquit, conſiſtere in hoc, quod Deus immediatè per illam faciat aliquod bonum, ſed non ipſe ſolus, ſed voluntas concurrit etiam ſimul, taliter, quod Deus operatur faciendo ipſam voluntatem concurrere, & quod voluntas concauſet applicata, & quaſi inſtrumentaliter mota à Deo ad cauſandum. Vnde inferunt, præter concurſum ſimultaneum Dei, quo Deus attingit immediatè actionem cauſæ ſecundæ, affirmare Capreolum quod Deus applicat cauſam ſecundam, per motionem & concurſum præuium in ea receptum.

6. Hæc illatio, quoniam ad omnem cauſam ſecundam & quamlibet illius actionem refertur, apertè pugnat cum verbis Capreoli in eadem ſolutione, quam ex Gregorio Ariminenſi refert & approbat, vbi diſtinguit duplicem modum, quo Deus concurrit cum agentibus particularibus. Primus eſt, *partialiter coefficiendo qui eſt modus communis, quo concurrit ad cuiuſlibet agentis creati effectum quemlibet. Secundus eſt quodammodo ſpecialis, videlicet faciendo, ipſam voluntatem partialiter concurrere, ita quod ipſa voluntas partialiter concauſat applicata, & quaſi inſtrumentaliter mota à Deo ad ſic partialiter concauſandum.* Et poſtquam paucis explicuit libertatis indifferentiam, quæ non ligatur per motionem & applicationem Dei, ſubiungit: *Ad productionem actus mali ſolum primo modo concurrit Deus, quia non facit voluntatem agere actum malum, ſicut facit, eam agere actum bonum.*

Capreolus duplicē modum concurrendi Dei diſtinguit.

7. Ex quibus & aliis verbis eiuſdem ſolutionis, & articuli manifeſtè conſtat, eum agere de motione & applicatione, quæ propria eſt bonorum actuum, in quantum Deus immittit indeliberatas cogitationes & complacentias boni, vnde poſſit voluntas ſe ipſam mouere, ac determinare ad liberam electionem boni. Quod multis eiuſdem authoris teſtimoniis oſtendimus locis nuper citatis ex tomo præcedenti. Denique ſi

ex præ

ex prædicto loco aliquid colligendum foret de generali concurſu primæ cauſæ; foret potius colligendum, quod generalis concurſus, nec mouet, nec applicat particularem cauſam ad partialiter, concauſandum. Siquidem ad materialem actionem peccati nec mouet, nec applicat. His adde Capreolum cum Gregorio Ariminenſi, quem ſequitur, ſæpe alibi docere, ideo Deum ad talem actum peccati concurrere, quoniam ad eum voluntas liberè ſe determinat: vt retulimus diſp. 39. ſect. 3.

8. Clarius tamen id explicuit Capreoli perpetuus ſectator Deza in 2. diſt. 25. q. vnica art. 3. notab. 4. ad finem dicens: *Secunda dubitatio eſt vtrum voluntas moueatur ad primum eius actum, ſeu ad actus naturales per aliquam affectionem, quæ ſe habeat per modum qualitatis, tanquam primus actus. Et ad hanc reſpondemus de mente S. Thomæ quod non, quamuis aliqui eius doctrinæ ſectatores ſcripſerint quod ſic.* Probat autem ex S. Thoma de veritate quæſt. 24. art. 4. ad 9. vbi voluntatem non indigere aliquo habitu, vt amet bonum in communi, probat, *quia naturaliter tendit in bonum ſibi naturale, ſicut in proprium obiectum, & ideo ad hoc, quod velit bonum, non requiritur, niſi quod oſtendatur ſibi per vim cognitiuam.* Vnde nos colligere poſſumus, non requiri vllam aliam qualitatem, ſiue ſit habitus, ſiue non ſiue ſit permanens, ſiue fluens quælibet alia realitas, voluntati ſuperaddita. Primò, quia illa negatiua excludit cætera omnia videlicet, *non requiritur, niſi quod oſtendatur ſibi per vim cognitiuam.* Secundò, quia eadem eſt ratio, quantum ad hoc, de habitu & de qualitate, aut qualibet alia realitate ſuperaddita. Quod ſi ad primum actum non requiritur, multo minus ad cæteros. Quia in primo actu relucet vis præmotionis diuinæ, vt ex ſententia S. Thomæ & diſcipulorum oſtendimus alibi.

Deza.

S. Thomas.

9. Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. col. 3. §. *Nota inquam* propter ait: *Non debet intelligi, quaſi prima cauſa in aliquo inſtanti attingat effectum, & operationem cauſæ ſecundæ in ſe ipſa, quaſi habeat vnam motionem præuiam actioni creatæ voluntatis peccantis, & illa motio præuia prius producat pro aliquo inſtanti, quam voluntas. Ille enim ſenſus eſt falſus. Non enim cum aliquis vult, oportet antequam velit, præcedere motionem Dei, loquendo de naturali volitione, vel mala.* Ita Conradus non de ſupernaturali, ſed de naturali volitione apertè negat præcedentem motionem Dei. Idem in 1. 2. q. 9. art. 6. in §. vltimo ait: *Nota, quod aliqui fundant ſe in hac ſolutione ad 3. dicentes voluntatem non habere ſufficiens principium primi actus, ſed oportet quod Deus moueat eam per ſpecialem motionem ad primum actum, imprimendo ei aliquid, habens ſe per modum actus primi, quo voluntas ipſa efficiatur potens ad volendum. Sed, ſalua reuerentia eorum, non videtur hæc eſſe mens Doctoris ſancti, ſed ſolum quod Deus ſemper, ſicut vniuerſalis motor omnis voluntatis, mouet omnem voluntatem in ordine ſiue ad bonum, vt ſic, quia videlicet, Deus mouendo ad exercitium, mouet, vt velit aliquid ſecundum conditionem ſuæ naturæ, quæ eſt inclinatio potentialis in bonum, vt ſic. Quod quidem bonum continet ſub ſe apparens & exiſtens.*

Conradus præcedentem motionē negat.

10. Circa doctorem vtrumque Dezam, videlicet, & Conradum duo præſertim occurrunt obſeruatione digna. Primum eſt diſcrimen inter volitiones liberas & neceſſarias. Nam quod attinet ad volitiones liberas; neque illi Thomiſtæ, qui referuntur à Deza & Conrado, neque aliquis alius antiquorum (quos ſingulos, quanta potui diligentia & attentione conſului) aſſeruit, neceſſariam eſſe primæ cauſæ motionem, imprimentem aliquid, habens ſe per modum actus primi, quo voluntas efficiatur potens ad volendum. Ad volitiones enim liberas pro comperto ſupponebant omnes, ſatis eſſe motionem, qua Deus mouet ad volitiones neceſſarias, ſeu complacentias boni & beatitudinis in communi: vt retulimus dicta diſp. 49. & 50. tomi præced. Quapropter illi Thomiſtæ, qui referuntur à Deza & Conrado ſolummodo affirmabant prædictum genus diuinæ motionis requiri ad primam volitionem & complacentiam boni, à qua incipit deliberatio, quæ proinde non poteſt eſſe libera, ſed naturalis & neceſſaria. Ideóque cum voluntas ad illam ſe mouere non poſſit, indiget motione ſuperioris agentis, videlicet, primæ cauſæ; vt ex communi ſcholaſticorum ſententia demonſtrauimus tribus in locis ſupra citatis.

Inter volitiones liberas, & neceſſarias diſcrimen.

Secundò ponderandum eſt. Etiam ad huiuſmodi volitionem primam naturalem & neceſſariam, Deza & Conradus nuper citati negant talem Dei motionem, quæ imprimat aliquid, habens ſe per modum actus primi, quo voluntas efficiatur potens ad volendum, hoc eſt, concipiēdam primam illam naturalem & neceſſariam volitionem. Quamobrem à fortiori eandem motionem negant requiri ad volitiones liberas. Præſertim cum iidem doctores tam ibi, quam alibi ſæpe perſpicuè tradant, ſuppoſita generali Dei motione ad bonum in communi, facta per generalem influentiam Dei, voluntatem pro ſua innata libertate poſſe determinare ſe ipſam ad hoc, vel illud bonum; vt in eiſdem locis retulimus. 11.

Caietanum prætereà referunt pro contraria ſententia, primò, quoniam 1. p. q. 45. art. 5. §. *ad Durandum*, loquens de illa propoſitione. Omnis cauſa ſecunda eſt inſtrumentum Dei, ſic ait: *Dicitur ſecundò, quod etiam illa propoſitio eſt vera, vt patet de potent. q. 3. art. 7. vbi Angelus, & omnis cauſa ſecunda non agit, niſi agatur à Deo multipliciter, vt diffusè ibidem oſtenditur. Nec inconuenit, imo oportet, omnem actionem creaturæ attingere ad effectum Dei, quia ſemper attingit ad eſſe, quod nulla cauſa dat, niſi in virtute primæ cauſæ, vt hic, & in 3. contra Gent. cap. 64. & 65. oſtenditur:* Reſpondetur. Nihil eſt in his verbis, quod ſignificare videatur additamentum cauſæ ſecundæ, realiter diſtinctum ab illius actione, niſi quod Caietanus recipit S. Thomæ doctrinam in q. 3. de potent. articul. 7. Hanc autem eſſe pro noſtra ſententia, ſatis oſtendimus ſectione 2. & 3. 12.

Pro contraria ſententia Caietanus refertur.

Mens Caietani.

Argumentantur ſecundò, quoniam Caietanus 1. p. q. 115. art. 6. §. *Ad euidentiam* ait, *nunquam agentia inferiora agere cœlo, niſi ſimul patiantur à cœlo, quoniam non mouent, niſi mota: & prius naturaliter eſt, inferiora corpora pati, & moueri à cœlo, quam agere illi.* Si ſecundum Caietanum prius eſt, quod agentia inferiora patiantur à cælo, quam quod agant; ergo indigent motione præuia, vt agant. Hæc autem motio præuia eſt influxus immediatus in cauſam: ergo. 13.

Reſpondetur. Caietanus ibi non agit de motione cuiuſlibet cauſæ ſuperioris, ſed ſolummodo de motione cæleſti; & de illa veriſſimum eſt, 14.

Digitized by Google

nunquam agentia inferinta coagere cælo, niſi ſimul patiantur à cælo. Inde tamen inferre ſimilem primæ cauſæ præmotionem, pugnat non ſolum cum ratione, ſed etiam eum expreſſa doctrina D. Thomæ, & Caietani. Nam D. Thomas dicta q. 3. de potentia art. 7. ad finem corp. manifeſtè conſtituit coouenientiam atque diſcrimeo inter cælos & primam cauſam, dicens: *Sic ergo oportet virtutem diuinam adeſſe cuilibet rei agenti, ſicut virtutem corporis cæleſtis, oportet, adeſſe cuilibet elementari agenti. Sed in hoc differt, quia vbicunque eſt virtus diuina, eſt eſſentia diuina, non autem eſſentia corporis cæleſtis eſt, vbicunque eſt ſua virtus.* Et iterum: *Deus eſt ſua virtus, non autem corpus cæleſte.* Dixerat autem ſuperius poſt med. articuli, *corpora inferiora eſſe alterantia alterata, cælum autem eſſe alterans, non alteratum, & tamen non eſſe mouens, niſi motum*, videlicet, motu locali. Quoniam igitur quælibet creatura, quaotumcunque ſit voiuerſalis io cauſando, non eſt vbique præſens, neque eſt ſua virtus: ideo vt moueat inferiores cauſas, debet illas prius alterare, vel localiter mouere. Deus autem non indiget alia priori mutatione, per quam ſuam virtutem inferioribus agentibus communicet.

Inter primā cauſam, & cælos diſcrimen aſſignat S. Thomas.

Creatura cauſas inferiores prius alterat vel localiter mouet.

15. Argumeotantur tertiò, quoniam Caietanus 1. p. q. 14. art. 13. ad 1. & q. 19. art. 8. docet, ſecundam cauſam moueri à prima; ſed motionem primæ cauſæ modificari per cauſam ſecundam: vnde inferunt, in ipſa cauſa ſecuoda, & non tantùm in eius operationibus primæ cauſæ motionem recipi, quoniam alias non poſſet verificari, quod in cauſa ſecunda modificatur. Reſpondetur. Eo modo, quo denominatur agere cauſa ſecunda, dicitur etiam Dei motionem recipere, atque modificare. Vnde quando cauſa ſecunda operatur actionem immanentem, in ſe ipſa formaliter recipit & modificat motionem Dei: quando verò operatur actione tranſeunte, ſicut denominatur agens per actionem formaliter receptam in paſſo; ita per eandem denominatur modificare motionem primæ cauſæ. Præſertim cum Caietanus prædictis in locis ſemper reduplicet agendi modum proprium vniuſcuiuſque cauſæ ſecundæ, per quam modificat concurſum primæ cauſæ.

Actio tranſiens formaliter in paſſo recepta.

16. Alioqui Caietanus expreſsè eiſdem in locis refutat quodlibet cauſarum additamentum, realiter ab illis diſtinctum: nam 1. p. q. 14. art. 13. §. *Nec ſuſtinendus* in med. *Rurſus*, inquit, *diſtinguitur ly mota ab alia, altera diſtinctione, ſcilicet, aut motione præuia propria actioni; ſicut aqua calefacit calefacta ab igne; aut motione cooperante intrinſecè ad propriam actionem. Primo modo, dato quod eſſet vera, aut ſuſtentabilis; ſecundo tamen modo ſuſtineri non poteſt dicta propoſitio: quoniam cauſa cooperans intrinſecè, cooperatur vnicuique ſecundum modum eius, cui cooperatur.* Caietanus itaque per hanc ſolutionem ideo defendit, voluntatem creatam futuram fuiſſe liberá, licet Deus ageret ex neceſſitate oaturæ; quooiam motio, qua Deus mouet voluntatem ad operandum, non eſt motio præuia propriæ actioni voluntatis ſed eſt motio intrinſecè cooperans propriæ actioni voluntatis.

Caietanus.

17. Eadem diſtinctione vſus q. 19. art. 8. ad finem §. *Ad primam autem. Dupliciter*, inquit, *contingit, ſecundam cauſam moueri à prima. Vno modo motione præuia propria actioni, ſicut baculus mouet lapidem motus à manu. Alio modo motione cooperatiua intrinſecè propria actioni. Et quidquid ſit de Maiore in primo ſenſu, in ſecundo tamen eſt falſa: in quo tantùm verificatur minor. Non enim oportet cum aliquis vult aliquid, ſeu cum ſol illuminat, primam cauſam præuia motione cooperari: ſed ſufficit & exigitur, eam intrinſecè cooperari tali electioni, vel illuminationi.* 18.

Reſpoodent. Iis in locis Caietanus ſolùm intendit docere, cauſam primam non cooperari præuia motione, attingente in aliquo priori temporis, vel naturæ effectum cauſæ ſecundæ antecedenter ad influxum eiuſdem cauſæ ſecundæ. Et quidē manifeſtum eſt, hoc à Caietano tradi paulò inferius: cæterū amplius aliud intendit in verbis, quæ nuper retulimus ex q. 14. & q. 19. Vtrobique namq; affirmat, nullam aliam prioritatem eſſe in diuino concurſu, niſi quoad *independentiam & intimitatem.* At verò ſi prius produceret additamentum realiter diſtinctum ab actione cauſæ ſecundæ, huius prioritas eſſet in aliquo ioſtaoti naturæ, in quo nihil ageret cauſa ſecunda. Quam tamen prioritatem Caietanus apertè negat. 19.

Confirmatur nam etiam inſtrumentis, ſupernaturaliter eleuatis ad facienda miracula, vel cauſandam gratiam. Quæ maximè videbantur indigere ſuperaddita realitate, Caietanus noo concedit aliquid, illis realiter inhærens, ſed ſolummodo paſſiuum vſum & motum; qui licet ſit ens reale in effecto ſupernaturali; at verò in ipſo inſtrumento non eſt, niſi ſola denominatio agentis inſtrumentaliter ad eum effectum producendum. Quod obſeruare poterit, qui perſpicaciter & attentè perlegerit, quæ ſcribit 3. p. quæſt. 13. articul. 2. §. *Ad euidentiam* & quæſt. 62. artic. 4. dum explicat ſolutionem ad primum. 20.

Caietanus.

Præcipuè verò in dicta q. 13. notanda ſunt illa verba: *Ex hoc ipſo quod Deus vtitur aliqua re vt inſtrumento ad opus miraculoſum, eleuatur res illa ad ordinem cauſæ inſtrumentalis, & ipſe paſſiuus vſus, quo Deus illa vtitur ad hoc opus, eſt motio, quo à principali agente inſtrumentum mouetur.* Et poſt pauca: *Res illa reducitur de potentia obedientiali ad actum, & de non inſtrumento inſtrumentum fit ex ſolo, quod Deus vtitur illa inſtrumentaliter ad opus miraculoſum.* Itaque nulla præterea realitas ſuperadditur inſtrumento: atque hic idem eſt virtuoſus Dei motus, quem ſæpe repetit quæſt. 62. artic. 4. 21.

S. Booauent. in 2. diſt. 34. art. 1. q. 2. in fine corporis *Si autem quæras*, inquit, *quid faciat ipſam voluntatem exire in peccatum, & quæ ſit diſpoſitio immediata ipſius reſpectu culpæ; dicendum quod nulla ſuperadditur diſpoſitio: ſed ipſa voluntas, quæ eſt Domina ſui actus, & libera, poteſt ſe ipſam conuertere ad illud, ad quod vult, & ſicut vult.* Quod poſtea confirmat exemplo: *Sicut ille qui ſtat rectus, poſſet ſtatim, ſi vellet, ſine noua diſpoſitione adueniente dimittere ſe cadere.* Quod ſi requireretur entitas præmotionis, realiter à volitione diſtincta, ſuperadderetur aliqua diſpoſitio: vt magis ponderauimus ſupra diſput. 39. ſect. 4. num. 7. & 8. Et diſt. 37. art. 1. q. 1. fine: *In operibus*, inquit, *indifferentibus, vel etiam malis non eſt, niſi ſola cooperatio diuinæ virtutis, quæ exiſtens in creatura potentialiter, eſſentialiter, & præſentialiter, ſicut conſeruat eam in eſſendo, ſic adiuuat in operando. Propter quod conceditur ibi eſſe cooperatio, non præuentio, vel ſubſecutio.* 22.

versus

22\. Henricus à Gandauo quodlib. 12. quæſt. 26. verſus finem: *Sic ergo*, inquit, *voluntas ſeipſa per ſeipſam exit in actum volendi tam finem, quam ea, quæ ſunt ad finem, abſque omni alia diſpoſitione, ſeu motione exiſtente, ſeu præcedente in ea. Talem enim diſpoſitionem ſeu motionem non requirit ad hoc, quod exeat in actum volendi, neque à ſeipſa agente illam, neque à quocunque agente alio.*

23\. Scotus in quarta diſtinctione prima, quæſtione 1. ad finem: *Cauſam*, inquit, *ſecundam, id eſt, quæ habet formam actiuam in eſſe quieto, agere in virtute alterius, non eſt recipere tunc aliquid ab illo altero; ſed tantum habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in ſuo ordine ſimul. Sed inſtrumentum, id eſt, recipiens formam actiuam, in motione agere in virtute alterius, eſt tunc actualem accipere formam ab eo, per quam agit. Et ex hoc patet, quod cauſæ primæ in cauſam ſecundam propriè dictam, quando ſimul agunt, non eſt influentia noua, quæ ſit creatio alicuius inhærentis cauſæ ſecundæ; ſed influentia ibi eſt determinatus ordo iſtarum cauſarum in agendo effectum communem.*

24\. Gregorius Ariminenſis ſecunda diſtinctione vigeſima octaua quæſtione vnica articulo tertio poſt medium ad duodecimum docet, ea, quæ ſupra numero ſexto retulimus ex Capreolo. Plurima etiam ex ſecunda ſentent. diſtinctione 37. quæſtione vnica, articulo tertio retulimus ſupra diſtinctione 39. ſectione 5. vbi notat, Deum non eſſe cauſam, neque facere vt faciamus materialem actionem peccati, neque excitare ad illam, ſed potius à nobis determinari. Quibus non minorem vim ad præſens inſtitutum habent, quæ ibidem retulimus ex Maiore, Marſilio, Almaino, aliiſque Doctoribus.

25\. Ricardus ſecunda diſtinctione 1. articulo 3. quæſtione 4. negat quemlibet influxum Dei tranſeuntem ab actione realiter diſtinctum, & mediantem inter Deum & actionem cauſæ ſecundæ. Docétque, Deum immediatè ſeipſo, & mediantibus ſolummodo cauſis ſecundis, quoſlibet illarum effectus producere. Cui doctrinæ conſonat omnino in prima diſtinctione 45. art. 1. quæſt. 2. Gabriel in ſecunda diſtinctione 37, quæſt. vnica, art. 1. dum reſpondet ad argumenta primæ viæ ait: *Voluntas creata non poteſt elicere actum, non concurrente prima cauſa, coefficiendo. Neque ſic mouetur à prima cauſa, quaſi aliquid de nouo cauſet, vel influat in voluntate, quo voluntas velit, ſed quia producit voluntatem liberam, ponens actum ſuum in ſua poteſtate.*

Gabriel.

26\. Rupertus Holchot 1. ſent. tota fere quæſt. 3. præſertim art. 2. in 3. diuiſione libertatis, & paulo inferius in definitione libertatis, & in articulo 8. ad 5. dub. in ſolut. 3. argumenti, explicata poteſtate non operandi, poſtquam poſita ſunt omnia, quæ requiruntur ad operandum, addit: *De nouo tamen nullam rem recipit, quæ coagat ad cauſandam volitionem, quam prius non habebat.* Quod idem colligitur ex lib. 2. ſent. quæſt. 1. art. 4. & in determinationibus. quæſt. 11. art. 4. & ad 1. & 2.

Holchot.

27\. Eandem ſententiam, quam ſupra num. 23. retulimus ex Scoto, ſequuntur eius diſcipuli: vt Tartaretus in 1. diſt. 8. q. 5. ſub med. paulò ante §. *Contra iſtam concluſ.* dicens *Omnis cauſa ſecunda agit in virtute primæ, non intelligitur, quod in actione tunc cauſa ſecunda accipiat aliquam virtutem à prima cauſa. Sed agit in virtute primæ cauſæ, id eſt, quod ipſa non poteſt producere ſeipſa* (ſcilicet ſola) *talem effectum. Ideo requirit, cauſam primam coagere. Sic exponit Scotus q. 1. in 4. &c.* Et in 4. diſt. 1. q. 1. fine §. *Secunda propoſitio. Ex quo ſequitur*, inquit, *quod cauſam ſecundam agere in virtute primæ, non eſt aliquid accipere à cauſa prima. Et ſi dicas: Contra, cauſa prima ſemper influit in cauſam ſecundam, cauſando, & hoc non, niſi quia aliquid cauſat in ſecunda: Reſpond. quod cauſam primam influere in cauſam ſecundam, non eſt aliquid cauſare in cauſa ſecunda, quia influentia eſt ordo, & ſubordinatio cauſarum.* Eandem ſententiam ſequitur Baſſolis in 4. diſt. 1. q. 1. ad 1. pro prima via, & Lycherus in 1. diſt. 8. qu. 4. paulò ante §. *Ad quæſtionem reſpondet Doctor.*

Tartaret.

Idem ſentiunt alij doctores, eum docent, ad materiales peccatorum actiones, *concurſum Dei non eſſe de prauis, ſed de concomitantibus, vel ſimul ſe habentibus*, neque eſſe præmotionem, neque actuationem voluntatis, vt agat tali actione. Quemadmodum Dionyſius Ciſterc. notat in ſecunda ſentent. diſtinctione prima, quæſtione prima, articulo primo, propoſitione ſecunda, & diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione ſecunda, articulo primo, concluſione quinta, & diſtinctione trigeſima ſeptima, quæſtione vnica, quæ eſt tertia de peccato actuali, paulò ante concluſionem tertiam. Cuius verba retulimus ſupra diſputatione trigeſima nona, ſectione quinta ſub initio. Idem ſequitur Almainus tractatione prima moral. capite primo à medio, & Corduba libro primo quæſtionarij q. 55. dub. 10. in 6. reſponſione, & poſtea in corollar. 1. fine. 28.

Sotus lib. 1. de natura & gratia cap. 16. longè poſt med. *Nihil aliud eſt*, inquit, *me Deum hoc modo mouere, quàm mecum concurrere, ad eliciendum liberum actum.* Atque in eandem ſententiam plura ex eodem, aliiſque coætaneis, præſertim Vega, Corduba, Cartagena, nec non ex authoribus, qui magis ex profeſſo præſentem concluſionem probauerunt, videlicet, Bellarm. Molina, Soarez, Vazquez, Maſcaregnas, Valentia, Leſſio, Fonſeca, Conimbricenſibus, Salas, Rubio, Cutiel. Diotaleuio, & Peſantio retulimus tomo præcedenti, diſput. 49. ſect. 9. 29.

SECTIO V.

Præuium cauſarum additamentum liberis repugnare, naturalibuſque cauſis eſſe ſuperfluum.

Rationes, quibus probatur concluſio poſita in ſect. 1. quoniam multæ ſunt, diſtribuentur per quinque ſectiones ſequentes. Prima ratio ſit, quoniam additamento præuio, independenter à noſtra libertate producto, prius natura, quam eligamus, aut poſſumus, non eligere, aut non poſſumus non eligere. Si poſſumus non eligere, poterimus efficere, vt prædictum voluntatis additamentum, quod dicitur eſſe præmotio ad electionem liberam, exiſtat, non exiſtente libera electione Quapropter non erit realitas fluens & tranſiens cum electione libera, ſed permanere poterit ſine illa. 1.

Prima ratio pro concluſione.

Prædictum additamentum libertatem excludatur.

Quod ſi exiſtente prædicto additamento, non poſſumus non eligete; conſequens eſt, afferre neceſſitatem antecedentem,& libertatem excludere: vt probatum eſt ſæpius.

2. Secunda ratio veluti præcedentis applicatio cernitur in quocunque naturali præcepto, & quaconque actione moraliter honeſta, per quam impletur, cuius exemplum ſit reſtitutio. Quia ſi præuium additamentum ad reſtitutionem datur omnibus, qui tenentur reſtiroere; conſequens eſt, præmotionem ad reſtituendum poſſe permanere ſine reſtitutione; ſiquidem plurimi non reſtituunt. Quapropter præuium hoc additamentum habebit eſſe permanens & quietum quemadmodum habitus naturales, & ſi quæ ſunt aliæ qualitates in illo. Vnde præterea ſequetur illam præmotionem, quæ diu permanſit abſque reſtitutione, rurſum indigere ſecunda alia præmotione, per quam applicetur poſtea ad actualiter reſtituendum; atque io bac ſecunda præmotinne vim habebit idem argumentum, vt requitarur vlterius tertia & quarta præmotio, & ſic in infinitum. Si verò præuium illud additamentum non datur omoibos, qui tenentur reſtituere, ſed illis tantùm, qui de facto reſtituunt: peto rurſus vtrum ſine illo ſit poſſibile reſtituere: nam ſi affirmes: non erit neceſſarium additamentum. Si verò neges, conſequens erit, neminem eſſe cui ſit ad culpam imputanda retentio rerum alienarum, & omiſſio reſtitutionis.

Præmotio ad reſtitutionem maneret ſine illa.

3. Tertia ratio. Si prædictum additamentum à prima cauſa præbendum neceſſariò foret ad quamlibet actionem peccati: illud ipſum foret actionibus prauis initium præbere, illarúmque ſemina ponere. Foret etiam concurſus ſpecialis, ad illas actiones excitans, & præueniens, impellens, præparans,& agens voluntatem. Deinde per ſimile additamentum Deus ſuggereret cogitationes, vocationes, viſitationes,& inſpirationes; operaretur velle & perficere materialem actionem peccati, & ad illam traheret, quæ ſingula perſecuti ſumus diſputatione 16. quinque poſtremis ſectioaibus, & tanto maiorem vim habent contra prædeterminationem, realiter diſtinctam ab electione,& inhærentem voluntati, quanto clarius in ea cernitur entitas, intrinſecè deſtinata ad materialem actionem odij Dei, vel blaſphemiæ, aut alterius peccati.

4. Confirmatur primo ad hominem, quoniam vt vidimus diſputatione 41. ſect. 3. etiam authores phyſicæ prædetermioationis exiſtimant, habitum vitij ex natura ſua inclinantem ad materiales peccatorum actiones, à ſolo Deo, independenter à libera hominis malitia, infundi minimè poſſe; eius autem impoſſibilitatis rationem eſſe, quoniam Deus mediatè inclinaret, ac moueret ad peccandum. Quæ ratio propterea fortius probat, eſſe impoſſibile prædictum additamentum, quoniam accepto habitu odij, quem Deus ſolus infunderet, adhuc eſſet in poteſtate voluntatis eo habito vti, vel non vti, ſed potius diligere Deum. Sed accepto additamento præmouente ad odium Dei, non eſſet in poteſtate voluntatis, ea non vti ac Deum diligere. Quapropter illud additamentum malitiam obtineret intrinſecam ſibi magis, quam habitus odij Dei. Confirmatur ſecundò, nam propter eandem rationem clariores vires recuperant argumenta omnia, quæ ſupra diſput. 27.

Vitij habitus à ſolo Deo infundi non poteſt.

Confirmatio.

multiſque ſequentibus probant, ex prædeterminatione materialis actionis peccati conſequens eſſe, Deum eſſe authorem malitiæ, & facere aliquid ſuæ voluntati, prouidentiæ, & prædeſtinationi repognans

Præcedentes rationes peculiariter pertinent ad cauſam liberam; ſequentes verò rationes communes ſunt illi, cũ quibuſlibet cauſis, naturaliter agentibus. Ad illas autem ſuppono primo, Deum præbere influxum aliquem immediatum ad effectus ſecundarum cauſarum, qui non deriuetur per vllam realitatem creatam: vt etiam ipſi Doctores contrariæ ſententiæ fatentur: & oſteodimus ſupra diſp. 45. ſect. 6. conc. 2. Hoc enim certum eſt apud omnes, ſiue Deus præbeat illud additamentum cauſarum, quo mediante, cauſas moueat ad effectus, ſiue non præbeat. Huius fundamenti prima & manifeſta ratio eſt, quoniam niſi Deus præberet influxum aliquem immediatum ad effectus ſecundarum cauſarum, ſed totum ſuum concurſum deriuaret per additamentum illud, realiter diſtinctum ab actione cauſæ ſecundæ; ſeqoeretur, Deum non concurrere immediatè per ſuam propriam virtutem & per ſuum proprium ſuppoſitum, ſed concurrere tantummodo mediante cauſa completa, in quantum produxit,& conſeruat cauſam, atque ſuperaddit complementum creatum, realiter diſtinctum; & in quantum tota hæc cauſa, iam completa per virtutem, quam à Deo accipit, influit in effectum. Quod foret manifeſtè incidere in opinionem Durandi, & paucorum antiquorum, ab omnihus ſcholaſticis meritò refutatam, tanquam fidei & pbiloſophiæ male cohærentem. 5.

Suppoſitio 1. Ad effectus creatos Deus immediatè concurrit.

Suppoſitionis ratio. 1.

Secunda ratio eiuſdem fundamenti eſt, quoniam ſi Deus ſolummodo influeret in effectum, mediante additamento cauſæ; fieret inde quod primæ cauſæ generalis concurſus immediatè non attingeret eſſe ſimpliciter, ſed immediatè attingeret ſolum eſſe completam eam cauſam, quæ iam ſupponitur exiſtere, licet ſit incompleta. Quod manifeſtè pugnat cum ratione Theologica, deſumpta ex libro de cauſis, & ſæpius à D. Thoma repetita de proprio effectu primæ cauſæ correſpondente, quod eſt eſſe generaliſſimum: vt vidimus ſupra diſputatione 45. ſectione 4. & 5. Dices etiam in noſtra ſententia prima cauſa quando concurrit cum igne ad generandum ignem, non producit totum eſſe, ſed formam educit de potentia materiæ, quæ ſupponitur exiſtere. Reſpondeo. Nihilominus immediatè prima cauſa producit totum eſſe ignis, & omnes eius partes. Quia primæ cauſæ munus eſt immediatè ſe ſola conſeruare materiam, & ſimul cum agente naturali concurrere ad educendas formas de potentia materiæ. Hæc autem omnia non immediatè, ſed mediante additamento præſtaret cauſa prima, niſi verum eſſet primum fundamentum. 7.

Obiectio.

Reſpondetur cauſa 1. totũ eſſe ignis producit.

Suppono ſecundò, immediatum illum primæ cauſæ concurſum ad effectus cauſæ ſecundæ, qui realiter diſtioguitur ab additamento cauſæ, proprium eſſe cauſæ vniuerſalis; ita vt nulli creaturæ communicari poſſit, aut illi committi, vt abſque tali concurſu generali & immediato Dei ſuum producat effectũ. Cuius ratio eſt. Prima, quoniam primæ cauſæ proprius concurſus communicari non poteſt cauſis ſecundis 8.

Immediatus primæ cauſæ cõcurſus creaturæ communicari nõ poteſt.

Secunda ſuppoſitionis ratio prima.

neque

neque abeſſe poteſt à productione alicoius effectus. Eſt aurem primæ cauſæ maximè proprium intimè & immediatè attingere effectum ſupra *Ratio. 2.* diſp. 45. ſect. 6. Secunda ratio eſt, quoniam concurſus perſe requiſitus ad producendum eſſe, proprius eſt primæ cauſæ nec poteſt abeſſe à productione alicuius effectus: ſicut vidimus in eadem diſputatione 45. ſectione 4. & 5. At verò prædictus concurſus, in effectum iofluens immediatè, per ſe requiſitus eſt ad producendum eſſe.

9. *Conclusionis 4. ratio.* His ſuppoſitis, quarta ratio principalis conclusionis ſic inſtituitur. Immediatus ille concurſus primæ cauſæ ad effectum cauſæ ſecundæ eſt concurſus proprius cauſæ vniuerſalis, & immediatè reſpiciens vniuerſaliſſimum effectum, quod eſt eſſe. Ergo ille idem concurſus eſt prior in genere cauſæ vniuerſalis, & eſt mouens, & applicans cauſas ſecundas, tanquam inſtrumenta ad producendum eſſe. Quod ſi prior eſt, & mouens inſtrumenta; eo ipſo eſt præmouens. Quapropter ille ſolus ſufficit, vt cauſa prima intelligatur prius concurrere, præmouendo & applicando quamlibet cauſam ſecundam. Vnde tandem otioſum remanebit, atque ſuperfluum illud præuium cauſarum additamentom, quod ideo primario conſtituitur, vt prima cauſa præmoueat & applicet tanquam inſtrumenta cauſas ſecundas.

Rectè Caietaous opuſc. de infinitate Dei multo propius; ad fin. quàm ad med. expoſuit *Prima cauſa plus influit, & prius quã ſecunda.* celebrem illam propoſitionem libri de cauſis: *Cauſa prima plus influit, & prius in effectum, quàm ſecunda.* Et ſubiungit Philoſophorum mentem in ea non eſſe aliam; *niſi quia per ſe primo effectus prima cauſa, communioris, & intimioris, ac prioris rationem habet in effectu. Sicut v.g. cauſans per ſe vitam in homine, magis & prius dicitur influere in hominem, quàm cauſans per ſe animalitatem in eodem, quia illud eſt intimius, prius, & communius.* Neceſſarium igitur non erit additamentum præuium, in actu primo receptum in cauſis ſecundis: quoniam ſine illo ſufficienter intelligitur prima cauſa prius & magis influere in effectum cauſæ ſecundæ.

10. Confirmatur primò ad hominem, quoniam authores illius additamenti alioqui fatentur, quod eſſe creatum ſit proprius effectus ſolius Dei, ideóque cauſæ particulares ad illud producendum non concurrant, niſi vt inſtrumenta Dei. Inſtrumenta verò eo ipſo præmouentur, & applicantur, quando concurrunt. Ergo in illo immediato primæ cauſæ concurſu, quo producit eſſe alicuius effectus ſimul cum cauſis particularibus, intelligitur præmotio & applicatio cauſarum earundem. Sed de inſtrumento plura dicemus diſputatione 48. ſectione 1. & vltima.

11. Confirmatur ſecundò. quoniam niſi concurſus ille immediatus verè foret prior, & præmouens particulares cauſas; in illo verificarentur inconueoientia, quæ noſtræ ſententiæ obiiciuntur *Concurſus cauſa prima à concurſu cauſa ſecunda penderet.* falsò. Sequeretur namque, quod vniuerſaliſſimus concurſus cauſæ primæ, tendenſque immediatiſſimè ad eſſe, penderet à concurſu cauſæ ſecundæ, non ſecundùm quid, & quodãmodo poſterior illo, vt à nobis ponitur diſp. 45. ſect. 6. & ſequentibus. Quin potius eſſet abſolutè poſterior, ſiquidem non haberet maximam illam & ſupremam prioritatem præmouentis, & aliunde penderet à concurſu cauſæ ſecondæ.

Confirmatur tertiò, quoniam ad prioritatem diuini concurſus non ſufficit, additamentum, complens actiuitatem cauſarum ſecundarum, eſſe prius natura productum à Deo: nam in illa productione præcisè nullus producitur effectus cauſarum ſecundarum; ſed reſtat alter concurſus Dei realiter diſtinctus à priori, qui ſolus immediatè & intimè attingit eſſe cuiuſlibet effectus producti per cauſas ſecundas. Hic igitur concurſus debet eſſe abſolutè prior, quàm concurſus cauſæ ſecundæ; vt nuper probatum eſt. 12.

Confirmatur quartò, quoniam ſecundus iſte concurſus, vel quidditatiuè pendet ab illo priori additamento cauſarum, vel non pendet. Si non pendet, fruſtra præmittitur à cauſa prima prædictum additamentum; cum ſine illo generalem influxum communicare poſſet immediatè cuilibet effectui cauſæ ſæcundæ. Si verò dependet, conſequens eſt, primæ cauſæ concurſum ab aliqua creatura pendere in genere cauſæ efficientis. Etenim additamentum illud creatura eſt, atque ſecundum ſe præcisè conſideratum; eſt multò minus perfectum, quam particulares cauſæ, quibus additur, & à quibus pendere primæ cauſæ cõcurſum, indigniſſimum exiſtimant contrariæ ſententiæ doctores. 13.

Confirmatur quintò, quoniam præuium illud cauſarum additamentum ab eius authoribus ponitur propter ſummam dependentiam effectus, & operationis cauſarum ſecundarum à prima. Non minor autem, ſed prorſus æqualis dependentia ſeruatur abſque illo additamento. Fruſtra igitur adhibetur illud additamentum. Minorem, exempli cauſa, probo circa Solem, eiuſque actionem & effectum: nam lumen à Sole productum, & actio illuminatiua producitur à Deo, vt à cauſa vniuerſali per intimum ſibi concurſum, & ſimul ab eadem prima & vniuerſali cauſa producitur, mediante virtute illuminatiua ſolis, quæ ſemper actualiter producitur à Deo, & à tali productione dependet. At verò ſi præuium illud additamentum admitteretur, per illud non communicaretur maior influxus, nec dependentia maior, quàm hæc mediata. Quod autem illud additamentum ſit realitas fluens, & virtus illuminatiua ſit permaneos, non auget dependentiam à Deo; ſi vtraque realitas pendet in fieri & conſeruari. Confirmatur vltimo, quoniam virtutem illuminatiuam ſemper ſol participat ex actuali influxu primæ cauſæ. 14.

SECTIO VI.

Idem additamentum refutatur, quoniam de potentia Dei abſoluta poſſet eſſe ſine actione cauſæ ſecundæ, & actio poſſet eſſe ſine illo.

PErgimus in eadem ſerie rationum, quam præcedenti ſectione inchoauimus. Et quinta ratio ſit quoniam ſecundæ cauſæ præmotio ad agendum, quidditatiuè habet annexam actionem cauſæ ſecundæ, ita vt neque de potentia 1. *Ratio quinta. Secunda cauſa præmotio eiuſdẽ cauſa actione annexam habet.*

abſoluta poſſit ab illa ſeparari. Sed quodlibet additamentum cauſæ, realiter ab eius actione diſtinctum, poteſt ab eius actione ſeparari: ergo nullum additamentum cauſæ, realiter ab actione diſtinctum, eſt ſecundæ cauſæ præmotio ad agendum. Maiorem apertè docet D. Thomas in locis, quæ retulimus ſect. 2. & fatentur ipſi etiam authores additamenti prædicti. Et ratione confirmatur, quoniam ſi ſecundæ cauſæ præmotio ad agendum quidditatiuè non haberet annexam actionem, ſed poſſet ab illa ſeparari; eo ipſo non eſſet actualis motio ad agendum, ſed tantum eſſet potentiale quidpiam, cōnnumerandum cum cæteris cauſis, & cauſarum conditionibus, quæ virtutem agendi complent in eſſe potentiæ, nec quiditatiuè copulantur cum actuali operatione. Quamobrem vlteriori alia Dei præmotione indigeret, vt actualiter applicaretur ad operandum ſicut cæteræ omnes cauſæ.

2. *Actualis motio nequit abſque termino exiſtere.*

Confirmatur primò, quoniam actualis motio non poteſt exiſtere ſine termino, ſibi propriiſſimo ſicut calefactio, quoniam eſt motio ad calorem, non poteſt exiſtere ſine calore; & generatio, quoniam eſt motio ad ſubſtantiam, non poteſt exiſtere ſine ſubſtantia. Ergo ſecundæ cauſæ motio ad agendum nō poteſt exiſtere ſine actione cauſæ ſecundæ.

Cōfirmatio 2.

Confirmatur ſecundò, quoniam ſi præmotio illa poſſet exiſtere ſine actione ſecundæ cauſæ, iam tunc haberet eſſe permanens: vt oſtendemus ſect. 7. num. 14. & ſequentibus.

3. Minorem verò principalis argumenti probo quoniam additamentum illud cauſæ ſecundæ realiter, vt res à re, diſtinguitur ab actione cauſæ ſecundæ: imo plerumque ſeparatur etiam ſubiecto & loco, vt conſtat in actionibus tranſeuntibus. Et aliunde additamentum illud in nullo genere cauſę pendet ab actione cauſæ ſecundæ. Ergo ſaltem de potentia abſoluta poteſt illud exiſtere, licet non exiſtat actio cauſæ ſecundæ.

Confirmatur primò, quoniam quod à ſolo Deo producitur, independenter à quolibet agente creato, poteſt à ſolo Deo cōſeruari ſine actione cuiuſlibet agentis creati: ſed additamentum illud à ſolo Deo producitur, independenter à quolibet agente creato. Ergo à ſolo Deo conſeruari poteſt ſine actione cuiuſlibet agentis creati.

4. *Quod à ſolo Deo producitur à ſolo Deo conſeruari poteſt.*

Confirmatur ſecundò, quoniam ſi additamentum cauſæ ſecundæ penderet ab illius actione tranſeunte, ſequeretur ab illa pendere in genere cauſæ efficientis (cum manifeſtum ſit non pendere in genere cauſæ materialis, nec formalis) Vnde præterea infertur, ſecundam cauſam agere concurrendo ad productionem ſuæ præmotionis. Et tunc peto, vtrum ad eiuſmodi actionem, qua producit ſuam præmotionem, indigeat alia præmotione realiter diſtincta. Nam, ſi aſſerueris indigere, ibitur in infinitum: ſi verò negaueris; qua ratione cauſa ſecunda ſine alia præmotione agit ad productionem ſuæ præmotionis: eadem ratione poterit ſine vlla præmotione agere ad productionem proprij effectus.

5. *Omnino natura prior ab omnino poſteriore independens.*

Confirmatur tertiò, quia quod eſt omnino prius natura, non pendet ab eo, quod omnino eſt natura poſterius. Additamentum verò prædictum propterea inducitur ab eius authoribus, vt omnino ſit natura prius, & actio cauſæ ſecundæ omnino ſit natura poſterior; atque ideo non ſatisfacit illis prioritas, quam noſtra ſententia concedit concurſui primæ cauſæ; quoniam non eſt prioritas omnimoda, ſed patitur ſecum poſterioritatem aliquam: vt vidimus diſp. 45. ſect. 5. & ſequentibus. Ergo additamentum illud non pendet ab actione cauſæ ſecundæ.

6. *Efficiens cauſa ab effectu fieri nequit.*

Confirmatur quartò, quoniam cauſa efficiens non poteſt ab effectu pendere in eodem genere cauſæ efficientis: at verò additamentum illud concurrit in genere cauſæ efficientis, & actio cauſæ ſecundæ habet ſe tanquam effectus illius: ergo additamentum cauſæ ſecundæ non poteſt in genere cauſæ efficientis pendere ab actione cauſæ ſecundæ.

Confirmatio 5.

Confirmatur quintò, quoniam completa virtus actiua non pendet à ſuo effectu. Quapropter neque pendebit illud additamentum, à quo habet eſſe completam virtutem actiuam.

Confirmatio 6.

Confirmatur ſextò, quoniam cauſa conſtituta in actu primò, & potens operari reperitur quandoque ſine actu ſecundo. Quemadmodum obſeruauit Damaſcenus in ſua phyſica capite quinto, verſus finem, explicans duplicem potentialitatem, cui duplex reſpondet actualitas. Et primò *actu dicitur, quod etſi agere poteſt ſecundum id, quod dicitur, non tamen agit,* Veluti cum Ariſtoxenus citharam non pulſat.

Damaſcen.

7. Reſpondent aliqui contrariæ ſententiæ Doctores, ideo impoſſibile eſſe, quod poſito illo præuio concurſu, ſecunda cauſa non operetur; quia impoſſibile eſt cauſam ſecundam moueri ad operandum, & quod ipſa non operetur: nam datur ille concurſus præuius ad efficaciter operandum. Quæ ratio rectè probat Maiorem noſtri principalis ſyllogiſmi; ſed non ſoluit implicationis rationem, quam probauimus in Minori: de quo etiam infra num. 13.

8. At inquit: Licet concurſus Dei præuius & actualis operatio ſecundæ cauſæ diſtinguantur realiter; non tamen poſſunt ab inuicem ſeparari. Nam materia & forma diſtinguuntur realiter, & tamen non poteſt eſſe materia ſine forma. Hoc exemplum non ſatisfacit, primò, quoniam materia pendet à forma in genere cauſæ formalis, cui adiuncta eſt ſecundaria cauſalitas valde ſimilis, cauſæ efficientis, per quam forma tribuit eſſe materiæ, realiter ab ipſa diſtinctæ. At verò additamentum illud, quod appellatur præuius concurſus, in nullo genere realis cauſalitatis pendet ab actione cauſæ ſecundæ. Ruſus forma nec loco, neque ſubiecto ſeparatur à materia, ſicut loco & ſubiecto ſeparatur concurſus ille præuius, ſuperadditus cauſæ ſecundæ, & illius actio tranſiens. Tertiò quoniam probabilius eſt, de potentia abſoluta materiam exiſtere poſſe ſine forma, de quo alias.

Forma materiam ſecūdaria cauſalitate cauſat.

Poteſt materia ſine forma exiſtere.

9. *Realis diſtinctio relationis à fundamento ambigua.*

Vnde ſimiliter refutantur exempla cætera, veluti relationis, quam aſſerit, à fundamento realiter diſtingui, & tamen vnum, inquit, non poteſt exiſtere ſine alio. Sed imprimis valde ambigua eſt, & in præſenti loco prætereunda realis diſtinctio relationis à fundamento. Ea tamen data fundamentum exiſtere poteſt ſine relatione, quando terminus deficit: relatio verò propterea non poteſt exiſtere ſine fundamento, quoniam ab illo pendet, tanquam modus à re: propria verò modorum quiditas eſt, actualiter afficere & modificare ſubiectum à quo dependet.

Propria modorum quiditas.

10. Addit tertium exemplum. In opinione Scoti

partes

partes ſimul ſumptæ diſtinguntur realiter à toto, & tamen non poteſt eſſe vnum ſine alio. Hic nullus dubitabit, totius à partibus ſummam eſſe dependentiam, quæ directè pertinet ad primariam cauſalitatē materiæ & formæ, ſi totum phyſicum comparetur ad illas: ſi verò comparetur ad partes integrantes, reductiuè pertinebit ad genus cauſæ materialis & formalis, in quantum quælibet pars cōplet, & cōpletur ab alia. Inſuper iſtud exemplū propterea eſt longè diſſimile, quoniam diſtinctio realis (ſi forte reperitur inter totum & partes ſimul ſumptas, de quo non diſputo) non eſt ſine incluſione vnius extremi in alio: at verò inter additamentum præuium, & actionem cauſæ ſecondæ nullus eſt ordo includentis & incluſi; ac proinde non eſt ea neceſſitas coexiſtentiæ, quam neceſſariò ſupponit aut efficit incluſio.

Totius à partibus ſumma dependentia.

11\. Quartum exemplum. Similiter, inquit, in omni opinione actio vitalis non poteſt eſſe ſine potentia vitali, à qua realiter diſtinguitur. Veruntamē imprimis multorum opinio fert, actionem vitalem de potentia abſoluta exiſtere poſſe ſine potentia vitali. Cæterum quidquid ſit de huius probabilitatis cōtrouerſia, manifeſtum eſt, actionem vitalem à potentia vitali pendere in genere cauſæ, non ſolum materialis, ſed etiam efficientis.

Dependentia actionis vitalis à potentia.

12\. Poſtremum exemplum patitur maiorem diſſimilitudinē. Nam intellectualiter dicere diſtinguitur realiter à verbo, ſi quælibet actio realiter diſtinguitur à termino producto (de quo non eſt in præſenti diſputādum) nihilominus non diſtinguitur, vt res à re, ſed quemadmodum à ſubiecto diſtinguitur illius modus, qui propterea pendet ab illo in genere cauſæ materialis. Tres igitur circunſtantiæ, quas attulimus in probatione minoris num. 3. videlicet, diſtinctio rei à re, ſeparatio loci & ſubiecti, & omnimoda independentia in genere cauſæ materialis, formalis, & efficientis: neque in prædictis exemplis verificantur, neque in aliquo alio verificari poterunt, quod de potentia abſoluta ſit inſeparabile; imo etiam de potentia ordinaria, vt dicemus ſect. ſequenti ratione 8. Sed quoniam prædicta ſolutio videtur implicitè dicere, ideo præuium illud additamentum exiſtere non poſſe ſine actione cauſæ ſecundæ, quoniam licet non pendeat ab illa, nihilominus ex præuio additamento cauſæ neceſſario conſequitur illius actio: hoc etiam refutatur, quoniam hæc conſecutionis neceſſitas obſtare non poterit omnipotentiæ Dei, ne ſubtrahat immediatum concurſum, requiſitum ad actionem cauſæ ſecundæ; cum immediatus iſte concurſus realiter diſtinguatur, vt res à re poſſitque res poſterior ſubtrahi, priori relicta, præſertim quando prior nullo modo pendet à poſteriori.

13\. Ratio ſexta. Præmotio primæ cauſæ eſt ita neceſſaria ſimpliciter, vt nec de potentia abſoluta cauſa ſecunda poſſit operari ſine illa; ſed præuium additamentum non eſt ita neceſſarium ſimpliciter; ſed potius de potentia abſoluta cauſa ſecunda poteſt operari ſine illo: ergo prædictum additamentum non eſt præmotio primæ cauſæ. Maiorem etiam aduerſarij fatentur, & ex ſuperioribus ſatis conſtat. Minorem verò probo, quoniam de potentia abſoluta Deus ſupplere poteſt defectum cuiuſque cauſæ efficientis creatæ. Illud autem additamentum pertinet ad complementum efficientis cauſæ creatæ, & illud etiam eſt creatum. Confirmatur, nam totum eſſe rerum per creationem Deus producit non ſolùm independenter à qualibet cauſa ſecunda, ſed etiam independenter à quolibet illius complemento: poterit ergo effectum cauſæ ſecundæ producere, independenter à prædicto additamento, licet pendeat à cauſa ſecunda.

Cuiuſq; cauſa efficientis defectū ſupplere poteſt Deus.

SECTIO VII.

Præuium additamentum nec eſſe complementum cauſarum, nec fluentem realitatem.

EX his duabus proprietatibus additamenti præuij, quas illi tribuunt eius Authores, ſumuntur aliæ duæ rationes contra illud. Et in ordine ſit ratio ſeptima. Quoniam præuium additamentum vel complet cauſam in genere cauſæ ſecundæ, vel complet ſolummodo in genere cauſæ primæ: ſed neutro modo complet. Ergo non requiritur in actu primo ad operandum. Quod non compleat in genere cauſæ ſecundæ, probatur primo ex D. Thoma de potent. q. 3. art. 7. ad 1. dicente: *Virtus actiua & paſſiua rei naturalis ſufficiunt ad agendum in ordine ſuo: requiritur tamen virtus diuina ratione iam dicta.* Vnde conſtat, diuinam virtutem requiſitam eſſe in alio ordine diuerſo ab ordine cauſæ ſecundæ ſufficientis, & completæ ad agendum. Ideóque non ad mentem D. Thomæ citatur ille idem articulus, & 3. contra gent. cap. 66. ratione 4. & alibi quaſi aſſeruerit, præmotionem omnibus cauſis ſecundis conferre vltimum complementum actus primi. 1.

Contra præuium additamentū rationes duæ.

S. Thomas.

Confirmatur, quoniam communiter Patres affirmant, creaturarum potentias vlteriori virtute, ſiue concurſu non indigere, vt ſuos operentur effectus. Quod intelligendum eſt, vt minimum, in ſuo genere completas eſſe potētias, vt alio eiuſdem generis concurſu, aut complemēto non egeant, quamuis egeant diuino concurſu in alio genere cauſæ. Sic Baſilius hom. 5. Hexæmeron init. *Germinet*, inquit, *terra, hoc eſt, ex ſe ipſa terra, nulla prorſus aliena egens ope, abunde diffundat herbeſcentem viriditatem. &c.* Rurſus Dei ope non alia indiguiſſe terram, præter Dei præceptum, conferens facultatem, potentiam & operationem, notat hom. 8. Hexæmeron ſub init. dicens: *Sed qui iuſſit, is vt terra educeret ipſi præſtitit facultatem.* Et poſt pauca: *Germinet, inquit, non id, quod habet, emittat: ſed id, quo non eſt prædita, conſequatur, actionis, operationiſque Deo facultatem atque potentiam largiente. Pari nunc etiam modo: Producat terra animam, non eam, quæ ineſt in ipſa; ſed eam, quæ data eſt ipſi creatoris Dei præcepto.*

Creaturarū potentias vlteriori virtute non indigere aſſerunt Patres.

Baſilius.

Chryſoſtomus in 1. cap. Geneſ. homil. 5. ſub medium: *Præcepit*, inquit, *Dominus, & ſtatim terra ſuos partus maturans, ad germinanda ſemina ſe ipſam ſollicitauit.* & poſt pauca: *Solum audiuit præceptum, & ſtatim quod ſuum erat, fecit.* Et rurſus: *Sermoni & præcepto Dei obtemperans tellus omnia ſemina ediderit, nullo alio ad cooperationem opus habens.* Ambroſius lib. 1. Hexæmeron cap. 6. *Quam vtilis*, inquit, *quam vehemens vox, germinet terra herbam fœni, nullum alterius quærat auxilium.* Conſequenter loquitur lib. 3. Hexæmeron cap. 8. init. & cap. 9. ſub init. Quibus

Ambroſius.

conſonat Nyſſenus de hominis opificio cap. 1. ſub finem Damaſcenus 2. fidei cap. 10. ſub ioit. Auguſtinus lib. 9. de Geneſi ad lit. cap. 17. & lib. 7. de Ciuit. c. 29. & c. 30. & lib. 22. c. 24. init.

2. Probatur ſecundò, quia ſi præuium illud additamentum compleret in genere cauſæ ſecundæ; non pertineret ad cauſam voiuerſalẽ, ac illius actiuitatẽ, ſed contineretur intra fines cauſæ ſecundæ. Vode ſequeretur tertiò, cauſam ſecundã, etiam poſtquã vltimatè cõpleta eſt per illud præuium additamentũ, indigere præmotione primæ cauſæ, vt applicetur ad operandũ; ac proinde requirere vlteriorẽ aliam realitatẽ, ſibi inhætẽtem, vnde dabitur proceſſus in infinitũ. Quod ſi cauſa ſecunda, poſtquã præuio illo additamento cõpleta eſt in genere cauſæ ſecundæ creatæ & particularis, non indiget vlteriori alio additamento, ſibi inhærente, vt à Deo moueatur ad operãdum; eadem ratione concedi poterit, ſolem, ignem, aut aliam quamlibet particularem cauſam in ordine cauſæ ſecundæ eſſe omnino completam, & non indigere præuio vllo additamento, ſibi inhærente, vt compleatur, & à prima cauſa applicetur ad operandum. Confirmatur, quoniam illud aggregatum ex cauſa ſecunda & additamento Intentionali, eſt etiam cauſa ſecunda & creata: & tamen non indiget alia præuia præmotione, præter illam, quæ realiter identificatur cum actiooe cauſæ ſecundæ. Ergo ex eo ſolo titulo quod ſit cauſa ſecuoda & creata, non bene colligitur indigere alia præuia præmotione præter illã, quæ realiter identificatur cum actione cauſæ ſecundæ.

Cauſa ſecunda præuio additamẽto cõpleta præmotione indigeret.

3. Probatur quartò, quia ex oppoſito ſequeretur quaſlibet poteotias actiuas eſſe incompletas ita quidditatiuè ac neceſſariò, vt contradictionem implicet, vnquam eſſe completas in eſſe quieto, ſtabili & permanenti, ſed ſolummodo poſſint compleri tranſeunter per realitatem illam fluentem. Quintò probatur, quooiam cuilibet rei naturaliter debetur complementum io ſuo genere. Ideòqne cauſarum ſecundarum actiuæ virtuti naturaliter debetur complementum in ſuo genere. Quapropter illud habere debebit ſtabile, fixum, permanens, & quietum; quoniã virtus actiua quidditatiuè eſt aliquid ſtabile, fixum, permanens, & quietum.

Rei debetur complementũ in ſuo genere.

4. Confirmatur primò, quoniam virtutem actiuam truncare complemento, ſibi debito, eſt genus quoddam violentiæ, hoc eſt, diſpoſitioois nõ conuenientis naturis rerum ſecundum ſe conſideratis: qualis violẽtia foret, ſi quodlibet animal deſtitueretur oculis, auribus, & pedibus, quod indignum eſt ſuauitate diuinæ prouidentiæ. Confitmatur ſecundò,, quia nulla poteſt afferri ſufficiens ratio implicationis, ob quam diuina prouidentia non potuerit actiuas rerum naturalium potentias producere completas. Quod ſi potuit digoum fuit eius bonitate & ſapientia ita producere.

5. Sexto prædictæ probationes clariorem vim oſtendunt in cauſis ſemper agentibus, quales ſunt ſol & ſtellæ, cor animalis, & virtus nutritiua plantarum. Etenim cum exiſtere naturaliter nequeant ſine actione; non poterunt naturaliter exiſtere, ſioe quocunque complemento, ſibi inhærente. Quapropter quantum ad ſtabilem permanentiam, illud additamentum nihil diſtabit à naturali potentia cauſæ ſecundæ. Confirmatur, quoniam quod cauſæ ſecũdæ potentia completa ſit ad operandum per aliquid, ab ipſa realiter diſtinctum, vel per ſe ipſam ſine aliquo realiter diſtinctu, non variat rationẽ agentis naturalis, & creati. Ideóq; nõ variat ſufficientiam totalem in ſuo genere, vel indigentiã vlterioris additamenti.

Probatur ſeptimò, quoniã vnaquæq; cauſa eſt in ſuo genere completa, vt producat effectũ non excedentem propriam cauſæ perfectionem; ſed ignis non excedit perfectionẽ alterius ignis: ergo quilibet ignis eſt cauſa in ſuo genere cõpleta, vt alium ignẽ producat. Idem de cæteris cauſis intellige. Confirmatur, qnoniam propterea dicitur eſſe in ſuo tantùm genere completa; quoniã nihilominus indiget diuino cõcurſu, prius intimius & immediatius influẽre in effectũ cauſæ ſecũdæ. 6.

Vnaquæque cauſa in ſuo genere completa.

Hinc refutata manet eorum ſolutio, qui reſpondent, rei oaturalis actiuam potentiam habere quidquid eſt neceſſariũ ex parte actus primi per modum potentiæ, aut operatiuæ virtutis; non tamẽ applicationẽ, ſeu vltimum cõplementũ actus primi, ſed illud tribuit volũtati & cuilibet cauſę ſecũdæ prædicta præmotio primæ cauſæ. 7.

Contra quam ſolutionem recolendum eſt illud, quod alibi à nobis fuſiùs probatum eſt, videlicet, actum primum idem eſſe, quod eſt potentia integra & completa in ſuo genere. Quapropter diminuitur ratio potentiæ, & eius nomẽ alienatur à proptia ſignificatione: quando dicitur eſſe completa in ratione potẽtiæ, & virtutis operatiuæ; nihilominus deeſſe complemẽtum actus primi. Præterea ſiue appelletur complementum in ratione potentiæ, ſiue in ratione actus primi, ſi complet in genere cauſæ ſecundæ; inde ſequitur, non pertinere ad actionem cauſæ primæ, ſed ad vim actiuã cauſæ ſecundæ, ſequunturq; cætera inconuenientia, quæ nuper inferebamus. 8.

Actus primus idẽ quod potentia integra, & cõpleta.

Venio ad ſecundum membrum ſeptimæ rationis, & probo, prædictum additamentum non requiri, tanquam complementum in genere primæ cauſæ. Primò, quoniam in genere primæ cauſæ ſatis eſt, illam prius, immediatius, intimiúſque concurrere ad producendum effectum. Nã eo ipſo mouet & applicat cauſam ſecundam, vt agat in virtute primæ cauſæ, & immediatè concurrit ad eſſe: vt in ſect. 5. num. 5. & ſequentibus oſtendimus. 9.

Secundò, quoniam ſi præmotio non requiritur in genere cauſæ ſecundæ, ſed tantum in genere primæ cauſæ; nulla erit ratio, propter quam præmotio debeat inhærere cauſæ ſecundæ; quoniam cauſa ſecunda totum eſſe habebit completum intrinſecè. Quapropter ſatis erit extrinſecus adiungi Dei operationem, in ſuo genere intimè, & immediatè concurrentem ad communem effectum vtriuſque cauſæ. Tertiò, quoniam ille concurſus immediatè non tendit ad eſſe effectus cauſæ ſecundæ, ſed ad quoddam eſſe cauſæ, quod educitur de potentia ſubiecti. Ergo concorſus ille non eſt proprius primæ cauſæ, ſecundum ea, quæ notauimus ſect. 5. fundamento 1. præſertim num. 7. 10.

Vnde probatur quartò, quoniam nulli cauſæ ſecundæ committi poteſt actio propria primæ cauſæ: at verò illius additamenti productio poſſet committi cauſæ ſecuodæ; quoniã entitas non ſupernaturalis, educenda de potentia ſubiecti, non eſt effectus ſuperans vires cauſæ creatæ. Confirmatut, quoniam longè perfectior eſt forma leonis, aut æqui, quam additamentum quodlibet, inhærens igni. Sed eductio talium 11.

forma

formarum de potentia ſubiecti, non ſuperat vires cauſæ ſecundæ. Ergo nec ſuperabit illius additamenti eductio de potentia ſubiecti.

12. Vnde colligitur refutatio ſolutionis alterius, quæ reſpondet, additamentum illud propriè non dici cauſam ſecundam, ſed motionem cauſæ ſecundæ; ideóque non indigere alia motione, ſicut actio non indiget alia actione, & lux non indiget alia luce. Interrogandum quippe reſtabit, vtrom motio cauſæ ſecundæ pertineat ad genus cauſalitatis primæ cauſæ. Nam ſi pertinet, vigent aduerſus illam rationes factæ in ſecundo membro num. 9. & 10. ſi verò non pertinet ad genus cauſalitatis primæ caoſæ; relabitur ad genus cauſæ ſecundæ, ideóque reuiuiſcunt omnes rationes factæ pro membro primo à principio ſectionis præſentis.

13. Præterea refutatur, quoniam licet actio, per quam à Deo producitur illud additamentum, appellari poſſit motio; at verò terminus, per illam actionem productus non eſt motio, ſed aliqua realitas, qua mediante, tanquam inſtrumento, Deus influit in actionem cauſæ ſecundæ. Qoapropter ille terminus productus ſubit rationem cauſæ ſecundæ: ac proinde participat indigentiam ſuperadditæ præmotionis; ſi ea requiritur, vt cauſa ſecunda operetur. Refutatur tertiò, quoniam prædicta realitas ſuperaddita non eſt per modum actus ſecondi, hoc eſt actualis operationis, ſed per modum actus primi: Ergo non dicitur propriè motio, ſed potius inſtrumentum & virtus, ad mouendum deſtinata.

14. Ratio octaua, quoniam præuium illud cauſarum additamentum nec eſt fixa & ſtabilis entitas, nec fluens & tranſiens: ergo nihil eſt. Quod non ſit fixa & ſtabilis entitas, illius fatentur authores: & ratione conſtat, quoniam ſi foret fixa & ſtabilis entitas; connumeranda foret omnino cum cæteris naturalibus cauſis, & earum virtutibus actiuis: ideóque primæ cauſæ præmotione indigeret, vt nuper dicebamus. Quod verò non ſit entitas fluens, & tranſiens, probatur primò, quoniam tamdiu durat, quamdiu durant nonnullæ virtutes actiuæ, quæ citra controuerſiam ſunt permanentes & ſtabiles, & eodem modo, ſicut illæ, pendet ab actuali & perpetuo Dei ſolius concurſu producente, & conſeruante: Exemplum ſit virtus illuminatiua ſolis, quæ perpetuò pendet à ſolo Deo, actualiter conſeruante: quæ quoniam ſemper illuminat perpetua productione luminis in cœlos & aërem, recta linea ſubiectum ſuis radiis, ſemper habebit ſuperadditam illam realitatem, quæ dicitur eſſe præmotio, perpetuo & actuali Dei ſolius influxu productam & conſeruatam. Quapropter ſolis præmotio ad illuminandum habebit eſſe fixum & ſtabile non minus, quàm illius virtus illuminatiua.

15. Idem argumentum fieri poteſt de quatuor elementis, & eorum quatuor qualitatibus, etiam quando reperiuntur in mixtis. Semper enim agunt in proximum ſibi paſſum, ſiue de nouo prodocendo, ſiue conſeruando iam prius productam qualitatem ſui ſimilem.

16. Confirmatur primò, quoniam illud additamentum virtutis illuminatiuæ ſine nouo miraculo ac de potentia ordinaria permaneret, licet omnem illuminationem Deus impediret, includendo ſolem intra ſphætá aliquam prorſus opacam, vel negando concurſum immediatum ad illuminationem, vel conſtituẽdo ſolem in vacuo. *Sol in vacuo non operaretur.* Ratio eſt, quoniam nihil præter ordinem rerum naturis debitum, efficeret, cõſeruando illam realitatem, quæ à ſolo Deo dependet, & in nullo prorſus cauſalitatis genere dependet ab illuminatione actuali. Nam quod ad illuminationem ordinentur, tanquam ad finem, nõ prohibet, quin permanere poſſit impedito fine: ſicut maneret potentia illuminatiua ſolis, etiamſi quidditatiuè deſtinetur ad actualiter illuminandum tanquam ad fin. Vide quæ diximus ſect. 6. n. 3. & ſequentibus.

Confirmatur ſecondò, quoniam additamentum illud virtutis illuminatiuæ non affert aliquam repugnantiam, ſeu violentiam ſolis illuminatiuæ virtuti: quoniam ſol non habet inclinationem ad non illuminandum, nec corrumpitur, aut fatigatur, aut diminuitur illuminando: ſed potiùs amicum, atque conſentiens cum naturali virtute illuminatiua ſolis erit quidquid complet in actu primo virtutem illuminatiuam. Ergo ſecundùm ordinatam prouidentiam, rerum naturis conſentientem, conſeruabitur à Deo, quamdiu ab eodem conſeruata fuerit virtus illuminatiua ſolis. Confirmatur tertiò, nam propter hanc rationem fixum eſſe, permanens & ſtabile cenſentur habere omnes actus vitales; licet à ſuis cauſis efficientibus pendeant in fieri & conſeruari. 17.

Sed aliqui contrariæ ſententiæ doctores exiſtimant, tot recipi præuias realitates in cauſa ſecunda, quot ſunt illius actiones tranſeuntes: aut certè variata materia, quæ patitur, & in ſe recipit diuerſam actionem tranſeuntem, realiter extendi præmotionem, receptam in cauſa efficienti. Illi ergo reſpondere poſſent, præmotionem ſolis ad illuminandum propterea tranſeuntem eſſe, quoniam licet à ſolo Deo producatur in ſole; ſemper tamen ſucceſſiuè variatur, ſecundùm quod variantur corpora, in quibus ſucceſſiuè ac denuò producit lucem. 18. *Solutio.*

Hæc tamen ſolutio locum non habet circa maximam illius cœli partem, cui affixus eſt ſol; hæc enim, cùm ſeruet ſemper eandem propinquitatem aut diſtantiam à ſole, nullúmq; poſſit impedimentum naturaliter interuenire; ſemper & eodem modo illuminatur à ſole. Quapropter permanens & ſtabilis erit entitas, ſoli ad eam illuminationem ſuperaddita. Sed præcipuè refutatur ratione ſequenti. 19. *Refutatio.*

Eiuſdem verò partis ſecunda probatio à priori eſt, quoniam nulla realitas eſt quidditatiuè fluens & tranſiens; niſi ſola mutatio, & actio, ſeu paſſio, quæ realiter identificatur cum mutatione: in his enim duplex fluxus ſiue tranſitus aut via repetitur. Alter à termino à quo ad terminum ad quem, in quo ratio motus conſiſtit. Nam vt rectè Damaſcenus cap. 5. Phyſicæ inter princ. & med. *Motus via quædam eſt à potentia ad actum tranſuehens.* Alter ab agente in patiens, in quo tranſitu & fluxu conſiſtit ratio actionis & paſſionis. Hunc ſolummodo fluxum & tranſitum S. Thomas intelligit, quãdo inſtrumentis, à Deo motis, concedit tranſeuntem & fluentem virtutem, negans, eſſe permanentem. Videlicet, quatenus Deus illis inſtrumentis ſimul concurrentibus, efficit tranſitum animæ à peccato in gratiam, & fluxum gratiæ à Deo in animam medio inſtrumento. 20. *Nulla realitas quidditatiuè fluit, niſi mutatio.* *Ratio motus in quo ſita ſit.* *Damaſcen.*

21. *S.Thom.* Sie 3. part. q.62 art.4.corp. fine: *Virtus*, inquit, *inſtrumentalis habet eſſe tranſiens ex vno in aliud & incompletum, ſicut & motus eſt actus imperfectus ab agente in patiens.* Quod magis explicuerat in 4.diſtinctione 1. quæſt. 1.art. 4. quæſtiuncula 4. dicens: *Per modum intentionis fluentis duplici fluxu, quorum vnus eſt de potentia in actum.* Quem poſtquam explicat in motu, ſubdit: *Alius fluxus eſt de agente in patiens, inter quæ cadit medium inſtrumentum, prout vnum eſt mouens, & alterum motum.* Quapropter quemadmodum gratiæ fluxus à Deo in animam rectè intelligitur, licet gratia nunquam fuerit formaliter in Deo; ex eo ſolùm quod Deus illam efficienter causet: ſic etiam gratiæ fluxus à Deo mediante aqua baptiſmi, rectè intelligitur, licet neque gratia, neque alia realitas ſupernaturalis fuerit in aqua formaliter recepta. Nam fluens illa virtus aquæ conſiſtit in eo præcisè, quod tanquam inſtrumento Deus vtatur aqua, vt in animam influat gratiam, per aquam, tanquam per inſtrumentum efficiens.

22. Confirmatur, quoniam, vt conſtat ex eiſdem, aliiſque plurimis locis S. Thomæ, quilibet terminus, per motum & actionem productus, eſt & appellatur ens fixum & ſtabile in eſſe quieto, quoniam in illo ſiſtit motus, atq; quieſcit. Quapropter realitas cauſis ſuperaddita per Dei motionem, conſiderata, vt eſt in facto eſſe, non erit fluens & tranſiens, ſed fixa & ſtabilis: at nihil fixum & ſtabile communicari cauſis ſecundis, iam probatum eſt in huius rationis initio num. 14.

23. Obſcuriùs paulò, quàm diximus, rationem medij tranſeuntis, & non permanentis, adnotauit ſynodus à Theodoro Carorum Epiſcopo contra Manichæos habita, cuius aliqua verba *Cypariſſiot.* refert Cypariſſiotus Decade 3. c. 5. fine cum ait: *Operatio rationem medij præ ſe fert, & ob eam cauſam non exiſtit per ſe* (hoc eſt permanenter) *ſolummodo eſt cum fit, non ante motum operantis, id eſt, ante actum, neque poſt motum.*

SECTIO VIII.

Nec motioni cauſarum poſſet aſſignari ſpecies, nec termino, per illam producto prædicamentum.

1. INſiſtimus adhuc in eadem veritate confirmanda, reiiciendóque præuio additamento cauſarum, ab earum actione diſtincto: adiungimúſque rationes duas. Sit igitur in ordine ratio nona, *Ratio nona.* quoniam, ſi præuium additamentum cauſarum Dei præmotione producitur; conſequens eſt, perpetuum alterationis motum in cœlis recipi, aut nullam inueniri ſpeciem motus, in qua reponatur talis mutatio cœlorum. Sequela probatur, quoniam ſi præuium cauſarum additamentum eſt qualitas (vt quidam illius authores *Sol alteraretur perpetuò.* exiſtimant) conſequens eſt, ſolem perpetuò alterari per ſucceſſiuam productionem qualitatis: quod apud Philoſophos, & præſertim apud D. Thomam, eſt inauditum. Semper enim aſſerunt inferiora corpora motu alterationis moueri à corporibus cœleſtibus: cœleſtia verò ſolummodo localiter à Deo, & ab intelligentia moueri.

2. Si verò additamentum illud non eſt qualitas; ſucceſſiua illius productio atque variatio non inueniet vllam ſpeciem motus, in qua reponatur. Quoniam neque erit alteratio, cùm non ſit ad producendam qualitatem: neque augmentatio, cùm non ſit ad quantitatem: neque generatio, & nutritio cùm non ſit ad ſubſtantiam: neque motus localis, cùm non ſit ad vbi: ſed oportebit inuenire ignotam adhuc inter philoſophos ſpeciem motus. Nam Ariſtoteles in penult. cap. Prædicam. *Motus*, inquit, *ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio, quæ loco accommodatur.* *Ariſtoteles ſex motus ſpecies aſſignat.* Quam eãdem diuiſionem alio modo tradidit in 5. Phyſicor. cap. 1. diuidens mutationem, in generationem, corruptionem, & motum. Poſtea verò in fine eiuſdem capitis 1. text. 10. & toto ſequenti cap. 2. demonſtrat, ad nullum aliud prædicamentum eſſe per ſe motum, niſi ad quantitatem, qualitatem, & vbi: vt optimè explicat S. Thom. ibi. *Ad tria tantùm prædicamenta per ſe motus.* Eandem doctrinam tradit Damaſcenus in Phyſica cap. 6.

3. Imo generaliter additamentum illud, quod denuò recipit agens ad nouam actionem tranſeuntem (ſiue ſit qualitas, ſiue ſit entitas cuiuſlibet alterius prædicamenti) realem mutationem afferet agenti: vnde conſequens erit, quodlibet agens phyſicum, in quantum agens, per ſe ac neceſſariò pati: & in quantum mouens, moueri per ſe ac neceſſariò, formaliter in ſe recipiendo aliquem motum. Huius autem cõſequentis contrarium tradit expreſsè Ariſtot. & ex profeſſo defendit in 3. Phyſicor. toto capite 3. à text. 17. vſque ad 22. vt optimè explicat ſanctus Thomas ibi lect. 4. & 5.

4. Quod magis explicatur per propoſitiones ſequentes. Prima, *Agere, in quantum huiuſmodi, ipſum mouere eſt.* Secunda. *Motus actus mobilis eſt, in quantum eſt mobile.* *Motus actus mobilis in quantum eſt mobile.* Vnde colligit Ariſtoteles, mouentibus conuenire per accidens, quod moueãtur ex eo, videlicet, quod in materia communicent, & repatiantur à corporibus, in quæ agunt. Indéque D. Thomas rectè colligit; *S.Thom.* *Corpora cœleſtia, quia non communicant cum corporibus inferioribus in materia; ſic agunt in ea; quod non patiantur ab eis.* Tertia. *Mouere competit alicui, in quantum habet formam, per quam eſt in actu.* Quæ verba, licet ſint D. Thomæ, ſententia tamen nihil diſcrepat ab Ariſtotele, quam explicat exemplo, dicens: *Vt actu homo facit ex potentia exiſtente homine, hominem.* Vnde conſtat à Philoſopho cauſam phyſicam in actu primo conſtitui non per aliam realitatem ſuperadditam, præter intrinſecam ſibi formam.

5. Quarta propoſitio eſt. *Motus in paſſo eſt, & quomodo ſit actio, & paſſio.* *Idem eſt motus mouentis & moti: proptereáque vnus & idem motus, qui formaliter non eſt in agente, ſed in paſſo; prout egreditur ab agente eſt actio, & prout in paſſo recipitur, eſt paſſio.* Hanc concluſionem fuſiori ratiocinatione confirmat Ariſtot. text. 20. 21. & 22. & explicat S.Thom. lect. 5. Vnde colligitur nullam mutationẽ recipi formaliter in agente per tranſeuntem actionem. Confirmatur, quoniam hæc ipſa principia diuinæ motioni ad ſupernaturales actus applicat S. Thom. 1. 2. quæſtione 110. *S. Thom.* articulo 2. corp. dicens: *In quantum anima hominis mouetur à Deo, ad aliquid cognoſcendum, vel volendum, vel agendum, hoc modo ipſe gratuitus effectus in homine non eſt qualitas, ſed motus quidam animæ: actus enim mouentis in moto eſt motus: vt dicitur 3. Phyſicor. text. 1.* Vnde conſtat

ſtat, diuinam præmotionem ad agendum à D. Thoma non in cauſa, ſed in paſſo collocari eum Ariſtotele.

6. Dices, attenta generaliſſima ratione cauſæ efficientis, prout abſtrahitur à prima & ſecunda cauſa, per accidens, non verò per ſe conuenire cauſæ efficienti, quod moueatur: hoc tamen per ſe connenire ſecundæ cauſæ efficienti: quoniam eſſe debet mouens motum, vt Ariſtoteles docet in 8. Phyſicor. Nihilominus non ſatisfacies, quoniam de cauſis ſecuodis ſeu moueotibus iorermediis, non in alio ſenſu Ariſtoteles dicit, eſſe mouentia mota, niſi quoniam illa prius oportet eſſe mota per mutationem generationis, aut alterationis, vel motus localis: alia verò motio præter has longè diſtat à mente Philoſophi: vt oſtendemus diſputatione 47. ſectione 2. & 3. At prædictæ motiones non conſtituunt agentia in actu ſecundo, & actualiter operantia, ſed ea conſtituunt io actu primo potentia per ſuam eſſentiam, & qualitates actiuas, & loci propinquitatem. Quapropter manet adhuc conſtans, quod in præcedenti diſcurſu monſtrauimus, efficientibus cauſis, ex eo quod actualiter efficiaot, nihil per ſe ac neceſſariò motionis accreſcere.

7. Ratio decima, quoniam illius motionis, quæ recipitur in cauſa, & realiter diſtinguitur ab actione tranſeunte, terminus productus non poteſt eſſe in vllo prædicamento: Ergo nihil erit illius motionis terminus; ac proinde motio nihil erit. Antecedens probatur diſcurrendo per ſingula prædicamenta. Etenim non eſſe ſubſtantiam, neque quantitatem, per ſe manifeſtum eſt. Rurſus non eſſe relationem prædicamentalem, inde probatur quoniam prædicamentalis relationis totum eſſe, eſt aliud reſpicere, ſiue ad aliud eſſe. Sic enim Logici & Metaphyſici prædicamētalem relationem diſtingunt, à tranſcendentali, quæ licet ſit relatio ſecundùm eſſe, reſpicit tamen aliud, non præciſè vt terminum, ſed præterea etiam vt actionem, vel effectum, vel cauſam, vel aliquid aliud. At verò præuium illud additamentum, quod eſſe debet præmotionis terminus, reſpicit actionem, vt effectum cauſæ ſecundæ, quaſi effectum ad quem producendum primario concurrit. Ergo præmotionis terminus non eſt relatio prædicamentalis.

Relationis prædicamentalis eſſe, ad aliud.

8. Confirmatur, nam in genere *ad aliquid* non eſt motus. Quod Ariſtoteles 5. Phyſicor. text. 10. probat, quoniam contingit aliquid relatiuè dici de nouo ſine ſui mutatione propter ſolam mutationem termini: vt exponit ſanctus Thomas ibi lect. 3. lit. E. Vnde in 4. lib. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. art. 4. quæſtiuncula 2. colligit, quod *relatio non poteſt eſſe terminus actionis*. Ergo terminus productus per primæ cauſæ præmotionem, non poteſt eſſe relatio prædicamentalis.

S. Thom.

9. Rurſus prædicamenta duo, videlicet, *vbi* & *Situs*, non producuntur, niſi per motum localem: at verò motio, qua ſecundæ cauſæ mouentur à prima, non eſt motio localis: ergo terminus per illam productus non eſt *Vbi*, nec *ſitus*. Confirmatur, quoniam plurimæ cauſæ ſecundæ localiter noo mouentur, ſed quieſcunt, quando à prima cauſa præmouentur ad agendum. Rurſus nonnullæ cauſæ ſecundæ localiter mouentur; & tamen tunc non operantur actiones, ad quas præmouentur à Deo, quando localiter quieſcunt.

Deinde prædicamentum *Quando*, ſiue duratio non producitur, niſi per eam ipſam motionem, ſeu actionem, qua producitur, & conſeruatur res, quæ durat. Ideóq; duratio ſecundarum cauſarum permanebit, etiamſi Deus illas ad agendum non moueat; dummodo in ſuo eſſe conſeruet. Ergo cauſarum duratio noo poteſt eſſe terminus diuinæ præmotionis. De prædicamento *Habitus* nihil opus eſt dicere, quoniam ſomniabit nemo, *veſtitum eſſe* produci per præmotionem primæ cauſæ, præſertim cum illa etiam, quæ nuda ſunt, præmoueantur ad agendum. 10.

Duratio & res durans eadem actione producta.

Quod attinet ad duplex prædicamentum *actionis* & *paſſionis*, videbitur alicui maiorem habere dubitandi rationem. Sed vt rem clariùs explicemus. Dico primò. Motio quæcunque fuerit, eo ipſo habebit in ſe rationem actionis, prout ab agente procedit, & rationem paſſionis, prout recipitur in paſſo, vt conſtat ex Ariſtotele 3. Phyſicor. cap. 3. quod ſupra retulimus num. 5. 11.

Dict. 1.

Motio quæcunque rationem actionis & paſſionis habet.

Dico ſecundò. Neceſſariò præter motum, ſeu motionem primæ cauſæ, quæ ſecundùm diuerſas formalitates eſt actio, vel paſſio, concedendus eſt alius vlterior terminus, per illas productus. Primò, quoniam omne quod mouetur, ad aliquid mouetur, & motus eſt quidditatiuè tendentia ad terminum. Confirmatur primò, quoniam *omnis motus eſt determinatio ad determinatum terminum*, vt cum Ariſtotele docet ſanctus Thomas 5. Phyſicor. lect. 3. litera F. Confirmatur ſecundò, quoniam motus ſpeciem ſumit à termino: vnde termino deficiente, deficiet quidditas motui, eritque propterea nihil. Probatur ſecundò, quoniam actio quidditatiuè eſt dependentia rei alicuius à cauſa efficiente: implicat autem eſſe dependentiam, niſi detur aliqua res, quæ dependeat: hæc autem erit terminus actionis. 12.

Actio dependentia rei à cauſa.

Dico tertiò de ſole tanquam exemplo, vt idem intelligatur dictum de cæteris cauſis creatis. Quando ſol à Deo præmouetur, vt aërem illuminet, illius præmotionis terminus intrinſecus & immediatus non eſt illuminatio aëris, nec alia actio, tranſiens à ſole in paſſum. Probatur primò, quoniam licet terminus mediatus & extrinſecus diuinæ motionis poſſit eſſe tranſiens actio, quæ eſt illuminatio aëris; attamen intrinſecus & immediatus terminus eſſe non poteſt. Nam terminus intrinſecus & immediatus à motione non diſtinguitur realiter, vt res à re, ſed ad ſummum; vt res à modo: at verò ſolis præmotio & actio, per quam illuminatur aër, diſtinguntur realiter, quaſi duo modi diuerſarum rerum, ac proinde non diſtinguntur vt res à modo. 13.

Vnde ſumitur ſecunda probatio, quoniam motionis terminus intrinſecus & immediatus eſt io eodem ſubiecto, & in eodem loco cum motione: at verò præmotio ſolis ponitur exiſtere in ſole, tanquam in ſubiecto; & actio, per quam illuminatur aër, recipitur in aëre, remotè à ſole diſtante. 14.

Tertiò, quoniam præmotio ſolis à ſolo Deo fit, nulla creata cauſa concurrente, vt eius authores teſtantur. Quapropter eius præmotionis intrinſecus terminus à ſolo Deo fiet, nulla creata cauſa concurrente. Implicat enim terminū illum efficienter produci ab aliqua cauſa creata, & ta- 15.

men

men ab illa non procedere ſubiecti motionem, ad illum terminum acquirendum. Cùm igitur actio, per quam illuminatur aër, non à ſolo Deo, ſed etiam à ſole procedat, non poterit illa ſolis actio eſſe terminus intrinſecus & immediatus motionis, qua ſol præmouetur à prima cauſa. Plures aliæ probationes deſumi poſſunt ex lib. 5. Phyſicor. textu 11. & ſequentibus, quibus Ariſtoteles ex profeſſo probat, motus & actionis terminum eſſe non poſſe aliam actionem, aliúmve motum aut paſſionem, quas exponit D. Thomas ibi lect. 3. & 4. Potiſſimum

Ariſtoteles. notanda ſunt illa verba textus 11. *Quia non eſt motus motus, neque generationis generatio, neque omnino mutationis mutatio.* & text. 13. *Amplius autem in infinitum vaditur, ſi erit mutationis mutatio, & generationis generatio.* Huius autem rationem breuiter adnotauimus diſp. 45. ſect. 10.

16, Reſtat igitur vnum qualitatis prædicamentum, in quod ſe recipiat præuium cauſarum additamentum, quando repulſam patitur à cæteris omnibus prædicamentis: nec deficit illi cognationis prætextus. Nam vt eius authores exiſtimant, complet virtutem actiuam: vnde videtur pertinere ad prædicamentum idem, in quo virtus actiua collocatur.

17. *Supernaturales habitus vim, & quidditatem potentiæ participant.* Confirmatur, nam ſupernaturales habitus non alia ratione participant etiam vim & quidditatem potentiæ, niſi quia vitales potentias cõplent, vt poſſint elicere ſupernaturalem actum, quem ſine illis habitibus, & ſine concurſu vices illorum ſupplente, non poſſent elicere. Cùm igitur præuium additamentum illuminatiuam virtutem ſolis compleat, vt poſſit effectum producere, quem ſine illa non poſſet producere; erit eadem ratione qualitas.

18, Veruntamen inde conuincitur implicationem inuoluere præuium illud additamentum, quoniam eſſe deberet qualitas propter ſupradictas rationes, & tamen propter alias repugnat illi natura qualitatis: vt plures illius authores fatentur. Primò, quoniam expreſsè S. Thomas aſſeruit, non eſſe qualitatem, vt retulimus ſupra num. 5. fine.

19. Secundò, quoniam quælibet actiua qualitas impediri poteſt ab actuali operatione, ſiue per extrinſecum impedimentum, vt contingit corporeis potentiis, ſiue etiam per liberam voluntatem, recuſantem vti tali potentia ad talem actum, vt contingit in habitibus. At verò motionem diuinam exiſtere, & tamen impediri, ne ſortiatur effectum actualis operationis, implicat: ergo diuina motio non eſt qualitas actiua. Tertiò, quoniam nulla qualitas actiua determinata eſt ad vnam numero operationem, ad quam tamen determinata, ponitur, eſſe præmotio. Quartò, quoniam ſi foret qualitas, ſequeretur, præuium additamentum non eſſe fluens & tranſiens, ſed potius fixum & ſtabile. Nulla quippe qualitas eſt fluens, vt ſupra ſect. 7. à num. 14.

20. *Supernaturales habitus duplicarentur.* Quintò, ſequeretur duplicari ſupernaturales habitus in qualibet potentia reſpectu eiuſdem actus, & propter idem prorſus obiectum formale. Nam vt voluntas diligeret ſupernaturaliter Deum, non ſufficeret ille, qui charitatis habitus appellatur: ſed opus eſſet vlteriori habitu præmotionis ad diligendum Deum, propter eandem rationem formalem infinitæ bonitatis: Vnde colligitur ſuperfluere. Nam ad mouendam potentiam propter vnam eandémque rationem formalem, vnus habitus ſufficit; nec poſſunt eſſe duo ſpecie diuerſi, vbi nulla eſt diuerſitas obiecti formalis, ſed tantùm in modo inclinationis tranſeuntis vel permanentis. De quo dicemus alibi. Sextò, ſi foret qualitas, clarior in ea cerneretur indigentia præmotionis vlterioris, quod etiam aliqui illius authores agnoſcunt.

Ex quibus omnibus collige, non ſatisfieri præſenti difficultati, quando illius additamenti doctores nonnulli reſpondent: præmotio non eſt qualitas, ſed eſt *motio virtuoſa*, ſeu *motio conſtituens in actu completè*. Quæ ſolutio refutatur primò, quoniam adhuc non aſſignat terminum adquiſitum per motionem, ſed tantùm motionem. Secundò, quoniam ſi prædictis complexis intendunt ſignificare terminum productum per motionem debent explicare, quem locum, & in quo prædicamento teneat, & nullum inueniri poterunt propter rationes ſupradictas. 21. *Solutio.* *Refutatur primò.*

Tertiò, ſi reſpondeat, non directè, ſed reductiuè pertinere ad prædicamentum qualitatis, vel actionis. Hoc etiam non poterit ſubſiſtere; quoniam in aliquo prædicamento directè ponitur actio, per quam producitur ille terminus præuius in cauſa; ergo potiori iure ponendus erit in aliquo prædicamento directè præuius ille terminus, qui per illam actionem producitur, cùm ſit perfectior, quàm illa. 22.

Nec obſtat, quod aſſerunt alij, realitatem illam præmotionis eſſe terminum incompletum actionis diuinæ, quoniam ex ſe deſtinatur ad alium terminum producendum. Hoc enim, licet in aliquo ſenſu quodammodo verificari poſſit, quatenus tota ſeries cauſarum, & inſtrumentorum, ad eundem effectum concurrentium, intelliguntur, vnum quid efficere in genere cauſæ, ideóque ſingula inſtrumenta & virtutes actiuæ per ſe ſumptæ, cenſentur eſſe incompletæ: nihilominus in genere entis completa eſt quælibet virtus actiua, etiam inſtrumentalis, conſtituens in actu primo. Quia talis virtus non ordinatur, tanquam pars, aliquo modo copulanda in eſſe rei, cum actione tranſeunte, quæ loco & ſubiecto diſtat. Quapropter in eſſe rei completum erit cauſatum additamentum, ideóque ius habebit ſedis in prædicamento. 23.

Quartò refutatur, explicando ambiguitatem illius complexi: *Conſtituens in actu completè*. Nam ſi author intelligat in actu ſecundo: conſequens erit, Dei præmotionem idem eſſe, quod actionem cauſæ ſecundæ. Hæc enim eſt quæ cauſam conſtituit in actu ſecundo. Si verò intelligat conſtituere in actu primo, iam relabitur ad rationem qualitatis, quam prius refutauerat: nam qualitatis actiuæ proprium eſt ſecundam cauſam conſtituere in actu primo completè. 24.

SECTIO IX.

Poſtremæ rationes ab effectu formali & comparatione multarum cauſarum ad inuicem.

RAtio vndecima ſit, quoniam nihil ad agendum vtile præſtatur per illud præuiũ cauſarum additamentum: vt conſtabit diſcurrendo per ſingula, quæ dicuntur, vel in mentem venire poſſunt Theologis. Imprimis communiter illius authores exiſtimant, formalem effectum illius 1.

illius additamenti eſſe, cauſas ſecundas formaliter conſtituere moras ad agendum. Hoc tamen eſſe impoſſibile, non ſolùm probauerunt ſuperiores ſectiones,& præſertim quæ proximè præceſſit, ſed etiam conſtabit magis ex diſputatione 47. ſectione 2. & 4. vbi apud Atiſtotelem & apud omnes Theologos mouere eſt agere, & motio eſt actio, ſiue actus. Quapropter non eſt aliquid præuium in actu primo, & realiter diſtinctum ab actu ſecundo.

Apud Ariſtotelem, & Theologos mouere eſt agere, & motio actio.

2. Rurſus nonnulli dicunt realitatem illam eſſe deſtinatam ad hoc, vt ſicut ſpecies intelligibilis facit præſens obiectum in ratione obiecti, ita etiam illa motio actualis faciat Deum præſentem in ratione cauſæ efficientis, actualiter mouentis. Hæc tamen ſolutio refutatur primo, quoniam præſentia in ratione cauſæ efficientis, actualiter mouentis, formaliter tribuitur, per actionem in actu ſecundo, qua formaliter producitur effectus ſimul à Deo, & à cauſa ſecunda. Quapropter hæc præſentia non tribuitur formaliter per additamentum illud realiter diſtinctum ab actione, quod pertinet ad potentiam, in actu primo complendam. Quod ſi loquatur de præſentia Dei, vt efficientis in actu primo: illa ſufficienter tribuitur per actiuas potentias ſecundarum cauſarum, & illarum conſeruationem actualem: vt conſtat ex dictis ſectione 7. à principio, & ſect. 8. à num. 18.

Solutionis refutatio prima.

3. Refutatur ſecundò, retorquendo exemplum. Nam ſpecies intelligibilis non alia ratione facit obiectum præſens in ratione obiecti, niſi quatenus vice illius effectiuè concurrit cum intellectu ad producendam illius intellectionem: ideóque ſpecies intelligibilis eſt virtus actiua, habens eſſe fixum & permanens directè ponibile in prædicamento qualitatis. Quamobrem potiori iure perfectionibus eiſdem priuanda non erit illa realitas, quæ facit Deum præſentem, in ratione cauſæ efficientis. Nam ex genere cauſæ clariorem habet participationem virtutis actiuæ: rurſus verò, quatenus reſpicit Deum, vt eum præſentem faciat, erit altioris perfectionis. At illa realitas, quæ dicitur, facere Deum præſentem in ratione cauſæ efficientis, nec habet eſſe permanens, ſupra ſect. 7. num. 14. nec ponitur directè in prædicamento qualitatis, ſectione 8. à num. 18.

Qua ratione ſpecies faciat obiectum præſens.

4. Refutatur tertiò, quoniam quælibet agentia creata indigerent realitate ſuperaddita, vt redderentur præſentia in ratione cauſæ efficientis, actualiter mouentis. Abſunt quippe multò magis à mobilibus & paſſis, quibus non ſunt intimè præſentia. Deus autem intimè præſens eſt quibuſlibet cauſis & effectis, mouentibus, & mobilibus: ideóque multò minus indiget realitate ſuperaddita cauſis, vt Deus per illam conſtituatur præſens, in ratione cauſæ efficientis.

5. Quartò refutatur, quoniam effectus formalis, quem D. Thomas ſupra ſectione 3. numero 2. & alibi ſæpe citatus tribuit præmotioni primæ cauſæ, non eſt vt primam cauſam applicet, & coniungat effectui, aut cauſæ ſecundæ: ſed potiùs vt cauſam ſecundam actioni & effectui coniungat & applicet: quod etiam ex Proclo in libro de cauſis, & ex D. Thoma retulimus diſputatione 45. ſectione 5. præſertim numero 14. Hoc autem non præſtaret realitas præmotinnis: nam illius quidditas eſſet, Deum ipſum applicare, & coniungere ſecundis cauſis, & illarum actionibus, faciendo illum præſentem in ratione cauſæ efficientis ſecundum ſolutionem, quam impugnamus.

Sed quoniam illius additamenti authores dicunt, per illud etiam præſtari coniunctionem, & applicationem ſecundæ cauſæ ad effectum: hoc etiam refutatur, quia licet à cauſa prima præſtari debeat, applicatio & coniunctio cauſæ ad effectum; nihilominus ea coniunctio eſt ſolummodò in ratione cauſæ efficientis. Et eſt duplex. Altera in actu primo, quæ ſufficientiſſimè præſtatur per actionem; qua Deus in ſole conſeruat virtutem illuminatiuam, & paratus aſſiſtit in actu primo ad concurrendum cum illo ad quamlibet productionem lucis. Altera eſt coniunctio in actu ſecundo, & hæc formaliter præſtatur per actualem actionem, per quam Deus ſimul cum ſole producit lucem in corpore diaphano. 6.

Duplex explicatio in ratione cauſa efficientis.

Confirmatur primò, quoniam coniunctio localis non præſtatur per illud præuium additamentum: adeſt enim ſæpe localis coniunctio ſine actione, & adeſt quandoque actio ſine coniunctione locali. At verò præmotio diuina nec adeſt, niſi quando exiſtit actio; nec abeſt, ſi exiſtat actio. Confirmatur ſecundò, nam coniunctio localis nnn adquiritur formaliter niſi per motum, vel mutationem localem: at verò cauſarum præmotio non eſt motio, ſeu mutatio localis: vt ſupra ſect. 8. num. 9. 7.

Frequenter etiam dicunt, per phyſicam prædeterminationem præſtari motionem cauſarum. Cæterùm motio nunquam datur, niſi per illam adquiratur aliquis terminus; nullum autem adquiri per motionem receptam in cauſa ſecunda, probauimus iam ſupra ſect. 8. 8.

Dicunt etiam, prædeterminationem illam deſtinari ad hoc vt ſecundas cauſas excitet ad operandum. Hæc autem excitatio in cauſis inanimatis ſufficienter fit ex eo, quod extrinſecus offeratur à Deo paratus generalis concurſus; dummodo cæteræ conditiones adſint, ad agendum requiſitæ: vt oſtendimus diſputatione 45. ſectione 5. concl. 2. At verò in potentiis animæ fit excitatio per obiecti propoſitionem aut per coniunctionem & ſubordinationem vnius potentiæ ſub altera, propter quam ab illa mouetur. Peculiariter verò in voluntate fit excitatio ad electionem liberam per indeliberatam cognitionem boni, & indeliberatum amorem in efficacem illius, vt ſæpe diximus. Solet etiam excitationis vox referri ad eas qualitates actiuas, quæ virtuales appellantur, quoniam ſe in actionem non explicant, niſi prius aliquid patiantur, vt confricationem, contritionem, calefactionem, rarefactionem, aut aliud ſimile: at nihil tale requiſitum eſt in ſole, vt applicetur ad illuminandum aërem. Nullum igitur excitationis genus reperietur, quod requirat ſuperadditam illam realitatem, quæ phyſica prædeterminatio nuncupatur. 9.

Ratio duodecima, quoniam plures cauſæ creatæ comparantur quaſi vniuerſalia mouentia comparatione aliarum cauſarum particularium, & tamen illis cauſis imprimunt nihil, realiter ab earum actione diſtinctum. Ergo vt cauſa ſuperior inferiorem moueat, non eſt neceſſariũ imprimere illi aliquid realiter ab actione diſtinctum; ſed ſatis eſt, cum ea concurrere ad illius actionem. Antecedens conſtat in 10.

cœlo

cœlo comparatione inferiorum corporum, & in voluntate comparatione cæterarum potentiarum. Vide qoæ diximus ex D. Thoma & Caietano ſupra ſectione 3. numero 18. & ſectione 4. num. 14.

11. *Solutio.*

Reſpoodent nonnulli doctores, eſſe diſcrimen, quia voluntas quando applicat iotellectum ad iotelligendum, præciſè eſt cauſa applicans & non produeens intellectionem. Cæterùm Deus taliter applicat caoſam ſecundam ad operandum, quod prius eam mouet, & ſic cum ea producit operationem. Confirmant primò, quia voluotas eſt potentia limitata, euius operatio eſt immanens intra ipſam, & ideò non poteſt producere aliquid in aliis poteotiis. Deus verò eſt infinitæ virtutis in agendo, & immediatè omnia attingit, & communiter in cauſis ſeeundis cauſat aliquam motionem, qua reducit agentia ſecunda ad actum, & ea mouet. Confirmatur ſecundò, quoniam omnia agentia creata comparantur ad Deum, vt inſtrumenta ſuæ virtutis, & ita debeot moueri ab illa.

12. *Refutatio prima. Voluntas realiter cauſat vt intellectus intelligat.*

Hæc ramen ſolutio refutatur primò, quoniam voluntas, quando inellectum applicat ad intelligeodum realiter, cauſat, vt intellectus intelligat: & non eſt cauſa materialis nec formalis; ergo eſt cauſa efficiens, aut certè concurſus illius reducitur ad genus efficientis cauſæ. Confirmatur primò, nam illa intellectio non exiſteret, niſi voluntas liberè voluiſſet, vt exiſteret: ergo illius iotellectionis exiſtentia pendet à libera volitione tanquam à cauſa ſibi extrinſeca; hoc autem ipſum eſt procedere ab illa in genere cauſæ efficientis.

13. *Concatenatio & ſubordinatio potentiarũ animæ.*

Confirmatur ſecundò, quia concatenatio, & ſubordinatio potentiarum animæ non poteſt alia ratione colligari, niſi per dependentiam actionis vnius potentiæ ab actione alterius potentiæ. Cùm autem intellectio non pendeat à voluntate in ratione proponentis obiectum, pendebit ob nudam efficientiam. Confirmatur tertiò, quoniam reſultantia vnius actionis ex alia, reducitor ad efficientem cauſalitatem, vt magis explicuimus alibi.

14. Refutatur ſecundò, quoniam dato, quod voluntas quando intellectum applicat ad intelligendum, non concurreret effectiuè & immediatè ad talem intellectionem: inde ſumeretur vrgentior neceſſitas affirmandi præmotionem à voluntate cauſatam, & inhærentem intellectui: quoniam voluntas ad talem intellectionem determinat, & non immediatè concurrendo ad illam; ergo mediatè. Rurſus mediatè coocurrere eſt prodocendo vel conſeruando inſtrumentum, vel applicando illud per aliquam realitatem diſtinctam realiter ab actione. Nam applicare per ipſam actionem, quæ eſt intellectio, iam erit ad intellectionem concurrere.

15. Confirmatur, quoniam voluntas nec producit, nec conſeruat potentiam intellectus, imo nec illius ſpecies immediatè producit, aut conſeruat, niſi quatenus imperat intellectiones, per quas adquiruntor, vel conſeruantur. Vnde niſi ſpeciebus, aut intellectui realitatem aliquam voluntas imprimat, nihil poterit influere mediatè ad intellectionem; ergo nullo modu determinabit ad intellectionem. Hæc autem tota ratio neceſſitatis eeſſat in prima cauſa, quoniam immediatè influendo ad intellectionem ipſam & volitionem, determinat ad illas actiones. Quaptopter illa ratio diſeriminis, ſi verificaretur, corroboraret potiùs, quàm eneruaret noſtrum argumentum.

Refutatur tertiò, quoniam inſtrumenti ratio, ſtrictè dicta non conuenit cauſis ſecundis comparatione primæ: Et licet conueniret; adhuc nihil opus eſſet præmotione, cauſis inhærente. Quemadmodom calor productus in aqua, calefacit cibos, vt inſtrumentum ignis; nec tamen opus eſt illi calori præmotionem aliam adiungi, cauſatam ab igne: ſatis eſt, calorem ab igne procedere & conſeruari, & eſſe quidditatiuè inſtrumentum ignis. Sed de hoc plura in diſp. 48. 16. *Cauſa ſecũda reſpectu primæ propriè inſtrumenta non ſunt.*

Decima tertia ſit illa communis ratio, quoniam entia non ſunt multiplicanda ſine neceſſitate: at non eſſe neceſſitatem additamenti præuij, realiter ab actione diſtincti, coſtabit magis ex ſolutione argumentorum in omnibus diſputationibus, quæ reſtant. 17.

POSTREMO REIICIENDA reſtat ſingularis illa ſententia, quæ tranſeuntes actiones diſcernit ab immanentibus, quantum ad præſentem controuerſiam, eo quod præmotio cauſæ ad operationem immanentem eſt idem realiter cum ipſa operatione, quoniam in ea ceſſat ratio diſtinctionis realis, quæ reperitur in præmotione ad operationem tranſeuntem, quæ cùm non recipiatur in cauſa, ſed in paſſo neceſſario debet realiter diſtingui à præmotione, quæ recipitur in cauſa. 18. *Singularis quadam ſententia refutatur.*

Er quidem quantum erat præciſè ex illa neceſſitate diſtinctionis, quæ naſcitur ex diſtinctione ſubiecti, ſufficientem reddit rationem diſcriminis. Cæterùm non ſatisfacit primariis rationibus, propter quas eiuſdem ſententiæ author aſſerit, opus eſſe præmotione realiter diſtincta. Suam quippe aſſertionem probat, quia Deus per illam motionem producit operationem cauſæ ſecundæ, faciendo, vt operetur cauſa ſecunda: vnde infert, diuinam motionem, non concurrere ſolummodo, vt conditionem; ſed etiam ipſam diuinam motionem eſſe cauſam & cauſare. Hæc verò cauſalitas requirit diſtinctiooem realem motionis diuinæ à quacunque operatione cauſæ ſecundæ, ſiue ſit in eodem ſubiecto, ſiue in diuerſo. Nam eiuſdem rei ad ſeipſam impoſſibilis eſt realis cauſalitas. Confirmatur, quoniam realis prioritas naturæ, quam ex prædicta cauſalitate colligit eadem ſententia, non poteſt reperiri inter ea, quæ ſola ratione diſtinguntur. 19. *Eadem res ſeipſam cauſare impoſſibile.*

Refutatur ſecundò, quoniam ſecundùm eiuſdem ſeotentiæ doctores, præmotio fit à ſolo Deo, prorſus independenter à libera cooperatione voluntatis: ſed electionis liberæ tota realitas non fit à ſolo Deo, prorſus independenter à libera operatione voluoratis: Ergo tota realitas electionis liberæ, non poteſt eſſe præmotio diuina. 20.

Tertiò, quoniam ſi Deus ſufficienter intelligitur præmouere & applicare voluntatem ad ſuam volitionem ex eo præciſè, quod priùs, principaliùs, intimiùs, & magis, quàm voluntas ad eius volitionem immediatè concurrat: Eodẽ modo intelligetur ignem, aut quamlibet aliam natoralem cauſam applicare, ac præmouere ad ſuam actionẽ tranſeuntem, ex eo præciſè, quod 21.

imme

immediatè ad illam cócorrat prius, principalius, intimiùs, & magis. Confirmatur, nam id ipſum ſufficiet, vt vtraque cauſa ſecunda operetur in virtute primæ cauſæ. Sicut enim naturales illæ cauſæ ſufficienter intelliguntur agentes per actionem, quæ non recipitur in ipſis, ſed in paſſo. Ita etiam intelliguntur applicatæ, ac determinatæ ad actionem per motionem Dei, quæ non ipſis in cauſis, ſed in eodem actionis ſubiecto recipiatur.

22. Refutatur quartò, conſiderando collectionem omnium cauſarum in omni genere cauſæ, quæ requiruntur in actu primo ad aliquam operationem prius natura, quam talis operatio exiſtat. Nam de tota illa collectione pero vtrum ex parte primæ cauſæ ſit ſatis, Deum ipſum intelligi præparatum ad concurrendum immediatè cum ſecundis cauſis? Et claritatis cauſa peto, vtrum ad illuminandum corpus diaphanum, obiectum ſoli, ſatis ſit in actu primo ſolem intelligere ſimul cum Deo, parato ad concurrendum immediatè ſimul cum ſole ad actionem illuminationis? Si affirmaueris, nihil amplius intendit hæc diſputatio.

23. Si verò negaueris, conſeqoens erit, ex quidditatiua ſubordinatione ac dependentia ſecundæ cauſæ à prima, prouenire vt tota completa cauſa illuminationis, cui nihil deſit in omni genere cauſæ, debeat conſtare non ſolùm ex ſole, & ex Deo parato ad concurrendum immediatè; ſed etiam ex aliqua realitate creata, quæ mediet inter Deum & illuminationẽ. Quapropter talis alia realitas includetur in tota cauſa completa, cui nihil deſit in omni genere cauſæ ad producendam volitionem: ideóque in voluntate priùs natura, quàm volitionem producat, intelligetur illa realitas, ac proinde realiter diſtinguetur à volitione.

24. Confirmatur primò, quoniam tota ratio, propterquam in ſole requiritur illa ſuperaddita realitas, prouenit ex generali ratione ſecũdæ cauſæ. At voluntas eſt etiam cauſa ſecunda. Confirmatur ſecundò, quoniam clarior erit hæc indigentia in eorum ſententia, qui ſupra ſect. 7. dicunt, cauſas ſecundas indigere illo complemento in actu primo. Nam ſimiliter voluntas conſiderata in actu primo indigebit illo complemento: ſiue dicatur illud complere in genere cauſæ ſecundæ, ſiue in genere cauſæ primæ. De quo ſupra ſect. 7.

DISPVTATIO XLVII.

De quibuſdam auctoritatibus, quæ ſolent afferri ad probandum præuium cauſarum additamentum ex motione Dei.

SECTIO prima deberet exponere teſtimonia S. Thomæ, quoniam in illis præcipuè nititur contraria ſententia. Cæterum abundè probatum eſt diſp. præced. ſect. 2. & 3. veram & noſtram in illis ſententiam contineri. Veniamus igitur ad alia, quæ reſtant.

SECTIO I.

De quibuſdam verbis Pauli, necnon catechiſmi Romani.

1. *Actuum 17.* PRimum argumentum deſumunt ex cap. 17. Actuum: *Cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia.* & poſt pauca: *Quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum. In ipſo enim viuimus & mouemur & ſumus.* Vnde colligunt, à Deo pendere, non ſolùm potentiã actiuam, & illius operationem, ſed etiam actualem applicationem, & excitationem potentiæ ad operandum. Quod totum libenter concedimus. Sed inde non infertur applicationem & excitationem actiuæ virtutis ad operandum fieri per realitatem, cauſæ ſuperadditam, realiter ab eius actione diſtinctam.

Vnde Auguſtinus lib. 4. de Geneſi ad lit. cap. 12. Apoſtoli verba prædicta conferens cum aliis Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, exponit, Deũ in omnibus rebus operari, vt ſint, & regere, *ne motus ſuos naturales*, inquit ille, *quibus aguntur, atque vegetantur, vt omnino natura ſint, & in eo quod ſunt, pro ſuóque genere maneant, illico amitterent, & eſſe aliquid omnino deſinerent, ſi eis ſubtraheretur motus ille ſapientiæ Dei, quo diſponit omnia ſuauiter.* Vnde ſic argumentor: Motus, quo mouemur in Deo, eſt ſimpliciter neceſſarius, ne annihilemur: ſed præuiũ additamentum noſtrarum potentiarum non eſt ſimpliciter neceſſarium, ne annihilemur: ergo præuium cauſarum additamentum non motus, quo mouemur in Deo, teſte Paulo, & Auguſtino expoſitore, quem ſequitur Proſper in ſententiis ex Auguſtino ſent. 277. *Sap. 8.* *Auguſtinus.*

Sed vrgent, quoniam quod ignis actu applice- 2.
tur ad illam actionem, ad quam prius erat in potentia, eſt nouus modus, per quẽ ignis in ſe ipſo perficitur, & aliter ſe habet: ergo debet cauſari à Deo, qui dat omnia. Reſpondetur quod ille ſit modus, formaliter afficiens ignem, nullo modo colligitur ex prædictis verbis Apoſtoli: imo nec verum eſt, vt ex tota præced. diſp. conſtat. Sed applicatio, & motio ignis ad calefaciendum extrinſeca denominatio eſt ab actione, qua Deus immediatè concurrit ad calefaciendum priùs, principaliùs intimiùs, & immediatiùs, quã ignis. *Applicatio ignis ad calefaciendum quid.*

Argumentum ſecundum. Quoniã Catechiſ- 3.
mus ex decreto Tridentini, & Pij V. iuſſu editus part. 1. de ſymbolo n. 22. §. *Nec verò. Non ſolum*, inquit. *Deus vniuerſa, quæ ſunt prouidentia ſua tuetur, atque adminiſtrat, verum etiã quæ mouentur, & agunt aliquid intima virtute, ad motũ atque actionẽ ita impellit, vt quamuis ſecundarũ cauſarum efficientiã non impediat, præueniat tamen. cum eius occultiſſima vis ad ſingula pertineat.* Vnde colligunt, non ſimultaneo dumtaxat, ſed etiã præuio influxu, Deũ cauſas ſecundas ad operandum mouere, atque impellere, idque intima virtute, hoc eſt, per aliquid intimè in ipſa cauſa ſecunda receptum quo virtus eius actiua completur, & ad actũ reducitur. *Catechiſm.*

Reſpondetur. Nunc, & à principio cõcedimus 4.
præuium influxum, hoc eſt concurſum priùs & immediatiùs influentem in actionem & effectum cauſæ ſecundæ. Atque hoc ſolũmodo colligitur ex prædictis verbis Catechiſmi. Nam alius influxus, formaliter in cauſa ſecũda receptus, quo virtus actiua compleatur, nõ colligitur ex Catechiſmo, ſed potiùs illi repugnat. Pro cuius maiori luce notandũ eſt, cõplures codices ex vetuſtioribus, & recẽtioribus, ita legere: *Agũt aliquid intima virtute.* Quapropter intima virtus eo loco refertur ad agẽtia particularia, vt ſignificet agere propriè, & per intrinſecã actiuitatẽ, ſibi communicatã à Deo. Atque ita legendũ videtur veriſimiliùs, ne ſuperfluat *Dei occultiſſima vis*, quæ cõtinuo ſubiũcitur.

Quod ſi contendat aliquis, cum aliis codici- 5.
bus eo loco ponendum eſſe comma, vt ſignificetur, Deus intima virtute ad motum, atque actionem impellere, intelligendum eſt, virtutem Dei

non ſolùm intimam eſſe cauſis, vt earum ſubſtantiam, & virtutem actiuam conſeruet; ſed etiam intimam eſſe motibus, actionibus, & effectis, vt ad illos intimè, & immediatè concurrat.

6. Et quamuis Catechiſmus affectauerit ſubtiliores & metaphyſicas ſcholarum controuerſias deuitare, vt ea tantummodo proponeret, quæ parochos, etiam minus exercitatos in Theologia, inſtruere potius poterant, quam implicare difficultatibus: nihilominus ex his, quæ obiter adnotauit, efficaciter reiicitur prædeterminatio phyſica. Hæc enim, ſi fuiſſet Adamo adhibita, vt excitaretur & impelleretur ad materialem actionem primi peccati; conſequens eſſet, quod Deus ita temperaſſet in illo motus animi, atque appetitionis, vt rationis imperio aliquando non parerent. At Catechiſmus in §. proximè præcedenti de creatione hominis tractās: *Omnes*, inquit, *præterea motus animi atque appetitiones ita in eo temperauit, vt rationis imperio nunquam non parerēt.* Quæ propoſitio directè contradicit prædicto conſequenti.

Ex Catechiſmo Romano reiicitur prædeterminatio.

7. Confirmatur primò, nam in explicatione Dominicæ orationis §. *Dicimur autem induci*, notat, neminem à Deo in tentationem induci eo modo, vt tentando impulerit ad malum, in quod ruimus de ſtatu dimoti. Quod ſi Deus impelleret ad materialem actionem odij Dei, & ad materialem conſenſum in tranſgreſſionem diuinæ legis; eo ipſo tentando impelleret ad illud malum in quod ruimus. Cuius rationis robur quantum ſit oſtendimus ſupra diſp. 37. Confirmatur ſecundò, nam in fine §. eiuſdem docet, cum dicitur Deus excæcare, & tradere in paſſiones ignominiæ, & in reprobum ſenſum, *non id omnino eſſe actum à Deo, ſed permiſſum.* Foret autem non permiſſum ſed actum, ſi Deus ſolus imprimeret realitatem præmotionis, ex qua neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur obſtinata durities, ignominioſa paſſio, vel reprobus ſenſus: vt vidimus diſp. 31, & 32. de permiſſione tractantes.

8. Confirmatur tertiò, nam idem catechiſmus in expoſitione Dominicæ orationis, petitione 1. p. 3. prope finem, non alium modum commemorat, quo Deus per cauſas ſecundas nobis beneficia communicet, niſi dicendo: *A Deo, quemadmodum prædicat Eccleſia, bona cuncta procedunt: ſi quid ſua luce ſol, ſi quid reliqua ſydera*, &c. & poſt pauca: *Quin etiam quas Philoſophi ſecundas cauſas appellant, interpretari debemus, mirabiliter effectas quaſdam, & ad vſum noſtrum accommodatas Dei manus, quibus nobis ſua bona diſtribuit.* Cauſæ igitur ſecundæ ſunt Dei manus; cauſarum actiones ſunt motiones, quibus Deus ſuas manus mouet; earundem cauſarum effectus ſunt bona, quæ Deus nobis diſtribuit. Nihil opus eſt hic additamento realiter à cauſarum actione diſtincto.

SECTIO II.

Nihil ad phyſicam prædeterminationem attinet diſcurſus, quo Philoſophus primum motorem immobilem colligit ex eo, quod omne quod mouetur ab alio mouetur.

1. VNum ex præcipuis argumentis, quo phyſicam prædeterminationem probare contendunt deſumunt ex Philoſopho 7. Phyſicor. cap. 1. & 8. Phyſic. cap. 5. & 2. lib. Metaphyſ. cap. 2. & 12. libri metaphyſicæ. Et inprimis quoniam in 8. Phyſic. text. 33. lect. 9. apud S. Thomam, docet, quod primum mouens magis moueat, quàm inferiora mouentia. Cuius rei duplicem aſſignat rationem. Altera eſt, quia primum mouens mouet mouentia poſteriora, poſteriora autem non mouent primum.

Ex Philoſopho obiectio.

Altera ratio eſt, quia primum mouens mouere poteſt ſine poſterioribus mouentibus, eo quod non dependet ab illis: poſteriora autem mouentia non poſſunt mouere, niſi primum mouens moueat, quia dependent ab illo. Ariſtotelis autem verba ſunt hæc: *Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium, ſed magis primum. Et ſine primo quidem vltimum non mouebit: illud autem ſine hoc. Vt baculus non mouebit, niſi moueatur ab homine.* Sentit ergo, quod ſicut baculus non mouebit aquam, niſi ipſe moueatur à manu, & applicetur ad mouendam aquam; ita cauſa ſecunda non mouebit, neque producit aliquem effectum, niſi moueatur à prima. 2.

Ariſtoteles.

Vrgent, quoniam hoc exemplo probatur, cauſam ſecundam accipere à prima, non ſolùm eſſe, quod habet, neque ſolam ſui conſeruationem; ſed etiam actualem motionem, diſtinctam ab eſſe permanente ipſius cauſæ. Addunt alij veram expoſitionem D. Thomæ, Theologorum & Philoſophorum conſiſtere in hoc, quod omnis cauſa ſecunda in ſua actuali operatione dependet à primo mouente, imprimente aliquid præuium in cauſa ſecunda, videlicet, motionem. Confirmant, quoniam Ariſtoteles 7. Phyſicor. cap. 1. & 8. Phyſic. cap. 5. ex illo principio, communiter recepto: *Omne quod mouetur ab alio mouetur.* concludit, deueniendum eſſe ad vnum primum mouens, quod omnia agentia moueat, & non moueatur ab alio, ne detur proceſſus in infinitum. 3.

Nihilominus ſit concluſio. Præuium ſecundarum cauſarum additamentum, realiter ab earum actione diſtinctum, nullo modo colligitur ex toto diſcurſu Philoſophi in lib. 7. & 8. Phyſicor. & lib. 2. & 12. Metaph. quinpotius colligitur oppoſitum, tam ex Ariſtotelis textu, quàm ex commentariis S. Thomæ, & aliorum Philoſophorum. 4.

Aſſertio.

Probatur primò, quoniam in 7. & 8. libro Phyſicor. Ariſtoteles ſemper loquitur de ſolo corporeo motu, qui ſolis rebus diuiſibilibus conuenire poteſt. Ergo non agit de generali ratione præmotionis, quæ conuenire dicitur quibuſlibet cauſis ſecundis, ſiue fuerint corporeæ, ſiue ſpirituales. Antecedens probatur, quoniam in 8. Phyſicorum text. 40. lection. 10. apud D. Thomam in principio, intendens probare, deueniendum eſſe ad primum mouens immobile: *Neceſſe eſt*, inquit, *omne quod mouetur eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Hoc enim oſtenſum eſt prius in vniuerſalibus de natura, quod omne quod per ſe mouetur, continuum eſt.* Vnde & in text. 46. lection. 12. prope med. proſequens eandem inueſtigationem primi mouentis immobilis: *Ipſum* inquit, *ſe ipſum mouens, neceſſe eſt omne magnitudinem habere. ſi nihil mouetur, impartibile.* Quod idem clarius notat D. Thomas, non ſolùm in vtriuſque loci commentario, ſed etiam 1. contra gent. cap. 13. §. *Oportet*, & §. *Sciendum*, vbi Ferrar. & Caietanus toto opuſcul. de infinit. Dei. 5.

De generali ratione præmotionis non agit Philoſophus.

Ariſtoteles.

Vnde ſumitur probatio ſecunda. Quoniam 6

illud

Digitized by Google

illud philoſophicum fundamentum. Omne quod mouetur, ab alio mouetur, quouſque deueniatur ad primum mouens immobile, traditur ab Ariſtotele de illo eodem motu, quem excludit à primo mouente immobili: ſed à primo mouente immobili Philoſophus in 8. Phyſicorum non excludit motum per actiones immanentes, ſed tantum excludit motum per actiones tranſeuntes, ab alio agente receptas. Ergo Philoſophus in 8. Phyſicor. nihil meminit de generali motione, quæ dicitur eſſe communis, non ſolùm tranſeuntibus, ſed etiam immanentibus actionibus. Maior conſtat ex toto contextu libri 8. præſertim à text. 33. vſque ad finem libri. Et ratione conſtat, quoniam alioqui male cohæreret ratiocinatio Ariſtotelis, variando acceptionem motus.

7. Minor verò probatur ex Ariſtotele text. 46. dicente: *Quoniam autem neceſſarium eſt eſſe aliquid immobile quidem ipſum ab omni exterius mutatione.* Vbi D. Thomas lect. 12. lit. C. *Dicit*, inquit, *ab omni exterius mutatione, non intendens excludere motum, id eſt, operationem, quæ eſt in operante, prout intelligere dicitur motus, & prout appetitus mouetur ab appetibili. Huiuſmodi enim motus non excluditur à primo mouente, de quo intendit.*

S. Thomas.

8. Confirmatur primò, quoniam tota illa ratiocinatio, quæ traditur 8. Phyſicorum, non ducit ad motorem magis immobilem, quam eſſet anima cœlorum, ſecundum antiquorum opinionem, exiſtimantium, intelligentias motrices eſſe cœlorum animas: vt obſeruat D. Thomas 1. contra Gentes cap. 13. paulò ante 1. obiection. & notat Caietanus 1. part. quæſtion. 2. artic. 3. §. *circa hæc*. Sed anima cœlorum, licet eſſet immobilis corporeo motu, nihilominus moueretur ſpirituali motu intellectionis & volitionis. Ergo tota ratiocinatio Ariſtotelis non agit de motione generali ad quamlibet actionem, ſiue ſpiritualem, ſiue corpoream, quale foret præuium illud additamentum. Quod etiam ſupponit totus diſcurſus Damaſceni in Phyſica cap. 6. præſertim ad finem, vbi refutat Ariſtotelem, qua parte colligit æternitatem cœli, ſine creationis ortu, cum tamen agnoſcat ex eius diſcorſu de motu, rectè colligi cœlum eſſe ingenerabile, & incorruptibile.

Antiqui intelligentias cœlorũ animas exiſtimarunt.

9. Confirmatur ſecundò, quoniam etiam in 12. Metaph. text. 30. & ſequentibus apud D. Thomam lect. 5. Philoſophus ex phyſico & corporeo motu non colligit determinatè vnicam ſubſtantiam ſempiternam, immobilem & primam, ſed tantùm diſiunctiuè colligit, eſſe debere, vel vnam, vel plures ſubſtantias motrices, immobiles & ſempiternas. Quapropter per immobilitatem illam Philoſophus non excludit ſpiritualem mutationem, quæ neceſſariò conuenire poteſt pluribus ſubſtantiis mouentibus. Vnica namque ſubſtantia Dei eſt, quæ ſpiritualis motus incapax eſt.

10. Tertia probatio, quoniam Ariſtoteles 8. Phyſicor. text. 46. vt exponit D. Thomas lect. 12. poſt med. generationes & alterationes computat inter eos motus, qui ſufficiunt, vt inter media mouentia mota ſint, & mouere poſſint: ſed per generationem confertur ſubſtantialis forma, quæ eſt principium actionis; per alterationem verò confertur actiua qualitas, quæ eſt inſtrumentum actionis: ergo productio & conſeruatio formæ ſubſtantialis, & virtutis actiuæ eſt motus apud Ariſtotelem ſufficiens, vt ſecunda cauſa verè ſit mota, poſſitque mouere, non vt primum mouens, ſed vt mouẽs motum. Quapropter Ariſtoteles non meminit de alia motione, quæ ſubſtantiis & virtutibus actiuis ſuperaddita, formaliter recipiatur in ipſis, & ad agendum applicet.

Per generationem forma ſubſtantialis confertur.

Confirmatur, nam ex perpetua ſerie generationum & corruptionum animalium colligit Ariſtoteles perpetuitatem primi mouentis, vt illas cauſet. Quod tractat. in 8. Phyſic. text. 50. & exponit D. Thomas lect. 13. Ergo fundamentum Ariſtotelici diſcurſus in eo libro non pendet ex ea præmotione cauſarum, quæ ſolo perciperetur intellectu, ſi foret vera, ſed ex his tantùm mutationibus, quæ ſenſu percipiuntur. 11.

Vnde primi mouẽtis perpetuitatem Ariſtoteles colligit.

Probatio quarta. Quoniam præuium cauſarum additamentum foret motio, nullo modo dependens à motu locali, ac ſubinde exiſteret ſine motu locali, ſupra diſp. 46. ſect. 8. num. 9. & ſect. 9. num. 7. At verò motus omnes, de quibus procedit diſcurſus Ariſtotelis 8. Phyſic. dependent à motu locali: & primum mouens per motum localem cœlorum cætera corpora mouet ad reliquos motus: vt conſtat 8. Phyſic. text. 54. & ſequentibus apud D. Thomam lect. 14. Ergo præuium cauſarum additamentum, quod dicitur eſſe illarum præmotio, non continetur inter illos motus, de quibus procedit Ariſtotelicus diſcurſus. 12.

Confirmatur primò, quoniam præmotio cauſarum, quam contraria ſententia ponit, nunquam poteſt eſſe motus primus: at verò motio, quam Ariſtoteles dicit, eſſe propriam primi motoris, eſt motus primus: ergo motio, quã Ariſtoteles dicit, eſſe propriã primi motoris, non eſt præmotio cauſarum, quam contraria ſententia ponit. Maior & Minor probantur ſimul, quoniam Ariſtoteles 8. Phyſic. text. 54. & ſequentibus, quos exponit D. Thomas lect. 14. & 15. probat, primũ motum eſſe debere motum circularẽ, & nullum alium motum habere poſſe rationẽ primi motus. Et 7. Phyſic. text. 10. *Loci mutatio primus motuum eſt*, inquit, *ille*. Confirmatur ſecundò, quoniã primus motus debet eſſe continuus & perpetuus, vt ex eiſdem locis conſtat. At verò præuium illud additamentum non eſt continuum & perpetuum. Quantum ad ea, quæ de motu locali, & præcipuè circulari retulimus; cum Ariſtotele concordat Damaſcenus in Phyſica cap. 6. 13.

Primus motus circularis, & continuus.

Confirmatur tertiò, quoniam, ſi præuium illud additamentum eſſet qualitas, vt quidam illius authores aſſerunt, eius productio foret alteratio. Alteratio verò non poteſt eſſe primus motus, ſed eam præcedere debet motus localis: vt probat Ariſtoteles 8. Phyſicor. text. 55. & explicat D. Thomas lect. 14. col. 2. Ergo productio præuij additamenti non poteſt eſſe motio, immediatè proueniens à primo motore, quantum attinet ad illum diſcurſum Ariſtotelis. 14.

Probatio quinta, quoniam motus localis propterea ſufficit ad ſucceſſionem cæterorum motuum, perpetuo producendam, & conſeruandam, quoniam applicat actiua paſſiuis, vt vno tempore calefaciant vnam partem elementorum; aliam verò calefaciant alio tempore, & ſic de cæteris actiuitatibus. Ergo mouentia intermedia, vt denuo mouere poſſint, non indigent alia motione præter illam, per quam localiter approximantur paſſo, quantũ eſt ex vi diſcurſus Ariſtotelici. 15.

Probatio ſexta, quia quamuis ſecundum 16.

16. *Deus cum creaturis immediatè operatur.* veram metaphyſicam,& Theologiã,prima cauſa debeat intimè & immediatè cõcurrere ad quemlibet motum, & actionem, vt traditur in lib. de cauſis: nihilominus Ariſtoteles nec in metaphyſica tota, nec in omnibus libris Phyſic. & multò minus in 8. meminit de intimo & immediato concurſu primæ cauſæ, ſiue quia de illo dubitabat, ſiue quod veriſimilius eſt, quoniam iſte concurſus erat obſcurior: oportebat autem ex manifeſtioribus principiis ſuam concluſionem deducere. Quapropter quando in 8. Phyſic. text. 43. dicit, primum mouens magis mouere, agit ſolummodo de motione mediata.

17. Hoc autem probatur primò, quoniam in 8. Phyſicorum primus motus, per quem intelligentia mouet corruptibilia corpora, eſt motus localis cælorum: vt vidimus ſupra probatione quarta confirm. 1. Sed per motum localem cælorum, non immediatè, ſed mediatè alterantur, & generantur inferiora corpora: ergo mediata motio inferiorum corporum erat, quam Ariſtoteles ibi probat, conuenire primo motori. *Confirmatio.* Confirmatur quoniam intelligentia, mouens cælos neque ſubſtantiam, neque qualitatem poteſt immediatè producere in corporibus, ſed tantũ motum localem. Ariſtoteles autem de hac intelligentia diſputabat, quaſi de primo motore.

18. Idem Antecedens probatur ſecundò, nam in exemplis, quæ ſubiicit ibidem Ariſtoteles, primum mouens, non immediatè, ſed mediatè mouet vltimum, quemadmodum homo manu baculum, & baculo mouet lapidẽ. Tertiò, quoniam illud magis mouere primi mouentis, explicat, in eo conſiſtere, quod plura moueat, & quod eius motio non pendeat à motione cæterorũ; at verò cæterorum motio pendeat ab ipſo. Quartò, quoniam licet Ariſtoteles in lib. 7. Ethicor. ad Eudemum cap. 17. dixerit: *Mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* *Ariſtoteles.* Nihilominus hoc dicit propter voluntatis motus, primo primos, & indeliberatos, à quibus deliberatio ſumit initium. Et ita intelligunt S. Thom. & omnes Scholaſtici alibi à nobis adducti.

19. Probatio ſeptima. Quoniam ſi D. Thomas exiſtimaret diſcurſum Ariſtotelis in 8. Phyſic. eſſe ſubnixum in neceſſitate generalis concurſus primæ cauſæ, priùs & intimiùs concurrentis ad actionem cauſæ ſecundæ, nunquam dixiſſet, *S. Thomas.* quod *rationes ab Ariſtotele inductæ in 8. Phyſic. ex quarum ſuppoſitione hic procedit, non ſunt demonſtrationes ſimpliciter, ſed probabiles rationes.* At hoc expreſsè aſſeruit 12. Metaphyſic. lection. 5. ad finem, & conſonat 1. contra Gent. cap. 13. verſus finem, dum reſpondet ad primam obiectionem (quamuis Ferrarienſis ibi plus aliquid efficaciæ tribuere videatur) Nam demonſtratio ſimpliciter eſt, per quam ex neceſſitate generalis concurſus primæ cauſæ probatur, cauſas ſecundas moueri à prima cauſa ad ſuas actiones.

20. Probatio octaua. Quoniam licet Ariſtoteles 12. Metaph. text. 36. & ſequentibus, agat de ſpirituali, motione, qua prima intelligentia, & puriſſimus actus, videlicet Deus mouet inferiores intelligentias: nihilominus ibi non agit de motione in ratione efficientis, ſed de motione in ratione obiecti ſuper omnia intelligibilis, & appetibilis; ac proinde in ratione cauſæ formalis extrinſecæ, nec non cauſæ finalis, propter quàm inferiores intelligentiæ mouentur, vt moueant. Ergo ex illo diſcurſu Ariſtotelis non poteſt colligi præuium additamentum ſecundarum cauſarum. Hoc enim ponitur pertinere ad motionem efficientis. Antecedens manifeſtiùs conſtabit legenti D. Thomam 12. metaph. lect. 7. & 1. contra Gent. cap. 13. ante primam obiectionem, & Ferrarienſem ibi colum. penultima.

Probatio noua. Nam ſecundò Metaph. text. 5. 21.
Ariſtotelis collectio nititur in ratione primæ cauſæ efficientis, quæ cauſas ſecundas efficiat, quaſdam mediantibus aliis, ita vt in cauſarum ſerie dari non poſſit proceſſus in infinitum. Quapropter ex eo loco non poteſt colligi motio aliqua, quæ in omnes cauſas ſecundas immediatè deriuetur à Deo. De Antecedenti videri poteſt D. Thomas 2. Metaph. lect. 2. ad finem, & 1. contra Gentes cap. 13. ad finem, & 1. p. q. 2. art. 3. via 2. vbi ſemper illius diſcurſus ad colligendam primam cauſam efficientem in eo nititur: *quia in omnibus cauſis efficientibus ordinatis, primum eſt cauſa medij, & medium eſt cauſa vltimi ſiue media ſint plura, ſiue vnum tantùm: remota autem cauſa, remouetur effectus,* &c. *S. Thomas.*

Probatio decima. Quoniam Ariſtoteles, D. 22.
Thomas, & omnes eius antiquiores diſcipuli, imo & cæteri etiam Scholaſtici, quando tractant de principio efficiente volitionis liberæ, atque ad eum finem conferunt illa generalia principia: Mouens & motum ſunt diſtincta ſubiecto, & re ipſa: Omne quod mouetur, ab alio mouetur: Nihil agit in ſe ipſum: decernunt tãdem, ſubiectum paſſiuum & receptiuum volitionis eſſe ſolam & nudam voluntatem; cæterum principium effectiuum volitionis eſſe voluntatem, non quidem ſolam & nudam, ſed directam cognitione boni, cõſilio, ac deliberatione intellectus; inſuper prius à Deo naturaliter motam ad amandum finem & bonum in cõmuni: Quibus conditionibus poſitis voluntas conſtituitur integrum & completum principium effectiuum volitionis liberæ, ſuppoſito generali concurſu, per primam cauſam parato; ita vt non ab illo, ſed à ſe ipſa voluntas vltimatè determinetur ad hanc electionem: vt fusè probauimus præcedenti tomo de Scientia tota diſp. 50. præſertim ſect. 1. & 2. Ergo Philoſophus, D. Thomas, & cæteri Doctores nunquam exiſtimarunt à prima cauſa in voluntatem deſcendere præuium aliquod additamentum, à volitionibus realiter diſtinctum, quo determinetur voluntas ad talem electionem liberã in particulari.

Probatur vndecimo, nam quantum ad mo- 23.
tum localem animalium non aliam præmotionem Ariſtoteles & D. Thomas requirunt, vt animalia moueant ſe ipſa, niſi *alios motus naturales, vel ab interiori, vel ab exteriori, ſecundum quos animalia non mouent ſe ipſa. Horum autem motuum naturalium cauſa eſt, vel continens extrinſecum, ſcilicet, cælum & aer, à quo immutantur corpora animalium exterius, vel aliquid intrans corpora animalium, ſicut aer intrat per reſpirationem, & alimentum intrat per comeſtionem, & potum. Et ex huiuſmodi tranſmutationibus, ſiue ab interiori ſiue ab exteriori cauſatis, contingit quod animalia quandoque incipiunt moueri, cum prius non mouerẽtur.* *S. Thomas.* Hæc D. Thomas 8. Phyſicor. lect. 13. col. 2. & fuſius eadem explicans, ſubdit, animam eſſe primum mouens, quod eſt cauſa, vt animal moueat ſe ipſum. Quæ omnia ſunt legitima expoſitio Philoſophi in eodem lib. 8. Phyſic. text. 51. Quam etiam breuiùs repetit in 1. cõtra Gent. inter med. & fin. §. *Item in mouentibus.* Et quantum ad hæc

principia

principia cum Ariſtotele concordant Nemeſius lib. de Anima & facultatibus eius cap. 2. paulò poſt medium.

24. Confirmatur primò, nam in corporibus animatis non aliter Ariſtoteles verificat, omne, quod mouetur ab alio moueri; niſi quatenus anima per ſe mouet corpus, & per accidens mouetur ab illo; & in quantū cor, aut pedes mouent alias partes corporis, à quibus per accidens mouentur. Semper autem aſſerit, animalia ex ſe ipſis habere principiū motus: vt videre eſt in principio ſeptimi Phyſic. & lib. 8. Phyſic. à text. 40. per alios plurimos, & S. Thom. clariùs exponit vtrobique. Confirmatur ſecundò, quoniā vt Ariſtoteles demonſtrat in lib. 2. de Anima cap. 4. text. 37. & Auerroes ibi, & S. Thom. lect. 7. ad finem, anima eſt principium motus, non ſolùm vt cauſa formalis, ſed etiam vt cauſa efficiens & finalis: nec ad aliam vllam præmotionem reuocat principium motus animalium. Eadem ferè, quæ nuper ex Ariſtotele, & S. Thom. retulimus, tradit Claudianus Mamertinus libro de contemptu mundi cap. 18. tomo 4. Bibliothecæ.

SECTIO III.

Soluuntur obiectiones, initio præcedentis ſectionis adductæ, nec non ex libro de cauſis.

1. EX his omnibus probationibus, præſertim verò probatione ſexta conſtat, Ariſtotelis verba, quæ in principio ſectionis præcedent. referuntur ex 8. lib. Phyſicorum, non probare præuium cauſarum additamentum, neque vllum genus præmotionis.

2. *Ad exēplum baculi reſpondetur.* Ad exemplum verò, quod adducitur de baculo, qui non mouet, niſi moueatur à manu, & applicetur ad mouendam aquam, reſpondetur, id propterea eſſe, quoniam baculus nec producitur ab homine, nec ab intrinſeco habet, ſed tantum ab extrinſeco virtutem mouendi. At verò apud Ariſtotelem in 8. Phyſic. text. 31. & ſequentibus, & D. Thomam ibi lect. 8. & alibi ſæpe, grauia & & leuia mouentur à generante; nec tamen ſemper actualiter mouentur, ſed poſtquam remouetur impedimentum: & tunc non opus eſt alia præmotione, præter propriæ naturæ productionem, & remotionem impedimenti. *Apud Ariſtotelem grauia, & leuia mouentur à generante.*

3. Quo ſuppoſito, ſicut ignis ex eo præciſè, quod generet ignem in ſulphureo puluere, mouet ignem genitum, & eo mediante pilā, & mediante pila producit animalis cadauer; neque opus eſt alia præmotione: ita etiam ex eo præciſè, quod Deus immediatè generaret eumdem ignem, mediatè cauſaret eoſdem effectus: & quantum eſt ex illo diſcurſu Ariſtotelis, nulla eſſet differentia: vt explicuimus probatione 6. Ariſtoteles itaque clariori exemplo localis motus explicat id ipſum, quod poſtea extendit ad motum alterationis, per quem tribuitur virtus actiua, & ad mutationem generationis, per quam tribuitur principale principium efficiendi. Sed de hoc exemplo baculi diximus etiam præced. diſp. 46. ſect. 2. num. 11. & ſect. 3. num. 18. & ſect. 4. num. 17.

4. Illud, quod additur de ſententia Philoſophi, D. Thomę, Theologorum, & Philoſophorum, ex ſupradictis conſtat, eſſe falsū. Ad cōfirmationem ſatis conſtat ex toto diſcurſu præſentis ſectionis.

5. Sed vrgent adhuc, quoniam etiam quādo non operantur cauſæ ſecundæ, conſeruantur à Deo in ſuo eſſe: ergo motio præuia, de qua ibi loquitur Ariſtoteles non eſt illa dumtaxat, per quā in ſuo eſſe producuntur, vel conſeruantur cauſæ ſecundæ; ſed alia, per quam mouentur ad ſuas operationes: ad motionem quippe actualem primi agentis ſequitur, quod agens ſecundum moueat.

Reſpondetur. Motio præuia, de qua loquitur Ariſtoteles in 8. Phyſicor. complectitur omnem motionem naturalem, quæ in corporibus corruptibilibus cauſari poteſt à corporibus cæleſtibus, ſiue mouendo per ſe, ſiue mouendo per accidens. Mouendo per ſe per generationem producunt cauſas ſecundas, & per alterationem tribuunt qualitates actiuas. Sed quoniā hæc quandoque impediuntur ab operationibus propter defectum aptæ materiæ, aut propter aliud obſtaculum; hæc impedimenta remouentur per motum localem, Neque vlla alia motio tractatur ab Ariſtotele in 8. Phyſic. vt toto præcedentis ſectionis diſcurſu probatum eſt. 6.

Huius verò ſectionis appendix, eſto, quod ex libro de cauſis tanquam ex Ariſtotele nobis opponunt, quoniam propoſitione prima & decimaſexta traditur, virtutem diuinam eſſe virtutem omnium cauſarum, quia videlicet, coniungit cauſas ſecundas cum ſuis effectibus. Ex hac veriſſima doctrina ſupra diſputat. 45. ſection. 4. 5. & 6. probauimus, oppugnari potius phyſicam prædeterminationem. 7.

At noſtram explicationem, ibi poſitam ita redarguunt primò. Si illa explicatio intelligat, quod primum agens ſuo influxu conſtituat cauſam proximam in actu ſecundo; ita vt illam verè efficienter reducat de actu primò ad ſecundum, & faciat illam adhibere ſuum proprium influxum; & operari; habemus intentum (aiunt) Nam talis reductio antecedit influxum cauſæ ſecundæ ordine cauſalitatis; ſicut cauſa antecedit ſuum effectum. Si verò ſolùm intelligat, cauſam primam concurrere cum cauſa ſecunda ad eius operationem concurſu ſimultaneo; non ſaluat, à primo agente moueri agens ſecundum ad operandum: ſicut quando duo trahunt nauim, ſimul influendo in effectum, vnus non mouet alium, quia non facit illum influere, ſeu concurrere, ſed vterque ſimul influit in effectum. 8. *Explicationem noſtram redarguunt.*

Confirmant, quoniam eadem explicatio non videtur ſaluare, quod primum agens ſimpliciter, nempe Deus, cauſet propriè efficienter omnem actualitatem, & omnem formalitatem realem, quæ reperitur in cauſa ſecunda: ſiquidem ſecundum iſtam explicationem, actualis illa applicatio, & influxus cauſæ ſecundæ, vt applicatio eſt, & influxus cauſæ ſecundæ, non eſt effectiuè à primo agente, ſiue ab operatione ipſius. 9.

Reſpondetur. Explicatio noſtra intelligit quod primum agens ſuo immediato influxu ad actionem cauſæ ſecundæ, & realiter identificato cum illa conſtituat cauſam proximam in actu ſecundo, ita vt illam verè efficienter reducat de actu primo ad ſecundum, & faciat illam adhibere ſuum proprium influxum, & operari. Et tamen inde non probatur phyſica prædeterminatio. Primo, quia hæc ponitur eſſe præuium additamentum, realiter diſtinctum ab actione cauſæ ſecundæ. At verò noſtræ ſententiæ præmotio realiter identificatur cum actione cauſæ ſecundæ. Deinde quoniam præuium illud additamentum verè ponitur eſſe cauſa intermedia, quæ velut inſtrumentum Dei cauſet actionem cauſæ 10. *Ex noſtra explicatione nō probatur prædeterminatio.*

Præmotio ſecundum noſtram ſentẽtiam nõ cauſa ſed actio.

ſecundæ : at verò præmotio Dei ſecundum noſtram ſententiam non eſt cauſa;ſed eſt actio ipſa immediata Dei. Tertiò , quoniam cauſis liberis immediatus concurſus,actualiter concurrens ad electionem,licet prius & magis, quàm voluntas concurrat , nihilominus non datur , niſi dependenter à libertatis exercitio. At verò præuium illud additamentum datur independenter à libertate : & illo dato,non eſt in poteſtate voluntatis,non elicere talem electionem,ad quam determinat.Ex quibus differentiis aliæ plures colliguntur,propter quas illi Doctores non habent inrentum.

Cõfirmationis ſolutio.

11. Ad Confirmat.Reſpond. negando ſequelam, quoniam actualis applicatio , & influxus cauſæ ſecundæ, vt talis eſt , effectiuè producitur à primo agente, immediatè, prius , & magis concurrente ad illam ; & ab operatione primi agentis non producitur,tanquam à cauſa intermedia;ſed per illam producitur,tanquam per operationem peiùs,immediatiùs,intimiùs,& magis cõcurrentem ad operationẽ , & effectum cauſæ ſecundæ.

Obiectio 2.

12. Secundam obiectionem afferunt , tanquam rationem,à Philoſopho,& eius interpretibus adductam, ad probandam præuiam motionem,inhærentem cauſæ. Nam cauſa ſecunda , quando actu operatur,habet aliquam perfectionẽ,quam non habebat antea. Sed illa perfectio producitur à Deo.Ergo Deus influit in ipſam cauſam ſecundam. Maior conſtat ex illa communi propoſitione omnium Philoſophorum:Omne agens naturale, quando agit,perficitur. Nam certa res eſt,cauſam ſecundam,quando actu operatur eſſe perfectiorem, quam quando non operatur. Hoc autem de tranſeuntibus actionibus ita explicant, vt quamuis actio tranſiens extrinſecè perficiat cauſam : nihilominus eadem debeat intrinſecè perfici per motionem à Deo receptam.

13. Reſpondetur. Prædicta ratio nullibi apud Ariſtotelem , & eius interpretes reperitur , nec illius author in particulari citat Ariſtotelis locum , niſi fortè hoc referat ad 8. librum Phyſicorum cap. 5. & librum de cauſis propoſit. 16. quæ paulò ſuperiùs citauerat. Verumtamẽ vtrobique nulla reperitur mentio perfectionis ab agente formaliter recipiendæ. Quin potius contrarium efficaciter colligitur ex Ariſtotele. Primò,quoniam in 9.Metaph.text.16. inde probat, fælicitatem non conſiſtere in actione tranſeunte, quoniam per illam non perficitur agens. Vbi S. Thomas lect.8. ad finem : *Quando per actionem,* inquit,*conſtituitur aliquod operatum, illa actio perficit operatum,& non operantem. Vnde eſt in operato ſicut actio & perfectio eius,non autem in operante.* Quam eandem rationem Ariſtotelis nomine repetit S.Thomas 1.part. quæſt.18. art.3.ad 1. & 1.2.quæſt.3. art.2. ad 3. & 2. contra Gent.cap. 23.ratione 4. & alibi ſæpe. Quapropter Ariſtoteles, atque S. Thomas ſupponunt, agenti nullam aliam perfectionem accreſcere,præter actionem. Quod niſi ſupponeret eorum argumentum claudicaret ex ea parte , quoniam in agente per actionem tranſeuntem , formaliter reciperetur alia perfectio tam magna , quanta eſt perfectio tranſeuntis actionis (vt volunt authores phyſicæ prædeterminationis) & illa eſſet bonum & perfectio agentis. Quocirca non eſſet illi neganda fælicitas ex eo capite, quoniam *fælicitas eſt bonum fælicis, & pefectio eius* : vt loquitur S. Thomas in lect.8.citata.

Ex Ariſtotele fælicitas non eſt actio tranſiens.

S. Thomas actionem in termino ponit.

· Idem colligitur ſecundo, quoniam, vt efficaciter probauimus præcedenti diſput. 46. ſect. 8. ſub init.apud Ariſtotelem mouentibus,ſiue efficientibus per accidens contingit,quod moueantur:ac proinde per accidens contingit,quod perfectionem aliquam ſibi inhærentem denuo recipiant ex eo quod actu moueant. 14.

Quapropter quod aliqui Doctores affirmant, 15.
agens agendo perfici de immanentibus actionibus verificatur formaliter, abſolutè, & intrinſecè ; de actionibus autem tranſeuntibus verificatur ſolummodo per denominationem extrinſecam , & quandam veluti gloriam , & oſtenſionem potentiæ, quæ talem effectum producit, & per propagationem ſuæ naturæ ſpecificæ,imo & indiuidualis differentiæ quodammodo,quantum ad multiplicationem indiuiduorum ſibi genere coniunctorum,& quaſi filiorum.

Quomodo agens agendo perficiatur.

Opponet aliquis S.Thomam, & communiter Doctores, aſſerere, Deum liberaliter communicaſſe creaturis ſuam perfectionem , non ſolùm vt ſint;ſed etiam vt agant:vt retulimus diſp. 45. ſect.7.dicto 4.Ergo ſupponunt;agere perfectionem eſſe. Reſp. Doctores in ea ſententia præcipuè loquuntur, de perfectione intrinſeca,quæ conſiſtit in eo, quod creaturæ poſſint actualiter agere. Sed vtrum ipſum actualiter agere, ſit illis perfectio intrinſeca,nihil ibi curant. 16.

Obiectio , & eius ſolutio.

Obiiciunt tertiò , ex noſtra ſententia ſequi, quod Deus & cauſa ſecunda per accidens coniungantur ad producendum quemlibet effectum:quemadmodum per accidens coniunguntur homines duo , trahentes eundem lapidem. Reſpondetur, negando ſequelam,quoniam abſque præuio additamento cauſarum propriè atque perfectè ſeruatur coniunctio per ſe inter primam cauſam , atque ſecundam. Hæc autem coniunctio,cum non ſit ad conſtituendum ſubſtantiale compoſitum ex materia & forma , nec ad conſtituendum totum integrale ; ſed ſit coniunctio in genere cauſarum efficientium , non poteſt in alio conſiſtere , niſi in dependentia ſecundarum cauſarum à prima. Cum igitur ſecundarum cauſarum concurſus per ſe , & quidditatiuè dependeat à concurſu primæ cauſæ, tanquam priùs, immediatiùs, intimiùs, & magis influentis ; in hoc ſufficientiſſimè retinetur ſubordinatio,& coniunctio per ſe. 17.

Reſpõdetur.

Vnde prætereà oſtenditur diſcrimen duorum hominum trahentium eundem lapidem : nam vnius hominis concurſus,ſi foret intra ſuam ſpeciem ſortior atque perfectior ; poſſet ſolus trahere abſque cõcurſu alterius:& ſolus poteſt partem eiuſdem lapidis trahere. Inſuper , ſi iuuaret alter homo,vel Angelus, vel Deus; non indigeret concurſu hominis huius in particulari : quapropter indigentia huius non per ſe conuenit alteri ſed per accidẽs. Adde,quod licet adeſſet præuium additamentum , quod appellatur præmotio ; non ſeruaretur coniunctio per ſe inter primam cauſam & ſecundam , niſi cauſa ſecunda, etiam poſtquam præuio additamento completa fuiſſet,adhuc in operando penderet ab immediato , priori, & fortiori concurſu primæ cauſæ. 18.

Duorũ trahentium lapidem diſcrimen.

* * *

SECT.

SECTIO IV.

Ex eo, quod mouere ſit ipſum agere, corroboratur eadem veritas teſtimoniis Theologorum, & Philoſophorum.

1. *Apud Theologos & Philoſophos motus eſt actio.* RAtio præſens eſt huiuſmodi. Apud Theologos & Philoſophos motus eſt actio, vel actus. Ergo quando dicunt, omne, quod mouetur, ab alio moueri, & omnes creaturas moueri à Deo; nihil aliud ſignificant, niſi actionem. Neque poteſt ex illis colligi aliud additamentum, realiter diſtinctum ab actione, ſiue illa actio ſit, qua producuntur cauſæ, ſiue ſit actio, qua ſimul cum eiſdem cauſis à Deo producuntur earum effectus. Confirmatur, quoniam motum ſemper referunt ad actum ſecundum agendi: ergo nomine motus non intelligunt aliquid, quod cauſas vltimatè conſtituat, vel applicet in actu primo. At præuium illud additamentum non eſt actus ſecundus operationis, ſed aliquid vltimatè conſtituens in actu primo.

2. Et quidem motum accipi pro actione, ſiue pro actu, conſtat ex teſtimonio Auguſtini ex lib. 4. de Geneſi ad lit. cap. 12. quod ponderauimus ſupra ſect. 1. ſub initium. Ideo materialem actionem peccati vocat *motum auerſionis.* lib. 2. de libero arbitrio cap. vltimo: vt vidimus ſupra diſp. 28. ſect. 2. num. 15. & diſp. 31. ſect. 4. num. 2. Eodem modo loquitur libro de duabus animabus, quem ſequitur Magiſter in 2. diſt. 27. Celebre eſt illud 5. de Ciuitate cap. 30. *Sic itaque adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat.* Vbi cum proprius creaturarum motus nihil aliud ſit, quam earum actio; conſequens eſt, actionem etiam Dei intelligi productiuam eorundem effectuum, quando Auguſtinus dicit, Dei prouidentia cuncta moueri, gubernari, adminiſtrari, & ordinari. Quemadmodum 5. de Geneſi ad lit. cap. 20. 21. & 22.

3. Damaſcenus 3. fidei cap. 15. initio: *Actio,* inquit, *eſt efficax & ſubſtantialis naturæ motus.* Et paulò inferius: *Actio motus eſt, & fit magis, quam agat, quemadmodum Deiloquus inquit Gregorius in Sermone de Spiritu ſancto.* Et rurſus: *Vita actio eſt, & actio animalis, eſt omnis animalis diſpenſatio, ſiue nutritiua, ſiue augmentatiua, id eſt, vegetatrix, & motus ſecundum locum, & ſecundum ſenſum, & mentem, & libera arbitrariáque motio.* Ponderandum eſt autem Damaſcenum cum Nazianzeno tractare de duplici actione humanitatis Chriſti, altera, quam habet, vt homo, altera, quam habet vt Deus. Quapropter etiam Dei mouere idem erit, quod agere.

Actio ſit magis quam agit.

4. Dionyſius Areopag. lib. de diuinis nominibus cap. 4. poſt medium de Actibus Angelicarum mentium, & animarum tractat ſub nomine motus circularis, recti, & obliqui: Vbi S. Thomas lect. 7. initio ait: *Sicut dicit Philoſophus 3. de anima, duplex eſt motus. Vnus, qui eſt actus imperfecti, id eſt, exiſtentis in potentia: & talis eſt motus rerum corporalium, quæ ſecundum hoc moueri dicuntur, ſiue ſecundum ſubſtantiam, ſiue ſecundum quantitatem, ſiue ſecundum qualitatem, ſiue ſecundum locum, in quantum exeunt de potentia in actum. Alius autem eſt motus perfecti, ſecundum quod ipſa operatio exiſtentis in actu, manens in ipſo operante, motus dicitur, vt ſentire intelligere & velle. Sic igitur accipiens motum, diſtinguit angelicarum mentium motum in tria, &c.*

S. Thomas.

5. *Dionyſius.* Harum autem motionum Deum eſſe primum motorem & cauſam, non prætermiſit Dionyſius adnotare quãdo paulò inferius in eodem cap. 4. ait: *Igitur iſtarum, & ſenſibilium trium motionum in hoc omni, & multò prius vniuſcuiuſque manſionum, & ſtationum, & collocationum cauſa eſt, & contentiua, & finis pulchrum & bonum, quod eſt ſuper omnem ſtationem & motum.* Et paulò inferius: *Et omnia, quæcumque ſunt, & fiunt, propter pulchrum & bonum ſunt, & fiunt, & ad ipſum omnia inſpiciunt, & ab ipſo mouentur & continentur, & ipſius gratia, & propter ipſum, & in ipſo exemplare principium omne finale, efficiens, formale, elementarium.* Apud Dionyſium ergo & apud D. Thomam ibidem lect. 8. Deus eſt primum mouens, etiam in ordine ad ſpirituales operationes intellectus, & voluntatis, in quantum eſt illarum cauſa efficiens, finalis, obiectiua, ſeu quaſi formalis, & inſuper exemplaris. Neque requirunt aliquid aliud ſuperadditum voluntati, & realiter diſtinctum à volitionibus, quo voluntas formaliter conſtituatur mota per diuinam motionem.

6. Athanaſius lib. de Deffinitionib. colum. 5. titulo de actu ait: *Actus quemadmodum S. Gregorius Nyſſenus, inquit, eſt naturalis cuiuſque rei potentia & motus. Nam quoduis eſſentiale ſuam habet efficaciam.* Gregorius Nyſſenus frequenter nomine motus intelligit operationes, ſiue naturales, ſiue liberas appetitus, aut voluntatis, vt hom. 2. in Eccleſiaſten. & homil. 8. Et diſp. de Anima & reſurrect. inter princ. & med. Aliqua illius verba retulimus diſputat. 35. ſection. 3. num. 19. & 20. Chryſoſtom. Rom. 7. ſerm. 13. ad illud: *Iam non ego operor illud,* volitionem appellat animæ motionem. *Rom. 7.* Similitérque loquitur Nazianz. in iambico 15. Eandem motus acceptionem vſurpat Gregorius Magnus lib. 26. Moral. in 28. cap. Iob, alias 37. & lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. col. antepenult. & lib. 6. Moral. cap. 16. col. penult.

7. Cypariſſiotus, cognomento Sapiens, decade 3. de diuinis ad extra emanationibus, quæ potiſſimum ex Dionyſio Areopagita compilata eſt, cap. 4. prope init. ita ſcribit: *Magnus Baſilius in adnotatis à S. Maximo de energia contra Monothelitas; Aliud, inquit, eſt, qui operatur, aliud operatio, aliud opus: ac maximè iſta inter ſe differunt. Operans enim eſt, qui ad operandum mouetur; operatio eſt veluti motus operatorius, ipſéque, vt ita loquar, conatus voluntatis ad operandum aliquid tendens & ſpectans, & ſimul vt electio facta eſt, quieſcens, ac deſinens, & cito mota ac præteriens.* Similia multa repetit in eodem & ſequentibus capitibus vſque ad 9. in quibus Dei actionem, & emanationem creaturarum ad extra, & illarum gubernationem nomine motus comprehendit, & explicat quomodo pertineat ad prouidentiam. Præſertim notanda ſunt, quæ cap. 10. notat ex Dionyſio, & Maximo de motione; qua Deus, licet omnino ſit immobilis, mouet tamen ea ratione, quoniam producit, & conſeruat omnes creaturas.

8. Synodus etiam à Theodoro Carorum Epiſcopo contra Manichæos habita, apud eundem Cypariſſiotum decade 3. cap. 5. fine: *Operatio,* inquit, *rationem medij præ ſe fert, & ob eam cauſam non exiſtit per ſe. Solummodo eſt, cum fit, non ante motum operantis, id eſt, ante actum.* Ita exponit ipſa Synodus.

9. *Voluntatis operationes nomine mo-* Denique voluntatis operationes nomine motus frequenter intelligunt antiquiores Scholaſtici cum Magiſtro, veluti in 2. ſentent. diſt. 27.

Digitized by Google

mu intelligunt Scholaſtici. cap. 3. & diſtinct. 39. cap. 3. Quo etiam modo loquitur Ariſtoteles citatus ſect. 2. num. 18. & 20. Eundem motum actionem eſſe & paſſionem, Ariſtoteles, D. Thomas & omnes Philoſophi & Theologi admittunt: vt vidimus diſputat. 31. ſectione 8. num. 5. Quapropter D. Thomas 3. Phiſicor, cap. 3. lect. 4. cum Ariſtotele text. 17. & 18. notat, eundem omnino eſſe actum mouentis & mobilis, & mouere perinde eſſe ac producere effectum. Quod idem in ſua phyſica, quaſi per compendium Ariſtotelicæ doctrinæ demonſtrauit Damaſcenus cap. 5. & 6. inſuper in cap. 5. inter med. & finem ait: *Actus eſt efficax motus, qui à poteſtate producitur. Efficax porro motus eſt, qui in opere exiſtit. Opus verò, & effectio, & actio,* &c. *Damaſcen.*

Caietanus. Rectè igitur Caietanus 3. part. quæſt. 13. art. 2. §. *Ad euidentiam.* circa med. ait: *Cum autem mouere nihil aliud ſit, quam educere de potentia ad actum, & moueri ſit educi de potentia ad actum, clarè conſtat, quod inſtrumentum cum mouetur à principali agente, cum educitur de ſecunda potentia ad actum, cum ſit cooperans ipſi principali agenti, cum ſit exequens operationem principalis agentis, quod ſit per hoc, quod principale agens, vt ſic, vtitur illo ad opus ipſius principalis agentis.*

10. Obiiciunt tamen aliqui Gregorium lib. 16. Moral. cap. 16. alias 18. dicentem; omnia in tantum moueri, in quantum occulto inſtinctu diſponuntur. Et poſt pauca: *Numquid nam hæc, quæ inanimata, vel quæ viuentia diximus, ſuis inſtinctionibus, & non magis diuinis impulſionibus agitantur?* *Gregorius.* Colligunt autem inſtinctum eſſe præuium impulſum, ac præmotionem. Reſpondetur. Inſtinctus, quibus viuentia mouentur ſunt naturales & neceſſariæ operationes æſtimatiuæ, & appetitus ſenſitiui, quibus incitantur ad bona ſenſibilia, ſibi conuenientia: ſed inſtinctus & impulſiones, quibus agitantur inanimata, ſunt eorum naturales potentiæ & qualitates actiuæ, ſiue localiter motiuæ, quæ non recipiunt denominationem inſtinctus, niſi quatenus diriguntur & gubernantur per diuinam prouidentiam, cuius proprium eſt, res omnes ad finem dirigere, atque mouere. Vnde paulò ſuperiùs dixerat: *Nec ea, quæ viuunt ſibimetipſis vitam tribuunt, neque ea, quæ mouentur, & non viuunt, ſuis nutibus ad motum ducuntur, ſed ille cuncta mouet, qui quædam viuificat, quædam verò non viuificata in extremam eſſentiam mirè ordinans ſeruat.* Nihil igitur Gregorius, vnde præuium cauſarum additamentum colligatur. *Viuentium inſtinctus quid.* *Diuina prouidentia res omnes ad finem dirigit.*

DISPVTATIO XLVIII.

Vtrùm inſtrumentorum titulo ſecundis cauſis debeatur concurſus determinatus, aut præuium additamentum.

SECTIO I

Inſtrumenti quidditas non propriè conuenit cauſis ſecundis.

1. DVo ſunt, quæ contrariæ ſententiæ Doctores ex inſtrumenti quidditate deducunt. Alterum eſt præuium ſecundarum cauſarum additamentum: de quo dicemus in ſect. ſequenti. Alterum eſt phyſica determinatio generalis concurſus: de quo dicemus peculiariter in ſectione præſenti. Vtriuſque verò partis generale fundamentum eſt, quoniam vt inſtrumentum attingat effectum principalis agentis, oportet præuia motione ab illo moueri & determinari: ſed cauſæ ſecundæ, quatenus attingunt eſſe proprij & particularis effectus, ſunt inſtrumenta Dei, & attingunt proprium effectum Dei: ergo præuia motione ab illo debent moueri ac determinari. *Contrariæ ſententiæ generale fundamentum.*

Minorem probant teſtimoniis S. Thomæ, quæ referemus infra. Et confirmant ex propoſitionibus libri de cauſis, quas iam ſupra diſputat. 45. ſect. 5. num. 12. & ſequentibus ponderauimus. 2.

Confirmatio prima. Confirmant primo, quoniam Deus cauſas ſecundas mouet, & applicat ad ſuas operationes, quemadmodum artifex inſtrumenta mouet & applicat ad opus artis. *Secunda.* Confirmant ſecundò, quoniam de ratione inſtrumenti eſt, vt non moueat, niſi prius natura motum ſit ab agente principali. Debet igitur prius natura recipere in ſe motionem phyſicam in ratione cauſæ efficientis. *Tertia.* Confirmatur tertiò, quoniam cauſa ſecunda vt poſſit, tanquam inſtrumentum Dei, concurrere ad actualiter agendum, debet habere non minorem actualitatem, & perfectionem, quam effectus, quoniam cauſa non debet eſſe minus perfecta, quàm effectus.

Confirmant quartò, & extendunt etiam ad materiales actiones peccatorum, quoniam quantum ad illas homines appellantur inſtrumenta Dei, nec alia ratione, niſi vt ſignificentur eſſe à Deo moti, & applicati, ac determinati ad actionem. Quemadmodum Iſaiæ 7. *Nouacula conducta.* Iſaiæ 10. *Aſſur virga furoris mei, & baculus,* inſuper appellatur & *Serra.* Hierem. 47. *Mucro Domini*, Hierem. 50. *Malleus vniuerſæ terræ.* Hierem. 51. *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram.* & Ezechiel 12. *Rete Dei.* Cuiuſmodi plura retulimus diſp. 42. ſect. 1. præſertim num. 4. & 5. & infra ſect. 4. num. 3. & ſequentibus. 3.

Confirmant quintò, quoniam niſi voluntas creata foret inſtrumentum prædeterminatum, etiam in ordine ad volitiones liberas: ſequeretur voluntati potius, quàm Deo tribuendas eſſe volitiones liberas. Probatur ſequela, quoniam principali cauſæ determinanti ſunt præcipuè tribuendæ actiones illius & effectus. 4.

Nihilominus ſit prima concluſio. Secundæ cauſæ, ſaltem aliquo modo, & ſecundum aliquam rationem ſunt inſtrumenta primæ cauſæ. Ita D. Thomas 1. 2. quæſt. 6. art. 1. ad 3. & 2. contra Gent. cap. 21. ratione 4. & 3. contra Gentes cap. 70. fine & cap. 100. ratione 2. de potentia quæſt. 3. art. 7. poſt medium corporis & ad 7. & alia argumenta, & in eadem quæſt. art. 9. ad 21. argumentum, & opuſculo 20. de regim. Principis lib. 3. cap. 8. & ſequuntur Capreolus 2. ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 1. ad finem. Deza in eadem diſtinct. & quæſt. articul. 3. notabili 3. in medio, Raynerius verbo *Meritum* cap. 3. fine, & communiter Doctores. 5. *Aſſertio prima. Cauſæ ſecundæ, primæ aliquomodo inſtrumenta.*

Probatur primò ex Ariſtotele 8. Phyſicor. text. 37. illis præſertim verbis: *Sed quo mouet, & mouere, & moueri* (ſupple neceſſe eſt) *communicat enim ſimul hoc, & ſecundum idem exiſtens ei, quod mouetur. Manifeſtum autem eſt in mouentibus ſecundum locum.* Vbi S. Thomas lect. 9. circa med. infert, *Omne quod mouet, & mouetur, habere rationem inſtrumenti:* quoniã eſt id quo poſtremũ mobile mouetur à primo mouente. Vnde in ſequentibus 6. *Ariſtoteles.* *S. Thomas.*

quentibus capitibus colligit Ariſtoteles, omne intermedium mouens moueri prius, quàm moueat;ac proinde illud eſſe,quo primum mouens, mouet cætera mobilia: huiuſmodi autem ſunt omnes ſecundæ cauſæ comparatione primæ.

7. *Principalis cauſa, propria, inſtrumentalis verò principalis virtute agit.* Probatur ſecundò,quoniam ſicut cauſæ principalis eſt agere propria virtute, atque authoritate, & ſe ipſam applicare ad agendum: ita inſtrumentalis cauſæ proprium eſt agere virtute principalis agentis, & ad agendum applicari ab agente principali. At verò quælibet cauſa ſecunda agit virtute primæ cauſæ,& ab illa applicatur ad agendum: vt oſtendimus diſp.45. ſect.4.5. & 6. Vnde D. Thomas 1.part. quæſt. 105. artic.5. corpore: *Deus*,inquit,*mouet non ſolùm res ad operandum,quaſi applicando formas, & virtutes rerum ad operationem, ſicut etiam artifex applicat ſecurim ad ſcindendum*, &c. Confirmatur quoniam inſtrumenta naturalia tam eſſe, quam virtutem operandi recipiunt à principali cauſa. Et artis inſtrumenta recipiunt ab artifice partem operatiuæ virtutis: at cauſæ ſecundæ recipiunt à prima totum eſſe, totámque virtutem operatiuam, & ab illa conſeruantur.

S.Thomas.

8. *Inſtrumenti, & principalis agentis vnica actio.* Probatur tertiò,quoniam ſicut inſtrumenti,& principalis agentis propter ſubordinationẽ vnica eſt actio: ita etiam vnica eſt actio primæ cauſæ,atque ſecundæ: ſupra diſp.45. ſect.10. Probatur quartò, quoniam *ad hoc ſunt inſtrumenta inſtituta, vt deſeruiant actioni principalis agentis*, dum mouentur ab ipſo: vt S. Thomas ait in 3. contra Gent.cap.100.ratione 2. At omes cauſæ ſecundæ ad nutum obediunt, & ſubſeruiunt cauſæ primæ,nihil agendo, quod, Deus efficaciter voluerit ab illis non produci, & illud totum producendo,quod, Deus efficaciter voluerit ab illis produci, vel voluerit permittere, vt ab illis producatur: vt magis conſtabit infra ſect.4.

Secunda concluſio. Cauſæ ſecundæ ſimpliciter propriè non ſunt inſtrumenta primæ cauſæ.

9. *Cauſæ ſecundæ principales cauſæ.* Quin potius abſolutè ſunt principales cauſæ quantum ad producendos, & determinandos particulares effectus, ſibi proprios. Hanc tenet D. Thomas omnibus locis infra citandis, & ſupponunt Scotus in 4.diſtinctione 1.quæſt.1.fine, & communiter Scholaſtici. Probatur ſupponendo, diſcrimen inter cauſam principalem & inſtrumentalem in eo conſiſtere, quod *principalis cauſa operatur per virtutem ſuæ formæ,cui aſſimilatur effectus. Cauſa verò inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolùm per motum, quo mouetur à principali agente. Vnde effectus non aſſimilatur inſtrumento, ſed principali agenti. Sicut lectus non aſſimilatur ſecuri, ſed arti, quæ eſt in mente artificis.* Definitiones atque declarationes iſtæ traduntur à D.Thoma 3.part.quæſt.62.artic.1.corpore & art.4. quibus conſequentia ſunt, quæ tradit 3.p. quæſt.13.artic.2.& 1.2.quæſt.112.art.1. ad argument. & de veritate quæſt.27. art.4. corpore & ad argumenta.

Inter inſtrumentum, & cauſã principalem diſcrimen.

10. *Ignis tã ratione formæ ſubſtantialis quàm accidentalis operatur.* Ex hoc principio ſumuntur probationes duæ. Prima eſt. Quælibet cauſa ſecunda operatur per virtutem ſuæ formæ,tam ſubſtantialis,quàm accidentalis: quemadmodum ignis tam ratione formæ ſubſtantialis, quàm ratione caloris calefacit, & producit ignem. Ergo ad hos effectus producendos non eſt propriè inſtrumentum, ſed principalis cauſa.

11. Secunda probatio eſt. Omnis cauſa ſecunda producit effectum ſibi ſimilem, ſiue ſecundum formam, per quam formaliter conſtituitur actiua ſiue ſecundum formam, quam continet eminenter: quemadmodum explicuit S. Thomas libro 3.Phyſic.text.17.lect.4.& 8.Phyſic.text.40. lect.10. vt referemus diſput.49. ſect.3. num.6. & ſequentibus. Ergo quælibet cauſa ſecunda operatur vt cauſa principalis, & non vt inſtrumentum. Antecedens conſtat primò in omnibus cauſis vniuocis, vt quando ignis ignem generat, & leo leonem: deinde etiam in cauſis æquiuocis: vt quando ſol & cætera aſtra concurrunt ad productionem viuentium, quarum formas continent eminenter: & quando intellectus informatus ſpecie intelligibili producit intellectionem, quæ procedit ſimilis formæ, quam virtualiter continet intellectus prout tali ſpecie informatus eſt. *Cauſa vniuoca, & æquiuoca.*

Confirmatur primò, nam hanc ſimilitudinem formæ prout eminenter contentæ, licet non formaliter, ſatis eſſe ad rationem cauſæ principalis, oſtendit exemplum lecti, qui ſimilis euadit arti, tanquam formæ ſui principalis efficientis; item gratia per ſacramenta producta, non euadit ſimilis, niſi Deo, in quo tamen non formaliter, ſed eminenter continetur. 12. *Gratia per ſacramenta producta.*

Confirmatur ſecundò verbis S. Thomæ in quæſt. 4. de malo art. 3. corpore: *In principali quidem cauſa eſt aliquid ſecundum ſimilitudinem formæ, vel eiuſdem ſpeciei, ſi ſit cauſa vniuoca: vel ſecundum aliquam excellentiorem formam, ſi ſit agens non vniuocum. Sicut Sol generat hominem. In cauſa autem inſtrumentalis eſt aliquis effectus, ſecundum virtutem, quam recipit inſtrumentum à cauſa principali, in quantum mouetur ab ea.* Cum igitur omnes ſecundæ cauſæ, tam vniuocæ, quàm æquiuocæ, operentur per virtutem propriæ formæ, cui aſſimilatur effectus: conſequens eſt, propriè ac ſimpliciter eſſe cauſas principales. 13. *S.Thomas.*

Obiicies primo. Semina viuentium, quæ diu deciſa conſeruantur, per virtutem propriæ formæ ſubſtantialis, & accidentalis producunt viuens ſimile formæ, quam virtualiter, ſeu eminenter continent: nihilominus omnia ſemina operantur, vt inſtrumenta viuentium, à quibus receperunt formam ſubſtantialem & accidentalem: ergo ſecundæ cauſæ, operantur, vt inſtrumenta Dei, licet operentur per virtutem propriæ formæ ſubſtantialis, quoniam illam à Deo receperunt. 14.

Reſpond. ſupponendo, duplicem eſſe formam ſubſtantialem. Altera conſtituit ſpeciem quidditatiuè completam, & perfectam intra ſuum gradum: cuiuſmodi eſt forma cuiuſlibet auis, aut arboris. Altera forma conſtituit ſpeciem quidditatiuè incompletam & imperfectam intra ſuum gradum: cuiuſmodi eſt forma conſtituens ouum auis, aut ſemen ab arbore deciſum. 15. *Duplex forma ſubſtantialis.*

Quod autem incompleta & imperfecta quidditatiuè ſit ſpecies, quam conſtituit oui, aut cuiuſlibet ſeminis forma, probatur primò, quoniam illa ſpecies quidditatiuè poſtulauit prius in ſui conſtitutione partem eſſe viuentis, à quo deciſum eſt ſemen; ac proinde cum illo conſtituere vnum per ſe quando viuens eſt perfectum, integrum, & ſuo fructu fœcundum. Secundò, quoniam quidditatiuè deſtinatur, vt tranſeat in partem naſcituri viuentis. Tertiò, quoniam inde ſequitur, ſemina non eſſe viuentia formaliter, ſed tantùm virtualiter. Vnde auium oua non exercent operationes auium, quouſque formantur in 16.

aues,

aues,& arborum ſemina non exerceot operationes arborum.

17. Idem probatur quartò, quoniam naturalis intentio viuentium in producendis ouis aliiſque ſeminibus non ſiſtit io ipſis. Quoniam omne viuens intendit generare vniuocè ſimile: at verò ſemina non ſunt vniuocè ſimilia viuentibus: ideóque viuentium intentio per ſemina intendit producere viuens aliud eiuſdem ſpeciei. Nam, vt ſapienter S. Thomas 3. contra Gent. cap. 112. ſub init. *inſtrumentum non quæritur propter ſe ipſum: ſed vt eo principale agens vtatur.*

S. Thomas.

18. Quo ſuppoſito, ad argumentum reſpondeo, cauſas ſecundas ideo nõ eſſe propriè inſtrumenta Dei, quoniam operantur per virtutem propriæ formæ: quæ propterea ſimpliciter eſt propria, quoniam conſtituit ſpeciem quidditatiuè completam & perfectam. Nam ouorum, & aliorum ſeminum forma propterea nõ eſt hoc modo propria, ſed aliena, quoniam quidditatiuè conſtituit ſpeciem incompletam, quæ pars eſt viuentis perfecti. Et via, & medium quidditatiuè deſtinatum ad illud producẽdum, vt nuper probatũ eſt.

Argumenti reſponſio.

19. Obiectio ſecunda. Calor & cæteræ qualitates actiuæ operantur per formam & virtutem ſibi propriam, hoc eſt, per propriam quidditatem; nihilominus operantur, vt inſtrumenta ſubſtantiæ, præſertim prout concurrunt ad producendam ſubſtantialem formam: ergo ſecunda cauſa poterit eſſe inſtrumentum propriè dictum, licet operetur per propriam formam. Reſpond. Forma & virtus dupliciter dicitur eſſe propria. Primò generaliter, ſicut eſſentia, & quidditas eſt propria rei, quam conſtituit. Et hoc non ſufficit, vt aliquid abſolutè ſit cauſa principalis, nec vt agat per formam, & virtutem ſibi propriam. Secundo modo dicitur eſſe propria virtus, & forma, eo quod non ſit quidditatiuè virtus alterius. Et hoc modo propria eſt igni nõ ſolùm eius forma ſubſtantialis, ſed etiam calor: & conſequenter, ac eodem modo virtus, & quidditas caloris non eſt propria calori, ſed igni: & generaliter omnis vis accidentalis non ſua, ſed ſubſtantiæ virtus eſt. Quoniam eius eſt virtus, cuius eſt agere: at agere illius eſt, cuius eſt eſſe, porro ſubſtantiæ proprium eſt eſſe. Quæ doctrina ex D. Thoma 1. p. quæſt. 115. art. 1. fine, & quæſt. 77. art. 1. ad 3. rectè colligitur à Caietano in dicta quæſt. 77. art. 1. fine. Porro ſecundis cauſis forma, & virtus propria eſt vtroque modo: ideóque tanquam principales cauſæ operantur.

Reſpondetur, forma & virtus duplex.

20. Ad explicationem, & confirmationem præcedentium concluſionum, ſit tertia concluſio. Secundæ cauſæ, prout concurrunt ad producendum eſſe in communi, quod eſt proprius, & adæquatus effectus primæ cauſæ, ſunt illius inſtrumenta. Cæterum principales cauſæ ſunt, prout producunt particulares differentias effectuum ſibi ſimilium. Probat primò D. Thomas de potentia quæſt. 3. artic. 4. corpore circa med. dicens: *Dare eſſe, in quantum huiuſmodi, eſt effectus primæ cauſæ ſolius, ſecundum propriam virtutem. Et quacumque alia cauſa dat eſſe, hoc habet, in quantum eſt in ea virtus & operatio primæ cauſæ, & non per propriam virtutem. Sicut & inſtrumentum efficit actionem inſtrumentalem, non per virtutem propriæ naturæ, ſed per virtutem mouentis,* &c. Quibus conſonant, quæ tradit 1. part. quæſtion. 45. artic. 5. corp. & 2. contra Gent. cap. 21. ratione 3. & 4. cum ait: *Oportet quod generans vniuocum ſit, quaſi agens inſtrumentale reſpectu eius, quod eſt cauſa totius ſpeciei.* Vnde ſtatim infert: *Impoſſibile eſt igitur quod ſubſtantia creata ſit cauſa eſſendi, niſi ſicut inſtrumentalis, & agens virtute alterius.* De quo videri poteſt Capreolus in ſecundo ſententiarum diſt. 1. quæſt. 2. art. 3. part. 6.

Aſſertio 3. Cauſa ſecũda prout ad eſſe in communi cõcurrunt, Dei inſtrumenta.

S. Thomas.

Probatur ſecundò, nam præmoueri, applicari, & determinari ad agendum, eſt inſtrumentorum magis proprium, quam principalium cauſarum: at verò ſecundæ cauſæ, quantum ad producendum eſſe in communi, præmouentur, applicantur, & determinantur à prima cauſa; cæterum illam determinant, quantum ad producendas particulares differentias effectuum ſibi ſimilium (vt demonſtrauimus diſputat. 45. tota ſect. 5. & 6.) Ergo ſecundæ cauſæ, quantum ad producendum eſſe in communi ſunt inſtrumenta primæ cauſæ; non verò quantum ad producendas particulares differentias effectuum ſibi ſimilium. 21.

Probatur tertiò. Nam, vt D. Thomas, inquit, quæſt. 24. de veritate art. 1. ad 4. *Cauſa prima dicitur eſſe principalis ſimpliciter loquendo, propter hoc, quod magis influit in effectum: ſed cauſa ſecunda ſecundum quid principalis eſt, in quantum effectus ei magis conformatur.* Vbi notandum, ſecundæ cauſæ principalitatem non dici *ſecundum quid* comparatione inſtrumentalis actiuitatis, quaſi cauſa ſecunda ſimpliciter ſit inſtrumentum. Sed appellatur *ſecundum quid* comparatione diuinæ principalitatis, comparatione cuius tam eſſe, quam cæteræ perfectiones creaturis conueniunt ſecundum quid. 22.

SECTIO II.

Cauſa libera rationem inſtrumenti participat multò minus, quàm naturalis cauſa.

Concluſio, quæ continetur in titulo, probatur primò ratione diſcriminis, quam docuit S. Thomas de veritate quæſt. 24. articul. 1. ad 5. *Inſtrumentum*, inquit, *dupliciter dicitur. Vno modo propriè, quando ſcilicet aliquid ita ab altero mouetur, quod non confertur ei à mouente aliquod principium talis motus, ſicut ſerra mouetur à carpentario: & tale inſtrumentum eſt expers libertatis. Alio modo dicitur inſtrumentum magis communiter quicquid eſt mouens, ab alio motum, ſiue ſit in ipſo principium ſui motus, ſiue non. Et ſic ab inſtrumento, non oportet, quod excludatur omnino ratio libertatis: quia aliquid poteſt eſſe ab alio motum, quod tamen ſe ipſum mouet: & ita eſt de mente humana.* 1.

S. Thomas.

Confirmatur primò, quoniam quantò aliqua cauſa plus participat de virtute intrinſeca vt ſe ipſam agat, moueat, & determinet ad particulares actiones; tanto magis recedit à propria ratione inſtrumenti: vt conſtat ex dictis ſection. 1. conc. 2. Sed cauſa libera multò veriùs, & propriùs, quàm naturalis cauſa, ſe ipſam agit, mouet, ac determinat ad particulares actiones. Ergo cauſa libera recedit à propria ratione inſtrumẽti multò magis, quàm naturalis quælibet cauſa. 2.

Porro, cauſæ liberæ proprium eſſe agere, mouere, ac determinare ſeipſam, probatum eſt tomo præcedenti de Scientia diſp. 45. ſect. 1. & diſp. 40. & 50. & ſequentibus. Quam ob cauſam agentia naturalia multò magis accedunt ad rationẽ inſtrumenti, & à ſapientibus quandóque dicuntur

dicuntur eſſe inſtrumenta comparatione propriiſſimæ acceptionis agendi, atque mouendi, quæ requirit intentionem finis, ac libertatem. Vnde Damaſcenus in ſua Phyſica cap. 8. prope initium de natura, ſiue naturali cauſa ſic loquitur. *Haud abs re Plato inſtrumentalem cauſam eam eſſe tradit: quandoquidem vt aſcia & ſerra nil omnino norunt in rebus, quæ artis induſtriâ elaborantur: ſic nec natura in his rebus, quæ naturâ conſtant. Verum mens illa rerum omnium parens & architecta cuncta ante euum explorata habet, propriéque efficit: ſic nimirum, vt natura ſolam eam aptitudinem, quam à ſummo illo opifice accipit, infra præbeat: ipſe autem opifex arbitratu ſuo finem ſupernè, tanquam lucem quandam porrigat. Vnde etiam naturæ actus perpeſſio potius eſt. Patitur enim prius, atque ita efficit: mouetur, atque ita demum motum affert.* In quibus omnibus Damaſcenus non aliam priorem motionem intelligit, niſi eam, qua naturales cauſæ recipiunt à Deo ſuam eſſentiam, & virtutem actiuam, & diuina voluntate diriguntur ad finem, ipſis ignotum, & cum Deo prius, & magis operante, cooperantur. Vnde cap. 9. in med. *inſtrumentalem* cauſam interpretatur *adiuuantem*. Quibus conſequentia notat ſub finem eiuſdem capitis 9.

Damaſcenus.

3. Confirmatur ſecundò, quoniam vt S. Thomas ait 1.2 q. 21. art. 4. ad 2. *Homo ſic mouetur à Deo vt inſtrumentum quod tamen non excludit quin moueat ſe ipſum per liberum arbitrium. Et ideo per ſuum actum meretur, vel demeretur apud Deum.* Quod autem hæc ratio inſtrumenti, quæ relinquitur in libero arbitrio ſit multò magis impropria, quàm in cauſis naturalibus, ſatis indicauerat in eadem 1.2. q. 1. artic. 2. ad finem corporis, dicens: *Tota irrationalis natura comparatur ad Deum ſicut inſtrumentum ad agens principale. Et ideo proprium eſt naturæ rationalis, vt tendat in finem, quaſi agens vel ducens ad finem: natura verò irrationalis quaſi ab alio acta, vel ducta, &c.*

S. Thom.

4. Confirmatur tertiò, nam peculiarem rationem inſtrumenti ſe ipſum mouentis, licet primario moueatur à Deo notauit Anſelmus lib. de concordia prædeſtinat. & grat. cum lib. arbit. cap. 3. inter med. & finem, dicens: *Voluntas inſtrumentum mouet omnia alia inſtrumenta, quibus ſponte vtimur, & quæ ſunt in nobis, vt manus, lingua, viſus, & quæ ſunt extra nos, vt ſtilus, & ſecuris, & facit omnes voluntarios motus. Ipſa verò ſe ſuis affectionibus mouet: vnde dici poteſt inſtrumentum ſe ipſum mouens. Dico, voluntatem inſtrumentum omnes voluntarios motus facere, ſi diligenter conſideramus; ſed ille verius dicitur facere omne, quod facit natura, aut voluntas qui facit naturam & inſtrumentum volendi cum affectionibus ſuis: ſine quibus idem inſtrumentum nihil facit.*

Anſelmus.

5. Confirmatur quartò, nam & D. Thomas 3. contra Gent. cap. 112. ſub init. inde probat ſolis rationalibus creaturis propter ſe ipſas prouidere Deum. *Quod enim ab altero tantum agitur, rationem inſtrumenti habet: quod verò per ſe agit, habet rationem principalis agentis.* Hoc autem diſcrimen ſtatim applicat ad irrationales, & rationales creaturas:

6. Confirmatur quintò, nam & Ariſtoteles lib. 1. Politic. cap. 3. poſt med. agnouit, libertatem eſſe perfectionem propriam principalis agẽtis: idcóq; ſeruitutem reducit ad rationem inſtrumẽti. Vnde ſeruos appellat actiua inſtrumenta, quæ dicit ſpecie differre ab inſtrumentis factiuis. Nec dubium, quin ea differentia conſiſtat in eo, quod factiua inſtrumenta nihil libertatis participant; ideóque propriè ſunt inſtrumenta. Sed actiua inſtrumenta, videlicet ſerui, quantum de libertate participant, tantùm à propria inſtrumenti ratione conſcendunt ad rationẽ principalis agẽtis.

Ex eodem principio ſumitur probatio ſecunda, cuiuſuis, licet generalis ſit omnibus actionibus, clarior tamen in turpibus cernitur. Quoniã motus magis attribuitur mouenti, quam mobili, & magis attribuitur principali cauſæ, quam illi, quod propriè inſtrumentum eſt. Vnde homicidium non tribuitur lapidi, ſed proiicienti: vt S. Thomas obiecit in 1. p. q. 105. art. 4. argum. 3. & in ſolutione conceſſit, reſpondens: *Si voluntas ita moueretur ab alio, quod ex ſe nullatenus moueretur, opera voluntatis non imputarentur ad meritum, vel demeritum. Sed quia per hoc quod moueatur ab alio, non excluditur quin moueatur ex ſe, ideo non tollitur ratio meriti.* Inde colliguntur duo: primum eſt, in actionibus honeſtis voluntatem nõ eſſe propriè inſtrumentum Dei, ſed eſſe cauſam principalem, vt illi tribuantur ad meritum, tanquam mouenti ſe ad illas. Secundum eſt voluntatem creatam magis diſtare à propria ratione inſtrumenti Dei, quando concipit materialem actionem peccati; quoniam illius determinatio non tribuitur Deo. tanquam mouenti etiam illo modo, quo tribuuntur Deo quælibet actiones honeſtæ: vt dicemus ſect. ſequenti. 7.

S. Thom.

Determinatio ad peccatum non eſt Deo mouētē.

Probatur tertiò, quoniam cauſa quælibet vitalis peculiari quadã ratione ſupra cæteras cauſas non vitales aſſurgit ad rationem principalis cauſæ, receditque ab inſtrumento propriè dicto; quoniam actio vitalis habet magis intrinſecam dependentiam à principio vitali, tanquã ſibi proprio & proportionato, quod ſolùm denominatur propriè à tali operatione. Confirmatur primò, quia per actiones intellectus & voluntatis creatæ, Deus nõ denominatur intelligẽs, nec volens, imo licet per impoſſibile vel impoſſibile ſolus Deus produceret intellectionem, vel amorẽ abſque concurſu vitalis principij, adhuc nõ diceretur intelligens, nec volens. Quod eſt indicium illius quidditatiui reſpectus, quo vitales operationes exigunt, principalem ſui cauſam eſſe vitalem, & principium ſibi coniunctum. Confirmatur ſecundò nam ab actione magis denominatur agens, quod eſt magis & principaliter agens quã quod minus agit, ac minus principaliter, quale eſt, quod inſtrumentaliter agit. Quapropter non denominaretur intelligens homo, ſed Deus: ſi homo non eſſet agens principale, ſed ſolus Deus. 8.

Confirmatio prima.

Secunda.

Probatur quartò, nam ad rationẽ inſtrumenti magis accedit voluntas, prout concurrit ad ſupernaturales actiones, ad illas quippe requirit magis ſpecialem motionem & virtutem Dei: & tamen ad illas non eſt propriè inſtrumentum Dei: vt oſtendemus alibi. Ergo multò magis voluntas recedit à propria ratione inſtrumenti, prout ſe ipſam mouet ad actiones, minimè ſuperiores viribus naturæ. 9.

Voluntas ad ſupernaturales actus non eſt propriè inſtrumentum Dei.

Rectè igitur Guiller. Pariſ. in p. 1. verſus finẽ in tract. de merit. col. penult. ait: *Opera noſtra ſunt etiã opera Dei, quia ipſe operatur in nobis, & etiam per nos, non quidem tanquam per organa tantùm, & inſtrumẽta: ſunt enim nec ad laudem, nec ad vituperium, nec ad culpam, nec ad meritũ imputãda eſſent nobis opera bona ſicut cithara, vel tibia. &c.* Plures alios ex antiquioribus Scholaſticis referemus, 10.

Guillermus.

quando

quando peculiariter egerimus de ſupernaturalibus operationibus. Et huius ætatis authores ſupradictam perfectionem principalis cauſæ, cui minus propriè conueniat inſtrumenti ratio, tribuunt libero arbitrio: vt Driedo de Captiu. & & redempt. generis humani tract. 6, cap. 2. part. 2. prope med. Et libro de Concordia liber. arb. &c. cap. 3. longè poſt init. §. *Reſpondeo veriſſimum:* fol. 50. Ruardus Taper art. 7. contra Lutherum inter princ. & med. propoſ. 10. ad finem pag. 314. & ſequēti, & clariùs noſtri Doctores, vt Bellarm. lib. 4. de Grat. & lib. arbit. cap. 15. ad primum, Suarez tract. de auxil. lib. 1. cap. 6. num. 20. à quo non diſſentit lib. 3. cap. 15. num. 19. & 20. Quin etiam idem ex profeſſo defendunt nonnulli ex authoribus phyſicæ prædeterminationis.

SECTIO III.

De materiali actione peccati, quatenus longius recedit ab inſtrumento primæ cauſæ.

1. *Aſſertio.* EX fundamentis in 1. & 2. ſectione poſitis, deducitur præſens concluſio. Si materiales actiones peccatorum conſiderentur ſecundum ſpecificam differentiam, per quam ſunt realiter, & quidditatiuè contrariæ Dei mandatis, & amori: voluntas creata, prout concurrit ad illas, recedit à propria ratione inſtrumenti primæ cauſæ multò longiùs, quàm vt cōcurrit ad cæteras omnes actiones, aut formalitates actionum. Vnde in eadē formalitate multò veriùs & propriùs, quàm in cæteris creata voluntas ſibi vendicat turpiſſimam authoritatem principalis cauſæ, quam dignitatem Dei bonitas omnino detrectat. Hanc concluſionem expediet ex profeſſo probare propter hæreticos, qui, Deum eſſe cauſam prauarum actionum, colligere tentant ex eo, quod voluntas noſtra ſit inſtrumentum Dei.

2. Ideo probatur primò, quoniam quilibet effectus ſecundum eam rationem, ſecundum quam procedit ab inſtrumento, prout eſt inſtrumētum, multò magis & principalius cauſatur à cauſa principali. Sed materiales peccatorum actiones ſecundum ſpecificam differentiam, per quā ſunt quidditatiuè contrariæ Dei mandatis & amori, non cauſantur à Deo, tāquam à cauſa principali: vt probatum eſt diſp. 27. & tribus ſequentibus. Ergo ſecundum eandem rationem illæ actiones procedunt à voluntate creata non tanquā ab inſtrumento Dei, ſed tanquam à cauſa principali.

3. *Cauſa principalis officiū per meram permiſſionē non exercetur.* Probatur ſecundò, quoniam cauſæ principalis officium erga inſtrumentum non poteſt exerceri per meram permiſſionem; requirit enim præcipuam & poſitiuam cauſalitatem: ſed in ordine ad materialem actionem peccati, Deus meram permiſſionem exhibet: vt oſtendimus ſupra diſp. 31. & 32. Ergo in ordine ad tales operationes Deus non exercet officium principalis cauſæ per voluntatem creatam, vt per inſtrumentū, operantis.

4. Probatur tertiò, quoniam inſtrumentū quidquid operatur ſub ea ratione, qua inſtrumentum eſt, operatur ſecundum intētionem, voluntatem, & ordinationem artificis. Sed voluntas creata, in quantum realiter vult diuina præcepta violare, non operatur ſecundum voluntatem, intentionem, & ordinationem Dei: vt oſtendimus ſupra diſp. 33. & 35. Ergo voluntas creata, in quantum realiter vult diuina violare præcepta, nō operatur, vt inſtrumentum Dei. *Probatio quarta.* Probatur quartò, quoniam à principali cauſa, & non ab inſtrumento initium operationis ſumitur. Sed prædictæ operationis initium non à Deo, ſed à voluntate creata deſumitur. Ergo Deus non eſt illius cauſa principalis, nec voluntas eſt inſtrumentum Dei, prout elicit materialem actionem peccati. Minorem oſtendimus tota diſp. 36.

Probatur quintò, quoniam inſtrumētum mouetur, applicatur, impellitur, excitatur, agitur ad operationem. Et principalis cauſa facit, vt inſtrumentum operetur: quæ omnia cōparatione materialis actionis peccati præſtare Deus nō poteſt: vt oſtendimus diſput. 36. ſect. 5. & ſequentibus. 5. Confirmatur, quoniam talium actionum comparatione, homines ſunt inſtrumenta Dæmonis, potiùs quam Dei: de quo vide dicta diſp. 36. ſect. 6. *Homines inſtrumenta Dæmonis.* præſertim quod ex Marco Eremita retulimus ad finem illius. In his omnibus probationibus obſeruandum eſt, eas eſſe proprias actionum turpium. Nam ad bonas actiones, quantum erat ex his capitibus, præciſè conſideratis, voluntas creata poterat habere rationem inſtrumenti Dei. Quod diſcrimen etiam Patres agnouiſſe, conſtabit ex probatione ſequenti.

Probatur ſextò, diligenter obſeruando variationem in modo loquendi antiquorum Patrum. 6. Nam agentes de bonis operibus, nunquam aſſerunt, Deum de illis, aut ex illis facere, aut colligere bonum; ſed potius aſſerunt per iuſtos homines aut Angelos, & per eorum opera Deum facere bona. Quem modum loquendi adhibito ſtudio permutant, quando gradum faciunt ad dæmones, aut homines malos, aut eorum opera, dicentes, Deum ex illis, aut de illis colligere bona. Quod diſcrimen ſcitè obſeruauit Durandus in 1. diſt. 47. quæſt. 2. quamuis ex illo malè intulerit, Deum non concurrere efficienter ad actionem materialem peccati.

Sic Auguſt. in Enchirid. cap. 11. *Nec Deus*, inquit, *vllo modo fineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotēs, & bonus, vt bene faceret, etiam de malo. De bono naturæ vitiatum ipſe Deus bene facit reformando, aut puniendo vitiatum.* 7. *Sic habet.* & cap. 107. *Vtrumlibet*, inquit, *horum elegiſſet homo, Dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certè de illo. Proinde quia ſuam maluit facere, quam Dei, de illo facta eſt voluntas Dei.* Vnde conſtat, quando homo eligit bonum, tunc non ſolùm à Deo, ſed etiam ab homine, tanquam inſtrumento cooperante, fieri voluntatem Dei: at verò quando malum eligit fieri voluntatem Dei non ab homine tanquam inſtrumento, ſed fieri à ſolo Deo: hominem autem eſſe materiā, de qua fit voluntas Dei.

8. Vnde & toto tract. 72. in Ioannem frequenter aſſerit, Ieſum Chriſtum per homines credentes facere opera pietatis, videlicet, credēdi, ſperandi, diligendi, &c. Et de agone Chriſtiano cap. 7. prope init. ait: *Alij obediunt, tanquam filij, & faciunt cum diuina prouidentia, quod bonum eſt, alij verò ligantur tanquam ſerui, & fit de illis quod iuſtum eſt.* Hæc Auguſtini teſtimonia ponderauimus etiā ſupra diſp. 44. ſect. 6. fine, probātes diuinā voluntatem nō expleri per materiales actiones peccatorū: nunc autē ad probandū, eas actiones à ratione inſtrumenti recedere magis quā actiones honeſtas.

9. *Bernardus.* Eundem modum loquendi Bernardus imitatur in tractatu de grat. & lib. arbit. inter med. & finem dicens: *Quibus, vel de quibus profit.* Et ex ſequenti contextu conſtat, illud, *de quibus*, dictum eſſe propter malas impiorum voluntates, de quibus

quibus Deus colligit bonum prædeſtinatorum. Et in nouo quodam ſermone 2. in cæna Domini ſub init. Bernardus, aut quilibet eius author ait: *Omnia dedit ei Pater in manus bona, & mala, mala in vſum, bona in effectum. De malo proditionis Iudæ fecit bonum redemptionis noſtræ.*

10. Ex talibus Auguſtini teſtimoniis rectè Magiſter, & omnes ſcholaſtici primò diſt. 47. colligunt, voluntatem Dei ſemper impleri ab homine, vel de homine, modo explicato. Idem tradit Albertus 1. p. q. 80. memb. 2. art. 4. part. 1. Alexander 1. p. q. 40. memb. 4. initio.

SECTIO IV.

De propria ratione inſtrumenti peccatis extrinſecus addita per Dei prouidentiam.

1. PRopriam inſtrumenti rationem Deus ſuperaddit materialibus peccatorum actionibus, & dæmonibus, aut hominibus impiis, faciens illos, licet inuitos, diuinæ prouidentiæ miniſtrare. Pro cuius maiori explicatione recolendum eſt ex diſp. 44. ſect. 2. in actione materiali peccati poſſe præſcindi reales quaſdam formalitates, quę nullam in ſuo conceptu claudunt oppoſitionem contra legem Dei: & illas per ſe cauſari à Deo, tanquam impellente & inclinante ad illas. In his igitur, ſi conſiderentur præcisè ſecundùm ſe, non reperitur inſtrumenti ratio magis propriè, quam in actionibus moraliter honeſtis: vt oſtendimus ſupra ſect. 2. Si verò conſiderentur, prout diriguntur à Deo ad fines bonos à Deo intentos, ſub hac formalitate præciſa ſubeunt inſtrumenti rationem valdè propriam, cæterùm ſibi rectè conſentientē, & minimè ſibi repugnantem.

In materiali actione peccati formalitates non claudentes legi Dei oppoſitionem.

2. Sed quoniam ipſa quoque realis oppoſitio & repugnantia cōtra legem Dei & charitatem, imò & formalis etiam ratio malitiæ per Dei omnipotentiā retorquentur ad optimos fines, vt oſtendimus ſupra diſp. 18. ſect. 2. & 3. & diſp. 44. ſect. 6. & 7. in hac extrinſeca directione Dei conſiſtit propriiſſima quædam inſtrumēti ratio, quam inuiti patiuntur à Deo dæmones & homines praui. Itaque non in concurſu Dei ad realem tranſgreſſionem legis, ſed in extrinſeca illius ordinatione collocatur hæc propria ratio inſtrumenti. Ad quam etiam pertinet omnes circumſtantias præſcribere nocituris, ne poſſint alio tempore, loco, plus, diutius intentius, aduerſus alias perſonas, alióve nocumenti genere inſanire, quam intra limites, diuina prouidentia præſcriptos, prædicta diſp. 44. ſect. 3, & 4.

Realis oppoſitio legi Dei, & formalis malitia retorquetur ad optimos fines.

3. Reſtat igitur probandum ſolummodò, quod proprium eſt huius ſectionis, videlicet inſtrumenti ratio fundata in prædicto genere prouidentiæ. Et imprimis impios atque tyrannos eſſe inſtrumenta, quibus Deus regiones deuaſtat propter earum ſcelera, conſtat Iſaiæ 7. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in his, qui trans flumen ſunt, in Rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam.* Sed generaliter puniendi & flagellandi ſignificatur inſtrumentum cap. 10. *Væ Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt.* & longè inferius: *Suſcitabit ſuper eum Dominus flagellum, & virgam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in via Ægypti.*

Impij, & tyranni Dei inſtrumenta.

Iſaiæ 7.

Iſaiæ 10.

4. Rurſus eam inſtrumenti proprietatem ſeruari, vt nihil ad puniendum, & flagellandum operetur, niſi ex Dei motione atque imperio, cōſtat ex illis verbis eiuſdem capitis: *Contra gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi.* Quid verò ſignificet iſtud mandatum expoſuimus iam diſp. 44. ſect. 3. Et longè inferius: *Adhuc enim paululum, modicumque, & conſummabitur indignatio mea, &c.*

Deinde tales impios quātum ad fructus, quos Deus ex eorum facinoribus colligit eſſe mera inſtrumenta, quæ nihil ex proprio conferant ad bonum; ſed potius, quantum ex ſe eſt, bono repugnent, & à ſola prouidentia Dei extrinſecè recipiant ordinationem ad bonum, cui licet inuiti ſubſeruiant, oſtenditur ſequentibus verbis: *Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum.* Propterea, nullam prorſus eſſe gloriam talis inſtrumenti meri, ſed totam gloriam eſſe ſolius Dei, colligit Iſaias per multos verſus eiuſdem capitis & ait: *Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt.* 5.

Denique robur animi, diuitias, conſilia, rerum euentus, & cæteras circumſtantias, ad victoriam & imperium requiſitas, à ſolo Deo tribui, proptereaque illa omnia eſſe velut inſtrumenti motionem ad fines diuinæ prouidentiæ, notatur ab illis verbis: *Dicet enim: Nunquid non principes mei ſimul reges ſunt?* vſque ad illa: *In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, &c.* 6.

Ad hæc omnia confirmanda valdè conferunt omnia ferè ſanctorum Patrum commentaria in c. 10. Iſaiæ. Præſertim verò legenda ſunt, quæ ad illa verba: *Væ Aſſur*, ſcribit Cyrillus Alex. libro 1. in Iſai. nobis ſat erit referre quod notat in illa verba: *Nunquid gloriabitur, &c. Exiſtimáſne, tua vi hoc perfunctum eſſe te, vt caperes vrbes; cùm tanquam inſtrumentum a manu, nimirum, diuina, quæ hæc facit, adhibitus fueris? Non proinde tua gloria, ſed Dei potius, qui tua crudelitate tanquam ſecuri quapiam, ſeu virga, ſeu ligno aduerſus eos, qui ipſum offenderant, vſus eſt.* 7. *Cyrillus.*

Hieronymus in eundem locum ait: *Sic & tu, cùm organum fueris voluntatis Dei, erigeris in ſuperbiam.* Organum autem idem eſt quod inſtrumentum. Gloſſa ibidem: *Sicut hæc inanimata tantùm ſunt inſtrumenta, nihil facientia per ſe, ſed per eum, qui mouet ea: Sic neque Sennacherib per ſe, ſed per Dei virtutem operatus eſt.* S. Thom. ibid. ait: *Serra dicitur, quia eſt ſicut inſtrumentum, quod non poteſt operari, niſi motu artificis.* Quam eandem ſimilitudinem magis explicat opus 20. de regim. princ. lib. 3. c. 8. 8. *S. Thom.*

Baſilius in eundem locum ait: *Sicut ſerra, niſi aliquis eam trahat ad eius vſum, qui ſolerti artificio ligna conſcindit, ipſa quidquam ſecare non poteſt: ſic ego te mihi aſciui ad plectendum populum hunc peccatorem in ſecuri & ſerra; conſurus tua immani crudelitate.* Et multò ſuperiùs dixerat: *Virga eritis furoris mei: inſtrumentum ſiquidem pœnæ inflictiuum non propria virtute irrogat pœnam, ſed operatoria virtute ſe mouentis.* Omnia ſunt verba Baſilij, reſecatis aliis, quæ horum ſenſum nihil poterant immutare. 9.

Nec prætermiſit Baſilius indicare quam ſit natiuæ malorum operum inclinationi ac efficacitati contrarium emolumentū, quod Deus elicit ex illis. Quē propterea non vſum, ſed abuſū 10.

Digitized by Google

appellat quoniam opera mala contra propriam
vim, & propenſionem retorquentur ad bonum.
Iſaiæ 13. Ideo Iſaiæ cap. 13. illa verba: *Dominus Sabaoth*
mandauit genti bellicoſa, ſic exponit: *Dæmones è*
Baſilius. *longinquo adſciti, adducuntur ad expetendam de*
peccatis noſtris vltionem benignitate Dei erga nos
abutente eorum immanitate ad animarum noſtra-
rum medelam, exemplo cuiuſdam medicæ artis periti,
dum is veneno è vipera ſumpto, abutitur ſcitè ad ſub-
leuandam, & medicandam ægrotantium imbecillita-
tem. Quibus ſimilia ſunt, quæ retulimus ſuprà
diſp. 44. ſect. 7. ſub initium.

11\. Vt prædictam inſtrumenti denominationem,
extrinſecus adiectam prauæ voluntati ſignifi-
caret Auguſtinus, nonnunquam adiungit præ-
poſitionem inſtrumentalem, quam ſectione 3.
numero 6. & ſequentibus vidimus, alioqui bo-
Auguſtinus. nis tantùm operibus reſeruari. Quemadmodum
in Enchirid. cap. 100. *Per eandem*, inquit, *crea-*
tura voluntatem, qua factum eſt, quod Creator no-
luit, impleret ipſe quod voluit, benè vtens malis, &c.
Quamuis redeat ſtatim ad aliam ſibi magis fami-
liarem loquendi formulam, dicto numero 6.
ponderatam, cum ait: *Hoc quippe ipſo, quod con-*
tra voluntatem Dei fecerunt, de ipſis facta eſt vo-
luntas eius. Et iterùm: *Niſi omnipotens etiam de*
malo facere poſſet bene.

12\. Redit tamen in ſequenti capite 101. ad in-
ſtrumentalem præpoſitionem, & ait; *Deus quaſ-*
dam voluntates ſuas vtique bonas imples per malo-
rum hominum voluntates malas. Sicut per Iudæos
maleuolos, & quæ ſequuntur vſque ad finem il-
lius capitis. Sic etiam libro 3. de Trinitate, cap.
4\. *Vtitur*, inquit, *omnibus ad incommutabile arbi-*
trium ſententia ſua, ſiue rationalibus, ſiue irratio-
nalibus ſpiritibus, ſiue per eius gratiam, ſiue malis
per propriam voluntatem.

13\. Idem Auguſtinus in Pſalm. 73. ad illa ver-
Pſalm. 73. ba: *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognouerunt,*
ait: *Quid non cognouerunt? Quia non haberes in me*
Ioan 19. *poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper. Non cogno-*
uerunt, quia non ipſis honor delatus eſt, vt affllige-
rent, vt caperent, vel euerterent ciuitatem: ſed im-
pietas eorum tanquam ſecuris Dei facta eſt, facti
ſunt inſtrumentum irati, non regnum placati. Vi-
des itaque rationem inſtrumenti in eo poſitam,
quod à Deo poteſtatem accipiant. Dei verò in-
tentionem ſtatim explicat, dicens: *Facit hoc enim*
Deus, quod plerumque facit & homo. Aliquando
iratus homo apprehendit virgam iacentem in me-
dio, fortaſſe qualecumque ſarmentum, cædit inde
filium ſuum, ac deinde proiicit ſarmentum in ignem,
& filio ſeruat hæreditatem, &c.

14\. Inde Bernardus accepiſſe videtur quod in
Bernard. tractatu de libero arbitrio column. penult. *Vti-*
tur, inquit, *creatura rationali, ſed maleuola, qua-*
ſi diſciplinæ virga, quam correcto filio, in ignem
proiicit.

15\. Tertullianus tandem in libro de fuga in per-
ſecutione prope initium ait: *Scire debemus, qua-*
tenus neque perſecutio eſt ſine iniquitate diaboli, ne-
que probatio fidei ſine perſecutione propter proba-
tionem fidei neceſſariam iniquitatem, non patroci-
nium præſtare perſecutioni, ſed miniſterium. Præce-
dere enim Dei voluntatem circa fidei probationem,
quæ eſt ratio perſecutionis; ſequi autem diaboli ini-
quitatem ad inſtrumentum perſecutionis, quæ ratio
eſt probationis. Nota primò inſtrumentum &
miniſterium præſtari à dæmone, dum perſequi-
tur, ſecundo Dei voluntatem præcedere, non
circa perſecutionẽ, ſed circa fidei probationem,
quæ eſt ratio perſecutionis permittendæ. Tertiò
non ſolùm inſtrumentum, ſed etiam materiam
appellat idem Tertullianus, dum ſubiungit: *In*
quantum iuſtitiæ iniquitas æmula eſt, in tantùm ma-
teria eſt, ad teſtimonia eius, cuius eſt æmula. Eſt enim
materia patientiæ, & firmioris teſtimonij de fide
per martyrium.

SECTIO V.

Per officium inſtrumenti nec phyſica prædeter-minatio, nec prauium additamentum imponitur voluntati creatæ.

PErtuenimus iam ad primarium intentum diſ- 1.
putationis præſentis, de quo ſtatuimus con- Aſſertio 1.
cluſiones duas. Prima concluſio. Ex quiddita-
tiua ratione inſtrumenti non poteſt colligi ad-
ditamentum aliquod præuium, à prima cauſa
communicãdum, prærequiri ad volitiones libe-
ras, & multò minus, ſi fuerint turpes. Probatur Probatio.
primò, quia vbi non reperitur propria inſtru-
menti ratio, nihil poteſt ea illa probari: at pro-
pria inſtrumenti ratio, etiam naturalibus cauſis
non conuenit, ſupra ſectione 1. & multò minus
liberis cauſis, ſupra ſectione 2. ſed minimè, ac
remotiſſimè in ordine ad actiones turpes, ſupra
ſectione 3.

Confirmatur primò, quoniam inſtrumentum 2.
generaliter & impropriè dictum, non requirit Præuia motio
aliam motionem præuiam, præter illam, qua ge- ab inſtrumẽ-
neratur vel alteratur, vel loco mouetur à prin- to requiſita.
cipali cauſa; vt per generationem accipiat prin-
cipale principium agendi, quod eſt ſubſtantialis
forma, vel per alterationem accipiat accidenta-
lem virtutem actiuam; vel per localem motum
approximetur paſſo: vt manifeſtè conſtat ex
Ariſtotele 8. Phyſic. text. 37. & D. Thoma ibi-
dem lect. 9. circa medium, cuius aliqua verba
retulimus ſect. 1. pro concluſione 1. Nunc ſo-
lummodò reſtat addere, ab illo textu, vſque ad
finem libri 8. perpetuam ratiocinationem eò
tantummodò dirigi, vt omne illud, quo mouens
mouet, debeat à mouente principali prius gene-
rari, vel alterari, vel loco moueri: quapropter ibi
quodlibet intermedium mouens ſubit inſtru-
menti rationem. Cùm igitur cauſæ ſecundæ tam
ſubſtantialem formam, quàm accidentales vir-
tutes agendi, & localem approximationem acci-
piant à prima cauſa: conſequens eſt nullo alio
additamento præuio indigere, vt generalem il-
lam, & impropriam inſtrumenti rationem exer-
ceant in ordine ad primam cauſam.

Confirmatur ſecundò, nam & D. Tho. 2. contra 3.
Gent. c. 21. ratione 4. ex eo præcisè, quod à Deo
cauſata ſit quælibet cauſa ſecũda, colligit, eã age-
re, vt inſtrumentũ Dei, quoniã eo ipſo eſt mouẽs
motum. Itaq; motionem, qua cauſatur ſecunda
cauſa, D. Thom. exiſtimat ſatis eſſe, vt ſit mouens
motum, & ea ratione inſtrumentum Dei.

Probatur ſecundò, quoniam licet voluntas in 4.
ordine ad actiones liberas foret propriiſſimè in- Nullum in-
ſtrumentum cauſæ primæ: non indigeret præuio ſtrumentum
additamento; ſiquidẽ nullum inſtrumentum in- præuio addi-
diget eiuſmodi additamento, vt conſtabit per ali- tamento in-
qua diſcurrendo. Nam ſemen oleris, aut arboris diget.
iam exciſæ, atque combuſtæ, quando multò poſt
tempore generat olus, aut arborem eiuſdem
ſpeciei, agit vt inſtrumentum illius viuentis, à
quo

quo deciſum eſt: & tamen ab illo tunc nullam poteſt motionem actualem & præuiam recipere, ſed tantùm ab illo recepit formam ſubſtantialem & accidentalem, quam conſeruat. Idem intellige de quolibet ouo, poſtquam interiit auis, aut ſerpens, aut piſcis, qui peperit.

5. *S.Thomas.* Rurſus *calor naturalis, in quantum eſt inſtrumentum animæ, agit ad generationem carnis*, vt S.Thomas ait 1.p.q.115.art.1. fine & de potentia q.3. art.4. corpore. Deſumpſit antem ex Ariſtotele lib.2. de anima cap.4.tex.41. vbi Auerroes, & S.Thomas lect.8. & tamen calor naturalis non recipit præmotionem inhærentem ſibi, & realiter ſuperadditam ab anima. Tertiò, aërem calefacere & ignire inſtrumentaliter, in quantum agit virtute ignis, notat D.Thomas 1.p.q.45.art.5. corp.prope med. & aqua calida, ferrúmque candens calefaciunt, vt inſtrumentum ignis (quod ipſi etiam authores contrariæ ſententiæ fatentur) & tamen nullam præmotionem, realiter inhærentem, recipiunt, præter calefactionem.

6. *Sacramenta propriè Inſtrumenta Dei.* Quartò. Sacramenta ſunt propriè inſtrumenta Dei ad conferendam gratiam; & tamen nihil accipiunt, ſibi realiter inhærens: vt oſtendimus diſp. 46.ſect.2.probar. 6, num.15. & ſequentibus. Quintò confirmatur, quoniam artis etiam inſtrumenta, prout localiter mouentur præciſè, non ſunt inſtrumenta, ſed prout aliam extrinſecam motionem recipiunt, vt oſtendimus eadem diſp.46.ſect.2.num.12.& ſect.4.num.17. & diſput.47.ſect.3.num.3.

7. Secunda concluſio. Ex ratione inſtrumenti, quam ſecundæ cauſæ participant, non colligitur, primæ cauſæ concurſum eſſe determinatum ad particulares effectus; ſed potius colligitur, indifferentem procedere à prima cauſa: ſed à ſecūdis cauſis determinari ad particulares effectus. Huius cōcluſionis primaria probatio ſatis cōſtat ex dictis in hac diſp.ſect.1.& 2.diſp.75.ſect.4.& 5. quoniam quælibet cauſa principalis intendit ſecundum ſuam formam aſſimilare ſibi effectum, ac proinde illum determinare ad talem ſpecialem ſimilitudinem. Generalitas verò diuini concurſus ſolummodò determinat ſuum proprium effectum, quod eſt eſſe. *Quæuis cauſa intendit aſſimilare ſibi effectum.*

8. Inde collige, inſtrumentum generaliter, & impropriè dictum, non indigere determinante cōcurſu principalis cauſæ. Hunc tamen requirit inſtrumentum propriè dictum. Quapropter cum peccatorum actiones propriam inſtrumenti rationem extrinſecam ſibi recipiant, in quantum ordinantur ad bonum ſupra ſect.4. quantum ad hoc determinatum omnino recipiunt influxum Dei, ne ſeruiant ad aliud bonum, nec aliter; nec poſſunt non ſeruire, ex ſuppoſitione, quod liberè ſint productæ.

9. *Principalis argumenti ſolutio prima.* Ex his conſtat ſolutio ad argumenta poſita in exordio ſectionis primæ. Ad principale argumentum reſpondeo primò, licet cauſæ ſecundæ ſint inſtrumenta Dei, quatenus eſſe tribuunt ſuis effectibus: nibilominus eo ipſo ſecundum quid tantum & non ſimpliciter ſunt inſtrumenta: vt vidimus ſect.2.ideóque nec præuio additamento indigent, neo determinato concurſu. *Secunda.* Reſpondetur ſecundò. Licet ſecundæ cauſæ forent propriè inſtrumenta, non indigerent additamento præuio, ſupra conc.1.probat.2.

10. Ad primam confirmationem reſpondetur primò, magnam eſſe diſſimilitudinem in eo, quod artis inſtrumenta ſunt propriè, & ſtrictè inſtrumenta: ſed cauſæ ſecundæ non ſunt propriè, & ſtrictè inſtrumenta: vt oſtendimus ſect.1. & ſequentibus. Secundò. Si totum illud, quod eſt inſtrumentum artis integrè, atque completè ſumatur; & illius præmotio conſideretur profundiùs, atque ſubtiliùs; nihil ei ſuperaddit, realiter inhærens, ſed ſolam extrinſecam ordinationem artis: vt oſtendimus diſp.46.ſect.2.num.12. & aliis in locis, quæ retuli num. 6.

Reſpond. tertiò. Licet vt plurimum corpora, quæ denominantur artis inſtrumenta, requirant inhærentem ſibi motionem; ea tamen eſt motio ſecundum locum. Quam, euidens eſt, non eſſe ſimpliciter neceſſariam, quoties cauſæ ſecundæ mouentur à prima, & applicantur ad operandum. Quartò denique nonnunquam artis inſtrumenta non mouentur localiter ab artifice, ſed tantùm localiter mouetur artis materia. Quemadmodum nonnunquam tabula ſecatur tracta per ſerram fixam, & immobilem: & mitigātur cibi, quos coquus admonet igni, ferrúmque emollitur, quod faber mittit in ignem, reducitúrque ad debitum temperamentum, quando mittitur in aquam. At fabro & coquo inſtrumētum eſſe ignem, adnotauit S.Thomas 3.p.q.19.art.1. corpore, & q.62.art.4. 11.

Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, negando Antecedens: conſtat enim ex præcedentibus concluſionibus, præuiam motionem in inſtrumento realiter receptam, nullo modo requiri, niſi motionis nomine intelligatur generatio, vel alteratio, per quas confertur actiua virtus ſubſtantialis, & accidentalis. Ad tertiam confirmationem reſpondetur, negando Antecedens, quin potius inſtrumentalis cauſa ſolet eſſe imperfectior, quàm effectus. Quemadmodum oua minus perfecta ſunt, quam aues, per illa generatæ. Similitérque arborum ſemina ſunt imperfectiora quam arbores, & potio eſt minus perfecta, quam ſanitas, ad quam cauſandam eſt inſtrumentum medicinæ. 12. *Inſtrumentum effectu imperfectius.*

Ad quartam confirmationem reſpondetur. Quantum ad producendas materiales actiones peccatorum, homines non eſſe inſtrumenta Dei, ſatis oſtendimus ſect.3. quamuis quantum ad fructum, quem Deus ex illis colligit, extrinſecè ſuperaddatur illis denominatio inſtrumentorum Dei, vt oſtendimus ſect.4. Quapropter inde nullum præuium additamentum, nulláve voluntatis prædeterminatio colligitur. 13.

Ad quintam confirmationem ſequela negatur. Quin potius Deo tribuenda eſt volitio quælibet libera, quantum ad illud omne, quod habet actionis, entitatis, & boni. Quoniam Deus illius eſt prima, præcipua, & maxima cauſa, quæ cauſis ſecundis confert non ſolùm ſubſtantiam, ſed etiam virtutem actiuam, & illius actuale exercitium, qua ratione bonum eſt. Cæterum voluntati creatæ libera volitio tribuitur, tanquam principali cauſæ ſecundæ, propereáque minus principaliter, quàm primæ. Excipe tamen actionem, prout realiter opponitur diuinæ legi & charitati: nam, vt in rerum natura talis oppoſitio producatur, primum determinans eſt voluntas creata, non Deus: ideóque non Deo, ſed creatæ tribuitur voluntati: vt diſp.27. multiſque ſequentibus monſtrauimus. 14.

DISPVTATIO XLIX.

De argumentis aliis ab indigentia determinationis & actualitatis.

SECTIO I.

Argumenta, quæ propria ſunt cauſæ liberæ.

1. PRimò repetere compellimur aliqua ex argumentis, quæ diſputatione 45. ſect. 5. circa prioritatem in cauſando diſſoluimus: eadem námqoe repetuntur à Doctoribus contrariæ ſententiæ, vt probent præuium additamentum voluntatis, ab electione libera realiter diſtiuctum.

Obiectio prima. Primum argumeutum aſſerunt eſſe D. Thomæ 1. p. q. 19. art. 3. ad 5. Ab eo, quod ſe habet ad vtrumlibet non ſeqoitur aliqua actio determinata; niſi ab aliquo alio moueatur, & ioclinetur ad vnum, vt dicit Commẽtator 2. Phyſic. text. 48. ab eo enim, quod eſt in potentia, & indifferens, in quantum huiuſmodi, non exit determinatus actus, quia non eſt maior ratio, quare exeat iſte actus, quàm oppoſitus; cùm talis potentia ſecundùm ſe ſit indifferens ad oppoſita: ſed cauſa libera & cootingens, ſe habet indifferenter ad oppoſita; ergo non exibit ab illa determinata operatio, niſi moueatur à primo agente, & determinetur ad vnam particularem operationem.

2. Reſpondetur ex D. Thoma 1. p. q. 29. art. 3. ad 5. colligi potiùs noſtram ſententiam: quoniam ſi ſolutionem rectè cum argumento conferas, hæc eſſe conſtabit illius mens. Dei voluntas propterea ſe ipſam determinare poteſt ſine alio exteriori determinaute; quia ipſa à ſe habet neceſſitatem circa primarium obiectum. Aliæ tamen voluntates debent ab exteriori principio recipere neceſſitatem ad primarium obiectum, quod creatæ voluntatis comparatione eſt bonum in commuoi. Et quautum ad hoc voluntas creata, quia ex ſe eſt contingens, oportet, quòd determinetur ab aliquo exteriori principio ad effectum, hoc eſt, ad volitionem io commuoi.

3. Quod autem prædicta vniuerſali determinatione ſuppoſita, ſe ipſam ad particulares volitiones determinet cauſa, quæ eſt ad vtrumlibet, tradidit Doctor idem Angelicus 1. contra Gentes

S. Thomas. cap. 82. ratione 4. dicens: *Ad vtrumlibet eſſe alicui virtuti poteſt conuenire dupliciter. Vno modo ex parte ſui; alio modo ex parte eius, ad quod dicitur. Ex parte quidem ſua, quando nondum conſequuta eſt ſuam perfectionem, per quam ad vnum determinetur. Vnde hoc in imperfectionem virtutis redundat, & oſtenditur eſſe potentialitas in ipſa: ſicut patet in intellectu dubitantis, qui nondum aſſecutus eſt principia, ex quibus ad alterum determinetur. Ex parte autem eius, ad quod dicitur, inuenitur aliqua virtus ad vtrumlibet eſſe, quando perfecta operatio virtutis à neutro dependet, ſed tantùm vtrumque eſſe poteſt: ſicut aliquis, qui diuerſis inſtrumẽtis vti poteſt æqualiter ad idem opus perficiendum. Hoc autem ad imperfectionem virtutis non pertinet, ſed magis ad eius eminentiam: in quantum vtrumlibet oppoſitorum excedit, & ob hoc determinatur ad neutrum, ſed ad vtrumlibet ſe habens.*

Et quamuis in vtroque loco citato D. Thomas ſpecialiter agat de libertate diuina: nihilominus doctrinam ex ſe vniuerſalẽ eſſe ad quamlibet cauſam liberam, ſiue creatam, ſiue increatam, manifeſtat exemplum de *aliquo, qui diuerſis inſtrumentis vti poteſt æqualiter, &c.* Sed manifeſtius & in particulari de creata voluntate loquitur alibi ſæpè dicens: *Voluntas, in quantum actu vult finem, reducit ſe de potentia in actum reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem, vt, ſcilicet, actu ea velit.* Ita loquitur 1. 2. q. 9. art. 3. ad 1. & ſimilia tradit in ſequenti art. 4. corpore, & 1. p. q. 82. art. 1. & de veritate q. 22. art. 5. & de malo q. 3. art. 3. in 5. argumento, & ſolutione, & q. 6. art. vnico corpore & in 2. diſt. 25. q. vnica artic. 1. corpore. Sed hæc & alia eiuſdem generis ex profeſſo ponderauimus tomo præcedenti de ſcientia diſp. 50. ſect. 1. Quinimò diſcrimen quod Ariſtoteles 9. metaph. cap. 5. text. 10. conſtituit inter cauſam liberam, & neceſſariam, eò quòd cauſa libera, poſitis omnibus ad operandum requiſitis, adhuc poſſit non operari, oſtendimus io eadem diſp. 50. ſect. 1. & 3. 4.

Ex his omnibus conſtat, voluntatem, vt operetur liberè non indigere determinatione Dei ad vnam particularem operatinnem; ſed indigere potius indifferenti concurſu per motionem ad vniuerſalem rationem boni. Reſpondetur ſecundò. Licet libera voluntas indigeret prædeterminatione Dei ad ſpecialem quamlibet volitionem: ea tamen determinatio præberi potuiſſet ſine præuio additamento. Quemadmodum prædeterminatio, præmotio, & applicatio ad generalem rationem boni præbetur ſine præuio additamento: & quemadmodum naturales cauſæ prædeterminantur abſque præuio additamento: vt oſtendimus tota diſp. 46. præſertim ſect. 5. 5. *Voluntas vt operetur liberè Dei determinatione non eget. Secunda ſolutio.*

Secundum argumeutum, quoniam creata vnluntas non poteſt eſſe prima radix, & prima cauſa ſuæ determinationis, & primum mouens ſe ipſam ad volitionem. Quæ omnia contrariæ ſententiæ Doctores, dicuut, creatæ voluntari conuenire, ſi non indiget præuia motione, realiter à volitione diſtincta, & phyſicè determinante: hac enim ſublata, colligunt, Deum non eſſe primum principium, primam cauſam, primómque motorem, vel eſſe duo prima principia, duáſque primas cauſas. 6.

Reſpondetur, neutrum ſequi, quoniam primi principij & primæ cauſæ proprium eſt primam motionem, primámque determinationem voluntatis præbere ad vniuerſale voluntatis obiectum, quod eſt bonum in communi. Cæterùm ad particularia bona determinare noo eſt primæ radicis & cauſæ, nec primi mouentis, ſed vltimi, & infimi mouentis, principij, radicis, & cauſæ: ſicut probatum eſt ſuprà diſp. 45. ſect. 5. & 6. & fuſiùs dicta diſp. 50. tomi præcedentis ſect. 2. Sed quoniam circa materiales peccatorum actiones, manifeſtior eſt veritas & authoritas iſtius fundamenti, videamus ſaltem quid de illo ſenſerint Anſelmus & D. Thomas. 7. *Prima cauſa motio propria.*

Anſelmus in Dialogo de caſu diaboli cap. 12. & cap. 13. ex profeſſo demonſtrat, nullam voluntatem creatam poſſe ad vllam volitionem mouere ſe ipſam, niſi ad primam volitionem moueatur à Deo, dante amorem beatitudinis in cõmuni, qualis amatur ab omnibus, ſiue probis, 8.

ſiue

ſiue improbis voluntatibus. Et poſtea in cap. 14. docat, per hanc voluntatem beatitudinis in generali dari poteſtatem volendi bona particularia, quæ diligendo peccamus. Ad quam rem notanda ſunt præſertim illa verba: *Addita iuſtitia ſic temperat voluntatem beatitudinis, vt reſecet voluntatis exceſſum, & excedendi non auferat poteſtatem; vt cùm per hoc, quod volet eſſe beatus, modum poſſit excedere, &c.*

9. S. Thomas 1. 2. q. 80. art. 1. ſic proponit argumentum tertium: *Ariſtoteles dicit* (lib. 7. moral. Eudemiorum cap. 18.) *quod oportet eſſe aliquod principium extrinſecum humani conſilij: conſilium autem humanum non ſolùm eſt de bonis, ſed etiam de malis. Ergo ſicut Deus mouet ad conſilium bonum, & per hoc directè eſt cauſa boni, ita diabolus mouet hominem ad conſilium malum, & per hoc ſequitur quod diabolus directè ſit cauſa peccati.* Perpende totam huius argumenti difficultatem proficiſci ex neceſſitate primi mouentis ad conſilium. Cui S. Thom. non concedit, primum mouens ad malum conſilium eſſe diabolum, neque eſſe Deum, neque eſſe voluntatem humanam; ſed adhibita diſtinctione ita partitur, vt Deus ſit vniuerſale principium cuiuſque humani cõſilij, & motus ſecundùm rationem communem motus & conſilij: ſed quod hæc vniuerſalis & indifferens Dei motio determinetur ad malum cõſilium, hoc directè prouenire non ex Deo, ſed ex voluntate humana, & ex diabolo per modum ſuggerentis. Verba S. Thomæ ſunt: *Ad tertium dicendum, quod Deus eſt vniuerſale principium omnis interioris motus humani: ſed quod determinetur ad malum conſilium voluntas humana, hoc directè quidem eſt ex voluntate humana, & à diabolo per modum perſuadentis, & appetibilia proponentis.*

S. Thom.

Expoſitio dicentium voluntatë primum determinans.

Hoc modo intelligendum eſt, quod aliqui doctores dicunt, voluntatem eſſe primam cauſam, ſeu primum determinans ad tales operationes, videlicet, non in quantum operationes ſunt, ſed in quantum tales ſunt, realiter & quidditatiuè contrariæ diuinæ legi. Sic Holchot in determinationibus q. 11. art. 4. ad 1. *Hoc eſt*, inquit, *ſpeciale in libero arbitrio conſtitutum, quod ſi homo vult aliquid, Deus coagit cum voluntate illam volitionem: ſic tamen quod prima cauſalitas huiuſmodi volitionis eſt voluntas.* Vnde *hæc propoſitio eſt vera: Voluntas vult, igitur Deus vult hanc volitionem eſſe, quia voluntas ſic vult, ſiue ſit bona, ſiue mala de lege communi.* Sic etiam Dionyſ. Ciſterc. 2. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 2. poſt conc. 5. *In malis*, inquit, *volitionibus anima eſt prior cauſalitate, quam Deus. Nam ideo Deus concurrit ad B. odium, quia voluntas elicit; & non ideo voluntas elicit, quia Deus præconcurrit, vel præcauſat, vel præuult. Oppoſitum autem eſt in bonis volitionibus.*

Ciſterienſis.

10. Tertium argumentum. Virtus, quæ reſpicit finem mouet & applicat cæteras potentias ad ſuas operationes; hac enim ratione voluntas mouet, & applicat alias potentias, quantum ad exercitium; quia reſpicit ipſum finem. Et idem contingit in charitate reſpectu aliarum virtutũ: quia enim charitas habet pro obiecto, Deum, vt eſt finis ſupernaturalis; ordinat & applicat actus aliarum virtutum, & coniungit eos cum tali fine. Sed virtus Dei reſpicit finem omnium cauſarum ſecundarum, & ipſius voluntatis. Ergo mouet & applicat voluntatem creatam ad ſuas operationes.

11. Reſpondetur. Virtus Dei, eo quod reſpiciat finem ſupremum omnium ſecundarum cauſarum, atq; voluntatis, mouet, & applicat voluntatem iuxta exigentiam finis, atq; motoris ſupremi, & iuxta naturam mouendæ voluntatis: ideóq; non mouet, aut applicat, vt odio proſequatur Deum etiam præſcindendo priuationẽ honeſtatis) quoniam ea motio vel applicatio directè pugnaret cum fine intento a Deo; videlicet, hominum ſalute, atque oſtenſione ſuæ ſapientiæ & bonitatis: vt demonſtratum eſt ſupra diſp. 35. ſect. 3. Deinde quando Deus mouet, & applicat voluntatem ad bonum, mouet & applicat ſicut vniuerſalis, & ſupremus motor ad vniuerſalem, atque ſupremum finem voluntatis, quod eſt bonum in communi, non determinando ad particularia bona: vt expreſsè docet S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 6. fine, & q. 109. art. 6. corpore. Tertiò quando Deus voluntatem mouet vt particulare bonum eligat; mouet abſque antecedẽte neceſſitate, relicta poteſtate diſſentiendi. His igitur legibus ſeruatis, motio & applicatio decet motorem omnium cauſarum, & finem ab eo intentum, & mouendam voluntatem.

12. Quartum argumentum celeberrimum apud authores contrariæ ſententiæ. Niſi Deus phyſicè prædeterminaret quaſlibet volitiones; ſequeretur, Deum expectare concurſum voluntatis noſtræ: Conſequens autem, exiſtimant, eſſe impoſſibile. Reſpondetur. Omiſſis actionibus ſupernaturalibus (de quibus nondum eſt facultas loquendi) quantum ad actiones moraliter honeſtas, concipiendas virtute generalis concurſus, Deus non ſimpliciter, ſed tantùm quodammodo expectat creatæ voluntatis cõcurſum, quia prior Deus indidit inclinationem ad bonum honeſtum, & ſignauit ſuper nos lumen vultus ſui, videlicet rationis iudicium, diſcernens bonum à malo: deinde per ſuum generalem concurſum, quantum ex ſe eſt, potius propendet & inclinat ad honeſtas operationes. Quodammodo autem expectat, quia voluntati nihilominus relinquit poteſtatem eligendi malum.

Reſpondetur.

Deus quodammodo expectat creatæ voluntatis concurſum.

13. Cæterùm quantum ad turpes operationes, valdè impropriè diceretur, Deum expectare, vt dęmonis volũtas eliciat materialem actionem odij Dei, quoniã, vt propriè dicatur expectare Deum, non ſufficit prioritas determinationis ex parte voluntatis creatæ, ſed requiritur eſſe talẽ actionem, quam Deus amet, atque deſideret, elici à creata voluntate. Actionem quippe, quam, quod ex ſe eſt, amat, atque deſiderat, caueri à creata voluntate, Deus non expectat.

Vt Deus expectet quid neceſſarium.

14. Sed obiiciunt. Si Deus ad materialem actionem peccati noſtrum expectaret concurſum, ſequeretur, in eadem actione noſtræ voluntati reſpondere aliquem effectum prius natura, quàm in eadem actione reluceat effectus Dei. Reſpondeo, negando conſequentiam, quoniam prioritas & poſterioritas inter concurſum Dei, & voluntatem creatam, non eſt ſecundùm aliquam quaſi dotationem naturæ; ſed ſolummodo ſecundùm dependentiam: vt explicatum eſt ſupra diſputatione 45. ſectione 5. præſertim concl. 3.

Prioritas, & poſterioritas ſecundum dependentiã ſolùm.

15. Quintum argumentum, quia ſi noſter concurſus non prærequirit prædeterminationẽ diuini concurſus, ſed potius illum determinat: ſequeretur, quod quamuis non poſſemus volitionem producere, niſi Deo concurrente; poſſemus tamen conari ad volitionem producendam, etiã ſi

denegetur diuinus concurſus., Conſequens autem eſt falſum, quia conatus ille aliquid eſt à voluntate procedens: ideóque niſi Deo concurrente, non poteſt à voluntate procedere. Sequela probatur, quia qnories vna cauſa cum alia concurrit, non determinata, neque applicara per illam, poteſt conari ad producendum effectum ſine ope alterius cauſæ. Veluti ſi ad mouendum ſaxum requiruntur vires duorum hominum: vnus abſque alterius adiutorio poteſt cooari ad illud mouendum, licet de facto non moueat.

16, Reſpondetur, negando ſequelam, & ad eius probationem reſpnnderur, antecedens abſolutè falſum eſſe. Nihilominus claritatis gratia diſtingue quoſdam exteriores effectus, qoos voluntas non producit immediatè, ſed prius producit volitionem, & motionem aliarum potentiarum: nam ad huiuſmodi effectus conari poteſt voluntas abſque adiutorin alicuius cauſæ, cuius concurſus requirirur ad exteriorem effectum, ſed non requiritur ad eliciendam volitionem & applicationem aliarum potentiarum Talis eſt motio ſaxi ſuperantis vires vnius hominis, & requirentis vires duorum hominum. Eſt enim effectus exterior, ad quem requiritur concurſus duorum hominum, qui tamen concurſus non requiritur, vt vnus hmo eliciat volitionem mouendi ſaxum, & mouere conetur, applicando manus & pectus, totáſque vires corporis, vt moueat, ſi potuerit.

17. At verò quælibet volitio, & quilibet conatus ad illam producendam non eſt effectus exterior, ſed interior, immediatè producendus à voluntate, requirénſque neceſſariò diuinum concurſum, ideóque nec velle, nec ad volitionem producendam conari poſſumus, diuino concurſu negato; præſertim, quoniam quilibet conatus voluntatis eſſentialiter eſt actio illius, & non eſt alia actio voluntatis noſtræ, niſi volitio. Vnde ſicut non poſſumus velle, niſi Deo concurrente, & mouente, nobis autem determinantibus ſpecialem volitionem: ita non poſſumus cooari, niſi Deo concurrente ad conatum, nobis autem determinantibus ſpecialem conatum,

Voluntatis conatus eſt actio illius.

18, Vnde conſtat, vaniſſimam eſſe obiectionem Bezæ in reſponſione ad acta colloquij Monpelgardenſis pag, 182. reprehendentis Catholicos, quoniam ſecundùm illos diuina prouidentia nnn ſe extendat, niſi ad mala ordinanda, & quaſi limitibus defiuiẽda, ita vt moliri poſſit Satan contra Eccleſiam, quidquid ei libuerit, quamuis non quidquid libuerit perficere queat. Apud Bellar. lib. 2. de amiſſione gratiæ cap, 16. col. 2.

19. Sextum argumentum, quia fieri non poteſt, etiam per potentiam abſolutam, vt Deus producat actionem vitalem creatam, niſi mediante potentia vitali, quia talis actio à ſolo Deo attingi nõ poteſt, aut produci, cum dicat intrinſecum ordinem ad potentiam vitalem. Ergo impoſſibile eſt, quod Dei operatio, ſeu concurſus influat cum cauſa vitali in operationẽ vitalem, niſi prius natura influat in ipſam cauſam vitalem, per quam debet produci eiuſmodi vitalis operatio.

20. Reſpondetur, admiſſo antecedenti (quod mihi ſemper viſum eſt probabilius, licet multis doctoribus videatur eſſe falſum) ex illo ſolúmodò poteſt deduci, eſſe impoſſibile quod Dei concurſus influat cum cauſa vitali in operationem vitalem; niſi prius natura influat in ipſam cauſam vitalẽ, producẽdo & conſeruando totam illius eſſentiã, & actiuitatem vitalem, ſed nihil amplius in cauſam influendo, ſed tantùm in eius actionem.

SECTIO II.

De dominio, & vſu Dei aliud argumentum.

QVamlibet volitionem, etiam illã, quam neceſſariò conſeqnitur malitia, phyſicè prædetermioari, contendunt, ita probare. Deus eſt 1.
verus Dominus omnium cauſarum ſecũdarum. *Obiectio.*
Ergo vtitur illis quando vult, & quomodo vult. Probatur conſequentia: nam dominium eſt facultas vtendi re: ergo ſi Deus habet dominium omnium cauſarum ſecundarum, vtitur illis, & applicat ad ſuas operationes.

Confirmant, quoniam, vt docet S. Thom. 1. 2. 2.
q. 16. art. 1. *Vſus alicuius rei nihil aliud eſt, quàm applicatio illius ad aliquam operationem. Vnde & operatio, ad quam applicamus rem aliquam dicitur vſus eius: ſicut equitare eſt vſus equi, & percutere eſt vſus baculi.* Propter quod dominium definitur, quod ſit propria cuiuſcumque facultas vtendi re to omnes vſus, lege permiſſos. Cùm ergo Deus habeat abſolutum & ſupremum dominium voluntatis creatæ, ſequitur quod vtatur illa, & conſequenter eam applicet ad proprias operationes.

S. Thom.

Multæ ſunt huius argumenti ſolutiones, quarum vnaquæq; ſola ſatisfacit, ſed omnes cooglobatæ firmius corroborant noſtram doctrinam. 3.
Prima ſolutio. Si verbnm *vtendi* ſumatur ſtrictè; diminuta eſt illa definitio dominij, quoniam dominium *eſt ius perfectè diſponendi* leg. *Si quis vi.* §. *Differentia.* num. 4. ff. de adquirenda poſſeſſione. At verò *diſponere*, plura complectitur, quàm *vti*, ſtrictè ſumptum: vt clariùs conſtat ex definitione dominij, quam tradere ſolent Summiſtæ: vt Angelus & Silueſter verbo *Dominium.* initio, nimirum, *Dominium eſt ius habendi, poſſidendi, fruendi, & vtendi, ac diſponendi de aliqua re pro libito voluntatis, vel ſecundùm aliquem modum, à quadam ſuperioritate vel authoritate diffinitum.* Cooſirmatur, nam pleriſq; conceditur vtendi facultas, qolbus non conceditur dominium plenum, & abſolutum; imò qui ſunt incapaces dominij, quales ſunt religioſi profeſſi paupertatem.

Obiectionis ſolutio prima.

Definitur dominium.

Paupertatem profeſſi incapaces dominij.

Deus igitur eo quod abſolutũ, & ſupremũ dominium habet, quãuis poſſet totaliter vti potẽtia voluntatis actiua: nihilominus eligens optimam guberuandi rationem, ſecuudariũ dominium & vſum tranſtulit in arbitrium noſtrum, reſeruando ſibi ſemper primarium, abſolutum, & independens dominium, à quo noſtrum dominium, & vſus depeoderet ſemper. 4.

Deus ſupremum dominium habet.

Inde collige rationẽ, & quidditatem dominij pugnare potiùs contra phyſicam prædeterminationẽ, quoniam Scriptura ſacra Patres, & ſcholaſtici creatæ voluntati concedunt ſecundariũ dominiũ ſuarum actioõũ, vt poſſit illas elicere, aut omittere, prout voluerit. Hoc autem dominium phyſica prædeterminatione ligari, & aboleri, probatum eſt ſatis præcedenti tomo de ſcientia, diſp. 52. tota ferè ſect. 9. Collectionẽ hanc confirmãt primò ea omnia, quæ de imagine Dei, hominibus impreſſa, eorúmque præſidentia, & dominio ſuper bruta ponderauimus eodem tomo diſp. 40. ſect. 1. & 2. & qoæ de cap. 4. Geneſis: *Tu dominaberis illius*, retulimus ex Patribus alibi. 5.

Dominij quidditas prædeterminationi pugnat.

Idem cõfirmatur ſecundò, quia Deo negaretur plenitudo atq; perfectio dominij. ſi nõ poſſet humanæ voluntati cõcedere dominiũ illud ſecundarium, atq; dependẽs à Deo. Etenim ſequeretur 6.

Deus humanæ voluntati concedere dominium poteſt.

inde

inde Deũ nõ poſſe pro libito diſponere de actionibus voluntatis, aliquod illarum dominium transferendo. Quemadmodum non eſſet perfectè dominus fundi, qui non poſſet aliquod illius dominium, aut vſum alteri perſonæ concedere; ſed illum teneretur ſemper ſibi totaliter reſeruare.

7\. Reſpondetur ſecundò. Licet dominium foret ſolummodò facultas vtendi, ſtrictè accipiendo vſum, quemadmodum in argumento vſurpatur: adhuc ex ea definitione non colligeretur, quod Deus neceſſariò & ſemper applicet cauſas ſecundas ad proprias operationes, ſed tantùm colligitur, quod Deus, quando voluerit, poſſit cauſas ſecundas applicare ad ſuas operationes. Imo propterea colligitur etiam, quod Deus poſſit non vti, & non applicare cauſas ſecundas ad particulares operationes. Nam quicunque poteſt vti, poteſt etiam non vti, ſecundum illam regulam Ariſtotelis 3. Ethicor. capite 5. initi, *Quibus in rebus noſtra in poteſtate ſitum eſt agere, in iis & non agere.* Quam fuſiùs explicuimus præcedenti tomo diſp. 49. ſect. 10. Ideóque propter illam ipſam facultatem vtendi poterit Deus aliquando non vti, neque applicare, ſed tantum permittere, vt voluntas creata ſe ipſam applicet ad particularem volitionem, poſtquam Deus illam applicuerit ad volitionem boni & finis in communi.

Ariſtoteles.

8\. Confirmatur primò, quoniam ſi prædicta poteſtas non vtendi negaretur, eo ipſo facultas vtendi non eſſet dominium, ſed ſeruitus; quoniam foret per neceſſitatem alligata ad vtendum. Confirmatur ſecundo, quoniam foret valde diminutum dominium Dei, ſi non poſſet permittere, vt creata voluntas velit, & faciat, quæ Deum non decet velle, nec procurare, vt fiant: cum tamen alioqui diuinam ſapientiam & voluntatem deceat, ex illis, poſtquam facta ſunt, maiora bona colligere. Confirmatur tertiò, quia ſicut eſt perfectior ſapientia, & adminiſtratio, permittere prauas actiones, ita eſt perfectius, maiuſque dominium.

Dominium Dei diminutum foret.

9\. Inde ſumitur ſolutio tertia, per quam ex illa ipſa definitione vſus, quæ nobis obiicitur, colligimus, voluntatem liberam eſſe, quæ ſe ipſam applicat, & determinat ad particulares volitiones, non prius ad illas determinata á Deo. Quoniam Deus liberæ voluntati conceſſit facultatem vtendi ſe ipſa & cæteris omnibus rebus. Illis autem vti non poſſet, niſi liberè ſe ipſam applicare poſſet ad particularem electionem vnius rei potius, quàm alterius. Cuius argumenti vim ponderauimus eodem tomo de ſcientia diſp. 40. tota ſect. 8.

Solutio 3.

10\. Reſpondetur quartò. Dato, quod dominium Dei foret talis facultas vtendi, quæ non poſſet non vti; adhuc inde nõ bene colligeretur, Deum creatis voluntatibus vti, & illas applicare ad ſpeciales actiones odij Dei, blaſphemiæ, aliáſue ſimiles. Nam vt in ipſo etiam argumento ſupponitur, & clariús traditur in ea lege, quæ á nobis ſuperius citata eſt, dominio additur exceptio *niſi lege prohibeatur* aliqua diſpoſitio, vel vſus. Porro Dei natura & bonitas prohibet, intellectus, & voluntates hominum applicare, ac determinare ad particulares, & ſpecificas realitates, quæ quidditatiuè ſunt odium Dei, & errores, Deo contumelioſæ: vt oſtendimus diſputatione 27. ſect 5. & 6. multíſque ſequentibus diſputationibus, præſertim 30. & 31.

Quarta.

11\. Reſpondetur quintò. Dominium definit Boëtius, *eſſe poteſtatem, qua ſeruus coercetur*, vt refert & ſequitur D. Thomas de potentia q. 7. art. 10. ad 4. Secundum hanc definitionem, vt Deus retineat perfectum dominium cuiuſque prauæ voluntatis ſatis erit, quod eam poſſit coercere, quotieſcunque velit, vel impediendo omnino, ne peccet; vel impediendo ne turpius, aut alio in loco, aut tempore, aut contra alias perſonas peccet; & puniendo, poſtquam peccat, & impediendo detrimenta, quæ per peccatum inferre intendebat, atque ex illis colligendo maiora bona.

Dominium definit Boëtius.

12\. Reſpondetur ſextò: Deus quacunque cauſa ſecunda, & eius actiua potentia ſemper vtitur iuxta modum vnius cuiuſque naturæ conuenientem: alioqui non vteretur, ſed abuteretur. Ideo voluntatem liberam ſemper applicat, & determinat ad volitionem boni, & finis in communi, relinquens integram illius indifferentiam, vt ſe ipſam applicet, ac determinet ad bona particularia; quam applicationem particularem ſi Deus phyſica prædeterminatione præoccuparet ſemper; eo ipſo abuteretur libertate creata. Imo non ſolùm libertate, ſed etiam naturali, & neceſſaria propenſione voluntatis ad bonum abuteretur Deus, ſi per antecedentem neceſſitatem applicaret ad materiales & ſpecificas entitates, odio habendi Deum, blaſphemandi, aut ſimiles.

13\. Reſpondetur ſeptimò. Dato, quod Deus applicaret, ac determinaret quamlibet voluntatem ad volitiones in particulari; nihilominus inde non colligeretur additamentum præuium, realiter diſtinctum à volitionibus. Quemadmodum cauſis naturalibus nullum eſt additamentum: vt oſtendimus diſp. 46. ſect. 5. ratione 4. & ſequentibus ſectionibus 6. 7. 8. & 9.

14\. Inde facile colligitur ſolutio ad alias replicas quas præcedenti argumento ſubiungunt. Prima eſt, quia non ſolùm actio volũtatis, & cuiuſcunque alterius cauſæ ſecundæ eſt ſub dominio Dei ſed etiam ipſa determinatio, qua voluntas ſe determinat, & applicat ad operandum; eſt ſub eius dominio: ergo Deus vtitur eadem applicatione voluntatis; ergo applicat voluntatem vt ſe determinet. Patet; conſequentia, nam vt dictum eſt ex S. Thoma, vſus alicuius rei nihil aliud importat, quàm applicationem illius ad aliquam operationem. Confirmatur, nam proprius vſus potentiæ operatiuæ, in quantum huiuſmodi, eſt operari: ergo ſi Deus vtitur potentia operatiua creata applicat illam ad operandum.

Confirmationum ſolutio

15\. Reſpondetur. Licet determinatio, qua voluntas ſe determinat & applicat ad operandum, ſubſit dominio Dei, non colligitur inde, quod Deus vtatur eadem applicatione, voluntatem applicando, & determinando, vt ſe determinet: tum quia dominium non limitatur ad vſum ſtrictè ſumptum, ſed multò perfectius exercetur, transferendo in voluntatem dominium ſubordinatum, atque dependens: vt vidimus ſolut. 1. Tum etiam, quoniam qui propter dominium poteſt vti, & applicare, poteſt eo ipſo non vti, & non applicare: vt vidimus ſolutione 2. Tertiò, quoniam Deus ita vtitur voluntate libera, vt tamen illi permittat ſui ipſius vſum, & illa non abutatur: vt vidimus ſolutione 3. 4. & 5.

Quartò, quoniam Deus creata voluntate vtitur, determinando, & applicando illam ad volitionem booi & finis in communi: & hac applicatione vtitur ita vt voluutati relinquat facultatem applicandi, & vteudi ſe ipſa ad particulares electiones particularium bouorum: vt ſuperius explicatum eſt.

16. Secunda replica. Quoniam ſæpe contingit cauſam ſecundam, vt operantem ſuam actionem operari ex dominio Dei, ſeu actionem illius, vt illius eſt, eſſe vſum dominij Dei: Ergo Deus ſæpius applicat voluotatem ad operaudum, ſalua illius libertate: ac per conſequens huiuſmodi applicatio nou præiudicat humanæ libertati.

17. Reſpondetur. Quæcunque cauſa naturaliter operatur, & quotieſcunque voluntas concipit volitiones honeſtas, peculiari quadam ratione ſubditur dominio Dei; & voluntatis actio, in quantum eſt actio illius, ſubditur dominio Dei: & Deus tunc peculiariter applicat voluntatem ad operandum. Sed non applicat per phyſicam prædeterminationem, ſed per illuſtrationes intellectus, & ſuauitates voluntatis indeliberatas, & per effectiuom concurſum, quod ex ſe eſt, magis propendentem ad bonum, relicta verò facultate diſſentiendi, ac reſiſtendi.

Per illuſtrationes, & inſpirationes Deus voluntatem applicat.

18. Tertia replica. Quouiam hæc applicatio prouenit ex ſupremo Dei dominio: ſed omnes cauſæ ſecundæ in omnibus ſuis operationibus, ſaltem ſecundum omnem actualitatem, quam habent, ſubduntur ſupremo Dei dominio: ergo ne dum ſæpius Deus, ſed ſemper applicat cauſas ſecuudas ad ſuas operatiooes, quotieſcunq; operantur. Reſpondetur, concedendo totum, ſed non in eo ſenſu, quo profertur ab arguente. Neque enim Deus applicat & determinat voluntatem per anteeedentem neceſſitatem, neque per additamentum præuium, ſed tantùm per illuſtrationes, ſuauitates, & effectiuum concurſum, impellentem ad bonum, relicta facultate reſiſtendi.

Solutio replicæ.

19. Quarta replica. Quia licet Deus non velit malam actionem, in quantum mala eſt, ſed ſolùm permittat: nihilominus, in quautum actio, & eos poſitiuum eſt, ſimpliciter vult illam voluntate abſoluta & efficaci: quoniam vt ſic bona eſt, & conſequenter à Deo, tanquam à prima cauſa, & ſub hac ratioue Deus vtitur voluntate creata, & illam applicat ad eandem actionem producendam, vt actio eſt: & voluntas ipſa exercendo illam actionem, vt actio eſt, propriè exercet munus ſeruiendi Deo: quamuis conſiderando illam actionem, vt eſt mala moraliter, non ſeruiat Deo creata voluntas, illam producendo, ſed illi diſpliceat.

20. Reſpondetur, diſtinguendo æquiuocationem, quam ſæpius obſeruauimus in eiuſdem opinionis obiectionibos. Si enim reduplicetur ratio commuois actionis, & volitionis, prout abſtrahitur à quacunque reali repugnantia cum amore & obedientia diuini præcepti: vt ſic bona eſt, & à Deo volita & cauſata: & Deus ad illam applicat ſecundum generalem amorem boni, naturaliter inditum, vt ſæpius explicatum eſt. At verò contraria ſenteotia loquitur de particulari & ſpecifica realitate cuiuſque volitionis malæ: de hac verò Deus oeque vult, neque procurat, vt fiat, ſed tantùm permittit modo explicato ſupra diſp. 51. & ſequeotibus. Qoapropter qua ratione voluntas dæmonis concipit reale odium Dei, quo realiter vult, vt omnes voluntates creatæ Deo inferant quam maximam potuerint iniuriam (quantumcunque tota hæc realitas volitionis præſcindatur à priuatione honeſtatis inde ſecuta) exercendo talem actionem vt ſic, propriè non exercet munus ſeruiendi Deo. Alioqui ſi exerceret propriè munus ſeruiendi Deo, tam dæmonis, quàm cuiuſq; praui hominis voluntas immuuis foret à culpa; imo & laudem obſequij, & ſeruitutis erga Deum conſequeretur: vt demonſtrauimus ſupra diſputatione 33. ſectione 1.

Ratio communis volitionis bona.

Inde colligitur dæmonis voluntatem per materialem actionem odij quodammodo ſe ipſam ſubducere à dominio, & vſu Dei quia non ita perfectè ſubiicitur illi; quemadmodum ſubiiciuntur actiones houeſtæ: vt diximus ad 2. replicam. Nihilominus in eandem materialem actionem Deus ſimpliciter exercet ſupremum dominium; quia uon ſolùm determinatio ad particularem volitionem boneſtam; ſed etiam permiſſio prauæ operationis propriè eſt exercitium dominij: vt conſtat ex ſolutione 1. & 2. ſed præterea exercetur etiam dominium Dei, confereodo concurſum ex ſe indifferentem, ex ſua lege prohibeodo malam actiouem, puniendo, & ad maiores vtilitates retorquendo. 21.

In materialem peccati ſupremũ dominium Dei

Quinta replica, quoniam vſus dominij Dei eſt, quod ſuo imperio aliquid per cauſam ſecundam etiam liberam operetur: ergo nulla cauſa ſecunda aliquid operatur ſine præuia Dei motione, applicante illam ad operandum hoc, vel illud in particulari. Reſpondetur, negando Antecedens. Nam vſus dominij eſt etiam permittere, vt cauſa ſecunda pro ſuo ſe ipſam moueat arbitrio, & applicet ad operationem contrariam diuino præcepto, & antecedeoti voluntati. 22.

Sexta replica. quia Deus vtitur omnibus creaturis, quatenus producuut aliquod ens, & aliquod bonum: ſed ſubſtantia actus, & entitas illius, quam producit voluntas, quando peccat, eſt aliquod bonum: ſiquidem in omni ſententia producitur à Deo, & Deus vult, omnes illas operari bouum: ergo vtitur illis. Reſpondetur. Omnibus creaturis quatenus producũt aliquod ens, & aliquod bonũ, Deus vtitur iuxta menſurã, & exigentiam cuiuſq; boni. Atque idcirco quatenus producunt effectus ſimpliciter bonos, & entitate plenos, Deus ſimpliciter vtitur illis, volendo illos efficaciter, & creatam voluntatem ad illos applicando ſine antecedenti neceſſitate. Cæterum, quatenus producunt effectus entitate diminutos, & carentes honeſtate ſibi debita: Deus creatis voluntatibus vtitur, ſolummodò conferendo generalem concurſum, quod ex ſe eſt, magis propendentem ad bonum, prohibendo tales effectus, permitteudo, puniendo, & ad maiores vtilitates conuertendo. 23.

* * *

SECTIO

SECTIO III.

De actualitate, ac dependentia ſecundæ cauſæ cuiuſlibet obiectiones aliæ.

1\. PRima, quoniam omnis forma & virtus operatiua cuiuſcunque entis creati eſt actus admixtus potentiæ, atque adeo non habet ſecundum ſe tam perfectam actualitatem, quantam habet operatio, quæ eſt actus ſecundus: ergo non poteſt eſſe priocipium effectiuum talis operationis, quantum ad ſuam vltimam actualitatem; niſi prius oatura compleatur in ſua virtute operatiua per actualem motionem primi ageotis. Principium enim efficiens non debet habere minorem actualitatem, quam habet effectus, cùm vnumquodque operetur in quantum eſt actu.

2\. *Actus ſecundus potentialitate admixtus.*

Reſpondetur primò, negando priorem conſequentiam, quoniam operatio, quæ eſt actus ſecundus, eſt etiam admixtus potentiæ, quatenus eſt limitatæ, & exiguæ perfectionis: imo multò minoris, quàm ſubſtantialis forma & illius virtus operatiua. Quemadmodum actio illuminandi, formaliter vt actio, minus perfecta eſt, quàm ſubſtantia ſolis, & eius virtus illuminatiua.

3\. *Æquiuoca cauſa perfectiores effectu.*

Deiode, quod attinet ad poſtremam comparationem cauſæ cum effectu, conſtat, ignem cauſantem non eſſe minoris perfectionis, quam ſit ignis caoſatus ab illo. Sunt etiã æquiuocæ cauſæ perfectiores ſuis effectis: quemadmodum ſol perfectior eſt calore. Tertiò, ſecundas cauſas, & earum virtutes actiuas eſſe prorſus completas in ſuo genere, proptereáque in ſua operatiua virtute non indigere ſuperaddito complemento, ſatis oſtendimus diſp. 46. ſect. 7.

4\. Quartò, quoniam huius argumenti plures confirmationes in eo præcipuè nituntur, quod magis actualis eſt actualis operatio, quàm virtus operatiua ſine præmotione Dei, formaliter inhæreote: ideo diſtinguenda eſt actualitatis æquiuocatio. Nam ignis, verbi gratia, totã actualitatem in actu primo ſortitur, ſed non actualitatem in actu ſecundo, quæ eſt actio. Hanc enim actionis actualitatem etiam præuio additamento ſuperaddito non habebit ignis per illius realitatem præciſè, niſi præterea ſuccedat diuerſa realitas actionis. Quapropter fruſtra ponitur præuium additamentum, cum per illud non aliã actualitatem obtioeat ignis, niſi illam, quam oeceſſariò habet ex eo præciſè quod ſit ſecunda cauſa completa in ſuo genere, & paratus illi aſſiſtat primæ cauſæ concurſus immediatus ad eius effectum.

5\. *Obiectio 2.*

Ex eiſdem principiis ſoluitur obiectio ſecunda, quæ ſic ſe habet: Id quod aliquando eſt in actu, eſt aliquando in poreotia, quando reducitur de potentia in actum, non reducitur à ſeipſo, ſed ab eo quod eſt in actu: quoniam id quod eſt in potẽtia, quia non habet principium actuale ad reducendum ſe in actum, non poteſt ſeipſum reducere. Ergo à ſolo Deo reducitur in actum.

Confirmatio prima.

Confirmant primò, quia in calefactione ignis, verbi gratia, non iouenitur ex parte mouentis; niſi cauſa vniuerſalis & particularis, & cauſa applicans paſſum, ſed cauſa applicans non habet rationẽ cauſæ, ſed conditionis ſine qua nõ. Agens verò particulare, videlicet ignis eſt in potentia ad operãdum priuſquã actu operetur. Ergo cũ ſolus Deus ſit omnino io actu; ille tantùm per ſe primo reducit ignem de potentia io actum, ſoo concurſu præuio cõplens potentiam ignis, vt operetur actu, ſcilicet, imprimendo calori ignis qoandam virtutem per modum tranſeuntis, qua reducitur in actum operandi, ſeu calefaciendi.

Secundo.

Confirmant 2. anthoritate S. Thomæ 1. p. q. 2. art. 3. & 12. q. 9. art 4. corp.

6\. *Quid velint Ariſtoteles & S. Thom. dicentes, quod eſt in potentia non reducitur à ſeipſo in actum.*

Reſpondetur. Illud principium: Id quod aliquando eſt in potentia, & aliquando eſt in actu, oon reducitur ad actum à ſe ipſo, ſed ab eo, quod eſt io actu, hoc, inquam, videtur eſſe deſumptum ex Ariſtotele in tertio & in octano libro Phyſicorum. Cæterum ibi traditur ſecuodum alium ſenſum, valde alienum ab intentione prædicti argumenti. Semper enim Ariſtoteles ac D. Thomas in cauſa particulari, & phyſica nullam aliam actualitatem requirunt, niſi quæ tribuitur per formam ſubſtantialem, ſiue accidentalem, idque tam in cauſis vniuocis, quàm in æquiuocis, vt conſtabit ſubiectis exemplis.

Ariſtoteles namque 3. Phyſic. text. 17. *Species*, inquit, *ſemper exiſtimabitur aliqua mouens. Aut enim hæc, aut qualis. Aut quanta, quæ erit principium, & cauſa motus, cum moueat, vt actu homo facit ex potentia exiſtente homine hominem.* 7.

S. Thomas.

Vbi S. Thomas lect. 4. lit. D. *Semper*, inquit, *aliqua forma videtur mouens eſſe ſicut forma, quæ eſt in genere ſubſtantiæ in tranſmutatione, quæ eſt ſecundum ſubſtantiam: & forma, quæ eſt in genere qualitatis, in alteratione; & forma, quæ eſt in genere quantitatis, in augmento, & diminutione. Huiuſmodi enim formæ ſunt cauſa, & principia motuum, cum omne agens moueat ſecundum formam. Omne enim agens agit, in quantum eſt actu, ſicut actu homo facit ex homine in potentia hominem in actu. Vnde cum vnumquodque ſit actu per formam, ſequitur, quod forma ſit principium mouens. Et ſic mouere competit alicui, in quantum habet formam per quam eſt in actu.*

Damaſcen.

Et Damaſcenus in Phyſica (quæ eſt veluti compeodium Ariſtotelicæ) cap. 5. propius ad princ. quàm ad med. ait: *Quod actu eſt, hoc demum agere poteſt, quatenus actu eſt. Quemadmodum, videlicet ignis idcirco calefacit, quia actu calidus eſt. Quod autem poteſtate eſt, non agit, ſed efficitur. Velut, aqua calore afficitur, quia poteſtate calida eſt.*

Non tantùm de vniuocis, ſed etiam de æquinocis cauſis eadem tradit Ariſtoteles in 8. Phyſic. text. 40. 8.

S. Thomas.

quem D. Thomas exponens lect. 10. lit. C. *Non reducitur*, inquit, *quod eſt in potentia in actum, niſi per id, quod eſt actu: hoc autem eſt mouens. Sicut calefacit calidum, & generat illud, quod habet ſpeciem generationis; ſicut hominem generat quod habet ſpeciem humanam.* & poſt pauca: *Similiter eſt in omnibus aliis in quibus mouens eſt vniuocum, id eſt, conueniens in nomine, & ratione cum moto. Sicut cum calidum facit calidum, & homo generat hominem. Et hoc ideo dicit, quia ſunt quædam agentia non vniuoca, quæ ſcilicet, non conueniunt in nomine, & ratione cum ſuis effectibus, ſicut ſol generat hominem. In quibus tamen agentibus, etſi non ſit ſpecies effectus ſecundum eandem rationem, eſt tamen quodammodo altiori, & vlteriori. Et ſic vniuerſaliter verum eſt, quod mouens eſt quodam modo in actu, ſecundum id, ſecundum quod mobile eſt in potentia.* Eodem modo procedit D. Thom. 1. contra gent. cap, 13. colum. 2. & 3.

Ex quibus

Digitized by Google

Quartò,quoniam Deus creata voluntate vtitur, determinando, & applicando illam ad volitionem boni & finis in communi: & hac applicatione vtitur ita vt voluntati relinquat facultatem applicandi, & vtendi ſe ipſa ad particulares electiones particularium bonorum: vt ſuperius explicatum eſt.

16. Secunda replica. Quoniam ſæpe contingit cauſam ſecundam,vt operantem ſuam actionem operari ex dominio Dei, ſeu actionem illius, vt illius eſt, eſſe vſum dominij Dei: Ergo Deus ſæpius applicat voluntatem ad operandum, ſalua illius libertate: ac per conſequens huiuſmodi applicatio non præiudicat humanæ libertati.

17. Reſpondetur. Quæcunque cauſa naturaliter operatur, & quotieſcunque voluntas concipit volitiones honeſtas, peculiari quadam ratione ſubditur dominio Dei; & voluntatis actio, in quantum eſt actio illius, ſubditur dominio Dei:& Deus tunc peculiariter applicat voluntatem ad operandum. Sed non applicat per phyſicam prædeterminationem, ſed per illuſtrationes intellectus, & ſuauitates voluntatis indeliberatas, & per effectiuum concurſum, quod ex ſe eſt, magis propendentem ad bonum, relicta verò facultate diſſentiendi, ac reſiſtendi.

Per illuſtrationes, & inſpirationes Deus voluntatem applicat.

18. Tertia replica. Quoniam hæc applicatio prouenit ex ſupremo Dei dominio:ſed omnes cauſæ ſecundæ in omnibus ſuis operationibus, ſaltem ſecundum omnem actualitatem, quam habent, ſubduntur ſupremo Dei dominio: ergo ne dum ſæpius Deus, ſed ſemper applicat cauſas ſecundas ad ſuas operationes, quotieſcunq; operantur. Reſpondetur, concedendo totum, ſed non in eo ſenſu, quo profertur ab arguente. Neque enim Deus applicat & determinat voluntatem per antecedentem neceſſitatem, neque per additamentum prauium, ſed tantùm per illuſtrationes,ſuauitates, & effectiuum concurſum,impellentem ad bonum, relicta facultate reſiſtendi.

Solutio replica.

19. Quarta replica. Quia licet Deus non velit malam actionem, in quantum mala eſt, ſed ſolùm permittat: nihilominus, in quantum actio, & ens poſitiuum eſt, ſimpliciter vult illam voluntate abſoluta & efficaci: quoniam vt ſic bona eſt,& conſequenter à Deo,tanquam à prima cauſa, & ſub hac ratione Deus vtitur voluntate creata, & illam applicat ad eandem actionem producendam, vt actio eſt: & voluntas ipſa exercendo illam actionem, vt actio eſt, propriè exercet munus ſeruiendi Deo: quamuis conſiderando illam actionem, vt eſt mala moraliter, non ſeruiat Deo creata voluntas, illam producendo,ſed illi diſpliceat.

20. Reſpondetur,diſtinguendo æquiuocationem, quam ſæpius obſeruauimus in eiuſdem opinionis obiectionibus. Si enim reduplicetur ratio communis actionis, & volitionis, prout abſtrahitur à quacunque reali repugnantia cum amore & obedientia diuini præcepti: vt ſic bona eſt, & à Deo volita & cauſata: & Deus ad illam applicat ſecundum generalem amorem boni, naturaliter inditum, vt ſæpius explicatum eſt. At verò contraria ſententia loquitur de particulari & ſpecifica realitate cuiuſque volitionis malæ: de hac verò Deus neque vult, neque procurat, vt fiat, ſed tantùm permittit modo explicato ſupra diſp. 31.& ſequentibus. Quapropter qua ratione voluntas dæmonis concipit reale odium Dei, quo realiter vult, vt omnes voluntates creatæ Deo inferant quam maximam potuerint iniuriam(quantumcunque tota hæc realitas volitionis præſcindatur à priuatione honeſtatis inde ſecuta)exercendo talem actionem vt ſic,propriè non exercet munus ſeruiendi Deo. Alioqui ſi exerceret propriè munus ſeruiendi Deo, tam dæmonis, quàm cuiuſq; praui hominis voluntas immunis foret à culpa;imo & laudem obſequij, & ſeruitutis erga Deum conſequeretur: vt demonſtrauimus ſupra diſputatione 33. ſectione 1.

Ratio communis volitionis bona.

Inde colligitur dæmonis voluntatem per materialem actionem odij quodammodo ſe ipſam ſubducere à dominio, & vſu Dei quia non ita perfectè ſubiicitur illi; quemadmodum ſubiiciuntur actiones honeſtæ: vt diximus ad 2. replicam. Nihilominus in eandem materialem actionem Deus ſimpliciter exercet ſupremum dominium; quia non ſolùm determinatio ad particularem volitionem honeſtam; ſed etiam permiſſio prauæ operationis propriè eſt exercitium dominij: vt conſtat ex ſolutione 1. & 2. ſed prætereà exercetur etiam dominium Dei, conferendo concurſum ex ſe indifferentem, ex ſua lege prohibendo malam actionem, puniendo, & ad maiores vtilitates retorquendo. 21.

In materialem peccati ſupremū dominium Dei

Quinta replica, quoniam vſus dominij Dei eſt,quod ſuo imperio aliquid per cauſam ſecundam etiam liberam operetur: ergo nulla cauſa ſecunda aliquid operatur ſine præuia Dei motione, applicante illam ad operandum hoc, vel illud in particulari. Reſpondetur, negando Antecedens. Nam vſus dominij eſt etiam permittere, vt cauſa ſecunda pro ſuo ſe ipſam moueat arbitrio, & applicet ad operationem contrariam diuino præcepto, & antecedenti voluntati. 22.

Sexta replica. quia Deus vtitur omnibus creaturis, quatenus producunt aliquod ens, & aliquod bonum: ſed ſubſtantia actus, & entitas illius, quam producit voluntas, quando peccat, eſt aliquod bonum: ſiquidem in omni ſententia producitur à Deo, & Deus vult, omnes illas operari bonum:ergo vtitur illis. Reſpondetur. Omnibus creaturis quatenus producūt aliquod ens,& aliquod bonū,Deus vtitur iuxta menſurā, & exigentiam cuiuſq; boni. Atque idcirco quatenus producunt effectus ſimpliciter bonos, & entitate plenos, Deus ſimpliciter vtitur illis, volendo illos efficaciter, & creatam voluntatem ad illos applicando ſine antecedenti neceſſitate. Cæterum, quatenus producunt effectus entitate diminutos, & carentes honeſtate ſibi debita: Deus creatis voluntatibus vtitur, ſolummodò conferendo generalem concurſum, quod ex ſe eſt, magis propendentem ad bonum, prohibendo tales effectus, permittendo, puniendo, & ad maiores vtilitates conuertendo. 23.

* * *

SECTIO

SECTIO III.

De actualitate, ac dependentia ſecundæ cauſæ cuiuſlibet obiectiones aliæ.

1. PRima, quoniam omnis forma & virtus operatiua cuiuſcunque entis creati eſt actus admixtus potentiæ, atque adeo non habet ſecundum ſe tam perfectam actualitatem, quantam habet operatio, quæ eſt actus ſecundus: ergo non poteſt eſſe principium effectiuum talis operationis, quantum ad ſuam vltimam actualitatem; niſi prius natura compleatur in ſua virtute operatiua per actualem motionem primi agentis. Principium enim efficiens non debet habere minorem actualitatem, quam habet effectus, cùm vnumquodque operetur in quantum eſt actu.

2. *Actus ſecundus potentialitate admixtus.* Reſpondetur primò, negando priorem conſequentiam, quoniam operatio, quæ eſt actus ſecundus, eſt etiam admixtus potentiæ, quatenus eſt limitatæ, & exiguæ perfectionis: imo multò minoris, quàm ſubſtantialis forma & illius virtus operatiua. Quemadmodum actio illuminandi, formaliter vt actio, minus perfecta eſt, quàm ſubſtantia ſolis, & eius virtus illuminatiua.

3. *Æquiuocæ cauſæ perfectiores effectu.* Deinde, quod attinet ad poſtremam comparationem cauſæ cum effectu, conſtat, ignem cauſantem non eſſe minoris perfectionis, quam ſit ignis cauſatus ab illo. Sunt etiã æquiuocæ cauſæ perfectiores ſuis effectis: quemadmodum ſol perfectior eſt calore. Tertiò, ſecundas cauſas, & earum virtutes actiuas eſſe prorſus completas in ſuo genere, proptereáque in ſua operatiua virtute non indigere ſuperaddito complemento, ſatis oſtendimus diſp. 46. ſect. 7.

4. Quartò, quoniam huius argumenti plures confirmationes in eo præcipuè oitontur, quod magis actualis eſt actualis operatio, quàm virtus operatiua ſine præmotione Dei, formaliter inhærente: ideo diſtinguenda eſt actualitatis æquiuocatio. Nam ignis, verbi gratia, totã actualitatem in actu primo ſortitur, ſed non actualitatem in actu ſecundo, quæ eſt actio. Hanc enim actionis actualitatem etiam præuio additamento ſuperaddito non habebit ignis per illius realitatem præciſè, niſi præterea ſuccedat diuerſa realitas actionis. Quapropter fruſtra ponitur præuium additamentum, cum per illud non aliã actualitatem obtioeat ignis, niſi illam, quam neceſſariò habet ex eo præciſè quod ſit ſecunda cauſa completa in ſuo genere, & paratus illi aſſiſtat primæ cauſæ concurſus immediatus ad eius effectum.

5. *Obiectio 2.* Ex eiſdem principiis ſoluitur obiectio ſecunda, quæ ſic ſe habet: Id quod aliquando eſt in actu, eſt aliquando in potentia, quando reducitur de potentia in actum, non reducitur à ſeipſo, ſed ab eo quod eſt in actu: quoniam id quod eſt in potẽtia, quia non habet principium actuale ad reducendum ſe in actum, non poteſt ſeipſum reducere. Ergo à ſolo Deo reducitur in actum. *Confirmatio prima.* Confirmant primò, quia in calefactione ignis, verbi gratia, non inuenitur ex parte mouentis; niſi cauſa vniuerſalis & particularis, & cauſa applicans paſſum, ſed cauſa applicans non habet rationẽ cauſæ, ſed conditionis ſine qua nõ. Agens verò particulare, videlicet ignis eſt in potentia ad operãdum priuſquã actu operetur. Ergo cũ ſolus Deus ſit omnino in actu; ille tantùm per ſe primo reducit ignem de potentia in actum, ſuo concurſu præuio cõplens potentiam ignis, vt operetur actu, ſcilicet, imprimendo calori ignis quandam virtutem per modum tranſeuntis, qua reducitur in actum operandi, ſeu calefaciendi. Confirmant 2. authoritate S. Thomæ 1. p. q. 2. art. 3. & 12. q. 9. art 4. corp. *Secundò.*

6. *Quid velint Ariſtoteles & S. Thom. docentes, quod eſt in potentia non reducitur à ſeipſe in actum.* Reſpondetur. Illud principium: Id quod aliquando eſt in potentia, & aliquando eſt in actu, non reducitur ad actum à ſeipſo, ſed ab eo, quod eſt in actu, hoc, inquam, videtur eſſe deſumptum ex Ariſtotele in tertio & in octauo libro Phyſicorum. Cæterum ibi traditur ſecundum alium ſenſum, valde alienum ab intentione prædicti argumenti. Semper enim Ariſtoteles ac D. Thomas in cauſa particulari, & phyſica nullam aliam actualitatem requirunt, niſi quæ tribuitur per formam ſubſtantialem, ſiue accidentalem, idque tam in cauſis vniuocis, quàm in æquiuocis, vt conſtabit ſubiectis exemplis.

7. Ariſtoteles namque 3. Phyſic. text. 17. *Species,* inquit, *ſemper exiſtimabitur aliqua mouens. Aut enim hæc, aut qualis. Aut quanta, quæ erit principium, & cauſa motus, cum moueat, vt actu homo facit ex potentia exiſtente homine hominem.* Vbi S. Thomas lect. 4. lit. D. *Semper,* inquit, *aliqua forma videtur mouens eſſe ſicut forma, quæ eſt in genere ſubſtantiæ in tranſmutatione, quæ eſt ſecundum ſubſtantiam: & forma, quæ eſt in genere qualitatis, in alteratione, & forma, quæ eſt in genere quantitatis, in augmento, & diminutione. Huiuſmodi enim formæ ſunt cauſæ, & principia motuum, cum omne agens moueat ſecundum formam. Omne enim agens agit, in quantum eſt actu, ſicut actu homo facit ex homine in potentia hominem in actu. Vnde cum vnumquodque ſit actu per formam, ſequitur, quod forma ſit principium mouens. Et ſic mouere competit alicui, in quantum habet formam per quam eſt in actu.* *S. Thomas.* Et Damaſcenus in Phyſica (quæ eſt veluti compendium Ariſtotelicæ) cap. 5. propius ad princ. quàm ad med. ait: *Quod actu eſt, hoc demum agere poteſt, quatenus actu eſt. Quemadmodum, videlicet ignis idcirco calefacit, quia actu calidus eſt. Quod autem poteſtate eſt, non agit, ſed efficitur. Velut, aqua calore afficitur, quia poteſtate calida eſt.* *Damaſcen.*

8. Non tantùm de vniuocis, ſed etiam de æquiuocis cauſis eadem tradit Ariſtoteles in 8. Phyſic. text. 40. quem D. Thomas exponens lect. 10. lit. C. *Non reducitur,* inquit, *quod eſt in potentia in actum, niſi per id, quod eſt actu: hoc autem eſt mouens. Sicut calefacit calidum, & generat illud, quod habet ſpeciem generationis; ſicut hominem generat quod habet ſpeciem humanam.* & poſt pauca: *Similiter eſt in omnibus aliis in quibus mouens eſt vniuocum, id eſt, conueniens in nomine, & ratione cum moto. Sicut cum calidum facit calidum, & homo generat hominem. Et hoc ideo dicit, quia ſunt quædam agentia non vniuoca, quæ ſcilicet, non conueniunt in nomine, & ratione cum ſuis effectibus, ſicut ſol generat hominem. In quibus tamen agentibus, etſi non ſit ſpecies effectus ſecundum eandem rationem, eſt tamen quodammodo altiori, & vlteriori. Et ſic vniuerſaliter verum eſt, quod mouens eſt quodam modo in actu, ſecundum id, ſecundùm quod mobile eſt in potentia.* Eodem modo procedit D. Thom. 1. contra gent. cap. 13. colum. 2. & 3. *S. Thomas.*

Ex quibus

9. Ex quibus omnibus manifeſtum fit, ab Ariſtotele ac D.Thoma, vt efficiens cauſa moueat & efficiat, non aliam illius actualitatem requiri niſi eam, quæ præbetur per formam ſubſtantialem, aut accidentalem, per quam conſtituitur actualiter talis, qualis euadere debet effectus, ſiue ſit talis formaliter, ſiue altiori, & eminentiori modo. Quod etiam conſtat ex D. Thoma 1.p. q.76. articul. 1. corpore, & q.15. art. 1. corpore.

10. Vnde ad formam argumenti reſpondetur, diſtinguendo Antecedens: Quod ita eſt in potentia, vt nec formaliter, nec eminenter habeat formam eiuſdem ſpeciei, quam intendit producere, non reducitur ad actum à ſe ipſo, ſed ab alio, quod actualiter habeat illam formam. Cæterum quod actu habet formam eiuſdem ſpeciei, licet actu non agat (quia videlicet, deficit paſſum, aut aliud impedimentum obſtat) etiamſi tunc ſit in potentia ad agendum, & poſtea reducatur ad actualiter agendum; hæc reductio principaliter, & per ſe cauſabitur ab ipſo agente; nec non à remouente prohibens cauſabitur per accidens, & ab applicante paſſo tanquam à ſubminiſtrante materiam. Quamobrem in genere particularis cauſæ nihil vlterius requiritur.

11. Quod ſi præterea requiras actualitatem, quam ſecunda cauſa participare debet à prima: ſatis erit actualis ipſe concurſus, quo Deus immediatè concurrit ad actionem, & effectum cauſæ ſecundæ. Rurſus, ſi contendas, eſſe debere aliam actualitatem in actu primo, prouenientem à prima cauſa: inuenies Deum in actu primo paratum ad exhibendum generalem concurſum. Præter iſtas autem actualitates, alia nulla deſideratur ad operandum.

12. Hinc conſtat ſolutio ad primam confirmationem. Ad ſecundam verò confirmationem reſpondetur. S.Thomas 1.p.q. 2. art. 3. non alio ſenſu dicit, motionem eius, quod eſt in potentia, procedere ab eo, quod eſt in actu, niſi quemadmodum nuper explicatum eſt. At verò 1.2. q. 9.art. 4. corpore, peculiariter tractans de motione voluntatis docet, ad primam volitionem finis neceſſariò, ac ſine libertate moueri voluntatem à Deo. Cæterum hac volitione præſuppoſita, *ipſa voluntas mouet ſe ipſam in quantum per hoc quod vult finem, reducit ſe ipſam ad volendum ea, quæ ſunt ad finem.* Pro nobis igitur eſt hic locus S. Thomæ, ſicut & alij plurimi ponderati per multas diſputationes huius & præcedentis tomi.

13. Obiectio tertia. Quod à ſe non habet eſſe non habet à ſe operari, ſed ab eo principio recipit operari, à quo recipit eſſe: voluntas, & quælibet cauſa ſecunda non habet eſſe à ſeipſa, ſed à Deo: ergo non habet à ſe ipſa hoc, quod eſt actualiter influere in ſuam operationem, ſed hoc ipſum accipit à Deo. Ergo Deus influit in voluntatem ipſam motione præuia, qua voluntas moueatur ad ſuam operationem, & actualiter agat. Confirmant, quoniam à quo pendet primus actus eſſendi, neceſſariò dependere debent cæteræ actualitates: ergo ſicut Deus producit, & conſeruat eſſe cauſæ ſecundæ, ita etiam producit eius actualem cauſalitatem.

14. Reſpondetur, præſcindendo à prima cauſa, & comparando ſolummodò cauſas ſecundas inter ſe, contingit plerumque aliquam cauſam habere immediatè ſuum eſſe ab vna cauſa, cum tamen ab illa non immediatè, ſed mediatè recipiat operationem. Quemadmodum equus eſſe accipit à ſole, & à ſuis parentibus; ſed videre audire, & appetere non habet ab illis immediatè, ſed mediatè. Nihilominus eo quod Deus ſit cauſa prima, & vniuerſaliſſima totius eſſe, rectè infertur, quod quælibet cauſa ſecunda non à ſe ipſa, ſed à Deo recipiat hoc, quod eſt actualiter influere in operationem: & quod hæc ipſa operatio, & cauſalitas à Deo producatur. Cæterum ad huius verificationem nihil intereſt præuia motio, quæ realiter diſtinguatur ab actione, quoniam ea data, niſi Deus immediatè concurreret prius, & magis ad actionem cauſæ ſecundæ: non produceret immediatè, ſed tantùm mediatè cauſalitatem illius. Contra verò licet nulla detur præuia motio, ſi tamen Deus immediatè prius, & magis concurrit ad actionem cauſæ ſecundæ, hoc ipſum erit eius cauſalitatem producere: atque illi tribuere quod actualiter influat in ſuam operationem.

SECTIO IV.

Numericam vel ſpecificam rationem volitionis licet Deus determinaret: nullum induceret additamentum prauium, & abſolutè retineret ſui concurſus indifferentiam.

QVoniam officium determinandi voluntatem fuit præcipuus finis, ad quem obtinendum inducitur illa realitas intentionalis, ſuperaddita voluntati, & ab eius volitione diſtincta, vt vidimus ſectione 1. ideo fuerit operæpretium oſtendere, nec ad hoc minus præſtandum neceſſariam eſſe prædictam realitatem, ideòque ſuperfluam, & otioſam remanere. 1.

Dico igitur primò. Si Deus vellet quaſlibet volitiones omnino prædeterminare quoad rationem genericam, ſpecificam, & numericam: id præſtare poſſet, abſque vllo additamento, realiter à volitione diſtincto, ex eo ſolùm, quod ſuum generalem concurſum omnino ſubtraheret ad alias volitiones, & ad hanc volitionem omnino neceſſitaret. Probatur primò, quia voluntas creata nullam volitionem poteſt elicere ſine concurſu immediato Dei: ergo ſi Deus ſtatuat ad nullam aliam volitionem immediatè concurrere; nulla alia actio elicietur, ſiue voluntati adſit additamentum præuium, ſiue non adſit. Rurſus ex eo ipſo, quod nulla alia volitio eliciatur conſequetur, vt naturalis propenſio voluntatis ad ſemper eliciendam aliquam volitionem erumpat infallibiliter in eam volitionem ad quam ſolam offertur immediatus concurſus Dei: quia quamdiu vigilamus voluntas neceſſitatur ad actualem amorem boni, ſeu beatitudinis, vel applicando illam ad aliquod bonum particulare, vel ſaltem generaliter, & in communi amando illam, vt alibi probatum eſt. 2. *Subtrahendo cōcurſum ad omnes volitiones præter vnam volūtatem prædeterminaret.* *Probatio 1.*

Probatur ſecundò, quoniam potuiſſet Deus, ſi vellet abſoluta potentia, volitionibus cunctis libertatem eripere, ad illáſque neceſſitatem inducere: etiam manente in intellectu ſufficienti cognitione rationum boni & mali pro vtraque parte contradictionis: vt oſtendimus tomo præcedenti diſp. 51. ſect. 3. & 4. vbi rationes, quæ probant, hoc eſſe poſſibile; nullo modo dependent à 3. *Potuit Deus libertatem eripere.*

Digitized by Google

dent à præuia realitate ſuperaddita voluntati, vt conſtabit illas recolenti.

4\. *Ad primas volitiones voluntas mouetur à Deo.*

Probatur tertiò. Nam de facto ad volitiones primas naturales indeliberatas voluntas mouetur', & determinatur à Deo, & tamen ad hoc præſtaudum oihil opus fuit additamento præuio quin potius illæ volitiones ſuot in quibus conſiſtit præueniens motio Dei ad actus liberns, vt ex Ariſtotele, D.Thoma & cæteris ſcholaſticis oſtendimus diſp. a8.ſect.5.ſub init. Notandum ramen eſt, quod in caſu præcedentis aſſertionis non ſeruaretur indifferentia diuini concurſus: ideóque non foret ſolus generalis concurſus, ſed determinatus & auctus per alium ſpecialem. At in ſequentibus aſſertionibus ſemper diuinus concurſus tetinet indifferentiam, quæ libertati noſtræ ſufficiat.

5\. *Neceſſitas ad ſpeciem & libertas ad circumſtantias.*

Dieo ſecundò. Poſſet etiam Deus determinare ſpecificam rationem volitionis, integra manente voluntatis indifferentia circa tempus, locum, intenſionem, & alias indiuiduorum circuuſtantias: & in eo caſu nihil opus eſſet additamento præuio, quia ſatis eſſet voluntati negare concurſum ad quamlibet aliam volitionis ſpeciem; & imprimere pondus inclinantis concurſus ad hanc ſpeciem volitionis: cum Deus per ſuum concurſum immediatè præſtare poſſit efficaciter, quidquid voluerit independenter à præuia realitate: vt diximus diſp.46.ſect.6. num. 14. & ſequentibus.

6\. Dico tertiò. Quamuis determinaret Deus uumericam differentiam cuiuſlibet volitionis, nihil npus eſſet additamento præuio. Sed id præſtare potuiſſet Deus per ſolùm immediatum concurſum influendo in hoc inſtanti ad hanc numero volitionem iſtius ſpeciei, & nõ ad aliam volitionem ſolo numero diſtinctam. Huius ratio facile colligitur ex præcedentibus aſſertionibus. Sed vtrùm Deus ex munere primæ cauſæ de facto determinet, quamlibet differentiam numericam non eſt quæſtio Theologica, ſed metaphyſica, de principio indiuiduationis, de qua nihil attinet in præſenti dicere. Sed ſolummodò diſcutere quid circa Dei concorſum, & libertatem noſtram ex tali determinatione ſequatur.

7\. *Numerica differẽtia determinatio libertati non obſtans.*

Dico quartò. Prædicta determinatio differentiæ numericæ nou obſtabit libertati; ſed potiùs volitio remanebit libera non ſolùm circa genericam, & ſpecificam rationem volitionis, ſed etiam circa numericam illius differentiam. Hanc concluſionem attigit Maior in a.ſent.diſt. 17.quæſt.3.cooc.1.præſertim ſi conferatur cum his, quæ de libertate docet aliis in locis, quæ retulimus tomo præcedenti diſp. 49. ſect. 8. nec non Gregorius in 1.diſt.17. q. 4. art. a. ad 7. & diſt. 35. q. 1. ratione a. contra tertiam concluſionem. Exemplum ſit actus odij Dei: cuius licet numericam differentiam Deus determinaret, adhuc tamen liberum erit voluntati creatæ, nou odiſſe Deum hic & nunc, & ea ratione vitare non ſolùm hanc volitionis ſpeciem, ſed etiam hanc numericam differentiam: hanc enim Deus non determinaret, niſi ex ſuppoſitione, quod voluntas ſe determinat ad ſpeciem odij producendam hic & nunc.

8\. Probatur aſſertio, quoniam illius veritatem effugere non poteſt vlla ſententia de iodiuiduationis principio, etiam illa, ſecundum quam Deus non immediatè determinat numericas differentias, ſed cauſa quælibet eſt ab intrinſeco determinata, vt in hoc loco & tempore, in hoc ſubiecto & ſub iſtis circunſtantiis non aliud indiuiduum iſtius ſpeciei, niſi tale producat: ideóque voluntas ex ſuppoſitione quod hic & nunc propter hæc motiua decernit odiſſe Deum, non poteſt producere aliud indiuiduum odij, niſi hoc ipſum, quod de facto producit. Præſertim cum hoc indiuiduum volitionis naturaliter poſtulet, non ſolùm in hoc ſubiecto, & ab hoc agente, circa hoc obiectum tali cognitione propoſitum, & cum cæteris circunſtantiis produci; ſed etiam poſtulet hoc iſtanti & loco produci.

9\. Probo igitur, etiam in hac ſententia neceſſariam eſſe concordiam libertatis cum determinatione ad indiuiduum, quoniam determinatio, & neceſſitas, vt ſic, & vt talis, affert oppoſitionem cum libertate. Quod autem hæc neceſſitas proueniat immediatè à diuino concurſu, vel immediatè proueniat à natura voluntatis, & exigentia volitionum ſingularium; hoc nec minuit, nec auget nppoſitionem determinationis cum libertate: vt in eodem tomo vidimus diſp. 34. ſect. 2.

10\. *Prima cogitatio, & volitio ab authore natura*

Coofirmatur primò, quooiam licet à natura voluntatis, & volitionis immediatè proueniret ea determinatio: nihilominus mediatè proueniret à Deo, vt authore naturæ. Ideóque Philoſophus, & Theologi dicunt, primam cogitationem, & volitionem immitti ab authore naturæ tunc etiam, quando talibua obiectis propoſitis voluntas naturaliter erumpit io illam. Quapropter etiam ſi natura voluntatis, & volitionis quidditatiuè determinata ſit, vt in hoc inſtanti, hoc loco, & ſubiecto non produceretur aliud præter iſtud volitionis indiuiduum; hæc determioatio immittetur à Deo tanquam authore naturæ. Ergo manebit adhuc eadem neceſſitas conciliandi libertatem cum ea, quam Deus immittit, indiuiduorum determinatione.

11\. *Homines differentias numericas volitionum ignorant.*

Confirmatur ſecundò, quoniam licet Angelis fortaſſe potuerit optio concedi, vt hoc volitionis indiuiduum eligant liberè potius, quàm illud: attamen hominibus in vita mortali concedi non potuit proptet ignorantiam prorſus inuincibilem, qua ſingularum volitionum differentias numericas penitus ignorant: & eapropter ignorant, vtrùm hoc indiuiduum accipiant potiùs, quàm illud. Quod igitur hæc differentia numerica producatur à voluntate noſtra, prorſus eſt inuoluntarium, ratione ſui præciſè conſideratum; licet ſit voluntarium, & liberum ratione differentiæ ſpecificæ: vt dicemus probatione ſecunda.

12\. Secundò probatur, quoniam ſiue Deus ex munere primæ cauſæ determinet quamlibet numericam differentiam volitionis, ſiue per ſpecialem concurſum determinet aliquas tantum differentias numericas: ſiue hoc præſtet immediatè per ſuũ concurſum, ſiue mediante alia cauſa ſecunda, natoraliter, vel ſupernaturaliter agente: quocunque modo hoc præſtet, manet adhuc in voluntate poteſtas indifferens, & indeterminata, vt hauc genericam rationem volitionis eligat, vel illam: & ex tali genere volitionum eligat hanc ſpeciem infimam, circa tale obiectum, propter hanc rationem formalem potiùs, quàm aliam.

Inde autem indirectè & remotè manet indifferentia

ferentia circa differentias numericas volitionum, propter duas rationes. Prima, quoniã, qui poteſt cauere ne concipiat odiũ Dei, poteſt conſequenter cauere ne hanc numericam differentiam odij Deus in eo determinet, eam quippe Deus non determinat in caſu præſenti, niſi ex ſuppoſitione quod hæc volnntas ſe liberè determinet ad odium. Secunda tatio eſt, quoniam odium poteſt concipere maiori, vel minori conatu, & intenſioue, & cum extenſione ad pluta, vel pauciora obiecta materialia: vnde cooſequenter differentia numerica variabitur, aut totaliter, aut ex patte.

14. Obiicies primò, inde ſequi, determinationem, ab effectiuo Dei concurſu prouenientem, non pugnare cum libertate: quapropter licet concurſus vniuetſalis primæ cauſæ non ſit indifferens, ſed determinet volitiones; adhuc libertatem relinquet illæſam. Conſequens autem eſſe falſum, conſtat ex dictis diſp. 45. ſect. 1. Reſpondetur. Determinatio proueniens ab effectiuo concurſu Dei, quantum affert determinationis, tantum excludit libertatis: ideóque ſi protſus determinaret, non tantùm indiuiduales, ſed etiam genericas, & ſpecificas differentias eo ipſo libertatem penitus aboleret. Sed in caſu quartæ aſſertionis Deus non determinat, niſi ſolam differentiam numericam; & haoc non determinat abſolutè, nec antecedẽter ad omne libertatis exetcitium, ſed quaſi conditionaliter ex ſuppoſitione, quod voluntas ſe liberè determinet ad actum potius, quàm ad omiſſionem, & ad hanc ſpeciem actus propter hanc rationem formalem potius, quàm illam: & in hoc tempore, cum tanto conatu, & tanta extenſione ad talia, vel talia obiecta materialia.

Quantum determinationis tantùm neceſſitatis.

15. Obiicies ſecundò, ſaltem inde colligi, quod à diuino concutſu prouenire poſſit aliqua determinatio ad materialem actionem peccati. Conſequens autem eſſe falſum, oſtendimus ſupra diſp. 17. multiſque ſequentibus, peculiariter verò tota diſp. 40. Huic obiectioni ſatisfecimus ſupra diſp. 44. ſect. 5. fine.

16. Obiicies tertiò, quoniam per determinationem numericæ differentiæ, immiſſam à Deo, ſaltem minuitur voluntatis noſtræ libertas, ſubtrahendo partem illius, quæ reſpicit numericas differentias. Reſpondeo, & dico primò. Quod attinet ad homines in vita mortali, & de lege ordinaria non minuitur eorum libertas, ſed potiùs iuuatur & ſoluitut, eo quod Deus determinet eorum numericas differentias; ſiue immediatè id præſtet per ſuom concurſum, ſiue mediante determinata natura voluntatis, & volitionis, reſpicientis hoc inſtans potiùs quàm aliud. Ratio eſt, quia niſi Deus aliqua via determinaret numericam differentiam; nullam volitionem poſſemus elicere, quoniam liberè non poſſumus eligere determinatum indiuiduum volitionis, quod producamus: vt nuper probatum eſt n. 11. Quapropter libertatem iuuat, & impedimenta remouet illa differentiæ numericæ determinatio, quam Deus immittit. Illa quippe libertas, quæ poſſet volitionum differentias numericas deligere pro libito, non eſt hominibus poſſibilis de lege ordinaria. Ideóque nobis non detrahitur.

Aſſertio 1.

Deus aliqua via differentiam numericã determinat.

17. Dico ſecundò. Nulla ſufficiens repugnantiæ ratio prohibet, quin Angelis (fortaſſis etiam animæ ſeparatæ) naturaliter conueniat poteſtas indifferens, vt ſibi eligat in hoc inſtanti producere hoc indiuiduum volitionis, potiùs, quàm alia multa, quæ poſſet in eodem inſtanti producere ſub eadem infima volitionis ſpecie, & circa eadem omnia obiecta materialia: & multò minus prohibet, quin ſupernaturaliter communicari potuerit talis indifferentia deligendi nnmericas differentias. Et comparatione voluntatis, quam ornaret tanta libertas, foret ſine dubio diminutio libertatis numericam differentiam à Deo determinari: & ideò in tali caſu determinatiò illa non à mero concurſu generali, ſed ab ſpeciali deſcenderet.

Angelis fortaſſis ſe ad differentias numericas volitionum determinãdi.

18. Quartò. Nonnulli Doctores obiiciunt: Homo conſequetur præmium, & pœnam, non ſolùm, quoniam amauit hoc obiectum, ſed etiam quoniam tanta intentione amauit: ergo voluntati liberum eſt intenſionis magnitudinem determinare: hac autem determinata, exiſtimant hi Doctores, impoſſibile eſſe non determinari prorſus differentiam numericam. Quod probant primò, quoniam abſurdum eſt, eandem voluntatem ex eadem numero cognitione, prò eodem tempore indifferentem eſſe ad infinitos effectus æqualis intenſionis. Secundò, quoniam non eſt poſſibilis ratio communis omnibus indiuiduis æqualis intenſionis, quæ non ſit etiam communis omnibus indiuidnis eiuſdem ſpeciei, etiam ſi minoris intenſionis fuerint. Quod probant, quoniam tatio ſpecifica communis eſt omnibus indiuiduis, & infra rationem ſpecificam non eſt poſſibilis alia tatio, niſi numerica.

Obiectio 5.

19. Reſpondetur, negando fundamentum obiectionis. Et ad primam probationem reſpondetur, illud potius eſſe conueniens, quod omnipotentiam Dei ſummopere deceat. Indifferentia námque voluntatis, ad infinitas differentias numericas ſub eadem ſpecie, & cum æquali intentione, paſſiua eſt, & non actiua liberè, ſed ſola omnipotentia Dei determinare poterit, vt volũtas hanc, vel illã, vel aliã producat ex infinitis.

20. Ad ſecundam probationem reſpondetur, in ea ipſa ſupponi, quod refutat. Aſſerit enim omnia indiuidua æqualis intenſionis ſub eadem ſpecie: v.g. omnia indiuidua dilectionis, quæ quatuor tantùm intenſionis gradibus verſetur circa Deum. Ecce igitur hic indiuidua talis intentionis condiſtinguit à cæteris indiuiduis eiuſdem ſpeciei, & non condiſtinguit, niſi per aliquam rationem communem intenſionis. Quapropter infra rationem ſpecificam abſtrahi poſſunt plures rationes communes pluribus indiuiduis, non vniuocè conuenientes, ſed analogicè propter rationem, quam in Logica tradidimus.

Infra ſpecificã rationes communes indiuiduum.

Obiiciunt quintò. Si Deus voluntatem creatam ad hanc numero dilectionem Dei prædeterminauit priùs, quàm de illa præcognoſceret, an foret electura liberè, Deum diligere; conſequens eſt, nullam ei reliquiſſe libertatem, nec circa ſpeciem dilectionis, nec circa indiuiduum, quoniam ad vtrumque attulit antecedentem neceſſitatem. Si verò dilectionem Dei liberè fore eligendam à voluntate creata, cognouit Deus prius, quàm ſtatueret illam determinare ad tale indiuiduum dilectionis: conſequens erit, Deum in eo priori cognouiſſe dilectionis ſpeciem, aut indiuiduum vagè, non cognoſcendo determinatè, quodnam indiuiduum foret eligendum: hoc autem indignum reputant perfectione diuinæ ſcientiæ.

Reſpondetur,

22. *Aſſertio 1.* Reſpondetur, diſtingueudo ſcientiam conditionatam ab abſoluta: & volitionem Dei antecedeutem, & quaſi coodıtionatam diſtinguẽdo ſimiliter à voliuione abſoluta, & efficaci. Secundùm quam diſtiuctionẽ dico primò. Antequam Deus ſtatueret determinare volũtatem creatam ad tale dilectionis indiuiduũ, conditionata ſcientia cognouit, quod ſi talis voluntas ſub tali collectione circunſtantiarum conſtitueretur liberè ſe determinaret ad dılectionem, & Deus ipſe determinaret ad tale dilectionis indiuiduum: quapropter in hac ſcientia ſimul, & indiuiduum, & ſpecies dilectionis cognoſcitur.

23. *Determinãdi ad indiuiduum modus.* Dico ſecundò. Prædicta ſcientia præſuppoſita, decreuir Deus huic voluntati in hoc inſtanti conferre talem coocurſum ita determinatum, & limitatũ, vt poſſet qoidem inſloere ad hanc numero dilectionem eliciendam, quan ,o voluntas liberè vellet diligere, oec poſſet ad vllum aliud dilectionis indiuiduũ influere, nec determinater Deus voluntatem creatã ad dilectiooem Dei; ſed integram illi reliuqueret libertatem, vt ſi vellet non diligeret. Er hoc totum decretum eſt prius, quàm ſcientia viſionis Deus videat, vtrum abſolutè futurum ſit, vt voluntas eligat liberè diligere Deũ. Quod quãdo videt Deus, videt ſimul hoc indiuiduum dilectionis eſſe de facto eliciendum.

24. *Obiectio retorquetur.* Hanc autem ſolutionem admittere coguntur etiã authores obiectionis prædictæ: quoniam licet Deus noo determinet differentiã numericam volitionis creatæ: uihilominus effectioẽ ſaltem determinat oumericam differentiã ſui concurſus ad extra, quo Deus concurrit ad talem volitionem. Quo ſuppoſito dilemma conficitur in ſimili forma: Si hunc ſingularem concurſum præbere Deus decreuit prius, quam prægogooſceret, an voluntas liberè foret electura dilectionẽ Dei, conſequcns eſt, nullam ei reliquiſſe libertatẽ, uec circa ſpeciẽ dilectionis, oec circa, indiuiduũ, quoniam ad vtrumque attulit antecedentem neceſſitatem: ſiquidem hoc actuali cõcurſu dato, non poteſt non elici tale dilectionis indiuiduum. Si verò dilectionem Dei liberè forè eligendã à tali voluntate creata, Deus cognouit priùs, quàm ſtatueret illi præbere hunc ſiogularẽ ac determinatum cõcurſum; conſequẽs erit, Deum in eo priori cognouiſſe dilectionis ſpeciem, aut indiuiduũ vagè, nou cognoſcendo determinatè quodnã iudiuiduum foret eligendũ. Quouiam determinatum indiuiduũ volitionis creatæ uon poteſt exiſtere ſine determinato indiuiduo diuini coucurſus, prios ratione exiſtente, & influente. Quapropter neceſſario debent recurrere ad prædictam diſtinctionẽ conditionatæ ſcientiæ, & abſolutæ; nec nõ decreti, ſeu volũtatis Dei, antecedentis, & quaſi conditionatæ. Sed quod attinet ad concurſũ Dei plenius explicabitur diſp. 50. ſect. 2. & 3.

25. *Dei ſcientia vagum indiuiduum cognoſcit.* Dico tertiò. Nullum eſt inconueniens, quod diuina ſcientia, ſecundùm aliquam præciſionem conſiderata, cognoſcat, ſpeciem aliquã volitionis aot vagum indiuiduum illius, non cognito iudiuiduo determinato. Quoniã in huiuſmodi præſciſione non coutinetur negatio cognitionis perfectæ; ſed tantùm continetur abſtractio: & plurimæ quaſi partes perfectiouis, aut extẽſionis diuinæ ſcientiæ præſcinduntur ab aliis, explicitè cognitis. Quemadmodum ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vt ſit, præſcinditur à ſcientia viſionis; nec propterea Deo tribuitur imperfectio, ſed potius imperfectio humaui intellectus iuuatur, vt melius penetret diuinam perfectionem.

DISPVTATIO L.

Vtrùm perfectio prouidentiæ circa minima requirat prædeterminationem phyſicam in concurſu Primæ cauſæ.

SECTIO I.

Rei tractandæ diſtributione præmiſſa, de præſcientia difficultas ſoluitur.

IN titulo diſputationis obſeruanda eſt limitatio ſuperaddita. Nec enim agitur de prouidentia ſecuodùm vniuerſum illius ambitũ. Imo cum duplex ſit prouidentia, alia generalis, & debita ex præciſo munere primæ cauſæ, quæ ad malas etiam actiooes extenditur: alia verò ſit ſpecialis prouidentia, peculiari ratione reſpiciens bonas actiones; & hæc rurſus diuidatur iu naturalem, & ſupernaturalem prouidentiam: in præſenti non diſputamus de ſuperoaturali prouidentia, nec de illa parte naturalis prouidentiæ, quæ peculiari ratione reſpicit actiooes bonas; ſed tantum modò de generali prouidentia, quæ quoniam debetur ex munere primæ cauſæ, oon ſolùm bonas, ſed etiam malas actiones complectitur. 1. *Prouidentia duplex.*

Poſſumus autem in quatuor capita diſtribuere, quæ nobis opponunt circa ſingulos actus prouidentiæ. Primum eſt præſcientia futurorum. Secundum voluntas Dei. Tertium propria ratio prouidentiæ. Quartum concurſus ad extra. Et in præſenti ſectione expediendum erit breuiter, quod attinet ad præſcientiam: ſectione 2. & 3. quod attinet ad voluntatem Dei, & illius concurſum ad extra. Sed de propria ratione prouidentiæ dicemus ſect. 4. & ſequentibus. 2.

Ex præſcientia igitur huiuſmodi conſtituunt argumentum. Deus cognoſcit opera libera futura in ſuis cauſis determinatis, & applicatis ad operandum. Ergo ipſe Deus per ſuum coucurſum efficacem prædeterminat eas, & applicat ad huiuſmodi opera. Antecedens eſt certum, & probatur in 1. p. q. 14. art. 13. & ibi Caietanus docet expreſsè iſtam ſententiam, & aſſerit, quod Deus non ſolùm cognoſcit certo huiuſmodi opera futura, quia ſunt præſentia in æternitate, ſed etiam in ſuis cauſis contingentibus, & liberis, prout ſunt prædeterminatæ à prima cauſa, Et hoc docet Angelicus doctor iu 1. contra Gent. cap. 67. in tertia ratione, & in ſecunda ſecundæ quæſtione 171. articulo ſexto, ad ſecundum. Conſequentia verò probatur, quoniam ſi Deus non prædèterminaret, & applicaret huiuſmodi cauſas ad actus iſtos in particulari; noo eſſet vnde voluntas certò, & infallibiliter operarètur hoiuſmodi opera; & conſequenter non poſſet Deus cognoſcere certò huiuſmodi actus in tali cauſa, vel deſumeret cognitionem ſuam ab aliquo extrinſeco videlicet ab applicatione, & determinatione voluntatis creatæ. 3. *Ex præſcientia obiectio.*

Confirmatur, & explicatur. Certum eſt ſecuudum fidem, quod Deus cognoſcit omnia certò, & infallibiliter; vt conſtat ex innumeris locis ſacræ Scripturæ: & Sanctorum, quæ adduci ſolent 1. p. q. 14. a. 1. ſed non eſt certum, quod omnia ſint præſentia in æternitate, ſed ſolùm eſt 4.

opinio probabiliſſima Angelici doctoris quæſt. citata art. 13. Ergo neceſſariò dicendum eſt, quod Deus cognoſcit omnia iſta opera in ſuis cauſis prædeterminatis ab ipſo Deo. Nam ſi huiuſmodi opera non ſunt præſentia in æternitate, non poſſunt certò & infallibiliter cognoſci in ſola voluntate humana, non prædeterminata ab ipſo Deo.

Ex præſcientia contra prædeterminationem argumentum.

5. Reſpondetur. Nihilominus ex præſcientia futurorum contingentiũ, prout traditur ab Auguſtino, & cæteris Patribus antiquis, atque à D. Thom. & cæteris ſcholaſticis, ſumitur efficax argumentũ contra phyſicam prædeterminationẽ. Quia ſi quælibet actio libera phyſicè prædeterminaretur à Deo; nullius actionis liberæ futura exiſtentia neceſſariò præſupponeretur ad illius præſcientiam. Conſequens autem eſt falſum ergo & Antecedens. Confirmatur primò, quoniam nihil opus eſſet recurrere ad præſentiam rerum in æternitate; niſi futurorum contingentiũ exiſtentia in ſe ipſis præſupponeretur, vt conditio ex parte obiecti requiſita, vt præſcientia Dei terminetur ad illas. Confirmatur ſecundo, quoniam in cauſis liberis, etiam poſitis omnibus requiſitis ad operandum, non poteſt certò, & infallibiliter cognoſci actus liberè futurus: etenim poſitis omnibus requiſitis ad talem volitionem eliciendam, poteſt voluntas talem volitionem omittere, & elicere contrariam.

Cõfirmatio 1. Confirmatio ſecunda. In cauſis liberis certo cognoſci non poteſt actus liber.

6. Prædictum fundamentũ de rerum exiſtentia in æternitate, quæ neceſſariò præſupponatur ad infallibilem præſcientiam omnium futurorum, magis explicatum fuit atque probatum tomo præcedenti diſp. 28. & diſp. 74. & 75.

7. *Reſponſio.*

Sed reſpondẽt, quod D. Thomas non ait ſimpliciter futurorum cognitionem in cauſa eſſe coniecturalẽ, ſed cũ iſto addito, videlicet, in cauſa cõtingenti, & indifferenti, qualis eſt noſtra voluntas; de hac enim cauſa loquitur apertè 1. p. q. 14. in proceſſu art. 13. Voluntas autẽ diuina, ſeu decretum illius, & ſimiliter concurſus generalis, qui mouet cauſas ſecundas ad operandũ, nõ eſt cauſa contingens, neque impedibilis ex cõcurſu alterius cauſæ. Vnde in decreto, quo ab æterno ſtatuit efficaciter præmouere in tempore cauſas ſecundas ad tales, vel tales effectus contingentes, cognoſcit infallibiliter, illos eſſe futuros.

8. *Refutatur. Quo modo in decreto Dei actiones liberæ poſſint cognoſci.*

Hæc ſolutio refutatur primò, ſupponendo, in decreto Dei conſtituendi voluntatem ſub talibus circũſtantiis, actiones liberas, ſiue bonas, ſiue malas poſſe cognoſci, quaſi abſolutè futuras. Quoniam illud decretũ præſupponit conditionatã ſcientiam, oſtendentẽ quid vnaquæq; volũtas faceret ſub quibuſlibet circũſtantiis: quapropter iam ſupponitur rerũ exiſtentia, ſaltem vt cõditionaliter futura. Cæterum abſq; prædicta ſuppoſitione, nõ ſolum Patres & Scholaſtici in prædictis locis citati, ſed etiam D. Thomas vbique tradit, futura contingentia non aliter poſſe cognoſci, niſi eorum exiſtentia præſuppoſita, quaſi præſenti in æternitate, vt conſtat de veritate q. 2. art. 12. corpore poſt med. & ad 2. & ad 3. 4. & 7. & 1. p. q. 14. art. 13. ad 2. & 3. & 1. ſent. diſt. 38. q. vnica art. 5. corp. à med. & in fine ſolutionis ad 4. argu. & diſt. 40. q. 3. corpore fine & de malo q. 16. art. 7. ad 15. Quæ loca explicuimus fuſè tomo præcedenti diſp. 33. ſect. 7.

9. Refutatur 2. D. Thomas, & cæteri Doctores quando effectum liberũ in eo diſtinguunt ab effectu naturali, quoniã effectus liber non poteſt in cauſa præcognoſci certò, & infallibiliter: intelligunt cauſam integram, atq; completã cum omnibus requiſitis ad operandum. Quapropter includunt etiã generalem concurſum primæ cauſę hoc enim præciſo, nec effectus naturalis poterit infallibiliter in ſua cauſa cognoſci. Quapropter nullum foret diſcrimen inter effectum liberũ & naturalem, quantum ad illius cognitionem in cauſa.

Inter effectũ naturalẽ, & liberum nullum foret diſcrimen.

10. *S. Thomas.*

Refutatur tertiò, quoniam quaſcunq; cauſas D. Thomas complectitur in 1. diſt. 38. q. 1. art. 5. dicens: *Cognita voluntate, & quibuſcunque cauſis, ad actum volitionis concurrentibus, non poſſe certitudinaliter cognoſci, an ipſa producet illum actum, vel non producet. Quia nullo modo eſt magis determinata ad producendum, quàm ad non producendum; & ideo ad hoc, quod actus eius futurus certitudinaliter cognoſcatur, oportet, quod videatur in ſe.*

11. Eandem ſententiam ſequitur Capreolus in 1. diſt. 38. q. 1. art. 2. in medio, dum reſpondet ad argumenta cõtra primã concluſionem. De ea eadem, quæ Capreolus frequẽter repetit, nimirum futura contingentia eſſe indeterminata in ſuis cauſis, & in illis poſitis, poſſe adhuc non eſſe futurũ contingens; ideóque non poſſe præſciri certò, niſi ſupponatur, eſſe præſens. Ita in 1. diſt. 38 q. 1. art. 3. notab. 1. ad finem, & notab. 2. prope init. Itẽ paulò inferiùs ex S. Thom. in 1. diſt. 40. q. 3. art. 1. rectè infert, *quod futura contingentia in cauſa prima, etiam determinata, quantum eſt ex ratione cauſalitatis, cognoſci non poſſunt per certitudinem determinatè.* Et propoſita obiectione de illatione, per quam ex diuina voluntate determinante ſequitur neceſſariò euentus determinatus; reſpondet, conſtanter defendendo, quacunque Dei voluntate præſuppoſita, non ſciri de futuris aliud, niſi quod contingenter euenient, neq; ſciri certitudinaliter, fore, vt eueniãt, niſi per præſciẽtiã futurorũ in æternitate. Similia docet in art. 4. eiuſdẽ quæſt. ad argu. Durand. contra 1. concluſ. & ad argum. contra 4. concluſ.

12. *Pro ſententia quam refutat citatur S. Thomas.*

Ex his conſtat in argumento contrariæ ſententiæ, quod retulimus num. 3. S. Thomam citari pro ſententia, quam ipſe refutat. Sed peculiariter notatur ibi lib. 1. contra Gent. cap. 67. ratione 3, vbi S. Thomas probat, *Deum per certitudinem ſcire an contingentia ſint, vel non ſint: quoniam Deus ſcit non ſolùm cauſas contingentium, ſed etiam ea quibus poſſunt impediri.*

13. Reſpondeo primò, S. Thomam loqui de cognitione in cauſa, prout eã magis explicuit 2. 2. q. 171, vt referemus ſtatim. Reſpondeo ſecundò cum Ferrarienſi in eius loci commentario col. 5. §. *Aduerte.* illud intelligi de effectu cauſarũ naturaliũ. Alioqui S. Thomam non ſolùm in locis ſuperius citatis, ſed etiam in eodem ipſo cap. 67. ſub initium & verſus finem expreſsè notat, actuũ liberorum ſcientiam propterea falli non poſſe, quoniam cognoſcuntur vt præſentialiter viſi, quemadmodum quando video ſortem ſedere. Pręterea Caietanum 1. p. q. 14. art. 13. qui citatur in argumento prædicto, eodem modo ſentire de præſcientia futurorum, oſtendimus tomo præcedent. diſp. 33. ſect. 7.

Liberorum ſcientia cur falli nõ poſſit.

14. *S. Thomas.*

Deinde quod in argumento adducitur ex D. Thoma 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2. probat efficaciter, actus liberos certò cognoſci nõ poſſe in ſuis cauſis, ſed tantùm in ſe ipſis. Sic enim ait: *Quamuis futura contingentia, prout ſunt in ſe ipſis, ſint determinata ad vnum: tamen prout ſunt in ſuis cauſis,*

non

Digitized by Google

non ſunt determinata, quin poſſint aliter euenire. Vnde poſtquam intulit non poſſe aliter euenire quæ reuelantur, exprimendo diuinam præſcientiam, prout reſpicit futura contingentia in ſe ipſis, ſubdit: *Quandoque verò prophetica reuelatio eſt impreſſa ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout ſcilicet, cognoſcit ordinē cauſarum ad effectus: & tunc quandoque aliter euenit, quam profetatur, nec tamen prophetiæ ſubeſt falſum. Nam ſenſus prophetiæ eſt, quod inferiorum cauſarum diſpoſitio, ſiue naturalium, ſiue humanorum actuum, hoc habet, vt talis effectus eueniat: & ſecundùm hoc intelligitur verbum Iſai, dicentis: Morieris, & non viues. Id eſt diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur, & Ionæ 3, Adhuc* *Ionæ 3.* *quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, id eſt, hoc merita eius exigunt, vt ſubuertatur.*

15. Ad confirmationem illius argumenti reſpondetur primò, negando Minorē. Nam accipiendo præſentiā in æternitate, prout præciſè dicit actualem rerū exiſtentiam in ſe ipſis, ad quam terminetur diuina præſcientia, & præſcindēdo ab aliis *Patres præſcientiam in æternitate docent.* ſubtilitatibus Theologicis, concors Patrum, & Scholaſticorum ſententia docet, omnia futura eſſe in æternitate præſentia: vt retulimus eodem tomo dicta diſp. 28. & 74. & 75.

16. Reſpondeo ſecundò. Licet hoc foret ambiguum, adhuc illa cōſecutio non valeret. Alioqui valeret hæc argumentatio ſimilis formæ: Certum eſt dari relationes reales. Et non eſt certum illas diſtingui realiter à fundamento. Ergo neceſſariò dicendum eſt, quod identificatur realiter cum fundamento. Vnde propter eandem argumentandi regulam, potuiſſet inferre contrarium, videlicet, diſtingui realiter à fundamento, quia non eſt certum identificari realiter cū fundamento. Sit igitur generalis regula. Quādo duæ propoſitiones immediatè opponuntur: ita, quod ex falſitate vnius ſequitur veritas alterius: tunc ex eo, quod vnius veritas non ſit certa, nihil aliud colligi poteſt, niſi quod alterius falſitas nō ſit certa. Ideo, dato & non conceſſo, præſentiā in æternitate, nuper explicatā non eſſe certā ſolūmodò colligeretur, nō eſſe certā falſitatē cōtrariæ ſentētiæ aſſerētis cognitionē in cauſa libera.

SECTIO II.

Quomodo diuina voluntas verſetur circa materiales peccatorum actiones.

1. QVoniam in his præcipuè cernitur, quod attinet ad munus primæ, & vniuerſaliſſimæ cauſæ, præciſum à qualibet ſpeciali prouidentia: propterea de materialibus peccatorum actionibus expreſſam mentionem in præſenti facimus: quamuis animus ſit explicare; quid poſtulet præciſum munus primæ cauſæ quando concurrit ad quamlibet actionem.

2. Suppono, actionem materialē peccati, etiamſi *A ſe Deus determinari nō poteſt ad actionem materialem peccati.* præſcindatur à malitia, non ita poſſe terminare diuinā volitionem, vt Dei voluntas à ſe ipſa determinetur ad talē actionem materialem volendam, & eligendā potius, quàm eius omiſſionem, & multò minus poteſt Deus velle, ad hāc actionem materialem peccati præbere concurſum, phyſicè determinantem, aut ita limitatum, vt ſubtrahatur concurſus ſufficiens ad eliciendam contrariam actionē bonā, & ceſſandum ab actione mala. Hæc omnia ſatis probata manēt à diſp. 27. & ſeq. præſertim diſp. 39. & 40. quoniā alias circa materiales peccatorū actiones non verificaretur mera permiſſio, quā tradunt concilia & Patres ibi citati. Deindè, quoniam homines excuſarentur à culpa, ſi Deus vellet, vt ipſi vellent & facerēt has materiales actiones: inſuper Deus vellet aliquid contra ſe ipſum: vt probauimus tota diſp. 41. Sequeretur præterea materiales peccatorum actiones à Deo fuiſſe prædeſtinatas, cuius contrarium Patres communiter docent, diſput. 42.

Quo ſuppoſito, ſit prima concluſio. Deus vult 3. *Aſſertio 1. Quomodo Deus materiales peccatorum actiones velit.* peccatorum materiales actiones, quatenus includunt eſſentialiter communem rationē actionis liberæ quam Deus vult producere cū cauſa ſecunda. Probatur, quoniā ad omnem actionem cuiuſq; creaturæ Deus cōcurrit per ſuum intellectum, & voluntatem, volendo concurrere, atq; imperando vt fiat. Ergo vult cōcurrere ad actionem materialem peccati, atque id vult, ſaltem quatenus ratio communis actionis includitur in illa particulari actione.

Pro cuius explicatione notandum eſt, duplici 4. modo poſſe conſtitui hanc volitionē Dei. Primò ita, vt verſetur circa omnes actiones peccatorum in particulari, & velit illas producere: ſed velit dependenter à conditione: ſi voluntas noſtra liberè ſe determinauerit ad illas: cui conſequens erit? vt in Deo ſit expreſsè, & diſtinctè volitio, quæ ſignificatur hac propoſitione: volo concurrere ad materialē actionem blaſphemiæ & odij, contra me ipſum eliciendā hic & nūc à Iuliano, ſi Iulianus liberè ſe determinauerit ad illā. Quapropter ob rationis paritatē Dei volitio diſtinctè & in particulari attingeret quamlibet aliā actionem materialem peccati cum prædicta conditione. Ita videntur exiſtimare nonnulli huius ætatis ſapientiſſimi doctores.

Cæterum hæc ſentētia, licet valdè probabilis 5. *Volitio materialiū peccatorū actionum in particulari reiicitur.* difficultate non caret, primò, quoniā hic modus volendi videtur cōtrahere turpitudinē, eo quod in particulari amplectatur actionē malā, quāuis dependenter à conditione determinationis liberæ volūtatis creatæ. Secundò, quoniam Deus ſatisfaciet muneri vniuerſalis cauſæ volēdo magis abſtractè rationem communem actionis, & non volendo particulares actiones peccati: vt ſtatim oſtendemus.

Tertiò, quoniā ante quamlibet volitionē Dei, 6. *Ante quamlibet volitionem Dei conditionata ſcientia.* ſcientia conditionaliū oſtendit, quod Iuliani voluntas ſi conſtituatur ſub talibus circunſtantiis, ſe liberè determinabit ad materialem actionem odij Dei. Quapropter hac ſcientia præſuppoſita, ſi non eſt turpis voluntas, qua Deus vult concurrere ad materialem actionē odij Dei ſub conditione, ſi voluntas Iuliani ſe determinauerit ad illam: eo ipſo non erit turpis voluntas: qua Deus abſolutè, & abſque conditione aliqua velit concurrere ad talem actionem: quoniam ſi non eſt turpe velle ſub conditione, non erit turpe velle per abſolutam volitionem, ſuppoſito quod præſcitur implenda conditio.

Confirmatur, nam conditionalis volitio vir- 7. *Conditionalis volitio abſolutam virtualiter continet.* tualiter continet volitionem, quæ reddatur abſoluta poſtquā cōditio cognoſcitur impleta. Ergo non poteſt eſſe turpis hæc abſoluta volitio, ſi honeſta eſt illa volitio conditionalis. Porro turpē eſſe volitionē abſolutā illius actionis, probatur, quoniam in tali actione, quidditatiuè clauditur realis oppoſitio contra Dei bonitatē, & amorem, & contra rationem rectam: quæ tota amabitur, ſi abſolutè volita fuerit; vt dicemus ad probandam concluſionem 2. 8. *Deus nec ſub conditione peccati author.*

Quartò, quoniam eodē gradu, & modo, quo

Deus voluerit materialem actionem odij Dei; erit etiam author illius: ſed Deus talis actionis, nec ſub condititione eſt author: ergo nec ſub cõditione illã vult. Confirmatur multis teſtimoniis Auguſtini, Gregorij, & Iſidori, dicẽtium, Deum eſſe authorem cuiuſque poteſtatis, non verò cuiuſq; volũtatis, hoc eſt actualis volitionis: quę ponderauimus ſupra diſp. 36. ſect. 8. n. 4. & ſeq.

9\. Quintò probatur, quoniã materialem actionẽ odij Dei conſiderando ſecundũ ſpecificã, & realem rationẽ, nullus Theologorũ negabit eſſe realiter contrariã diuinæ voluntati, amanti ſe ipſam, & præcipiẽti creatis voluntatibus amorẽ, & prohibenti odium. Rurſus quod fit contra Dei voluntatem præcipientem, aut antecedentẽ, ea tantùm ratione non fit præter Dei voluntatẽ, quoniam Deus vult permittere, vt fiat, & vult bonũ inde colligere. Ergo diuina volitio non decernit in particulari concurrere ad materialem actionem odij Dei; ſed ſatis eſt decernere illius permiſſionẽ, volendo præbere generalem cõcurſum ad quaſlibet actiones in quantum actiones ſunt.

10\. *Pſalm. 110.* *Auguſtinus.* Sumitur hoc argumentũ ex teſtimonio Auguſtini in Enchirid. c. 100. *Propterea námque magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatẽ, quia non fieret, ſi nõ fineret, neque vtiq; nolens ſinit ſed volẽs.* Vnde Magiſter, D. Thom. D. Bonauent. & cæteri Scholaſtici in 1. diſt. 47. colligunt, qua ratione quæcunq; fiunt contra Dei voluntatem antecedentẽ, ſeu præcipientẽ, non fiant præter abſolutã, & efficacem Dei voluntatem, qua vult illa permittere. Porrò cum vniuerſalis ratio actionis, licet claudatur in vltima differentia odij Dei, attamen contrarietatem non afferat contra Dei voluntatẽ antecedentem, aut præcipientem: propterea vniuerſalis illa ratio actionis poſitiuæ, & formaliter volita eſt per diuinam voluntatem.

11\. *Deus peccatorum actiones in particulari non vult.* Ex quibus omnibus collige, probabiliorẽ eſſe alterũ modum, ſecundum quem, Deus non velit peccatorũ actiones in particulari, ſed velit ſolũmodò generalem rationem entis, & actionis, vbicunque fuerit: & velit etiam cætera prædicata communia, quæ poſſunt à malitia præſcindi: ac proinde rationes particulares talium actionum, quæ habent neceſſariò adiunctã malitiam, non velit Deus, niſi in quantum in illis tranſcendenter imbibitur ratio entis, & actionis, à Deo volitæ; & in quantum illas vult permittere, & vult de illis benefacere: vt Auguſtinus ait in Enchirid. nuper citato.

12\. Obiicies inde ſequi, Deum eodem modo velle & offerre cõcurſum ad actiones materiales, quæ nunquã eliciuntur, ſicut vult & offert cõcurſum ad actiones, quæ de facto eliciuntur. Nam prædicta Dei volitio terminata ad rationem communem entis, & actionis creatæ, manet indifferẽs quod ex ſe eſt, vt ad quamlibet actionẽ cõcurrat.

13\. Reſpondetur, diſtinguẽdo conſequens: nam ſi cõſideremus Dei volitionẽ, per quã offertur concurſus, præciſã à volitionibus adiunctis ſecũdùm hanc præciſionẽ verum eſt conſequẽs. Quoniam actiones peccatorum quamuis quando actu eliciuntur, habeant actualẽ cõcurſum Dei ad extra, quẽ non habent actiones, quæ nunquã eliciũtur nihilominus quoad volitionẽ Deo intrinſecam, & immanentẽ, quæ eſt præparatio concurrendi, nihil diſcriminis eſt in Deo circa actiones peccati, de facto eliciendas, vel nunquam eliciendas. *Diuinæ voluntatis circa actiones de facto eliciendas, & non eliciẽdas diſcrimen.* Cæterum idem conſeqens eſt abſolutè falſum quoniã abſolutè, & plenè conſiderando quaſlibet Dei volitiones, quibus verſatur circa materiales actiones peccatorũ, longè diuerſus modus eſt volendi, & offerendi concurſum. Nam ad materiales actiones peccatorũ, quæ de facto non eliciuntur, Deus voluntatẽ creatam conſtituere vult in circunſtantiis, ſub quibus ſcit, eas actiones fore liberè vitandas: quoniã eas non vult permittere, ſed ſuauiter impedire, quamuis neceſſarium concurſum generalẽ non ſubtrahat; contra verò cæteras actiones materiales peccatorum permittere vult, & non impedire: ideòque volũtatem creatam conſtituere vult in circunſtantiis, ſub quibus ſcit, eas fore committendas.

Longè maius eſt diſcrimen diuinæ voluntatis in ordine ad bonos actus, qui de facto eliciũtur: eo quod Deus ad illos vult concurrere, inclinãdo & mouẽdo ad illos, vt alibi ſæpe notauimus, & conſtituendo voluntatem in talibus circunſtantiis ex directa & efficaci intentione procurandi, & faciendi, vt eliciantur. 14.

Nec fruſtra Deus neceſſariũ concurſum offert ad eos actus, quos per conditionalẽ ſcientiã cognoſcit, non eſſe eliciẽdos, ſi voluntas cõſtituatur ſub talibus circũſtantiis (vt quidã, exiſtimabant, eſſe ſuperfluũ) etenim actus, qui de facto elicitur nõ prodiret liber plena libertate contrarietatis, niſi voluntas per oblatũ ſibi cõcurſum potuiſſet, ſi vellet, contrarium actum elicere, ſiue bonum ſiue malum: ſicut nullo modo prodiret actus liber, niſi voluntas liberè poſſet ſaltem interpretatiuum omiſſionis actum elicere. 15. *Ad actus nõ eliciẽdos Dei concurſus oblatus*

Præcedẽs cõcluſio tractauit de volitione Dei, quæ antecedit præuiſam determinationẽ liberam voluntatis creatæ, videlicet, quatenus Deus decernit, quid factura ſit independenter à præuiſa determinatione volũtatis creatæ. Reſtat examinare, vtrũ ſaltem præſuppoſita ſcientia viſionis, qua Deus præuidet, fore, vt voluntas creata liberè ſe determinet ad actum peccati, diuina volũtas velit determinatè, & in particulari talẽ actionẽ materialem peccati. Ratio dubitandi eſt, quoniam ex tali ſuppoſitione determinatur diuinus concurſus ad extra, vt in particulari cõcurrat ad talem actionem materialem peccati: ergo ſimiliter determinatur volitio, per quã Deus cõcurrit. 16. *Dubitandi ratio.*

Nihilominus ſit ſecunda concluſio. Ex ſuppoſitione, quod Deus videt, fore, vt voluntas creata ſe determinet ad materialẽ actionẽ peccati, adhuc diuina volitio, quoad totũ ſuum intrinſecum, & realem modũ volendi manet prorſus indifferens & ſola denominatione extrinſeca eſt determinata, quatenus de facto cõcurrit ad extra ad actionem materialẽ peccati; cum tamen Deus etiam præſuppoſita præuiſione noſtræ determinationis ſolummodò velit concurrere ad actionem omnem, quatenus participat rationem communem actionis, nihil aliud volendo, niſi quod prædicta præciſione ſignificatur. 17. *Aſſertio 2. Nec præſuppoſita ſcitia viſionis materialis actiones peccati ad illam determinat.*

Hæc concluſio colligitur ex Damaſc. 2. de fide c. 29. vbi ſic ait: *Eorũ, quæ in nobis ſunt, ſi bona quidem, præſertim, antecedẽtérq; vult, & acceptat Deus. Sin autẽ mala, neq; præſertim vult, neque conſequenter vult, ſinit autem arbitrium ad illa liberũ.* Porrò conſequenter velle eſt velle, præſuppoſita determinatione voluntatis noſtræ: vt oſtẽdimus ſupra diſp. 19. ſect. 2. & 3. Vnde facile colliges, præſentem concluſionem eſſe deſumptam ex mente omnium Patrum, & Sholaſticorum, qui ſupra tota diſp. 33. 35. & 39. docent, Deum non velle, vt eliciantur materiales peccatorum actiones, 18. *Damaſcen.*

Colligitur

Colligitur etiam ex D. Thoma in 1. diſt. 47. q. 1. art. a. corpore, quatenus ait, tales actiones non eſſe ex voluntate Dei conſequente & beneplaciti, ſed prætet illam.

19. Ratione probatur, quoniã ſi Deus vellet particularem actionẽ peccati, etiam ex ſuppoſitione, quod vider, illam eſſe futurã: ſequeretur, actionẽ illã abſolutè amari, & placere diuinæ voluntati. Ideóq; cõſequenter amaretur, & placeret eius intrinſeca mõſtroſitas poſitiua. Vnde etiã amaretur & placeret turpitudo, quæ per ſe & neceſſariò cõiungitur cũ illa. Et ab hac turpitudine nõ excuſabitur diuinus amor, & cõplacentia, eo quod præſupponat præuiſã prædeterminationẽ volũtatis creatæ: quia hac præuiſione ſuppoſita, conſequẽter ſupponitur tota volitio diuina, quæ requiritur, vt volũtas humana ſe poſſit determinare, & elicere actionem, ſi velit. Quapropter nulla neceſſitate vniuerſalis cauſę cõpellitur Deus vlteriùs determinare magis ſuam volitionem, vt in particulari velit hanc materialem actionem peccati. Quare ſi hoc vellet; ea volitio proueniret ex inordinato affectu ad tales actioues.

20. Propter eandẽ rationẽ à fortiori colligo, quod ſuppoſita ſcientia conditionaliũ, qua Deus præſcit, hãc volũtatem creatã elicituram eſſe tales peccatorũ actiones, ſi conſtituatur ſub talibus circũſtãtiis, non ideo voluntatem cõſtituit ſub talibus circunſtantiis, quia vult Deus, vt creata volũtas eas actiones materiales eliciat; ſed tantum, quia vult Deus permittere, vt creata voluntas eliciat. Nec, vlla ſcientia præſuppoſita, Deus vult, amat, aut complacet in eo quod tales actiones in particulari eliciantur: licet complaceat in ſuo cõcurſu generali, quo influit in illas actiones, quoniã ſapiẽter, & ſanctè datus eſt; & complaceat etiam in bono effectu inde ſequuto, & in ordinatione, qua tales actiones Deus ordinat ad manifeſtationem ſuæ iuſtitiæ, alióſque fines optimos.

21. *Aſſio 3.* Ex his colligitur tertia cõcluſio. Deus non vult poſitiuã monſtroſitatẽ peccati, neq; illius realem & poſitiuã conuerſionẽ ad obiectũ malũ: ſed tantùm vult generalẽ rationẽ actionis, quæ in illis eſſentialiter includitur: vt nuper explicatũ eſt.

SECTIO III.

Præcedens deciſio corroboratur ſolutione argumentorum.

1. *Obiectio 1. Solutio.* PRimum argumentum, quoniam ſequeretur, Dei volitionẽ, aut decretum determinari, ac modificari à voluntate creata: ac proinde ab illa dependere; quod imperfectionis eſt. Huius tamen ſolutio tradita eſt ex profeſſo diſp. 45. ſect. 7. art. 1. & tota ſect. 9. Cuius deciſio nouã confirmationem accipit ex præcedenti ſect. Nam ex illa cõſtat, Dei volitionem, decretum, & imperiũ nullo modo determinari, nec modificari, nec dependere à voluntate creata, ſed Deum ſua liberrima voluntate ſe ipſum determinaſſe ad talem concurſum generalẽ, & indifferentẽ, hic & nũc exhibendum; cum certo ſciret, quid & quomodo voluntas foret operatura, ſuppoſito tali concurſu, & cæteris circunſtantiis. Quod autem Dei concurſus ad extra determinetur, & modificetur & pendeat à cauſa ſecunda, nõ eſt inconueniens: vt in eiſdem locis probatum eſt.

2. Secundum argumentum. Deus ad extra non aliter concurrit, niſi volendo, & imperando, ſed concurrit determinatè non ſolùm ad rationem genericam; verùm etiam ad rationem ſpecificam & infimam odij Dei, aut alterius actionis turpis. Ergo Deus vult determinatè differentiam ſpecificã, & numericã talis actionis. Minor probatur, quia differẽtia numerica & ſpecifica illius actionis ſunt eſſentialiter ens creatum: Ergo indigent diuino concurſu non minus, quam ratio generica actionis. Confirmatur Sap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes.* Conſequentia verò probatur, quoniam ad effectum particularẽ, ac determinatum non ſufficit concurſus indifferens: ſed actio peccati eſt effectus particularis: ergo ad illum non ſufficit concurſus indifferens. Ruſſus ad præbendum concurſum determinatum, non ſufficit indifferens volitio, & imperium, ſed requiritur determinatum imperium, à determinata volitione procedens.

Reſpondetur. Duplex eſt concurſus Dei. Alter in actu ſecundo, qui eſt actio ad extra, & ens creatum, receptum in nobis, ſcilicet dependentia noſtræ volitionis à diuina potentia, & volũtate: & hic concurſus eſt determinatus ad hanc volitionem, ita vt nullo modo poſſit determinari ad aliam: quia vel eſt idẽ realiter cum illa, vel eſt modus proprius illius. Alter eſt concurſus Dei in actu primo, qui eſt actio Dei ad intra, ex qua reſultat actio ad extra, & eſt præparatio diuinæ voluntatis ad concurrendũ cum voluntate creata. Hic ergo concurſus in actu primo nõ eſt determinatus ad actionẽ peccati, ſed, quod ex ſe eſt magis inclinat ad bonũ. Ad formã igitur argumenti negatur Conſequentia, & ex eius probatione propoſitio poſtrema diſtinguitur. Nam ad præbendum ad extra concurſum determinatum per cauſam particularem, & non à Deo, ſufficit indifferens volitio, & imperium Dei, licet non ſufficeret ad præbendum concurſum, determinatum per eandem volitionem Dei. 3. *Dei concurſus in actu primo, & ſecundo.*

Ad cuius maiorem explicationem vrgebis tertiò. Concurſus Dei ad extra procedit à cõcurſu Dei ad intra in actu primo, qui eſt volitio, ſed concurſus Dei ad extra eſt determinatus: ergo procedit à diuina volitione determinata. Reſpõdetur, diſtinguendo Maiorem. Nam circa actionem peccati concurſus Dei ad extra procedit à diuina volitione, non tanquã à cauſa determinãte, ſed tanquam à cauſa indifferenti, & magis inclinanti ad oppoſitum; ideóq; non oportet, diuinam volitionẽ determinatam eſſe ad talẽ cõcurſum particularem ad extra, ſed ſatis eſt vniuerſaliter decreuiſſe concurrere ad quamcunq; actionẽ, ad quam voluntas creata determinauerit ſeipſã, & cõſequẽter determinauerit concurſũ Dei. 4. *Obiectio. Solutio*

Hoc autem ſatis eſſe confirmò, quoniã ſicut quædam ratio cõmunis volitionis penetrat omnes differentias ſpecificas, & numericas cuiuſq; volitionis malæ; ita diuina volitio, quia vult concurrere ad omnem effectũ, in quo reperta fuerit illa ratio communis volitionis, eo ipſo eius concurſus ad extra pertingit omnes differẽtias ſpecificas & numericas actionis malæ, quarũ omniũ concurſus ſufficienter volitus eſt in illa ratione communi & abſtracta. 5. *Solutionis cõfirmatio.*

Vrgebis 4. Actio vel cõcurſus determinatus ad materialẽ actionem, diuinæ legi realiter contrariam, eſt malus: ſed concurſus Dei ad extra eſt determinatus ad huiuſmodi actionem, v. g. ad odium Dei (vt nuper conceſſimus) Ergo concurſus Dei ad extra eſt malus. Sed Deus vult illum concurſum, ſaltem in communi: ergo Deus vult malum ſaltem in communi. 6.

Reſpondetur, diſtinguendo Maiorem. Nam concurſus, qui ad tales actiones determinatur à ſe ipſo, eſt eſſentialiter malus: at verò concurſus, qui eſſentialiter mouet prius ad bonum, & non determinatur ad tales actiones, niſi per alium concurſum determinantem ad illas; ille non eſt malus. Huiuſmodi autem eſt concurſus Dei ad extra. Qui licet conſideratus in particulari reſpiciat eſſentialiter hanc actionem, quæ mala eſt; ita vt illi repugnet deſeruire ad aliam actionem bonam: nihilominus non eſt determinatus à ſe ipſo, quia eſſentialiter prærequirit concurſum creatæ voluntatis, quaſi prædeterminantis ad talem actionem.

Diuinus concurſus ad extra ſecundū ſuam rationē formalē optimus, & Deo dignus.

Itaque diuina actio, ſeu concurſus ad extra ſecundum ſuam rationem formalem optimus eſt, & Deo dignus quoniam Deo dignum eſt, vt quidquid habet rationem entis, pendeat à primo ente, tanquam à nō determinãte nec cauſante defectū entitatis. Quod autem de materiali prædictus concurſus realiter idētificetur cō actione quidditatiuè cōtraria diuinæ legi, nihil maculat puritatem illius rationis formalis, ſed eam potius commendat.

7. *Pſalm. 113. Auguſtinus.* Obiicies quintò celebre illud Pſalm. 113. *Omnia quæcunque voluit, fecit.* Vnde D. Auguſtinus Enchirid. cap. 95. colligit: *Non ergo fit aliquid, niſi Omnipotens fieri velit.* & cap. 102. *Nec niſi volens quicquam facit, & omnia, quæ vult, facit.* Et lib. 26. contra Fauſtum cap. 4. *Hæc de illo* (videlicet Helia) *factum ſcimus, quod Dei voluntas habet: quod autem Dei voluntas non habet, fieri de quoquam omnino non poſſe.* & lib. 83. quæſt. q. 3. *Deo authore cum dicitur, Deo volente dicitur.*

8. *Legitimus Auguſtini ſenſus.* Cæterum horum, & quorumcunque ſimilium locorum eiuſdem, ſiue alterius cuiuſque Patris legitimus ſenſus eſt, quem exponit idem Auguſtinus in Enchiridio cap. 95. citato dicens: *Non ergo fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo, vt fiat, vel ipſe faciendo.* Vnde S. Thomas 1. p. q. 19. art. 12. & communiter ſcholaſtici cum Magiſtro in 1. diſt. 45. prope finem, rectè colligunt, *permiſſionem appellari voluntatem Dei.* Et in *Auguſtinus.* citato cap. 102. *Quantælibet ſint voluntates, vel Angelorum, vel hominum, vel illud, quod Deus, vel aliud volentes, quam Deus.* Supponit ergo voluntates creatas aliquando velle aliquid, quod Deus non vult, vt velint: quod probatum eſt ſupra diſp. 33. ſect. 1. & 3. Et in lib. 83. quæſt. q. 3. citata, dicit, *humanæ voluntatis vitium longè abeſſe à Dei voluntate, ne Deo authore ſit homo deterior.* Eſſet autem homo deterior Deo authore; ſi Deo authore determinaretur ad materialem actionem odij Dei, vel blaſphemiæ.

9. Obiectio ſexta, cuius frequentior eſt repetitio in diſputationibus contrariæ ſententiæ, pertinet ad vniuerſalitatem cauſæ primæ, atque ſupremæ, quæ debet cauſare quamlibet rationem entis, in quantum ens eſt, & quamlibet rationem actionis, in quantum actio eſt: ac proinde cauſare debet etiam materialem actionem peccati, quatenus ens eſt, & quatenus actio eſt. Ad cuius confirmationem adducuntur Patres & Scholaſtici.

10. *Sententia noſtra corroboratio.* Nihilominus inde potius corroboratur noſtra ſententia, quoniam Patres expreſſè tradentes vniuerſalitatem diuinæ cauſalitatis atque concurſus, & aſſerentes, omnia, quæ ſunt, in quantum ſunt, & omnem operationem à Deo procedere: nihilominus aſſerunt, animi motus, & opera, quibus à Deo receditur procedere à voluntate creata, & Deum non eſſe authorem illorum, ſed tantùm illa permittere. Quarum aſſertionum legitima concordia non poteſt eſſe alia, niſi, quod Deus vult concurrere ad illas operationes, in quantum entia, & in quantū operationes ſunt: ſed non vult ad earum differentias ſpecificas determinare, nec ad illas impellere; ſed potius, quantum in ſe eſt, vult ab illis auocare voluntatem creatam.

Eſt in hac re copioſus, licet obſcurus Dionyſ. 11.
à c. 4. de diuinis nomin. vſque ad 9. Sed eius teſtimonia pōderabimus ſect. 7. ratione 1. confirm. 5. & ratione 4. fine. Inſuper Auguſtinus lib. 1. Retract. cap. 26. retractans ea, quæ dixerat in *Auguſtinus.*
lib. 83. quæſt. q. 21. ſic loquitur: *Vtrùm Deus author mali non ſit? ibi videndum eſt ne malè intelligatur quod dixi. Mali enim author non eſt, qui omnium, quæ ſunt, author eſt, quia in quantum ſunt bona ſunt.* Quibus conſonat idem Auguſtinus in eodem libro q. 24. & lib. de vera religione cap. 18. & lib. 1. de doctrina Chriſtiana c. 32. Cuius verba refert Magiſter 2. diſt. 35. cap. *Quod autē.* Vniuerſaliter enim docet, omnia, quæ ſunt, in quantū ſunt, eſſe à Deo. Et lib. 2. de libero arbit. c. vltimo: *Pietatem,* inquit, *inconcuſſam tene, vt nullum tibi bonū, vel ſentienti, vel intelligenti, vel quomodocunq; cogitanti occurrat, quod non ſit ex Deo: ita enim nulla natura occurrit, quæ non ſit ex Deo.*

Nihilominus in eodem cap. vltimo eiuſdē lib. 12. *Motus auerſionis non à Deo, ſed à libera volūtate.*
2. aſſerit, non à Deo, ſed à libera voluntate procedere motum auerſionis, quod fatemur eſſe peccatum. Et in ſequenti cap. 1. libri tertij ait: *Quid opus eſt quærere, vnde iſte motus exiſtat, quo voluntas auertitur ab incommutabili bono, ad commutabile bonum; cum eum non niſi animi & voluntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fateamur?* Vbi illud agit præſertim Auguſtinus, vt ille motus nō ſit ex Deo, ſed ex voluntate: vt conſtat ex vtroq; cap. citato. Et in lib. 12. Confeſſion. cap. 11. *Dixiſti mihi Domine voce forti in aurem interiorem, quod omnes naturas atque ſubſtantias, quæ non ſunt, quod tu es, & tamen ſunt, tu feciſti. Et hoc ſolum à te non eſt, quod non eſt, motúſque voluntatis à te, qui es, ad id quod minus eſt, quia talis motus delictū atque peccatū eſt.* Vides non ſolùm malitiam, ſed etiam motum, id eſt realem tendentiam voluntatis ad minus bonū, repugnans ſummo bono, non procedere à Deo tanquam à cauſa & authore? Sic etiam actum, qui eſt malus, nō eſſe à Deo, ſumitur ex Auguſtino lib. de perfectione iuſtitiæ ratiocinatione 4. & clariùs docet author Hipogn. apud Auguſtinum lib. 1. fine, & lib. 4. init. & alij citati ſupra diſp. 31. ſect. 3. & 4.

Damaſcen. in dialogo contra Manichæos inter 13.
principium & med. de Angelis docet id, quod de hominibus etiā intelligendū eſſe, conſtat ex toto ſequenti diſcurſu, vſq; ad finē dialogi. Ait ergo: *Sēper à Deo, tū, vt ſint, tum vt vitalē, & intellectualē in modū moueantur, accipiunt, cum id ſuapte natura minimè habeant* (videlicet niſi à Deo accipiant) *vt enim trochus impulſus, mouetur, ac tandē deſinit: quod ſi perpetuo impellatur, perpetuo quoq; mouetur, etiāſi à ſe motū haudquaquam habeat: ſic etiā Angeli, cum à ſe ipſis, vt ſint, non habeāt, tantiſper mouentur, quātiſper eos conditor mouet; quod ſi ille non moueat, moueri deſinent.* Vide ſummā indigentiā diuinæ motionis, & efficacitatis, tam vt ſimus, quàm vt eliciamus operationes intellectus, & voluntatis, hoc enim eſt *intellectualem in modum moueri.*

Nihilominus non ſolùm in libro ſecūdo de fide 14.
c. 22. & 26. ſed etiā in eodē dialog. propinquiùs ad finem

ad finẽ, quàm ad med. ſępe docet, in poteſtate Angeli, vel hominis ſitum fuiſſe, & eſſe peccata committere, vel cauere; ad idque libertatem eſſe ſui iuris: vt tomo præcedenti diſp. 42. ſect. 4. retulimus. Ad hæc multò propinquius ad finem, quàm ad medium dialogi ſubdit: *Quod ſolum Dei eſt, ſiue ipſi volumus, ſiue nolumus, ipſe pro ſua bonitate tribuit: quo bonum vel aliqua ſaltem ex parte in nobis ſit. Quin Deus diabolo quoque ſemper bona præbet. Verum ille accipere recuſat. Atque in futuro euo Deus omnibus bona tribuit; at vnuſquiſque prout capacẽ ſe ſe reddidit, boni particeps efficitur.* Ergo Deus quantum ex ſe eſt, ſemper & quaſlibet voluntates mouet ad bonas operationes morales (non ſupernaturales) ſed Dei motionem prauæ voluntates detorquent, vt non niſi ex parte recipiant eius bonitatem.

15. Anſelmus lib. de Concordia præſcientiæ & prædeſt. cum libertate cap. 1. verſus finem ait: *Facit igitur Deus omnia, quæ iuſta, vel iniuſta voluntate fiunt, id eſt, bona opera, & mala. In bonis quidem facit quod ſunt, & quod bona ſunt, in malis autem facit quod ſunt, ſed non quod mala ſunt.* Atq; rationem reddit, quoniam mala eſſe nihil eſt. Quam ſententiam paulò inferiùs repetit.

16. Cæterùm paulò ſuperiùs in eodem cap. Anſelmus dixerat: *Sola voluntas determinat quid teneat, neque aliquid facit vis neceſſitatis, vbi operatur electio ſola voluntatis.* Et toto illo libro oſtendit, antecedentem neceſſitatem libertati eſſe contrariam: vt retulimus eodem tomo præcedenti diſputatione 33. ſect. 2. Vnde conſtat prædictam ſententiam ita intelligendam eſſe, vt Deus operetur etiam opera mala, in quantum opera ſunt, ſed non determinans nos ad illa, ſed determinatus à noſtro arbitrio ſolummodò: vt ex eodem Anſelmo & aliis Patribus retulimus ſuprà à diſput. 31. vſque ad 38. Similia ſcribit Anſelmus lib. de concordia prædeſtinationis & grat. cum libero arbitrio ad finem totius operis, dicens: *Mala Deus facit ſola culpa hominum, quia ea non faceret, ſi homo illa facere non vellet. Facit tamen hæc quod ſunt; quoniam condidit in homine voluntatem, quæ ſine iuſtitia vtitur ſola culpa hominis, mala ſunt, quæ operatur.* Et poſtea rationem reddit, quia Deus dedit homini libertatem & iuſtitiam: homo autem *iuſtitiam deſeruit, quam ſeruare potuit.*

Mala opera in quantum opera Deus operatur.

17. Idem Anſelmus in dialogo de caſu diaboli c. 20. in medio: *Cùm diabolus*, inquit, *conuertit voluntatem ad quod non debuit, & ipſum velle, & ipſa conuerſio fuit aliquid, & tamen non niſi à Deo, & de Dei voluntate aliquid habuit. Quoniam nec velle aliquid, nec mouere potuit voluntatem, niſi illo permittente, qui fecit omnes naturas ſubſtantiales, & accidentales, vniuerſales, & indiuiduales. In quantum enim voluntas & conuerſio, ſiue motus voluntatis eſt aliquid, bonum eſt, & Dei eſt. In quantum verò iuſtitia caret, ſine qua eſſe non debet: non ſimpliciter malum, ſed aliquid malum eſt, & quod malum eſt, non Dei, ſed volentis, ſiue mouentis voluntatem.*

18. Perpende primò, non ſolùm vniuerſales, ſed etiã indiuiduales, tam ſubſtantiales, quàm accidentales naturas feciſſe Deum. Secundò, ipſum velle, & ipſa conuerſio fuit aliquid, & propterea fuit à Deo, ſed non ita, vt totũ haberet de voluntate Dei, ſed tantùm haberet aliquid. Tertiò illud aliquid quod habuit de voluntate Dei, fuit permiſſio, ſine qua nullus poteſt velle aliquid, nec mouere voluntatem. Quartò conſidera reduplicationem, ſub qua pertinet ad Dei volũtatem & cauſalitatem, videlicet, *in quantum voluntas, & conuerſio, ſiue motus voluntatis eſt aliquid, bonum eſt, & Dei eſt.* Quintò, *quod non ſimpliciter malum, ſed aliquid malum eſt*, claudit nõ ſolùm priuationem iuſtitiæ, ſed etiam realem aliquam entitatem. Et de hoc toto pronuntiat Anſelmus, *quod malum eſt, non Dei, ſed volentis, ſiue mouentis voluntatem.* Ergo Deus non eſt mouens voluntatem ad illud aliquid malum, quod non eſt ſimpliciter malum, ſed eſt realitas, quam neceſſariò conſequitur priuatio iuſtitiæ.

In verbis Anſelmi perpendenda quinque.

Obiicies poſtremò illud Sap. 11. *Diligis omnia quæ ſunt.* Vnde S. Thom. 1. p. q. 20. art. 2. colligit, quod Dei voluntas eſt cauſa rerum, quatenus cuilibet exiſtenti vult aliquod bonum, videlicet ipſum eſſe. *Et ſic oportet*, inquit, *quod in tantùm habeat aliquid eſſe aut quodcunque bonum, in quantum eſt volitum à Deo.* Sed materialis actio odij Dei ſecũdum ſpecificam rationem reale eſſe habet. Ergo volita eſt à Deo ſecundùm rationem ſpecificam & realem. Reſpondeo, negando conſequentiam. Etenim ſatis eſt, volitam eſſe à Deo generalem rationem habendi eſſe, quæ clauditur in ſpecifica ratione odij: & nullam inuoluit contrarietatem aduerſus Dei bonitatem, ſapientiam, & voluntatem. Itaq; materialis actio odij Dei, & eius ſpecifica differentia in tantum habet eſſe, & tranſcendentem bonitatem, in quantum eſt volitum à Deo cuicunque actioni voluntaris communicare cum eſſe, bonitatem tranſcendentalem. Vide, quæ ex Dionyſio de diuinis nomin. c. 4. ponderabimus ſect. 7. à num. 7. 19.

Sap. 11.

S. Thomas.

Obiectionis ſolutio.

SECTIO IV.

De coactione diuinæ voluntatis obiectio alia.

Contrariæ ſententiæ Doctores ſibi maximè diſplicere dicunt, quod aſſerimus, materiale peccati non eſſe intentum à Deo abſolutè; imò quod vellet Deus, tale materiale non eſſe. Fingitur enim Deus (inquiunt) atq; ſi ſub quodã genere cõpulſionis concurreret ad materiale peccati, & offerret ſuum generalem concurſum ſolùm propter neceſſitatem. Qui modus dicẽdi eſt nouus, & inauditus in Eccleſia, & vt talis fugiendus. Quis enim adhuc auſus eſt dicere, quod propter neceſſitatem Deus offerat ſuũ concurſum? Confirmant, exponẽdo locutionis ſenſum: quoniam illa neceſſitas idem valet ac dicere, quod Deus offert ſuum concurſum, eo quod nõ poſſit nõ offerre, quod, aiunt eſſe iniurioſũ Deo. 1.

Obiectio.

Confirmatio.

Reſpondetur. Imprimis materiale peccati non eſſe intentum à Deo abſolutè, imò quod vellet Deus tale materiale non eſſe, probatũ eſt abundè ſupra diſp. 31. & 32. ſed magis expreſsè diſp. 33. & 35. Secundò. Quandã veluti coactionẽ in Dei voluntate atq; in eius operibus ad extra concedere, vnde quaſi neceſſitetur Deus, eo quod non poſſit aliter fieri iuxta diuinæ prouidentiæ ordinẽ magis conſentaneum libero arbitrio; hoc, inquã, totum nõ eſt nouum, & inauditum, ſed potius conſentaneũ modo loquendi Scripturæ ſacræ, nã & Luc. 17. Chriſtus Dominus: *Impoſſibile eſt*, inquit, *vt non veniant ſcandala.* Quod tamen fieri potuiſſet, ſi Deus de potẽtia abſoluta nullũ ſcandalũ permitteret. Et Matth. 18. *Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala.* Marci 6. *Non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem illorum* Sic etiã Matth. 26. *Si poſſibile eſt*, inquit, *trãſeat à me calix* 2.

Materiale peccati non intentum à Deo.

Veluti coactio in Deo.

Lucæ 17.

Matth. 18.

Marci 6.

Matth. 26.

Marci 14. *iſte*. Et Marci 14. *Orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora*. Cùm tamen ſtatim ſubiiciat: *Omnia tibi poſſibilia ſunt*. Agnoſcebat igitur id eſſe impoſſibile ſecundùm optimã rationem prouidentiæ, quæ peccatis hominum præſuppoſitis, cõpellebat ad exigendam illorum copioſam ſatisfactionẽ, per quam dimitterentur. Et quãuis Patres in cõmentariis eorum locorũ, varient in exponẽda tranſlatione calicis; at circa poſſibilitatis, aut impoſſibilitatis genus ſemper recurrũt ad Patris voluntatẽ iuxta cõuenientiſſimã rationẽ prouidẽtiæ.

4\. Clariùs autẽ traditur à plurimis antiquorum Patrũ, qui de malis culpæ, & de materialib. actionibus illorũ, affirmant, Deum, quod ex ſe eſt, optare potiùs, vt à nullo fiant tales actiones, ſed ab omnibus obſeruẽtur eius præcepta. Pro qua doctrina plurima teſtimonia Patrum retulimus ſupra tota diſp. 19. 20. & 21. & diſp. 33. Rurſus ad inferenda ſupplicia Deũ ſua ſponte non propendere, ſed quaſi neceſſitate quadã, & coactione per hominum peccata compelli, plurimi Patres expreſsè notant: vt vidimus ſupra diſp. 21. præſertim ſect. 1. Denique ſimili quadam neceſſitate, & quaſi coactione Deum à creato arbitrio cõpelli, vt concurrat ad materialẽ actionem peccati, non ſolùm efficaciter colligitur ex omnibus ſcholaſticis ſupra diſp. 39. ſed etiam diſertis verbis traditur ab Altiſiodor. cuius verba retulimus dicta diſp. 39. ſect. 4. initio, & Maiore ibidem ſect. 5.

5\. *In diuina voluntate nullum coactionis veſtigium.* Sed ad maiorem veritatis explicationẽ notandum eſt, in diuina voluntate, prout verſatur circa materiales actiones peccatorũ, nullum coactionis veſtigium reperiri, quoniã ſolummodo verſatur circa cõmunem rationem actionis, quæ in prædictis actionibus tranſcendenter imbibitur, vt in ſect. 2. explicatum eſt. Quapropter illa coactio & cõpulſio ſecundùm quid, quæ reperitur in volitione diuina, quatenus determinatè & in particulari vult inferre ſupplicia, non reperitur in diuina volitione concurrendi ad quãlibet actionem. Nihilominus extrinſeca quædam coactio atque compulſio ſuperuenit voluntati diuinæ: quatenus illa quod ex ſe eſt, præoptaret ſuũ generalẽ concurſum impẽdere ſemper ad actiones honeſtas: & tamẽ voluntas creata concurſum generalẽ detorquet ad materiales actiones turpes.

Vnde coactio extrinſeca diuinæ voluntati ſuperueniat.

6\. Ideò ſapienter Anſelmus in dialogo de caſu diaboli toto ferè cap. vltimo ſignificauit, non ſolùm in concurſu Dei ad extra quando flectitur ad materialem actionem peccati, coactionem interuenire, ſed etiam extrinſecam eſſe illius coactionem, quando ait: *Velle autem ſecundùm eſſentiam bonum: ſed quoniam non iuſtè, factum eſt malum. Et tamen à Deo fuit, à quo eſt omne quod aliquid eſt. Nẽpe non ſolũ hoc habet aliquis à Deo, quod Deus ſponte dat, ſed etiam quod iniuſtè rapit, Deo permittente. Et ſicut dicitur Deus facere quod permittit fieri: ita dicitur dare, quod permittit rapi. Quoniã igitur, permittente Deo Angelus malus per rapinam vſus eſt poteſtate à Deo ſponte data; à Deo habuit vti, quod non eſt aliud, quam ipſum velle. Non eſt enim aliud velle, quàm vti poteſtate volendi, ſicut idem eſt loqui, & vti poteſtate loquendi.*

Anſelm.

7\. Perpende primò, *quod rapina quandam violentiam, & coactionem importat, per quam contra iuſtitiam, alicui aufertur, quod ſuum eſt*: vt S. Thomas ait 2. 2. q. 66. art. 8. corp. receptus ab omnibus Theologis, & Summiſtis. Secũdò rapiendi verbũ in hoc loco non poteſt ad impropriã ſignificationem detorqueri, vt violentiã cuitet. Nam Anſelmus expreſsè proponit vt oppoſita, volitionem honeſtã à Deo ſponte dari; ſed volitionẽ turpem non ſponte dari, ſed per creatum arbitrium violenter rapi, Deo permittente. Tertiò rapina circa exteriora bona exercetur, neque rapientis violentia penetrat vſque ad voluntatem illius perſonæ, quæ rapinam ſua ſponte permittit.

Quartò non poſſunt Anſelmi verba limitari ad formalẽ rationẽ malitiæ: quippe quam nullo modo habemus ex Deo, nec ſua ſponte dãte, nec arbitrio creato, violenter rapiente. Quapropter manifeſtè loquitur etiã de materiali actione, quã cõſequitur malitia. Quod manifeſtiùs indicãt poſtrema verba, videlicet, *ipſum velle*, & *vti poteſtate volendi*. Poſtremò in prioribus verbis obſerua cauſalitatẽ primæ cauſæ ad vniuerſalẽ rationem entis: *à Deo eſt*, inquit, *omne, quod aliquid eſt*. 8.

Sed inſiſtunt ſecundò iidẽ authores, dicentes, eſſe chimericũ in actionibus diuinis ad extra, quę procedunt à voluntate Dei, ponere voluntarium admixtum inuoluntario taliter, quod verificetur, Deũ non plenè voluntariè agere. Reſpondetur. Nõ ſolùm in actionibus diuinis ad extra, ſed etiã in volitione Dei ad intra poteſt admiſceri ſecundũ quid inuoluntarium, quãdo eius obiecto admiſcetur aliquid, quod eſt ſecundum quid malum, eo quod eius bonitas præſupponat alterius rei malitiam: vt oſtendimus diſputatione 20. ſectione 4. obiectione 4. 9. *Obiectio 2.*

In Dei volitione ſecundum quid inuoluntarium.

Addunt tertiò. Concurſus diuinus eſt abſque conditione, & ita abſolutus & independẽs, ſicut eſt ratio entis, quam inſpicit Deus, & à qua dependent omnes rationes particulares. Ergo Dei concurſus non compellitur & neceſſitatur ad materiales actiones peccatorum. Reſpondetur, hoc argumentum eſſe pro nobis. Etenim entis vniuerſaliſſima ratio non poteſt in rerũ natura exiſtere; niſi exiſtant entia particularia. Quapropter, quantum ad hoc, dependet ab illis. Vnde ſimiliter generalis Dei concurſus pendet etiam ex cauſis particularibus, determinantibus ad effectus particulares ſupra diſp. 45. ſect. 7. & 9. 10. *Obiectio 3.*

Solutio.

Inſuper ratio entis, quantum ex ſe eſt, quamlibet actionẽ humanam repleret entitate atque perfectione. Quapropter contra illius natiuam propenſionem, & quaſi coactè contingit, vt aliquæ actiones liberæ prodeant, debita ſibi entitate, atque perfectione carentes. Vnde proportionatus quidã coactionis modus redundat in cõcurſum generalem Dei, qui, quod ex ſe eſt, entitatis & perfectionis plenitudinem cauſaret in actione, niſi per liberum arbitrium impediretur. Addunt denique prædicti doctores nonnulla teſtimonia Patrum, aliáſque rationes, quibus abundè ſatisfecimus præcedentibus diſputationibus. 11.

SECTIO V.

Ex perfecta ſingularium prouidentia quomodo phyſicam prædeterminationem colligant eius authores.

1\. SVppono tanquam certum dogma fidei, diuinam prouidentiã verſari, non ſolùm circa res in cõmuni, & in confuſo; ſed etiam circa minutiſſimas quaſque res in particulari: nec ſolùm circa res naturales, & neceſſarias, ſed etiã circa res liberas, & contingentes actiones, atque minimas illarum circumſtantias. Quemadmodum Sap. 6. *Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.* & cap. 12. *Non enim eſt alius*

Dei prouidentia circa res minutiſſimas in particulari.

Sap. 6. & 12.

Deus

Digitized by Google

Deus,quã tu,cui cura eſt de omnibus. & poſt pauca: *Iuſtè omnia diſponis.* Rurſus Sap. 11. *Diligis omnia quæ ſunt.* & poſt pauca: *Quomodo autem poſſet aliquid permanere,niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?* & cap. 14. *Tu autem Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas.* Prouerb. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Matth. 6. *Conſiderate lilia agri,&c.* Matth. 10. & Luc. 12. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadit ſuper terram ſine Patre veſtro. Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Iudith. 9. *Tu feciſti priora:& illa poſt illa cogitaſti, & hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.*

Sap. 14. *Prouerb. 8.* *Matth. 6.* *Luca 12.* *Iudith. 9.*

2\. Sed teſtimonia Patrum ad hanc rerum omnium in particulari curam, & prouidẽtiam confirmaodam, prætermitto, quoniam paſſim occurrunt omnibus, qui de prouideotia diſputant. Quorum plurima vidimus tribus prioribus diſputationibus circa peccatorum actiones, quæ maximè videbatur ſe ſubducere ab ordine diuinæ prouideotiæ. Multa etiam de omnibus actionibus vidimus ſupra diſp. 5. præſertim ſect. 4.

3\.
Eiuſmodi prouidentia ratione demonſtratur.

Ratione autem demonſtratur, quia quæcunque res creata, quoad vltimam differentiam pendet à Deo, vt à prima cauſa immediatè concurrente: quoniam non ſolùm communes rationes, ſed etiam differentiæ numericæ, & ſpecificæ cuinſque rei, ſunt eſſentialiter entia creata: ergo quælibet res, quaotumcunqoe minima quoad vltimam differentiam ſiue ſpecificam, ſiue numericam gubernatur per diuinam prouidẽtiam. Cooſequentia eſt euidens, quia Deus nihil agit, niſi per intellectum & voluntatem, & quicunq; agens per intellectum & voluntatem intendit aliquem finem agendo. Vnde euidens eſt, Deum ordinare in aliquem finem quamcunque rem, etiam ſecundùm vltimam differeotiam illius, quam producit. Atqui nihil aliud eſt prouidentia, quàm ratio mediorum ad finem, per intellectum practicum oſtenſa, & per voluntatem volita. Hanc & plures alias rationes eidem cognatas, dilucidè, & ex profeſſo D. Thomas exequitur 3. contra Gent. cap. 75. 76. 90. 91. & 92. quarum compendium colligit 1. p. quæſt. 22. articulo 2. & 3.

Prouidentia quid.

4\.
Ex hoc principio propoſitionem omnium ſingularium ante ſcientiam conditionatã inferunt.

Hoc ſuppoſito phyſicæ prædeterminationis Authores exiſtimant. Deus prouidentia ſua antecedeoter ad præſcientiam cooperationis cuiuſlibet cauſæ ſecundæ, futuræ etiam ex hypotheſi, quod in talibus circumſtantiis conſtituatur, præfiniuit omnia ſingularia in particulari ſecundum omnes circumſtantias, quantum ad omnem rationem entis, quam habẽt: ſiue talia entia procedant à cauſis proximis naturalibus, ſiue liberis & contingentibus. Itaque Deus ſua prouideotia prædefiniuit in particulari, quod hæc muſca naſcatur hodie, & illa cras; quod Petrus prodncat talem actionem tali tempore, & cum tanta intentione, & aliis circumſtantiis ſecundum omnem rationem entis, quam habent.

5\. Et quidem ſi hæc ſentẽtia prædefiniendi verbo non clanderet phyſicam prędeterminationẽ; nihil eſſet hoc loco diſputandum de bonarum actionum prædefinitione, quam nos etiam probabimus tomo ſequenti tractantes de Prouideotia. Nam quod attinet ad materiales actiones peccatorum, quamlibet prædefinitionẽ, etiam illam, quæ ſine phyſica prædeterminatione fieret, repugnare diuinæ bonitati, ſatis oſtẽdimus ſuprà diſp. 40. præſertim ſect. 1. Cæterùm, quoniã iſtius prædefinitionis argumenta diriguntur ad probandam phyſicam prædeterminationem ex vi generaliſſimę prouidẽtiæ primæ cauſæ, quæ propterea cõplectatur materiales actiones peccatorũ: idcirco proponũtur in præsẽti; quibus alia nos etiã addimus argumẽta: vt omnia ſect. 8. ſoluãtur.

Prædefinitio duplex.

Primum argumentum, quoniam expreſſa eſt, inquiunt, doctrina S. Thomæ: vt conſtat ex diuerſis locis illius, ſed præſertim 3. contra Gent. cap. 76. vbi in confirmatione illius adducię illud Iudith. 9. *Tu feciſti priora.& illa poſt illa excogitaſti; & hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.* Confirmatur primò, quoniam, ooo ſolùm res omnes in particulari, ſed etiam illarum omoes circnmſtantiæ dicuntur eſſe prædefinitæ. Sap. 11. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.* Confirmatur ſecundò, nam & S. Thom. 3. contra Gent. c. 75. ratione 5. & 6. docet, omnia, quæ circa ſingularia contingunt diuina prouidẽtia gubernari. 6.

Pro eiuſmodi ſententia primum argumentum. Iudith. 9.

Sap 11.

Secundum argumentum, quoniam eidem ſententiæ fauent ſancti Doctores, dum aſſerunt, omnia bona opera eſſe à Deo prædefinita, vel prædeterminata. 7.

Tertium argum. quoniam Dionyſ. Areopag. c. 5. de diuinis nomin. tit. de exemplaribus, lect. 3. apud S. Thom. docet, omnes res exiſtentes habere in Deo rationes prædetermioatiuas, & effectiuas earumdem rerum, & ſubdit, quod *huiuſmodi rationes Theologia prædefinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates exiſtentium prædeterminatiuas & effectiuas, ſecundùm quas ſubſtantialis eſſentia omnia prædefiniuit, & produxit.* Ex quibus verbis deſumitur argumentum. Diuina prouideotia includit cauſalitatem voluntatis, & omnipotentiæ ipſius; ſed cauſalitas diuinæ voluntatis & omnipotentiæ includit prædeterminationem omnium eorum, quæ in tempore producit: etenim diuina voluntas ab æterno prædeterminauit facere in tẽpore, quæcunq; facit. ergo, &c. 8.

Dionyſius.

Quartum argumentum, quoniã Irenæus lib. 2. c. 45. docet omnia eſſe prædefinita à Deo, ordinata & diſpoſita, quantumcunque minima, & ſecuodum numerum, & modum, & quãtitatem. Et eos acriter reprehendit, qui circa prouidentiam diuinam ſunt nimis curioſi, volentes plus ſapere, quàm oportet. Verba Irenæi ſunt: *Quid autem, ſi quis interroget nos, ſi omnis numerus omnium, quæ ſunt facta, & quæ fiant, ſcitur à Deo? Et ſi ſecundum illius prouidentiam vnuſquiſque eorũ eam, quæ ſecundùm ſe eſt, accepit quantitatem? Nobiſque conſentientibus, & confitentibus, quia nihil omnino horum, quæ facta ſunt, & quæ fiunt, & fient, Deum fugit; ſed per illius prouidentiam vnumquodq; eorum & habitum, & ordinem, & numerum, & quantitatem accipere, & accepiſſe propriam; & nihil omnino, neque vanè, neque vt prouenit factum, aut fieri, ſed cum magna aptatione, & conſonantia ſublimi, & eſſe admirabilem rationem, & verè diuinam, quæ poſſit huiuſmodi & diſcernere, & cauſas proprias enunciare: accipiens à nobis huiuſmodi teſtimonium, & conſenſum, pergat adhuc, vt arenam enumeret, & calculos terræ, ſed & fluctus maris, & ſtellas cœli, & cauſas excogitare numeri, qui putatur inuentus, nonne in vanum laborans, & delirus hic talis, & irrationabilis ab omnibus, qui ſenſum habent, iuſtè dicetur?* Quibus verbis docet, Deum minima quæq; ſua prouidentia determinaſſe. 9.

Irenæus.

Quintum argumẽtum quoniam Hieronymus in id Pſal. 32. *Reprobat autem cogitationes populorum* 10.

Pſalm. 32. Hieronym.

Digitized by Google

rum. Hoc eſt, inquit, *Iudæorum conſilia, quia non potuerunt illa facere, niſi in quantum à Deo prædefinitum fuit.* Confirmatur nam idem Hieronymus in Eccleſiaſteo cap. 8. ad illa verba: *Futura nullo ſcire poteſt nuncio ait: Tamen ſcit, a Deo cuncta in vtilitatem hominum fieri, & non abſque eius voluntate diſponi.* Et c. 9. ad illa verba: *Vade & comede in lætitia. Iudicio Dei aſſerit cuncta fieri.* Et infrà: *Omnia fieri Deo diſponente.*

Eccleſiaſtes 8. & 9.

11. *Boëtius.* Sextum argumentum continet ea, quæ de fato, ſecundùm ſanam Theologiam intellecto, docent Patres, præſertim Boëtius lib. 4. de Conſolat. proſa 6. dicens: *Ordo fatalis ex prouidentiæ ſimplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens, mouet operis effectum; & quod ſimpliciter, præſentarieque proſpexerat, per temporales ordines ducit: ita Deus prouidentia quidem ſingulariter, ſtabiliterque facienda diſponit; fato verò hæc ipſa, quæ diſponitur, multipliciter ac temporaliter adminiſtrat.* *Auguſtinus.* Et Auguſt. 5. de Ciuit. c. 1. *Si propterea*, inquit, *quiſque res humanas fato tribuit, quia ipſam Dei voluntatem, vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, & linguam corrigat.* Vnde S. Thom. 1. p. q. 116. art. 1. corp. deducit, concedi poſſe fatum, in quantum omnia, quæ in mundo aguntur, diuinæ prouidētiæ ſubduntur, tanquam per illam ordinata, & quaſi prælocuta.

12. *Gregorius.* Septimum argumentum, quoniam Gregor. lib. 12. Moral. c. 2. ad illud Iob 14. *Conſtituiſti terminos, &c. Nulla*, inquit, *quæ in hoc mundo ab hominibus fiunt, abſque omnipotentis Dei occulto conſilio veniunt. Nam cuncta Deus futura præſciens, ante ſæcula decreuit, qualiter per ſæcula diſponantur. Statutum quippe iam homini eſt, vel quantū hunc mundi proſperitas ſequatur, vel quantum aduerſitas feriat.*

13. Octauum argumentum. Quoniā ſi Deus voluntatem non determinat ad vnam partem, ſed hoc relinquit in poteſtate liberi arbitrij: nō habet prouidentiam actualis vſus liberi arbitrij: & ipſum influere & conſentire voluntatis creatæ *Confirmatur.* ſubtrahitur à diuina prouidentia. Confirmatur, nam ſequitur prouidentiam non eſſe reſpectu volitionum in ſe ipſis, prout liberæ ſunt, ſed ſolummodò eſſe prouidentiam reſpectu cauſarum, à quibus volitiones dependent.

14. Nonum argumentum, quoniam ſi diuina prouidentia non determinat humanas actiones quaſlibet in particulari, ſequitur, circa tales actiones prouidentiam eſſe imperfectam, confuſam, indeterminatam, dubiam, & inefficacem. Quoniam virtute volitionis diuinæ non efficitur, vt *Confirmatur primò.* talis actio peccati producatur. Confirmatur primo, quoniam licet Deus haberet prouidentiam noſtrorum actuum in communi & vagè; non tamen haberet prouidentiam circa differentias *Confirmatur ſecundò.* ſpecificas & numericas ſingulorum in particulari. Confirmatur ſecundò, quoniam ſuam virtutem & potentiam Deus ad concurrendum applicat determinatè & non confusè.

15. Decimum argumentum. Quoniam prudentiſſimus dux, vel Pater familias, ſi poſſet prouidere domui, vel exercitui, definiendo omnes & ſingulas res, & particularia media ad victoriam obtinendam, vel ad familiam adminiſtrandam: id præſtaret, eáque gubernandi ratione ſplenderet maximè eius ſapientia atque potentia. Quod autem homines id non præſtent ex defectu ſcientiæ, atque potentiæ prouenit. Sed Deus facillimè poteſt prouidere omnibus rebus hoc modo. Ergo prædefinit omnia ſingularia.

Vndecimum argumentum. Quoniā prouidentia non ſe extendit ampliùs, quàm cauſalitas: nam prouidentia eodem ipſo actu quo cauſat aliquē effectum, eundem ordinat in finem: ergo diuina prouidentia non ordinaret in finē vniuſcuiuſq; peccati materialem actum, niſi illum cauſaret, ac ſubinde prædeterminaret. Confirmant authoritate S. Thomæ, quem ſæpe, atq; nominatim 1. p. q. 22. aſſerere dicunt, ad ea duntaxat ſe extendere diuinam prouidentiam, ad quæ ſe extendit diuina cauſalitas. 16.

Confirmant.

Duodecimum argumentum, quia creatura tantùm in agendo, quātum in eſſe pendet à Deo. Sed non poteſt taliter eſſe, niſi Deus velit, illam taliter eſſe. Ergo nec poteſt taliter operari, niſi Deus velit, vt taliter operetur. Alia nonnulla argumēta proponētur & ſoluentur ſect. 9. 10. & 11. 17.

SECTIO VI.

Diſtinctam, atque perfectam eſſe ſingularium quorumlibet prouidentiam generalem, licet non omnia prædefiniat.

CVm præſens diſputatio non agat de ſpeciali prouidentia, per quam actiones honeſtæ prædefiniuntur à Deo, ſiue ſupernaturales fuerint, ſiue naturales, vt in ſect. 1. præfati ſumus: reliquum eſt, in præſenti ſolummodò probādam eſſe perfectionem generalis prouidentiæ, quæ debetur ex munere primæ cauſæ; verſatúrque non ſolùm circa naturales actiones honeſtas; ſed etiam circa materiales actiones peccatorum. 1.

Aſſerimus igitur in præſenti, ad huius generalis prouidentiæ perfectionem pertinere, nullas actiones liberas per phyſicam & antecedentem neceſſitatem prædefinire: nulláſque materiales peccatorum actiones prædefinire, etiam abſque phyſica, & antecedente neceſſitate. Itaque nunc ſolummodò probamus, perfectionem prouidentiæ poſtulare talem modum indifferentiæ. Nam cætera, quæ in hac veritate continentur, iam ſatis probata ſunt à diſp. 21. vſque ad hanc. Aſſertio ſic explicata rationibus probabitur in ſect. ſequenti: nunc tantùm agimus de authoritatē. Et imprimis probatur ex Dionyſio de diuin. nom. c. 4. cuius verba ponderabimus ſect. ſequēti pro ratione prima num. 7. & ſeq. & ratione 4. 2.

Aſſertio. Ad Dei prouidentiam pertinet per phyſicam neceſſitatē actiones liberas non præfinire.

Aſſertio probatur authoritate.

Nunc probatur ex Baſilio in homil. *Quod Deus non ſit author malorum*, non procul à principio dicente: *Vnum quidem hoc habere in mentibus noſtris præſumptum oportet, quod, cum ſimus boni Dei opificium, & ab illo conſtemus, omnia circa nos tam modica, quam magna diſpenſante, nihil nobis accidat, illo non volente.* Obſerua prouidentiæ generalitatem, qua non ſolum magna, ſed etiā modica diſpenſat, ita vt nihil nobis accidat, illo non volente. Nihilominus hanc generalitatem prouidentiæ, ac volitionis diuinæ circa ſingularia quælibet, quantumcunque minima, verificari, quamuis materiales peccatorum actiones nō ex Deo authore, ſed ex creata libertate naſcantur, oſtendit primò quod ſubdit continuò: *Et quod nihil eorum, quæ nobis accidunt malum ſit, aut tale, vt melius illo aliquid excogitare queamus.* Quod nullo modo verificari poteſt de materiali actione odij, aut blaſphemiæ contra Deum, cum manifeſtiſſimum ſit, melius illis eſſe diligere Deum, atque laudare. Conſtat ſecundò, quoniam, vt poſt pauca ſubdit, *Quod natura malum eſt ex nobis oritur, iniuſtitia, laſciuia, inconſiderantia, timiditas* 3. *Baſilius.*

Prouidentiæ generalitas.

tas

tas, inuidia, cædes, veneficia, aſtutia, fallacia, & reliqua huiuſmodi omnia. Quibus non ſolùm malitia, ſed materiales etiam actiones ſignificantur.

4. *Dei prouidentia quarundam actionū ſolùm permiſſiua.* Similiter probatur ex aliis Patribus, qui tradunt, Dei prouidentiam ſingularium quorumlibet perfectiſſimam, & Deo digniſſimam: ſimúlque obſeruant, eandem prouidentiam non omnium actionum factiuam eſſe, ſed quarundam actionum eſſe ſolummodo permiſſiuam. Quod licet docuerint omnes Patres citati ſupra diſp. 31. ſect. 2. 3. & 4. proderit referre aliquos eorum, qui magis expreſsè de prouidentia loquuntur.

5. Damaſcenus lib. 2. de fide c. 29. probat, imprimis *omnia, quæ prouidentia fiunt, ſecundùm rectam rationem optima, & Deo decentiſſima fieri, vt & non ſit ea melius fieri.* Vnde poſt pauca infert: *Decet igitur nos hæc attendentes omnia mirari, omnia laudare omnia abſque ſcrutatione acceptare, quæ ſunt prouidentiæ opera.* Hoc autem paucis interiectis ita explicat: *Omnia dico prouidentiæ opera, quæ non in nobis ſunt: ea enim, quæ in nobis ſunt, non prouidentiæ ſolùm ſunt, ſed liberæ poteſtatis noſtræ, & arbitrij. Prouidentiæ verò, hæc quidem ſecundùm acceptationem, hæc autem ſecundùm permiſſionem. Secundùm acceptationem ſunt, quæcumque ſine controuerſia bona ſunt. Sunt & quædam ſecundùm permiſſionem.* Perpende, ea, quæ ſunt in nobis, videlicet actiones liberas, non eſſe ſolius prouidentiæ opera, ſed etiam liberæ poteſtatis noſtræ, & arbitrij: & inter eaſdem actiones liberas, alias prouenire à prouidentia ſecundùm acceptationem; alias verò videlicet turpes non prouenire niſi ſecundùm permiſſionem tantùm. Quod autem loquatur non ſolùm de malitia, ſed etiam de materiali actione, quam conſequitur, conſtat ex ſequenti contextu: & notauimus dicta diſp. 31. ſect. 3. num. 5. & 6.

6. *Nemeſius.* Ex Damaſceno doctrinam eandem accepit, & pluribus confirmauit Nemeſius lib. de animæ facultatibus. Nam in cap. 43. *Quod ſi Dei voluntas,* inquit, *eſt prouidentia; neceſſe eſt rectà ratione, & optimè & diuiniſſimè, & quà ſola ratione rectè ſe habent fieri, quæ fiunt, neque melioris ordinis eſſe capacia.* Et cap. 44. ante medium fusè probat, diuinam prouidentiam non ſolùm generaliter, ſed etiam in particulari gubernare cuiuſlibet hominis differentias ſingulares, non ſolùm quibus ab aliis differt, ſed etiam quibus vnuſquiſque homo *à ſeipſo diſcrepat, & quotidie mutatur in vitæ genere, in ſtudiis, in vitæ neceſſitatibus, in cupiditatibus, & accidentibus.* Et rurſus cap. 45. ante med. repetit. *Omnia rectè & decenter prouidentiæ opera efficiuntur. Quod ita eſſe, eáque Deum ratione omnia moderari, quam ſolum rerum natura patitur; &c.*

7. Ea hac ergo moderatione, rerum naturis conformi, in medio eiuſdem capitis colligit, *illud peſpicuum eſſe, cùm dicimus, omnia rectè fieri, nos non de hominum vitiis loqui, neque de operibus, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt, & à nobis fiunt, ſed de prouidentiæ effectu, quæ in noſtra poteſtate ſita non ſunt.* *Sic habet.* Quod poſtea exemplis explicans, non ſolùm formalem rationem malitiæ, ſed etiam materiales actiones proponit, veluti homicidium, deprædationem, aut quæſtum. Eadem verò ſub nomine Gregorij Nyſſeni referens D. Thomas 3. contra Gent. cap. 90. fine, exponit, *vt intelligantur ea, quæ ſunt in nobis diuinæ determinationi non eſſe ſubiecta quaſi ab ea neceſſitatem accipientia,* videlicet antecedentem. *S. Thom.*

8. Origenes homil. 3. in Geneſ. ſub init. *Memento,* inquit, *quia nihil ſine Dei prouidentia geri, diximus, non ſine voluntate. Multa enim ſine voluntate eius geruntur. Prouidentia namque eſt, quæ procurat, & diſpenſat, & prouidet, quæ geruntur: voluntas verò eſt, quæ vult aliquid, vel non vult.* *Sine Dei prouidentia nihil.* Hanc ſententiam ad ſolam formalem rationem malitiæ limitant contrariæ ſententiæ doctores. *Expoſitio quædam.* Nihilominus hæc expoſitio refutatur primò, quoniam malitia non geritur ratione ſui præcisè; ſed in quantum immediatè geruntur rationes, quas malitia neceſſariò conſequitur. *Refutatur 1.* Vnde ſi multa ſine Dei voluntate geruntur, cōſequens eſt, multas actiones materiales geri ſine Dei voluntate, quâ Deus velit, vt gerantur: quamuis non gerantur ſine voluntate, quâ Deus velit ad illas concurrere. *Refutatur 2.* Secundò refutatur generalibus argumentis contra eiuſmodi ſolutionem adductis dicta diſp. 31. ſectione 1.

9. Chryſoſtomus 2. ad Timoth. c. 4. homil. 8. in Morali, col. 2. *Scito,* inquit, *quod Deus omnia prouidet, quod liberi arbitrij conditi ſumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit: quod nihil mali vult fieri, quod non ex ſola ipſius voluntate fiunt omnia, ſed ex noſtra quoque. Mala omnia ex noſtra tantummodò fiunt. Bona omnia ex voluntate noſtra, & ipſius adiutorio. Quod nihil ipſum latet; non tamen quia nihil ipſum latet, idcirco omnia operatur ipſe.* Vide quoties excipiat aliqua opera, quæ nec Deus operetur, nec ex Dei voluntate, ſed ex noſtra tantùmmodò fiant, idq; certiſſimo fundamento, *quod Deus omnia prouidet, & nihil eum latet.*

10. Ad idem probandum pertinet tota ferè diſputatio, præſente Apoſtolo Petro, habita ab eius diſcipulis cum ſene quodam genethliaco, quam refert Clemens Romanus lib. 8. Recognit. in *Clemens.* cuius pagina 4. de prouidentia ſic loquitur: *Generalis autem omnium, & ſpecialis partium ſimul, hoc modo eſt quaſi & ab initio omnia fecerit Deus: & vſque ad finem per ſingulos quoſque prouidentiam gerat, & vnicuique reddat pro actibus ſuis.* Et poſtquam multis probauit, hanc ſpecialem indiuiduorum prouidentiam, verſus finem eiuſdem libri ſenex quæſtionem proponit. *Cur autem & princeps ille, qui malis gaudet, factus eſt? &c.* Cui Petri diſcipulus ita reſpondet: *Præſcius omnium Deus ante conſtitutionem mundi, ſciens, quod futuri homines, alij quidem ad bona, alij verò ad contraria declinaturi eſſent, eos, qui bona elegerint, ſuo principatui, & ſua cura ſociauit: atque hæreditatem ſibi eos propriam nominauit: eos verò, qui ad mala declinarent, Angelis regendos permiſit his, qui non per ſubſtantiam, ſed per propoſitum cum Deo permanere noluerunt.*

11. *Conditionatam ſcientiā ad quæſtionis deciſionē adhibebat Petri diſcipulus.* Perpende primò, conditionatam ſcientiam ad huius quæſtionis ſolutionē adhiberi. Nam ſcientia, quæ præceſſit creationem dæmonis, qui fuit princeps & author malorum omniū, quæ committuntur ab hominibus, non potuit eſſe ſcientia eorum malorum, quæ ſupponebantur eſſe abſolutè futura: ſiquidem abſolutè futura mala ſupponunt iam exiſtentem eorum cauſam & principem. Confirmatur, nam conditionatam futuritionem ſignificat ille modus: *declinaturi eſſent.*

12. Secundò notandum eſt, eos, qui ad mala declinarent malis Angelis regendos eſſe permiſſos, Dei prouidentia non cauſante, ſed permittente, à dæmonibus regi. Hac autem permiſſione præſuppoſita, ſubiungit continuo Clemens id, quod proprium eſt diuinæ prouidentiæ, videlicet proportionē inter pœnam & culpam, & illius mēſuram

Clemens.

ram à Deo præſcriptam, eum intulit: *Dignos ergo dignorum principes fecit. Ita tamen eos tradidit, vt non habeant poteſtatem in eos faciendi, quod volunt: niſi ſtatutum ſibi ab initio terminum tranſeant. Hic autem eſt ſtatutus terminus, vt, niſi quis prius fecerit dæmonum voluntatem, dæmones in eo non habeant poteſtatem.* Vide quanto ſtudio, Clemens putauerit, eſſe fugiendum, ne diuina prouidentia cenſeatur eſſe cauſa determinans homines, vt ſubiaceant poteſtati dæmonis, non ſolùm quantum ad ſtudia, voluntatéſque prauas, ſed etiam quantum ad iuſta ſupplicia, quæ non inferuntur à Deo, niſi propter liberas culpas, vt in ſuperiori contextu fuſiùs explicuerat.

13. Quin etiã apud Auguſtinum lib. 8. ſuper Geneſim ad literam c. 23. diuina prouidentia circa materiales volitiones, quæ malæ ſunt verſatur aliter, quam circa bonas actiones, nam *Deus,* inquit, *naturas creat bonitate, & voluntates ordinat poteſtate, vt in naturis nulla ſit, quæ ab illo non ſit, in voluntatibus autem nulla bona ſit, cui non præſit; nulla mala ſit, qua bene vti non poſſit.* Malis igitur voluntatibus nõ aliter Deus præeſt, niſi quatenus illis vtitur ſuppoſito, quod ab hominibus fuerint elicitæ, Deo liberè permittente, atq; generalem concurſum præſtante. Quare non præeſt, procurando & faciendo, vt ab hominibus eliciantur huiuſmodi voluntates; hoc enim genus præſidentiæ reſeruatur voluntatibus bonis.

Diuina prouidentia aliter circa malas quam circa bonas volitiones. Auguſtinus.

14. Vnde ſequenti cap. 24. *Deus,* inquit, *bipartitæ ſuæ prouidentiæ opere præeſt vniuerſæ creaturæ naturis, vt ſiant; voluntatibus autem, vt ſine ſuo iuſſu, vel permiſſu nihil faciant.* Malis ergo volitionibus nõ præeſt, vt fiant, neque vt ſuo iuſſu, vel voluntate eas faciat voluntas creata, ſed vt ſine ſuo permiſſu non faciat. Quod etiam tradit Auguſtinus lib. 3. de Trinitate, c. 4. in med. vnde ſumpta eſt ſententia 58. apud Proſperum in lib. ſentent. ex Auguſtino. Nam illa *inuiſibilis, & intelligibilis ſummi Imperatoris aula,* nihil aliud eſt, quàm diuina prouidentia, de qua iubetur, aut permittitur quidquid ſit viſibiliter & ſenſibiliter. Similia in Enchiridio cap. 100. & 101.

15. Rurſus diuinæ prouidentiæ perfectionẽ circa ſingularia omnia in particulari, non minui, ſed potius commendari, ex eo quod non determinet voluntatem ad actiones malas, etiam pro materiali, ſed tantùm permittat, probatur ex Cypriano lib. 1. epiſt. 3 ad Cornel. inter princip. & med. dicente: *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & neuter eorum cadit in terram ſine Patris voluntate: Cum ille neque minima fieri ſine voluntate Dei, dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna aut non ſciente, aut non permittente Deo, in Eccleſia Dei fieri?* Ad prouidentiam itaq; minimarum rerum Cyprianus talem explicationem adiungit, vt permiſſio ſufficiat prauis actionibus, nec requiratur Dei poſitiua voluntas. Quam doctrinam ad materiales actiones conſilij, conuentionis, & electionis extendit Cyprianus ibid. vt oſtendimus diſp. 31. ſectione 3. num. 4.

Cyprianus. Matth. 10.

16. Sic etiam Theodoretus Ezechielis 29. ad illa verba: *Et merces non eſt reddita ei, Per hæc,* inquit, *declarat Deus, nihil ſe inuito factum iri. Duo enim paſſeres, inquit, aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſine Patre veſtro, qui in cælis eſt. Quem nihil latet eorum, quæ fiunt, Verum alia quidem ipſe moderatur, alia verò fieri permittit modo libero, hominis cedens arbitrio.* Vnde infra ſect. 21. poſt med.

Ezech. 29. Theodoretus.

17. Idem colligitur ex Patribus, qui negant antecedentem neceſſitatem, prouenientem ex diuina præſcientia, aut prouidentia; præſertim circa peccatorum actiones; quorum teſtimonia retulimus tomo præcedenti diſp. 33. ſect. 2. 3. 4. & 5. Et notandum eſt peculiariter eos agere de neceſſitate, quæ proueniat à Deo, tanquam à prima & vniuerſali cauſa: vt notauimus eodem tomo diſp. 34. ſect. 2.

Quod attinet ad S. Thom. & aliorum ſcholaſticorum authoritatem, ſatis eſſe poterant, quæ retulimus ſupra tota diſp. 39. & tomo præcedẽti diſp. 33. ſect. 6. & ſequentibus & tota diſp. 49. & 50. Cæterùm quod ſpecialiter attinet ad prouidentiæ perfectionem conſtabit mens D. Thomæ ſect. ſequenti quatuor prioribus rationibus. Alij etiam doctores recipiunt & clariùs explicant, quod numero quinto retulimus ex Damaſceno de prouidentia, ſecundùm conceſſionem, quæ propria eſt liberis actionibus, maximè verò turpibus: vt Albertus 1. p. q. 67. membr. 3. part. 2. Alexander 1. p. q. 26. memb. 4. art. 3. Et D. Bonauentura in 1. diſt. 46. art. 1. q. 5. ad finem. *Quamuis malum,* inquit, *non ſubſit diuinæ productioni, ſubeſt tamen prouiſioni, & eſt ordinabile ad finem. Sed hoc eſt ſolum ex poſtfacto.* Quare niſi ſupponatur factum, non poterit diuina prouidentia ordinare vt fiat materialis actio ex qua neceſſariò ſequatur malitia, permittenda, & ad bonum finem ordinanda. 18.

Bonauent.

Henricus à Gandauo quodlibeto 6. q. 10. prope medium ait: *Generalis prouidẽtia diuina ſic prouidet ſingulis, quantum eſt ex diſpoſitione naturarum, & quantum eſt ex parte prouidentiæ generalis, vt generalis eſt: vt inſtinctu quodam, & primo motu voluntatem cuiuſque moueat in ſingulis agendis, quæ ſua actio poteſt attingere, ad illud, quod melius eſt illi; licet diuerſimodè ſecundum gradus & ordinẽ rerum: iuxta illud, quod dicit B. Dionyſius 5. cap. de diuinis nominibus ſupra reliqua exiſtentia, quæ magis ſunt circa optimum, abundantius ipſius participantes ſunt, plura & maiora ex eo donationes accipientes.* Docet ergo Henricus, interiorem inſtinctum diuinæ prouidẽtiæ, ſemper ad id, quod melius nobis eſt, mouere voluntatem noſtram, quantum eſt ex parte ipſius prouidentiæ generalis. Quod autem non à Deo, ſed à noſtro libero arbitrio proueniat reſiſtere huiuſmodi inſtinctui diuino, & determinare nos ipſos ad bonum apparens, docuerat idem Henricus paulò ſuperiùs ibidem. Et fuſiùs quodlibet 3. q. 17. & quodlibet. 12. q. 26. & 27. & quodlib. 16. q. 17. & 18. Cuius multa verba retulimus dicto tomo de ſcientia diſp. 49. ſect. 5. 19.

Durandus 1. diſt. 39. q. 3. obiectionem ita proponit: *Contingens ad vtrumlibet non eſt in ſe determinatum. Ergo neque per diuinam prouidentiam ordinatum eſt ad determinatum finem.* Et num. 11. Reſpond. *Deus ſcit omnia impedimenta, quæ poſſunt euenire, & quæ euenient. Quibus ſcitis, ſcitur futurum contingens ſecundum determinatum eſſe. Et ideo contingentia, ſic determinatè ſcita, prouidit Deus ad determinatos fines.* Hanc autem præſcientiam eſſe ex ſuppoſitione futuritionis, dixerat præcedenti diſt. 38. q. 3. num. 22. & 24. Itaque apud Durandum prouidentia non verſatur determinatè, quaſi determinando contingentia; ſed determinatè cognoſcendo futuram determinationem, & illam conſultò permittendo, & determinatè ordinando ad determinatum finem. 20.

SECTIO

SECTIO VII.

Rationibus probatur eadem aſſertio.

1. *Prouidentia quid.*

SVpponendum eſt, quod *prouidentia eſt ipſa illa diuina ratio, in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit*: vt definit Boëtius lib. 4. de Conſol. proſa 6. Vnde prouidentiā eſſe rationem ordinis rerum in finem, rectè colligit S. Thomas 1. p. q. 22. art. 1. Cui cōſonat definitio Damaſceni lib. 2. de fide cap. 29. *Prouidentia eſt voluntas Dei, per quam omnia quæ ſunt, conuenientem gubernationem accipiunt.* Siue, *aptè gubernantur*: vt ait Nemeſius de Animæ facultatibus cap. 43.

2. *Ratio prima.*

Hinc ſumitur ratio prima. Prouidentia eſt practicum iudiciū intellectus, diſponens & ordinans conuenientia media in ordine ad finem: ſed tota hæc ordinatio diſtinctè ac perfectiſſimè exercetur circa ſingulas peccatorū actiones in particulari, & circa differētias vltimas illarum; licet prima cauſa non prædeterminet; ſed ad illas offerat concurſum indifferentem: ergo ſine prædeterminatione, per ſolùm indifferentē concurſum exercetur diſtincta & perfectiſſima ſingularium prouidentia generalis. Minor probatur, quia prouidentia Dei circa actiones peccatorum verſatur, non ſolum in communi, ſed etiam in particulari, habētque certitudinem, determinationem & efficacitatem tantam, quantam habere vult, & quantam patitur earundem actionum exigentia quidditatiua. Eſt enim alia exigentia actionis prauæ, alia verò, actionis honeſtæ.

Diuinæ prouidentiæ efficacitas tanta quanta patitur actionum exigentia.

3. *Dei prouidētia circa peccatorū actiones quinque complectitur.*

Quod magis explicatur, & cōfirmatur primò, quoniam prouidentia circa peccatorum actiones partes quinque complectitur. Prima eſt, præbere potentias intellectus, & volūtatis eo fine, vt liberè bonum vel malum eligere poſſimus. Secunda eſt diuinum decretum præbendi concurſum actualem ad omnē actionem materialē, ad quam ſe determinauerit voluntas creata. Tertia eſt decretum permittendi hoc eſt illud peccatum in particulari. Quarta eſt concurſus ad extra, quo Deus in particulari concurrit ad actionem materialem peccati. Quinta eſt intentio, qua Deus hoc peccatum permiſſum ordinat, vt in finem, in ſuam gloriam & vtilitatem prędeſtinatorū quam inde colligit. Tres igitur poſtremæ partes prouidētiæ verſantur circa peccatorū actiones in particulari certò & efficaciter, quantū ad illud totū, quod Deus intēdit certo & efficaciter obtinere.

4. *Prouidentiæ modus circa cuiuſque rei actionem.*

Confirmatur ſecundò, quoniā prædictus prouidētiæ modus ita ſe habet reſpectu cuiuſque rei, & actionis, vt illa nō eſſet in particulari niſi Deus præberet particularē concurſū ad extra, & prius ad intra cognoſceret diſtinctè & in particulari: nec non vellet, atque decerneret, talē rem in particulari producere; vel decerneret, illā in particulari non impedire, ſed permittere. Quo fit, vt neque folium arboris moueatur, neque laqueus paſſeribus iniiciatur ſine diuina prouidentia, decernente aliquid diſtinctè & in particulari.

5. *Ordo rerum in finem formaliſſima ratio prouidentiæ.* *Fulgentius.*

Confirmatur tertiò, quoniam, vt nuper vidimus in definitione D. Thomæ, ordo rerum in finem & formaliſſima ratio prouidentiæ. Hunc autem ordinem retineri circa volūtates & actiones prauas per meram permiſſionem, docuit Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 26. dicens: *Neque in ipſis malævolūtatis operibus Deus deſerit operum ſuorum iuſtum ordinē: quia & hoc in ipſo ordine habet, quod malam iuſtè deſerit voluntatem. Quam tamē ſic in ſuis malis operibus à ſe diſcedentē deſerit, vt ibi permanentis Dei operatio bona non deſit, &c.*

Confirmatur quartò, nam idem quidditatiuus ordo prouidentiæ ſignificari ſolet diſponēdi verbo: vt in principio retulimus ex Damaſceno & Nemeſio. Porro materiales actiones peccatorum diſponi, permittendo, & conuertendo ad vtilitatem diuinæ gloriæ, notauit Gregorius lib. 6. Moral. cap. 12. prope finem, dicens: *Iuſtus & miſericors mortalium acta diſponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus atque ea quæ permittit, ſic tolerat, vt hæc in ſui conſilij vſum vertat.* 6. *Gregorius.*

Confirmatur quintò, nam aliquas ex prædictis partibus prouidentiæ circa prauas actiones, Dionyſius attingit de diuinis nominibus cap. 4. prope finē, ſub illo titulo: *Quomodo totaliter mala ſunt & prouidētia exiſtente.* Cui quæſtioni reſpondet primò, prouidentiā circa prædictas actiones ea ratione verſari, quatenus illis non denegat generalem entitatem & bonitatem, quæ communis eſt quibuſlibet exiſtentibus. Vnde ait: *Si nullū exiſtentium non particeps boni, malum autē defectus boni, Nihil autem exiſtentiū priuatur vniuerſaliter bono in omnibus exiſtentibus diuina prouidentia, & nihil exiſtentium non prouiſum.* Hæc itaque pars prouidentiæ non facit, vt exiſtāt materiales actiones peccatorum, ſed tantùm facit, vt non priuentur vniuerſaliter bono, ſed aliquid illius participent. 7. *Dionyſius* *Prouidentia circa materiales peccatorum actiones quid faciat.*

Secundam prouidentiæ partem, ſequentibus verbis explicat dicens: *Sed & factis malis benignè prouidentia vtitur, ad ipſorum, aut aliorum aut propriam, aut communem vtilitatem.* Perpende illud *factis*, quo manifestè Dionyſius ſignificat, malorum operum exiſtentiam præſupponi ad eam prouidentiæ partem, quæ malis operibus vtitur ad vtilitatem alicuius: vel, ſicut alia tranſlatio habet; *Iis, qui mali euaſerunt.* 8. *Malis factis diuina prouidentia vtitur.*

Tertia pars eſt, libertati permittere indifferentiam, illi prouidendo iuxta illius naturam, & ea de cauſa non impediendo, ſed permittendo prauas actiones, ad quas arbitriū ſe determinat. *Propter quod* inquit, *& vanam multorū non recipiemus rationem, qui oportere dicunt prouidentiam, & inuitos nos ad virtutem agere. Etenim corrumpere naturam non prouidentiæ. Vnde ſicut prouidentia vniuſcuiuſque naturæ eſt ſaluatiua; per ſe mobilia prouidet, vt per ſe mobilia: & tota particularia iuxta proprietatem totius, & vniuſcuiuſque in quantum prouiſorum natura ſuſcipit totius largiſſima prouidentia, proportionaliter attribuitas vnicuique prouiſiuas bonitates.* Huius ſententiæ ponderatio magis conſtabit infra ratione 4. 9. *Libertati indifferentiam prouidentia permittit.*

Ex eodem principio ſumitur ratio ſecunda, quæ magis propria eſt actionibus peccatorum, quoniam illæ quantum ad realem & ſpecificam quidditatem non ſunt ordinabiles ad finē, quem diuina prouidentia intendit; eo quod ab intrinſeco & realiter deuient ab illo fine: vt oſtendimus ſupra diſp. 27. ſect. 4. & 5. & diſp. 33. ſect. 2. & diſp. 39. ſect. 2. fine, & diſp. 42. ſect. 3. & diſp. 44. tota ferè ſect. 6. Quapropter prouidentia non poteſt ordinare, vt tales actiones fiant propter finem, ab eadem prouidentia intentum, ſed tantummodò poterit ordinare, vt ſuppoſito, quod liberè fiant, diuina prouidentia ſuos fines ex illis colligat. Confirmatur, quoniam prouidentia eſt principalis prudentiæ pars, vt notat D. Thomas 1. p. q. 22. art. 1. corpore. At contra prudentiam foret materialem actionē odij Dei velle & ordinare, vt fieret propter Dei bonitatem, gloriam, & eius amorem, quibus ſummopere repugnat. 10. *Ratio 2.* *Prouidentia principalis prudentiæ pars.*

Tertia ratio ſumitur ex eadem q. 22. art. 3. corpore, & 3. contra Gentes cap. 77. Nam *ad prouidentiam* 11. *S. Thomas.*

dentiam duo pertinent,ſcilicet,ratio ordinis rerũ prouiſarum in finẽ,& executio huius ordinis, quæ gubernatio dicitur. Quantum igitur ad primum horũ Deus immediatè omnibus prouidet qui in ſuo intellectu habet rationem omnium,etiam minimorum,& quaſcunque cauſas aliquibus effectibus præfecit,dedit eis virtutem ad illos effectu. producẽdos.Vnde oportet,quod ordinem illorum effectuum in ſua ratione præhabuerit. Quantum autem ad ſecundũ ſunt aliqua media diuinæ prouidentiæ.&c.Quã differentiam inter executionem & ordinationẽ,teſtimoniis Gregorij Dionyſij,& Boëtij confirmat D.Thom.3.cõtra Gent. cap.83.Vnde colligo,perfectionẽ diuinæ prouidentiæ diſtinctam,particularem,& immediatam neceſſariò pertinere ad intellectum ordinantem, & voluntatem,quæ approbet, ac decernat illam ordinationem:cæterum non eſſe neceſſarium,vt diuina voluntas ſingula & in particulari exequatur;ac proinde non eſſe neceſſarium, vt ſingulas peccatorum actiones prædeterminet : hoc enim pertinet non ad rationem ordinis præſcribendam, ſed ad executionem rerum in particulari.

Prouidentiæ perfectio ad intellectum, & voluntatem.

12. Confirmatur primò,*nam tantò perfectior eſt ordinatio quantò magis deſcendit ad minima:minimorum autem executio condecet inferiorem virtutẽ,effectui proportionatam.* vt S.Thom.ait 3.cõtra Gent. c.77.ſub init. Sed inferior virtus proportionata, vt determinet materiales actiones peccatorũ eſt ſola volũtas creata;ergo huius effectus executionẽ condecet à diuina prouidentia relinqui,atque permitti voluntati creatæ.Confirmant 2.ea omnia quæ D.Thom.tradit,nõ ſolùm in locis adductis,ſed etiã 1.p.q.103.art.6.cui cõſonat.7. & 8.

13. *Dionyſius.* Quarta ratio ſumitur ex verbis Dionyſij c. 4. de diuinis nominibus:quæ retulimus ſupra n. 9. quoniam *ad prouidentiam diuinã non pertinet,naturam rerum corrũpere,ſed ſeruare.Vnde omnia mouet ſecundum eorum conditionem.* Vnde D.Thomas ponderat. 1.2. q.10. art.4. corp. & fuſiùs tertiò contra Gentes cap.72.& 73.probãs,per diuinam prouidentiam non impediri contingentiã, indifferentiam,indeterminationẽ, libertatẽmque voluntatis.Quapropter in eodem lib.3.cap.111.probat,ſpecialem modum prouidentiæ ſeruari circa rationales creaturas , quia habent dominiũ ſuorum actuum,& liberè ſe ipſas agunt ad operandum ; & non aguntur tantùm, vt creaturæ irrationales.Quod idem confirmat cap.112. & 1.p. q.22.art.2.ad 4.& 5.& q.103.artic.5.ad 2.& 3.

Rerum contingentiam non impedit diuina prouidentia.

14. *S.Thomas.* Apud eundem D.Thomam in Dionyſiũ cap.4. de diuinis nominibus lect.23.præſertim notãdus eſt ille commentarius:*Sed prouidet ea,quæ per ſuam naturam ſunt,mobilia quaſi per ſe mobilia,id eſt,non auferens ab eis , quin per ſe moueri poſſint.* & poſt pauca: *Quia rationalis creatura ſecundum ſuam naturam defectibilis eſt,& per liberum arbitrium poteſt deficere , non pertinet ad diuinam prouidentiam , vt eius mobilitatem impediat.* Non impedire idem eſt quod permittere:hoc autem pertinet ad diuinam prouidentiam circa motus voluntatis ad malum. Quod autem naturã,conditionem,ac per ſe mobilitatẽ libertatis impediat prædeterminatio,quæ phyſica ſit illationis neceſſitate,probatũ eſt in hoc & præcedenti tom.locis multoties cõmemoratis.

15. Confirmatur primò,nam ad diuinæ prouidẽtiæ perfectionẽ pertinet,ita cauſas liberas aptare, vt liberos effectus poſſint producere , & poſſint non producere:vt magis explicuimus,& põderauimus ex mẽte D.Thomæ,tomo præced.diſp.51. ſect.1.& 3. Confirmatur ſecundò, quoniam hic ipſe modus prouidentiæ iuſtitiæ nomine appellatur à Dionyſio in cap.8.de diuin.nom. poſt med. Eſt autem appellationis ratio , quoniam iuſtitiæ propriũ eſt reddere, quod vnicuique debetur:at verò connaturalis & proportionatus ſibi modus operandi cuilibet actiuæ potẽtiæ debetur debito connaturalitatis.Quod debitum licet nõ oriatur ex merito, vel obſequio,vel contractu ; attamen ſufficit,vt deficiat à perfectiſſima ratione gratiæ; & quantum ab ea deficit , tantùm accedit ad rationem iuſtitiæ : vt oſtendimus in peculiari libro de quidditate gratiæ diſp.2. ſect.3.

Debitũ vnicuique reddere propriũ iuſtitiæ.

16. Hoc ſuppoſito notãda ſunt illa verba Dionyſij: *Et omnibus exiſtentibus poſſe eſſe, & hoc eſſe ſecundum abundantiam excedentis virtutis copioſa effuſione largientem.* Itaque potentiam non auarè,ſed liberaliter & copioſè largitur Deus , nec ſolùm communem rationem entis,ſed etiam hoc eſſe in particulari.Et poſt pauca:*Omnibus propriè operationis ipſorũ cauſa exiſtens.*Ecce primæ cauſæ vim, & tamen poſtea explicat, hoc debere tribui vnicuique agenti ſecundum eius naturã,& hoc pertinere ad iuſtitiam diſtributiuam Dei, Vnde ſui ipſorũ iniuſtitiam condemnant illi,qui *dicunt,debere ineſſe mortalibus immortalitatem,& imperfectis perfectũ,& per ſe mobilibus per aliud mobilẽ neceſſitatem.* Et rationem ſubdit,ob quã iſte error damnandus ſit iniuſtitiæ:*quoniã oportet,videre diuinam iuſtitiam in hoc verè exiſtentem veram iuſtitiam quæ omnibus attribuit propria ſecundum vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem , & vniuſcuiuſque naturam in proprio ſaluat ordine , & virtute.* Itaque libera conſeruanda ſunt à diuina prouidentia in propria virtute libera,& non eſt illis imponenda neceſſitas , vt per alia moueantur agentia , ſed potius illis integra debet relinqui facultas , vt ſe ipſa moueant,quaſi per ſe mobilia.

Dionyſius prædictam veritatem confirmat.

17. Ex quo teſtimonio ſic argumentor.Licet Deus *omnibus propriæ operationis ipſorũ cauſa exiſtat,* attamen non attribuit potentiis *per ſe mobilibus per aliud mobilem neceſſitatem.* Sed phyſica determinatio eſt neceſſitas per aliud,videlicet,per Deum, mobilis : Ergo phyſicam prædeterminationem Deus non attribuit potẽtiis,per ſe mobilibus,videlicet,liberis.Confirmatur,nã hoc pertinere ad laudem diuinæ iuſtitiæ , notat Dionyſius verſus finem eiuſdẽ capitis 8.illis præſertim verbis:*Cauſa mundè exiſtens in totis propriæ operationis.* Vbi mundicies directè pugnat cum permixtione contrariæ operationis : ac proinde liberæ potentiæ , cui propria eſt operatio libera permiſcenda non eſt operandi neceſſitas. vt exponit optimè S. Thomas ibi lect.5.

Ex Dionyſij verbis argumentum.

Cõfirmatur.

18. *Dionyſius.* Eandem iuſtitiam,ſeu proportionis æqualitatem repetit Dionyſius cap. 9. ad finem illis præſertim verbis.*Æqualiter operatur per omnia,ſimilem illorum inuicem ambulationem, & ſuſcipientium æqualem participationem ſecundum ſingulorum opportunitatem;& æqualem ſecundum dignitatem ad omnia diſtributam donationem.* Quæ verba non ſolùm ad naturalia , ſed etiam ad libera pertinere, oſtendit,quod poſtea ſubdit,enumerans æqualitatem non ſolùm *naturalem , & ſenſibilem* ; ſed etiam intellectualem rationalem & voluntariam.Cui conſonat S.Thomas ibi lect.4.

19. Quinta ratio,quoniam diuinæ prouidẽtiæ repugnat aliquid agere,quo veracitatẽ,atque bonitatem ſuam neget.Negaret autem ſi prædeterminaret materialem actionẽ odij Dei,vel mendacij: vt oſtendimus ſupra diſp.30. ſect.1.Sexta ratio, quoniam ſi Deus prouidẽtia prædefiniret materiales peccatorum actiones;eo ipſo formaliſſimè conſtitueret

Diuina prouidẽtia quod ſuam veracitatem, & bonitatẽ negat repugnat agere.

Ratio 6.

conſtitueretur in ratione prædeſtinationis eadem. At verò materiales actiones peccatorũ Deus non prædeſtinat. Ergo nec prædefinit. Vtraque propoſitio, videlicet, Maior & Minor ſatis probata eſt diſp. 35. ſect. 1. & 2. vbi refutatæ ſunt etiam ſolutiones. Ad huius rationis confirmationem pertinent omnia, quæ diſp. 27. & tredecim ſequentibus protulimus contra concurſum determinantem ad materiales actiones peccatorum.

Concurſum ſufficientem negare cõtra rationẽ prouidentiæ.

20. Septima ratio, quoniam contra rationem prouidentiæ eſt negare naturalem concurſum, ſufficientem atque ſimpliciter neceſſarium ad opera moraliter bona, ita vt ſit abſolutè impoſſibile naturalia præcepta actualiter explere. Hoc autem inconueniens ſequeretur, ſi prouidentia phyſicè determinaret materiales peccatorum actiones.

Ratio 8.

Octaua ratio, quoniam eſt contra quidditatem prouidentiæ, prouidere atque procurare, vt creatæ voluntates eliciant materiales actiones, quibus realiter detrahant eidẽ prouidentiæ, & quantum ex ſe eſt ab illa ſe ſubtrahant, & illam accuſent: inſuper facere, vt creatæ voluntates faciant huiuſmodi actiones, & intendere, vt illas faciant.

Dei prouidẽtia amplior quàm diuina cauſalitas.

21. Nona ratio, quoniam Dei prouidentia extenditur amplius, quam diuina cauſalitas. Nam circa malitiam peccatorum verſatur diuina prouidentia, permittendo illam, & reducendo ad ordinem per ſupplicium, aut alia bona inde colligendo: & tamen Deus non cauſat malitiam, neque concurrit ad illam. Vnde D. Bonauent. in 1. diſt. 46. art. 1. q. 5. ſub finem: *Malum*, inquit, *quamuis non ſubſit diuinæ productioni, ſubeſt tamen prouiſioni.* Ex quo fundamento colligimus hoc argumentum. Prouidentiæ diuinæ perfectio ſine vlla cauſalitate ſubſiſtit circa illud, quod nullam Dei cauſalitatem requirit, neque admittit. Ergo prouidentiæ diuinæ perfectio ſine cauſalitate prædeterminãte ſubſiſtit circa illud, quod prædeterminantẽ cauſalitatem non requirit, neque admittit: ſed tantum requirit Dei concurſum, quod ex ſe eſt, indifferentem, adiuncta voluntate permittendi. Huiuſmodi autem eſt materialis actio peccati.

Bonauent.

22. Confirmatur primò, quoniam ex eo ſolùm quod diuina prouidentia velit concurrere ad rationem actionis, vbicunque fuerit reperta neceſſariò conſequitur vt diuinus concurſus attingat & producat non ſolùm genericã, ſed etiam ſpecificam & numericam differentiam ſiue eſſentialem, ſiue accidentalem actionis: ita vt nihil reale reperiatur in actu peccati: quod non pendeat à diuino concurſu eo ipſo, quod imbibit generalem rationem entis: & alioqui diuina voluntas magis abſtracta ſe continet, ne inquinetur determinatè volendo eas rationes ſpecificas, quæ diuinæ bonitati & rationi ſunt quidditatiuè contrariæ: vt oſtendimus ſupra ſect. 2.

Quo actu materialem actum peccati ordinat Deus.

23. Confirmatur 2. nam materialem actum peccati ordinat Deus ad finem ſuæ gloriæ eodẽ ipſo actu, quo vult concurrere, atque ad extra cõcurrit ad illius productionẽ, ſed non niſi determinatus à voluntate creata. Talis enim ordinatio & concurſus glorioſus eſt primæ cauſæ; ſicut ordinatio, & concurſus determinans Deo foret (ſecundum noſtram ſententiam) ignominioſus propter ſuperiores rationes.

Tertia confirmatio.

Confirmatur tertiò, ſolam quippe generalem prouidentiam permittendo & ordinando diſponere peccatorum actiones, ſcitè adnotauit Hugo Victor. de Sacramentis lib. 1. part. 2. cap. 19. ſub init. *Secundum hanc*, inquit, *vniuerſalem prouidentiam cunctorum, nõ ſolum ſuis, quæ bona fecit: ſed alienis quoque quæ ipſe mala non fecit, ſed permiſit quod debitum eſt diſpenſat: vt nihil in regno ſuo iuſtam ordinationem euadat. Nam & ipſa iniquitas ex hac prouidentia ſtypem habet: & non potuit vel ipſa malitia in obliuionem venire apud prouiſorem omnium.*

Hugo Victor.

Decima ratio. Quoniam niſi concurſus indifferens, procedens ex certiſſima, & diſtinctiſſima 14.
ſcientia ſingularum actionũ, & ex libero decreto permittendi talem actionẽ in particulari, & ordinandi ad maius bonũ, ſufficeret ad perfectionem prouidentiæ circa materiales actiones peccatorũ: locum haberet obiectio Bezæ in reſponſione ad acta colloquij Moupelgardẽſis pag. 183. dicẽtis; ſi Deus reſpectu peccatorũ non habeat velle, aut nolle, ſed tantùm non velle, ſequi, vt eorum, quæ in mundo geruntur, longè maxima pars fiat, Deo vel imprudente vel non curante: quorum illud ab eius prouidentia, iſtud ab eius potentia penitus eſt alienum. Hanc obiectionem refert Bellarminus lib. 2. de amiſſione grat. & ſtatu peccati cap. 16. col. 2. Sed hoc attigiſſe ſufficiat.

Obiectio Bezæ.

SECTIO VIII.

Reſpondetur ad argumenta poſita in ſectione quinta.

AD primum reſpondetur. D. Thomam eſſe pro nobis, iam notauimus ſect. 6. prope 1.
finem & ſect. 7. quatuor prioribus rationibus. Quod autem adducitur ibidem ex libro Iudith, recipit eandem explicationẽ, quam ſupra ſect. 5. obiect. 5. & 6. dedimus ad illud Pſal. 113. *Omnia quæcũque voluit, fecit.* Et ad multa teſtimonia Auguſtini, quorum interpretationem idem docuit, eſſe, vt Deus abſolutè cogitauerit, & voluerit, vt ab hominibus fierẽt actiones honeſtæ: cæterum voluerit tantũmodò permittere, vt fierent actiones turpes, ipſo probante generalem concurſum: inſuper voluerit, tempus, locum, ordinem, & cæteras circunſtantias præſcribere prauis actionibus: vt probatum eſt diſp. 44. ſect. 3. & 4.

Pſalm. 113.

Vnde ad primam confirmationem reſpondetur, ex eiſdem ſectionibus conſtare, quomodo 2.
Deus etiam prauas actiones diſponat in mẽſura, permittendo tantam quantitatem illarum, & impediendo maiorem quantitatem; ſimiliter in numero, permittendo tót actiones, & impediendo plures; atque in pondere permittendo tantam vim & efficacitatem illarum, & impediendo maiorem. Cæterum Sapiens cap. 11. præcipuè loquitur de ſuppliciis, quæ quoniam vt ſic bona ſunt, illorum numerus & pondus & menſura magis propriè cauſatur à Deo. Ex dictis conſtat ſolutio ſecundæ confirmationis.

Ad cõfirmationem primam.

Ad ſecũdum reſpondetur. Vtrum ſancti Doctores aſſerãt omnia bona opera eſſe à Deo prædefinita, vel prædeterminata, examinabimus ex 3.
profeſſo tomo ſequenti, ſed in præſenti nihil attinet id examinare, cum fateamur libenter, honeſtas quaſlibet actiones à Deo prædefiniri, aut prædeterminari abſque neceſſitate antecedenti, præſuppoſita ſcientia futuritionis conditionatæ. Vnde per hanc prædefinitionẽ præciſè cõſideratam nõ probatur determinationẽ aliquam eſſe de quidditate generalis cõcurſus primæ cauſæ: quoniã inde nõ colligitur materiales actiones turpes eſſe à Deo prædefinitas, vel prædeterminatas.

Quaslibet honeſta actiones præfinita.

Ad tertiũ negatur Minor cauſalitas enim diuinæ voluntatis & omnipotentiæ non includit 4.

Digitized by Google

prædeterminationem omnium eorũ, quæ in tempore producit, neque talem prædeterminationem Dionyſius ibi citatus aſſeruit. Illius enim legitimus ſenſus eſt, quod Deus non ſolùm producit res ſecundum communem rationẽ entis; ſed etiam ſecundum propriam vniuſcuiuſque rationem atque naturam: ideóque rerum omnium, ſecundum peculiares ſibi naturas, atque rationes, certa & determinata exemplaria ſunt in mente diuina, iuxta quæ producit ad extra propriam vniuſcuiuſque rei quidditatem, atque rationem quando vult. Sed vtrum actiones liberas in particulari producere velit dependenter à præcognito noſtræ libertatis vſu, ſaltem cõditionaliter futuro; & vtrum hæc voluntas ſolam cõſequentem neceſſitatem, vel potius antecedentem afferat, & vtrũ Deus velit, atque prædeterminet materiales peccatorum actiones, nec Dionyſius, nec S. Thom. in eius commentatio tractat, neque ad rem erat tractare, vt cõſtabit legenti contextum.

Dionyſij legitimus ſenſus.

Rerum omnium exemplaria.

5. Ex aliis verò teſtimoniis Dioniſij cõſtat ab eo refutari phyſicam, & antecedẽtem neceſſitatem, quaſi libertati contrariam: vt retulimus tomo præced. diſp. 42. ſect. 2. & alibi frequenter. Rurſus materiales peccatorum actiones nec prædefiniri, nec cauſari à Deo ex aliis teſtimoniis Dionyſij probauimus præced. ſect. 7. ratione 1. confirm. 5. & ſupra diſp. 35. ſect. 5. Confirmat. nam & Damaſcenus orat. 1. de imaginibus pag. 3. eandem Dionyſij doctrinã de prædefinitionibus & prædeterminationibus, refert, & approbat: nihilominus apertiſſimè refutat aliis in locis antecedentem neceſſitatem, per quam prædefiniãtur actiones liberæ: vt vidimus præcedenti diſp. 33. ſect. 5. Porro quid Damaſcenus ſentiat circa materiales peccatorum actiones, & quãtum diſter ab earum prædefinitione, conſtat ex iis, quæ retulimus in præcedenti ſect. 6. n. 5. & 6. & præcedentibus diſputationibus, præcipuè diſp. 31. ſect. 3. & diſp. 32.

6. Ad quartum reſpondetur. Irenæus ibi nullam expreſſam mentionem facit de actibus liberis, & videtur potiùs agere de rebus naturalibus, quæ producuntur independenter à creata libertate, vt conſtat ex illis verbis: *ſed cum magna aptatione & conſonantia ſublimi, & eſſe admirabilem rationem & verè diuinam.* Quod elogiũ repugnat materialibus peccatorum actionibus. Deinde quod ſubdit de arena, calculis, fluctibus, & ſtellis, monſtrat agere de rebus naturalibus, quarũ artificium vituperabant hæretici, contra quos Irenæus diſputabat.

Irenæus.

7. Nihilominus tota eius ſententia poteſt etiam intelligi de liberis actionibus ſecundum vniuſcuiuſque naturam & aptitudinẽ, ac proinde abſolutè vt ſonat referri poteſt ad actiones honeſtas. Attamẽ ad actiones turpes ita refertur, vt illarum nulla Deum effugiat, ſed per illius prouidentiam, vnaquæque earum & habitum, & ordinem & numerum & quantitatem acceperit propriam; quatenus neceſſarium fuit, Deum ſingulas actiones in particulari præcognouiſſe, & voluiſſe ad illas præbere generalem concurſum, limitando quantitatem & numerũ, quatenus partim permittit, & partim impedit; & inſuper habitum & ordinem ad bonũ extrinſecus ſuperimponit: vt ſupra diſp. 44. ſect. 3. & 4. Cæterũ ab Irenæo refutari neceſſitatẽ antecedentẽ etiam circa honeſtas actiones impoſitã à diuina prouidentia, maximè verò circa turpes actiones oſtendimus ſupra diſp. 35. ſect. 5. tom. præced. diſp. 42. ſect. 2.

8. Ad quintum reſpondetur primò Hieronymus eo in loco prædefiniendi verbo manifeſtè ſignificat ſolũmodò circumſcriptos terminos, & præſcriptam menſuram, vltra quam conſilia Iudæorum nihil obtinere potuerũt: vt generaliter probatũ eſt diſp. 44. ſect. 3. & ſequẽtibus. Hic autem ſenſus probatur primò, quoniam prædefinitio ſic intellecta reprobat cogitationes populorum, & Conſilia Iudæorum, impediendo, videlicet, quæ meditati ſunt inania, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtũ eius: quapropter hæc interpretatio reſpondet aptior Pſalmi verſui, quem Hieronymus exponebat. Secundò probatur, quoniã id ſatis apertè ſignificãt illa verba Hieronymi: *Quæ non potuerunt illi facere, niſi in quantũ,* Itaque ad excludendũ illud, quod tentabant, & moliebantur, ſed facere nõ potuerũt dirigitur hęc prędefinitio.

Pſal. 2.

Hieronym.

9. Reſpondeo ſecundò. Hieronymus hoc loco reſpexiſſe videtur ad illud Act. 2. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditũ,* &c. Quapropter ſicut hoc à Patribus exponitur de permiſſione, ſupra tota diſp. 42. & 43. ſic & verba Hieronymi de permiſſione intelligenda ſunt, qua parte referuntur ad materialem actionem peccati. Ad confirmationem reſpondetur. Illa omnia verba ſolummodò probant prouidentiæ diuinæ generalitatem ad omnia, etiam ad ipſa peccata, quam præcedentibus ſectionibus expoſuimus.

Actor. 2.

10. Ad ſextum argumentum ſolutio conſtat ex tomo præcedenti diſp. 48. ſect. 1. vbi oſtẽdimus ſub nomine fati quamlibet antecedentẽ neceſſitatem, humanis actionibus impoſitam à diuina prouidẽtia refutari à Boëtio, Auguſtino & cæteris Patribus. Et ibidem n. 23. & ſequentibus probatum eſt, etiam quando Boëtius Auguſtinus & S. Thomas fatum catholicè intellectũ admittunt, ſimul etiam defendere libertatis indifferentiam ab antecedenti neceſſitate ſolutam. Quapropter illis teſtimoniis ſolummodò probatur illa generalitas prouidentiæ complectens omnia ſingularia, quam defendimus ſection. 6. & 7.

11. Ne forte aliquis vrgere, putet, argumentũ, ob illam ſimilitudinem ab artifice ductam, obſeruet euidens eſſe diſcrimen, nã artifex ita mouet operis effectum, vt nullam propriam & intrinſecam libertatem communicet ſuis effectis, nec ſuis inſtrumentis: ideóque per antecedentem neceſſitatem mouet, per ordines ducit, diſponit, & adminiſtrat aliter verò Deus liberns actus diſponit & adminiſtrat. Quamobrem artificis ſimilitudo adducitur à Boëtio, vt explicet ſolummodò diſcrimen inter immanentem Dei prouidentiam, & ſeriem executionis ad extra.

12. Ad ſeptimum reſpondetur primò, inde potius corroborari noſtram ſententiam hoc argumento. *Cuncta Deus futura præſciens, ante ſæcula decreuit, qualiter per ſæcula diſponantur.* Ergo præſcientia futurorum ſupponitur ante decretum diſponendi futura. Sed non ſupponitur præſcientia futurorum, prout ſunt abſolutè futura: ergo ſupponitur præſcientia eorum, prout ſunt conditionaliter futura. Confirmatur, quoniam ſi ante decretum diſponendi ſupponeretur præſcientia, quæ oſtenderet eſſe abſolutè futurum, vt tantùm aduerſitatis, vel proſperitatis huic homini contigat, iam nihil reſtaret decreto diuino, quod circa menſuram proſperitatis & aduerſitatis diſponeret. Reſpondetur ſecundò. In illo teſtimonio, nihil aliud aſſeritur, niſi diſpoſitio, ſiue ordinatio in finem, & menſura ſingulis rebus præſcripta, quam nos profitemur ſect. 6. & 7. & alibi ſæpe.

Ex Gregorij verbis noſtra ſententia, & ſcientia conditionata probatur.

Cõfirmatur.

Reſpondetur 2.

Ad octa

13. *Phyſica prædeterminatio de actibus liberis prouidentiam tollit.* Ad octauum argumentum & eius confirmationem reſpondetur, vtriuſque ſequelam non eſſe bonam: imo potius ſequitur oppoſitum; nam intercedente phyſica prædeterminatione, non poteſt eſſe prouidentia de liberis actionibus ſed tantùm de neceſſariis: nec poteſt eſſe prouidentia de peccatorum actionibus, ſed tantùm de iis, quæ fuerunt honeſtæ: vt ſupra ſection. 6. & 7. & multis præcedentibus diſputationibus probatum eſt. Quapropter actualis vſus liberi arbitrij, & ipſum influere, & conſentire voluntatis creatæ in ſe ipſo gubernatur Dei prouidentia ſine phyſica prædeterminatione.

14. *Sine phyſica prædeterminatione Dei prouidentia perfecta.* Ad nonum reſpondetur. Ex eo quod Deus nullam ex liberis volitionibus phyſicè prædeterminet, ſequitur potius, diuinam prouidentiã eſſe perfectam, quia conſeruat ſummam perfectionem perfectiſſimæ creaturæ cui prouidet, videlicet libertatis indifferentiam: & ſequitur non eſſe confuſam prouidẽtiam, ſed diſtinctam atque diſcretam, eo quod prouidendi modo diſcernit inter liberas & naturales operationes: inſuper ſingulas in particulari diſtinctiſſimè cognoſcit; & ſingulas in particulari vult cauſare, ſi bonæ ſunt; aut permittere, ſi malæ. Et ſingulas in particulari ordinat, vt in præcedenti ſect. probatum eſt. Vnde etiam conſtat, huiuſmodi prouidentiam eſſe determinatam eo determinationis genere, quod diuinæ bonitati, & creatæ libertati non contradicat: eadem ergo prouidentia non eſt dubia, & inefficax: vt magis conſtabit ſect. 9. & 10.

15. *Ad primam, & ſecundam confirmationem.* Atque inde conſtat ſolutio primæ confirmationis, negando Antecedens. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur. Cum Deus, præſciens, quiſnam actus eliciendus foret à tali voluntate, ſub talibus circumſtantiis, oblato tali concurſu, & volens vt ille idem eliciatur, ſi bonus eſt, aut volens illum permittere, ſi malus eſt, decernat bonas circumſtantias & concurſum adhibere; eo ipſo, quantum rerum natura poſtulat, determinata eſt & non confuſa potentiæ diuinæ atque virtutis applicatio.

16. *Prudentiſſimus dux & paterfamilias.* Ad decimum reſpondetur. Prudẽtiſſimus dux, vel paterfamilias nõ prouideret domui, vel exercitui, definiendo illius actiones turpes, ſed tantum eas permittendo, quas opus eſſet permittere ad maiora bona colligenda. Rurſus prudentiſſimus paterfamilias, etiam ſi poſſet, phyſicè non prædeterminaret honeſtas filiorum actiones; ſed eorum libertati cõcederet optionem illarum, ne filios priueret maieſtate dominij, laude, atque merito virtutis. Quod ſi ſeruos aut milites phyſicè prædeterminaret ad omnes, & ſingolas res, & particularia media, id propterea præſtaret; quoniam nihil ad eum pertineret, verum milites actionibus moraliter liberis, aut merè neceſſariis victoriam obtinerent, dummodò inimicorum exercitum debellarent: neque verum ſerui, vel famuli per actus moraliter liberos inſeruirent; dummodò filiorum educationem & commoditatem conſequerentur abſque defectu.

17. Ad vndecimum conſtat ſolutio ex nona ratione, quam pro noſtra ſententia ſect. præced. poſuimus num. 21. & ſequentibus. Nec oppoſitũ docuit S. Thom. 1. p. q. 22. ſed in eius art. 2. corpore
S. Thomas. ait: *Cum omne agens agat propter finẽ, tantùm ſe extendit ordinatio effectuum in finem, quantum ſe extendit cauſalitas primi agentis.* Inde tamen non bene colligitur, quod ordinatio effectuum in finem non ſe extendat amplius, quàm cauſalitas. Præ-

ſertim cum in eodem art. 2. ad 2. etiam ad peccata diuinæ prouidentiæ ordinationem extendat: vt vidimus loco nuper citato.

Ad duodecimum reſpõdetur. Creatura rationalis, licet in agẽdò tantùm à Deo pendeat, quantum pẽdet in ſuo eſſe: attamen non eodẽ modo, neque exacta ſimilitudine nam totum eſſe creaturæ rationalis, & omnium potentiarũ eius à ſolo Deo producitur, ideóque non poteſt taliter eſſe, niſi diuina voluntas prædeterminet. Cæterum creaturam rationalem agere nõ producitur à ſolo Deo, ſed tanquam ab efficiente cauſa liberè pendet etiam à voluntate creata. Ideóque poteſt taliter operari, producendo materialem actionem turpem: quamuis Deus non velit, nec prædeterminet, vt taliter operetur, dummodo Deus velit præbere ſuum concurſum, & permittere, vt talem actionem operetur. 18.

SECTIO IX.

Contingentia caſualitáſque fortuita reſpectu diuinæ prouidentiæ non ſequitur ex abſentia phyſicæ prædeterminationis.

QVinque ſont argumenta, quæ de hac re nobis opponuntur. Primum, quoniam cum cauſa contingenti Deus non concurrit contingenter: at verò contingenter cõcurreret, ſi Deus nõ prædeterminaret; ſed potius creata volũtas liberè determinaret, vt Deus cũ illa concurreret. 1. *Obiectio 1.*

Secundum quoniam minima indiuidua, quæ Deus non prædeterminauit in particulari; fortuita ſeu caſu cõtingerent reſpectu diuinæ voluntatis. Illud quippe contingit caſu, ſiue fortuito, quod euenit præter intentionẽ operantis. Quòd ſi aliquæ particulares actiones præter diuinã prædeterminationem eueniunt; eo ipſo contingunt præter intentionem diuinæ voluntatis. Confirmatur, hoc enim argumentum magis viget circa materiales peccatorum actiones, quas per diuinam bonitatem non eſſe volitas neque intentas oſtendimus diſp. 33. & 35. 2. *Cõfirmatur.*

Tertium argumentum, quoniam non ſufficit, Deum certo præcognouiſſe, quod talis effectus eſſet ſecuturus ex tali cauſa: ſi quidem eiuſmodi cognitio præcisè non eſſet perfectè prouidentia, ſed præuidentia. Nam perfecta prouidentia non ſolùm importat præſciẽtiam futuri euentus, ſed etiam rationem ordinis mediorum in finem. 3.

Quartum, nam ſecundum ſententiam oppoſitam, inquiunt, determinatio voluntatis ad materiales peccatorum actiones, & ad earum obiecta particularia non dependet à diuina voluntate, ſed à noſtra voluntate, quæ liberè & contingenter ſe determinat: ergo reſpectu diuinæ voluntatis nullum per ſe habent ordinem, ſed ſolùm ſe habent caſualiter & fortuito. Confirmant, quoniam non eſſet ordo per ſe inter primam & ſecundam cauſam, ſed veluti caſu & fortuito coniungerentur ad vnam actionem. 4. *Confirmant.*

Quintum, quoniã Deus tenderet in incertum quando concurrit cũ voluntate creata, nimirum in id, quod creata voluntas elegerit, quod in illo priori rationis, in quo Deus vult concurrere, neſcit quid, vel quale futurum ſit. Cõfirmatur nam prius ratione Deus concurrit, quam videat, quid creata voluntas eligat; ac proinde prius ratione concurrit, quã præuideat ſui cõcurſus euentum. 5. *Confirmant.*

Pro ſolutione ſuppono ex Ariſtotele 2. Phyſ. toto cap. 5. & 6. tres conditiones requiri ad 6. *Conditiones tres ad for-*

tunam, & caſum. *Ariſtoteles.*

fortunam & caſum, quas breuiter complexus eſt in fine capitis.5.text.57.dicens: *Sunt igitur ambo, caſus, inquam, atque fortuna per accidens cauſa in hiſce, quæ non ſemper, neque plerumque fieri poſſunt: atque horum in hiſce, quæ alicuius gratia fiunt.* Vnde S.Thomas 3.contra Gent.cap.5.ait: *Quod accidit præter intentionem agentis, dicitur eſſe fortuitum, & & caſuale, & in paucioribus accidens.* Quam doctrinam magis explicat in ſequenti cap. 6. & 2. 2.quæſt.64. art.8. corpore. Atque Damaſcenus eadem prorſus tradit lib.2.fidei cap.25.& in ſua phyſica cap.4. & Nemeſius de facultatibus animæ cap. 39. ante med. Omnes autem prædictæ conditiones deficiunt in prouidentia & cauſalitate diuina reſpectu cuiuſlibet actionis noſtræ, quamuis eam Deus phyſicè non prædeterminet.

S.Thomas.

7 Imprimis enim diuina prouidentia & concurſus non eſt cauſa per accidens, ſed potiùs valdè per ſe influens, & magis per ſe requiſita, quam cauſa particularis. Quæ proprietas nihil pendet à phyſica prædeterminatione. Secundò *impoſſibile eſt, aut ſemper, aut plerumque quidquam eorum eſſe, quæ à fortuna proueniunt:* vt nuper citatus Ariſtoteles ait. At verò liberæ electiones creatæ voluntatis, etiam illæ, quibus eſt adiuncta malitia, plerumque contingunt, oblato diuino concurſu generali. Quapropter comparatione illius non poſſunt euenire fortuito. Tertia & præcipua ratio, propter quam diuina prouidentia & concurſus non poſſunt habere rationem caſus, atque fortunæ comparatione noſtrarum actionum, eſt, quoniam actiones noſtræ non eueniunt præter intentionem Dei.

Diuina prouidentia per ſe nō per accidēs cauſa.

8. His præmiſſis dico primò. Liberæ actiones honeſtæ comparatione diuinæ prouidentiæ atque concurſus non eueniunt contingenter, nec fortuito, aut caſu, neque per accidens; etiamſi phyſicè non prædeterminentur. Hæc concluſio manifeſtior eſt, quàm illa, quæ ſequitur. Primò, quoniam etiā ſublata phyſica prædeterminatione, manifeſtum eſt. Deum eſſe cauſam per ſe talium actionum ſecundum ſe totas. Secundò, quoniam etiam ſublata phyſica prædeterminatione, relinquitur in Deo intentio, per quam per ſe, directè, & formaliter, intendit, vt tales actiones à voluntate creata concipiantur.

Aſſertio 1. Actiones liberæ prouidentiæ diuinæ non contingentes.

9. Confirmatur primò, quia Deus prædefinit eiuſmodi actiones: vt oſtendemus tomo ſequenti. In prædefinitione verò quidditatiuè clauditur intentio efficax. Confirmatur ſecundò, quia licet deficeret prædefinitio, ſatis foret intentio, licet per impoſſibile foret in Deo inefficax, & abſque præſcientia futuri euentus. Etenim omnes euentus, dependentes à cauſis liberis, quos homines ex intentione procurant, & conſequuntur, non dicuntur euenire à caſu & fortuito comparatione eorum mediorum, quæ ſecundum rectam rationem adhibentur ad illos euentus procurandos. *Nam fortuna præter rationem quid eſſe dicitur.* vt inquit Ariſtoteles 2.Phyſic.cap.5. text.55. & lib.7. Ethic. ad Eudemum cap.17.& 18.vt alibi referimus.

Cōfirmatio.

Res intentæ non eueniunt contingenter.

Ariſtoteles.

10. Confirmatur tertiò, nam *& concurſus duorum ſeruorum, licet ſit caſualis, quantum ad eos, eſt tamen prouiſus à Domino, qui eos ſcienter ſic ad vnum locum mittit, vt vnus de alio neſciat.* Quibus verbis S. Thomas 1.part.quæſtion.22. artic.2. ad 1. probat, nihil caſu aut fortuito contingere comparatione diuinæ prouidentiæ. Quartò, quoniam ſi phyſica prædeterminatione opus eſſet cuiuſcumque cauſæ, ne comparatione illius aliquis euentus fortuito, vel caſu contingeret; ſequeretur, matrimonia cuncta, & quoſlibet alios contractus caſu atque fortuito contingere comparatione cuiuſlibet contrahentis: quoniam alter contrahentium alterius liberum conſenſum phyſicè non prædeterminat, ſine quo nullus ſubſiſteret contractus. Eadémque ratione dicendum eſſet, agrorum culturam caſu, atque fortuito euenire comparatione cuiuſque patrisfamilias, diligentiſſimè vocantis operarios, oblato pretio competenti.

S.Thomas.

11. Dico ſecundò. Turpes actiones comparatione diuinæ prouidentiæ atque concurſus non eueniunt contingenter, nec fortuito aut caſu, etiamſi phyſicè non prædeterminentur à Deo. Imò neque eueniunt omnino per accidens, ſed cum quadam connexione per ſe. Probatur primò, quoniam licet materialis actio, quidditatiuè contraria diuinæ legi, per diuinam prouidentiam non ſit per ſe volita & intenta; ſed contra eius primariam & antecedentem intentionem inducta ſit à voluntate creata (vt vidimus ſupra diſp. 33.& 35.) & in hoc ſenſu materialis actio peccati non habeat ordinem per ſe reſpectu diuinæ prouidentiæ: nihilominus aliæ multæ rationes perſeitatis relinquuntur in eadem actione materiali peccati, quibus per ſe reſpiciat Dei prouidentiam, etiamſi abſit phyſica illius prædeterminatio.

Turpes actiones reſpectu prouidentiæ Dei non eueniunt contingenter. *Probatur 1.*

12. Prima ratio quoniam diuina prouidentia per ſe poſtulat offerre concurſum paratum ad omnem actionem liberam, non excipiendo materiales peccatorum actiones, & hunc Deus offert, præſciens quænam actiones illo dato forent eliciendæ; & poſitiuè ac directè intendens concurrere ad omnem actionem, qua ratione actio eſt, vt explicuimus ſect. 2. & 3. Secunda quoniam diuina prouidentia per ſe poſtulat de facto concurrere ad illas actiones ex ſuppoſitione, quod creata voluntas ſe determinet. Tertia, quoniam creata voluntas, vtpote cauſa ſecunda per ſe poſtulat primæ cauſæ concurſum, ſine quo implicat operari, & conſequenter materialis actio peccati per ſe poſtulat diuinæ prouidentiæ concurſum.

Dei prouidentia per ſe poſtulat paratum concurſum offerre.

Actio peccati per ſe diuinæ prouidentiæ concurſum poſtulat.

13. Quarta perſeitatis ratio eſt, quoniam quælibet ſpecifica differentia, quantumcumque ſit quidditatiuè contraria diuinæ legi, per ſe ac quidditatiuè claudit rationem entis & actionis; & eo ipſo per ſe claudit vniuerſalem rationem, quam per ſe reſpicit diuina prouidentia & concurſus. Itaque perſeitatis huius ratio proficiſcitur ex indiſſolubili nexu particularis differētiæ cum tranſcendenti ratione entis & actionis, quam per ſe reſpicit diuina prouidentia. Quinta, quoniam diuina prouidentia per ſe poſtulat præſcire quodnam peccatum eſſet futurum, ſi voluntas conſtitueretur ſub talibus circunſtantiis, & illud permittere aut non permittere; prout expedire iudicauerit ad perfectiorem adminiſtrationem Vniuerſi. Sexta, quoniam diuina prouidentia per ſe poſtulat, non ſolùm materialem actionem, ſed etiam formalem rationem malitiæ conuertere ad ſuam gloriam, & per ſupplicium reducere ad ordinem iuſtitiæ.

Ratio entis tranſcendē.

14. Probatur ſecundò ex Auguſtino lib.83.q.24. vbi: *Quidquid, ait, caſu fit, temerè fit. Quidquid temerè fit, non fit prouidentia. Si ergo caſu aliqua fiunt in mundo*

Auguſtinus.

in mundo

in mundo non prouidentia vniuerſus mundus adminiſtratur. Si non prouidentia vniuerſus mundus adminiſtratur, eſt ergo aliqua natura atque ſubſtantia, quæ ad opus prouidentia non pertinet. Et poſtquam ex generali ratione entis & boni probauerat, quaſlibet res diuina prouidentia gubernari, concludit: *Nihil igitur caſu fit in mundo. Hoc conſtituto conſequens videtur, vt quidquid in mundo geritur, partim diuinitus geratur partim noſtra voluntate.* Ex eo igitur, quod nihil fortuito, aut temerè gubernetur prouidentia Dei, non colligitur, omnia totaliter diuina prouidentia determinari; ſed partim diuinitus geri, partim noſtra voluntate, cuius præcipuè partes ſunt in determinanda ſpecifica differentia, quæ realiter contraria eſt diuinæ legi, vnde poſt pauca ita de diuina prouidentia ratiocinatur: *Nec peccatum autem, nec rectè factum imputari cuiquam iuſtè poteſt, qui nihil fecerit propria voluntate. Eſt igitur & peccatum, & rectè factum, in libero voluntatis arbitrio.* Perpende vim illius præpoſitionis *in* quæ ſignificat indifferentiam, antecedente neceſſitate ſolutam, vt oſtendimus alibi. Conſonat quod Auguſtinus 5. de Geneſi ad lit. cap. 20. 21. & 22. obſeruat, nullas res quantumcunque minimas, nullóſve mores hominum quantumcunque perditos caſu, vel fortuito, ſed diuina prouidentia gubernari, eo quod omnia ſubdantur illius imperio.

In mundo nihil caſu fit.

15. Probat tertiò quoniam quod non contingit abſque conſilio & intentione gubernatoris alicuius, non contingit caſu nec fortuito reſpectu illius, ſed materiales actiones peccatorum non contingunt abſque ſapientiſſimo Dei conſilio & intentione, etiam ſi phyſicè non prædeterminentur; quamuis ergo phyſicè non prædeterminentur, non contingunt caſu nec fortuito reſpectu Dei. Maior ſatis conſtat ex fundamento, poſito in num 6. & 7. & Confirmatur, nam conſilium, & ratio pugnant directè cum fortuna & caſu ſicut vidimus ſupra num. 9.

Materiales peccatorum actiones abſque conſilio Dei non contingunt.

Ratio, & conſilium cum fortuna pugnant.

16. Minor verò probatur, quoniam vt abſolutè dicantur materiales peccatorum actiones non fieri ſine conſilio, & voluntate Dei, ſatis eſt eas non fieri ſine voluntate permittendi, præcedente conſilio, dictante, talem permiſſionem expedire ad meliorem gubernationem: atque ita loquuntur Auguſt. & alij Patres multis in locis, quorum aliqua retulimus ſect. 3. obiect. 5. & 6. & ſect. 6. poſt med. & alibi ſæpe. Nunc ſufficiat Gregorius hom. 26. in Euangel. poſt med. dicens: *Nunquid caſu geſtum creditis, vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet, poſt autem veniens audiret, audiens dubitaret.* &c. *Non hoc caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt.* Et tamen inferius ait, *Diſcipulum poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit dominus, nec tamen in dubitatione deſeruit: ſicut Mariam ſponſum habere voluit*; Ecce non obſtante diſcrimine permiſſionis, & voluntatis, non ſolùm honeſtæ actiones, ſed etiam prauæ, non caſu ſed diuino conſilio contingunt.

Gregorius.

17. Confirmatur primò, quoniam formalem rationem malitiæ Deus non prædeterminat, ſeu prædefinit, ſed tantùm permittit: & tamen formalis ratio malitiæ non euenit caſu fortuito, & contingenter comparatione diuinæ prouidentiæ: ergo non requiritur phyſica prædeterminatio, ſed voluntaria permiſſio ſufficiet ad excludendum caſum, vel fortunam, comparatione prouidentiæ; ſumitur hic diſcurſus ex D. Thom. 1. part. quæſt. 22. artic. 2. ad 2. & Caietan. in eiuſdem ſolutionis commentario. Confirmatur ſecundò, quoniam etiam apud homines non contingunt caſu nec fortuito reſpectu gubernatoris vniuerſalis illa peccata, quæ ſciens & prudens permittit ad euitanda maiora mala.

Formalis ratio malitiæ non caſu, & fortuito reſpectu diuinæ prouidentiæ.

Probatur quartò, quia quod non ſubtrahitur ab ordine prouidentiæ, non eſt caſuale, nec fortuitum comparatione prouidentiæ. At non ſolùm materialis actio, ſed etiam illius malitia non ſubtrahitur ab ordine prouidentiæ, etiam ſublata phyſica prædeterminatione: ergo non eſt caſualis nec fortuita comparatione prouidentiæ, licet auferatur phyſica prædeterminatio. Nititur hic diſcurſus D. Thomæ 1. part. quæſt. 22. art. 2. ad 1. dicenti, *Cum omnes cauſæ particulares concludantur ſub vniuerſali cauſa, impoſſibile eſt, aliquem effectum ordinem cauſæ vniuerſalis effugere. In quantum igitur aliquis effectus, ordinem alicuius cauſæ particularis effugit, dicitur eſſe caſuale, vel fortuitum reſpectu cauſæ particularis: ſed reſpectu cauſæ vniuerſalis, à cuius ordine ſubtrahi non poteſt, dicitur eſſe prouiſum.* 18.

Formalis malitia non ſubtrahitur ab ordine diuinæ prouidentiæ.

S. Thomas.

Confirmatur, quoniam eaſdem actiones non eſſe contingentes comparatione diuinæ prouidentiæ, ita probauit S. Thomas 1. p. quæſt. 103. artic. 7. fine: *Dicuntur aliqui effectus contingentes per comparationem ad proximas cauſas, quæ in ſuis effectibus deficere poſſunt, non propter hoc, quod aliquid fieri poſſit extra totum ordinem gubernationis diuinæ: quia hoc ipſum, quod aliquid contingit præter ordinem cauſæ proximæ, eſt ex aliqua cauſa ſubiecta gubernationi diuinæ:* Cum igitur ſublata phyſica prædeterminatione, adhuc nihil fieri poſſit extra totum ordinem gubernationis diuinæ. Conſequens eſt, vt etiam ſublata phyſica prædeterminatione nullus effectus ſit contingens comparatione diuinæ prouidentiæ. 19.

Materiales peccatorum actiones comparatione diuinæ prouidentiæ probat S. Thomas.

Probatur quintò, quoniam phyſica prædeterminatio refutatur potiùs, quàm probatur ex eo, quod actiones liberæ non habeant contingentiam fortuitam, aut caſualem, comparatione diuinæ voluntatis aut prouidentiæ, nam ad diuinam bonitatem & prouidentiam pertinet cauſas contingentes ita præparare, vt ex illis contingenter ſequatur aliquis effectus. Quapropter contingentia, & caſualitas eſt effectus præcognitus, & intentus per diuinam voluntatem & prouidentiam; ac proinde contingentiæ, & caſualitatis ratio non reſpicit diuinam prouidentiam, & voluntatem, ſed reſpicit ſolummodò cauſas particulares. Rurſus hic modus, quo diuina voluntas & prouidentia cauſat quorundam effectuum contingentiam, & caſualitatem, non ſubſiſteret, ſi Deus omnes effectus phyſicè prædeterminaret, vt multis teſtimoniis & argumentis probatum eſt tomo præcedenti diſp. 51. ſect. 2. 20.

Ex eo quod actiones liberæ comparatione Dei contingentiam non habeant prædeterminatio impugnatur. Contingentiam intendit Deus.

Probatur ſextò, quoniam ſi Deus ageret ex neceſſitate naturæ; quilibet effectus, ab eo productus, non eſſet contingens comparatione illius (nam contingentia directè pugnat cum neceſſitate.) Nihilominus data illa hypotheſi impoſſibili, adhuc creatæ voluntatis actiones eſſent contingentes, & liberæ; & tamen ea libertas & contingentia directè pugnaret cum phyſica prædeterminatione, vt oſtendimus eodem tomo præcedenti diſput. 52. ſect. 3. ergo licet auferatur phyſica prædeterminatio, nihilominus non inducitur caſualitas, & contingentia comparatione diuinæ voluntatis & prouidentiæ; ſed tantùm comparatione creatæ voluntatis. Conſe- 21.

Deo neceſſariò operante adhuc creatura libera eſſet.

quentia probatur, quoniam per illam hypotheſim impoſſibilem ſupponitur, eundem prorſus concurſum à Deo præberi ex neceſſitate naturæ, quem modo liberè præbet; ſed tunc non eſſet contingentia & caſualitas comparatione illius concurſus, etiam ſublata phyſica prædeterminatione: ergo nec modo erit contingentia, & caſualitas reſpectu diuini concurſus, etiamſi phyſicè non prædeterminet.

22. *Minus propriè locutus Conradus.* Vnde collige minùs propriè locutum eſſe Conradum 1. 2. quæſt. 79. art. 1. colum. 3. §. *Nota inquam.* vbi de volitione mala ſic loquitur: *Talis effectus non habet neceſſariam habitudinem ad cauſam primam, ſed contingentem, quia fit ab ea ſecundum conditionem voluntatis, & cauſæ ſecundæ quæ eſt contingens.*

23. *Ad primum ſolutio.* Hinc conſtat ſolutio argumentorum. Ad primum negatur Minor, quin potius ea ipſa determinatio, qua voluntas creata liberè determinat, vt Deus cum illa concurrat, non euenit contingenter, nec fortuito comparatione diuinæ prouidentiæ, ſiue ſit determinatio ad honeſtas, ſiue ad turpes actiones, vt conſtat ex præcedentibus probationibus.

24. Ad ſecundum & illius confirmationem reſpondetur actiones honeſtæ concipiuntur omnes propter primariam intentionem Dei, vt oſtendimus aſſertione 1. Sed actiones turpes licèt concipiantur præter intentionem præcipientem, & antecedentem, ac prædefinientem; nihilominus non concipiuntur præter intentionem Dei permittentem, & generaliter volentem concurrere, & ordinantem ad maiora bona: ideóque non caſu nec fortuito contingunt, vt ſupra conc. 2. *Ad tertium.* Ad tertium concedo totum, cæterum ordinatio mediorum in finem perfectiſſima retinetur abſque phyſica prædeterminatione.

25. *Determinatio voluntatis pendens à diuina voluntate.* Ad quartum. Reſpondetur negando. Antecedens quin potius ſecundum noſtram ſententiam, determinatio voluntatis ad materiales peccatorum actiones, & ad earum obiecta particularia, pendet à diuina voluntate permittente, & volente præbere generalem concurſum, quem poſſet ſubtrahere, pendet etiam à diuina voluntate ordinante ad meliora bona, inſuper quomodo tales actiones habeant per ſe ordinem ad Dei prouidentiam, Vidimus Conc. 1. probat. 1. Inde etiam ſolutio confirmationis negando Antecedens.

26. Ad quintum. Reſp. in illo priori rationis, in quo Deus vult concurrere, iam præſupponitur ſcientia conditionata, qua Deus præſcit, quid, & quale futurum eſſet, quod voluntas eligeret, ſi Deus vellet cum illa concurrere ſub talibus circunſtantiis: quapropter non iaculatur in incertum, ſed ſcopum euidentiſſima certitudine collimat. *Ad confirmationem.* Ad Confirmat. Reſp. prius ratione Deus concurrit quam ſui concurſus euentum præuideat, vt abſolutè futurum, nō tamen prius, quam præſciat vt conditionaliter futurum.

SECTIO X.

Prauis actionibus nec ideo Deus prouidet, quia futuræ ſunt; nec ideo futuræ ſunt, quia Deus ad illas diſponit efficacia media.

1. OBiiciunt præterea contrariæ ſententiæ Doctores primò quia ſi Deus actiones liberas phyſicè non prædeterminaret; ſequeretur, hanc propoſitionem cauſalem eſſe veram; Ideo Deus prouidet liberis actionibus, quoniam futuræ ſunt, & non è contra, id eſt, actiones liberæ non ideo futuræ ſunt, quoniam Deus illis prouidet. *Confirmatio.* Confirmatur, quia ſi Deus vult, atque diſponit, me velle aliquid, quia prænouit, me voliturum eſſe; ſubuertitur ordo, & ſubordinatio creatæ voluntatis ad diuinam. Si verò voliturus ſum ego, quia Deus voluit, atque diſpoſuit me velle; iam admittitur liberæ volitionis prædefinitio.

2. *Aſſertio 1.* Reſpondeo, & dico primò cauſalis illa. *Ideo Deus prouidet liberis actionibus, quoniā futuræ ſunt, & non è contra.* Non eſt abſolutè vera; quoniam abſolutè denotat cauſam propriè dictam: cum tamen futuræ actiones nō poſſint eſſe propriè cauſæ diuinæ prouidentiæ, cum ſit increata. *Nihil creatū diuinæ prouidētiæ cauſa.* Imo licet prouidentiam accipias pro exteriori gubernatione, & cōcurſu, quæ ſunt entia creata; adhuc nihil eſt eorum propriè cauſa niſi Dei liberum decretum, & imperium ſupra diſp. 45. ſect. 7.

3. *Diuina prouidentia per liberum arbitrium materia ſubminiſtratur.* Eadem cauſalis eſt, in aliquo ſenſu vera, videlicet prout denotat materiam, ſiue obiectum, quod per liberum arbitrium diuinæ prouidentiæ ſubminiſtratur; cum tamen in ſua poteſtate haberet, non ſubminiſtrare talem materiam, & obiectum; Quæ veritatis ratio reperitur etiam in actionibus honeſtis, non ſolùm naturalibus, ſed etiam ſupernaturalibus.

4. Rurſus eadem propoſitio tunc maximè verificatur, quando refertur ad actiones turpes ſiue pro materiali, ſiue pro formali; nullus enim Theologorum abſolutè concedet hanc propoſitionem; ideo Iulianus, aut Lutherus, concipit actionem odij Dei, vel blaſphemiæ; quoniam diuina prouidentia diſponit, vt illam concipiat: hoc enim idem eſſet, atque prædeſtinare tales actiones, quod Patres communi conſenſu refutant ſupra diſput. 35. Conſequens igitur eſt, in eodem ipſo ſenſu, quo prædicta cauſalis eſt falſa, veram eſſe illius contradictoriam, videlicet, non ideo hic homo concipit actionem odij Dei, vel blaſphemiæ, quoniam diuina prouidentia diſponit, vt illam concipiat: ſed potius, quoniam Deo præbente generalem concurſum, atque permittente, hic homo concipit actionem odij, vel blaſphemiæ; ideo Deus prouidet, quomodo illam reducat ad ordinem iuſtitiæ per ſupplicium, & ex ea colligat maiora bona. *Deo permittente homo cōcipit actionem peccati.*

5. *Prouidentia circa peccatū pars duplex.* Inde collige, partem quandam prouidentiæ præcedere, quæ cauſa ſit talis actionis, præciſè in quantum actio eſt, videlicet prædicta voluntas concurrendi, atque permittendi. Sed præterea eſt alia veluti pars prouidentiæ, quæ præſupponit talem actionem, vt futuram ſaltem conditionaliter, videlicet, reductio talis actionis ad ordinem iuſtitiæ, & ordinatio ad meliora bona. Quapropter in eo ſenſu poterit affirmari, ideo hunc hominem concipere materiales actiones odij Dei, vel blaſphemiæ, quoniam Deus illis prouidet, nempe ſignificando dependentiam actionis creatæ à diuino concurſu, & voluntate permittente; præſertim quia niſi Deus iſtius hominis voluntatem præmoueret ad naturalem amorem boni, & beatitudinis, in communi; non poſſet concipere actionem odij Dei, atque blaſphemiæ.

6. Obiiciunt ſecundò quoniam de intrinſeca ratione diuinæ prouidentiæ non ſolùm eſt ordinatio mediorum in finem, ſed etiam infallibilis aſſecutio finis, à Deo intenti. Sed ſi concurſus generalis

neralis foret ſecundum ſe indifferens, aut Deus per eundem concurſum non applicaret efficaciter cauſas ſecundas ad ſuas operationes in particulari; diuina prouidentia non aſſequeretur infallibiliter finem, intentum per media prædefinita, & ordinata ad aſſequutionem finis ergo, &c. Hanc Minorem probant, quia ſtarent ſimul hæc duo, quod Deus daret ſuum concurſum generalem ad aliquem effectum producendum, & quod voluntas pro ſua libertate nollet ad illum concurrere.

7\. Maiorem autem probant primò teſtimoniis Auguſt. & aliorum Patrum, aſſerentium, Dei voluntatem eſſe omnipotentis efficaciæ, cui nihil poſſit reſiſtere, ne faciat quæcunque vult. Probant ſecundò authoritate S. Thom. 1. part. quæſt. 22, articul. 2. ad 1. & artic. 4. ad 2. & 3. & 3. contra gentes cap. 94. & Caietani 1. part. quæſt. 22. artic. 1. §. *circa difficultatem*. Ratione confirmant, quoniam ita poſtulat quidditatiua perfectio, & efficacitas diuinæ prouidentiæ, ne poſſit impediri, vel ſuperari per voluntatem creatam.

Confirmant.

8\. Soluitur hæc difficultas, diſtinguendo duplicem prouidentiæ partem, ac duplicem etiam intentionem finis, quam ipſi etiam Authores obiectionis admittunt. Sicut enim Dei voluntas duplex eſt: alia primaria, & antecedens, inefficax, & & conditionalis, (prout explicatum eſt diſp. 19. & 20.) alia verò voluntas conſequens, efficax, & & abſoluta; ſic etiam duplex eſt pars prouidentiæ, ac duplex intentio finis, videlicet antecedens, inefficax, & conditionalis vna; ſed altera conſequens efficax, & abſoluta.

Prouidentia alia efficax, & abſoluta, alia inefficax, & conditionalis.

9\. Quod autem aliqua pars prouidentiæ, & aliqua intentio Dei non aſſequatur efficaciter, & infallibiliter ſuum finem, conſtat in ſupernaturali prouidentia, quam Deus circa reprobos exercet, præbens illis plurima ſupernaturalia media per intentionem antecedentem, qua *vult, omnes homines ſaluos fieri*. 1. ad Timot. 2. Cum tamen non aſſequatur infallibiliter eorum æternam ſalutem. Confirmatur, hoc enim ſenſu S. Thom. de verit. quæſt. 6. artic. 1. corp. & in 1. ſentent. diſtinct. 40. quæſt. 1. artic. 2. *Prouidentia*, inquit, *ordinem in finem reſpicit tantùm: vnde per Dei prouidentiam omnes homines in beatitudinem ordinantur: ſed prædeſtinatio reſpicit etiam exitum, vel euentum ordinis: vnde non eſt niſi eorum, qui gloriam conſequuntur.*

Prouidentia non cõſequitur ſemper ſuum finem.

1 ad Timot. 2.

Cõfirmatur.

S. Thomas.

10\. Quo ſuppoſito, diſtinguenda eſt vtraque præmiſſa principalis argumenti, Nam quo ſenſu vera eſt vna, redditur altera falſa. Si enim vtraque intelligatur de qualibet prouidentiæ parte, atque de qualibet intentione finis; omnino falſa eſt Maior: quoniam de intrinſeca ratione prouidentiæ antecedentis, & inefficacis, non eſt infallibilis aſſecutio finis inefficaciter, antecedenter, & conditionaliter intenti; ſi tamen vtraque permiſſa intelligatur ſolummodò de prouidentia, & intentione abſoluta, & efficaci: vera eſt Maior, ſed Minor eſt falſa: etenim licet Dei generalis concurſus ſit ſecundùm ſe indifferens; diuina prouidentia infallibiliter aſſequitur finem per media præordinata & prædefinita ad aſſecutionem finis: quoniam eorum prædefinitio præſupponit conditionatam ſcientiam, qua Deus certo præcognouit, quid voluntas creata liberè ſoret electura; ſi talia media per diuinam prouidentiam adhiberentur.

Prædefinitio ſcientiã conditionatam ſupponit.

11\. Ad probationem Minoris. Reſpondetur diſtinguendo Antecedens ſtarent ſimul hæc duo, quod Deus daret ſuum concurſum generalem ad aliquem effectum producendum, & quod voluntas nollet ad illum concurrere; ſi Deus ſuum generalem concurſum daret antecedenti, & conditionata ſolummodò voluntate: non verò ſi Deus daret efficaci. & abſoluta voluntate, intendens productionem effectus, vel illius actualem permiſſionem: quia talis voluntas Dei præſupponit conditionatam præſcientiam. Vnde fit, vt ſi concurſum generalem Dei ad aliquem effectum, præſcindas à præſcientia conditionata, & ab efficaci voluntate producendi, vel permittendi talem effectum, ſimul cum tali concurſu ſtaret, quod voluntas creata nolit ad illum effectum concurrere.

12\. Hanc ſolutionem refutant primò remittentes ad impugnationes ſcientiæ conditionatæ, ſed has omnes diluimus tomo præcedenti à diſp. 61. vſque ad 80.

13\. Refutant ſecundò quoniam ordo diuinæ prouidentiæ eſt certus, immobilis, & indiſſolubilis, quantum ad effectus aſſecutionem, ita vt huiuſmodi certitudo, & indiſſolubilitas fundetur in ipſo ordine & cauſalitate mediorum, atque inefficacia diuinæ voluntatis, & prouidentiæ, independenter omnino à futuro conſenſu, vel vſu creatæ voluntatis, præcognito per ſcientiam mediam. Hoc autem probant ex Boëtio de conſolatione lib. 4. proſa 6. dicente: *fatum eſt immobilis diſpoſitio, rebus mobilibus inhærens*. Et poſt pauca, de illa ſeriè cauſarum, quæ fatum eſt: *Hæc*, inquit, *actus, & fortunas hominum indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit qua cum ab immobilis prouidentiæ proficiſcantur exordiis, ipſas quoque immutabiles neceſſe eſt eſſe*. Quam eandem doctrinam recipit S. Thom. 1. part. quæſt. 116. artic. 1. 2. & 3.

Fatum definit Boëtius.

14\. Reſpondeo, & dico primò ex quidditate fati ethnici quod Auguſtin. Boëtius. D. Thomas & cæteri Theologi refutant; inſuper ex quidditate fati alterius catholici, quod iidem Authores admittunt refutari neceſſitatem antecedẽtem, quæ inducatur ex ordine, & cauſalitate mediorum, prorſus independenter à futuro conſenſu, vel vſu creatæ libertatis, ſatis probatum eſt tomo præced. tota diſp. 48. peculiariter verò Boëtium non aliam neceſſitatẽ admittere in futuris euentibus, niſi talem qualis naſcatur ex eo, quod *Deus futura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt, præſentia contuetur*, Conſtat ex lib. 5. de Conſolat, philoſoph. proſa 6. vt fuſiùs oſtendimus eodem tomo, diſp. 33. ſect. 4.

Aſſertio 1.

Fatum duplex.

15\. Vnde colligo, & dicò ſecundò. Immobilitas diſpoſitionis, indiſſolubilitas connexionis, & quæcunque neceſſitas dicitur eſſe in ordine cauſarum, non eſt antecedens ſed conſequens; eo quod ab immobilis prouidentiæ proficiſcatur exordiis: at immobilitas prouidentiæ ſupponit futurum euentum præcognitum, vt actualiter futurum, ſaltem conditionaliter.

Aſſertio 2.

Prouidentia immobilitas.

16\. Obiiciunt tertiò, quicumque vult efficaciter finem, vult etiam efficaciter adhibere omnia, quæ ſimpliciter neceſſaria ſunt ad illum finem, niſi intentio finis præſupponat, præuiſa eſſe illa omnia, quæ prærequiruntur ad talem finem; ſed materiales actiones peccatorum ſunt ſimpliciter neceſſariæ, & prærequiſitæ, ad plurima ſupernaturalia bona, veluti ad pœnitentiam, martyrium, redemptionem Chriſti domini: & huiuſmodi

bona

bona ſupernaturalia ſunt à Deo efficaciter intenta prius ratione, quam præuideret materiales actiones peccatorum quaſi abſolutè futuras. ergo Deus efficaciter intendens prædicta bona ſupernaturalia, vult etiam efficaciter cauſare omnes materiales actiones peccatorum quæ ſunt ſimpliciter neceſſariæ ad illa bona.

17. *Qui efficaciter intendit finem non eſt neceſſarium, vt efficaciter velit media.*

Reſp. negando Maiorem; Nam vt prudentiſſimus quiſque rerum adminiſtrator velit efficaciter aliquem finem, ſatis eſt ſcientia conditionalium virtute cuius certiſſimè cognoſcat, quod tales voluntates creatæ, ſub talibus, vel talibus circunſtantiis conſtitutæ, liberè committerent illa peccata, quæ neceſſariò præſupponenda ſunt ad prædicta bona. Qua ſcientia præſuppoſita, Deus ex intentione efficaci colligẽdi talia bona, voluntates creatas in illis circunſtantiis conſtituit: ſed non intendens, vt tales actiones eliciant; ſed tantùm intendens illas permittere, vt maiora bona colligat. Huius aliqua veſtigia reperimus in hominibus: nam plurimi ſacerdotes efficaciter volunt abſolutiones conferre, & eo fine Sacerdocium, & iuriſdictionem accipere; atque morali Theologiæ ſtudere; & tamen neque volunt efficaciter ea peccata committi, quorum abſolutionem daturi ſunt neque ſciẽtia viſionis præuident illa quaſi abſolutè futura; ſufficit namque certò præſcire. quamdiu durauerit mundus ſub ordinario genere prouidentiæ, liberè cõmittenda eſſe peccata plurima, quæ ſint abſolutionis materia. *Peccata abſolutionis materia.*

18. *Obiectio 4.* Hinc ſoluta manet eorum obiectio 4. qui ex neceſſaria connexione talium bonorum cum actionibus peccatorũ, ſine quibus eſſe nequeunt, colligũt, prædefiniri poſſe peccatorum actiones; ſi talia bona prædefiniuntur. Et Cõfirmant, quoniam Deus vtitur materialibus actionibus peccatorum ad prædicta bona colligenda; ſed niſi prædefiniat actiones, non poteſt illis vti.

19. Quinta. Obiectio ſupponit materialibus peccatorum actionibus à Deo imprimi realem aliquam bonitatem, per quam intrinſecè, ac per ſe dirigantur ad eos fines optimos, quos Deus intendit. Cæterum fundamentum eſſe falſum, oſtendimus ſupra diſp. 27. ſect. 4. & 5. & diſp. 33. ſect. 2. & diſp. 42. ſect. 3. & diſp. 44. ſect. ſexta.

20. Sed vrgebit aliquis. redemptio, Iuſtitia punitiua, & pœnitentia per ſe, atque ab intrinſeco prærequirunt, & præſupponunt peccatorum actiones: ergo peccatorum actiones ſunt media per ſe requiſita ad bonum redemptionis, iuſtitiæ punitiuæ, ac pœnitentiæ; ac proinde ab eiſdem bonis accipient honeſtatem, & amabilitatẽ, propter quam Deus illas poſſit efficaciter intendere.

21. Reſpondeo Eodem argumento validius probaretur, formalem rationẽ malitiæ, eſſe medium per ſe requiſitum, honeſtũ, & amabile; quoniam redemptio iuſtitia punitiua, & pœnitentia per ſe atque ab intrinſeco prærequirunt, & præſupponunt formalem rationem malitiæ, magis, quam illius materiales actiones. Nam pœnitentia per ſe dolet de formali ratione malitiæ potius, quam de materiali actione: ſimiliter etiam Iuſtitia punitiua per ſe, ac primariò punit rationem formalem malitiæ potius, quàm materialem actionem; redemptio verò eruit à captiuitate, quam formaliter attulit ratio malitiæ. *Pœnitentia dolet de formali ratione malitia.*

22. Inde colligo diſtinguendum eſt antecedens, redemptio, iuſtitia punitiua, & pœnitentia per ſe atque ab intrinſeco prærequirunt, & præſupponunt peccatorum actiones, non eo modo, quo finis ſupponit media ad ipſũ deſtinata, ſed quemadmodum medicina ſupponit morbũ ſanandum; & quemadmodum reuocatio ad ordinem diuinæ ſapientiæ ac bonitatis, ſupponit contractam eſſe deordinationem, & obliquitatem ab illo. Nam redemptioni, Iuſtitiæ punitiuæ, ac pœnitẽtiæ hoc proprium eſt, vt quidditatiuè reſpiciant oppoſita ſibi peccata, quæ deſtruant; quapropter nulla inde honeſtas, & amabilitas, ſed potius deteſtabilitas colligitur ineſſe peccatis.

SECTIO II.

De meritò temporalis præmij & de quibuſdam motibus appetitus ſenſitiui, poſtrema obiectiones.

1. *Ex S. Thoma obiectio prima.*

Deſumunt alteram ex S. Thom. 1.2.q.114. art. vlt. in fine corporis, vbi ait: *Temporalia bona, in ſe conſiderata, habent rationem mercedis habito reſpectu ad motionem diuinam, qua voluntates hominum mouentur ad hæc proſequenda; licet interdum in his non habeant homines, rectam intentionem;* & in ſolutione ad ſecundum. *Illæ retributiones dicuntur eſſe diuinitus factæ ſecundum comparationem ad diuinam motionem, non autem ſecundum reſpectum ad malitiam voluntatis, præſertim quantum ad Regem Babilonis, qui non impugnauit Tyrum, quaſi volens Deo ſeruire, ſed potius vt ſibi dominium vſurparet.* Ex quibus inferunt, Deum prædeterminare, & præmouere ſaltem ad materiales actiones talium peccatorum, quibus temporalia bona merentur quandoque homines impij. Confirmatur primò ex Caietan. in eius articuli comment. dicente: *Deus tanta bonitate affluit, vt etiam inter malas voluntates noſtras, gaudeat ſe ordinare opera, quæ remuneret.* *Ezech 29.* *Confirmatio prima Caietan.*

2. Confirmatur ſecundò, quoniam ad rationem meriti principaliter requiritur diuina ordinatio, qua actus noſtri dirigantur in aliquem finem, vt docet Doctor angelicus in 1.2. quæſt. 114. art. 4. ſed iſti actus Aſſur & Regis Babilonis, de quibus habetur Ezechiel. cap. 29. fuerunt meritorij præmij temporalis, licet alias eſſent peccata. & eſſent facti ex praua intentione: ergo illi actus, qui ſunt peccata, ſecundùm ſuam entitatem, & vt liberi ſunt, procedunt ex diuina ordinatione. Confirmatur tertiò quoniam, vt docet Diuus Auguſt. lib. 5. de Ciuitat. cap. 12. & 15. Romani meruerunt à Deo dominium orbis propter opera bona ex obiecto, quæ faciebant; licet peccauerint in illis, quia exercebant ea ex cupiditate regnandi, & ex gloria inani: ergo peccatum, ſecundum quod eſt quædam actio, poteſt habere rationem meriti, & conſequenter ſecundum illam rationem neceſſariò debet eſſe ex diuina prædeterminatione phyſica. *Confirmatio tertia.*

3. *Aſſertio 1.* Reſpondeo, & dico primò, præmium illud temporale directè, & adæquatè reſpondet exterioribus actibus virtutũ, prout liberè facti ſunt, quamuis procedant à praua intẽtione. Atque illa exteriora opera virtutum poſſunt eſſe intenta, & prædefinita à Deo, licet à praua intẽtione procedant, vt oſtendimus ſupra diſp. 40. ſect. 1. ſub initium Eadem tamen opera nequeunt eſſe phyſicè prædeterminata, ne lædatur libertas, vt tomo præced. diſp. 38. & multis ſequentibus probatum eſt. De his exterioribus actibus loquitur S. Tho. dicto art. 10. corp. poſt med. quatenus agenda, & proſequenda bona diſtinguit à propoſito & intentione. *Virtutũ exteriora opera à Deo præſinita licèt à praua volũtate procedant.*

rentiooe. Et clarius Caier. verbis nuper relaris in confirmarione 1. quin & Auguſt. 5. de Ciuit. cap. 12. de his opetibus præcipuè loqoitur.

4. ***Pramium temporale praua volũtati ſecundũ aliquam ſui partem reſpondet.*** Dico 2. Præmium illud remporale reſpondet eriam interiori volitiooi, nõ ſecundùm ſe totam, ſed ſecundùm aliquam ſui partem, videlicet, ſe- ſecũdùm rarionem communem bonitatis quam Deus inſpirabat, & ad quam mouebat. Pro cuius explicatione reeolendum eſt diſp. 44. ſect. 2. ſæpe Deum impellere, mouere, ac determinare ad genetalem aliquam rationem volitionis, cui ſecundùm ſe conſideratæ, nulla miſcetur repugnantia cum lege diuioa. Cæterũ Deo permittente, ereata voluntas liberè admiſcet praoi finis intẽtionem, aut aliam aliquam malitiam. Deus igitnr nõ mouet, nec impellit ad totam illam entitatem volitionis, quia non mouet ad eam rationẽ formalem illius, ſecundom quam tealiter opponitur rationi, & diuinæ legi. Sed tantùm mouer ad illam rationem formalem abſtractam, & ex ſe bonam; & hoie ſoli retribuit temporale præmium.

5. Probatur primò ex Auguſt. qui lib. de grat. & liber. arb. cap. 20. docer, à Deo cauſari in cordibns hominum formidinem, vel audaciam ex ſe bonam, qua liberè abutontur ad malú. euius verba retulimus dicta diſp. 44. ſect. 2. n. 5. & 6. De

Auguſtinus præmio tamen idem Auguſtinus lib 83. qq. q. 27. ad medinm. *Ipſi quoque*, ait, *per quos id agit, quod ignorant nõ iuſtitia, que refertur ad Deum, ſed maleuolentie ſue mercedem accipiunt. Qnemadmodum nec bonis. Imputatur, qnod ipſis prodeſſe voluntibus nocetur alicui, ſed bono animo beneuolentie præmium tribuitur*. Maleuolentia verò eſt materialis, & realis volitio nocendi, cui adiungitur maliria, & huius maleoolentiæ merces eſt punitio; nec proptet illam retribnitut præmiũ, eo quod ignorans ſeruiat diuinæ iuſtitiæ. Itaqne pars illa volitionis, quæ realiter eſt contraria diuinæ legi, non remuneratur præmio temporali, ſed tantùm illa patrialis ratio, quæ bona eſt, & à Deo inſpirata.

6. Confirmatur, nam & lib. 5. de ciuit. cap. 12. 15. & 17. ſemper temporalem mercedẽ imperij Romanorum refert ad communes rationes virtutis, veluti conſulendi bono communi, condendi leges inſtas, poſtponendi auaritiam & volnptares. Nunquam tamen dicit, redditam eſſe Romanis mereedem pro materiali actione ambititionis,

Matth. 6. aut tyrannidis, aut alterius peceati. Quod autem Auguſt. cap. 15. videtur reddere cauſam, ob quam Romani receperint mereedem ſuam, videlicet tempotalem gloriam, quoniam ipſi eam per ambitionem elegerunt, intelligit, ambitionem, & carentiam veræ religionis fuiſſe cauſam, vt non æterna, ſed tantùm tempnralis fuerit eorum merces, itaque illud vitiom non mercedis, ſed diminutionis in mercede ratio fuit.

7. Prabatur ſecundò ex D. Thom. Nam in cap. 9. ad Rom. lect. 3. longe poſt med. manifeſtè diſtinguit communem rationem volitionis bonæ, ad quam Deus inſtigabat Regem Aſſiriorum, permittendo, vt liberè detorqueret ad malum. cuius verba retulimus dicta diſp. 44. ſect. 2. n. 3. & ſequentibus. Qnapropter eodẽ modo intelligẽdum eſt, quod aſſerit 1. 2. q. 114. art. 10. (quem tractamus) de motione Dei ad præmium.

8. ***S. Thomas.*** Confirmarur primò, nam expreſsè S. Thom. in eodem articul. 10. ad ſecundum in obſtetricibus Ægyptiorum diſtinguit ***bonam voluntatem quantum ad liberationem puerorum***, vt ſecundùm hanc rationem præcisè correſpondeat illi diuina motio, & temporalis retributio, ſed quoniam *non fuit earum recta voluntas quantum ad hoc, quod mendacium confinxerunt*: Ideo realis hæc formalitas volitionis non eſt adſeribenda diuinæ motioni, nec illis retribuẽda fuit tempotalis merces, quia realiter voluere mentiri etiam quantum ad materialem entitatem. Confirmatur ſecundò quoniam D. Thom. Dei mercedem & motionẽ nuoquam retulit ad entitatem materialem intentionis prauæ, aut alterios formalitatis realis, cui malitia coniuncta eſſet inſeparabiliter. *Confirmatio 2.*

9. Probatur tertiò, nam & illum locum Ezech. 29. (cui præcipuè nititur S. Thom. ſupra citatus) de Rege Babilonis: *& merces, non eſt reddita ei, neque exercitus eius ſuper Tyro, pro ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam*, &c. Ita ponderat Hieron. in commentario, vt ſemper limitet ad vnam partem operationis, ſecũdùm quàm ſeruiuit, & mercedem meruit. Notanda ſunt illa verba: *Et quia Dei in hac parte obedierat voluntati, datur ei Ægyptus*. & infrà: *Et cum in hoc mihi ſeruierit, & meam contra Tyrum impleuerit voluntatem, dabo ei terram Ægypti*, & iterum: *Ex eo*, inquit, *quod Nabucodonoſor mercedem accepit boni operis, intelligimus, etiam ethnicos, ſi quid boni fecerint, non abſque mercede Dei iudicio præteriri*. Et confirmat Hieronymus, quoniam ea ratione Nabucodonoſor ſeruus Dei, & columba nuncupatur, Hier. 25. de quo ſupra diſputatione 44. ſectione 2. numero decimo. *Ezech. 29.* *Hieronym.*

10. Probatur quartò, quoniam propter animum, & intentionem malam Nabucodonoſoris, non ad moderationem, & ad gubernationem cauſatiuam, ſed ad permiſſionem Theodoretns refert, hanc redditionem mercedis in eiuſdẽ loci eommentario, vt cnnſtat ex illis verbis: *Non quia animo diuinæ miniſtrans voluntati, hæc molitus fuit*. Et poſt pauca. *Alia*, inquit, *ipſe moderatur*, ſcilicet Deus, *alia verò fieri permittit modo libero, hominis cedens arbitrio, modo eos, qui digni ſunt per alios puniri concedens. Igitur vt oſtenderet ſuo permiſſu hanc Nabucodonoſor potentiam adeptum, promittit etiam, mercedem eſſe daturum pro Tyriorum oppugnatione, Ægyptiorum ſeruitutem*. Multum itaque Theodoretus diſtat à motione, qua Deus impelleret ad materialem entitatem intentionis crudelis, atque tyrannicæ, quam ille rex exercuit contra Tyrios. *Theodoretus.*

11. *Obiectio 2.* Altera obiectio eſt, quia Deus prædeterminauit appetitum ſenſitiuum hominis ad motus eſſentialiter inordinatos contrarios rationi & diuinæ legi, ergo eadem ratione poterit determinare appetitus rationales ad materiales actiones, quidditatiuè repugnantes rationi & diuinæ legi. Antecedens probatur quia appetitus ſenſitiuus, quamuis nullo originali peccato cõtraxiſſet morbum; adhuc ex eo ſolùm quod iuſtitiæ originalis fræno deſtitutus, relinqueretur ſuæ naturali propenſioni, quam illi Deus indidit, naturaliter appeteret vindictam, voluptates, & alia bona ſenſibilia, quæ diuina lege ſunt prohibita.

12. *Aſſertio 1. Appetitus ſenſitiui motus determinat Deus.* Reſpondeo & dico primò. Deus cauſat & determinat omnes motus appetitus ſenſitiui circa bona ſenſibilia, quando ad illos pronocãdos non adiuuit hominis negligẽtia voluntaria, vel praui habitus, aut dæmonis inſtigatio. Sed à ſola vi naturali appetitus erumpũt. Secundò ij omnes motus appetitus ſenſitiui, etiam quando ferontur in bona ſenſibilia, quæ diuina lege prohibẽtur, ſunt intrinſecè boni io genere animalis; & in genere rationalis *Eiuſmodi motus intrinſecè bona.*

rationalls nō ſunt ab iottinſeco mali,ſed ſola denominarione extrinſeca, quatenus diuina lege prohibitus eſt rationis conſenſus in illos. Cuius ratio eſt,quia illi motus per ſe reſpiciunt principium,à quò per ſe,& immediarè procedūt,videlicet, animal & appetitū ſenſitiuumiat verò animal,vt animal,& vt agēs per appetitū ſenſitiuum, per ſe non reſpicir bonū honeſtum, ſed tantùm reſpicir bonū ſenſibile;hoc enim ſolùm eſt bonū animalis,vt animal eſt.Cōfirmatur quia ſicut viſus quando videt ſacrarū album,prorſus abſtrahit à dulci, vel amaro, quia ſunt extra ſpheram ſui obiecti : ita appetitus ſenſitiuus apperens bonum ſenſibile,abſtrahit prorſus à turpi & honeſto,quia extra & ſupra ſpheram ſui obiecti ſunt.

13. Tertiò ex his ſequitur, Deum non poſſe voluntatem prædeterminare ad cōſenſum præbendum his motihus appetitus ſenſitiui quāuis poſſit prædeterminare ad ipſos motus,quia cōſenſus volunratis eſt ab intrinſeco contrarius rationi, quamuis motus appetitus ſenſitiui non ſint ab intrinſeco contrarij. Diximus de hoc plura 1.2, quæſt.71,art.2.

DISPVTATIO LI.

Appendix ad vigintiquatuor præcedentes diſputationes. Inualidè retorqueri contra concurſum indifferentem argumenta, quæ refutant concurſum, determinantem ad actiones peccatorum.

SECTIO I.

Proponuntur quæ retorquentur.

1. PRæcedentibus vigintiquatuor diſputationibus,adhibuimus diligentiam, vt in ſingulis argumentis,quæ probāt Deum non determinare, nec impellere ad materialem actionem peccati, facile cerneretur ratio diſcriminis,ob quam contra indifferentem primæ cauſæ concurſum probarent nihil. Sed quoniam contrariæ ſententiæ ſolutiones præcipuam vim collocant in eiſdem retorquendis aduerſus indifferenrem concurſum; operæ prætium fuit, hoc loco quaſi per epilogum, generalem rationem diſcriminis clarius explicare.

2 Obiectio. Præcipuum argumenti caput eſt, quia malitia odij Dei,ſuæ materiali actioni neceſſariò & inſeparabiliter eſt adiuncta, ſiue Deus concurrat ad illam concurſu ſimultaneo & indifferenti, ſiue concurrat concurſu præmouēte,& prædeterminante:ſed ex eo quod Deus ſimultaneo & indifferenti concurſu concurrat ad materialē actionem odij Dei,non ſequitur Deum ſimultaneo & indifferenti cōcurſu concurrere ad malitiā illius: ergo propter eandem rationem,ex eo quod Deus prædetermine t,vel præmoueat voluntatē creatā ad materiale actionē odij Dei,nō ſequerur Deum prædeterminare, ac præmouere ad malitiā illius.

3. Confirmatur 1. quia ſi ſemel in actuali concurſu præſcindi poſſunt hæc duo,ita vt concurſus Dei ſimultaneus & indifferens terminetur ad materialem actionē peccati,non attingendo malitiam,quaſi terminū à ſe cauſatum;eadem præſcindi poſſunt per concurſum prædeterminantem, ita vt terminetur ad materialem actionem odij, & non ad malitiam illius. Confirmatur 2. *Confirmatio 2.* quia etiam ſi Deus concurrat concurſu ſimultaneo & indifferenti;adhuc concurrit prius natura in genere cauſæ efficientis:& quamuis voluntas creata ſe ipſam determinet ad talem actionē;adhuc tamē Deus voluntates determinat alio modo:& tamen ex hac prioritate ac determinatione, quam nos concedimus,non ſequitúr,Deum eſſe cauſam malitiæ;ergo neque ex alia prædeterminatione ſequetur.vt probent Antecedens huius confirmationis, addunt multa quæ verū ſenſum habere poſſunt, & nihil nocent noſtræ ſentētiæ.

4. Confirmatur 3.quia Scriptura,Cōcilia & PP. quando aſſerunt,Deum non operari mala opera, nec eſſe authorē illorum,neque eſſe Dei voluntatem,vt nos operemur malum, loquuntur vniuerſaliter de qualibet operatione, cauſalitate & voluntate Dei,non diſtinguentes inter cauſalitatem,& voluntatem prædeterminantem,aut non prædeterminantem. ergo ſicut nos explicamus Deum concurrere concurſu generali & indifferenti ad materialem actionem peccati, ſed non ad malitiam,eodem modo phyſicæ prædeterminationis authores dicere poterunt, Deum concurſu prædeterminante concurrere ad materialem actionem peccari,& non ad malitiam.

5. Confirmatur 4. quia malitia moralis, & deformitas peccari non eſt minus annexa actui odij Dei in exercitio, quam applicationi, & determinationi voluntatis ad talem actum;ergo ſi Deus ſimul eum volūtate immediatè producit effectiuè actum odij Dei, in quantum actus eſt, abſque eo, quod concurrat ad eius deformitatem:etiam poterit præmouere & prædeterminare voluntatem efficienter ad eundem actum, in quantum actus eſt,abſque eo,quod illam moueat,ac prædeterminet ad peccatum,vel concurrat ad malitiam moralem,quæ cōſequitur ad talem actum; vt eſt à voluntate deficiente.

6. Confirmatur 5. quoniam ſicut in noſtra ſententia concurſus indifferēs pertinet ad cauſalitatem primæ cauſæ:ita in eorum ſententia phyſica prædeterminatio pertinet ad cauſalitatem primæ cauſæ:ergo ſicut concurſus indifferens nō inſert, Deum eſſe cauſam malitiæ,ita etiam neque phyſica prædeterminatio, Conſequentiam probant primò;quia cum Deus ſit ipſa bonitas,perfectio, & puritas poteſt cauſare id quod perfectum bonum,& purum eſt in actu,non cauſando id quod impurum eſt, & quod habet rationem mali & peccati.

7. Eandem illationem probant ſecundò, quoniam ſicut intellectus propter ſuam puritatem & perfectionem attingit rationem puriſſimam entis, & non attingit alias rationes magis concretas, & quæ non habent tantam puritatem, niſi ratione illius, quamuis illæ rationes ſint intrinſecæ, & inſeparabiles : ita etiam Deus propter ſuā maximam puritatem ſua cauſalitate & phyſica prædeterminatione attingit rationem entitatis & perfectionis, repertam in illo actu, non verò attingit rationem malitiæ & deformitatis,quamuis intrinſeca ſit & inſeparabilis.

8. Confirmatur 6.quia rationes,adductæ contra concurſum Dei prædeterminantē,aut impellentem ad materiales actiones peccatorū, nituntur omnes illi principio:quicūque author eſt,& cauſa formæ poſitiuæ,ex qua neceſſariò & inſeparabiliter prouenit priuatio;ille idem eſt author & cauſa priuationis,Cui ſimile eſt illud:quicunque

efficit

efficit aliquam rem, efficit ſaltē conſequenter omnia, quæ ad illam rē per ſe, neceſſariò, & inſeparabiliter conſequuntur. Hæc autem principia limitantur, ne Deus conſequēter efficiat malitiam, quæ per ſe, neceſſariò, & inſeparabiliter conſequitur ex materiali actione odij Dei, quamuis ad illam concurrat indifferenti concurſu; ergo ſimiliter limitari poterunt, quamuis Deus prædeterminet ac præmoueat.

Confirmatur ſeptimò, quoniam permiſſioni peccatorum, ne ſit mera, nihil obſtat realis & poſitiuus concurſus indifferens ad materialem actionem peccati; ergo ſimiliter nihil obſtabit concurſus prædeterminans, aut impellens. Ad inſtar præcedentium obiectionum erit facilè diſcurrere per cæteras omnes rationes, à nobis præcedentibus vigintiquatuor diſputationibus propoſitas, & illas contra nos retorquere.

SECTIO II.

Solutionis fundamentum explicatur, à priori & illuſtratur exemplis.

1. Magnum eſt diſcrimen inter Dei concurſum indifferentem, & concurſum prædeterminantem, vt hic malitiam refundat in ſuum authorem. Sed non ille, Totum autem diſcrimen reuocari poteſt ad quatuor capita, primò enim ſi Deus prædeterminat, ac præmouet ad materialem actionem odij Dei; eo ipſo non facit, quantum ex ſe eſt, vt impediat talem actionem & fiat potius actio contraria amoris Dei, ſed potius rectè dicitur, per Deum ſtetiſſe, quominus prædicta materialis actio cohiberetur, & eliceretur amor Dei. Contra verò ſi Deus non prædeterminat, neque vllo modo impellit, ſed potius, quantum ex ſe eſt, inclinat ad amorem Dei, apertum eſt non ſtetiſſe per Deum, quominus cohiberetur materialis actio odij Dei, qua cohibita, cohiberetur etiam malitia, quæ ex illa reſultat. Vnde per Deum non ſtetit, quominus non exiſteret malitia.

Inter concurſum indifferentem, & prædeterminantem diſcrimen.

Per Deū non ſtetit quominus odij actio cohiberetur.

2. Secundò, inde ſequitur, Deum, ſimpliciter & abſolutè loquendo, non fuiſſe cauſam, vt exiſteret in rerum natura realis & poſitiua monſtruoſitas, & contrarietas contra diuinam legem, quæ eſt in prædicta actione materiali. Nam Deus, quantum ex ſe erat, conabatur ad eius exiſtentiam impediendam; quamuis determinatus, & quaſi compulſus à noſtra voluntate, concurrerit ad illius productionem. Cum autem formalis malitiæ conſequatur ex materiali actione, prout eſt realiter monſtruoſa, & contraria diuinæ legi; Conſequens eſt, vt Deus non ſit cauſa, propter quam exiſtat malitia; ſiquidem non eſt ſimpliciter cauſa eius poſitiuæ formæ, ad quam conſequitur malitia. Contra verò, ſi Deus prædeterminat ad materialem actionem odij, prædeterminat & cauſat, vt exiſtat in rerum natura realis & poſitiua monſtruoſitas & contrarietas contra diuinam legem, vnde conſequenter cauſat malitiam, quæ ex illa ſequitur. De hac ratione diſcriminis diximus diſp. 27. ſect. 3. num. 25. & ſect. 5. à nu. 12. & diſp. 33. & tota diſp. 36. & diſp. 45. ſect. 2. & 3. & diſputat. 48. ſect. 3. & 4.

Forma ad quam conſequitur malitia ſimpliciter non eſt à Deo.

3. In re idem eſt quod verbis valdè diuerſis ita ſignificatur: ſi Deus prædeterminat materialem actionem odij; non ſolùm eſt cauſa vt exiſtat actio, ſed etiam eſt cauſa, vt illa actio exiſtat cum defectu, quia non fecit, quod ex ſe erat, vt excluderet illius defectum, mouendo ad amorem Dei; ſed potius fecit, quantum in ſe erat, vt exiſteret talis determinata actio, contraria amori & perfectioni. Contra verò ſi Deus non prædeterminat, ſed quantum ex ſe eſt potius mouet ſemper ad amorem Dei: iam Deus non eſt cauſa, vt actio ſit cum defectu, quia quantum ex ſe erat, fecit, vt perficeret actionem, & à voluntate excluderet omnem defectum actionis; de qua ratione diſcriminis plura diſput. 28. ſect. 2. 3. & 4.

Actionis defectum cauſaret Deus.

4. Quartò ſi Deus prædeterminat ad materialem actionem odij: ſupponitur Deus à ſuo ingenio, & voluntate libera motum, & non à nobis impulſum, eligere hic & nunc talem materialem actionem, quidditatiuè contrariam diuinæ legi, & rationi; quod eſſe indignum diuina bonitate & ſapientia, ſuperioribus diſputationibus oſtendimus. Hoc autem non ſequitur, ſi Deus non prædeterminat: quin potius in noſtra ſententia diuina voluntas ita ſe continet mundam ab his ſordibus, vt non ſolùm antequam eius concurſus determinetur à voluntate creata, ſed etiam poſtquam præuidet fore, vt voluntas creata determinet diuinum concurſum ad materialem actionem odij Dei; adhuc non velit in particulari talem ſpeciem realem actionis; ſed ſolummodò velit rationem communem volitionis, amplectentis bonum, præoptando, vt ſit volitio veri boni; ſed permittendo vt hæc ratio communis determinetur ad volitionem boni apparentis, cui adiuncta eſt turpitudo, vt conſtat ex dictis ſupra diſputat. 33. & 35. & diſput. 37. ſect. 2. 3. & 4.

Immundam à ſordibus ſe continet Diuina voluntas.

5. Plurima ſunt ſimilia quæ oſtendunt, cauſam ex ſe potius ad bonum, quam ad malum inclinantem, manere abſque vlla culpa cuiuſque ſiniſtri euentus: omnem culpam inhærere cauſæ, determinanti ad contrariam partem de quo præcedenti tomo de ſcientia diſput. 25. ſect. 11. Ventus vehemens, ab Occidente in orientem rectà, & conſtanti flatu impellens nauim, non eſt cauſa, vt nauis flectat iter ad ſiniſtram partem Aquilonis, aut per errores & ambages deuios redeat in Occidens; erit autem cauſa gubernator, dum obliqua diſponit vela, & gubernacula flectit in contrariam partem vt abutatur impulſu venti; vnde poſſumus ita diſtinguere, vt ille vnus idémque motus nauigantium, ſecundum communem rationem motus ſit propriè, & per ſe cauſatus à vento; attamen in quantum eſt motus ab Oriente in Occidens, vel in Septentrionem per ambages & obliquos tramites, vt ſic, non ſit à vento ſed à gubernatore. Idem igitur de prouidentia intellige, ſi Deus non prædeterminat; contrarium verò ſi prædeterminat.

Id explicatur exemplo venti.

6. Idem magis explicatur indicio; quoniā duæ naues ab eodem vento impulſæ, & motæ, contrarium curſum tenent. ſecundum quod vela obliquè, vel rectè, à dextra, vel à ſiniſtra parte diſponunt ad excipiendum flatum, & ſecundum quod gubernaculum rectum, vel obliquum, ad

Explicatur indicio.

dextram vel ad ſiniſtram monet gubernator; quaſi rectum ſemper gubernaculum teneat cõſtanter, rectáq; vela explicet; ſemper tenebit rectum curſum, ad quem ventus impellit. Sic ab eodem oblato concurſu Dei mouentur, & impelluntur diuerſæ voluntates ad contrarios actus bonos, vel malos, ſecundum quod homines rectè, vel obliquè, ad dexteram, vel ſiniſtram liberè diſponont, & flectunt intellectum, vt aliquas rationes magis quam alias conſideret; necnon appetitum ſenſitiuum & voluntatem, vt illam delectet vnius partis electio potius, quàm alterius. Quod ſi voluerint rectam ſemper tenere conſiderationem intellectus, & affectionem voluntatis; ſemper homines eligent bonum honeſtum, ad quod primariò & per ſe impellit diuinus concurſus.

7. Rurſus quandoque ita vehemens ventus eſt, vt nauis nequeat niſi rectà ferri, quò ventus impellit, ex ſuppoſitione quod moueatur; licet poſſit qoieſcere, ſi vult gubernator portum tenere, vel anchoram iacere: ita quandoque tam vehemens eſt motio, & inſpiratio Dei, vt determinet quoad ſpecificationem licet non quoad exercitium. Nihilominus diuina motio, & impulſus poterit eſſe tam vehemens, vt voluntas nullo modo poſſit ſe continere ab actu, ad quem impellit, ſicut vehementiſſimo vento reſiſtere non poteſt gubernator, nec efficere vt nauis quieſcat, aut alium teneat curſum vento contrarium.

Dei motio ad ſpecificationẽ, & non ad exercitium determinans.

8. Eadem prorſus proportione comparari poterit diuinus concurſus cum eo motu, quem flamma, quantum ex ſe eſt, intendit cauſaré, ſurſum impellendo, licet ab aliis cauſis detorquearur.

9. Secundum ſimile ſit affluentiſſima pluuia, quæ omnia ſibi ſubiecta replet; quantum ex ſe eſt: nihilominus ſi terra ciſternam impleat, vel os illius, & aditum obſtruat; non defectu pluuiæ ciſterna manebit arida, ſed hominis iniuria, non remouentis impedimentum; ſic diuina præparatio ad concurrendum, quantum ex ſe eſt, omnes voluntates replet bonis, & perfectis actionibus: ſed hominis culpa, liberè apponens impedimentum actionis malæ, impedit illam plenitudinem & perfectionem, quam Dei præparatio, quantum ex ſe eſt, cauſare deſiderabat.

Alio ſimili explicatur idem.

10. Tertium ſimile. Auriga, qui non flectit habenas equi verſus præcipitium, ſed tantùm ſtimulis, aut flagellis agit, quantùm ex ſe eſt, vt equus via recta currat, non eſt cauſa præcipitij; quamuis eques flectendo habenas equi verſus præcipitium, & calcaribus acriter incitando, verè ſit cauſa præcipitij. Nec diſſimile eſt aliud exemplum, quod plerique Doctores ducunt à præceptore, qui apprehenſa manu diſcipuli, ſimul etiam cooperantis, mouet, ac deducit in depingendis characteribus, qui efformantur optimi, ſi diſcipulus magiſtri motum omnino ſequatur: ſi verò reſiſtat, atque in aliam partem ſuo influxu nitatur, vitium ſcribendi non à magiſtro, ſed à diſcipulo veniet.

Tertium ſimile.

Exemplũ 4.

11. In hoc tamen ſicut in cæteris omnibus exemplis, non conſtituitur paritas in præuio impetu, aut motione; iam enim ſupra diſputat. 46. & ſequentibus oſtendimus, nihil præuium à ſolo Deo cauſatum, & realiter diſtinctum ab actione cauſæ ſecundæ, produci per generalem primæ cauſæ concurſum. Nec quærenda eſt in omnibus exacta ſimilitudo, ſed tantùm in ratione diſcriminis, quam intendimus explicare, propter quam obliquitas, & inordinatio vnius & eiuſdem motus tribuitur cauſæ determinanti, non autem cauſæ, quod ex ſe eſt, rectè mouenti ſed indifferentia relicta.

In quo exemplorum paritas.

In exemplis non quærẽda ſimilitudo exacta.

Quintum ſimile. Medicus qui languenti ægroto reſtituit auiditatem, cibi, præſcribens ſimul leges qualitatis, quantitatiſque ciborum, optánſque illas ſeruari; non eſt cauſa repletionis, & recrudeſcentium humorum; ſed cauſa eſt qui auiditatem edendi determinauit ad cibos inſalubres aut nimios? Sextum; cognitio intellectus, & illa præſertim quæ vera eſt, concurrit ſuo modo ad eliciendam malam voluntatem obiecti cogniti: & tamen cognitio vera non eſt cauſa malitiæ, quia quod ex ſe eſt, potius auocabat à malo, & inclinabat ad bonum. 12.

Simile ſextum.

Septimum. Euenit frequenter falſum conſequens per optimam conſequentiam colligi ex vna præmiſſa vera, & altera falſa; tunc falſitatis, & deceptionis, contingentis in conſequente, non eſt cauſa præmiſſa vera, neque conſequentia bona, cum hæc ad verum inclinent ſemper, quantum ex ſe eſt, ſed cauſa eſt præmiſſa falſa, quoniam hæc determinauit ad falſum. Octauum, inſpirat ſæpe Deus Ethnicis, atque omnibus infidelibus affectum colendi Deum, orandi, gratias agendi: hæc inſpiratio non eſt cauſa colendi idola, ſeruandi ritus inanes ſuorum ſacrificiorum, perſequendi Chriſtianos quaſi Dei inimicos: ſed horum cauſa eſt malitia, quæ inſpirationem Dei, ex ſe mouentem ad bonum, detorſit ac determinauit ad malum. 13.

Frequenter per bonam conſequentiã falſum conſequens.

Octauum ſimile.

Nonum. Naturale, diuinúmque præceptum obligat, vt ſubditi prælatis obediant, quamdiu non conſtat, iniuſtum eſſe mandatum prælatorum: contingit autem non raro ſubditos obedire etiam in rebus, diuina lege prohibitis: huius mali non fuit cauſa diuinum illud, & naturale præceptum, quoniam ex ſe ad bonum, non ad malum inclinabat; mali autem huius cauſa eſt ignorantia, vel malitia, tum prælatorum, tum etiam ſubditorum; hæc enim determinauit ad materiam diuina lege prohibitam. 14.

Præcepti de obediendis prælatis obligatio.

Decimum. Conſcientiam ſequi, Deus præcepit omnibus hominibus; neque propterea præcepit, neque cauſa fuit, vt Chriſti Apoſtolos, vel diſcipulos perſequerentur illi, de quibus Ioan. 16. dicit. *Venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo*, ſed huius mali cauſa fuit voluntaria ignorantia: vnde ſubditur, *& hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me*; nam ad Chriſtianorum perſecutionem non determinauit præceptum ſequendi conſcientiam; ſed determinauit malitia, inducens conſcientiam errantem. In quo exemplo quamuis multa ſubtiliora & difficiliora diſputanda occurrant, remitto ad 1. 2. q. 19. artic. 5. & 6. de Conſcientia vbi à nobis tractata ſunt? De duobus hominibus trahentibus nauim exemplum à noſtris Auctoribus adductum, licet ab aliis reprehendatur, valet ad explicandũ, quo modo totus & vnicus effectus, videlicet, volitio libera, & quælibet illius pars per vnicam actionẽ indiuiſibiliter fiat à Deo per generalem concurſum 15.

Sequendi conſcientiam præceptum.

Ioan. 16.

Quid exemplum de duobus trahentibus nauim probet.

concurſum primæ cauſæ, & à libero arbitrio: & quomodo non fieret niſi dependenter ab exercitio voluntatis humanæ; Quamuis genus cauſæ, quo Deus concurrit ſit altiſſimum, & genus cauſæ, quo concurrit arbitrium, ſit infimum; vt conſtat ex dictis diſp. 45. ſectione 4. & ſequentibus.

SECTIO III.

Ad argumenta ſectione prima propoſita ſolutio applicatur in forma.

1. *Reſponſio principalis argumenti.*

AD principale argumentum reſpondetur, negando conſequentiam, quia ſi Deus prædeterminat: non facit quod in ſe eſt, vt non exiſtat actio odij: quin potius per Deum ſtat, quominus illa realis actio non cohibeatur: vnde ſimpliciter eſt cauſa, vt exiſtat illa forma, ex qua neceſſariò & inſeparabiliter ſequitur priuatio; & eſt cauſa, vt actio ſit cum defectu; & ex ſuo ingenio, & libera voluntate amat in particulari talem ſpeciem realis monſtruoſitatis, & realis contrarietatis ad diuinam legem. Quæ omnia non ſequantur, ſi Deus non prædeterminat neque impellit; vt probatum eſt ſectione præcedenti.

2. *Concurſus indifferentis vis.*

Ad primam confirmationem conſequentia negatur; quia concurſus Dei, eo ipſo, quod ex ſe propendeat in bonum, relinquendo indifferentiam ad malum, vim habet præſcindendi bonitatem à malitia: quia quantum ex ſe eſt, præſtat, vt malitiam excludat; & alioquin non cauſat, niſi bonitatem, eo quod bonitas ſit. Hæc autem vis præſciſiua non erit in concurſu determinante quoniam non facit quantum ex ſe eſt, ad excludendam malitiam; ſed potius eſt primaria cauſa determinans, vt inducatur forma realis, ex qua neceſſariò ſequitur malitia.

3. *In genere efficientis cauſa prior natura Deus quam voluntas.*

Ad ſecundam confirmationem fateor, Deum in genere cauſæ efficientis concurrere prius natura quàm noſtra voluntas concurrat ad materialem actionem peccati; & ſecundùm eandem rationem prius Deus aliquo modo determinat, quàm noſtra voluntas ſe determinet. Cæterùm hæc prioritas & determinatio tendit ad communem rationem volitionis, amplectentis bonum; & quantum eſt ex parte Dei, ſemper inclinat ad bonum honeſtum, auertendo à quacunque turpitudine: ac proinde tale genus prioritatis & determinationis non infert diuinæ voluntatis propenſionem ad realem contrarietatem cum diuina lege, quæ reperitur in actione peccati: ſed ſolum infert propenſionem ad rationem boni, ac præcipuè boni honeſti, vnde conſequens eſt, per Deum non ſtare, quominus impediatur omnino malitia; vt ſectione prima explicatum eſt.

4. Contra verò ſi prioritas & determinatio diuini concurſus ex ſe fertur ad rationem ſpecificam, qua conſtituitur realis actio, quidditatiuè & realiter contraria diuinæ legi: Conſequens eſt diuinam voluntatem à ſeipſa eſſe propenſam ad eiuſmodi realem contrarietatem cum diuina lege, & determinare ad illam rationem formalem ſpecificam, ex qua ſequitur neceſſariò & inſeparabiliter malitia, & per Deum ſtare, quominus illa non caueatur. Quomodo autem intelligenda ſit prædicta prioritas, determinatioque diuini concurſus ſecundùm rationem communem volitionis tendentis ad bonum, & prioritas determinatioque concurſus humani ſecundùm peculiarem rationem volitionis, contrariæ diuinæ legi, ſatis explicatum eſt diſp. 45. ſect. 5. 6. & 9. & diſp. 49. ſect. 1.

Intelligentia dicta prioritatis.

Ad tertiam confirmationem reſpondeo, antecedens eſſe falſum. Quamuis enim ſacra Scriptura, Concilia, & PP. non vtantur his vocibus: cauſalitas vel concurſus prædeterminans, vel non prædeterminans: nihilominus aliis verbis apertè docent, Deum quantum eſt ex parte ſua, ſemper agere, vt homines à peccatis caueant, & conſequantur æternam ſalutem. Hoc autem in re nihil aliud eſt, quàm aſſerere, Deum, quod ex ſe eſt, inclinare ſemper vt non fiant materiales actiones peccatorum. Cui doctrinæ contrarium eſt inclinare ad illas, & magis repugnans eſt ad illas prædeterminare phyſica neceſſitate illationis. Inſuper quoties ſacra Scriptura, Concilia, & PP. vt oſtendant totam culpam eſſe hominis, & Deum non eſſe authorem & cauſam illius, docent, Deum non inferre peccandi neceſſitatem, ſed permittere ſolutam & indifferentem libertatem, atque originem operis praui eſſe noſtram voluntatem, non diuinam; & alia plurima eiuſmodi; toties virtualiter negant, Deum concurrere poſſe, prædeterminando ad materialem actionem peccati, vt conſtat ex præcedentibus diſput. præſertim à diſp. 31. vſque ad 38. 5.

Ad quartam confirmationem reſpondetur antecedens in rigore ſumptum eſſe verum; cæterùm in eodem ſenſu potius inferre contrariam conclusionem, quoniam malitia moralis, & deformitas eſt annexa materiali actioni odij Dei, comparatione illius cauſæ, quæ cauſat & facit, vt in rerum natura exiſtat talis actio; non verò reſpectu cauſæ, quæ facit quantum ex ſe eſt, vt eadem actio in rerum natura non exiſtat. Similiter malitia moralis & deformitas eſt annexa determinationi; & applicationi voluntatis ad talem actum comparatione illius cauſæ, quæ cauſat, & facit, vt in rerum natura exiſtat talis determinatio & applicatio, non verò reſpectu cauſæ, quæ facit quantum ex ſe eſt, vt eadem determinatio & applicatio non exiſtat in rerum natura. Nunc verò ſi Deus præmouet, ac phyſicè prædeterminat voluntatem creatam ad totam realem & ſpecificam rationem actus odij Dei: Deus cauſat, & facit, vt in rerum natura exiſtat talis determinatio & applicatio, & conſequenter etiam talis actus: quod ipſum non cauſat, & facit niſi voluntas creata; ſi Deus non præbet, niſi concurſum indifferentem, & ex ſe magis propendentem ad amorem Dei. 6.

Ad quintam confirmationem reſpondetur, primam illationem non eſſe bonam, & ad eius probationẽ reſpondetur. Deus quidem cauſare poteſt id, quod perfectum bonum & purũ eſt in actu nõ cauſando id quod impurum eſt, & quod habet rationem mali & peccati: Cæterùm hoc ipſum fieri, contradictionem implicat; ſi Deus cauſat, vt exiſtat in rerum natura realis illa formalitas, quæ quidditatiuè & realiter repugnat perfectioni, bonitati & & puritati charitatis, ac diuinæ legis, ex qua per ſe & neceſſariò cõſequitur priuatiua impuritas, & formalis ratio peccati. 7.

Quod bonum eſt in actu cauſare poteſt Deus.

Inde conſtat ſolutio ad ſecundam probationem illationis, concedendo, Deum cauſalitate ſua præſcindere poſſe rationem entitatis & perfectionis, non attingendo malitiam; veruntamen hoc fieri non poteſt per phyſicam prædeterminationem.

8. Ad ſextam confirmationem reſpondetur, illud principium eſſe vniuerſaliter verum de authore & cauſa, quæ facit, vt in rerum natura exiſtat forma poſitiua, ex qua neceſſariò & inſeparabiliter prouenit priuatio, quod oſtẽdimus ſupra diſp. 28. ſect. 2. 3. & 4. Similiter eſt vniuerſaliter verum de authore quocunque qui efficit, vt aliqua res exiſtat in rerum natura, idem namque ſaltem conſequenter efficit omnia, quæ ad illam rem per ſe, neceſſariò, & inſeparabiliter conſequuntur, vt ex D. Thom. 6. metaph. lect. 3. retulimus diſp. 3. ſect. 3. num. 10. Hæc autem Deo conuenirent, ſi prædeterminaret, aut impelleret ad materialem actionem peccati; vt ſatis oſtendimus diſp. 27. ſect. 3. num. 6. & ſequentibus & diſp. 32. ſect. 7. num. 16.

9. Septimæ confirmationi ſatisfecimus ex profeſſo eadem diſp. 32. ſect. 7. oſtendentes indifferentiam diuini concurſus poſtulari per eſſentiam permiſſionis meræ; ſed per eandem refutari determinationem diuini concurſus.

SECTIO IV.

Replicis quibuſdam occurritur.

5. PRædictas ſolutiones, & earum fundamentum, in ſectione ſecunda tractatum, Doctores contrariæ ſententiæ refutant, ſed non aliter, niſi per compendium repetendo argumenta, quibus refutare ſolent primæ cauſæ concurſum indifferentem: quæ omnia argumenta diluimus iam in præcedentibus diſputationibus: illud tamen proprium eſt huius loci, videlicet, ab illis non poſſe negari (ſicut nemo, quem viderim, negat) indifferentem primæ cauſæ concurſum, ſi verus eſt, manifeſtius ſatisfacere cunctis difficultatibus, occurrentibus circa diuinam prouidentiam & cauſalitatem liberandam ab imputabilitate malitiæ, ſiue defectus. Quod autem addunt, entitatem poſſe à malitia ſeparari, etiam in phyſica prædeterminatione Dei, refutauimus ſectione præcedenti ſoluentes confirmationem quintam.

2. *Obiectio.* Sed propterea Dei indifferentem concurſum eſſe magis obnoxium culpæ atq; malitiæ, quam ſi foret concurſus prædeterminans, contendunt hoc argumento. Deus eſt ſummè bonus: ergo ex ſe non præbet concurſum indifferentem ad bonum, & ad malum: ergo quantum eſt ex parte operationis diuinæ, eius generalis concurſus tendit ſemper ad bonum determinatè. *Confirmatio.* Confirmant, quia ſi concurſus Dei generalis eſt indifferens ad actum virtutis, & actum vitij virtuti oppoſitum, ſequitur, Deum cum voluntate creata, ſe determinante ad peccandum, concurrere ad ipſum peccatum, abſolutè loquendo. Sequela probatur. Qui voluntariè præbet alteri concurſum indifferentem, & expoſitum ad producendum opus ſtudioſum, aut peccatum, prout ſibi placuerit; reuera concurrit ad peccatum, ſi determinetur ex voluntate alterius ad idem peccatum efficiendum. ergo ſi Deus quantum eſt ex parte ſua, præbet homini concurſum generalem indifferentem ad virtutem & vitium, ſiue ad bonum morale, & ad peccatum prout ſibi placuerit; ſequitur Deum concurrere determinatè ad peccatum in ipſo exercitio, poſtquam per voluntatem creatam concurſus Dei generalis determinatur ad peccandum, quod tamen non poteſt admitti. ergo dicendum eſt, Deum, quantum eſt ex parte ſua, concurrere determinatè ſolum ad bonum; & liberum arbitrium creatum ſua malitia concurrere ad peccatum.

Ad argumentum reſpondetur, diſtinguendo conſequens. Deus ex ſe non præbet concurſum, prorſus indifferentem ad bonum & malum, ſed quantum eſt ex parte ſua determinatè inclinantem ad bonum honeſtum; ea tamen ſuauitate, vt à creato arbitrio ſe flecti ſinat, ad materialem actionem turpem, itaque determinatio tendentiæ in bonum, ſemper eſt in concurſu, quantum eſt ex intentione Dei, & ex quidditate ſua; ſed ea determinatio temperatur prædicta ſuauitate permiſſionis. 3. *Reſponſio.*

Ad confirmationem reſpondetur, ſi diuinus concurſus præberetur indifferens ad bonum, & ad peccatum ſub ratione peccati; Deus determinatè concurreret ad peccatum, ſuppoſito, quod voluntas creata ſe determinaret ad illud. Attamen multò magis Deus foret author & cauſa peccati: ſi prædeterminando concurreret ad peccatum ſub ratione peccati. Cæterùm ſuppoſito, quod diuinus concurſus non eſt indifferens, nec expoſitus vt à voluntate creata detorqueatur, & determinetur ad formalem rationem peccati, ſed tantùm ad materialem actionem illius; multò clarius conſtat, quomodo non ſequatur inde cauſare indirectè, vel conſequenter malitiam, quia non cauſat & determinat, vt exiſtat actio, quam per ſe ac neceſſariò conſequitur malitia, vt ſectione ſecunda explicatum eſt. Nec poteſt affirmari, Deum concurrere determinatè ſolùm ad bonum, niſi affirmando realem & ſpecificam differentiam materialis actionis odij Dei, blaſphemiæ, vel idololatriæ eſſe totaliter & intrinſecè bonas, non ſolùm propter generalem rationem entis, & volitionis realis, quam tranſcendenter imbibunt, ſed etiam quantum ad realem formalitatem bonitatis moralis, quæ quidditatiuè clauditur in moralibus actionibus honeſtis. Hoc autem eſſe falſum conſtat ex diſputatione 27. multiſque ſequentibus præſertim diſputationibus 41. ſect. 1. 4.

Hactenus de puritate, munditiáque, qua diuina voluntas verſatur circa peccatorum actiones: Finem igitur imponimus vniuerſis articulis quæſtionis 19. S. Thomæ, vt gradum ad ſequentes faciamus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XX.

DE AMORE DEI.

ARTICVLVS I.

Vtrùm amor ſit in Deo.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Deus omnia amet.

DISPVTATIO LII.

Quibuſnam affectibus Deus proſequatur bonum infinitum & finitum.

SECTIO I.

Amor Dei erga ſuas omnes perfectiones eſt ſecundum rationem diſtinctus à gaudio, & radix illius.

1. *Circa amorē ſtrictum aliquorum ſententia.* HVIVS ætatis aliqui Theologi putant, amorem ſtrictè ſumptum, prout ratione diſtinguitur à gaudio, non conuenire Deo comparatione cuiuſlibet increatæ perfectionis, ſiue illa ſit perfectio abſoluta, ſiue relatiua, ſiue ſit liberum decretum Dei: iidem tamen authores apertè concedunt, Deum erga creaturas habere ſtrictè ſumptum amorem, ratione diſtinctum à gaudio.

2. In hac ſententia refutanda non eſt diutius immorandum, quia licet eius ſonitus ſit aſperior; res tamen ipſa quæ ſignificatur, eſt mitior. Concedit enim expreſsè, volitionem Dei erga ſe ipſum, & ſuas increatas perfectiones eſſe propriè ac ſimpliciter amorem; addit tamen, non eſſe diſtinctum à gaudio.

3. Quod hæc ſententia limitauit ad amorem diuinum, dixerat vniuerſalius de quolibet amore creato vel increato Aureolus lib. 1. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 1. præſertim propoſitione prima, & diſt. 46. quæſt. 1. art. 2. column. 1. S. Thomam oppugnans, & contendens omnem amorem eſſe vel delectationē boni præſentis, vel deſiderium abſentis. Quæ ſententia licet plus falſitatis, attamen inconſtantiæ & inconſequētiæ minus continet, quàm ea quæ recuſat in Deo ratione diſtinguere tales actus, & eos realiter diſtinguit in creaturis. Aureolum oppugnare non eſt huius loci. Nonnulla ſcribit aduerſus eum Capreol. 1. diſt. 1. q. 1. art. 3. ſub init. & diſt. 45. q. vnica art. 1. col. penult. ad argumenta contra nonam concluſionem.

4. *Controuerſiæ ſtatus.* Status igitur controuerſiæ præſentis eſt de ſola diſtinctione rationis ratiocinatæ, quæ reperiatur inter amorem Dei erga ſeipſum, & gaudium de ſe ipſo; ſicut reperitur inter amorem Dei erga creaturas, & gaudium de creaturis.

Sit igitur concluſio. Ratione ratiocinata diſtinguitur amor, quo Deus ſe ipſum proſequitur, & gaudium quo lætatur de ſuis perfectionibus, & illis fruitur. Conſequenter igitur talis eſt amor ſtrictè ſumptus (prout prædicta ſententia ſumit) & eſt radix gaudij. Probatur primò à priori, quoniam operationes voluntatis (ſicut & aliarum potentiarum) diſtinguntur per obiecta formalia: ſed obiectum formale diuini amoris, prout amor eſt, non eſt aliud quam infinitum bonum, prout bonum eſt; ita vt quamuis ſimul ametur Dei actualis exiſtentia, præſentia, & poſſeſſio, qua Deus ſuas omnes perfectiones inamiſſibiliter habet, ac impoſſibile ſit illas abeſſe ſibi, nihilominus ratio formalis & motiuum ac determinatiuum ad amandam exiſtentiam, præſentiam & poſſeſſionem earum omnium perfectionum, non ſit bonum, prout eſt poſſeſſum, ſed bonum prout eſt bonum; Quemadmodum licet veritas ſit vna ex perfectionibus, quas Deus amore proſequitur; ratio formalis, & motiuum amandi veritatem, non eſt, quia veritas eſt (ſic enim eſt obiectum formale ſcientiæ) ſed quia bona eſt. At è contrario motiuum & obiectum formale gaudij, prout gaudium eſt, non eſt bonum præciſè, prout bonum eſt, ſed eſt bonum, prout poſſeſſum actualiter eſt. 5. *Aſſertio. Amor & gaudium ſic diſtinguuntur in Deo.* *Amoris, & gaudij formalia obiecta.* *Bonitas ratio formalis veritatis amandæ.*

Confirmatur primò, quoniam amor eſt boni in communi, ſiue habiti, ſiue non habiti, ſed gaudium & delectatio eſt de præſenti, & habito; vt ſcribit S. Thom. in præſenti q. 20. art. 1. corp. & q. 54. art. 3. ad 1. & lib. 1. contra gentes cap. 90. & 91. & 1. 2. quæſt. 28. art. 1. ad 1. & 2. 2. q. 4. art. 1. ad 3. & lib. 3. ſentent. diſt. 23. q. 2. art. 1. ad 3. & diſt. 27. quæſt. 1. art 1. ad 2. Quæ doctrina non eſt intelligenda materialiter, ſed ſub ea formaliſſima reduplicatione, quam nuper in probatione diximus. 6. *Amor eſt boni in cōmuni.*

Confirmatur ſecundò, quia S. Thomas in præſenti quæſtione 20. art. 1. poſtquam in corpore diſtinxit *actus voluntatis reſpicientes bonum ſub aliqua ſpeciali conditione, ſicut gaudium & delectatio eſt de bono præſenti & habito. Amor autem reſpicit bonum in communi, ſiue ſit habitum, ſiue non habitum*; in fine ſolutionis ad ſecundum ait *Quæ imperfectionē non important, de Deo propriè dicuntur, vt amor & gaudium*: Cùm tamen excluſiſſet à 7. *S. Thom.*

Amor. & gaudium imperfectionẽ non dicunt. Deo deſiderium, propter imperfectionem, quia eſt boni non habiti. Quibus conſonat infrà q. 26. art. 4. corp. dicens, *Deum habere gaudium de ſe, & de omnibus aliis pro delectatione*, ſimiliter autem S. Thom. de amore & gaudio quaſi de diſtinctis operationibus agir primò contra gentes cap. 90. & 91. & lib. 3. ſent. diſt. 32. q. 1. art. 1. corp. fine.

8\. Probatur ſecundò. Nam Philoſophus Ethicorum 8. cap. 2. à principio, quærit, quid ſit amabile, hoc eſt, obiectum proprium amoris, *Ariſtoteles.* & concludit: *Videtur autem id quiſque amare, quod bonum eſt ſibi: & eſſe ſimpliciter quidem amabile ipſum bonum; vnicuique autem id, quod eſt vnicuique bonum.* Cùm igitur ipſe Deus non modò ſit ſummum bonum, ſed etiam ſibi ſit bonus; erit obiectum ſummopere amabile. Rurſus quamuis idem ſibi ſit bonum iucundum; ipſa iucunditas, quatenus bona, eſt obiectum amabile, ſicut paulò ſuperiùs in principio eiuſdem capitis Ariſtoteles dixerat, Amabile eſſe, *aut bonum*, ſcilicet honeſtom, *aut iucundum, aut vtile.*

9\. *Amare quid ex Philoſopho.* Probatur tertiò, nam vt idem Philoſophus definit tam in prædicto capite 2. Ethicorum, quàm in libro 2. Rhetoricor. capite 4. ſub initio. *Eſt amare, velle alicui quæ bona putat, illius, non ſui gratia.* Loquitur enim de amicitia. Quapropter amor erga ſeipſum erit velle ſibi ſua bona, ſed reſpondet contraria ſententia, hoc eſſe commune gaudio & deſiderio; ideóque non probare amorem ſtrictè ſumptum. Cæterùm refutatur, quia licet materialiter acceptum *velle bonum alicui*, ſit commune gaudio & deſiderio: formaliter tamen acceptum, velle quia bonum eſt alicui, proprium eſt ſolius amoris, condiſtincti à gaudio. Nam gaudium quieſcit in booo, prout eſt poſſeſſum, non prout eſt bonum præciſè.

10\. *Amoris definitio ex ſcholaſticorum mente.* Confirmatur primò, quia tamquam primum, & euideotiſſimum principium ad inferendas concluſiones de amore Dei, ſcholaſtici omnes præmittunt definitinnem hanc. *Amare eſt velle bonum alicui.* Ita S. Thom. lib. 1. contra Gentes cap. 91. & in præſ. quæſt. 20. art. 1. & ſequentibus (vbi omnes eius expoſitores Caietanus & recentiores.) Alber. 1. part. quæſt. 26. membr. 2. art. 2. argum. 3. Alexand. 1. p. 1. quæſt. 31. membr. 2. corp. Henricus in ſum. art. 46. q. 4. in med. Alij ſcholaſtici lib. 3. ſent. diſt. 32. vbi Bonau. nau. art. vnico q. 1. & 2. Ricar. art. 1. q. 1. 2. & 4. Palud. q. 1. 2. & 3. Scot. quæſt. vnica. Durand. & Gabriel ſimiliter q. vnica. Argent. q. vnica, art. vlt. Carthuſ. quæſt. vnica circa finem. Qui omnes non quaſi rationem communem aliis affectibus voluntatis, ſed quaſi peculiarem amoris aſſignant prædictam definitionem.

11\. Confirmatur ſecundò. Nam S. Thom. libro primo contra gentes capite 90. poſtquam dixerat, gaudium ſiue delectationem eſſe quietationem, & quandam perfectionem operationis; *Gaudium latius patet quàm delectatio.* in fine capitis conſtituit diſcrimen inter delectationem & gaudium; qoia gaudium latius patet, quàm delectatio, quantum ad obiecta; quoniam *delectatio prouenit ex bono realiter coniuncto, gaudium autem hoc non requirit.* Et poſt pauca infert: *Ex quo patet quod Deus propriè in ſe ipſo delectatur: gaudet autem in ſe & in aliis.* Vnde conſtat non ſolùm gaudium de creaturis, ſed etiam gaudium de infinito bono diuino, eſſe affectum, quem ſanctus Thomas in eo, & in ſequenti capite diſtinguit ab amore Dei erga ſeipſum.

12\. Confirmatur tertiò, quoniam eodem principio S. Thom. in præſenti quæſt. 20. art. 1. ad 3. declarat diſcrimen inter amorem Dei, prout terminatur ad ipſum, & prout ad creaturas extenditur, & ait; *Hoc eſt propriè amare aliquem, velle ei bonum.* Et poſt pauca: *illud bonum, quod vult ſibi, non eſt aliud, quàm ipſe, qui per ſuam eſſentiam eſt bonus.* *Deus creaturis bona vult.* Creaturarum autem amorem in eo conſiſtere, quod Deus creaturis bona vult, docet non ſolùm in fine ſolutionis eiuſdem, ſed etiam in ſequeotibus articulis. Quapropter eodem prorſus modo conſtituit rationem propriam amoris Dei erga ſeipſum, per quam diſtinguitur à primario gaudio, ſicut conſtituit rationem amoris Dei erga creaturas, per quam diſtinguitur à gaudio circa illas.

13\. Confirmatur quartò, quia nec exacta, nec propria, ſed rudis & impolita eſt definitio amoris: *Amor eſt delectatio cordis alicuius ad aliquid,* quàm non Auguſtious, ſed authores alij tradunt apud illum tomo tertio & quarto, nimirum libro de ſpiritu & anima capite 45. fine, & libro de ſubſtantia dilectionis cap. 2. Nihilominus vtrobique gaudium diſtinguitur ab amore, quia *per gaudium amor quieſcit & fruitur.*

14\. *S. Thom.* Probatur quartò, nam vt S. Thomas docet 1. 2. q. 25. art. 2. corp. prope finem. *Ipſa aptitudo ſiue proportio appetitus ad bonum, eſt amor, qui nihil aliud eſt, quam complacentia boni. Motus autem ad bonum eſt deſiderium vel concupiſcentia. Quies autem in bono eſt gaudium, vel delectatio.* Et in ſolutione ad ſecundum, hoc ſenſu declarat, quod Dionyſ. cap. 4. de diuinis nominib. parte 1. & parte 2. dixerat, amorem eſſe vim vnitiuam & concretiuam. Cùm igitur ſit alius conceptus veriſſimus, quo Dei volitionem intelligimus eſſe complacentiam cuiuſlibet perfectionis increatæ & infinitæ, atque affectiuam vnionem & proportionem ad illam: alius verò conceptus ſit, quod Dei volitionem intelligimus eſſe quietem in eiſdem perfectionibus, eo quod inamiſſibiliter poſſideantur, quod eſt lætari, gaudere, ac delectari de illis: Cooſequens eſt amorem & gaudium de prædictis perfectionibus, ratione ratiocinata diſtingui.

15\. *Regula diſtinctionis rationis.* Confirmatur primum ex regula diſtinctionis ſecundùm rationem, quam fuſiùs explicuimus in tomo de Trin. diſp. 12. ſect. 2. breuiùs autem ſupra diſp. 1. ſect. 3. Quoties enim duo conceptus intellectus noſtri repræſentant quod verè ac realiter obiecto conuenit; & vtroque conceptu res illa melius intelligitur, quàm vno illorum tantùm; toties intercedit diſtinctio rationis, *Diſtinctio rationis formaliter quid.* conſiſtens formaliter in eo, quod obiectum terminare poſſit, illos duos conceptus, ita diſtinctos, vt melius intelligatur vtroq; quàm vno. Quod totum in conceptu amoris, & conceptu gaudij circa perfectiooes increatas Dei, reperiri facilè quiuis colligere poterit ex dictis.

16\. Confirmatur 2. quia valdè diuerſum conceptũ formamus, quando intelligimus, Deo repugnare triſtitiã vel dolorem de abſentia ſuarũ perfectionũ: & quando concipimus, Deo repugnare odiũ ſuarum perfectionum. Hoc autem eſt indicium diſtioctioois inter conceptus amoris & gaudij. Nam amori contrarium foret odium ſuarum perfectinnum: & gaudio contraria foret triſtitia vel dolor de illarum abſentia.

Proba

17. *Amor delectationem præcedens, eiuſque principium.* Probatur quintò, quoniam etiam in Deo conuenienter intelligitur, amorem infiniti boni ſecundum rationem præcedere, atque principium eſſe delectationis & fruitionis eiuſdē boni, quæ fruitio & delectatio conuenienter intelligitur poſterius, quaſi fructus illius radicis; vt conſtat ex S. Thoma in præſenti art. 1. & 1.2. quæſt. 25. art. 2. Sumitur autem ex Auguſtino lib. 14. de ciuitate cap. 7. à medio dicente: *Amor inhians habere, quod amatur, cupiditas eſt: id autem habens eóque fruens lætitia.* Vbi vel amor accipitur pro communi ratione volitionis, quæ conuenit omnibus actibus voluntatis, vel accipitur pro amore ſtrictè dicto, qui ſuperuenientibus ſuis fructibus, ſiue deſiderij, ſiue lætitiæ, recipit eorum etiam nomina. *Auguſtinus.*

18. Confirmatur primò, quia S. Thom. lib. 1. contra Gentes cap. 91. poſtquam de amore Dei erga ſeipſum, ac de gaudio ſiue delectatione proprij boni, quaſi de diſtinctis operationibus fuerat locutus, in §. 6. eiuſdem capitis ait: *Omnis affectionis principium eſt amor, ſed in Deo eſt gaudium & delectatio: ergo in Deo eſt amor.* Qui ſyllogiſmus foret inutilis, vtpote prorſus identicus; ſi Dei amor erga ſeipſum, non eſſet alia operatio, niſi gaudium & delectatio. *Omnis affectionis principium amor.*

19. *Galat. 5.* Confirmatur ſecundò, verbis Apoſtoli Galat. 5. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c.* Quæ ſic ponderat Aug. tra. 87. in Ioan. ſub init. *A capite hoc poſuit: Fructus*, inquit, *ſpiritus charitas eſt: ac deinde de cætera tanquam ex iſto capite exorta, & religata contexuit: Quæ ſunt gaudium pax, &c. Quis enim bene gaudet, qui bonum non diligit, vnde gaudet.* Quæ ratio non minores vires in Deo habet, quam inſuper naturalibus donis, quæ ſunt participationes diuinæ charitatis & gaudij. *Auguſtin.*

20. *Henricus.* Confirmatur tertiò, ex Auicena, quem refert Henricus in ſumma art. 50. q. 2. in fine corporis, dicens: *Delectatio ſimpliciter eſt dicenda eſſe in Deo, & hæc perfectiſſima; tum quia contemplatio, qua comprehēdit ſe, eſt fortior, & amor: quo diligit ſe, eſt feruentior: tum quia perfectio ſua, qua delectatur, eſt ſibi vnitior, dicente de eo Auicena in fine libri octaui Metaphyſ. Cum intelligentia intelligentis & intellecti vnum ſint certiſſime: ideo ſui ipſius maximus amator & amatū, & magis delectās & delectatum eſt excellentior apprehenſor cum excellentiori apprehenſione excellentioris apprehenſi.* Perpende, quomodo non ſolum cognitionem, ſed etiam amorem ſui poſuerit, vt rationem ſummæ delectationis. Prius autem Henricus in art. 46. q. 3. prope finem corporis dixerat: *Gaudium & delectatio in Deo, ſicut & in nobis, tantummodò ſunt de bono præſenti; deſiderium autem de bono expectato: ſed amor eſt boni ſimpliciter & in communi, quem ſupponit omnis appetens. Vnde & affectiones omnes & paſſiones, in quocunque ſint, amorem ſupponunt, gaudium enim & delectatio &c. non eſt niſi boni per ſe amati.*

21. *In amore Dei erga creaturas amor infinitæ bonitatis continetur.* Sextò probatur argumento ad hominem, contraria namque ſententia concedit, erga creaturas diuinum amorem diſtinctum à gaudio: ſed in hoc amore quidditatiuè cōtinetur amor infinitæ bonitatis & increatæ, tamquam obiecti formalis, propter quod amantur creaturæ (vt conſtat ex dictis ſupra diſput. 3. & diſp. 5. ſect. 3.) Continetur ergo amor diſtinctus à gaudio circa Deum, & circa creaturas propter Deum.

22. Confirmatur, quia dicta ſententia ſolùm amorem neceſſarium creaturarum, vt poſſibibilium admittit in Deo; nam amorem liberum omnino nihil addere putat, nec realiter exiſtere in Deo, niſi præciſè ratione amoris neceſſarij. Ruſus creaturæ, prout poſſibiles, ſemper ac neceſſariò ſunt eodem modo præſentes Deo, quantum ad repræſentationem, & eminentem virtutem eſſentiæ diuinæ: ſemper autem ac neceſſariò ſunt abſentes, quantum ad realem exiſtentiam extra Deum, quæ fuerit ab æterno. Quocirca non poterit circa illas amor ſtrictè dictus diſtingui à gaudio, quia non poterit Deus præſcindere bonitatem illarum à præſentia, ſi non poteſt circa ſe ipſum diſtinguere bonitatem à præſentia, ſicut ratiocinatur iſta ſententia vt videbimus ſect. ſequenti à principio. *Creaturæ poſſibiles ſemper præſentes, & abſentes Deo.*

Poſtremò probatur communi ſenſu Patrum & ſcholaſticorum qui licet prædictam diſtinctionem rationis inter amorem & gaudium de diuinis perfectionibus, non expreſſerint perſpicuis verbis: quoniam nondum exorta fuerat opinio negans illam, cæterùm ex modo loquendi, & explicandi. Dei amorem, ſatis indicant hanc diſtinctionem, præcipuè S. Thom. in præcedentibus probationibus relatus. Patres autem & ſcholaſtici aſſerunt omnes; Spiritum ſanctum procedere per amorem, quo ſe mutuo diligunt Pater & Filius: nunquam autem dicunt, procedere per gaudium ſiue lætitiam aut delectationem. Conſequenter autem dicunt Spiritum ſanctum eſſe amorem Spiritum, & eſſe vinculum, nexum, & vnionem amoris. Horum teſtimonia citauimus in tomo de Trinit. diſp. 7. & diſp. 73. ac tribus ſequentibus. 23. *Diuinarum perfectionum amorem in Deo indicāt Patres.* *Patres Spiritum ſanctū per amorem non per gaudium procedere dicunt.*

Omnes denique cum obſeruent diligenter imperfectiones, quas continet deſiderium, & ita, vel alij affectus, qui diuinæ voluntati repugnant; nunquam in amore, prout diſtinguitur à gaudio notarunt aliquam imperfectionem, ſicut eam notat ſententia, quam impugnamus, vt videbimus ſectione ſequenti, argumento 2. Supponunt igitur amoris ſtrictè dicti, ſicut & gaudij nullam eſſe imperfectionem. 24.

SECTIO II.

Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ.

PRimum argumentum. Propterea Deus non poteſt habere ſcientiā ſimplicis intelligentiæ circa ſe ipſum, quia mēs diuina comparatione ſui nequit præciſiuè ſe habere ab exiſtentia præſenti: ergo nec voluntas poterit præciſiuè ſe habere: ac proinde non poterit amare ſeipſum, niſi amore, qui verſatur circa exiſtentiam præſentem, qui amor eſt gaudium. 1.

Reſpondetur in primis non eſſe verum Antecedens, quia non cauſam reddit pro cauſa. Vera quippe ratio, propter quam Deo non eſt poſſibilis ſcientia ſimplicis intelligentiæ de ſeipſo, conſiſtit in obiecto formali & ſpecie intelligibili. Quoniam ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vt ſic, eſt abſtractiua, verſaturque circa res, prout repræſentantur in alio obiecto formali & per alienam ſpeciem, ſic enim Dei ſcientia circa creaturas poſſibiles verſatur, prout repræſentātur in eſſentia diuina, tanquā in obiecto formali, & per illam tanquam per ſpeciem cognoſcuntur. Vnde nec ſcientia viſionis, prout circa creaturas exiſtētes verſatur, eſt propriè & perfectè intuitiua, vt vidi 2. *Deo de ſeipſo non eſt ſcientia ſimplicis intelligentia.*

Digitized by Google

vt vidimus tomo. præced de ſcientia diſp. 17. ſect.4. 5. & 6. Quoniam igitur eſt impoſſibile Deo aliud obiectum formale ſuæ intellectionis, præter ipſom Deum, & impoſſibilis eſt ſpecies creatæ, perquam Deos ſe ipſum intelligat: ideo impoſſibilis eſt Deo cognitio abſtractiua ſui, ſed cognitio debet eſſe intuitiua, determinata ab actuali exiſtentia ſui obiecti formalis, & ſuæ ſpeciei intelligibilis. Hæc autem ratio non militat in amore ſtrictè ſumpro, vt conſtat ex dictis, & dicendis.

3. Reſpondetor ſecundò, vltimam illationem non eſſe bonam. Quoniam vt vidimus ſect. 1. probatione 1. per amorem ſtrictè ſumptum amat Deus ſuam eſſentiam & omnes perfectiones non abſttaheodo ab exiſtentia, vel poſſeſſione, ſed amando ipſam exiſtentiam & poſſeſſionem. Nihilominus hic amor non eſt gaudium, qooniam ratio formalis amandi talem exiſtentiam & poſſeſſionem, non eſt quia eſt bonum poſſeſſom, ſed quia eſt bonum.

Amore ſtricto ſe amat Deus.

4. Secundum argumentum eſt. Propterea Deo repugnat affectus deſiderij, quoniam in obiecto reqoirit eſſentialiter conditionem abſentiæ: ſimiliter aotem amor ſtrictè dictus requirit eſſentialiter in nbiecto bnnitatem ahſtrahentem à præſentia, & à negatione præſentiæ, qoæ abſtractio ſit in re, & non tantum ſecundum noſtram conſiderationem. Nec enim actus diuinæ voluntatis ſua bona amat, proot à nobis conſiſiderantur, ſed prout in ſe ſont. Confirmatur quia præſcindere diuinam bonitatem ab actnali poſſeſſione, dicit indifferentiam ad poſſeſſionem, & non poſſeſſionem, ſicut præciſnm animal eſt indiffetens ad rationale vel irrationale: repugnat autem diuinæ bonitati talis indifferentia ad poſſeſſionem, & non poſſeſſionem.

Confirmatio.

5. Reſpondetur falſam eſſe Minotem. Amor enim ſtrictè dictus non mndò non requirit bonum, abſtrahens à præſentia ſeu poſſeſſione; ſed etiam verſari poteſt citca præſentiam ipſam & poſſeſſionem, qua ratione bona eſt; quemadmodum ſect. 1. probatione 1. dicebamus: itaque gaudij proprium non eſt velle præſentiam & poſſeſſionem, ſed habere pro motiuo formali & obiecto quaſi ſpecificante, bonum, pront eſt actualiter poſſeſſom,

Qua ratione amor ſtrictus circa poſſeſſionem verſatur.

6. Ad confirmationem eadem ſolutio ſufficeret; ſed inſuper addo, falſum eſſe illius Antecedens. Eſſentia qnippe diuina ſecundum rationem præſcinditur à telationibus perſonalibos; & tamen non eſt indifferens ad illas, ſed neceſſariò determinata ad illas omnes habendas. Intellectio quoque diuina præſcinditor à volitinne; cum tamen non ſit indifferens, vt volitione careat, ſed neceſſario coniunctam habere debeat volitionem.

Eſſentia diuina determinata ad relationes.

7. Denique iuxta modum ratiocinandi, quem indocit argumentum ſecundum, non eſſet in Deo concedenda ſcientia ſtrictè dicta, prout eſt operatio ſecundum rationem diſtincta à volitione: quoniam actus dioini intellectus ſuam veritatem oon intelligit, prout à nnbis conſideratur præſcindendo à bonitate, ſed prout in ipſa re veritas Dei eſt idem, quod eius bonitas. Quod ſi nihilominus rectè diſtingoimus ſcieotiam à volitione diuina: licebit etiam amorem à gaudio diſtinguere, non obſtante coniunctione indiſſolubili poſſeſſionis cum bonitate. Generalis enim ratio eſt, quia quilibet actus præſcindit ab obiecto formali alterius actos: ideóque ſcientia præſcindit ab obiecto formali volitionis, quod eſt bonum; & amor ſtrictè dictus, præſcindit ab nbiecto formali gandij, quod eſt non quidem bonū qoia bonum, ſed bnnō quia poſſeſſum eſt.

Tertium argumeotū, quoniam amor ſtrictè ſumptus eſſentialem ordinem habet ad cognitionem abſtractiuam, quæ proponat obiectum abſtrahendo à poſſeſſione & non poſſeſſione: ſed intuitioæ cognitionis propriū eſt applicare voluotati proprium obiectum gaudij. Quapropter cognitio, quam Deus habet de ſe ipſo, cum non ſit abſtractiua, non poteſt proponere obiectum amoris ſtrictè ſumpti. 8.

Volitionis obiectum formale bonum.

Reſpondetur. Inprimis falſum eſt, qood ſupponit abſtractiuam ſcientiam non cognoſcere rei exiſtentiam & præſentiam. Angeli namque naturali ſciētia euidentiſſima cognoſcunt Deum exiſtere: nec tamen eſt intuitiua, ſed abſtractiua ſciētia illa natoralis. Secundò poteſt abſtractiua cognitio proponere obiectum gaudij. Nec enim erat intuitiua, ſed abſtractiua cognitio Iacobi, quando Geneſ. 45. *Reuixit ſpiritus eius*, aodito nuncio de vita & fœlicitate Ioſephi. Quotidianáque experientia conſtat, homines gaudere de rebus, quas nondum intuentur, quoniam loco diſtant; vt quando defertor hæreditas, vel dignitas aut beneficium confertur abſentibus. Paulus etiam Rom. 12. præcipit, vt viatores ſimus *ſpe gaudentes*, quod ſi ſpe, non viſione intuitiua. Ioannes autem epiſtola 3. ſub initium: *Gauiſus* inquit *ſum valde venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Id eſt nihil habeo magis gratum & iocundom, vnde magis gaudeā, ſicut exponit ibi Gloſſa & S. Thomas. Hoc autem obiectum gaudij non intuitiua, ſed abſtractiua cognitio, per auditom accepta, proponebat Ioanni. Philoſophus item l. 1. Rhetoricorum cap. 11. notat, amantes gaudere, cum ſcribunt aut aliquid faciont, quod ad abſentem pertineat. 9.

Abſtractiua ſcientia rei exiſtentiam cognoſcit.

Abſtractiua cognitio proponit obiectū gaudij.

Rom. 12.

Epiſtola Ioan. 3.

Confirmatur, quoniam ea de cauſa prædictæ ſententiæ author adigitur ad concedeoda quædam alia inconuenientia, quale eſt, Deo nnn eſſe poſſibilem amotem ſtrictè ſumptum de creatura, cognita vt præſenti per viſionem intuitiuam, nec de ipſa humanitate Chriſti domini; quocirca quod Matth. 3. Marci 1. & Lucæ 3. dicitur: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, non poterit intelligi de complacentia circa actualem exiſtentiam Chriſti Domini, & actualem charitatem & obedientiam, ſed tantùm de complacentia circa poſſibilitatem illios, ſicut complacet in aliis infinitis humanitatibus, quas vnire ſibi poterat, & efficere ſibi obſequentes & chariſſimas. 10.

Matth. 3.

Deinde quod Ioan. 10. Chriſtus Dominus ait: *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam*; non poterit intelligi de amore ſtrictè dicto, ſed ſenſus erit propterea *de me gaudet Pater*; nam apertè redditur pro ratione actualis obedientia vſque ad mortem: ſunt in ſacris literis, alia multa quę tractant de amore Dei erga Chriſtum Dominum, Apoſtolos & alios homines exiſtentes actnaliter, propter opera bona, qoæ actualiter exercebant: quæ omnia violenter extrahuntur à propria & vſitata ſignificatione recepta ab omnibus expoſitoribus, vt pro dilectione ſem 11.

Ioan. 10.

Digitized by Google

ne ſemper intelligatur gaudium, quoties agitur de bono prout exiſtente.

12. Nec minus eſt alienum à veritate, quod eadem ſententia fatetur eſſe conſequeos, videlicet inter beatos noo eſſe amorem amicitiæ, ſed gaudium, quoniam circa ſe mutuò verſantor, vt circa præſentes & cognitas intuitioa cognitione. Quamobrem tenebitur fateri, nunquam amorem à gaudio diſtingui niſi quando amor eſt rei abſentis, & ideo identificatur cum deſiderio: iuxta modum philoſophandi, quem primus inuexit Aureolus, de cuius penu videntur eſſe deprompra præcedentia argumenta, peculiariter applicando ad Deum, quod ille generaliter diſputauerat 1. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 2. propoſ. 1. & diſtinct. 46. quæſt. 1. art. 1. colum. 1. Plurima quę his admiſcentur in hac ſententia conſultò prætermitto.

SECTIO III.

Circa Dei amorem, & gaudium antiquitus non de re ipſa, ſed de vocibus erat diſſidium.

1. EPicuræorum error fuit, in Deo nec eſſe gratiam, id eſt, amorem, quo gratum babeat bonum, oec iram qua malum puniat; Deum enim veluti ſine ſenſu fecerunt, apud Lactaorium lib. de ira Dei cap. 4. Sed de his pecudibus nihil eſt curandum.

2. Ariſtoteles lib. 2. Magnorum Moralium c. 11. non procul à principio dixit: *Deus non ſuſcipit amare; alienum namque fuerit, ſi quiſpiam dixerit, Iouem amare.* Verumtamen intelligendus eſt de amore qui eſt paſſio, continens aliquid pudore dignum: quemadmodum lib. 2. OEconomicor. cap. 3. initio ait: *Neque amorem neque timorem abſque verecundia laudant Homerus: ſed vbique precipit amare cum modeſtia & pudore.* Niſi velis, Ariſtotelem agere de amore amicitiæ, quo Deus proſequitur homines: quem naturali ratione fuit impoſſibile conſequi, proptereáque negatur à Philoſopho, licet eum fortè legiſſet in ſacris libris Hebræorum.

3. *Plato.* Eodem prope ſenſu venit intelligendum, quod Plato in Philebo, vel de ſummo bono, prope med. ſcribit: *Abſurdum eſt Deos gaudere, vel contra triſtari. Indecens enim vtrumque eſt.* Ac triſtitia quidem, vt ſonat, Deo repugnat: gaudium autem non, niſi cum paſſione, ac nouitate, vel quaſi de obiecto ſibi vtili, & fœlicitatem extrinſecus augente.

4. *Deum gaudere ratione naturali euidens.* Alioqui Deum gaudere non modo de ſeipſo, ſed etiam de creaturis, euidens eſt ratione naturali, quoniam fruitur infinito bono & finitis, tamquam poſſeſſis & ſuis, vt conſtat ex præcedentibus ſectionibus. Traditur inſuper in ſacris Litteris, quemadmodum *Prouerb. 8.* Prouerb. 8. Sapientia genita dicit: *Delectabar per ſingules dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum; & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* *Deut. 30.* Deuteronom. 30. *Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis: ſicut gauiſus eſt in patribus tuis.* *Iſaia 62.* Et Iſaiæ 62. *Gaudebit ſuper te Deus tuus.* Sed de gaudio Dei multò plura dicta ſunt diſputatione 21. ſect. 1.

5. Fuiſſe quoſdam antiquitus, ſiue Philoſophos externos, ſiue domeſticos fidei, qui *nomen amoris criminantur & improbant: ſed è contrario fuiſſe viſum quibuſdam ex noſtris, qui de diuinis rebus diſſeruerunt, amoris, quam charitatis nomen eſſe diuinius;* refert Dionyſ. de diuinis nominibus cap. 4 circa medium, acriter inuectus in eos, qui refugiebant hoc nomen, tamquam aliquid impudicum ſonans. *Dionyſius.* Concludit autem: *Non igitur hoc amoris nomen timeamus, neque vlla nos ab eo deterrens conturbet oratio;* ac notat, eo conſilio ſacris Litteris & Theologicis libris amoris nomen vſurpari, quo doceamur, nullum alium eſſe verum amorem, niſi vel Dei erga nos, vel noſtrom erga Deum.

6. *Origenes.* Nihilominus Origenes prologo in Cantica inter princip. & medium. *Videtur,* inquit, *mihi diuina Scriptura, volens cauere, ne lapſus aliquis legentibus ſub amoris nomine naſceretur, pro infirmioribus quibuſque eum, qui apud ſapientes ſæculi cupido, ſeu amor dicitur, honeſtiori vocabulo charitatem vel dilectionem nominaſſe.* Quod poſtquam multis exemplis ex ſacris Litteris probat, temperatam concluſionem infert, dicens: *In his ergo & pluribus aliis locis inuenies, Scripturam diuinam refugiſſe amoris vocabulum & charitatis dilectioniſque poſuiſſe. Interdum tamen (licet raro)* proprio vocaculo *amoris nominat, & inuitat ad eum,* &c. Conſonat Ludouicus Viues in librum 14. de ciuitate cap. 7. dicens, amorem eſſe nomen medium, & in obſcænum, & flagitioſum plerumque vſurpari, dilectionem raro.

7. Rigidiores erant illi cenſores, *qui arbitrabantur, dilectionem accipiendam eſſe in bono, amorem in malo.* Quos refert Auguſt. dicto lib. 14 de ciuitate cap. 7. Probat autem ex ſacris Litteris, tam erga bonum quam erga malum amorem & dilectionem idem eſſe, præſertim Ioan. 21. vbi prius interrogatot Petrus, an amet, poſtea verò num diligat. Plura poteris ex Euangelio colligere, quale eſt illud Ioan. 15. *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.* *Io. 15 & 16.* Quem eundem affectum ſequenti cap. 16. ſignificat alio verbo: *Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis.*

8. Adhuc tamen vt rarius dilectio ſumatur in malam partem, ſed amor frequentius, fauet diſcrimen ex ethimologia petitum, quod ſanctus Thomas obſeruat 1. 2. q. 26. art. 3. corp. *Amoris & dilectionis diſcrimen.* *Dilectio namque ſupra amorem addit electionem præcedentem, vt idem nomen ſonat, vnde dilectio non eſt in concupiſcibili, ſed in voluntate tantùm, & eſt in ſola rationali natura.* Diſcrimē hoc prius aſſignauerat Albertus 1. p. q. 36. memb. 3. & vltimo corp. Latini verò Scriptores amoris vocabulo ſignificant ardentiorem affectum, quam verbo diligendi: vt apud Ciceronem; *Cicero.* *Dolabellam antea diligebam, nunc amo.*

SECTIO IV.

Qualis ſit charitas Dei erga ſeipſum: ac potiſſimum an propriè ſit amicitia.

1. DE amore Dei, prout verſatur circa ipſum Deum; quæ ſunt maioris momenti, dicta ſunt ſparſim per ſexdecim priores diſputationes, præcipuè verò diſput. 3. & 4. vbi oſtendimus, totum Deum, & omnes eius formalitates, tam eſſentiales, quàm perſonales, & ipſum etiam amorem eſſe obiectum formale diuini amoris: inſuper illum eſſe ſimpliciter neceſſarium, totalem & comprehenſiuum. Duo nihilominus explicanda

Google

canda reſtant, quæ modum loquendi potius, quam rem ipſam exponunt.

2. *Charitatis ſignificatio.* Primom ac præcipuum eſt, vtrum amor Dei, prout verſatur circa ſeipſum, ſit verè propriéque charitas. Supponimus autem, charitatis nomine ſignificari æſtimationem magni pretij, quæ continetur in amore, qua proprietate charitas diſtinguitur à dilectione & amore, quæ nomina non denotant eiuſmodi appretiationẽ: vt S.Th. docet 1.2.q.26. art. 3.corp. fine, & Albertus 1. p. quæſt. 36. memb. 3.& vlt. corp. Qoantum ad hanc igitur formalitatem, nulli dilectioni tam perfectè cõuenire poteſt charitatis nomẽ, qoàm dilectioni Dei, prout verſatur circa ſe ipſum, quia nollus eſt poſſibilis amor tanto in pretio habens boonm amatum, itaur adæquet eius infinitodinem. Præterea poteſt oomine charitatis ſignificari ſolommodò beneuolentia erga perſonam intellectualem: & hoc modo nulla dubitandi ratio poterit afferri, ne Deo circa ſe ipſum charitas concedatur.

Nulli dilectioni tam perfectè charitatis nomẽ quàm diuinæ conuenit.

3. Dubiom ergo deuoluitur ad charitatẽ, prout ſignificat amicitiam propriè ſumptam. De qua Suarez tom.2.Metaphy. diſp.30. Sect.16.n.60. putat, rectius dici Dei ad ſe ipſum oon eſſe amicitiam, ſed aliquid altius amicitia; licet ſupponatur diſtinctio perſonarum ſe mutuo diligentium. Quam ſententiam obiter traditam alij recentiores ex profeſſo defendunt.

Dei ad ſe ipſum nõ eſſe amicitiam aliquorum ſententia.

4. Primum argumentum eſſe poteſt, quoniam vniuerſaliter ad rationem amicitiæ requiritur reciprocatio amoris: cuius ratioõẽ reddit Ariſt. quoniam amicus eſt amico amicus: eſt enim veluti reciproca relatio vtroque conſtaos extremo. Hæc tradit Ariſtot.lib.8.Ethicor.cap.2.3.& 11. & lib.9. cap.2. & lib.2. Rhetoric. cap.4. Quod idem recipiunt S.Thomas, & eios expoſitores 2. 2.qu.23. art.1. & alij Scholaſtici lib. 3. diſt. 31. Vnde S. Thomas 2. 2. quæ. 25. art.4.corp. ait: *Amicitia propriè non habetur ad ſe ipſum, ſed aliquid maius amicitia.* Quod prius Ariſtotel. probauerat lib.7.Eudemiorum Ethicorum toto c.7. & lib.2. Magnor. moral.cap.11.ad finem.

S.Thom.

5. Confirmari poteſt primò, quoniam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus non poſſunt eſſe tres amici, ſed vnus tantom amicus, ſicut ſunt vnus Deus & vnus creator: ergo Pater non eſt amico amicus: nam amico amicus requirit diſtinctionem alterius amici, cui ſit amicus. Confirmatur ſecundò, qoonlam amicitiæ mutua relatio non poteſt eſſe inter perſonas, quæ io ratione amicitiæ ſunt vnus amicus, & vnicum tantum habent fuodamentum relationis. Confirmatur tertiò. Nam, vt Gregor. ſcripſit homil. 17. in Euang. *minus quam inter duos haberi charitas non poteſt. Nemo enim proprie ad ſemetipſum habere charitatem dicitur, ſed dilectio in alterum tendit, vt eſſe charitas poſſit.* Quam ſententiam recipiunt communiter Theologi. Quin etiam inter opera Ambroſij liber de dignitate humanæ conditionis cap.2.inter medium & finem ait: *Amor non minus quàm inter duos eſt.*

Confirmatur 2.

Confirmatur 3. Gregorius.

6. Secundom argumentum procedit ex eodem principio, quoniam reciprocatio amicitiæ non erit, niſi diſtincta ſit amicitia: amicitia quippe ſupra beneuolentiam addit mutuam redamationem extremorum. Quocirca beneuolentia vnius extremi non eſt amicitia, ſed inchoatio amicitiæ: vt docuerunt Ariſtoteles lib. 9. Ethicor. cap.5. parum ante med. & cum eo S. Thom. 2.2.q.27. art. 2.corp.fine. Aſt vbi tantùm eſt vnicus amor, non eſt redamatio: quoniam hæc per ſe requirit realem diſtinctionem amorum, & conſequenter realem pluralitatem naturarum, qoæ diuinis perſonis repugnat.

Tertium argumentum, quoniam ex præcipuis conditionibus amicitiæ duæ ſunt, videlicet, communicatio bonorom, atqoe conuictus: vt Ariſtot. docet lib. 8. Ethicor.cap. 3. 4. &.5. Et communicatio qoidem videtur requirere diſtinctionem bonorum, quæ vterque amicus alteri communicat. At Spiritus ſanctus nulli perſonæ communicat ſua bona. Filius autem Patri non commonicat ſoa bona, ſed tantùm ab eo communicata recipit. Igitur inter eos eſſe neqoit amicitia reciproca. Rurſus neqoe conuiuere dicentur propriè perſonæ, quarum eſt vnica ſimpliciſſima vita. 7.

Confirmatur, nam & *Romani maximus author Tullius eloquij veriſſimè dixit: Amicitia eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate conſenſio.* Quemadmodum ſcribit Auguſt.epiſt. 155. ad Marianum ſub init. & lib. 3. contra Academicos cap.6.ad fin. Conſenſio verò ſignificat doarum voluntatum circa quælibet bona communionem & conſpirationem: ſed inter diuinas perſonas non ſunt doæ voluntates: ergo nec conſpiratio, nec conſenſio, nec amicitia. 8.

Auguſt.

Nihilominus ſit conclusio. Qui charitatem & amicitiam inter diuinas perſonas conceſſerit, melius & exactius loquetur ad regulas & vſum loquendi Theologorum. Probatur primò. Quoniam multi Patres ita loquuntur, qoando dicunt Spiritom ſanctum eſſe charitatem Patris & Filij deducentes hoc ex ſacris Litteris. Auguſtinus enim probat, quoniam Ioannes epiſt. 1. cap.4.cum dixiſſet: *Charitas ex Deo eſt*, poſt paoca ſubiunxit: *Deus charitas eſt.* At verò non eſt alius Deus ex Deo, qui ſit charitas, niſi Spiritus ſanctus. Confirmatur ex ſequenti contextu: *In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.* Quod autem Spiritus, qui manet in nobis, ſit charitas, docuit in alio verſu, dicens iterum: *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Ita ratiocinatur Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap.17. 18. & 19. nec non in epiſtola Ioan.1. tract.7. Eodem modo locum intelligit Gregorius homilia 30. de Pentecoſt. circa principium. 9.

Inter diuinas perſonas amicitia. Probatur 1.

Auguſtinus.

1.Ioan.4.

Nec obſtat, eadem verba Ioannis, *Charitas ex Deo eſt*, ad creatam dilectionem congruentius referri ab Auguſt.lib.1.de gratia Chriſti cap.21. & Concil.Mileuit.cap.4.fine. Nam ad præſens inſtitutom erit ſatis authoritas Auguſtini, & Gregorij, non recuſantium charitatis nomen amori tribuere, quo ſe mutuo proſequuntur Pater & Filius. Præſertim cum eodem modo loquatur Auguſtinus aliis in locis, ſicut & alij Patres. Nam lib. 6. de Trinitate cap. 5. initio: *Siue ſit vnitas amborum,* ait, *ſiue ſanctitas, ſiue charitas, ſiue ideo vnitas, quia charitas, & ideo charitas, quia ſanctitas; manifeſtum eſt, quod non aliquis duorum eſt, quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligitur, generatorémque ſuum diligat.* & poſt pauca: *Spiritus ergo ſanctus commune aliquid eſt Patris & Filij, quidquid illud eſt: at ipſa communio conſubſtantialis & coæterna. Quæ ſi amicitia conuenienter dici poteſt, dicatur, ſed aptius dicitur charitas.* Quibus mul 10.

Auguſt.

bus multa ſimilia reperies non ſolùm dicto li.15. de Trinitate.cap.17.à principio & cap.19. inter medium & finem, & cap.27.& 28.ſed etiam libro de fide & Symbolo cap.9.poſt med.

11. *Proſper.* Ex eodem Auguſtino tractatu. 105. in Ioan. Proſper in libro ſentent. Sententia 371. *Spiritus Sanctus,* ait, *Spiritus eſt Patris & Filij, tamquam charitas ſubſtantialis, & conſubſtantialis amborum.* Similiter etiam mutuam charitatem Patris & Filij vocat liber de cognitione veræ vitæ cap.18. apud Auguſtinum tomo. 9. *Concilium Toletanum.* Concilium Toletanum vndecimum in confeſſione fidei ait: *Simul ab vtriſque proceſſiſſe monſtratur, quia charitas,ſiue ſanctitas amborum agnoſcitur*, nimirum Spiritus ſanctus.

12. *Pſalm.17.* Hieron. in Pſalm. 17. init. ad illud; *Diligam te Domine* ait: *Spiritus ſanctus nec Pater eſt, nec Filius,ſed dilectio, quam habet Filius in Patre, & Pater in Filio. Vnde Paulus dixit* Rom. 5. *Rom.5.* *Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Fulgentius autem q. 4.ad Ferrandum propius ad finem,quam ad medium recipit ea verba, quæ retulimus ex Auguſtino lib. 6. de Trinitate cap. 5. *Iſidorus.* Iſidorus lib.7. Ethymolog.cap.3.poſt med. ait: *Spiritus ſanctus inde proprie charitas nuncupatur, vel quia naturaliter eos, à quibus procedit coniungit &c.* Subiungit autem,Spiritum ſanctum vocari charitatem propriè, quemadmodum verbum dicitur eſſe ſapientia; quamuis vtrumque nomen ſit commune tribus perſonis.

13. Ricardus Victorin. lib. 3. de Trinit. cap. 2. ſub init. ita ratiocinatur: *Vbi totius bonitatis plenitudo eſt, vera & ſumma charitas deeſſe non poteſt. Nihil enim charitate melius, nihil charitate perfectius. Nullus autem pro priuato,& proprio ſui ipſius amore dicitur propriè charitatem habere. Oportet itaque vt amor in alterum tendat, vt charitas eſſe queat. Vbi ergo pluralitas perſonarum deeſt, charitas omnino eſſe non poteſt.* Deinde verò probat, nullam creaturam eſſe capacem, & dignam quæ diligatur à Deo ſumma perfectione charitatis. Vnde concludit in fine capitis: *Bonitatis plenitudo non potuit eſſe, ſine charitatis plenitudine, nec charitatis plenitudo ſine diuinarum perſonarum pluralitate.*

14. Hanc rationem perſequitur Ricardus eodem lib. 3.vſque ad cap.20.quam breuius tāgit lib.5. c.8. Eandem verò recipiunt communiter Scholaſtici antiquiores. S.Thom.de potent. quæſt.9. art.9. in *ſed contra.* & 1.diſt.2. qu. 1. art. 4. Vbi S.Bonauent. art.1. qu.4. Ricardus, art.2. qu.1. Albertus. 1. p. qu. 29. memb.1. art. 2. col.3.& q.42.memb.3. iuncta etiam quæſt.30. memb.1. Alexand. 1. p. q.43.memb.5. & q.45.memb.7. Henric.in ſumma art.43.q.8.& 9.& art.54.q.2. & quodlib.6.q.1. Ægidius in 1.diſt.10.quæſt.3. Carthuſ.1.diſt.2.quæſt.6.Marſilius qu.6. art.1. conc.3.Maior 1.diſt.10.qu.2. Quin etiam Magiſter, & cum eo communiter Scholaſtici 1. diſt.10. fatentur, Spiritum ſanctum eſſe charitatem,qua ſe mutuo diligunt Pater & Filius.

15. Denique charitate ſe ipſum diligere Deum, expreſsè docuit. Gabriel. lib.3. ſentent. diſt.31. quæſt.vnica art.2.initio. Quod ipſum alij Scholaſtici tacitè videntur ſupponere in eadē diſt. 32. vt S.Bonau. Ricard.Scot.Durādus, Carthuſian.

16. *1. Ioan. 4.* Probari poteſt ſecundò, quoniam *Deus charitas eſt*, 1. Ioann. 4. Deus autem id potiſſimum eſt, quod ad ſe ipſum eſt; ſecundarium enim & minus proprium eſt, quod eſt comparatione creaturarū. ergo Deus charitas eſt potiſſimum, prout ſe ipſum diligit mutuo perſonarum amore. *Confirmatur* Confirmatur, quoniam illæ perfectiones, quæ ſolas creaturas reſpiciunt, non ita dicuntur eſſe Deus, nec enim Deus in ſacris Literis eſſe dicitur prouidentia, vel iuſtitia, vel miſericordia, vel aliquid huiuſmodi, præterquam addito pronomine, denotante relationem ad creaturas: vt cum dicitur; *Miſericordia mea & refugium meum.* Charitas autem ita Deo tribuitur, vt quamuis appellari poſſet; *Charitas mea:* nihilominus honorificentius appelletur ſimpliciter charitas.

Probatur tertiò, nam amicitia in communicatione ſocietatéque conſiſtit; quod tanquam euidens principiū Ariſtoteles tradit lib.8. Ethic. cap.9. ſub init. & cap. 12. initio. Porro diuinas perſonas habere *communionem & ſocietatem in diuinitate.* Nyſſenus Gregor. ait lib. de Trinit. ad Euſtathium paulò ante med. & poſt. med. & lib.de differentia eſſentiæ & hypoſtaſ. ſub init. & repetit propius ad medium quàm ad princip. & circa med. & in medio *Socium natura diuina* Filium appellat Baſilius homil. 15. de fide in medio. & lib. vnico de Spiritu ſancto cap.18.& 19.repetit aliquoties *conſortium* & *communionem* & in eodem lib. cap. 16. fine dicit *Societatem arctiſſimam Sancti Spiritus cum Patre & Filio.* 17 *Amicitia in communicatione & ſocietate* *Perſonæ diuinæ in diuinitate ſocietatem & communionem habent.* *Baſilius.*

Præterea ſocium in Deitate, ſocietatémque dicunt Cyrillus Alexand. dialogor. de Trinit. lib.3.propius ad med.quàm ad princip. & repetit multò propius ad finem quàm ad med.atque Damaſcen. lib. de duabus Chriſti volunt. non longe à princ. *Societatem* verò *conſortium* atque *conſortem* dicit Ambroſius l.2. de Spiritu ſancto. cap. 10. & in ſymbolum Apoſtolorum cap. 5. ante med. & cap.12. ſub init. & lib. 2. de fide ad Gratiam cap. 4.ſub init.& in hymno Eccleſiaſtici officij. *Conſors paterni luminis.* inſuper, *ſocietatem amoris & conſonantiam* atque *conſortium* diuinarum perſonarum affirmat Hilarius lib.4. de Trinit. prope med. & cum eo S. Thom.1. diſt.24.quæſt.2.art.1. corp. fine. 18. *Ambroſius.* *Hilarius.*

Communicationem eſſe Patris & Filij verbis 1. Ioan.1.& 2.Corinth.13.probat Ambroſius lib.1. de Spiritu ſancto cap.13. & lib. 2. cap.12. ante med. & lib.3.cap.2. Cum igitur iſtæ perfectiones, quæ propriè ſunt amicitiæ, concedantur à Patribus inter diuinas perſonas; quamuis inter homines exigant realem diſtinctionem naturarum atque bonorum; quæ communicantur in ſocietate atque conſortio; conſequens eſt, non poſſe ſine iniuria refutari nomina charitatis & amicitiæ. 19.

Confirmatur, quod enim amici creati vellent ſed aſſequi nequeunt; hoc diuinæ perſonæ propriiſſimè ſibi vendicant. *Amicorum enim eſt, communicatio determinatæ naturæ, quocirca idem velle idem ſentire, eſt eundem talem quendam eſſe velle.* vt Ariſtoteles ait Eudemiorum Ethicor. libro ſeptimo, capite 15. ante medium, & inferius circa medium. *Amicus eſſe vult, vt prouerbium habet, alter Hercules, & alter ipſe.* Et poſt pauca. *Iuxta corpus eſt animam & partes animæ diuerſus eſt; nihilominus idem indiuiſuſque amicus eſſe vult.* Hanc autem indiuiſam identitatē naturæ,ſententiæ voluntatis, & cæterarum perfectionum diuinæ perſonæ naturaliter habent. His ſimilia ſcribit Ariſtoteles lib. 9. Ethicor. ad Nicomac. 20. *Ariſteteles.*

comac.

Google

comac. cap. 8. parum à principio, referens prouerbium, *Anima vna, & amicorum omnia ſunt communia.*

21. *Contraria argumenta debilitantur.* Quartò probatur efficaciùs, argumenta contrariæ ſententiæ debilitando, quoniam amicitiæ, charitatiſque nominibus nullam aliam imperfectionem opponunt, quam diſtinctionem realem naturarum, & redamationum, quæ requiritur, vt reciproca ſit amicitia creaturarum. Quod fundamentum euertitur quamplurimis aliis nominibus, quæ Trinitati propriè ac ſine metaphora conuenire docent omnes Patres & Scholaſtici ſacrarum Litterarum authoritate compulſi; quemadmodum de ſingulis oſtendimus in variis atque diſtantibus diſputationibus de Trinitate. Huiuſmodi ſunt Pater, Filius, Spiritus, Relatio, Generatio, Natiuitas, Spiratio, Imago, Similitudo, Æqualitas, Principium, Productio, Producens, & Productum, Origo, Communicatio, circum inceſſio, & Miſſio. Hæc enim omnia præter alias quamplurimas imperfectiones, quas importabant ante reuelatum myſterium Trinitatis, ſignificabant realem diſtinctionem adæquatam extremorum, non modo quoad ſuppoſitum, ſed etiam quoad naturam, & principium *quo*, ſiue rationem agendi, aut rationem referendi, vel terminandi. Cum igitur tot nomima purificentur à tot imperfectionibus, &, illis reſecatis, aſſerantur, propriè ac ſine metaphora conuenire diuinis perſonis: nulla poterit eſſe ſufficiens ratio, propter quam nominibus charitatis & amicitiæ denegetur eadem dignitas, collato prius eodem purificationis beneficio.

22. Confirmatur ex regula, qua tomo præcedenti diſp. 2. ſect. 6. probatum eſt, quædam nomina virtutum intellectus Deo propriè conuenire, quoniam aliquam perfectionem ſignificant, quæ non ſignificatur alio nomine tantæ dignitatis; hæc enim eſt ſufficiens ratio, vt præſcindatur charitas ab imperfectionibus, quas denotat, quãdo creaturis tribuitur. Poſſumus ergo in Patre præciſè conſiderare dilectionis affectum, quo ſeipſum totum filio vult, inquantum eſt bonum filij, propter ſummum bonum & ex infinita complacentia in ſummo bono, ſine vllo veſtigio concupiſcentiæ (quemadmodum ſtatim dicemus) ſimilitérque conſiderare poſſumus amorem Filij erga Patrem. Eodémque modo poſſumus Spiritum ſanctum mutua dilectione comparare cum Patre & Filio. Hæc igitur perfectio, quæ citra controuerſiam in Deo reperitur, nullo alio nomine conuenientius ſignificatur, quam amicitiæ vel charitatis. Tenemur ergo iuxta leges Theologiæ, conſuetudine ſanciras ab exordiis vſque naſcentis Eccleſiæ, talia nomina præſcindere ab imperfectionibus, & ita purificata Deo ſimpliciter & propriè tribuere.

SECTIO V.

Solutis argumentis, allatis aduerſus amicitiam, oſtenditur, Dei amorem non eſſe concupiſcentiæ comparatione diuinarum perſonarum

1. PRobationes amicitiæ, poſitæ ſect. præcedenti, potiſſimum quarta probatio, ſunt plena ſolutio argumentorum, quæ prius adducta fuerant aduerſus amicitiam. Expediet tamen eam argumentis ſingulis applicare. *Ad reſponſ.* Ad primum reſpondeo. Amoris reciprocatio conuenienter abſtrahitur à reali diſtinctione amoris, & intelligitur vnus & idem amor mutuus inter diſtinctas perſonas. Ex quibus quælibet poteſt dici *amicus amico*, licet non ſint plures, ſed vnus amicus: ſicut Filius dicitur Deus de Deo, licet ſit vnicus Deus: & eo modo poteſt eſſe veluti reciproca relatio, ſicut dicemus ad ſecundam confirmationem. Vnde conſtat inter dignas perſonas eſſe maiorem rationem concedendi amicitiam, quàm eiuſdem hominis ad ſeipſum. *Amoris reciprocatio abſtrahitur à reali diſtinctione amoris.*

2. Ad primam confirmationem conſequentia negatur, quia Filius, v. g. poteſt eſſe Patri amico amicus: ſicut eſt Deus de Deo, nec ad hoc requiritur diſtinctio Deorum aut amicorum; vt modo dicebamus.

3. *Diuinarum perſonarum æqualitas, & ſimilitudo.* Ad ſecundam confirmationem reſpondeo primò. Sicut æqualitas & ſimilitudo diuinarum perſonarum eſt perfectiſſima, quoniam eius firmiſſimum & ſolidiſſimum fundamentum eſt reale atque diuinum; quamuis vltima ratio relationis ſit ens rationis: vt probatum eſt in tomo de Trinit. diſp. 103. ſic etiam amicitia diuinarum perſonarum eſt perfectiſſima, quoniam vnitas amoris omnium perſonarum, propter ſeipſas, & propter ſummum & honeſtiſſimum bonum, eſt realiſſima; quamuis relatio, quæ ſuper hac vnitate fundatur, non poſſit eſſe realis, ſed relatio rationis. Reſpondeo 2. charitas & amicitia magis propriè, magiſque realiter quàm æqualitas & ſimilitudo, verificantur in Deo: nam æqualitas & ſimilitudo ſunt nomina magis propria relationum: ſed amicitia & charitas non ſignificant formaliter relationem, ſed plures perſonas inuicem amantes propter ſeipſas, & propter bonum honeſtum: quemadmodum etiam *duellum* non ſignificat formaliter relationem, ſed duos exercitus inter ſe pugnantes. Quod autem ex his fundamentis conſurgat relatio realis, vel relatio rationis, non variat intrinſecam quidditatem amicitiæ, ſicut nec duelli. Ad tertiam cõfirmationem ſolutio conſtat ex ſolutione primi argumenti.

4. Ad ſecundum argumentum. Redamatio mutua poteſt ab imperfectionibus ſeparari túncq; non exiget realem diſtinctionem amorum, ſed conſiſtet in eodem ſimpliciſſimo amore trium perſonarum ad inuicem diligentium.

5. Ad tertium Reſp. communicatio bonorum, quam exigit amicitia, non requirit, vt vterque amicus alteri communicet ac tribuat aliquod bonum. Etenim multoties Filij parentibus non communicant, nec tribuunt aliquod bonum; nihilominus eſt inter illos amicitia. Requirit autem amicitia communicationem illam, de qua vetus, celeberrimúmque *prouerbium rectè ea, quæ ſunt amicorum, communia dici eſſe*, vt ſcribit Ariſtoteles lib. 8. Ethicor. cap. 9. ſub initium. Nihil autem excogitari poteſt magis commune, quam omnia bona diuina ſunt communia trium perſonarum; ſiquidem eſſentia, ſapientia, voluntas, potentia, cæteráque ſunt communia. Atque inſuper etiam perſonæ ſuo modo ſunt communes, quia filius eſt bonum Patris eo ipſo, quod eſt Filius illius; & Pater eſt bonum filij eo ipſo, quod eſt Pater illius: idémq; proportione ſeruata ſentiendum eſt de Spiritu ſancto comparatione Patris & Filij. Denique ſicut vnum ſimpliciſſimum bonum ſufficit, vt verè dicantur perſonæ communicare; ſic etiam vna ſimpliciſſima vita ſufficiet, vt conuiuere dicantur, maximè cum & *Quam communicationem amicitia requirat.* *Ariſtoteles.* *Filius Patris, & pater filij bonum.*

in offi

Digitized by Google

in officio Eccleſiaſtico; & in libris antiquorum Patrum ſit vſitatiſſimus ille modus loquendi: *Cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat.* Conuiuunt enim amici, quorum vterque dici poteſt viuere cum altero.

6. Ex his conſtat ſolutio confirmationis, cooſenſio namque perfectiſſima dicetur eorom eſſe, qui prorſus eodem ſenſu, eadémque voluntate ſibi mutuo volunt eadem bona.

7. *De concupiſcentia recens ſententia.* Quod attinet ad amorem concupiſcentiæ, recens quædam ſententia fert, dici poſſe, virtualiter ſaltem amorem concupiſcentiæ comparatione boni concupiti, quando Deus ſibi, hoc eſt, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, vult ſuam diuinitatẽ quoniam tum perſona, tum etiam bonum volitum differunt virtualiter à volitione: nec poteſt alia ratione concupiſcentia negari, niſi defectu diſtinctionis.

8. Nunc omitto diſcutere diſtinctionem illam virtualem; nec enim poteſt effugere, quin ſit ante operationem intellectus, & eo ipſo ſit realis; vel non ſit ante operationem intellectus, & eo ipſo non ſit realis, ſed rationis; licet habeat in re fundamentum. Sed de hoc alias ex profeſſo. Præſentis autem inſtituti proprium eſt oſtendere, nec formaliter, nec virtualiter eſſe amorem concupiſcentiæ Dei erga ſeipſum, ſiue cuiuſlibet perſonæ diuinæ erga aliam, etiam comparatione boni quod ſibi volunt.

In Deo erga ſeipſum nec virtualiter amor concupiſcentia.

9. Ratio à priori eſt, quoniam amor concupiſcentiæ, formaliter vt talis, vult bonum vtile, vel iucundum, prout eſt vtile vel iucundum amanti, vel amico eiuſdem amantis: non autem prout eſt bonum honeſtum, quo amicus redditur amabilis, independẽter ab vtilitate, & iucũditate: hoc enim eſt proprium amoris amicitiæ. Totum autem bonum, quod Deus ſibi, vel vna perſona diuina vult alteri, prout eſt ſummum bonum honeſtum, quo redditur ſummè amabilis, illud vult: ergo prout vult illud, non eſt amor cõcupiſcentiæ, ſed amicitiæ, ſicut oſtendimus de charitate tractãtes diſputatione 2. Confirmatur 1. quoniam iuſti per charitatem volunt Deo diuinitatẽ, & omnes eius perfectiones, atque ſibi & proximis per eandem charitatem, prout amicitia eſt, volunt idem bonum diuinum, quatenus per gratiam & gloriam participari poteſt: ſed tamen quatenus ad hoc præciſè Theologi non putant eum amorem eſſe concupiſcentiæ.

Confirmatur 1.

10. *Bonũ amore concupiſcentia amatum quale.* Confirmatur 2. quoniam bonum amatũ amore concupiſcentiæ debet eſſe tale, quod ratione ſui, & propter ſeipſum non ſit amabile, ſed propter vtilitatem ad aliud bonum, (niſi fuerit inordinatus amor concupiſcentiæ, qualis cernitur in hominibus frequenter, amplectentibus ſpiritualia propter bona temporalia) ideoque quocũque bono diuino & increato debet eſſe inferius bonum, quod ordinatiſſimo Dei amore diligatur concupiſcentia propriè dicta. Confirmatur 3. quoniam hoc pro certo ſupponunt communiter Scholaſtici, quando non de bono diuino, ſed tantum de bonis creatis inquirunt, vtrùm à Deo diligantur amore concupiſcentiæ. Nullus autem Doctorum aſſerit eſſe dilectionem concupiſcentiæ, prout ea bona Deus vult ſibi, licet aliqui cõcedant eſſe amorem concupiſcentiæ, prout Deus ea vult ſuis amicis, videlicet, hominibus, vt vidimus ſupra diſp. 5. ſect. 5. Ergò multò magis eorum mens diſtat ab amore concupiſcentiæ, quo Deus ſibi velit ſuam diuinitatem, aut vna perſona velit bona diuina duabus aliis perſonis.

Confirmatur 3.

Deus creata bona ſibi amore concupiſcentia non vult.

11. *Concupiſcentia, & amicitia amor non ſemper diuerſi.* Confirmatur 4. quia licet amor amicitiæ & amor concupiſcentiæ, non ſemper ſint amores diuerſi, multoties quippe non ſunt, niſi diuerſi reſpectu eiuſdem amoris, qui comparatione perſonæ, cui volumus bonum, eſt amicitia, ſed comparatione boni vtilis, aut iucundi, quod illi volumus, eſt concupiſcentia: vt docent communiter Doctores ſanctus Thomas prima ſecundæ quæſtione vigeſima ſexta, (vbi Caietanus & cæteri expoſitores) & libro primo contra Gentes capite nonageſimo primo, (vbi Ferrarien.) alij Scholaſtici libro tertio ſententiarum. Vbi ſanctus Bonauent. diſtinctione vigeſima ſeptima, articulo primo, quæſtione ſecunda ad vltim. Ricardus eadem diſtinctione vigeſima ſeptima, articulo ſeptimo, quæſtione ſecunda, corpore. Durandus diſtinctione 28. quæſtione 1. artic. 1. & q. 2. art. 1. Capreol. 1. diſt. 1. q. 1. Mol. 1. p. q. 63. a. 1. diſp. vnica mem. 2. Vaſquez lib. 3. de adorat. diſp. 1. c. 6. & 1. p. diſp. 232. cap. 2. & alibi moltoties, atque recentiores communiter: nihilominus ille reſpectus amoris cõiunctus cum eodẽ amore amicitiæ non poterit habere rationem concupiſcentiæ, niſi concupiſcat bonum vtile, vel iucundum, prout vtile vel iucundum eſt modo nuper explicato. Denique ſi non obſtaret hæc ratio, nihil impediret realis identitas amoris cum bono, quod amatur, & cum perſona cui amatur, quominus eſſet propriè amor concupiſcentiæ; ſicut non obſtare, ne ſit amor amicitiæ, probatum eſt in hac & præcedenti ſectione.

SECTIO VI.

Erga creaturas rationales amorem Dei eſſe amicitiam; aliis quaeſtionibus ad ſua loca remiſſis.

DEum verè, propriéque per amorem verſari diuas circa creaturas, oſtendimus ſupra diſp. 5. ſect. 2. & ſeq. ſect. 3. declaratum eſt, quo modo creata bonitas moueat Dei voluntatem, licet non ſit obiectum formale, ſed materiale. Quod autem creaturas irrationales Deus amet amore concupiſcẽtiæ, quaſi vtiles ſuis amicis, licet Deus nullius vtilitatis accipiendæ ſit capax, & conſequenter illis Deus vtatur, & non fruatur, tractatum eſt in eadem diſputatione quinta, ſectione quinta, ſequenti verò ſectione ſexta, quam ſimplex & vnica ſit tendentia diuini amoris in omnia obiecta dilecta. Tres aliæ concluſiones probatæ ſunt in diſputatione ſexta, videlicet Deum neceſſario diligere quaſlibet creaturas poſſibiles amore ſimplicis complacentiæ, nòn ſolùm in communi, ſed etiam in particulari nullis exceptis creaturis, quantumcumque viliſſimis: & creaturas, non modo prout in Deo continentur; ſed etiam in ſeipſis amari. 1.

His igitur præſuppoſitis circa dilectionem, qua Deus creaturas proſequitur, reſtat exponere, quomodo poſſit eſſe amor amicitiæ Dei erga creaturas rationales, & redamare potentes, & ad beatitudinem peruenire per diuinam gratiam. Ratio dubitandi eſt inæqualitas ſumma, & infinita diſtantia Dei à creaturis. Æqualitas enim eſt vna ex conditionibus amicitiæ, quam exigit 2.

Ratio dubitandi.

Æqualitas amicitia conditio.

Ariſtoteles. Ariſtoteles lib. 8. Ethicor. ad Nicomacum cap. 5. & 7. & lib. 9. c. 3. & 8. & Ethico. Eudemor. lib. 7. cap. 5. fine, & cap. 11. & 12. *Quin potius amicitia inæqualitate quadam conſiſtere videtur: niſi fruſtra dicatur, amatoria eſt æqualitas*; vt idem Philoſophus ait ioitio dicti capitis 11. lib. 7. Eudemiorum Ethicorum.

3. Vnde lib. 8. Ethicor. ad Nicomacum cap. 7. infert: *ſi longe ſeparatus ſit aliquis, vt Deus non amplius manet* amicitia ſcilicet, & l. 7. Eudemior. d. c. 5. ſub initium ait: *Ridiculum eſſe, ſi quis Deo exprobret ſi non pro eo, ac ab hominibus amatur, vi-ciſſim ipſe diligat: aut principi, quod non æqualem amorem ſubditis præſtet.* Atqne ſupra dicto lib. 8. cap. 1 reſert opinionem antiquorum, exiſtimantium amicitiam eſſe ſimilitudinem, & iode nata fuiſſe prooerbia: *Pares cum paribus facillimè congregantur, & graculus cum graculo, & cætera generis eiuſdem.* Quod idem traditur Eccleſiaſtici ca-*Eccleſ. 13.* pite 13. illis verbis: *Omne animal diligit ſimile ſibi; ſic & omnis homo proximum ſibi.* Et poſt pauca: *ſi communicabit lupus agno aliquando; ſic peccator iuſto Quæ communicatio ſancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?* Quod inferius confirmare pergit. Cum igitur inter Deum & homines ſit infinita diſtantia ſanctitatis, ſapientiæ, potentiæ, diuitiatum, & omnium perfectionum; videtur non eſſe poſſibilis æqualitas, quæ requiritur ad amicitiam.

4. *Aſſertio. 5.* Nihilominus dico primò. Nunquam incidit in mentem alicuius Philoſophi, carentis ſupernaturali lumine fidei, poſſibilem eſſe perfectam, & propriè dictam amicitiam Dei ad homines; ſicut nec hominum ad Deum. Hæc enim ſuperat vires naturæ, conſequentérque ſuperat rationem naturalem. Propterea námque ad Epheſ. cap. 3. genibus flexis poſtulat ſupernaturalia dona fidei *Epheſ. 3.* & charitatis à Deo tribui, vt poſſimus *ſcire ſuper eminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.*

5. *Dei ad creaturas rationales amicitia propria.* Dico ſecundò. Deus amicitia propriè dicta proſequitur creaturas rationales: quamdiu ſunt capaces redamandi, & ad beatitudinem peruenienti. Sic docet apertè ſanctus Thomas io præſenti quæſtione 20. art. 2. ad 3. & communiter Scholaſtici lib. 3. ſentent. diſtinct. 32. vbi ſanctus Thomas q. 1. art. 1. ad 2. & art. 2. ad 3. Capreol. lib. 1. diſt. 45. art. 1. concl. 11. Peculiariter eſt notandum hoc affirmare Durandum dicta diſt. q. vnica art. 2. & Scot. eadem diſt. q. vnica prope finem ad ſecundum argumentum; quoniam illis non ſine occaſione, tribuitur oppoſitum. Idem docet Ricardus ibidem art. 1. q. 5. ad 2. collata ſolutione cum argumento. Catthuſian. q. vnica dum refert ſententiam S. Thomæ. Gabriel eadem diſt. 32. q. vnica art. 1. notab. 2. & art. 2. concluſ. 3. Communiter recentiores in Commentariis ad præſentem q. 20. S. Thomæ; necnon 2. 2. q. 23. art. 5. Colligitur autem efficaciter ex Magiſtro lib. 3. ſent. diſt. 27. & ſequentibus, præſertim diſt. 32. & S. Bonauent. ibidem art. 1. qu. 2. in ſolutionibus argumentorum.

6. *Aſſertionis demoſtratio* Demonſtratur, quoniam amicus eſt amico amicus, & amicitia conſtat vtroque extremo redamante ſe mutuo: ſicut vidimus ſect. 4. ſed iuſtus homo per gratiam eſt amicus Dei: ergo Deus eſt amicus hominis iuſti. Minor probatur, nam *Abraham Dei amicus effectus eſt.* Iudith. capite *Iudith. 8.* 8. Iacobi 2. & Iſaiæ 41. & Canticor. 5. *Comedite,* *Cantico. 5.* inquit, *amici.* Pſalm. 138. *Nimis honorati ſunt* *Pſal. 138.* *amici tui Deus.* Sapien. 7. de theſauro ſapientiæ *Sap. 7.* dicitur, *Quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei.* Quapropter in Deo principaliter eſt amicitia cuius participatione perſonæ conſtituũtur amici, ſicut longè inferius ſubditur: *Amicos Dei & prophetas conſtituit,* quemadmodum participatione ſapientiæ ſapientes, & bonitatis participatione boni. Lucæ 12. *Dico autem vobis amicis meis.* Ioan. 15. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio,* & infra: *Vos autem dixi amicos.* *Luc. 12.* *Ioan. 15.*

7. *Tridentin. Amorem Dei erga perſonas rationales propriè amicitiam negare error.* Confirmatur, quia Tridentinum ſeſſione 6. cap. 6. ſub init. decernit per iuſtificationem fieri *ex inimico amicum.* Et Patres eiſdem vocibus *amici* & *amicitiæ* frequenter vtuntur. Quocirca non dubito, quin erroris nota dignum ſit, negare Dei amorem eſſe verè ac propriè amicitiam erga perſonas capaces charitatis & gloriæ.

8. *Ad amorem erga Deum, erga creaturas intellectuales; qualis æqualitas.* Dico tertiò. Viam aperuit Ariſtoteles explicandi æqualitatem, quæ requiritur ad amicitiam Dei erga creaturas intellectuales. Primò, quoniam prædicto libro 8. Ethicorum ad Nicomacum cap. 7. & 11. & 14. & lib. 7. Ethicor. ad Eudemium cap. 5. & 15. diſtinguit genus quoddam amicitiæ, quam appellat *ſupereminentiæ ſecundum exceſſum.* Cuiuſmodi amicitia eſt Regis ad ſubditos, parentum ad filios, & Dei ad homines. Secundò, quoniam aduertit in hoc amicitiæ genere non eſſe poſſibilem numericam æqualitatem, (quam Scholaſtici ſolent appellare proportionis: & Ariſtoteles 5. Ethicorum vocat arithmeticam) ideo ſatis eſſe proportionalitatis æqualitatem, quæ dicitur geometrica, per quam inferior deferat ſuperiori quantum honorem debet illi iuxta vires ſuas (nec enim tenetur vltra vires) at verò ſuperior inferiori conferat vtilitatis, & fauoris quantum debetur ex legibus & pactis illius amicitiæ.

9. *Ariſtoteles.* Sic Ariſtoteles libro octauo Ethicorum ad Nicomacum capite decimo ſecundo in medio ait: *Amicitia, quæ filiorum eſt ad parentes, & hominum ad Deos, vt ad bonum eſt atque excellens.* Quapropter quod in cap. 7. dixerat, exponitur à ſancto Thoma de illo genere amicitiæ, quod ſupponit *æqualitatem in numero,* ſiue arithmeticam, vt ſupra diximus. Inſuper in eodem libro 8. cap. 14. poſt med. ait: *Amicitia namque id expoſcit, quod fieri poteſt, non id, quod eſt pro dignitate. Nec enim in omnibus eſt, vt in honoribus erga Deos & parentes: nemo enim vnquam dignum reddere poteſt. Sed qui quoad poteſt, exequitur, bonus & æquus eſſe videtur.* Et lib. 7. Eudemiorum Ethicorum. cap. 12. circa medium. *Excellens,* inquit, *contrariè conuertit proportionale, iuxtáque diametrum iungit.* Et poſt pauca: *Quocirca aliquo alio æquare & proportionale reddere conuenit; honore, ſcilicet, qui & natura principi & Deo tribuitur à ſubiectis.*

10. *Eccleſ. 27.* Altius autem æqualitatem & ſimilitudinem hominum ſapientium, & amatorum veritatis, ad primam veritatem, tanquam ad exemplar ſuper excellens indicauit Eccleſiaſticus cap. 27. dicens: *Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt; & veritas ad eos, qui operantur illam.* Hæc igitur ſimilitudo ſatis eſt ad ſocietatem ineundam cum Deo. Quod alia ſimilitudine declaratur *Prouerb. 22.* Prouerb. 22. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum Regem.* eum, videlicet, qui ſolus intuetur munditiam cordis.

11. *Inæqualitas quodãmodo ad æqualitatẽ reducitur.* Dico quartò. Inæqualitas quodãmodo reducitur ad æqualitatem; ſi amicus, quantum opus ſit,

ſit, ad amicum ſeſe demittat, vt præcipit Cicero lib. de Amicitia. Sapienter enim Hieronymus Michææ cap. 7. ad illud, *Nolite credere amico,* dixit: *Amicitia pares aut accipit, aut facit: vbi inæqualitas eſt, & alterius eminentia. alterius ſubiectio: ibi non tam amicitia, quam adulatio eſt. Vnde & alibi legimus: ſit amicus eadem anima. Et Lyricus pro amico precans; ſerues, inquit, animæ dimidium meo.*

Hieronym. Michææ.

12. Hanc igitur æqualitatis conditionem, vt exactius aſſequeretur Deus, propter nimiã charitatem, qua dilexit nos, *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Philip. 2. E contrario verò nos ad altiorem ſtatum extulit, etenim *Magna & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* 2. Pet. 1. Sic igitur Deo iam demiſſo ad noſtram humanitatem, & nobis contemperato, nos eleuati ad conſortium diuinitatis, quodammodo æquales euadimus: præſertim quoniam *Cuſtodia legum conſummatio incorruptionis eſt; incorruptio autem facit proximum eſſe Deo,* Sapien. 6. Sic igitur eleuatus homo, minus diſtat à Deo, iam ad nos demiſſo.

Philip. 2.

2. Petr. 1.

Sap. 6.

13. Tandem ob eam cauſam Chriſtus Dominus prædeſtinatus eſt caput omnium iuſtorum, vt aliquis primarius & princeps Dei amicus foret perfectè æqualis Deo, quoniam erat naturalis Filius Dei: Reliqui verò amici diligerentur à Deo, quaſi membra capitis huius, & quaſi vnus amicus integer, qui ſecundum ſe totum conſideratus perfectiſſimam æqualitatem haberet: quamuis ſine illa poſſibilis eſſet amcitia Dei, ſed in alio gradu minus perfecto.

Chriſtus caput iuſtorum prædeſtinatus.

14. Nec obſtat huic æqualitati & amicitiæ ſeruitus, quæ cuilibet creaturæ comparatione Dei conuenit eſſentialiter. Obſtat autem illa ſeruitus quæ coactione tantum, ac pœnæ timore trahitur, & caret familiaritate; de qua tantùm intelligendum eſt illud Ioan. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: Vos autem dixi amicos, &c.*

Ioan. 15.

SECTIO VII.

Deſiderij quidditas diuinæ perfectioni repugnat.

1. DEſiderium bonorũ diuinorum diuinæ voluntati repugnare, manifeſtiſſimum eſt, quoniam illa omnia neceſſariò ſunt præſentia & coniuncta Deo; deſiderium autem non eſt, niſi boni abſentis. Nihilominus docti Recentiores exiſtimant, Deum verè ac propriè habere deſiderium illius boni, quod perſona dilecta nondum habet, & Deus vult illam habere: & talis inquiſit, videtur eſſe volũtas, qua *Deus vult omnes homines ſaluos fieri:* 1. Tim. 2. vt exponit Chriſoſt. hom. 1. ad Epheſ. Ita exiſtimant Suarez lib. 3. de attribut. c. 7. nu. 4. Gabr. Vazq. 1. p. diſp. 84. §. 1. à med. Quam ſententiam Henr. tra. 1. diſp. 20. c. 3. n. 19. limitat, vt Deus ea tantùm bona nobis deſideret, quæ pẽdent à noſtra libera cooperatione.

Diuinorum bonorum deſiderium repugnat Deo. Recentiorum ſententia.

1. Tim. 2.

2. Rationis caput eſt, quoniam amicorum bona ſunt etiam bona diligentis amicos propter vnionem, amicitia contractã, quam diximus ſect. præced. Quapropter amicorum bonũ abſens poteſt eſſe obiectum diuini deſiderij. Quod autẽ Deus præſtat independenter à cooperatione voluntatis

Probatur.

Ruiz de Voluntate Dei.

creatæ, reputatur præſens & habitum comparatione Dei, licet nondum exiſtat actualiter. Chryſoſtomum & alios, qui Deo tribuunt deſiderium ſalutis omnium hominũ, retulimus diſp. 19. ſect. 2. & diſp. 21. ſect. 1. fine, quæ per optatiuum profert Deus in ſacris Litteris Iſa. 48. ad fin. *Vtinam attendiſſes mandata mea,* &c. & Deuter. 5. ad fin. *Quis det, talem eos habere mentem, vt timeant me.*

Iſaia 48. Deuteron. 5.

Vera tamen ſententia ſimpliciter & abſque limitatione deſiderium reiicit à diuina voluntate, propter imperfectionem, quam affert, prout ab amore diſtinguitur: eſt enim de bono, quod nondum habet deſiderans. Ita S. Thom. lib. 1. contra Gentes. c. 89. ratione 6. fine (vbi Ferratien.) & in præſenti quæſt. 20. art. 1. corp. & ad 2. vbi Caiet. Molina, Zumel, Banez, Arrubal, Nazarius, & alij expoſitores communiter, Capreol. autem lib. 1. ſentent. diſt. 45. art. 1. concl. 5. 3.

Vera ſententia deſiderium à Deo reiicit.

Probatur efficaciter, diſcurrendo per varia genera bonorum, ſecundum quod variam habere poſſunt rationem deſiderij. Primo nãque Deus non deſiderabat bona, quæ ſolus ipſe facturus eſt; neque enim concedi poteſt, Deum ab æterno deſideraſſe creationẽ mundi, & nunc deſiderare reſurrectionem omnium mortuorum. Atque hoc ſupponere videntur etiam Suarez & Vazquez. 4.

Deus quæ ipſe ſolus facit non deſiderat.

Secundò, Bona, quæ Deus non ſolus, ſed cooperãte libero arbitrio creato, facturus eſt in hominibus efficaciter; ea Deus non deſiderat, propriè loquendo. Ratio eſt, quoniam proprium obiectum deſiderij eſt bonum abſens cõparatione deſiderãtis, & abſens amicis, quibus deſideratur, pro tempore, pro quo deſideratur. Sed quodcunque bonum Deus efficaciter facit in hominibus in tempore cooperãte libero arbitrio, illud idem ſecundum ſuam realem exiſtentiam ab æterno fuit præſens diuinæ ſcientiæ non aliter, quã poſtquam fuit factum (ſicut probatũ fuit tomo præcedenti diſp. 28.) præterea quibus amicis Deus vult efficaciter illud bonum, adeſt incuitabiliter præſens pro eo tempore, pro quo Deus vult eſſe præſens illis, & pro tali tẽpore nõ eſt abſens: ergo tale bonũ eſſe nequit obiectũm diuini deſiderij. 5.

Nec quæ efficaciter cooperante libero arbitrio facturus eſt.

Deſiderij obiectum proprium.

Confirmatur, quia nemo ſibi, nec ſuis filiis deſiderat ſomnum pro eo tempore, pro quo vult vigiliam ad pugnandum, vel ſtudendum, vel ad aliam operationem; ſed tantùm deſiderat ſomnũ pro tempore, pro quo vult illum ſibi vel ſuis filiis: Quod ſi filium videas actualiter dormire pro tempore pro quo deſiderabas, iam tibi nullũ eſt deſiderium pro illo tẽpore, ſed fortaſſe pro tempore ſequenti, quod tibi non eſt præſens. At verò cuncta tempora ſunt Deo præſentia non minus, quàm eſt nobis modo præſens inſtans illud fugitiuum, quod appellamus nunc. 6.

Tertiò reſtabat maior apparentia deſiderij in illa volitione antecedẽti, qua Deus conditionaliter vult ſalutem eorũ, qui de facto non ſunt cooperaturi, nec conſecuturi ſalutem; quæ volũtas, quantum eſt ex parte Dei, efficax foret, niſi libera cooperatio hominum defuiſſet (ſicut dictum fuit ſupra diſp. 19. ſect. 11. & 12.) Verſatur autẽ iſta voluntas, non tantùm erga reprobos, ſed etiam erga prædeſtinatos comparatione totius temporis, in quo non cooperantur de facto bonis actionibus, quas Deus vult ab illis elici prædicto tempore, præcipiens, aut conſulens, vt tunc fiant, & offerans quæcunque requiruntur, vt fieri poſſint. 7.

Harum igitur bonarum volitionum comparatione, deſiderium propriè dictum repugnare 8.

Ariſtoteles. Ariſtoteles lib. 8. Ethicor. ad Nicomacum cap. 5. & 7. & lib. 9. c. 3. & 8. & Ethico. Eudemor. lib. 7. cap. 5. fine, & cap. 11. & 12. *Quin potius amicitia inæqualitate quadam conſiſtere videtur: niſi fruſtra dicatur, amatoria eſt æqualitas*; vt idem Philoſophus ait initio dicti capitis 11. lib. 7. Eudemiorum Ethicorum.

3. Vnde lib. 8. Ethicor. ad Nicomacum cap. 7. infert: *ſi longe ſeparatus ſit aliquis, vt Deus non amplius manet* amicitia ſcilicet, & l. 7. Eudemior. d. c. 5. ſub initium ait: *Ridiculum eſſe, ſi quis Deo exprobret ſi non pro eo, ac ab hominibus amatur, viciſſim ipſe diligat: aut principi, quod non æqualem amorem ſubditus præſtet.* Atque ſupra dicto lib. 8. cap. 1 refert opinionem antiquorum, exiſtimantium amicitiam eſſe ſimilitudinem, & inde nata fuiſſe prouerbia: *Pares cum paribus facillimè congregantur, & graculus cum graculo, & cætera generis eiuſdem.* Quod idem traditur Eccleſiaſtici capite 13. illis verbis: *Omne animal diligit ſimile ſibi; ſic & omnis homo proximum ſibi.* Et poſt pauca: *ſi communicabit lupus agno aliquando; ſic peccator iuſto. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?* Quod inferius confirmare pergit. Cum igitur inter Deum & homines ſit infinita diſtantia ſanctitatis, ſapientiæ, potentiæ, diuitiarum, & omnium perfectionum; videtur non eſſe poſſibilis æqualitas, quæ requiritur ad amicitiam. *Eccleſ. 13.*

4. *Aſſertio. 1.* Nihilominus dico primò. Nunquam incidit in mentem alicuius Philoſophi, carentis ſupernaturali lumine fidei, poſſibilem eſſe perfectam, & propriè dictam amicitiam Dei ad homines; ſicut nec hominum ad Deum. Hæc enim ſuperat vires naturæ, conſequenterque ſuperat rationem naturalem. Propterea námque ad Epheſ. cap. 3. genibus flexis poſtulat ſupernaturalia dona fidei & charitatis à Deo tribui, vt poſſimus *ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* *Epheſ. 3.*

5. *Dei ad creaturas rationales amicitia propria.* Dico ſecundò. Deus amicitia propriè dicta proſequitur creaturas rationales; quamdiu ſunt capaces redamandi, & ad beatitudinem perueniendi. Sic docet apertè ſanctus Thomas in præſenti quæſtione 20. art. 2. ad 3. & communiter Scholaſtici lib. 3. ſentent. diſtinct. 32. vbi ſanctus Thomas q. 1. art. 1. ad 2. & art. 2. ad 3. Capreol. lib. 1. diſt. 45. art. 1. concl. 11. Peculiariter eſt notandum hoc affirmare Durandum dicta diſt., q. vnica art. 2. & Scot. eadem diſt. q. vnica prope finem ad ſecundum argumentum; quoniam illis non ſine occaſione, tribuitur oppoſitum. Idem docet Ricardus ibidem art. 1. q. 1. ad 2. collata ſolutione cum argumento. Carthuſian. q. vnica dum refert ſententiam S. Thomæ. Gabriel eadem diſt. 32. q. vnica art. 1. notab. 2. & art. 2. concluſ. 3. Communiter recentintes in Commentariis ad præſentem q. 20. S. Thomæ; necnnn 2. 2. q. 23. art. 1. Colligitur autem efficaciter ex Magiſtro lib. 3. ſent. diſt. 27. & ſequentibus, præſertim diſt. 32. & S. Bonauent. ibidem art. 1. qu. 2. in ſolutionibus argumentorum.

6. *Aſſertionis demoſtratio.* Demonſtratur, quoniam amicus eſt amico amicus, & amicitia conſtat vtroque extremo redamante ſe mutuo: ſicut vidimus ſect. 4. ſed iuſtus homo per gratiam eſt amicus Dei: ergo Deus eſt amicus hominis iuſti. Minor probatur, nam *Abraham Dei amicus effectus eſt.* Iudith. capite 8. Iacobi 2. & Iſaiæ 41. & Canticor. 5. *Comedite,* inquit, *amici.* Pſalm. 138. *Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Sapien. 7. de theſauro ſapientiæ dicitur, *Quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei.* Quapropter in Deo principaliter eſt amicitia cuius participatione perſonæ conſtituuntur amici, ſicut longè inferius ſubditur: *Amicos Dei & prophetas conſtituit,* quemadmodum participatione ſapientiæ ſapientes, & bonitatis participatione boni. Lucæ 12. *Dico autem vobis amicis meis.* Ioan. 15. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio,* & infra: *Vos autem dixi amicos.* *Iudith. 8. Cantica. 5. Pſal. 138. Sap. 7. Luc. 12. Ioan. 15.*

7. *Tridentinum. Amorem Dei erga perſonas rationales propriè amicitiam negare error.* Confirmatur, quia Tridentinum ſeſſione 6. cap. 6. ſub init. decernit per iuſtificationem fieri *ex inimico amicum.* Et Patres eiſdem vocibus *amici* & *amicitia* frequenter vtuntur. Quocirca non dubito, quin erroris nota dignum ſit, negare Dei amorem eſſe verè ac propriè amicitiam erga perſonas capaces charitatis & gloriæ.

8. *Ad amorem erga Dei, erga creaturas intellectuales æqualis æqualitas.* Dico tertiò. Viam aperuit Ariſtoteles explicandi æqualitatem, quæ requiritur ad amicitiam Dei erga creaturas intellectuales. Primò, quoniam prædicto libro 8. Ethicorum ad Nicomacum cap. 7. & 11. & 14. & lib. 7. Ethicor. ad Eudemium cap. 5. & 11. diſtinguit genus quoddam amicitiæ, quam appellat *ſupereminentia ſecundum exceſſum.* Cuiuſmodi amicitia eſt Regis ad ſubditos, parentum ad filios, & Dei ad homines. Secundò, quoniam aduertit in hoc amicitiæ genere non eſſe poſſibilem numericam æqualitatem, (quam Scholaſtici ſolent appellare proportionis: & Ariſtoteles 5. Ethicorum vocat arithmeticam) ideo ſatis eſſe proportionalitatis æqualitatem, quæ dicitur geometrica, per quam inferior deferat ſuperiori quantum honorem debet illi iuxta vires ſuas (nec enim tenetur vltra vires) at verò ſuperior inferiori conferat vtilitatis, & fauoris quantum debetur ex legibus & pactis illius amicitiæ.

9. *Ariſtoteles.* Sic Ariſtoteles libro octauo Ethicorum. ad Nicomacum capite decimo ſecundo in medio ait: *Amicitia, quæ filiorum eſt ad parentes, & hominum ad Deos, vt ad bonum eſt atque excellens.* Quapropter quod in cap. 7. dixerat, exponitur à ſancto Thoma de illo genere amicitiæ, quod ſupponit *æqualitatem in numero,* ſiue arithmeticam, vt ſupra diximus. Inſuper in eodem libro 8. cap. 14. poſt med. ait: *Amicitia namque id expoſcit, quod fieri poteſt, non id, quod eſt pro dignitate. Nec enim in omnibus eſt, vt in honoribus erga Deos & parentes: nemo enim vnquam dignum reddere poteſt. Sed qui quoad poteſt, exequitur, bonus & æquus eſſe videtur.* Et lib. 7. Eudemiorum Ethicorum. cap. 12. circa medium. *Excellens,* inquit, *contrariè conuertis proportionale, iuxtáque diametrum iungit.* Et poſt pauca: *Quocirca aliquo alio æquare & proportionale reddere conuenit; honore, ſcilicet, qui & natura principi & Deo tribuitur à ſubiectis.*

10. *Eccleſ. 27.* Altius autem æqualitatem & ſimilitudinem hominum ſapientium, & amatorum veritatis, ad primam veritatem, tanquam ad exemplar ſuper excellens indicauit Eccleſiaſticus cap. 27. dicens: *Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt; & veritas ad eos, qui operantur illam.* Hæc igitur ſimilitudo ſatis eſt ad ſocietatem ineundam cum Deo. Quod alia ſimilitudine declaratur Prouerb. 22. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum Regem.* eum, videlicet, qui ſolus intuetur munditiam cordis. *Prouerb. 22.*

11. *Inæqualitas quodammodo ad æqualitatem reducitur.* Dico quartò. Inæqualitas quodámodo reducitur ad æqualitatem; ſi amicus, quantum opus ſit,

ſit, ad amicum ſeſe demittat, vt præcipit Cicero lib. de Amicitia. Sapienter enim Hieronymus Michææ cap. 7. ad illud, *Nolite credere amico*, dixit: *Amicitia pares aut accipit, aut facit: vbi inæqualitas eſt, & alterius eminentia, alterius ſubjectio: ibi non tam amicitia, quam adulatio eſt. Vnde & alibi legimus: ſit amicus eadem anima. Et Lyricus pro amico precans; ſerues, inquit, animæ dimidium meæ.*

Hieronym. Michææ.

12\. Hanc igitur æqualitatis conditionem, vt exactius aſſequeretur Deus, propter nimiã charitatem, qua dilexit nos, *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Philip. 2. E contrario verò nos ad altiorem ſtatum extulit, etenim *Magna & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* 2. Pet. 1. Sic igitur Deo iam demiſſo ad noſtram humanitatem, & nobis contemperato, nos eleuati ad conſortium diuinitatis, quodammodo æquales euadimus: præſertim quoniam *Cuſtodia legum conſummatio incorruptionis eſt; incorruptio autem facit proximum eſſe Deo*, Sapien. 6. Sic igitur eleuatus homo, minus diſtat à Deo, iam ad nos demiſſo.

Philip. 2. *2. Petr. 1.* *Sap. 6.*

13\. Tandem ob eam cauſam Chriſtus Dominus prædeſtinatus eſt caput omnium iuſtorum, vt aliquis primarius & princeps Dei amicus foret perfectè æqualis Deo, quoniam erat naturalis Filius Dei: Reliqui verò amici diligerentur à Deo, quaſi membra capitis huius, & quaſi vnus amicus integer, qui ſecundum ſe totum conſideratus perfectiſſimam æqualitatem haberet: quamuis ſine illa poſſibilis eſſet amicitia Dei, ſed in alio gradu minus perfecto.

Chriſtus caput iuſtorum prædeſtinatus.

14\. Nec obſtat huic æqualitati & amicitiæ ſeruitus, quæ cuilibet creaturæ comparatione Dei conuenit eſſentialiter. Obſtat autem illa ſeruitus quæ coactione tantum, ac pœnæ timore trahitur, & caret familiaritate; de qua tantùm intelligendum eſt illud Ioan. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: Vos autem dixi amicos, &c.*

Ioan. 15.

SECTIO VII.

Deſiderij quidditas diuinæ perfectioni repugnat.

1\. Deſiderium bonorũ diuinorum diuinæ voluntati repugnare, manifeſtiſſimum eſt, quoniam illa omnia neceſſariò ſunt præſentia & coniuncta Deo; deſiderium autem non eſt, niſi boni abſentis. Nihilominus docti Recentiores exiſtimant, Deum verè ac propriè habere deſiderium illius boni, quod perſona dilecta nondum habet, & Deus vult illam habere: & talis inquiũt, videtur eſſe volũtas, qua *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*: 1. Tim. 2. vt exponit Chriſoſ. hom. 1. ad Epheſ. Ita exiſtimant Suarez lib. 3. de attribut. c. 7. nu. 4. Gabr. Vazq. 1. p. diſp. 84. §. 1. à med. Quam ſententiam Henr. tra. 2. diſp. 20. c. 3. n. 19. limitat, vt Deus ea tantùm bona nobis deſideret, quæ pẽdent à noſtra libera cooperatione.

Diuinorum bonorum deſiderium repugnat Deo. Recentiorum ſententia. *1. Tim. 2.*

2\. Rationis caput eſt, quoniam amicorum bona ſunt etiam bona diligentis amicos propter vnionem, amicitia contractã, quam diximus ſect. præced. Quapropter amicorum bonũ abſens poteſt eſſe obiectum diuini deſiderij. Quod autẽ Deus præſtat independenter à cooperatione voluntatis creatæ, reputatur præſens & habitum comparatione Dei, licet nondum exiſtat actualiter. Chryſoſtomum & alios, qui Deo tribuunt deſiderium ſalutis omnium hominũ, retulimus diſp. 19. ſect. 2. & diſp. 21. ſect. 1. fine, quæ per optatiuum profert Deus in ſacris Litteris Iſa. 48. ad fin. *Vtinam attendiſſes mandata mea*, &c. & Deuter. 5. ad fin. *Quis det, talem eos habere mentem, vt timeant me.*

Probatur. *Iſaiæ 48. Deuteron. 5.*

Vera tamen ſententia ſimpliciter & abſque limitatione deſiderium reiicit à diuina voluntate, propter imperfectionem, quam affert, prout ab amore diſtinguitur: eſt enim de bono, quod nondum habet deſiderans. Ita S. Thom. lib. 1. contra Gentes. c. 89. ratione 6. fine (vbi Ferrarico.) & in præſenti quæſt. 20. art. 1. corp. & ad 2. vbi Caiet. Molina, Zumel, Banez, Arrubal, Nazarius, & alij expoſitores communiter, Capreol. autem lib. 1. ſentent. diſt. 45. art. 1. concl. 5. 3.

Vera ſententia deſiderium à Deo reiicit.

Probatur efficaciter, diſcurrendo per varia genera bonorum, ſecundum quod variam habere poſſunt rationem deſiderij. Primo nãque Deus non deſiderabat bona, quæ ſolus ipſe facturus eſt; neque enim concedi poteſt, Deum ab æterno deſideraſſe creationẽ mundi, & nunc deſiderare reſurrectionem omnium mortuorum. Atque hoc ſupponere videntur etiam Suarez & Vazquez. 4.

Deus quæ ipſe ſolus facit non deſiderat.

Secundò. Bona, quæ Deus non ſolus, ſed cooperãte libero arbitrio creato, facturus eſt in hominibus efficaciter; ea Deus non deſiderat, propriè loquendo. Ratio eſt, quoniam proprium obiectum deſiderij eſt bonum abſens cõparatione deſiderãtis, & abſens amicis, quibus deſideratur, pro tempore, pro quo deſideratur. Sed quodcunque bonum Deus efficaciter facit in hominibus in tempore cooperãte libero arbitrio, illud idem ſecundum ſuam realem exiſtentiam ab æterno fuit præſens diuinæ ſcientiæ non aliter, quã poſtquam fuit factum (ſicut probatũ fuit tomo præcedenti diſp. 28.) præterea quibus amicis Deus vult efficaciter illud bonum, adeſt ineuitabiliter præſens pro eo tempore, pro quo Deus vult eſſe præſens illis, & pro tali tẽpore nõ eſt abſens: ergo tale bonũ eſſe nequit obiectum diuini deſiderij. 5.

Nec quæ efficaciter cooperante libero arbitrio facturus eſt. *Deſiderij obiectum proprium.*

Confirmatur, quia nemo ſibi, nec ſuis filijs deſiderat ſomnum pro eo tempore, pro quo vult vigiliam ad pugnandum, vel ſtudendum, vel ad aliam operationem; ſed tantùm deſiderat ſomnũ pro tempore, pro quo vult illum ſibi vel ſuis filiis: Quod ſi filium videas actualiter dormire pro tempore pro quo deſiderabas, iam tibi nullũ eſt deſiderium pro illo tẽpore, ſed fortaſſe pro tempore ſequenti, quod tibi non eſt præſens. At verò cuncta tempora ſunt Deo præſentia non minus, quàm eſt nobis modo præſens inſtans illud fugitiuum, quod appellamus nunc. 6.

Tertiò reſtabat maior apparentia deſiderij in illa volitione antecedẽti, qua Deus conditionaliter vult ſalutem eorũ, qui de facto non ſunt cooperaturi, nec conſecuturi ſalutem; quæ volũtas, quantum eſt ex parte Dei, efficax foret, niſi libera cooperatio hominum defuiſſet (ſicut dictum fuit ſupra diſp. 19. ſect. 11. & 12.) Verſatur autẽ iſta voluntas, non tantùm erga reprobos, ſed etiam erga prædeſtinatos comparatione totius temporis, in quo non cooperantur de facto bonis actionibus, quas Deus vult ab illis elici prædicto tempore, præcipiens, aut conſulens, vt tunc fiant, & offerans quæcunque requiruntur, vt fieri poſſint. 7.

Harum igitur bonarum volitionum comparatione, deſiderium propriè dictum repugnare 8.

Deo, probatur, quia quando præſens videtur negatio boni, non deſideratur illud bonum, pro illo tempore. Nemo quippe ſibi, nec filio ſuo ſalutem deſiderat pro eo tempore, quo præſentem eius morbum videt, ſed pro tempore ſequenti, in quo nondum videt eum ægrotare. Quapropter quando deſiderium dicitur tendere in bonum abſens, eo ipſo intelligitur etiam tendere in bonum futurum. Sed comparatione Dei præſentes ſunt ab æterno negationes & omiſſiones omniũ bonarum operationum, quibus in quocunque tempore creatæ voluntates non ſunt cooperaturæ: ergo pro illis temporibus eſt impoſſibile deſiderare prædictas volitiones.

9. *Confirmatio 1.* Confirmatur 1. Sic enim S. Thom. lib. 1. contra Gentes dicto cap. 89. ratione 6. fine, comparat deſiderium cum ſpe, quantum ad imperfectionem reſpiciendi bonum non obtentum, ſed obtinendum: reſpicit ergo futurum. Poteſt eſſe confirmatio 2. quia nemo deſiderat, quod poteſt efficaciter obtinere, ſi vult, & quando vult: ſed tamen abſolutè non vult. Deus autem cum ſit omnipotens liberam cooperationem à quacunque voluntate poterit obtinere quocunque tempore voluerit efficaciter; quamuis eam obtinere non poſſit per ea media tantùm, & eas circunſtantias, ſub quibus præuidit per ſcientiam conditionatam hominis cooperationem eſſe defuturam. Hæc ratio per ſe ſola non ſufficeret, quia dici poſſet, Deum deſiderare, vt homo cooperaretur etiam ſub illis circunſtantiis. Verum aliquid confert aliis copulata.

10. Poſtremò quod alij dicunt, propterea Deum nihil extra ſe deſiderare, quoniam nullo indiget, nec ex eo creſcit Dei fælicitas; non videtur ſatisfacere; quoniam ſicut amat bonum aliis præſertim amicis tanquam ſibi coniunctis per amicitiam; ita poſſet deſiderare; niſi obſtaret ratio ſupra dicta.

SECTIO VIII.

Spem repugnare voluntati diuinæ.

1. *Spes Deo repugnat.* NVllum eſt inter Scholaſticos diſſidium circa concluſionem theologicam, præfixam in titulo ſectionis: omnes enim agnoſcunt aliquam imperfectionem in ſpei quidditate contineri. Sed quænam ſit iſta imperfectio, magnam difficultatem authoribus excitat. *Quid de ſpe ſentiat. S. Thomas.* S. Tho. in præſenti art. 1. corp. & ad 2. atque alibi 1. contra Gentes cap. octageſimo nono, §. 6. non aliam rationem imperfectionis aſſignat ſpei, præter illam, quam aſſignat deſiderio, videlicet, vt eius obiectũ ſit bonum, *non obtentum, ſed obtinendum.* Nec dubium eſt, quin hæc etiam conditio futuritionis requiratur in obiecto ſpei, cum iſte affectus ſit futurorum, vt Ariſtoteles docuit lib. 1. Rhethoricor. cap. 11 circa med. & cap. 12. circa med. & lib. 2. Rhethoricor. cap. 11. circa med. & lib. de memoria, & Reminiſcent. cap. 1. Cui conſonat Cicero libro quarto Tuſculanarum. *Rom. 8.* Clarius autem Ambroſius Roman. 8. ad illud: *Spes quæ videtur non eſt ſpes.* Vbi Chryſoſtomus & Theophylactus, *Auguſtinus.* Auguſtinus autem epiſtola 121. ad Probam, columna ſexta declarat in verbis Domini Lucæ 6. ſignificari *ſpem in ouo, quia vita pulli nondum eſt, ſed futura eſt; nec iam videtur, ſed adhuc ſperatur. Spes enim quæ videtur non eſt ſpes.* De quo iterum inferius comparatione ſcientiæ & voluntatis æternæ, prout explicatum eſt in præcedenti ſectione: ideóque non modo comparatione diuinorum bonorum, ſed etiam comparatione cuiuſlibet alterius boni, quod Deus vult ſuis amicis in Deo non eſſe poſſibilem ſpem propriè dictam, rectè Ferrar. explicuit in dictum cap. 89. §. *Sed occurrit.*

3. *Ratio Vazquez & Suarez.* Vazquez prima parte diſputatione 84. capite 1. iudicat, veram rationem eſſe quoniam ſpes reſpicit illum, à quo res aliqua ſperatur; tanquam ſuperiorem, & potentiorem, qui poſſit præſtare id, quod ſperatur, in quo ratio formalis obiecti huius affectus conſiſtit: nam à ſeipſo nullus propriè ſperare dicitur: & forſan, inquit, in hoc conſiſtit ratio difficilis, quam dicit ſanctus Thomas ad obiectum ſpei pertinere: Deus autem nullum reſpicere poteſt tanquam potentiorem & ſuperiorem. Ab hac ratione parum diſſidet Suarez prima parte, libro tertio de Attributis capite ſeptimo, numero octauo, cum ait: Spes dicit tendentiam ad bonum conſequendum virtute alterius: nam quod quis habet in manu ſua & voluntate, non ſperat.

4. *Bonum à ſola propria voluntate dependens ſperatur.* Nihilominus vtraque ratio nimium limitat obiectum ſpeciei: poterit enim aliquis à ſe ipſo ſperare futuro tempore, propriis laboribus & conatibus eſſe conſequendum aliquod bonum arduum quod ab alterius voluntate non pendet; ſic enim ſcientiam aliquam naturalem, aut artem canendi, vel ſcribendi, vel aliam ſimilem, quæ ſolis viribus naturæ, ſuppoſito Dei generali concurſu, quin etiam ignorata neceſſitate diuini concurſus, Ethnici ſperabant, neque enim ſine ſpe conſequendi laborare potuiſſent. *Ratio à priori.* Eſt autem à priori ratio, quoniam futura voluntas ſubeundi labores, non eſt tempore præſenti conſtituta in voluntate hominis: ideo ſicut timere poteſt nunc ne poſtea mutet voluntatem: ita poteſt ſperare fore, vt in eadem voluntate perſeueret; ſicut è contrario qui diffidunt de ſua futura voluntate, ſe coniiciunt in aliquod genus impoſſibilitatis, ne mutare poſſint decretum. Adde quod ſola dubitatio probabilis de viribus propriis, an futuræ ſint pares & ſufficientes ad ſuperandam difficultatem, eſſe poteſt conditio conſtituens obiectum ſpei & timoris; licet nihil ab alienis viribus ſperetur.

5. *Ratio ſolidior ſpei à Deo remouenda.* Solidior igitur eſt ratio, quæ ſummam imperfectionem ſpei conſtituit in arduitate, quam requirit in bono ad quod aſſurgit. Quemadmodum S. Thom. docuit 1. 2. quæſt. 40. art. 1. corp. & 2. 2. quæſtion. 17. artic. 5. & 1. part. quæſt. 81. art. 2. corp. Ariſtoteles autem, quamuis expreſsè non indicauerit, arduitatem eſſe requiſitam in obiecto ſpei; nihilominus eam ſupponere videtur locis ſupra citatis. Colligi poteſt ex Paulo. Rom. 8. cum ait: *Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem, quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.* *Rom. 8.* Obſerua patientiæ neceſſitatem eſſe nullam, niſi difficultas aliqua reſtiterit ſuperanda, tolerando laborem & triſtitiam, vt obſeruauit S. Thom. Rom. 8. lectione 5. ante medium.

Chryſoſtomus etiam Rom. 8. ſerm. 14. duabus columnis ante morale ſic ponderat. *Quod ſi, quæ non videmus ſperamus, per patientiam expectamus.*

Nam velut laborantem Deus, ac fatigatum, innumeráque paſſum, ita ſperantem coronat: Ipſum enim patientiæ nomen, ſudorum eſt multæq; tolerantia. Multáque ſubiungit in eandem ſententiam. Eodem modo locum ponderat Theophyl. Conſonántque Theodor. & Ambroſ ibi, ſed minus expreſsè.

7. Aug. in Pſ. 91. ſub init. *Si autẽ,* ait, *quod non videmus, ſperamus, per patientiã expectamus. Modo ergo patiẽtia neceſſaria eſt, quãdiu veniat quod promiſſum eſt. Nemo autem patiens eſt in bonis. Quando dicitur patiẽs eſto, moleſtia eſt, ſub qua te Deus vult eſſe fortẽ.* Idem fuſiùs probat bona parte ſermonis 25. de verbis Apoſtoli Rom. 8. Conſonat autem de Ciuit. lib. 10. cap. 25. poſt med. & lib. 15. toto c. 18.

8. Confirmatur denique, quoniam ſpes appetitus intellectualis ſua proportione correſpondet ſpei appetitus ſenſitiui, qui per iraſcibilem partem aſſurgit ad ſuperandam difficultatem, & repugnandum contrariis, impedientibus bonum concupitum, vt explicuit S. Thom. 1. p. q. 81. art. 2. corp. & q. 82. art. 5. Cæterùm hæc amplius corroborarẽ, ſolutis obiectionibus, & refutatis contrariis opinionibus, non eſt instituti præſentis, ſed tractari debet aut circa paſſiones iraſcibilis 1. 2. quæſt. 42. vel circa Theologicam virtutem ſpei 2. 2. q. 17. Vnde ſequitur tandem intelligendam eſſe metaphoram, quoties ſpem Deo tribuũt ſacræ Litteræ, vt Iſaia 5. *Expectaui vt facerem vuas, fecit autem labraſcas;* quia tantam vineæ culturam adhibuit, quanta ſufficeret, vt ferret vuas. Similiter Iſai 30. *Expectat Dominum vt miſereatur veſtri.* — *Iſai 5. & 30.*

ARTIC. III.

Vtrùm Deus æqualiter diligat omnia.

ARTIC. IV.

Vtrùm Deus ſemper magis diligat meliora.

DISPVTATIO LIII.

Qualis eſſe potuerit inæqualitas amoris erga quodlibet amabile.

SECTIO I.

Inæqualitas tribuendi maius bonum, & principaliter amandi, per formalitatem increatam & intrinſecam volitioni diuinæ.

1. *Ex parte actus diuinæ voluntatis nulla inæqualitas.*

PRIMA concluſio ſit, in quàm omnes Scholaſtici conſpirant: conſtat autem duplici membro. Primum. Ex parte actus diuinæ voluntatis nulla eſt inæqualitas intentionis, aut feruoris aut efficacitatis, per quam amet vnum obiectum intenſius, aut feruentius, aut efficacius, quam aliud. Secundum. Ex parte boni, quod Deus vult obiectis amatis, Deus magis amat vnum, quam aliud, quoniam illi vult maius bonum, & conſequenter maius bonum ei confert præſenti tempore, vel præparat maius bonum in ſæculo futuro tribuendum. Ita Magiſter lib. 3. ſentent. diſtinctione 32. capite 2. & 3. Alexand. 1. parte quæſtione 31. memb. 3. ſanctus Thomas in præſenti quæſtione 20. artic. 3. & 4. & lib. 1. contra Gentes cap. 91. circa medium, & libro 3. ſentent. diſtinctione 32 quæſtione 1. attic. 4. Communiter Scholaſtici in eadem diſt. 32. Vbi S. Bonau. art. 1. qu. 3. corp. Ricardus art. 2. quæſt. 1. Durand. quæſt. vnica art. 3. Scot. ſimiliter q. 1. art. 3. Argentina qu. vnica art. 4. concl. 3. Catthuſ. quæſt. vnica. Gabriel. qu. vnica. Henricus in ſumm. art. 46. quæſt. 6. ad 3. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 91. citato. Caietan. & omnes expoſitores ad præſentem articulum 3. & 4. nomine contradicente.

Sanctus Thomas probat teſtimonio Auguſtini tract. 110. in Ioan. ad med. dicentis: *Omnia diligit Deus, quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, vt ex illis eas amplius, quæ ſunt membra vnigeniti ſui: & multo magis ipſum vnigenitum ſuum.* Ratione præterea probat, quia nulla res creata poteſt aliquod bonum habere, niſi quod ei contulerit diuina cauſalitas. Deus autem, nihil cauſat niſi per voluntatem: ergo Deus vult maius bonum cauſare in creaturis, quæ de facto ſunt perfectiores, & vult minus bonum cauſare in creaturis, quæ de facto ſunt imperfectiores, quocunque modo contingat inæqualitas perfectionis, ſiue eſſentialiter, ſiue accidentaliter. — 2. *Auguſtini teſtimonio & ratione probatur.*

Secunda concluſio. Conſiſtit etiam inæqualitas diuinæ dilectionis in eo, quod magis principaliter amat vnum bonum propter ſeipſum tanquam finem, aliud autem bonum minus principaliter amat; tanquam medium propter finem. Ita docet Scot. 3. diſtinctione 32. quæſtione vnica artic. 3. fuſiùs explicans prioritates & gradus, ac totidem verbis Gabriel in eadem diſt. 32. quæſt. vnica art. 1. notab. 3. Nec contradicunt cæteri Scholaſtici, quamuis locis nuper citatis hanc inæqualitatem non expreſſerint: alibi namque fatentur illam, quando de variis bonis tractant circa prædeſtinationem aut reprobationem, aut circa Incarnationem. — 3. *Deus principalius vnum bonũ quàm aliud amat*

Explicatur amplius, ac demonſtratur concluſio, quia Deus ſeipſum, ac tres perſonas Trinitatis infinita ſimpliciter appreciatione diligit ſupra quodlibet aliud diligibile propter ſeipſum, vt propter obiectum formale, & vltimum finem cuiuſlibet dilectionis: ſicut probatum eſt diſputatione 3. & 4. Attamen cætera diligibilia non ita diligit, ſed appretiatione infinitè minori, non propter ſeipſa, ſed propter Deum. Rurſus appretiatione maiori principaliúſque diligit prędeſtinatos, tanquam finem proximum, ad quem ordinantur etiam præſciti: maioríque appretiatione ac principalius diliguntur homines, quam irrationales creaturæ, quippe quæ propter hominem, vt propter finem amantur; vt dicemus ſtatim. — 4. *Concluſionis demõſtratio.*

Vnde ſequitur, ſtolidiſſimum fuiſſe quorundam errorem, qui dicebant, Deo chariora eſſe bruta, quam homines; quoniam minori labore viuunt: & vniuerſum eſſe factum propter bruta, non propter homines. Aduerſus hunc errorem ſcribit Origenes in Philochalia, ſiue amore pulchri capite 20. Ponitur autem hic liber in fine operum Origenis. Ac certè parùm à brutis mentem eleuarunt, qui fœlicitatem illorum noſtræ præferendam eſſe putarunt. Reuincuntur autem ipſo lumine naturæ, quo finem rerum omnium hominem eſſe demonſtrauit Ariſtoteles libro ſecundo Phyſic. text. 24. dicens: *Non enim quoduis vltimum finis eſt, ſed id, quod eſt optimum:* & poſt pauca: *Vtimur: quia omnia ſunt gratia noſtri. Sumus enim nos quodammodo finis. Id enim cuius gratia cætera ſunt, dupliciter dicitur.* Porro. *Quod propter ſe eligendum, eligibilius eſt eo eligendo.* — 5. *Quorundam error.* *Ariſtoteles.*

quod eſt propter aliud. Et finis, ijsque ſunt ad finem, eligibilior videtur eſſe, vt ſcribit Ariſtoteles libro tertio, Topicor. capite 1. loco 4. & 12. Quod autem eligibilius eſt, eo ipſo conſtituitur præferendum volitione, magiſque diligendum.

6. *Clemens.* Probat eandem veritatem Alexand. Clemens lib. 1. Pedagogi cap. 8. à principio, quoniam pulchrius bonum amatur magis. *Quod ſi nihil*, ait, *odio habet eorum, quæ ab ipſo facta ſunt, reſtat, vt id diligat Longe autem pluſquam alia iure hominem diliget, quæ eſt pulcherrimum animal eorum, quæ ab ipſo effecta ſunt, pietate ac religione præditum.* Denique 1. Corint. 9 *Nunquid de bobus cura eſt Deo,* Cum tamen 1. Petri 5. *Ipſi eſt cura de vobis.* Et Sap. 4. *Gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius.* & 2. Timoth. 2. *Omnia propter electos* Videri poteſt Bernard. ſerm. 68. in Cantic. ad illud. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* & Athanaſ. lib. de Incarnat. Verbi, & eius aduen.

1. Corinth. 9. 1. Petri 5. Sap. 4. 2. Tim. 2. Col. 3.

7. *Formalitas magis amandi perfectio increata Dei.* Tertia concluſio maius bonum, vel actio per quam producitur maius bonum non conſtituit formaliter, neque complet liberum amorem Dei, quatenus vnam creaturam diligit magis, quam aliam: ſed hæc formalitas magis amandi, realis perfectio eſt, increata, & intrinſeca Deo, ſicut eſt increata & intrinſeca perfectio liberæ volitionis. Conlcuſionem iſtam in memoriam reuocate; notando illam eſſe contentam in generali doctrina, quam ex profeſſo probauimus ſupra diſp. 11. 12. & 13. propterea neceſſarium fuit loco præſenti, quoniam ex doctrina S. Thomæ, quam retulimus concluſione 1, quidam authores occaſionem arripiunt oppoſitum affirmandi. Cum enim aſſerat S. Thomas, ex parte voluntatis diuinæ Deum non amare magis vnum, quam aliud bonum; ſed tãtùm ex parte boni, quod vult amato; ſequi videtur, hanc formalitatem maioris dilectionis non eſſe Deo intrinſecam, & formaliter in eo exiſtentẽ, ſed ſolam denominationem, extrinſecam à maiori bono, quod vult, & cauſat.

Aliqui oppoſitum ex S. Tho. deducũt.

8. *Magiſter.* Idem pari ratione poſſet inferri ex verbis Magiſtri lib. 3 ſent. diſt. 32. cap. *Conſideratur: Dilectio Dei non recipit magis & minus ſecũdum eſſentiam, ſed tantùm ſecundum efficientiam.* Vbi S. Bonauent. art. 1. q. 2. corp. ait: *Dilectio Dei potius dicitur eſſe dilectio effectus, quam affectus.* Quibus ſimilia ſcribit Ricard. eadem diſt. 32. art. 1. & 2. Henricus in ſumma art. 46. q. 6. ad 3. ait, Deum amare magis *non ſecundum ſubſtantiam amoris, ſed ſecundum maiorem bonitatem, quam cauſat.* Alexand. 1. p. q. 31. mem. 2. & 3. ac præſertim mem. 4. perſiſtit in eo, quod amor Dei, prout verſatur circa creaturas. ſolum connotatum, producendum in tempore, addit ſupra Dei amorem, prout verſatur circa Deum. Alij Scholaſtici multiplici modo loquendi ſolent à Deo remouere inæqualitatem amoris, & totam inæqualitatem ad obiecta creata reiicere.

S. Bonauent. *Henricus.*

9. Nec mirandum eſt antiquiores ita fuiſſe locutos; cùm vniuerſaliter de præſcientia futurorum, de prouidentia & prædeſtinatione, de volitione libera, & quolibet actu ſupponente volitionem liberam, ita loquantur, ac ſi conſtituerentur per relationem rationis, aut denominationem extrinſecam, reſultantem ex obiectis contingentibus, quæ potuerunt non eſſe ſicut retulimus diſp. 11. ſect. 3.

10. Nihilominus iidem authores in locis nuper citatis, & in alijs multis alias veritates tradunt, ex quibus demonſtratur, formalitatem maioris amoris eſſe realiter in Deo prius ratione, quam adueniat extrinſeca denominatio à creaturis; quoniam expreſsè dicunt, maiorem Dei amorem eſſe cauſam tribuendi maius bonum: & ab æterno fuiſſe maiorem dilectionem vnius quam alterius & præparatum eſſe maius bonum vni, quàm alteri, prius ratione, quàm eius merita præuiderentur eſſe futura; quæ omnia verificari nequeũt, niſi formalitas magis amãdi ſit increata & intrinſeca Deo: nihil enim aliud à Deo poteſt eſſe principium cauſatiuum maioris boni, nec cauſa determinans ad maius bonum producendum. Veruntamen hanc rationem cum aliis pluribus fuſiùs ponderauimus diſputationibus ſupra citatis.

Quocirca neceſſarium eſt, S. Thomam & cæteros Scholaſticos, proximè citatos, nihil amplius intendiſſe, quàm à diuina volitione ſimpliciſſima & æterna remouere quamlibet diſtinctionem ante opus intellectus, & quamlibet mutationem aut nouitatem, aut inæqualitatem (qualis in nobis eſt ratione intẽſionis, aut feruoris; vt expreſsè dicunt) relinquendo ſolummodo perfectionem realem & eminentiſſimam, quæ per comparationem ad volita dicatur inæqualis, quatenus verè ac realiter vult cauſare maius bonum in vno, quam in alio. ſic tamen, vt totum hoc velle ſit intrinſecum, increatum & realiter exiſtens in actu diuino determinarè priùs ratione, quam intelligatur effectus eſſe cauſandus. 15. *S. Thomæ & cæterorum Scholaſticorum mens.*

Vnus inter antiquiores hoc animaduertit. 12. *Carthuſ.* Carthuſianus lib. 3. diſt. 32. q vnica prope finem, ad ſententias S. Thomæ, S. Bonauent. & aliorum quas prius retulerat, adiungens hanc explicationem: *Poteſt dici maior dilectio Dei, etiam ex parte ipſius dilectionis, non ſecundùm id quod eſt, ſed per relationem & reſpectum ad eius amatum, ſecundum quod maius bonum vult vni, quam alteri, ita quod hoc non eſt ſolum ex parte voliti, ſed ex volentis per reſpectum ad volitum.* Obſerua præſertim poſtrema verba.

Corollarium ex dictis eſt, non eſſe bonam illationẽ, per quam ex præſenti articulo 3. S. Thomæ deducitur, ante præuiſa merita non magis vnum, quàm alium amari, nec eligi ad vitam æternam; ſicut argumentatur Vaſquez in explicatione præſentis articuli tertij, ſed fuſiùs infra diſputat. 89. cap. 13. num. 121. & ſequentibus. Vtrobique tamen non explicat iſtius illationis vim ex eo potiſſimum pendere, quod diſp. 80. cap. 2. fuerat opinatus aduerſus volitionem liberam; quæ tota & integra ſit realis & intrinſeca Deo. Nunc obiter obſeruandum eſt, pari ratione debuiſſe negare inæqualitatem volendi maiorem gratiam vni, quàm alteri ante præuiſa merita; nam ſi poteſt intra diuinam volitionem eſſe realiter vis determinandi ad maiorem gratiam ante præuiſa merita; eadem ratione poterit eſſe realiter vis determinandi ad maiorem gloriam ante præuiſa merita; quia quod attinet ad inæqualitatem diuinæ volitionis & intrinſecum diſcrimen, eadem eſt ratio, licet quantum ad tribuendam gratiam vel gloriam propter merita ſit ratio longè diuerſa. 13.

SECTIO

SECTIO II.

Vtrùm ſit poſſibile magis vnum amare, quàm alium, abſque productione maioris boni.

1. PRo negatiua parte videtur eſſe communis ſcolaſticorum ſententia, quos ſectione præcedenti pro concluſione prima citauimus, in eo tantùm conſtituentes inæqualitatem amoris, quod inæqualia bona producat.

2. Breuiter tamen reſpoodeo, illos eſſe intelligendos regulariter, ac de potentia ordinaria, vel intelligendos eſſe oon tantùm de reali productione realis boni, ſed etiam de prodoctione ſecundùm rationem, quà, videlicet, tribuitur aliquod ens rationis, moraliter æſtimabile tanquam maior dignitas & excellentia. Quod probo primò generaliter, quoniam ſine reali diuerſitate creaturarum poſſibile fuit, Deum voluiſſe, quod de facto noo voluit; vt probatum fuit ſupra diſp. 12. ſectione 2. & 3. ergo ſine reali diuerſitate creaturarum poſſibile fuit alicui creaturæ voluiſſe bonum, quod de facto non voluit; hoc aotem ipſum foret plus amauiſſe, nam plus amat, qui plura bona vel maiora vult.

Abſque productione maioris bona maior Dei amor.

3. Secundò probo magis in particulari, quoniam Dei maior dilectio eſt gratiam & reliqua bona creata prębere cuidam homini propter efficacem intentionem tribuendi tantam gloriam, & tali præparatione voluntatis, vt ex vi præſentis decreti Deus contuliſſet multò maiora media, ſi cognouiſſet, per ea media, quæ de facto collata ſunt, non obtineri de facto tantam gloriam. Minor autem dilectio foret alteri præbere gratiam & reliqua bona creata in eodem bonitatis gradu, quo tributa ſunt priori prædeſtinato, ſed non propter efficacem intentionem ei tribuendi tantam gloriam, imò nec tribuendi gloriam: quamuis poſt præuiſa merita prorſus æqualia, Deus efficaciter vellet æqualē omnino gloriam huic ſecundo præbere; ſicut & primo. Caſus iſte poſſibilis eſt de potentia abſoluta non aliter, quàm eſt poſſibilis modus prædeſtinandi poſt præuiſa merita: in hoc igitur caſu nulla poteſt aſſignari ſolida ratio impoſſibilitatis, propter quam in vno & in altero homine prædicto non potuerint eſſe cuncta bona viæ & patriæ in eodem gradu bonitatis realis: attamen maius bonum non reale, ſed morali æſtimatione dignum magno pretio, foret illa denominatio extrinſeca à diuina volitione, quatenus efficaciter decreuit tantam gloriam ante præuiſa merita, & tali præparatione voluntatis, vt ex vi præſentis decreti cootuliſſet multò maiora media, ſi non eſſet obtinendus effectus ſine illis. Hæc enim eſt magna dignitas extrinſeca iſtius prædeſtinati; ſed tamen realis forma, à qua prouenit, eſt increata volitio libera Dei.

Prædeſtinatio poſt præuiſa merita de potentia abſoluta.

Maius bonū morale.

4. Tertiò. Potuiſſet Deus de potentia abſoluta prædeſtinate vnum hominem propter alium prædeſtinandum, etiam aote opera præuiſa; ita vt ex vi præſentis decreti, non prædeſtinaret, Franciſcum, v. g. niſi prædeſtinaſſet Martinum, ad cuius prædeſtinatiooē debet deſeroire Franciſcus: è contrario tamen ex vi præſeotis decreti prædeſtinaret Martinum, etiamſi non prædeſtioaret Franciſcum. In hóc nulla reperitur implicatio contradictionis, oec potuerint æqualia bona viæ & patriæ conferri à Deo, cum ſolo illo diſcrimine, quo Martini prædeſtinatio præfertur, quoniam illa foret ſine prædeſtinatione Franciſci, ſed non è contrario. Tunc nemo dubitabit, ex vi præſentis decreti maiori appretiatione, magíſque diligi Martinum, quàm Franciſcum; licet omnia realia bona ſupponamus æqualia tribui. Sola qoædam dignitas non realis, ſed conſiſtens in extrinſeca deoominatione, tribuitur Martino, quæ magnum quoddam bonum eſt ſecundùm æſtimationem moralem.

Prædeſtinatio vnius dependenter à prædeſtinatione alterius.

Quartò, Remittere peccati reatum abſque vllo dono ſupernaturali collato, & abſque reali qualibet hominis mutatione poſſibile fuit de potentia abſoluta. Sed ille homo cui peccati reatus ita remitteretur eo ipſo magis diligeretur à Deo, quam alter homo, cui noo remitteretur peccati reatus: ergo de poteotia abſoluta poſſibile eſt Deum diligere magis eum, cui nullum reale bonum maius confert: veruntamen confert doonm quod ſecundùm moralem æſtimationem eſt magni pretij. Eodem modo philoſophari licebit de duobus hominibus, quos Deus creare poterat in puris naturalibus, cum omnimoda æqualitate realium donorum; ſed tamen poſtea poſſet vnum eleuare ad amicitiam prorſus extrinſecam abſque vllo reali dono collato, oon eleuando alium. 5.

Peccati remiſſio abſque reali mutatione.

Quintò. Per ſacramentalia Deus venialia peccata iuſtis de facto remitit: potuiſſet autem manentibus eiſdem realitatibus & operationibus, non remittere venialia, quod ipſum eſſet minus diligere, abſque detractione realitatis alicuius. Quod ſi reſpondeas manere deputationem ad realem pœnam: addo fuiſſe de potentia abſoluta poſſibile remitti deputationem ad pœnam, non remittendo culpam. 6.

Per ſacramentalia remittuntur.

Remiſſio pœnæ abſque remiſſione culpæ.

Sextò. De potentia abſoluta potuit Deus Chriſtum Dominum, in quantum eſt homo, non conſtituere caput Angelorum, nec tribuere Angelis gratiam & gloriam propter merita Chriſti Domini, nec ordinando illam ad Chriſtum, vt ad finem, & caput; ſed potuit ex vi poſſibilis alicuius decreti, prorſus independenter à Chriſto Domino, præbere gratiam & gloriam, perinde ac ſi nunquam futurus eſſet in mondo Chriſtus Dominus. Hæc omnia potuerunt ita diſponi manentibus eiſdem boois omnibus in eodem gradu reali, tam in humanitate Chriſti Domini quàm in omnibus Angelis. Tunc igitur aliquo modo fuiſſet minus dilecta humanitas Chriſti Domini, quatenus illi non fuiſſet collata digoitas illa capitis: nunc autem eſt magis dilecta. 7.

Potuit Deus Chriſto dignitatem capitis non conferre.

Septimò. Qui de facto nullum realem in ſe ipſis fructum capiunt ex redemptione Chriſti Domini & Sacramentis Eccleſiæ: minus dilecti fuiſſent à Deo, ſi non fuiſſet ad eorum ſalutem deſtinata redemptio, & Sacramenta, quantum eſt ex intentione Dei: nunc autem ſunt magis dilecti; licet nihil reale ſuſcipiant amplios, quàm in eo caſu reciperent. 8.

Sacramentorum fructum non capientes minus dilecti fuiſſent.

Hæc & ſimilia exempla vim probandi, quod intendunt, & ſe protegendi ab obiectionibus accipiunt ex dictis ſupra tota diſp. vndecima, & duodecima, quarum doctrina corroboratur vt explicatur amplius præſentibus exemplis; quoniam hæc nullo modo patiuntur liberæ volitionis determinationem, aut vltimam conſtitutiogem à rebus creatis prouenire. 9.

SECTIO III.

Quænam amoris æqualitas doceatur quando Sap. 6. Æqualiter, *inquit*, eſt illi cura de omnibus.

1. *Obiectio.* ADuerſus inæqualitatem amoris, traditam in ſect. 1. ſolet opponi, quoniam cura Dei, & prouidentia rerum prouenit ex illatum amore: Sed æqualis eſt rerum omnium cura. Ergo amor eſt itidem æqualis: nec enim potuiſſet nō magis curare de rebus, quas amplius dilexiſſet. *S. Thomæ ſolutio.* S. Thomas in præſenti q. 20. art. 3. ad 1. reſpondet, æqualitatem diuinæ curæ conſiſtere in eo, quod ex æquali ſapientia & bonitate cunctas res adminiſtret vno ſimplici & vniformi actu volitionis. Eodem modo declarat eundem Sap. locum. 1. 2. q. 5 t. art. 4. ad 1. & q. 1 t a. art. 4. ad 1. Ricardus lib. 3. ſentent. diſt. 32. art. 2. q. 1. ad 1. vbi Durand. q. vnica ad 1. & Carthuſian. q. vnica. column. 4. atque iterum Durand. 1. diſt. 39 q. 3. art. 3.

2. *Etſi vera nō plena.* Vera quidem eſt hæc doctrina, ſed non plenè declarans æqualitatem intentam in prædicto Sap capite: vt magis conſtabit ſtatim. Eſt etiam magis metaphyſica, quam pro more doctrinæ veteris Teſtamenti. *Solutio plenior.* Plenior igitur, & textui accommodatior expoſitio continet, eam æqualitatem, quæ directè pugnat cum acceptione perſonarum. Seruat autem Deus hanc æqualitatem *Æqualitas in præſcribendis legibus.* in præſcribendis legibus, tam naturalibus quàm ſupernaturalibus, & in damnandis earum tranſgreſſoribus. Nam in hoc genere nullam perſonam excipit cuiuſque ſtatus, aut conditionis, ſed omnes perſonas æqualiter obligat, & omnes æqualiter damnat, ac punit, niſi pœniteant. *Perſonarum acceptio à Deo excluditur.* Æqualitas iſta commendatur in ſacris literis, quoties excluditur à Deo perſonarum acceptio. Quemadmodum 2. Paralip. cap. 9. verſic. 7. Iob. 34. verſ. 19. Eccleſiaſtici 35. verſ. 16. Epheſ. 6. verſ. 9. Coloſſ. 3. fine.

3. *Sap. 6.* Cernitur ergo prædicta mens, & intellectus, integrum ſapientiæ verſum conſiderando: *Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſque Deus, qui eſt omnium dominator: nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.* Ideo ius dicet æqualiter omnibus, & diuites ac potentes cohibebit ab iniuriis & oppreſſionibus puſillorum. *Bonau.* Sapienter itaque S. Bonauent. lib. 3. ſent. diſt. 32. art. 1. q. 3. ad 1. expoſuit: *Æqualitas illa non excludit ordinatam boni communicationem, ſed excludit perſonarum acceptionem, quæ repugnat pulchritudini ordinis, &c.*

4. *Auguſtinus. Pſalm. 45.* Intellexit hanc æqualitatem Auguſtinus in Pſalm. 45. verſu: *Deus in medio eius non commouebitur: Quid ergo eſt*, inquit, *Deus in medio eius? Hoc ſignificat, quod æquus eſt omnibus Deus, & perſonas non accipit. Quomodo enim illud, quod in medio eſt, paria habet ſpatia ad omnes fines; ita Deus medius eſſe dicitur, æqualiter omnibus conſulens.* *Pſalm. 17.* Nec aliter ad illum verſum Pſalm. 17. *In circuitu eius tabernaculum eius*, ait: *Conuerſi tamen ipſum ambiunt, qui credunt ei, quia in medio eorum eſt, cum omnibus æqualiter fauet, in quibus tanquam in tabernaculo habitat hoc tempore.*

5. *Prima æqualitas in verbis ſapientiæ contenta.* Reducuntur ad prædictam æqualitatem aliæ quædam, non ita principaliter intentæ prædictis verbis ſapientiæ, quamuis ſecundario videantur in illis eſſe intelligendæ. Prima ſit, quæ reperitur in omnibus legibus diuinis, quatenus non ſunt impares viribus arbitrij, ſuppoſito Dei adiutorio.

Secunda æqualitas reperitur in omnibus actibus, & habitibus ſupernaturalibus omnium fidelium: quia videlicet, quoad rationem ſpecificam, fidei actus, & habitus æquales ſunt in omnibus fidelibus, nec eſt altioris ſpeciei actus fidei, qué habuit Apoſtolus Petrus, quàm actus fidei cuiuſlibet infimi Chriſtiani; ſimiliter etiam habitus. Vnde Petrus initio 2. Epiſtolæ. *Iis*, inquit; *qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem.* Cùm tamen quantum ad intenſionem, extenſionem, diuturnitatem, frequentiam, & alias circumſtantias, fides illorum non eſſet coæqualis fidei Petri, & aliorum Apoſtolorum. Idem intellige de actibus & habitibus ſpei, charitatis, & aliarum virtutum. Eodem æqualitatis genere S. Auguſt. tract. 110. in Ioan. fine dicit, homines in gloria futuros eſſe *ſanctis Angelis æquales.* 6. *Supernaturales fidelium habitus eiuſdem ſpeciei.* *1. Petri 1.* *Auguſtinus.*

Tertia æqualitas cernitur in remediis ad ſalutem generaliter omnibus oblatis. Nam Chriſtus Dominus omnibus hominibus venit, pro omnibus mortuus eſt, vt omnes redimeret, omnibus adultis inſtituit Sacramenta, prædicationem Euangelicam, Scripturas ſacras, miracula, exempla, promiſſiones præmiorum, pœnarum comminationes; à quibus omnibus neminem adultorum excludit, quantum eſt ex parte inſtitutionis diuinæ. Præterea Deus interius ſuppeditat vires æquales indigentiæ, ſiue neceſſitati ad finem ſalutis, & æquales ſuis promiſſis & legibus. 7.

Hoc ſenſu *iuſtam vocationem* fuiſſe, dixit Clemens Alexand. lib. 2. ſtromat. pag. 6. *Diuinum*, inquit, *verbum clamauit, omnes ſimul vocans, eos quidem vel maximè cognoſcens, qui non erant parituri: & tamen quoniam eſt in noſtra poteſtate parêre, & non parêre, vt nulli poſſint cauſari prætextum ignorantiæ, iuſtam fecit vocationem.* Et lib. 7. ſtromat. pag. 2. *Neque ergo* dicit, *vnquam aliquibus inuiderit, qui omnes ex æquo vocauit.* & pag. 5. eiuſdem lib. 7. ait: *In ſtadio decertant athletæ, & ex iis vtique ſuperat, qui alius præparauerit*, (id eſt, qui melius paruerit, quam alter) *omnibus enim omnia à Deo propoſita ſunt æqualia, & eſt ipſe alienus à reprehenſione: miſericordiam autem conſequitur is, qui poteſt, & potens eſt, qui voluerit.* Intellige, ſuppoſito Dei adiutorio. 8. *Clemens.*

De eadem æqualitate Methodius in concione de Reſurrectione, cuius verba refert Theodulus in Collectaneis ad Epiſt. Rom. cap 9. poſt med. tractans de poteſtate figuli, ait: *Non quia alios bonos, alios non tales Deus condidit: Abſit. Verum omnia Dei bona ex æquo ſunt omnibus communia.* Chryſoſtomus homilia 45. in Matth. poſt med. explicans parabolam de ſeminante Matth. 13. poſtquam expoſuit, quanta copia, & liberalitate Deus faciat quod in ſe eſt, vt terra fructum ferat, ſubiungit: *Si verò illi corruperunt ſemina, inculpabilis omnino eſt, qui tanta liberalitate in omnes æqualiter vtitur.* 9. *Methodius.* *Chryſoſtom.*

Iuſtinus Martyr in expoſitione fidei de recta confeſſione prope finem: *Audiamus*, inquit, *Scripturam dicentem: Qui eſt in ſinu Patris iuxta eſſentiam vniuerſis ex æquo adeſt.* & poſt pauca: *Rebus omnibus eum adeſſe iuxta eſſentiam. dicimus, & ſi non ſimiliter. Nec enim capit Deitatis ſplendorem corpus ſordidum.* Quod explicat exemplo, 10.

fami

familiari multis Patribus, æqualitatis, qua ſol illuminat, quantum ex ſe eſt. Eidem ſimilitudini ſolis aliam præmittit Origen. lib. 3. Periarchon, *Origenes. Hebreor. 6.* ſiue de principiis c. 1. propius ad medium quàm ad princip. adductis verbis Apoſtoli Hebreor. 6. *Terra frequenter venientem ſupra ſe bibens imbrem, & generans, &c. Ex his Pauli ſermonibus,* inquit, *euidenter oſtenditur, quod vno eodémque opere Dei, quo imbrem terra largitur, alia quidem terra diligenter exculta fructus afferat bonos: alia verò, quæ negligenter inculta eſt, ſpinas & tribulos proferat.* Vnde poſt pauca ſubinfert: *Ita vt bonitas & æquitas imbrium ſuper omnem terram æqualiter veniat: ſed vno eodémque opera pluuia, &c.*

11. Cyprianus lib. de opere & eleemoſyn. ad finem: *Nec quiſquam,* inquit, *à beneficiis eius & muneribus arcetur, quominus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter perfruatur. Sic æqualiter dies illuminat, Sol radiat, imber rigat, ventus aſpirat, & dormientibus ſomnus vnus eſt, & ſtellarum ſplendor ac lunæ communis eſt.* Rurſus lib. 3. epiſt. 8. ad Fidum prope med. *illic.* ait, *æqualitas diuina & ſpiritualis exprimitur, quod pares, & æquales ſint omnes homines, quando à Deo ſemel facti ſunt, & poſſit ætas noſtra incrementis corporum ſecundum ſæculum, non ſecundum Deum, habere diſcrimen, niſi ſi & gratia ipſa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor, vel maior tribuitur, cum ſpiritus ſanctus non de menſura, ſed de pietate paterna æqualis omnibus præbeatur. Nam Deus, vt perſonam non accipit, ſic nec ætatem, cum ſe omnibus ad cœleſtis gratiæ conſecutionem æqualitate librata, præbeat Patrem.* Quod aſſerit, per baptiſmum æqualem gratiam conferri, nec maiorem adultis, quàm infantibus intelligendum eſt præcisè conſiderata virtute Sacramenti, abſtrahendo à diſpoſitione recipientium; nam adultis gratiam maiorem confert, ratione diſpoſitionis ſupernaturalis.

Æqualis gratia baptiſmi.

12. Idem Cyprianus lib. 4. Epiſtolar. epiſt. 7. (quæ alias numeratur epiſt. 76.) in medio ſic loquitur: *Quinimo Spiritus ſanctus non de menſura datur, ſed ſuper credentem totus infunditur. Nam ſi dies omnibus æqualiter naſcitur, & ſi ſol ſuper omnes pari, & æquali luce diffunditur: Quantò magis Chriſtus Sol & dies verus, in Eccleſia ſua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cuius æqualitatis ſacramentum videmus in Exodo eſſe celebratum, cum de cœlo Manna deflueret, & futurorum præfiguratione alimentum panis cœleſtis, & cibum Chriſti venientis oſtenderet. Illic enim ſine diſcrimine vel ſexus, vel ætatis, Gomor. à ſingulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat, Chriſti indulgentiam, & cœleſtem gratiam, poſtmodum ſecuturam, æqualiter omnibus diuidi, ſine ſexus varietate, ſine annorum diſcrimine, ſine acceptatione perſonæ ſuper omnem Dei populum ſpiritualis gratiæ munus infundi.* Subiungit autem inæqualitatem gratiæ iuxta parabolam ſeminis Matth. 13. Eadem ſimilitudine lucis & ſolis, quam tractamus æqualitatem, explicant Fulgent. lib. 2. ad Monim. c. 8. poſt med. Marcus Eremita lib. de Baptiſmo longè poſt med. Climacus lib. de inanis vitæ fuga gradu 1. parùm à principio. Hugo Victor. in epiſtol. ad Roman. q. 238. & 248. & in annotationibus elucidatoriis eiuſdem epiſt. cap. 9. ſub init. & paulò inferiùs q. 2. Cæteras æqualitates ſimul cum inæqualitate donorum cœleſtium explicabit ſectio ſequens.

SECTIO IV.

Cæteras æqualitates affines eſſe præcedentibus, & nihil obſtare donorum inæqualitatibus.

ÆQualitati tertiæ, quam explicuit poſtrema pars ſectionis præcedentis, affinis è quarta, pertinens ad ea dona, quæ redduntur in hac vita, vel meritis de condigno, vel meritis de congruo. Quemadmodum iuſti per opera bona de condigno merentur augmentum gratiæ, & aliorum habituum ſupernaturalium, & protectionis propriæ filiorum & amicorum. Quia quantum ad menſuram de condigno debitam, ſi præcisè conſideretur, æqualem ſe Deus præbet omnibus iuſtis æqualitate geometrica; vt videbimus diſput. 58. & 59. 1.

Æqualitas 4. in remunerandis meritis de condigno, & de congruo.

Augmentum gratiæ de condigno meretur.

Nec minus ſeruatur æqualitas, & quoddam iuſtitiæ genus circa remuneráda merita de congruo. Nam & iuſtificántem gratiam, & omnes habitus operatiuos virtutum infundit hominibus, qui credunt, ſperant, pœnitent, & diligunt ſicut oportet; æqualitate ſeruata iuxta proportionem diſpoſitionis, nullam excludendo nationem, ſtatum, conditionem, ſexum, ætatem. Hæc enim æqualitas, & iuſtitia eſt, quam Petrus affirmat Actuum 10. quando negat, iniuſtitiam acceptionis perſonarum in ordine ad gratiam iuſtificationis dicens: *In veritate comperi quia non eſt acceptor perſonarum Deus; ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.* Et Paulus ſub nomine diſtinctionis negat inæqualitatem, & ſub nomine identitatis affirmat æqualitatem Roman. 10. dicens: *Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci Nam idem dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* 2.

In remunerandis meritis de cōgruo iuſtitia genus.

Actor. 10.

Rom. 10.

Præcedenti proximum, & conſequens eſt quintum genus inæqualitatis, conſiſtens in proportione donorum ad capacitatem, atque diſpoſitionem recipientis. Quemadmodum homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos, & tradidit illis bona ſua, & vni dedit quinque talenta, alij verò vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem. Vbi non ſeruatur æqualitas proportionis (quam Ariſtoteles vocat æqualitatem numeri) ſed æqualitas proportionalitatis, quam vocat geometricam, quoniam vniuſcuiuſque capacitati atque virtuti proportionatur talentorum numerus. 3.

Quinta æqualitas.

Æqualitas proportionis, & proportionalitatis.

De hoc Hilarius in Matth. Canone 27. *Diuiſio pecuniæ,* inquit, *inæqualis eſt, ſed non ad diuitem referenda diuerſitas eſt, ait enim, vnumquemque ſecundùm virtutem ſuam accepiſſe. Ergo, in quantum quis capax eſſet, accepit, & extra moderantis arbitrium eſt, quod erat in iure ſumentis.* & poſt pauca: *Igitur vnuſquiſque ſecundùm fidei ſuæ menſuram talentum, id eſt Euangelij prædicationem, à prædicante ſuſcepit: hæc enim incorrupta ſubſtantia eſt, hoc patrimonium Chriſti, æternis hæredibus reſeruatum.* Theophylact. Matth. 25. *Spiritualia bona accipientes,* inquit, *illi quidem plura, hi verò minora, vnuſquiſque ſecundùm propriam facultatem, hoc eſt, ſecundum menſuram fidei, & purificationis, in vas enim, quod ego daturus ſum Deo, in illud mittet donum ſuum, ſi paruum dedero, paruum dabit ipſe donum, ſi magnum, magnum ipſe quoque dabit.* 4.

Hilarius.

Theophylact.

Ad

5. *Æqualitas dilectionis. Cyrillus.* Ad hoc genus æqualitatis iuxta proportionem perſonarum pertinet æqualitas dilectionis, quam affirmat Cyrillus Alexand. libro 11. in Ioan. cap. 27. ad finem illis præſertim verbis: *Nam qui Chriſtum, vt hominem claritate atque gloria Deitatis donauit, nobiſque poteſtatem fecit, vt gratia hoc adquirere poſſimus, quomodo æquali nos menſura charitatis non amat?* Quam ſententiam, ſtatim temperat, dicens: *Nec æquali menſura creaturam, & Filium Dei ſuum amabit*, & poſt pauca: *Quemadmodum reſurrectionis ac gloriæ ſuæ conformes erimus: ſic & amoris (vt ita dicam) conformitatem in Chriſto accepimus:* atque proximè ſequenti cap. 28. ſub init. *Diligimur*, inquit, *vt filij ad ſimilitudinem Filij naturalis. Nam & ſi non æquali menſura, tamen exquiſita imitatio rei veritatis quodammodo exæquari videtur.*

6. *Ioan. 17.* Nec mirandum eſt æqualitatem appellari, quæ à Chriſto Domino vocatur vnitas (æqualitas enim ab vnitate procedit, & minor eſt vnitate) Ioan. 17. *Sicut & nos vnum ſumus, ego in eis & tu in me, vt ſint conſummati in vnum.* Quod egregiè ponderat Hilarius lib. 8. de Trinit. col. 6. & 7.

7. Quocirca potiori iure vocari poterit æqualitas, illa proportio, qua Deus dona tribuit vnicuique membro Eccleſiæ iuxta menſuram, illi membro debitam, hoc eſt, ſeruata proportione ad munus, & gradum, ad quem vnaquæque perſona Dei prædeſtinatione dirigitur, ſecundùm illud *Epheſ. 4.* Epheſ. 4. *In menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit.* Chryſoſtom. ad prædicta verba Epheſ. 4. ſerm. 11. paulò ante *Chryſoſtom.* morale: *Spiritus*, inquit, *ille è ſuperioribus abundè infuſus, cunctis membris prehenſis, iuxta cuiuſque captum ſubminiſtratus, incrementum ita facit.* Conſonat ibidem Theodoretus & Anſelm. & commentarius adſcriptus Ambroſio.

8. Hieronymus æqualitatem magis expreſſit in eiuſdem ſententiæ commentario, potiſſimùm illis *Ioan. 3.* verbis: *Neque enim ad menſuram dat Deus ſpiritum, aut poteſt habere menſuram, quod æqualiter vbique diffuſum eſt.* Idque declarat ſimilitudine haurientium aquam è mari; ſubiungit autem: *Conſummata perfectio totum creſcere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta menſuram ſuam incrementum ætatis accipiant.* Quam declarat exemplo membrorum corporis, cuius ab infantia creſcunt æqualiter oculi, brachia, & digiti; ſed non ita, vt ſit oculorum magnitudo duorum cubitorum, ſicut vnius brachij, nec omnes digiti fiant prorſus æquales; ſed proportione ſeruata recipiat oculus tantam magnitudinem, quæ pulchrè reſpondeat magnitudini corporis.

9. Quam diſſimilitudinem, & inæqualitatem membrorum, cum proportionalitatis æqualitate coniunctam, magis explicuit Auguſt. tract. 14. *Ioan. 3.* in idem Ioan. 3. *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum.* Sed Hieronymus iterum epiſt. ad Auguſtinum de Petro reprehenſo à Paulo col. 3. *Actuum 10. Hieronym.* tractans illud Actuum 10. *Surge Petre, occide & manduca, &c. Quo dicto*, inquit, *oſtenditur, nullum hominem ſecundum naturam eſſe pollutum, ſed æqualiter omnes ad Chriſti gratiam vocari.*

10. *Lucæ 15.* Ruſus epiſt. 147. ad Damaſum de filio prodigo col. 3. tractans illud: *Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Subſtantia*, inquit, *Dei eſt omne, quod viuimus, ſapimus cogitamus in verba prorumpimus. Hæc Deus æqualiter vniuerſis, & in commune largitus eſt, Euangeliſta dicente. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Inſuper epiſt. 150. ad Hedibiam quæſt. 10. poſt med. *Deus*, inquit, *æquali cunctos ſorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, &c.* Continuòque diſcrimina ſimul cum æqualitate declarat exemplo Solis. Quemadmodum etiam Ambroſius in Pſalm. 118. ſerm. 8. verſ. 8.

Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 1. verſus finem: *Remiſſio*, inquit, *peccatorum, ex æquo datur omnibus: communicatio autem Spiritus ſancti ſecundum fidei vniuſcuiuſque proportionem datur.* Peccatorum remiſſio cunctis offertur ex æquo, quoniam ad ſalutem eſt ſimpliciter neceſſaria; ſed communicatio gratiarum, quæ vocantur gratis datæ, non offertur omnibus ex æquo. 11.

Sextum & poſtremum æqualitatis genus pertinet ad naturalia beneficia, in quibus rigidior, quàm in ſupernaturalibus ſeruatur æqualitas, quoniam naturæ debentur connaturalitatis debito. Deus igitur ſecundùm ordinariam prouidentiam omnibus largitur tantùm naturalium beneficiorum, quantum naturalium cauſarum concurſus & actiuitas poteſt operari, & quantum vniuſcuiuſque natura poſtulat. Sic intelligenda veniet æqualitas, quam Petrus Apoſtolus docuit apud Clemen. Rom. lib. 3. Recognit. prope med. Nam cum obieciſſet Simon: *Abſurdum eſt, cum æqualiter ſit Deus omnium, non omnes æqualiter poſſe voluntatem eius agnoſcere.* Petrus reſpondet. *Æquales omnes facti ſunt, & æqualiter cunctis dedit eſſe capaces veritatis* & poſt pauca: *Non eſt in natura ſed in eruditione diuerſitas.* 12. *Æqualitas in naturalib. beneficiis.* *Petrus apud Clementem.*

Ideo S. Thomas de veritate q. 6. art. 2. cum in quinto argumento oppoſuiſſet, ſanctos, & Prophetas communiter dicere, quod Deus æqualiter ſe habet, quamuis non omnia æqualiter ſe habeãt ad participandam bonitatem ipſius, ſicut ſol, &c. reſpondet. *Secundum quod Deus rebus iam diſpoſitis prouidet, ſic ſimiliter ſe habet ad omnia, in quantum omnibus æqualiter dat ſecundùm ſuam proportionem.* Docet autem, Deum inæqualiter ſe habere, quantum ad conſtituendos diuerſos gradus rerum. Rectè igitur Alexander 1. p. q. 31. memb. 3. ad 1. hanc etiam æqualitatem proportionalitatis ad capacitatem intelligit, ſignificari verbis Sap. 6. *Æqualiter eſt illi cura de omnibus.* 13. *S. Thom.*

Ad præſens, & duo præcedentia genera æqualitatis confirmanda pertinent, quæ docuit Dionyſ. cap. 8. de diuin. nomin. à medio ab illis verbis: *Iuſtitia autem rurſus Deus laudatur, quod ſua cuique pro dignitate tribuat: quod modum pulchritudinem, ordinem, ornatum, omneſque diſtinctiones & ordines termino, qui verè æquiſſimus eſt, vnicuique definit; & omnibus ſuæ actionis author eſt:* & quæ ſequuntur. Plura ex aliis capitibus eiuſdem libri, & ex Gregorio Nyſſeno Maximo, Damaſceno, & aliis attulimus. Supra diſp. 9. ſect. 8. exemplo 4. 14. *Dionyſius.*

In generali concurſu primæ cauſæ, præciſè conſiderato, præ cæteris elucet æqualitas iſta. Hic enim, quantum ex ſe eſt, indifferens & vniformis, modificatur tamen ac determinatur ad varios effectus ſecundùm inæqualitatem, ac diuerſitatem cauſarum ſecundarum; vt vidimus ſupra diſp. 45. Nam prima cauſa *exiſtit in omnibus ſecundum diſpoſitionem vna.* Vt dicitur in lib. de cauſis propoſit. 24. quam ad hoc probandũ ſimul cum verbis Dionyſ. c. 4. de diuin. nom. affert Ægid. in 2. ſent. diſt. 1. p. 1. q. 2. art. 6. §. *Pro ſecuris.* 15. *Generalis concurſus æqualitas.*

Iam

Digitized by Google

16. Iam verò prædictas omnes eſſe non ſimpliciter æqualitates amoris, ſed tantùm ſecundùm quid, proptereáque ſimol admittere dilectionis inæqualitatem ſimpliciter & abſolutè dictam, conſtat non ſolùm ex dictis ſect. 1. ſed prætetea multis aliis, quorum aliqua recenſebimus. Prius tamen audiamus Proſperum lib. 2. de vocat. Gent. cap. 31. dicentem: *Elaboratum eſt, vt non ſolùm in nouiſſimis diebus, ſed etiam in cunctis retro ſæculis, probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuiſſe prouidentia quidem pari, & bonitate generali; ſed multimodo opere, diuerſâque menſura.* Vides igitur prouidentiæ paritatem, & generalitatem bonitatis ſimul eſſe cooiunctam cum diuerſa menſura, diſſimilíque modo diuinorum operum. Hæc igitur eſt æqualitas ſecundùm quid cum inæqualitate ſimpliciter. Vtramque partem ex Apoſtolo deducit, continuò ſubiungens: *Quoniam, ſiue occultè, ſiue manifeſtè, ipſe eſt* (vt Apoſtolus ait): *Saluator omnium hominum, maximè fidelium. Quæ ſententia ſubtiliſſimæ breuitatis, & validiſſimi roboris ſi tranquillo conſideretur intuitu, totam hanc, de qua agimus, controuerſiam dirimit. Dicendo enim: Qui eſt Saluator omnium hominum: confirmauit, bonitatem Dei ſuper omnes homines eſſe generalem: adiciendo, maximè fidelium oſtendit eſſe partem generis humani, quæ meritò fidei diuinitus inſpiratæ ad ſummam atque æternam ſalutem, ſpecialibus beneficiis promouatur.*

Proſper.

17. Aliam tamen inæqualitatē ſimul cum æqualitate naturali, cecinit Proſper lib. de Prouidentia circa med. vbi notanda ſunt potiſſimum illa:

——— *Æqua creantis*
Menſura eſt, vno qui lumine luminat omnes.

Inæqualia munera, & diſſimilia dona Deum hominibus diſtribuere, prout vult, apertè docuit Apoſtolus 1. Corinth. 12. Imo nonnullis peccatoribus abundantiora dona conferri, fortioráque remedia ſalutis, quàm aliquibus iuſtis, ita certum eſt, vt æqualitas, huic inæqualitati repugnans, meritò cenſeatur error ab Hilario Arelatenſi, & Proſpero in epiſt. ad Auguſtum, quibus atteſtatur Auguſtinus totis ferè libris de prædeſtinatione Sanctorum, de bono perſeuerantiæ, de Correptione & Grat. & alibi ſæpe, Petrus Diaconus lib. de Incarnatione & Grat. cap. 7.

18. Videndus eſt præcipuè Proſper lib. 2. de vocatione Gent. cap. 10. alias cap. 31. & 32. præſertim illis verbis: *Non eadem omnibus, neq; paria conferantur, & ante vlla humanorum pondera meritorum, diſſimillima diuinorum menſura ſit munerum.* Quod idem confirmat ſequenti cap. 33. Imo etiam in eodem libro 2. cap. 3. & 6. & 7. & lib. 1. de vocatione Gent. cap. 17. & 21. & tota epiſtola ad Ruffinum de libero arbitrio, potiſſimùm à medio. Denique in lib. de ingratis cap. 10. proponit Semipelagianorum ſententiam de æqualitate diuinæ voluntatis, qua Deus vult omnes ſaluos fieri, æqualem ſalutis poſſibilitatem omnibus tribuens. Quam impugnat multis capitibus ſequentibus.

19. Videndus eſt etiam Fulgentius toto lib. 1. ad Monim. præſertim cap. 7. 26. 27. & 28. & lib. de incarnatione & grat. Ieſu Chriſti cap. 28. Beda & Anſelmus in id Roman. *Miſerebor cui miſerebor.* S. Thomas 1. p. quæſt. 23. art. 4. ad 1. & art. 5. fine; & 1. 2. quæſt. 79. art. 3. corp. notans diſcrimen Dei à Sole, quia Deus pro ſua libera voluntate quibuſdam hominibus aufert impedimenta ſummis, tribuens capacitatem, & efficaciter agens, vt oculos aperiant; aliis verò tantum beneficium iuſto iudicio denegat. Ita temperat Solis exemplum, toties à Patribus repetitum ad explicandam æqualitatem ex parte Dei, comparatione inæqualium capacitatum, quas ipſe facit, & ordinat, eſſe inæquales. Sed de hoc plura diximus & dicemus tractantes de prædeſtinatione.

Rom. 9.

Poſtremò potuiſſet opponi perſonarum acceptionem redolere prædictam inæqualitatem. Oppoſitum tamen Scripturæ teſtimoniis & Theologicis rationibus demōſtrabimus de Prædeſtinatione tractantes. Nunc ſufficiat hoc vitium interuenire non poſſe in beneficiis merè gratuitis: cum acceptio perſonarum ſit vitium contra iuſtitiam. Ideo Matth. 20. Sapiens Paterfamilias, poſtquam oſtendit debito ſe iam ſatisfeciſſe iuſtitiæ; dicens: *Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade.* de gratuita liberalitate ſubintulit: *An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* 20.

Perſonarum acceptio non in merè gratuitis.

SECTIO V.

Meliora magis amat Deus, & Chriſtum D. magis quàm totam collectionem omnium creaturarum.

PRima concluſio eſt. Semper Deus magis diligit meliora. Ita docet S. Thomas in præſenti q. 20. art. 4. corp. & lib. 3. ſentent. diſt. 32. q. 1. art. 5. S. Bonauentura eadem diſt. 32. art. vnico quæſt. 4. & 5. & 6. Ricard. ibidem art. 2. q. 1. & ſequentibus. Carthuſian. q. vnica. Gabriel q. vnica dub. 3. Durand. q. vnica art. 3. Alexand. 1. p. q. 32. art. 2. 1.

Aſſertio 1. Meliora magis diligit Deus.

Ratio demonſtrans eſt, quoniam amare non eſt aliud quàm velle bonum alicui (ſupra diſp. 52. ſect. 1. & ſequentibus.) Deinde licet voluntatibus creatis poſſibile ſit magis amare, non volendo maius bonum; quoniam poſſunt intenſiorem vel diuturniorem, vel conſtantiorem habere volitionem æqualis boni: Deo tamen non aliter eſt poſſibile magis amare, niſi volēdo maius bonum; & quoties vult maius bonum magis amat: ſicut probatum eſt, & explicatum ſect. 1. & 2. Rurſus quibuſlibet rebus melioribus Deus vult maius bonum: quoniam illud ipſum bonum, quo meliores conſtituuntur, & ipſam melioritatem (vt ita dicamus) Deus cauſat per ſuam ſcientiam & volitionem efficacem. Ergo quaſlibet res meliores magis amat. Quod intellige non tantùm de maiori bono reali, ſed etiam de maiori bono moraliter æſtimabili, quamuis non exiſtat realiter in creatura: ſicut dictum eſt ſectione 2. 2.

Deo magis amare niſi volendo maius bonum.

Confirmatur, quoniam Deus neceſſariò diligit ſuam bonitatem; & ideò per ſimplicem complacentiam omniū poſſibilium, magis diligit eas res, quæ magis participare poſſunt diuinā bonitatē, & illi poſſunt eſſe ſimiliores. Hæc autem cōplacentia maior dilectio eſt ſimpliciter neceſſaria. Quamuis autem ex illa non neceſſariò ſequatur efficax amor, quo Deus efficaciter velit meliora potius, quàm minus bona producere; nihilominos ex ſuppoſitione quod producit meliora & minus bona; neceſſariò ſequitur efficax amor, 3.

Quæ magis bonitati Dei participare poſſunt magis neceſſaria complacentia diligit Deus.

quo magis diligat meliora propter maiorem participationem & ſimilitudinem ſuæ bonitatis.

A Quod attinet ad Chriſtum D. ab omnibus Catholicis, vt exploratum ſupponitur, in quantum eſt Deus & Verbum, amari magis, quàm totam collectionem omnium creaturarum; quoniam appretiatione ſimpliciter infinita Deus vult illi bonum ſimpliciter infinitum, & vult illi eſſe eſſentiale. Quapropter quæ diſputant ſcholaſtici de maiori dilectione Dei erga Chriſtum, intelligunt, in quantum eſt homo, ſiue, quod in idem redit, de dilectione erga ſanctiſſimam illam humanitatem.

Aſſertio 2. Chriſti D humanitatẽ magis quàm omniũ creaturarum collectionem diligit Deus.

5. Sit igitur ſecunda concluſio. Chriſtum D. vt hominem, & eius humanitatem. Deus dilexit magis, quàm totam collectionem omnium creaturarum viſibilium, & inuiſibilium, etiam Angelorum. Ita docet S. Thomas in præſenti q. 20 art. 4. ad 1. & elatius 3. diſt. 32. q. vnica in fine totius quæſtionis. Magiſter in eadem diſtinctione 32. cap. 1. fine. Vbi notãdum eſt, comparare dilectionem eorum, quæ Deus fecit: quapropter agit de vnigenito, prout factus eſt homo. Magis expreſsè Alexander 1. p. q. 32. memb. 1. poſt med. S. Bonauent. lib. 3. ſent. diſt. 32. art. vnico q. 5. vbi Ricardus art. 2. q. 4. Carthuſianus q. vnica col 3.

Ioan 17.

6. Sunt in Patribus innumera, quæ poſſent ad hoc probandum adduci: ſed afferemus ea tantum, quæ magis expreſsè dilectionem, & eius menſuram comparant. Auguſtinus tractatu 110. in Ioan. exponens illud capitis 17. *Et dilexiſti eos ſicut & tu me dilexiſti.* paulò poſt medium tractatus ait: *Nec ideo pares ſumus vnigenito Filio, per quem creati & reconciliati ſumus, quia dictum eſt: Dilexiſti eos ſicut & me, neque enim ſemper æqualitatem ſignificat, qui dicit, ſicut illud, ita & illud.* & poſt pauca: *Diligit Filium ſecundum diuinitatem, quia genuit illum æqualem ſibi: diligit eum etiam ſecundum id, quod homo eſt, quia ipſum vnigenitum Verbum caro factum eſt. & propter Verbum eſt ei chara Verbi caro. Nos autem diligit, quoniam ſumus eius membra, quem diligit.*

Auguſtinus. Particula ſicut, non ſemper æqualitatem denotat.

7 Et prope finem eiuſdem tractatus addit: *Quis dignè poſſit quantum diligat membra Vnigeniti ſui, & quantò amplius ipſum Vnigenitum, in quo condita ſunt omnia viſibilia, & inuiſibilia, quæ in ſuis generibus ordinata ordinatiſſimè diligit* (videtur hic defuiſſe aliquod verbum, veluti *comprehendere,* vel *explicare.*) *Vnigenitus autem, cùm ſit Dominus omnium, procul dubio eſt Dominus Angelorum, natura quâ Deus, non Angelis, ſed Patri potius æqualis: gratia verò quâ homo eſt, quomodo non excellit excellentiam cuiuſlibet Angeli, cum ſit vna perſona carnis & Verbi.*

8. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Ioan. cap. 27. ad finem, tractans eadem verba Chriſti Domini. Ioan. 17. notat, *Nullo pacto ſeruientem naturam cum Domino ſuo poſſe contendere, nec æquali menſura creaturam, & Filium Deum ſuum amabit. Verumtamen Filius Dei, qui ante ſæcula a Patre amatur, amari cœpit, vt homo, quod non ſibi ſed nobis acquiſiuit. Quemadmodum ergo reſurrectionis ac gloriæ ſuæ conformes erimus, & primum in Chriſto renouati ſumus: ſic & amoris* (*vt ita dicam*) *conformitatem in Chriſto accepimus.* Et ſequenti c. 28. ſub init. *Diligimur enim vt filij ad ſimilitudinem Filij naturalis. Nam, etſi non æquali menſura, tamen exquiſita imitatio rei, veritati quodãmodo exæquari videtur.*

Sic habet textus.

9. Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo.* cap. 14. ſolitis interrogationibus concludit Chriſti Domini vitam, quam pro nobis obtulit moriens, eſſe tantæ bonitatis ac dignitatis; vt eius magnitudo ſuperet infinita diſtãtia magnitudinẽ malitiæ quorũlibet peccatorũ etiam cõmitterentur infinita, & poſt med. capitis: *Si omne bonum, ait, tam bonũ eſt, quam mala eſt eius deſtructio: plus eſt bonum incõparabiliter, quam ſint ea peccata mala, quæ ſine exiſtimatione ſuperat eius interemptio. Cogita, quia etiam peccata tantum ſunt odibilia, quantum ſunt mala, & vita iſta tantum amabilis quantum eſt bona. Inde ſequitur, quia vita hæc plus eſt amabilis, quam ſint peccata odibilia.* Inde concludit, oblationem vitæ talis fuiſſe valoris infinitè maioris, quàm debitum omnium peccatorum.

Chriſti D vita infinitè maioris valoris quàm omnium peccatorum debitum.

Demonſtrationes Theologicæ, quæ tanguntur in prædictis teſtimoniis Patrum, ita reducuntur ad Scholaſticam formam. Prima ſit. Amarè magis eſt maius bonum alicui velle: (ſicut dicebamus probantes primam concluſionem.) Sed Chriſto Domino, prout homo eſt, & illius humanitati Deus vult efficaciter bonũ infinitè maius, quàm vniuerſæ collectioni creaturarũ omnium, etiã Angelorum; ergo Chriſtum Dominũ prout eſt homo, & illius humanitatẽ Deus magis amat, quàm vniuerſam collectionẽ creaturarum omnium etiam Angelorũ. Minor explicatur & probatur, quoniam Deus efficaciter vult, vt hic homo ſit etiam Deus per vnitatem perſonæ, quod idem eſt velle huic humanitati conferre bonum ſimpliciter infinitum, videlicet, diuinitatẽ & perſonam Verbi: quamuis hæc dilectio ſit infinitè minor, quàm dilectio, prout verſatur circa perſonas diuinas: illis enim Deus vult diuinitatem eſſentialiter & neceſſariò conuenire, nõ per vnionem creatã: at verò naturæ humanæ Chriſti D. vult conuenire diuinitatem, & perſonam Verbi, non eſſentialiter, neque neceſſariò, ſed gratuitò dono, & liberè per vnionem in tempore factam. 10.

Aſſertionis demonſtratio prima.

Chriſti D. humanitati infinitum bonum vult Deus.

Confirmatur verbis Apoſtoli Hebræos 1. *Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et quæ ſequuntur in eodem c. & ad Philippenſ. 2. *Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* 11.

Hebr. 1.

Philipp. 2.

Secunda demonſtratio eſt. Magis gratum eſt eo ipſo magis amabile, ideòque magis amatur à voluntate rectiſſima: ſed Chriſtus Dominus etiã, prout hic homo, ratione gratiæ vnionis Hypoſtaticæ infinitè magis gratus eſt Deo, quàm tota collectio creaturarum omnium: ergo magis diligitur à diuina volũtate. Minor conſtat, quoniam Chriſtus, vt homo, cõſtituitur gratus formaliter per increatam perſonã verbi, cui nulla multitudo, vel magnitudo gratiarum creabilium poterit adæquari. Confirmatur 1. nam & habitualis gratia Chriſti D. licet in eſſe rei non fuerit infinita ſimpliciter, at maior eſt tota collectione gratiarum, quæ datæ ſunt hominibus & Angelis, iuxta illud Ioan. 3. *Quem miſit Deus, verba Dei loquitur non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum.* Ei nimirum, quem miſit Deus: vt intelligunt communiter Patres. Confirmatur ſecundò, quia naturalis Filius Dei eſt maiori dilectione dignus, quàm omnes adoptiui. Propterea namque Matth. 3. ſingulariter de illo dictum eſt à Patre. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* & Marci 9. *Hic eſt Filius chariſſimus.* 12.

Chriſtus vt homo gratus formaliter per increatã perſonam.

Confirmatio prima. Gratia habitualis Chriſti in eſſe rei finita Ioan 3.

Confirmatio ſecunda.

Matth. 3.

Marci 9.

Tertia

13\. Tertia demonſtratio cõflatur ex rtibus, videlicet. Cauſa finalis vltima, quæ propter ſe ipſam diligitur, magis amatur, quam media: Dominus etiam & filius amatur magis quã ſerui & famuli: præterea principiũ & cauſa debet magis amari, quàm effectus illius. Sed omnia naturalia ſupernaturaliàque bona, ſunt media, quæ tãquam ad finem diriguntur ad Chriſtum Dominũ propter ſe ipſum dilectum, & illi tanquam ſun domino ſeruiunt, & ſunt effectus illius vt cauſæ meritoriæ, atque efficientis & exemplaris. Ergo Chriſtus dominus amatur magis, quàm omnia bona creata collectiuè ſumpta. Minor probatur Hebræ 2. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia.* Præpoſitione *propter*, ſignificatur cauſa finalis; præpõſitione *per* efficiens. Quemadmodum & cap. 1. dixerat: *Per quem fecit & ſecula.* & Coloſſenſ. 1. *Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens, quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabuare.* Quod magis explicuit ſequenti cap. 2. dicens: *in ipſo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis* 1. Corinth. 3. *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus verè Dei.* Ac denique cap. 1. Epheſiorum ad finem: *Conſtituens*, inquit, *ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſũ dedit caput ſupra omnẽ Eccleſiam.*

Naturalia & ſupernaturalia bona ad Chriſtum tanquam ad finem.

Hebræ 2.

Coloſſ 1 & 2.

1. Corint. 3.

Epheſ 1.

14\. *Demonſtratio 4.* Poſtrema demonſtratio nititur in doctrina Theologorum omnium, quando probant neceſſitatem Incarnationis. Quæcunque bonitas, extra Deum poſſibilis, etiam collectiuè, ſumpta, minor eſt, quam malitia peccatorum: Sed bonitas humanæ vitæ Chriſti Domini maioris bonitatis & pretij maioris eſt. quam malitia peccatorum omnium poſſibilium: ergo bonitas eiuſdem humanæ vitæ maior eſt, quam quæcunque bonitas extra Deum poſſibilis, etiam collectiuè ſumpta: maior autem bonitas magis diligitur à voluntate rectiſſima, & cauſante illam, vt ſupra dicebamus. Minor probatur, quia niſi bonitas humanæ vitæ Chriſti Domini fuiſſet maioris bonitatis & pretij, quàm malitia peccatorum; non fuiſſet redemptio copioſa, & ſuperabundans oblatio talis vitæ pro peccatis. Hanc rationem tradiderunt Anſelmus & Bonau. ſupra citati.

SECTIO VI.

Argumenta quæ contendunt, Eccleſiam à Deo magis amari, quam vitam humanitatis Chriſti Domini.

1\. *Argumentum 1 Bernardus.* PRimum eſt, quoniam id perſpicuè Bernardus docere videtur ſermone de Magdalena inter med. & finem dicens: *Duo corpora habet Chriſtus, vnum quod ſuſcepit ex virgine, alterum Eccleſiæ, quod charius habet benignitas redimentis. Denique illud pro iſto morti expoſuit & tormentis, morte turpiſſima condemnatum.* Et ex paruis ſermonibus quinquageſimo ſeptimo ſermone ad finem: *Quæ vtique membra niſi plus illo crucifixo corpore Chriſtus diligeret, pro his illud crucifigendum non tradidiſſet,* Atque ſerm. 12. in Cantica verſus finem de operibus miſericordiæ ſic loquitur: *Hæc vnctio per vniuerſum Chriſti corpus diffunditur. Corpus dico, non illud crucifixum, ſed quod illius acquiſitum eſt paſſione. Optimum re vera vnguentum. in cuius comparatione cætera nec reſpicere ſe oſtendit, &c.*

Secundum argumentum. Quod magis amatur, ſeruatur magis, & ideo non permittitur eius amiſſio, nec traditur diſtruendum pro recuperanda re, quæ minus amatur: ſed pro recuperanda ſalute generis humani Chriſtus Dominus, in quantum homo, *Tradidit in mortem animam ſuam.* Iſaiæ 53. & Galat. 2. *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Atque Pater æternus. *Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Rom. 8. ergo vita corporalis Chriſti Domini nec à Deo, nec à voluntate humana Chriſti Domini, magis amabatur, quàm ſalus humani generis. Ideo Saluianus lib. 4. de Prouiden. longè poſt med. ex prædictis verbis Apoſtoli deducit euidens eſſe, plus nos amare Deum, quàm Pater vnigenitum Deum amat. 2.

Iſaia 53. Galat. 2.

Rom 8.

Tertium. Ordinata charitas non præcipit exponi certò & euidenti periculò, quod eſt maioris pretij, & maiori dilectione dignum, pro ſeruanda re minoris pretij, & digna minori dilectione. Sed Chriſtus Dominus à ſuo Patre mandatum accepit ponendi animam ſuam, hoc eſt, vitam, pro ſalute generis humani Ioan. 10. ergo Deus, ipſamet charitas ordinatiſſima, generis humani ſalutem reputat maioris pretij, maiorique dilectione dignam, quam vitam Chriſti Domini, prout homo eſt. 3.

Quartum argumentum. Qui dat rem pretioſiſſimam pro alia, magis diligit, & maiori habet in pretio rem, quam comparat, *Sic* autem, *Deus dilexit Mundum vt Filium ſuum vnigenitum daret:* Ioan. 3. Ergo magis dilexit Mundum, hoc eſt, humanum genus. 4.

Ioan. 3.

Quintũ, Deus, & Chriſtus Dominus in quantum homo, non eſt paſſus diſpendium, & damnum, ſed potius lucratus eſt, redimendo genus humanum: ergo bonum quod adquiſiuit, eſt maius eo bono, quod pro redemptione dedit. Salus igitur humani generis, quam lucratus eſt, maius bonum eſt, & conſequenter magis amabile, quam humana vita Chriſti Domini. 5.

Sextum argumentum. Humanitas Chriſti Domini non eſt infinitæ bonitatis, ſed finitæ: poterit igitur adæquari & ſuperari, ſi bonitas alia creſcat in infinitum. Sed bonitas humani generis poteſt in infinitum creſcere per multiplicationem hominum poſſibilium, & (quod caput eſt) Angelorum bonitas ſpecifica poteſt in infinitum creſcere, nec non gratia & gloria, quæ poteſt illis conferri; ergo ſaltem collectio bonorum omnium poſſibilium erit maioris perfectionis & amore digna maiori, quàm humanitas Chriſti Domini. 6.

Septimum. Commune bonum eſt diuinius & altius, quàm bonum particulare: ſed bonum humanitatis Chriſti Domini eſt bonum particulare: ergo diuinius & altiùs, quàm illud eſt bonum totius humani generis: & conſequenter dignum, quod ametur magis. 7.

Octauum argumentũ. Ex Ariſtotele lib. 1. poſterior. text. 5. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Sed Chriſtus Dominus vt homo, fuit efficaciter volitus & amatus propter humani generis redemptionẽ: ergo magis volita & amata fuit noſtra redemptio. Confirmatur, quia Deus non amauiſſet efficaciter Chriſtum, vt hominem, 8.

Ariſtoteles.

Cõfirmatur.

Digitized by Google

niſi fuiſſet ad redemptionem requiſitus; ſi quidem non incarnaretur Deus, ſi non peccaſſet Adamus. Ergo Deus Chriſtum vt hominem ita propter redemptinnem dilexit, vt ex vi præſentis amoris non diligeret Chriſtum niſi redemptionem amaret. Quod eſt indicium maioris amoris erga redemptionem.

9. Nonum argumenrum, quia non ſatisfacit ſolutio quorundam, qui confugiunt ad temporis breuitatem, quo vita Dhriſti Domini fuit amiſſa, poſtea recuperanda per reſurrectionem. Etenim aut vita Chriſti Domini fuit infiniti valoris, aut non. Si fuit infiniti valoris; etiam tempore quantumcunque breuiſſimo fuit infiniti valoris: quoniam infinitum non redditur finitum ablatione partium durationis: alioqui poſſet infinitum exhauriri per ablationem partium finitarum: quod implicat cōtradictionem. Quod ſi fuit infiniti valoris vita breuiſſimi temporis: conſequens eſt, fuiſſe dignam, vt amaretur magis, quàm ſalus totius humani generis, quæ finita eſt: ideóque non fuiſſet poſtponenda propter hominum redemptionem. Vnde ſuas vires recuperant omnia arguméta præcedentia. Si verò dixeris, vitam Chriſti Domini reſtrictam ad breue tempus, non eſſe infiniti valnris: non erit digna, quæ magis ametur, quàm ſalus humani generis.

10. Decimum argumentum ad eandem ſolutionem refutandam, quia non tantum infinita duratione, quæ præceſſit creationem mundi, ſed etiam multis annorum millibus à cōſtitutione mundi, Deus humanam Chriſti D. vitam poſtpoſuit, & prætermiſit propter commodiorē humani generis medicinam (quemadmodum Patres communiter docent, quos retulimus diſp. 9. ſect. 8. exemplo 3. & tom. præced. de Sciētia Dei diſp. 66. ſect. 2. ergo non modo vitā breuiſſimi temporis, ſed etiam vitam longiſſimi temporis, imo etiam durationis infinitæ Deus poſtpoſuit, & minus amauit, quam humani generis ſalutem. *Cōfirmatur.* Cōfirmatur, quia vitam Chriſti D. poſſibilem toto tempore, quo nondū extitit, Deus abſolutè non voluit, nec amauit: amauit autem ſalutē humani generis in temporis plenitudine tribuendā. Ergo vita Chriſti D. pro tota illa duratione nō fuit amata magis, quàm ſalus hominum, pro tempore congruenti.

SECTIO VII.

Solutio præcedentium argumentorum.

1. GEneralis omnium ſolutio cōſiſtit in diſtinguenda conſideratione duplici generis humani, & redemptionis, atque ſalutis. Poteſt enim conſiderari ſalus nuda, & præciſa ab aliis bonis: vel ſalus ornata bonis aliis, & eleuata ad altiorem dignitatem. *Aſſertio 1. Hominum ſalus præciſa ab aliis altioribus bonis bonum inferius vita Chriſti D.* Dico igitur primò. Si conſideretur ſalus humani generis nuda & præciſa ab aliis plurimis & altioribus bonis, quę illam comitantur: vt ſic eſt bonum inferioris ordinis, & minus amabile, quàm vita Chriſti Domini proindéque non fuiſſet ponenda vita Chriſti Domini pro ſalute humani generis: vt efficaciter concludunt argumenta præcedentia.

2 *Sub alia cōſideratione ſalus hominum bonum maius quàm Chriſti D. vita.* Dico ſecundò. Si conſideretur humani generis ſalus ornata, & eleuata ad altiorem dignitatem per altiſſima bona, quæ de facto ſunt conſecuta ſimul cum redemptione: vt ſic eſt bonum altioris ordinis, & magis amabile, quàm vita corporalis Chriſti Domini toto tempore, quo non extitit ſiue in triduo mortis, ſiue ante Incarnationem. Probatur, quia ſalus hominum, ita conſiderata, continet ſatisfactionem offenſæ Deo factæ per maiorem honorem, quam fuerit ablatus per iniuriam. Continet ſacrificium ſuauiſſimi odoris, & infiniti valoris, ſummam oſtenſionem infinitæ ſapientiæ, bonitatis, iuſtitiæ, & miſericordiæ, & omnium attributorum. Inſuper eodem ſacrificio Chriſtus Dominus pro mortali vita quam amiſit, meruit immortalem vitam, & glorificationem corporis: *Chriſtus D. immortalem vitam, & ſui corporis glorificationem meruit.* exercuit exteriores & efficaces actus omnium virtutum altiſſimarum, quibus & Patri ſummopere placuit, & hominibus exemplum dedit charitatis, obedientiæ, patientiæ, humilitatis, & cæterarum virtutum, oſtendit euidentiſſimè, quantā ſit peccati malitia, & quantò ſit odio digna

3. Fidei teſtimonium dedit luculentiſſimum *confeſſus bonam confeſſionem*, vt inquit Apoſt. 1. Timoth. 6. *1. Timoth 6.* Firmiſſimum ſpei ſolatium dedit: *Nam qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non omnia cum illo etiam nobis donauit*. Rom. 8. *Rom 8.* Triumphauit de morte & inferno, regnúmque propriis meritis adquiſiuit Pſalm. 95. *Pſal. 95.* *Dicite in gentibus, Dominus regnauit à ligno.* (vt S. Auguſtinus, Cyprianus, Iuſtinus, Leo Papa, & vetus Pſalterium Romanum & eccleſiaſticus hymnus habent) & Iſaiæ 9. *Iſaie 9.* *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Ac potiſſimum quoniam ita regnum acquiſiuit, tradendum Deo & Patri, iuxta illud 1. Corinth. 15. *1. Corint 15.* *Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum.* & quæ ſequuntur, vſque ad illud, quod eſt ſupremum bonum, intentum paſſione Chriſti Domini videlicet: *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei; qui ſubiecit ſibi omnia vt ſit Deus omnia in omnibus.* Tunc ſcilicet, Filius, quantum ad ſuum corpus myſticum, erit plenè ſubiectus, vt plerique Patres exponunt, quos retulimus in tomo de Trinit. Attigit hanc ſolutionem S. Thomas in præſenti quæſt. 20. art. 4. ad 1. fine.

4 Nec propterea minuitur ac deprimitur amor Dei erga genus humanum, quoniam hic amor impulit infinitam ſapientiā & bonitatem vt quærerent tanta bona, copulāda cum ſalute humani generis, quæ dignam redderent infinito pretio.

5. *Ad 1. reſpondetur.* Singulis igitur argumentis prædictam ſolutionem applicando. Reſp. ad 1. S. Bernardi mens fuit, Chriſtum Dominum dilexiſſe magis ſalutem hominum ornatam & eleuatam per omnia bona, quæ nuper enumerauimus.

6. Ad ſecundùm. Reſp. diſtinguendo ſimul Minorem & conſequens. Vita corporalis Chriſti Domini non amabatur magis, quàm humani generis ſalus ornata & eleuata per altiora bona: licet amaretur magis, quàm humani generis ſalus nuda & præciſa ideo non pro hac, ſed pro illa Chriſtus Dominus & Pater, tradidit eius vitam. *Saluianus exceſſit in modo loquendi.* Saluianus autem exceſſit in modo loquendi.

7. Ad tertium. Reſp. eadem diſtinctione Minoris, & Conſequentis. Chriſtus Dominus à Patre mandatum accepit ponendi animam ſuam pro noſtra ſalute, non præciſa & nuda, ſed ornata & eleuata per altiora bona, quæ reputat maioris pretij, quam vitam illius temporis. Inde facilè conſtat ſolutio ad quartum argumentum.

8 Ad quintum. Reſp. diſtinguendo conſequens. Bonum, quod per redemptionem acquiſitum eſt

Chriſto

Chriſto Domino, maius eſt includẽdo collectionem bonorum omnium, quæ Chriſtus Dominus moriendo conſequutus eſt: à quibus tamen præciſa redemptio, non eſt bonum maius, quàm vita Chriſti D. etiam limitatā ad triduum paſſionis.
Bonauentur. Adde quod S. Bonauent. reſpondet lib. 3. ſent. diſt. 32. art. vnico q. 5. prope finem. *Deus non redimebat ab alio, ſed à ſe ipſo. Manus enim miſericordia redimebat à manu iuſtitia.* Ideo lucrum maius reſultabat ex eo contractu, quia penes eundem redemptorem manebat totum pretium oblatum pro redemptione, ſimul cum omnibus captiuis redemptis, & ad altiorem ſtatum eleuatis ad maiorem Dei gloriam. Quamuis enim Deus non indigeat lucris, nec ditior & fœlicior per illa reddatur: attamen maiora ſemper bona lucrari vult propter affectum ad communicationem maiorem ſuæ bonitatis: vt probatum eſt diſp. 9. & 10.

9. Ad ſextum diſtinguendum eſt primum Antecedens illius. Humanitas Chriſti Domini præciſa ab vnione ad verbum, non eſt infinitæ, ſed finitæ bonitatis: cæterum per vnionem hypoſtaticam eleuatur ad valorem & dignitatem infinitam altioris ordinis ac ſupremi. Quapropter licet in infinitum creſcat bonitas hominum & Angelorum, non poterit illam adæquare; quia ſemper manebit in ordine inferiori, & infinitè diſtante.

Chriſti D. humanitas per vnionẽ, infiniti valoris.

10. Ad ſeptimum Reſp. Commune bonum eſt diuinius, & magis amabile, quàm bonũ particulare, quod nimirum eſt pars illius boni communis, aut non eſt bonum alterius ordinis. At verò bonum altioris ordinis eſt diuinius & magis amabile, quàm quodlibet commune bonum inferioris communitatis. Humanitatis autem Chriſti Domini bonum eſt altioris ordinis, & non eſt pars boni communis humani generis redimendi. Poteſt etiam reſponderi, bonum humanitatis Chriſti Domini eſſe bonum commune, diuiniúſque quàm commune bonum generis humani: quemadmodum vniuerſalis cauſa bonorũ eſt diuinius & vniuerſalius bonum, quàm omnes eius effectus. Ita S. Thom. 3. ſent. diſt. 32. q. vnica fine.

11. Ad octauum diſtingue Minorem. Chriſtus D. vt homo, fuit efficaciter volitus propter humani generis redemptionem, non præciſam & nudam, ſed ornatam & eleuatā per diuiniora bona: quorum collectionẽ magis amauit Deus, quàm Chriſtum nudum, & præciſum ab illis bonis. Sic intelligi debet ſolutio S. Bonau. cit. diſt. 32. q. 5. ad 3. dicentis, magis amari cauſam finalem, ſed non amari magis rationem inducentem; at verò genus humanum non fuiſſe rationem finaliter mouentem ad Incarnationem, ſed fuiſſe rationem quodammodo inducẽtem. Ad confirmationem, omittimus diſputare, num Deus incarnaretur; licet Adamus non peccaret: ſufficit enim ad amoris gradum, quem defendimus, decretum Incarnationis, & amorem efficacem Dei erga Chriſtum Dominum non fuiſſe dependentem à redemptione nuda & præciſa, ſed ornata & eleuata per altiora bona: ſi fortè talis amor voluit Incarnationem dependenter à peccato.

Ad confirmationem.

12. Ad nonum. Reſp. concedẽdo, temporis quantumcunque breuiſſimi vitam humanitatis aſſumptæ, fuiſſe valoris infiniti, proptereàque dignam, vt plus amaretur, quàm hominum redemptio nuda & præciſa: cæterum eadem redemptio per altiora bona ornata & eleuata, maiore dilectione digna fuit.

13. Ad decimum. Reſp. Tot ſæculis ante Incarnationis inſtans Deus Chriſti D. vitam poſtpoſuit, & prætermiſit propter commodiorem humani generis medicinam, non quidem nudam & præciſam, ſed ornatam & eleuatam diuinioribus bonis, quæ ſupra ſunt enumerata. Horum igitur collectioni meritò Deus poſtpoſuit vitam illam pretioſiſſimam tantæ durationis ſpatio. Ad confirmationem eodem modo diſtinguendum eſt conſequens. Vita Chriſti Domini pro tota duratione ante Incarnationis inſtans, non fuit amata magis quàm ſalus hominum pro tempore congruenti volita ſimul cum aliis diuinioribus bonis, & dependenter ab illis: quia ſine illis pro nullo tempore volita fuit ſalus hominum: ſicut nec vita Chriſti volita fuit pro tota duratione, quæ præceſſit Incarnationem.

Ad confirmationem.

SECTIO VIII.

Vtrùm Angelos magis, quàm homines Deus amauerit.

1. CErta ſunt in hac re duo. Primum eſt, quantum ad naturalia bona tātò magis Angelos, quàm homines fuiſſe dilectos, quantò ſubſtātiæ illæ ſpirituales excedunt ſpecifica perfectione & eſſentiali, necnon potentiis & operationibus altioris ordinis, à quibus longiſſimè diſtat humana ſubſtantia, & illius potentiæ atque operationes. Demōſtratur primò, quia Deus illud magis amat cui maius bonum confert (vt vidimus ſect. 1.) ſed maius bonum confert Angelis, quantum ad naturalia: ergo magis eos amat quantum ad naturalia. Secundò probatur, quia res Deo ſimilior, magiſque participans illius perfectionem, & in qua manifeſtatur magis ſapientia & potentia Dei, eſt Angelus & ideo amabilior.

Deus Angelos quantum ad naturalia magis quàm homines amat.

2. Certum eſt ſecundò, ſi Chriſtum D. includamus in hominum collectione, quam cum Angelis cōparamus, amari magis homines, quàm Angelos, quia ſolus Chriſtus Dominus amatur magis, quàm tota creaturarũ collectio; ſicut oſtendimus tribus ſectionibus præcedentibus.

Homines Chriſtũ D. includentes plus Angelis dilecti.

3. Tertiò, licet non includamus Chriſtum D. ſed puros tantum homines conſideremus; adhuc in noſtram communitatem & collectionem propter Chriſtum Dominum redundat maior dilectio; eſt enim maxima dignitas totius humanæ naturæ, quod illius aliquod indiuiduum fuerit aſſumptum, vt idem ſit Deus & homo. *Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus ſimilari.* Hebræ. 2. Confirmatur primò, quia *Maiorem charitatem nemo habet quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis* Joan. 15. Sed Chriſtus D. animam poſuit pro hominibus, & non pro Angelis: ergo maiorem charitatem habuit erga homines. Sed potiſſimum confirmatur ſecundò, quoniam in hac hominum collectione Beatiſſima Virgo Dei genitrix continetur, quæ ſuperior eſt omnibus Angelis dignitate conſanguinitatis, & excellentia gratiarum & gloriæ.

Puriùm hominum propter Chriſtũ D maior dilectio.

Hebræ. 2.

Ioan 15.

Beatiſſima Virgo omnibus Angelis ſuperior.

4. Reſtat igitur difficultas de collectione cæterorum hominum, præter Chriſtum Dominum & Sanctiſſimam illius matrem, quantum ad bona ſupernaturalia, vtrum ſimpliciter & omnibus penſatis, fuerit minus amata, quàm Angelorum collectio. Authores quidam non ſatis explicant, quid ſub hac comparatione ſenſerint; videntur autem abſolutè putare, magis amatam fuiſſe col-

Præcipua difficultas.

Authorum ſententia.

lectionem hominum propter ordinem ad Chriſtum D. vt Alexand. 1. p. q. 32. mem. 1. Mol. 1. p. q. 20. art. 4. tractans ſolutionem ad 2. Clarius autem quantum ad ſtatum gratiæ finalis & gloriæ plus eſſe dilectos homines, quàm Angelos, aſſerit Bonau. lib. 3. ſent. diſt. 32. art. vnico q. 4. quem ſequitur Carthuſianus ibidem q. vnica col. 3.

5. Oppoſitum extremum tenuit Ricard. 3. ſent. diſt. 32. art. 2. q. 1. quoniam apud illum abſolutè magis amatur communitas Angelorum; ex illis enim plures erunt in gratia & gloria ſuperiores hominibus, ſed pauciores homines erunt pares, aut ſuperiores quibuſdam Angelis.

6. Mediam viam ingreſſus S. Thomas exiſtimat collectionem vtramque hominū & Angelorum eſſe, quantum ad gratiam & gloriam æqualem, quia ſe habet ſicut excedens & exceſſum, ita vt quidā homines quibuſdam Angelis æquales ſint, alij homines ſint ſuperiores quibuſdam Angelis, alij verò inferiores. Ita docet in præſenti ar. 4. ad 2. & lib. 3. ſent. diſt. 32. q. vnica prope finē totius quæſtionis. Ad hoc ſuadendum S. Thomas accommodat illud Apocal. 21. *Menſura hominis, quæ eſt Angeli*. Verumtamē hic neque literalis neque myſticus, aut ſpiritualis, nec anagogicus ſenſus eſſe poteſt; tum quoniam illa menſura non eſt Angeli tanquam menſurati per illam, ſed tanquam menſurantis: tum etiam quia menſuratum per illam erat ædificium cæleſtis ciuitatis latitudo & longitudo, & illius murus. Tota verò commenſuratio & æqualitas illius viſionis pertinet ad ſolam Eccleſiam hominum, minimè collatam cum Eccleſia Angelorum, vt ex contextu conſtat, & expoſitores oſtendunt. *Apocal. 21.*

7. *Diuini amoris æqualitas erga Angelos, & homines ex ſacris literis non infertur.*
Dico igitur 1. Nec ea ſacris literis, nec vlla ratione Theologica poteſt probabiliter ſaltem inferri æqualitas diuini amoris erga duas communitates Angelorum & hominum, ita exactè, vt omnium hominum futura gratia & gloria cumulum efficiat prorſus æqualem altori cumulo gratiæ & gloriæ cunctorum Angelorum.

8. *In gratia, & gloria aliqui homines aliquibus Angelis ſuperiores.*
Dico ſecundò. Magna probabilitate receptum eſt communi fidelium & Theologorum exiſtimatione, plurimos hominum beatorum aſcendiſſe ad altiorem gradum gratiæ & gloriæ, quam aliqui Angelorum ex ordine inferiori.

9. *Non ſolum Beata Virgo ſed aliqui homines omnibus Angelis ſuperiores.*
Dico tertiò. Probabile videtur vltra Beatiſſimam Virginē, aliquos alios puros homines euectos fuiſſe ad gradū gratiæ & gloriæ ſuperiorem omnibus etiam Cherubinis & Seraphinis Huius excellentiæ coniectura ducitur ex plorimis, quæ meritum & gratiam accumulant hominibus, ſed non Angelis. *Probatur 1.* Primò nāque magna gratiæ copia datur hominibus ex opere operato per Sacramenta potiſſimùmque per affluentiſſimū gratiæ fontem, Sacramentum & ſacrificium Euchariſtiæ. *Probatur 2.* Secundò, creſcit hic effectus Sacramentorū, ſeruata proportione ad diſpoſitionē, vltra meritum operis operantis, quod habet ipſa diſpoſitio.

10. Tertiò, frequenter repetita copia tanta gratiæ ſingulis diebus per quadragīta & eo amplius annos, magnum accumulabit theſaurum gratiæ. *Probatur 4.* Quartò. Gratia maior, adquiſita ſiue per ſacramenta, ſiue per opera meritoria, reddit perſonam Deo magis gratam, vt propter æquales actus virtutum ſit digna maiori præmio, ſeruata proportione ad magnitudinē gratiæ. *Æqualia opera ex maiori gratia magis meritoria.* *Probatur 5.* Quintò. Cum igitur pleriſque ſanctis per annos quinquaginta & plures, & à quibuſdam nonaginta vel centum annos fuerit auctus gratiæ theſaurus quotidianis & heroicis meritis, non poteſt non fuiſſe maxima dignitas perſonarum, propter quam eorum opera fuerint excellentiſſimi meriti.

11. *Angelorum gratia finita.*
Sextò. Cuiuſlibet Angeli, quantumcunque perfecti etiam ex ordine ſupremo finita eſt gratia & gloria: ergo gratia & gloria hominis creſcendo poterit eam excedere. Cum igitur tanto tempore, tanta multitudine actuum, tanta diuturnitate, & conſtantia, poſt tantam gratiā acquiſitam creuerint quorundam Sanctorum merita; videtur eſſe credibile, quoſdā ſuperaſſe gratiam & gloriam vnico actu breuiſſimæ morulæ cōparatam, quamuis ille actus fuerit intenſiſſimus, & ex intenſiſſima gratia procedens. *Probatur 7.* Septimò. Martyrij priuilegiū, & ſummæ charitatis exercitium, quod in eo continetur, deficit Angelis. Inſuper difficultates innumeræ prouenientes ex inſtantia concupiſcentiæ, & faſcinatione nugacitatis, ex humana fragilitate, & ignorantia, ex neceſſitatibus & ponderibus corporis, ex hominum contradictionibus, aut ſeductionibus, vel exemplis, omnes augent hominum meritum, cæteris paribus à quibus Angeli ſunt immunes.

12. *Angeli propter euidētiā in atteſtante ſine pia affectione crediderunt.*
Octauò. Propter euidentiam in atteſtante, non potuerant Angeli non credere, nec indigebant pia affectione ad credendum: homines antè patimur obſcuritatem non modo circa myſteria credenda, ſed etiam circa fidei Authorem. Quia nobis non eſt euidens eſſe Deum, qui hæc affirmat, licet hoc ſit euidenter credibile: quapropter indigemus pia affectione. Ad quem exceſſum meriti probandū aptiſſimè quadrat illud Ioan. 20. *Beati qui non viderunt*, etiam atteſtantem euidenter cognoſcētes, *& crediderunt*. *Ioan. 20.* Nonò. Propter eaſdem rationes difficultatis, Spei meritum eſt maius in hominibus, quàm in Angelis, quantum ad has circunſtantias. *Spei meritū maius in homine quam in Angelo.* In primis enim certus erat Angelus, quando liberè conuerſus fuit ad Deum ſe tunc eſſe in gratia, & continuo poſt illam morulam reddendam eſſe ſibi gloriam; ſed ſpes noſtra tolerat ambiguitates, & moras longiſſimas; quia *Nemo ſcit vtrum odio, vel amore dignus ſit*, tempore præſenti; ſed multò magis dubitare poteſt ſanctiſſimus quiſque de futura perſeuerātia per plures annos, & varias diſpoſitiones & caſus interius & exterius incurrentes: niſi diuina reuelatione reddatur certior.

13. Decimò, Multis annorum millibus gloriam diſtulit Deus patriarchis & ſanctis veteris Teſtamenti, & poſt paſſionē reſurrectio & gloria corporis differtur etiam multis annorum ſæculis, & toto hoc tempore duraturam mortem deuorantur à Dei ſeruis, qui naturaliter vitam diligunt. Hæc naturalium affectuū ſacrificia non erant Angelis poſſibilia. Poſtremò, videtur eſſe congruū, Chriſtum Gratiæ Dominū, & gloriæ Regem, voluiſſe ſibi magnates propinquiores aſſiſtere quoſdā ex ſuis fratribus, eiuſdē naturæ conſortibus, & participibus carnis & ſanguinis ſui, quoniā hæc potiſſimū participatio deſtinatur ad æternā vitam. Hoc enim pertinere videtur ad honorē aſſumptę naturę, atq; ad honorē ſacerdotij, conſecratis Dei corpus & ſanguinē, & offerentis idē ſacrificium, quod Chriſtus D. obtulit, & ad honorem conformitatis cū ipſo in laboribus & martyrio.

14. *Aſſertio 4.* Ex eiſdem coniecturis inferò, & dico quartò eſſe probabilē exceſſum, quo totus cumulus gratiæ & gloriæ communitatis hominum (excepto capite & illius matre ſanctiſſima) ſit futurus maior quā totus cumulus gratiæ & gloriæ omnium

Angelorum

Angelorum; Vnde ſequitur hominum communitatem eſſe magis dilectam.

SECTIO IX.

Soluuntur obiectiones aduerſus maiorem amorem hominum.

1. *Ex Auguſtino obiectio 1.* PRima ſit, quoniam Auguſtin. tract. 110. in Ioan prope finem ait: *Quanquam non deſint, qui etiam nos Angelis præferant, quia pro nobis, inquiunt, non pro Angelis mortuus eſt Chriſtus: id quid aliud eſt, quam de impietate velle gloriari? Etenim Chriſtus, ſicut ait Apoſtolus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt. Quale eſt ideo ſe velle laudari, quia vitio ſuo tam deteſtabiliter ægrotauit, vt non poſſit aliter, quam medici morte ſanari? Non eſt hoc noſtrorum gloria meritorum, ſed medicina morborum.* Cui conſonat quod Sanctus *S. Thomas.* Thomas ait in fine ſolutiònis ad ſecundum præſentis artic. 4. *Nec ideo naturam humanam aſſumpſit Deus, quia hominem abſolutè plus diligeret, ſed quia plus indigebat: ſicut bonus paterfamilias aliquid pretioſius dat ſeruo ægrotanti, quod non dat filio ſano.* Idem docuerat 3. ſent. diſt. 32. quæſt. vnica art. 5. prope finem, & Ricard. eadem diſt. art. 2, quæſt. 1. ad 3.

2. Reſp. Auguſtini mens clariùs elucet ex ipſis verbis. Agit enim de merito & excellentia, quam homines haberent, propter quam mererentur, vt Chriſtus moreretur pro illis potius, quàm pro Angelis. Nos autem hucuſque non aſſeruimus, niſi dignitatem gratis collatam humano generi per Chriſti Domini mortem.

3. Maiorem difficultatem afferre poſſent citata verba S. Thomæ, niſi conſtaret, hominem fuiſſe ſimpliciter magis dilectum, quatenus Deus voluit, vt aliquis homo eſſet Deus, & eius Mater *Ad S. Thomæ verba reſpondetur.* eſſet Angelorum Regina. Quamobrem ita S. Thomas intelligi debet, vt quamuis efficax decretum aſſumendi naturam humanam fuerit ipſiſſimus amor hominis maior, quam Angeli: nihilominus ad hoc decretum non impulerit alius amor prior, qui fuerit maior erga homines propter eorum maiorem dignitatē, excellentiam, aut meritum, propter quod eſſent diligendi magis quàm Angeli; ſed potius ex eorum miſeria & vilitate Deus arripuerit occaſionem oſtendendi nimiam charitatem, & omnia attributa.

4. Secunda obiectio ſoluitur eodem modo. Sumitur autem ex verbis Auguſtini, continuo ſubiectis poſt ea, quæ retulimus in obiectione prima; reprehendit enim eos, qui præferunt homines Angelis, quoniam eis nullum peccati remedium eſt datum: quia non conſtat, *ideo fuiſſe factum, quod flebramus excellentius an quod deſperatius iacebamus.* *Auguſtinus. Reſpõdetur.* Reſp. tamen, contextus, qui ſequitur, apertè demonſtrat, non excludere Auguſtinum aliam excellentiam, niſi quæ præceſſerit Incarnationem, ac remedium peccati. Vnde in fine tractatus concludit: *Hac itaque nobis magnum bonum confert, qui dilexit nos, ſicut dilexit Chriſtum, vt propter ipſum, cuius membra nos eſſe voluit, æquales Angelis ſanctis ſimus.* Non quidem in gradu gratiæ & gloriæ, ſed in ſpecifica ratione illius & in identitate obiecti glorificantis: de qua diximus ſect. 3.

5. Tertia obiectio. Quibus Deus eſt liberalior, eos magis amat, ſed liberalior fuit erga Angelos, quoniam propter vnicum actum breuis morulæ protinus eos gloria donauit: ergo magis eos dilexit quam homines. Reſp. Hoc argumentum rectè *Reſponſio.* probat exceſſum amoris ex eo tantum capite. Verumtamen aliunde plura ſunt capita, quibus oſtenditur erga homines dilectio maior, & in eo peculiariter, quod præmiom eorum differtur propter augendum maiorem cumulum meritorum vt oſtendimus ſect. præcedenti.

Quarta obiectio. Qui magis diligunt Deum, 6. magis diliguntur à Deo: ſed Angeli magis dilexerunt in via, quam homines diligũt: magis ergo diliguntur à Deo. Reſp. Contingere poteſt actualem dilectioné alicuius perſonæ magis intenſam eſſe, nihilominus eſſe minus dilectam illá perſonam, quam ſit alia, quæ magis intenſam accepit habitualé gratiá & charitaté, licet nullum actum charitatis elicuerit tá intéſum. Propterea Maior *In patria actus amoris æqualis intenſione cum gratia.* illa non verificatur in via, ſed tantum in patria, vbi omnes beati concipiunt actum amoris tam intenſum, quàm eſt intenſa gratia & habitualis charitas eorum. Ideo licet Angeli magis dilexerint in via, & comparatione ſolius præſentis dilectionis fuerint magis dilecti; tamen homines pluribus actibus, & Sacramentis auxerunt gratiam & charitatem habitualem, iuxta cuius intenſionem, in gloria diligent Deum intenſius, quam Angeli modo dicto in ſectione præcedẽti.

Quinta obiectio. Beatorum hominum gratia 7. & gloria non erit maior, quàm pro reſtituendis Angelorum ruinis æquali numero & gradu. Sed totus cumulus gratiæ & gloriæ, quam obtinuiſſent omnes Angeli rebelles, ſi perſeuerаſſent in obedientia Dei, foret multò minor, quàm totus cumulus gratiæ & gloriæ, quo fruuntur omnes Angeli fideles & obedientes. Ergo beatorũ hominum gratia & gloria, multò minor erit, quàm totus cumulus gratiæ & gloriæ omnium Angelorum. Maior ſuaderi videtur Pſal. 109. *Implebit ruinas.* & Epheſ. 1. *Inſtaurare omnia in Chriſto, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt.* Minor autem *Pſal. 110. Epheſ. 1.* probari poteſt Apocal. 12. nam Draco traxiſſe *Apocal. 12.* dicitur *tertiam partem ſtellarum cœli. & miſiſſe eas in terrã.* Illi verò, qui ceciderunt ad varios ordines Angelorũ promiſcuè pertinebant: ergo totus cumulus gloriæ eorum minor eſſet, quam cumulus gloriæ bonorũ Angelorũ: nã gloria proportione quadã correſponderet naturali perfectioni eorũ.

Reſpondetur vtramque propoſitionem ne- 8. gando, Maiorem, ac Minorem. In primis enim *Dæmoniorũ numerus incertus.* numerus Angelorum qui ceciderunt, incertus eſt, nec locus citatus Apocalip. agit, niſi de tertia parte virorum illuſtrium, qui doctrina & exemplo tanquam ſtellæ fulgebunt in Eccleſia, Deinde non minus incertus eſt numerus hominum prædeſtinatorum, vt docent Auguſtinus in Enchirid. cap. 29. fine. Iſidorus lib. 1. ſent. de ſummo bono. cap. 10. num. 13.

Præterea multò probabilius eſt, prædeſtina- 9. torum numerum eſſe futurum maiorem, quam *Prædeſtinatorum numerus Angelorum infidelium maior.* Angelorum infidelium. Sic enim Auguſt. lib. 22. de ciuitate cap. 1. à medio: *Inſtaurat*, inquit, *partem quæ lapſa eſt, Angelorum; ac ſi ſuperna ciuitas non fraudetur ſuorum numero ciuium, quin etiam fortaſſis vberiori lætatur.* Et in Enchirid. cap. 29. *Auguſtinus.* *Superna ciuitas nulla ciuium numeroſitate fraudabitur, ſed vberiore etiam copia fortaſſe regnabit.* Gregor. *Gregorius.* autem homil. 34. in Euang. in med. dicit: *Tanta aſcenſura creditur multitudo hominum, quãta multitudo remanſit Angelorũ.* Cui conſequens eſt, homines aſcenſuros eſſe plures, quàm fuerint Angeli.

qui ceciderunt. Anſelmus autem lib.1. *Cur Deus homo*,cap.18.fusè probat,homines in gloria futuros eſſe plures, quam fuerint Angeli deſertores.

10. Poſtremo. Gradus gloriæ prædeſtinatorum hominum non ſeruabit æqualitatem ad gradum gloriæ,quem obtinere potuiſſent Angeli,qui ceciderunt:ſed quemadmodum eſt numerus maior,ita maior erit intenſio iuxta Dei morem,infinita ſapientia & bonitate dignum, non permittendi mala, niſi propter altiora bona, per quæ ſuperabundet gratia, vbi abundauit culpa. Præſertim cum rationes adductæ ſect. præcedenti probabiliter ſuadeant maiorem gratiam & gloriam hominum,quam Angelorum.

11. Huius igitur obiectionis ſolutio non parum corroborat maiorem Dei amorem erga homines, quam erga Angelos etiam abſtrahendo à Chriſto Domino & eius ſanctiſſima Matre quamuis abſtrahi non poſſit ab eorum meritis & influentiis,prout explicatum eſt ſect.præcedenti.

SECTIO X.

Vtrùm Ioannem magis quam Petrum Deus amauerit.

1. CONtra generalem doctrinam,traditam ſect. 5.conc.1.maioris amoris,quo Deus ſemper meliora proſequatur, occurrit argumentum, quoniam Petrus melior fuit,quàm Ioannes; nihilominus magis Ioannem amauit Deus, quàm Petrum; ergo non ſemper meliora magis amat. Probatur Maior, quia Petrus magis diligebat Chriſtum iuxta illud Ioan.21. *Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei.etiam Domine,tu ſcis,quia amo te.* Melior autem eſt cæteris, qui pluſquam cæteri Deum diligit.

Ioan.21.

2. Minor verò probatur ex eodem cap. 21. nam Ioannes erat *ille diſcipulus,quem diligebat Ieſus*.Sapiẽter enim Auguſtinus vltimo tractatu in Ioan. inter princip.& med. obſeruat:*Vbicunque ſe commemorat Ioannes,vt nomine ſuo tacito ipſe poſſet intelligi, hoc addit, quod eum diligebat Ieſus, quaſi ſolum diligeret, vt hoc ſigno diſcerneretur à cæteris, quos vtique omnes diligebat. Quid ergo niſi amplius ſe dilectum, cum hoc diceret, volebat intelligi, quod abſit vt mendaciter diceret? Quod autem maius dare potuit Ieſus maioris erga eum ſuæ dilectionis indicium, quam vt homo cum cæteris condiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis,ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ipſius Saluatoris?*

Auguſtinus.

3. Primò certum eſt, illis verbis, *Diligis me plus his*.non eſſe ſenſum:pluſquam hos diligis,quemadmodum accepit Bernardus ſermon. 76. in Cantic.propius ad med. quam ad finem,& quidam hæretici huius temporis ad extenuandam authoritatem principis Apoſtolorum. Communis enim Patrum & cæterorum interpretum expoſitio agnoſcit, non inter amatos, ſed inter amantes fieri comparationem: vt propterea Petrus oſtendatur dignus ſuprema poteſtate totius Eccleſiæ, quoniam Deum pluſquam cæteri diligeret. Quod ipſe quoque Bernardus in particulari ſermone de diligendo Deo (non in fuſiori tractatu de diligendo Deo) in fine ſermonis intellexit; dicens: *Requiſitus Petrus, an diligat plus his,tantum reſpondit ſe diligere,non audens affirmare,quod prius ſe dixiſſe temerè confundebatur,& fortaſſe propterea contriſtatus eſt. Dixerat enim prius: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te,ſed non ego.*

Verborum Chriſti D. Ioan.21.ſenſus.

Bernardus.

Matth.14.

Tanquam certum itaque ſupponimus, ſolam interrogationem Chriſti Domini petere, num Petrus pluſquam cæteri diligeret. Sed vtrum Petrus conceſſerit,ſe magis diligere,quam cæteri reſtat poſtea diſcutiendum. 4.

Secundò certum eſt,abſolutè,ſimpliciterque loquendo,magis eſſe dilectum à Deo,qui magis amauit Deum vſque ad vltimum vitæ Spiritum, vt docet S.Bonauent.3.ſentent. diſtinct.32. art. vnico quæſt. 6. fine. Supponitque pro certo S. Thomas in Ioan. cap. 20. lect. 5. & in præſenti quæſtion. 20. artic. 4. ad 3. Alexander. 1. part. quæſt.32.mem.4.Gabriel 3.ſentent. diſtinct. 32. quæſt.vnica fine. vbi Ricardus artic.2. quæſt.3. fine.Et omnes Theologi nemine contradicente. Propterea ſiquidem Auguſtinus tractatu poſtremo in Ioan. multò propius ad med. quàm ad princip. fatetur, ſe non inuenire viam & rationem defendendi maiorem dilectionem Dei erga minus diligentem. Ait enim: *Meliorem, qui plus diligit Chriſtum, feliciorem verò, quem plus diligit Chriſtus,facile reſponderem.ſi iuſtitiam Liberatoris noſtri, minus eum diligentis à quo plus diligitur, & eum plus à quo minus diligitur, quemadmodum defenderem prauiderem.* 5.

Qui magis amat Deum magis amatur à Deo.

Auguſtinus.

Verumtamen de dilectione habituali, ſiue quod idem eſt, de intenſione habitus charitatis, eſt intelligenda prædicta regula. Contingere namque poteſt, actum charitatis eſſe magis remiſſum,ſed tamen habitum eſſe magis intenſum in via:cui correſpondebit in patria viſio & amor actualis magis intenſus:vt ſectione 9.dicebamus ad obiectionem 4. 6.

In via aliquãdo actus remiſſior actu.

Tertiò certum eſt, humana Chriſti Domini voluntate fuiſſe magis amatum eum, qui magis amatus fuit voluntate diuina;quoniam voluntas humana perfectiſſimè conformis erat voluntati diuinæ: quemadmodum obſeruat S. Thomas in Ion. cap. 21. lect. 5. prope med.aduerſus quoſdam, ita volentes hanc litem dirimere, vt Chriſtus Dominus Petrum plus dilexerit dilectione diuina, ſed Ioannem plus dilexerit humana dilectione. 7.

Chriſti D. voluntas diuinæ conformis.

His ſuppoſitis tres ſunt Authorum ſententiæ. Prima cõcedit abſolutè, Petrum dilexiſſe magis, & magis dilectum eſſe, quàm Ioannem. In hanc inclinat S.Thomas in Ioan.cap.21. lect.5.prope med. Eam expreſsè tradit Alexander 1.p. q. 32. memb.4.Gabriel 3.ſent. diſtinct. 32,quæſt.vnica fine.Probatur ex illa Prouerb.8.*Ego diligentes me diligo.* Cui conſequens eſt eos magis diligere, à quibus ipſa ſapientia diligitur magis, ac præcipuè Chriſtus Dominus ſapientia Patris.Confirmatur Ioan.14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit,& Pater meus diliget eum.* Quocirca Pater magis diliget eum,qui magis dilexerit Chriſtum. 8.

Sententia 1.

Probatur. Prouerb 8.

Ioan 14.

Fauet Nazianzen. orat. 9. ad Iulian.tributorum exæquatorem inter med. & finem. appellans Petrum *Diſcipulorum omnium chariſſimum*, cuius nomine didrachmum pendit, & Cyrillus Alexand.lib.12.in Ioan.cap.64.ait,maiorem erga Dominum amorem habuiſſe Petrum, quam habuerint cæteri. Quod idem ſupponere videtur Chryſoſtomus homil. poſtrema in Ioan. & alij expoſitores. 9.

Nazianzen.

Secunda ſententia putat, eſſe melius neutram in partem inclinare, donec in Deo videamus, quis eorum fuerit perfectior, & magis dilectus. Ita S.Bonauent.lib.3. diſtinct.32.art. vnico q.6. Vbi Ricardus artic.2. quæſt. 3.fine, dicit nemini 10.

2.Sententia.

certum

S.Thomas.

Prouerb. 16. & 21.

certum eſſe niſi cui Deus reuelauerit. S. verò Thomas in præſenti quæſt. 20. articul. 4. ad 3. fine ait: *Præſumptuoſum videtur hoc diiudicare.* Quem ſequuntur eius expoſitores, alij expreſsè vt Mol, alij tacitè vt Vaſquez. Probat ex 16. capite Prouerb. *Omnes viæ eorum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt Dominus.* Quod repetitur cap. 21. verſ. 2. *Omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus.*

11. Verum hæc ratio, niſi temperetur, probat aduerſus eundem, fuiſſe præſumptuoſum affirmare futuram æqualitatem omnium hominum & Angelorum, quam affirmauerat in ſolutione ad ſecundùm aut aſſerere magis ſanctos, & magis dilectos Apoſtolos fuiſſe, quam alios Martyres aut Confeſſores. Quod aſſeruit 1.2. quæſt. 106. art. 4. corp. & de Veritate quæſt. 12. articul. 14. ad 5. & aliis multis in locis. Manifeſtum eſt igitur non éſſe præſumptuoſum, probabiliter ex ſacris literis & ratione Theologica coniicere, quis duorum fuerit ſanctior, & Deo charior.

Ioannes plus Petro dilectus.

Hieronym.

12. Mihi probabilius eſt Ioannem in gloria & gratia, necnon in amore beatifico maius donum accepiſſe à Deo, magíſque dilectum fuiſſe ab eo quam Petrum. Hæc eſt ſententia Hieronymi lib. 1. contra Iouinianum in med. vt conſtabit attentè legenti, & potiſſimum ponderanti verba illa: *Ioannes vnus ex diſcipulis, qui minimus traditur fuiſſe inter Apoſtolos; & quem fides Chriſti Virginem repererat, virgo permanſit: & ideo plus amatur à Domino, & recumbit ſuper pectus Ieſu,* &c. & paulo inferiùs: *Nos amoris præcipui cauſam virginitatem diximus: exponat ille, ſi virgo non fuit, cur cæteris Apoſtolis plus amatus ſit?*

Auguſtinus.

13. Auguſtinus licèt magis obſcurè, conſtanter tamen in eadem ſententia perſeuerat, quam aſſeruerat verbis quæ retulimus ſub init. præſentis ſection. argumenti Minorem probantes. Nam in prædicto tractatu poſtremo in Ioan. prope finem Hieronymi ſententiam, ſuppreſſo nomine, referens ait: *Sunt qui ſenſerint, & hi quidem non contemptibiles Sacri eloquij tractatores, à Chriſto Ioannem Apoſtolum propterea plus amatum, quod neque vxorem duxerit, & ab ineunte pueritia caſtiſſimus vixerit. Hoc quidem in Scripturis Canonicis non euidenter apparet; verumtamen id quoque multum adiuuat congruentiam huiuſce ſententiæ, quod illa vita per eum ſignificata eſt, vbi non erunt nuptiæ.* Quibus in verbis Auguſtinus diuerſam à ſua ſententiam non agnoſcit, niſi tantum in cauſa dilectionis maioris, quæ fuerit virginitas; & hanc etiam, notat, congruere ſuæ ſententiæ, quæ rationem maioris dilectionis aſſignat, fuiſſe contemplatiuam vitam & ſtatum beatitudinis, ſignificatum per Ioannem.

Beatitudo per Ioannem ſignificata.

14. Nec enim putandum eſt, Auguſtinum hæſiſſe tantum in tropologicis ſignificationibus vtriuſque Apoſtoli; foret enim indignum tanto doctore, non reſpondere quæſtioni, quam propoſuerat, & implorato Dei auxilio, ſoluendam ſuſceperat, dicēs: *Aggrediar igitur in eius manifeſta miſericordia, cuius eſt occulta iuſtitia, de ſoluenda quæſtione tam ingenti, pro viribus, quas ipſe, donauerit, diſputare.* Quæſtionem autem paulò ſuperius ita propoſuerat: *Quis eſt duorum diſcipulorum melior, qui minus quàm condiſcipulus eius, diligit Chriſtum, & plusquā condiſcipulus eius diligitur à Chriſto,* &c. Luſiſſet ergo lectores Auguſtinus, longo circuitu probans, eſſe meliorem vitam, quæ ſignificabatur per Ioannem, niſi vellet eo ipſo probare, Ioannem eſſe ſimpliciter meliorem, & plus dilectum. Quapropter multò propius ad finem, quam ad medium eiuſdem tractatus: *Hoc,* inquit, *per Petrum ſignificatum eſt, plus amantem, ſed minus amatum, quia minus nos amat Chriſtus miſeros quam beatos.* & poſt pauca ſubiungit, Ioannem eſſe *plus amatum, quia id quod per illum figuratum eſt, hoc efficit beatum.* Voluit igitur Auguſtinus, Ioannis perfectionem, maiori Dei amore dignam, aptè correſpondiſſe ſtatui æternæ vitæ, quem præſignabat. Videtur eiuſdem ſententiæ Gloſſa dum recitat Auguſtini verba. Propterea *chariſſimum* atque *dilectiſſimum* Ioannem appellat Dionyſius lib. 3. de Eccleſiaſtic. hierarc. part. 3. & Tertul. lib. de Præſcription. aduerſus hæreticos cap. 22.

Dionyſius.

Præcipuum fundamentum eſt ipſius Ioannis teſtimonium vocantis diſcipulum, *quem diligebat Ieſus.* Quæ verba denotāt apertè ſingularem dilectionem præ cæteris Apoſtolis: vt Auguſtinus obſeruauit verbis, quæ retulimus prope init. præſentis ſect. Nec alio fundamento canit Eccleſia in officio S. Ioannis: *Virgo eſt electus à Domino, atque inter cæteros magis dilectus.* Et in 3. Reſponſ. *Qui priuilegio amoris præcipui cæteris altius à Domino meruit honorari.* & in 5. Reſponſ. *Specialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum.* Confirmatur, quoniam illa verba nimium à proprietate torquentur per explicationes varias, quibus tandem efficitur, non ſimpliciter, ſed quodammodo tantum maiorem fuiſſe Dei amorem erga Ioannem: quapropter verius Euangeliſta dixiſſet, Petrum fuiſſe diſcipulum, quem diligebat Ieſus. 15.

Fundamentum.

Eccleſia.

Cōfirmatur.

Ideo non ſatisfacit prima expoſitio Alexandri 1. part. quæſt. 32. mem. 3. limitantis dilectionem maiorem erga Ioannem, quatenus Chriſtus Dominus plura ſigna dilectionis, & maiorem familiaritatem ei exhibuit. Econtrario namque ſolidius ratiocinabitur, qui dixerit, maiora dilectionis ſigna, veritatis exactæ non eſſe, niſi maior ſit dilectio, quam ſignificant eſſe maiorem; ideóque non decere Chriſtum, qui veritas eſt, ſicut neque maiorem familiaritatem erga minus amicum, & minus ſimilem ſibi & æterno Patri. 16.

Expoſitio 1. nō ſatisfacit.

Nec magis ſatisfacit altera expoſitio, quam magis probat idem Alexander, aſſerens, Ioannem fuiſſe dilectum magis, quantum ad excellentia quædam dona præſentis vitæ, qualis eſt ſubtilior, & altior cognitio myſteriorum, ſed Petrum fuiſſe magis dilectum, quantum ad maiorem charitatem, & gloriam. Hæc enim expoſitio non modo non retinet ſimplicem & abſolutam veritatem illorum verborum: Quem diligebat Ieſus; ſed etiam in Apoſtolo perfectiſſimo non ſeruat debitam æqualitatem, & proportionem membrorum. Quemadmodum enim maiores oculi non aptè correſpondebunt minori capiti, vel pectori minori, ſic excellentior, & perſpicatior intuitus miſteriorum Dei non aptè correſpondebit minori dilectioni; præſertim cùm conſtet, in beatitudine, quam figurabat Ioannes, ſeruandam eſſe proportionem viſionis & amoris. 17.

Expoſitio 2. reiicitur.

Tertia verò aliorum expoſitio, quam referunt S. Thomas vtroque loco citato, & S. Bonauent. fert, Petrum dilexiſſe magis Chriſtum in membris, & in eiſdem fuiſſe magis dilectum à Chriſto: proptereáque curam ouium ſuſcepiſſe. Ioannes verò plus amauit Chriſtum in ſe 18.

ipſo: & ſic ab eo plus amatus fuit proptereáque Matrem ei commendauit. Hæc à nobis eſt, ſimpliciter enim fatetur perfectionem dilectionem in Ioanne.

19. *Probatur ratione.* Accedat nunc Theologica ratio quoniam multa Ioannis opera collecta in vnum, auxiſſe videntur vſque ad finem vitæ maiorem cumulum meritorum, & conſequenter ad altiorem gradum gratiæ ac gloriæ prouexiſſe. Primò namque non modo vinctũ Dominum ſecutus eſt, & ingreſſus domum Principis ſacerdotum; ſed etiam ſanctiſſimam Virginem comitatus, aderat proximus Cruci, quando *ſtabant omnes noti eius à longè.* Tunc autem non ancilla dubitans, aut oculatus teſtis ſeruus Pontificis, aſſeruit, Ioannem ex illis eſſe; verum ipſemet Crucifixus eum planè teſtatus eſt facto, ſibi chariſſimum eſſe diſcipulum, publicè commendans ei ſuam Matrem, & ſuo loco ſubſtituens. Quanta tunc ignominia ſobrogati loco Chriſti, nam irriſiones opprobria & improperia quæ tunc iactabantur in eum, ex obliquo reſiliebant & afficiebant eius Matrem, atque filium ſubrogatum, qui præſens aderat.

20. Deinde, quantum vitæ periculum formidari poterat ex eo teſtimonio, cum ante ſententiam mortis adeo formidabile fuerit haberi diſcipulum illius, quem putabant ſacrilegum, inuaſorem Diuinitatis & regni? Nec dubitare poſſumus, quin Ioannes ſuam, quam tunc accepit matrem, imitatus fuerit animi robore, pro ſummo beneficio & honore tunc etiam accipiens ignominiam, quæ ſibi ex tanta Crucifixi familiaritate redundabat. Quæ confeſſio prior hac fuit, aut illuſtrior, ſi bene conſiderentur omnes illius circunſtantiæ: vt propter illam Chriſtus Dominus alium honorificentius confiteatur coram ſuo Patre?

21. *Ioānes martyrium diuturnum tolerauit.* Secundò Martyrij meritum non tantum habuit, ingreſſus dolium feruentis olei; ſed etiam diuturnum martyrium tolerauit, relegatus in Patmos inſulam, atque diuulſus à filiolis quos ardentiſſimè diligebat in Chriſto. Tertiò: Domeſticus & familiariſſimus ſanctiſſimæ Virginis, non potuit non frequentius ac diutius eius colloquiis & exemplis inflammari vehementiſſimo Chriſti amore, non aliter quàm ſi candens aurum retineretur ſemper in magna denſiſſimáque ſylua, quæ flammas ad cœlum vſque diffunderet. Quartò. Beatiſſima Virgo vel gratitudinis ergo, vel ratione ſimilitudinis in virginitate, vel amore matris erga filium, ſubſtitutum loco naturalis Filij, & illi chariſſimum, quænā augmenta dilectionis & gratiæ non impetraret Ioanni potius, quàm cæteris? præſertim cum Ioannes magis aſſiduè poſſet eius preces & patrocinium implorare.

22. Quintò. Licet exploratum foret Ioannem dilexiſſe minus, quàm Petrum, quando poſt reſurrectionem fuit interrogatus à Domino, atque inſuper toto tēpore, quo Petrus vixit & rexit Eccleſiā, reſtabat adhuc valida ratio ſuadens ſequēti tempore Ioannem multo maiora merita cumulaſſe. Nam Petrus meritorum finem impoſuit anno Domini 69. ſed Ioannes anno 101. *Ioannes Petro triginta duobus annis ſuperuixit.* Quapropter Ioannes annos triginta duos habuit cumulandi merita, poſtquam Petrus conſummauit: ac ferè duplum tempus habuit negotiandi, per talenta ſibi commiſſa, dandique pecuniam ad vſuram, ſupputando tempus à Paſſione Domini vel ab Aduentu Spiritus ſancti.

Quo ſuppoſito, reuocanda eſt in memoriam vulgaris arithmetica, certiſſima, iuxta quam perexiguus numerus centies duplicatus creſcit in tantam multitudinem, quæ vix poſſit, niſi apertiſſimis ſupputari. Ego verò nec volo nec poſſum perſuadere mihi, Ioannem illis annis non dediſſe pecuniam ad menſam; & quamuis non aſſeramus intenſionem actualis charitatis ſemper in eo fuiſſe maiorem (hoc enim eſt multo difficilius) illud tamen non eſt negandum, æqualem actum charitatis ſemper fuiſſe maioris & maioris meriti, propter maiorem perſonæ dignitatem, per augmenta quotidiana gratiæ habitualis obtentam. Quod ſi Deus *reſpexit ad Abel & ad munera eius*, propter perſonæ gratiam acceptans oblationem; conſequens eſt, vt propter altiorem gradum gratiæ, magis accepta ſint opera. 23.

Æqualis actus maioris meriti propter maiorē perſonæ dignitatem. Geneſ. 4.

His adde quotidiana, & immenſa donorum augmenta, quæ ſuppoſita perfectiſſima diſpoſitione recipientis, ex opere operato conferebat Euchariſtia, tam vt ſacramentum, quam vt ſacrificium. Quam ob cauſam opus erit nouas & inauditas inuenire numerorum notas; ſi quis velit, vtcunque rationem ſubducere graduum, quibus meritum & gratia Ioannis excreuit annis triginta duobus, quibus Petro ſuperuixit. 24.

Ex his omnibus facilè conſtat, multis exceptionibus debilitari argumentum contrariæ ſententiæ, quod accipitur ex verbis Saluatoris: *Diligis me plus his.* Primò namque non aſſeritur ibi Petrum diligere plus, quàm cæteri dilecturi eſſent quocunque tempore: nam ad ſummum aſſeritur, dilectionem illius temporis eſſe maiorem, idque ſatis erat, vt ei committerentur oues & agni. Potuit autem dilectio Ioannis eſſe maior ſequenti tempore, vel ante martyrium Petri, vel ſaltem poſt illud, vt modo dicebamus. Secundò. Sufficienter & ſimpliciter verificaretur, Petrum eo tempore magis diligere (ſi Chriſtus Dominus hoc aſſeruiſſet ex eo ſolū quod actualis amor eſſet intenſior, & feruentior tunc, licet habitualis charitas & gratia fuiſſet remiſſior in in Petro quàm in Ioanne. 25. *Contrarium fundamentum debilitatur.*

Tertiò licet concederemus, Chriſtum Dominum affirmaſſe, Petrum *diligere plus his*, cum non dicat, *plus his omnibus*, nihil eſt quod expoſitores compellat, vt intelligant, omnes etiam Ioannem inferioris eſſe dilectionis: ſatis enim erat cæteros præſentes minus diligere, vt verum eſſet Petrum diligere *plus his.* Quin etiam licet Chriſtus Dominus dixiſſet; *plus his omnibus*, licebat excipere ſingulariter dilectum, & ea exceptio ſolita modeſtia ſubindicatur à Ioanne, quando ſubiungit: *Quem diligebat Ieſus.* Nec enim ignorabat non plus diligi, niſi plus diligentem. 26.

Quartò, Chriſtus Dominus voluit quaſi gratulabundus coram aliis collaudare feruentioris amoris & fiduciæ recens indicium, quando ſe iactauit in mare, quo citius perueniret ad Chriſtum. idque ſatis erat, vt oſtenderet aptum eſſe Paſtorem cui committeret ſuas oues & agnos. De alia verò perfectione dilectionis magis occulta non egit Dominus, vt eam præferret cæteris. Quintò Chriſtus Dominus non aſſeruit, Petrum diligere magis, ſed tantum interrogauit, Petrus autem abſque comparatione reſpondet. Nec poterat Petrus aliorum dilectionem ſcire, qui ſuam cum formidine nouerat, ſe committens ſcientiæ Chriſti. 27.

Sed obiicit Maldonatus primò, quoniā Petrus reſpondit, 28.

reſpondit, *etiam Domine*, quod eſt affirmatiuè reſpondentis interrogationi propoſitæ. Nihilominus communior expoſitio Patrum eſt, non auſum fuiſſe Petrum affirmare ſe plus diligere, quam cæteros, memorem ſuæ negationis, poſtquam in cœna cæteris ſe prætulerat, dicens: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint ſed, non ego*, &c. vt obſeruant Chryſoſtom. Theophylac. & Theodorus Mopſueſt, Ioan. 21. atque Bernar. in fine ſupra citati ſermonis de diligendo Deo, Toletus & alij expoſitores, notantes hanc memoriam fuiſſe cauſam illius triſtitiæ, quam interrogationis eiuſdem repetitio tertia prouocauit.

Marci 14.

29. *Reſponſio argumenti.* Secundò, Maldonatus obiicit, illum amoris exceſſum diuinæ ſcientiæ teſtimonio comprobatum fuiſſe, quando Petrus dixit: *Tu ſcis*. Reſp. tamen Chriſtum à Petro non eſſe vocatum teſtem exceſſus, & excellentiæ maioris, ſed tantum amoris. Quod ſatis indicauit Dominus ſequentibus interrogationibus non amplius conferens cum aliis; ſed tantummodò petens, *Diligis me, Amas me*. Quorſum enim Dominus omitteret, quod prius interrogare cœperat, niſi probaret, & facto collaudaret modeſtiam Petri, nolentis ſe præferre cæteris.

30. Obiicit tertiò, quia niſi Petrus pluſquam cæteri diligeret, non eſſet ſufficiens ratio committendarum ouium illi potius, quam cæteris. Quaſi verò non ſit ſatis egregium & excellentem virum eligere, niſi fuerit cæteris omnibus ſanctior: præſertim cum gratia gratis data gubernationis poſſit eſſe minor in eo, qui ſanctior eſt. Fuit igitur ſatis, quod Dominus oſtendere voluit, Paſtorem electum ab ipſo non eſſe vulgaris, ſed eximiæ charitatis, fiduciæ, humilitatis, fortitudinis, cautionis atque prouidentiæ.

Gratia gratis data aliquando in ſanctiore minor.

SECTIO XI.

Vtrùm innocentem Deus amet plus quam pœnitentem.

1. *Prima dubitandi ratio.* Dubitandi rationes ſunt quæ ſequuntur, prima quia maior eſt amor illius boni, de cuius conſecutione maius eſt gaudium: ſed Deo maius eſt gaudium de pœnitentia, quam de innocentia: ergo Deo maior eſt amor pœnitentiæ, quàm innocentiæ. Maior videtur eſſe per ſe nota, tum quoniam gaudium ex amore naſcitur; ergo maius gaudium de aliquo bono naſcitur ex maiori amore illius boni; tum etiam quoniam ordinatiſſima voluntas Dei non gaudet magis, niſi de obiecto magis bono: quodlibet autem magis bonum eſt magis dilectum à Deo ſupra ſect. 3.
Matth. 18. Minor verò probatur Matth. 18. *Vadit quærere eam, (ouem) quæ errauit; & ſi contigerit, vt inueniat eam, Amen dico vobis, quia gaudebit ſuper eam magis, quàm ſuper nonaginta quæ non errauerunt.* Clarius autem Lucæ 15. *Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia*

Lucæ 15.

2. *Lucæ 7.* Secunda ratio dubitandi ducitur ex cap. 7. Lucæ. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, cui autẽ minus dimittitur, minus diligit:* Ergo cui nihil remittitur, nihil diligit, aut certè minus diligit, quam ille cui remittitur aliquid. Sed innocenti nihil remittitur, peccatori verò pœnitenti remittitur peccatum. Ergo minus diligit innocens, quam pœnitens; omnis autem qui minus diligit Deum, minus à Deo diligitur, iuxta doctrinam traditam ſect. præced.

Tertia ratio dubitandi eſt, quoniam Deus non permitteret mala, niſi propter maiora bona colligenda ex illis: quemadmodum plurimi Patres docent, ac frequentiùs, & copioſiùs Auguſtinus locis ſuprà citatis diſp. 9. ſect. 12. exemplo 7. Conſequens igitur eſt in peccatore, qui per pœnitentiam erigitur, maiora bona colligi; conſequenterque magis amari. Quarta ratio dubitandi eſt, nam pro maiori dono, & maiori amore Dei tenetur homo magis ad gratiarum actiones: ſed pœnitens magis tenetur, quam innocens, vt S. Thomas docet 2. 2. q. 106. art. 2. ergo maius Dei donum & maior amor Dei eſt erga pœnitentem, quàm erga innocentem. 3.

Quarta ratio dubitandi.

Pro deciſione ſupponendum eſt, illum amari magis à Deo, qui deſtinatus eſt ad altiorem gradum gratiæ & gloriæ, ſiue ſit innocens, ſiue pœnitens, Quo ſuppoſito ſit prima concluſio. Ex duobus hominibus prædeſtinatis ad æqualem gradum gratiæ & gloriæ, cæteriſque paribus, Innocentem Deus magis diligit, quàm pœnitentem. Ita exiſtimant omnes, qui de hoc tractant. Alexander 1. p. quæſtione 32. memb. 3. S. Thomas in præſenti q. 20. art. 4. ad 4. & 2. 2. quæſtione 106. articulo 2. & lib. 3. ſentent. diſtinctione 32. quæſtione vnica art. vlt. quæſtiuncula 2. vbi Ricard. art. 2. q. 4. Carthuſian. q. vnica column. penultima ex S. Thoma. Scotus lib. 4. ſenten. diſt. 22. art. 2. Caietanus valdè fusè 2. 2. dicta q. 106. art. 2. 4.

1 Concluſio.

Cæteris paribus innocens plus pœnitente diligitur.

Probatur in primis ex ſacris literis, nam ille princeps, qui Lucæ 18. & Matthæi 19. & Marci 10. auditis mandatis ad vitam neceſſariis, reſpondit. *Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea.* Singulari quodam amoris ſigno fuit à Chriſto Domino dilectus; continuo namque Marcus ſubintulit: *Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum.* Nouus & ſingularis fuit intuitus, gratus, & hilaris, oſtendens æternum amorem, quo eum Deus dilexit ob innocentiam & obſeruantiam, tunc audientibus recens manifeſtatam. Quod ſi non ampliùs, quàm alios homines iuſtos Deus diligeret innocentes; nulla ratio fuiſſet, propter quam, huic principi potiùs quàm aliis hominibus, eo reſponſo audito potius, quàm antea Deus dediſſet illud dilectionis ſignum. 5.

Marci 10.

Nec dubito, quin innocentia fuerit ex præcipuis rationibus, ob quas Ioannem ſpeciali dilectione proſecutus eſt Dominus: Tobias autem toto capite 1. commendatur, quod legem Dei à pueritia perſeueranter obſeruaſſet, *cùm irent omnes ad vitulos aureos.* Eſther capite 14. orans, proponit Deo ſuam innocentiam inter occaſiones peccandi, quas afferebat regium coniugium. Iob capite primo & ſecundo laudatur à Deo quoniam eſſet *rectus recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam.* 6.

Tobiæ 1.

Iob 1.

Probatur ſecundò ex Auguſtino, nam diuinorum operum calumniatoribus libenter concedit, meliorem eſſe, qui nunquam peccat, quàm qui peccat, & reſurgit: quemadmodum lib. 3. de libero arbitrio capite 5. prope medium ait: *Quidam cum ratione veriſſima videant meliorem eſſe creaturam, quæ quamuis habeat liberam voluntatem, Deo tamen ſemper infixa nunquam peccauerit.* Et poſt pauca: *Si te delectat creatura, quæ perſeuerantiſſima voluntate non peccat, non eſt dubitandum, quod eam peccanti rectâ ratione preponas;* 7.

Auguſtinus.

ſed

ſed ſicut eam in cogitatione præponis, ſic etiam creator Deus ordinatione præpoſuit. Deinde verò dicit: *inter quam.* (videlicet creaturam peccantem cum ſpe veniæ) *& illam priorem permanentem in voluntate iuſtitia, hæc medietatem quandam demonſtrat, quæ pœnitendi humilitate altitudinem ſuam recipit.* Idem Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarium legis & prophetarum cap. 14. poſt med. ait: *Si ratio recta demonſtrat; rationalem creaturam illam eſſe meliorem, quæ nulla inobedientia deſerit Deum, quam iſta, quæ ita deſerunt,* &c. Similia ſcribit etiam lib. 11. de Geneſi ad literam cap. 6. & ſequentibus.

8. Auguſtinus iterum lib. 2. Confeſſion. cap. 7. parum à princip. ſic Deum alloquitur: *Gratiæ tuæ deputo & miſericordiæ tuæ quod peccata mea tanquam glaciē ſoluiſti, gratiæ tuæ deputo, & quæcunque non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ te duce non feci. Quis eſt hominum, qui ſuam cogitans infirmitatem, audet viribus ſuis tribuere caſtitatem, atque innocentiam ſuam. vt minus amet te, quaſi minus ei neceſſaria fuerit miſericordia tua. qua donas peccata conuerſis ad te? Qui enim vocatus à te ſecutus eſt vocem tuam, & vitauit ea, quæ me de me ipſo recordantē & fatentem legit, non me derideat, ab eo medico ægrum ſanari, à quo ſibi præſtitum eſt, vt non ægrotaret, vel potius, vt minus ægrotaret. Et ideo te tantundem, imo verò amplius diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum langoribus exui, per eundem ſe videt tantis peccatorum langoribus non implicari.* Nota poſtrema verba: Quibus oſtēditur, eſſe maiorem dilectionem Dei erga innocentem; ſiquidem ille debet amplius diligere.

9. Gregorius homil. 34. in Euang. col. 2. tractans gaudium de peccatore pœnitentiam agente, notat iuſtos aliquos de venialibus & ſubitis cogitationibus humiliari doleréque non minus, quàm peccatores: *Hinc ergo colligendum eſt,* inquit, *quantum Deo gaudium faciat, quādo humiliter plangit iuſtus, ſi faciat in cœlo gaudium quando hoc, quod male geſſit, per pœnitentiam damnat iniuſtus.*

10. *Rationes cōcluſionis.* Eadem concluſio Theologicis demonſtrationibus probatur primò quoniam innocentia eſt perfectio vicinior ac ſimilior diuinæ perfectioni, cui repugnat peccatum; & conſequenter eſt proximior Angelorum & beatorū perfectioni. Proindéque digna fuit, quæ ornaret animam Chriſti Domini & Beatiſſimæ Matris eius. Secundò quoniam pœnitentia ſupponit neceſſariò malum, quod deteſtatur; ſed innocentia nullum malum ſupponit. Eſt autem melius bonum, non ſupponens malum; ſi cætera ſint paria; quoniam illa dependentia continet imperfectionem.

11. *Diuturna legis obſeruantia difficilior.* Tertiò quoniam diuturna conſtantia ſeruandi Dei legem longè difficilior eſt hominibus, & ideo rarior, quàm pœnitentia; propterea namque diuturnum perſeuerantiæ donum tantopere ſuperare, vires naturæ, fatentur omnes Theologi. Confirmatur; quoniā in ſpeciali materia virtutis abſque controuerſia melior eſt, & Deo charior innocentia perpetua, quàm pœnitentia (vt conſtat in virginitate) igitur à fortiori conſtantior & vniuerſalior obſeruantia mandatorum omnium, erit melior, & Deo charior, quam pœnitentia.

12. Quartò probatur exemplis, inter gemmas enim aut pretioſos lapides pluris habetur vnus eximiæ magnitudinis, quàm tres vel quatuor, licet ſimul ſumpti ſint maioris ponderis. Quicunque prudēs mallet abſque naufragio tenere portum, quàm ad illum poſt naufragium enatare. Deinde nunquam ægrotare melius & optabilius eſt, quàm medicamentis recuperate ſanitatē, iuxta illud Eccleſiaſtici 18. *Ante langorē præpara medicinam.* Vnde Seneca lib. 6. de beneficiis cap. 25. *Non vulneres,* inquit, *malo quam ſanes Nunquam cicatrix, niſi collata vulneri placuit. quod ita eoſſe gaudemus, vt non fuiſſe mallemus.* Et Cicero dixit: *Maximi eſt omnino conſilij prouidere, ne quid tale accidat.* Propterea ſingulariter commendant Patres Dei prouidentiam præſeruantē à peccatis. exemplo medicorum adducto, veluti Baſilius homilia in illud *Attende tibi.* Auguſtinus in Pſal. 85. ad illud. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* & in Pſal. 143. ad illud. *Redemiſti Dauid ſeruum tuum* & lib. de virginitate cap. 41. Caſſian. lib. 12. de Inſtitutis renuncian. cap. 16.

Eccleſiaſt. 18 *Seneca.* *Cicero.* *Pſal. 85.* *Pſal. 143.*

13. *Quandoque pœnitēs plus quam innocēs amatur.* Secunda concluſio. Frequenter euenit per accidens maiora bona tribui pœnitenti, quàm innocenti: & conſequenter magis amari pœnitentem. Multi namque reſurgunt humiliores, cautiores, feruentiores, ad recuperandam cum fœnore iacturam præcedentium peccatorum: propter quam vtilitatem conſequendam & Petrus permiſſus eſt cadere, & alij plerique prædeſtinati ad altiorem gradum gloriæ: quemadmodum Patres obſeruant.

14. Chryſoſtomus lib. 1. de prouidentia col. antepenult. ſic loquitur: *Vt autem ſimulatoribus omiſſis, ad eos tandem, qui rectè re vera incedunt, veniamus: vnde nobis conſtat quod etiam ſi bona reliqua, virtutéſque ſubierint, ſummum tamen omnium virtutum culmen humilitatem non neglexerint? Quod ſi dicat quis, melius fuiſſe illos, cum rectè agerent extolli, quam poſt lapſum humiliari: is mihi maximè videtur iactantiæ detrimenta atque humilitatis lucra ignorare. Noſti enim planè hominem arroganter bona operantem (ſi tamen bona facere arrogans poſſit) quam primum in ſummam perniciem lapſurum. Is verò qui labi permiſſus fuerit atque ex ruina humiliari didicerit, reſurget: ac ſi quidem voluerit, lapſus ſui damna cito reparabit.* Quod vlterius confirmare pergit.

15. Auguſtinus lib. 14 de Ciuitat. cap. 13. ait: *Audeo dicere. ſuperbis eſſe vtile, cadere in aliquod apertum manifeſtúmque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando fleuit, quam ſibi placuit quando præſumpſit.* Idem ſermone 49. de tempore non longè poſt med. *Melior,* inquit, *eſt peccator humilis, quam iuſtus ſuperbus.* & in Pſalm. 93. ad illud: *Donec fodiatur peccatori fouea,* adducta collatione Phariſæi cum Publicano Lucæ 18. concludit: *Magis placuit Deo humilitas in malis factis, quam ſuperbia in bonis factis.* Quibus conſonat lib. 1. de Ciuitat. cap. 28. tractans humilitatis fructum, propter quem Deus permiſit, virgines & caſtas fæminas à barbaris violari. Eundem fructum humilitatis quandoque Deum efficaciter intendere permittendo peccata, docent Damaſcenus lib. 2. fidei cap. 29. ante med. & Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 74. prope finem, quorum verba retulimus diſp. 18. ſect. 2.

Pſal. 93.

16. Sanctus Maximus Centuria 3. cap. 23. ſcribit: *Ita ſalutaris eſt diuina permiſſio, qua ſuperbus animus affectionibus oppugnatur à dæmonibus: vt dum ignominiosè patitur, qui gloriabatur de virtutibus, diſcat, quis earum largitor; aliòqui ſpoliatur alienis,*

alienis, quæ quidem ſe putabat habere, quaſi non accepiſſet. Similiter autem, capitibus præcedentibus peculiariter autem cap. 9. 10. & 16. docuerat propter eundem finem humilitatis à Deo permitti violentarum tribulationum illationem, ſubſtractionem diuinorum chariſmatum, derelictionem ac perturbationem dæmonum. Gregorius homil. 34. in Euangel. col. 2. ait: *Plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua: qui valde ſibi ſecuri ſunt, quod nulla commiſerint mala grauiora. At contra nonnunquam hi, qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt, ex ipſo ſuo dolore compuncti, inardeſcunt in amorem Dei, ſeſeque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia ſancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis lætantur, flagrant deſiderio, ad cæleſtem patriam anhelant: & quia ſe erraſſe à Deo conſiderant damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant.*

SECTIO XII.

Ad rationes dubitandi, poſitas in ſectione præcedenti, declaratur cauſa gaudendi magis, aut diligendi perſonam cui plus dimittitur.

1. *Nonnunquã de minori bono maius gaudium.* AD primam rationem reſpondetur primò, negando Maiorem. Nonnunquam enim de minori vel æquali bono, licet non diligatur magis, maius eſt gaudium, etiam ſecundum ordinem rectæ rationis, quoniam licet prima radix gaudij, ſit amor; creſcere tamẽ poteſt gaudiũ ex aliis circunſtantiis. Id, quod ipſis Euangelicis exemplis oſtenditur. Vnica quippe dragma nõ eſt maioris pretij, quàm aliæ nouem; ideóque prudenter non amatur appretiatione maiori: nihilominus de illa inuenta maius eſt gaudium. Idẽ intellige de centeſima oue, comparata cum nonaginta nouem: illius enim pretium & vtilitas eſt, vnica ratio dilectionis; cum tamen ex eo quod perierit & inuenta fuerit, nihil omnino creuerit vtilitas & pretiũ.

2. Rationem verò maioris gaudij ſubtiliter inuenit Auguſtinus lib. 8. Confeſſion. toto cap. 3. tractans prædictas parabolas, & oſtendẽs præcedentẽ triſtitiam atque laborẽ, eſſe cauſam augendi gaudiũ cæteris paribus, quod exemplis ita cõfirmat: *Auguſtinus.* *Quantò maius periculum fuit, in prælio, tantò maius gaudium eſt in triumpho. Iactat tempeſtas nauigantes, minatúrque naufragium, omnes futura morte palleſcunt. Tranquillatur cælum & mare, & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Æger eſt charus, & vena eius malum renunciat: omnes qui eum ſaluum cupiunt, ægrotant ſimul animo. Fit ei rectè, & nondum ambulat priſtinis viribus, & fit iam tale gaudium, quale non fuit, cum antea ſaluus, & fortis ambularet.* Vides igitur etiam de minori bono maius quandoque gaudium eſſe, propter præcedens periculum, timorem, atque triſtitiam. Quapropter à fortiori propter eandem cauſam poterit eſſe gaudium maius de æquali bono.

3. Quòd idem confirmat exemplis, à corporali voluptate deſumptis. *Edendi, & bibendi voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi, & ſitiendi moleſtia. Et ebrioſi quædam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat moleſtus ardor, quem dum extinguit potatio fit delectatio. Et inſtitutum eſt, vt iam pacta ſponſa non tradantur ſtatim, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatã.* Vnde poſt pauca cõcludit: *Vbiq; maius gaudiũ, moleſtia maior præcedit.*

Gregorius item lib. 4. Moral. cap. vltimo prope finem ex eodem principio deducit, in beatitudine futuram eſſe culpæ memoriam, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos arctius lætitiæ adſtringat: vt dum doloris ſui animus ſine dolore reminiſcitur, & debitorem ſe medico verius intelligat, & eo magis acceptam ſalutem diligat, quo moleſtiæ meminit, quam euaſit. Hoc igitur fundamento S. Thomas 1. 2. q. 32. art. 4. ad finem corporis ait: *Secundum quod homo apprehendit ſe euaſiſſe ab aliquibus triſtibus & doloroſis accreſcit ei gaudij materia.* 4 *S. Thomas*

Reddit aliam rationem Ariſtoteles lib. 1. Rhetoricor. cap. 11. inter med. & finem, dicens: *Euadere quoque à periculis, tantò iucundius, quantò propius periculo. Admirabilia enim omnia hæc ſunt.* Vnde rectè S. Thomas 1. 2. dicta qu. 32. art. 8. corpore fine colligit, à magnis periculis liberare, eſſe magis delectabile, quia eſt admirabile. 5. *Ariſtoteles*

Ex his planè conſtat, viatoribus in Eccleſia militante ſufficientem eſſe cauſam maioris gaudij conuerſionem peccatoris; quamuis non reſurgat ad maiorem gratiam & gloriam, quam innocens ſit habiturus. De beatis Angelis, ac purissimum de voluntate Dei dubitari poterat, quoniam non ſunt capaces triſtitiæ, doloris, aut timoris. Nihilominus vt in eis etiam ſuo modo vim habeat prædicta ratio maioris gaudij, duo ſufficiunt ſingula per ſe ſumpta. Primum, quoniam obiectum lætitiæ comparatum cum obiecto contrario, quod ex ſe poſſet triſtitiam, dolorem, ac timorem afferre, maiori gaudio dignum eſt. Secundum, quoniam Deus & Eccleſia triumphans magis gaudet de maiori lætitia, quàm propter Dei amorem concipit Eccleſia militans. 6. *Triumphans Eccleſia de maiori lætitia militãtis plus gaudet.*

Reſpondetur ſecundò, ſimul diſtinguẽdo Minorem, & conſequens. Pœnitentia quippe comparatione diuinæ gloriæ atque oſtenſionis attributorum, eſt maius bonum, & magis amarum à Deo, quàm innocentia. Nihilominus comparatione perſonæ, quam afficit maius bonum eſt, atque magis laudabile, proindéque magis amore dignam conſtituens, innocentia, quàm pœnitentia. Rectè namque Petrus Chryſol. ſerm. 97. de parabola zizaniorum poſt med. *Maius, inquit, eſt reparare perdita, quam illæſa reſeruare.* Conſequenter igitur eſt magis glorioſum Deo, vtpote magis oſtenſiuum omnipotentiæ. Propterea de conuerſione maioris peccatoris, & nobilioris, maius gaudium eſſe in Eccleſia, docet Auguſtinus lib. 8. Confeſſio. cap. 4. poſt med. *Plus enim hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet & de quo plures tenet. Plus autem ſuperbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis.* 7. *Chryſologus* *Auguſtinus*

Confirmatur primò, nam vt Ariſtoteles ait lib. 1. Rethoric. cap. 11. inter med. & finem. *Bene mereri iucundum eſt; idcirco ſubuenire quoque propinquis, & manca ſupplere, ſuaue hominibus eſt.* Quantò magis erit ſuaue Deo lapſis per pœnitentiam ſubuenire, & reparare vires fractas, præſertim cum hoc oſtendat ſummopere bona, quibus Deus abundat, quam rationem indicauerat Ariſtoteles præcedentibus verbis. 8. *Ariſtoteles.*

Confirmatur ſecundò, nam eandem ob cauſam beati magis collaudant Dei miſericordiam vt Auguſtinus admonuit lib. 22. de Ciuit. cap. 30. (quod eſt vltimum totius operis) propius ad med. quàm ad finem dicens: *Si ſe fuiſſe miſeros neſcituri ſunt, quomodo, ſicut ait Pſalmus Miſericordias* 9. *Auguſtinus.* *Pſal. 88.*

Digitized by Google

cordias Domini in æternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cuius ſanguine liberati ſumus, nihil erit profectò illi iucundius Ciuitati. Totidem ferè verbis eadem ſententia legitur apud Gregoriũ lib.4. Moral.cap.vltimo prope finem.

10. *Supremum Dei Dominium in admittẽdis peccatoribus. Sap 12.*

Confirmatur tertiò, quia non ſolùm miſericordia, patientia, & longanimitas; ſed etiam ſupremum dominium Dei manifeſtatur magis, admittendo peccatores ad pœnitentiam. Quemadmodum Sap. 12. notatur: *Ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.* & poſt pauca: *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi, cum volueris poſſe.* Quapropter Dei Miſericordia erga peccatores manifeſtat magis eius omnipotentiam, cui ad nutum, omnia obediunt. Canit Eccleſia ſubinde. *Qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miſerendo manifeſtas.*

11. Reſpondetur tertiò. Per accidens propter maiora bona, quæ Deus conferre ſolet à pœnitentibus, occaſione præcedentium peccatorum, aliquos pœnitentes Deus amat plus, quam aliquos innocentes. Quemadmodum omnes Scholaſtici citati ſect. præcedenti concluſione prima docent, cum D. Gregorio, cuius verba retulimus prope finem ſectionis præcedentis. Quibus adde quæ continuò ſubiicit: *Maius ergo de peccatore conuerſo, quàm de ſtante iuſto gaudium fit in cœlo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit; qui poſt fugam reuerſus, hoſtem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter geſſit. ſic agricola illam amplius terram amat, quæ poſt ſpinas, vberes fruges profert. quam eam, quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem producit.*

Gregorius.

12. Reſpondetur quartò, maioris gaudij rationem eſſe, quoniam æqualis gratia, & ius ad æqualem gloriam quamuis æqualiter amabilem cõſtituat perſonam; nihilominus eſt obiectum maioris lætitiæ, quatenus eſt maius beneficium comparatione perſonæ magis indignæ, & magis indigentis, videlicet, peccatoris, qui dignus erat æterna pœna & priuatione cuiuſque gratiæ. Hactenus de prima ratione dubitandi.

13. *Lucæ 7.*

Ad ſecundum reſpond. Quando dicit Dominus: *Cui minus dimittitur, minus diligit*, loquitur ex ſuppoſitione quod habeat peccata dimittenda. Alioqui Beatiſſima Virgo Dei Genitrix dilexiſſet minus, quàm Maria Magdalena. Hoc igitur ſuppoſito plura venialia peccata remittuntur ei, qui magis diligit; ſed ex mortalibus peccatis neceſſarium eſt, omnia ſimul, ſiue fuerint plura, ſiue pauciora, remitti quoties adfuerit actus aliquis charitatis, quantumcunque remiſſus. Adhuc tamen circa mortalia ſimpliciter eſt verum, minus dimitti ei, qui minus diligit, quatenus nomine dilectionis comprehendi merito poſſunt actus fidei, ſpei, attritionis, timoris, eleemoſynæ, & alij facti propter motiuum ſupernaturale, & procedẽtes ex pia affectione ſupernaturali: nam per hos actus de congruo merentur peccatores vltimam diſpoſitionem ad remiſſionem peccatorum, extra Sacramentum; & conſequenter, vt plurimũ opus erit pluribus & fortioribus actibus iſtius dilectionis inchoatæ, vt obtineatur remiſſio plurium peccatorum. Cauendi ſunt autem in huius loci expoſitione qui putant dilectionis nomine merè naturales diſpoſitiones & merita ſignificari.

Peccata mortalia omnia ſimul remittuntur.

Remiſſionis peccatorum diſpoſitio vltima meretur de congruo.

14. Ad tertiam rationem dubitandi reſp. primò. Deus permittit mala propter maius bonum ex illis colligendum; ſed non ſemper propter maius bonum hominis committentis peccatum; ſatis eſt maius bonũ aliorum, aut totius vniuerſi: quemadmodum Auguſt. docet locis adductis in ſect. præcedenti pro concluſ. 1. & ipſe cum aliis Patribus ſupra diſp. 9. ſect. 11. & 12. citatis. Reſpondetur ſecundò quando Deus permittit peccatum propter maius bonum peccantis, illud bonum per accidens colligitur, & non ſemper; vt hactenus probatum eſt.

Ad quartum reſp. Fateor, S. Thom. in eo loco docere, comparatione peccatoris eſſe maius donum pœnitentiam, & eſſe magis gratuitum propter maiorem indignitatem, & maiorem indigentiam perſonæ cui confertur, & ea ratione videtur concedere S. Thomas, ſimpliciter eſſe maiorem obligationem agendi gratias; quod fusè defendit Caietan. ibi. Cæterum Auguſt. lib. 2. Confeſſion. cuius verba retulimus ſect. præcedenti abſolutè fatetur, innocentem magis debere diligere quàm pœnitentem. Quod ſi tenetur amplius rependere dilectionem, quoniam eſt amplius dilectus: eo ipſo tenetur ad maiores gratiarum actiones, quoniam præcipuus modus agendi gratias, pro Dei amore & beneficiis conſiſtit in redamando. Nec video quomodo conſiderando, non tantùm generalia, ſed etiam ſingulares circunſtantias perſonæ, temporis, & loci non ſit abſolutè dignum maiori gratiarum actione, quod eſt abſolutè maius beneficium hic & nunc huic perſonæ collatum, & ex maiori dilectione procedens. Sed redarguere ſolutionis diſcurſus Caietani foret operoſum, & alienum ab inſtituto præſenti. 15.

SECTIO XIII.

Vtrum peccatorem prædeſtinatum Deus amet plus quam iuſtum præſcitum.

Affirmatiua concluſio traditur à Magiſtro 3. diſtinct. 32. ad finem, vbi S. Bonauentur. dubio litec: 3. S. Thomas quæſt. vnica artic. 5. & in præſenti quæſt. 20. art. 4. fine. Durand. 3. diſt. 32. quæſt. vnic. art. 3. fine. Vbi Ricard. art. 2. quæſt. 2. Carthuſ. quæſt. vnica col. 3. Caietanus, Molina, Vaſquez, & alij expoſitores ad præſentem artic. 4. 1. *Cõcluſio affirmatiua.*

Explicatur & probatur, quia licet amor Dei erga homines ſit æternus ac ſemper idem & æqualis; cæterum eius obiecta variantur per tempora. Cum igitur Deus non aliter creaturas diligat quam eis volendo conferre bonum (ſicut oſtendimus ſection. 1.) cúmque voluerit nullum bonum illis conferre per infinitam durationem, quæ præceſſit antequam crearentur: Conſequens eſt, vt Deus non dilexerit Petrum prædeſtinatum, quatenus Dei volitio verſatur circa totum obiectum illius durationis. Sequitur ſecundò, Deũ ab æterno dilexiſſe, Saulem v.g. quatenus Dei volitio verſatur circa totum obiectum eo tempore futurum, quando Saul eſt iuſtus & Dei amicus; quoniam ab æterno voluit Deus eo tempore Sauli conferre gratiam, & ius ad gloriam Sequitur tertiò, Deum ab æterno minus dilexiſſe Dauidem, quatenus Dei volitio verſatur circa totum obiectum eo tempore futurũ, quando Dauid, iacebat in peccato mortali: quoniam ab æterno Deus voluit, eo tempore non conferre Dauidi gratiam, nec ius ad gloriam; ſed eum ſimpliciter habebat vt inimicum pro illo 2. *Probatur.*

Cum limitatione iuſtus præſcitus magis dilectus. tempore. Vnde ſequitur quartò limitando diuinæ dilectionis obiectum ad illud tempus, magis pro illo tempore dilexiſſe hominem, qui tunc erat iuſtus, ſed præſcitus.

3. Nihilominus ſublatis prædictis limitationibus, & abſolutè loquendo, magis diligebat Deus Dauidem, quàm alium quemlibet hominem, qui licet tunc eſſet iuſtus, tamen in gratia non erat perſeueraturus, nec perventurus ad gloriam: quoniam abſolutè, ſublatiſque limitationibus temporum, Dauidi Deus ab æterno voluit gratiam & gloriam æternam, quàm non voluit iuſto præſcito ad mortem. Idem intellige de quolibet prædeſtinato.

4. *Tria tempora diſtinguenda.* Vnde tandem efficitur, eſſe diſtinguenda tria tempora, quæ tamquam obiecta reſpiciuntur à diuina voluntate. Primum tempus eſt, in quo Dauid non exiſtebat in rerum natura. Pro illo tempore Deus Dauidem nec amauit, nec odio habuit, ſecundum tempus in quo iacuit in peccato mortali. Pro illo tempore Deus illum in quantum peccatorem formaliter odio habuit. Tertium tempus conflari debet ex tota duratione gratiæ, quam habuit ſiue ante peccatum, ſiue poſt peccatum, in hac, & in æterna vita. Pro illo tempore Deus Dauidem ſimpliciter dilexit magis, quam quemlibet præſcitum.

DISPVTATIO LIV.

Quibus affectibus à malo refugiat voluntas diuina.

SECTIO I.

Vtrùm odium propriè dictum Deo conueniat.

1. *Sententia negans.* ALiqui authores negant, & in primis Aureolus libro 1. ſent. diſt. 40. q. 1. art. 1. propoſ. 1. & 2 & diſt. 41. art. 3. propoſ. 4. & diſt. 46. q. 1. art. 2. propoſ. 2. & 3. Nec mirandum eſt ita ſenſiſſe Aureolum, quippe, qui cunctas liberas volitiones à diuina voluntate relegat, ne poſſint propriè, ſed tantum metaphoricè in ea reperiri, vt conſtat in eiſdem diſtinctionibus 40. 46. & 47. retulimúſque & refutauimus diſp. 11. ſect. 1.

2 *Aureoli argumentum.* Aureoli argumentum eſt, quoniam odium, inquit, diuiditur in diſplicentiam & fugam; ſicut amor diuiditur in complacentiam & deſiderium: ſed nulla diſplicentia cadit in Deum, imò complacentia infinita, nec aliqua fuga appetitus: ergo nullo modo eſt in Deo aliqua propria ratio odij. Confirmatur quia odium & diſplicentia continet fugam à malo quod inquietudinem affert.

3. *Henrici ratio.* Henricus in ſumma articulo 46. quæſtione tertia ſimpliciter & abſque limitatione concedit, in Deo non eſſe odium: rationem autem reddit, quoniam Dei voluntas eſt ſuaptè natura determinata ad amorem, propter eius infinitam bonitatem. Durandus quoque libro quarto ſentent. diſtinctione 17. quæſtione 7. numero 10. docet, peccati diſplicentiam in Deo non eſſe propriè, ſed metaphoricè, vt iram.

4. Sed quod mirandum eſt magis, ipſe quoque ſanctus Thomas libro primo contra Gent. capite 96. præſertim à medio tradit, *non propriè, ſed ſimilitudinariè dici Deum odire.* Quem fuſiùs defendit Ferrarienſis ibidem, Capreol. 1. diſtinctione 45. articulo 1. concluſione 8. Et quicunque author opuſculi de prædeſtinatione, quod tribuitur ſancti Thomæ, capite ſeptimo ſub initio. & Nazarius in præſenti quæſtione 20. articulo primo, columna 2. & ſequentibus. *S. Thomas*

Sancti Thomæ primum argumentum eſt, quoniam odium vel amor, eſt proprius rerum ſubſiſtentium, quibus volumus bonum aut malum. At verò peccata, quæ Deus odiſſe potiſſimum dicitur, non ſunt res ſubſiſtentes, quia non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia, quin etiam nec exiſtens eſt formalis ratio peccati, quæ propter ſeipſam eſt odibilis, & propter quam odibiles ſunt operationes contrariæ diuinæ legi, & homines qui operantur eas. 5. *Primum S. Thomæ argumentum.*

Secundum argumentum eſt, quoniam homines puniendos Deus odiſſe dicitur, non quatenus illis vult malum, ſed quatenus vult bonum iuſtitiæ, & rectæ gubernationis, ad quam requiritur punitio: quapropter illa punitio non eſt odium hominum, ſed amor iuſtitiæ & gubernationis optimæ: ſicut etiam non eſt odium rerum, quæ corrumpuntur, velle vt corrumpantur, ſed eſt amor rerum generandarum, & vniuerſalis boni. 6.

Confirmat Ferrarienſis ex eodem S. Thoma quæſtione 12. de malo articulo 4. corpore, probante grauius peccatum eſſe odium, quam iram, quoniam *odium quærit malum proximi ſub ratione mali, ira autem non quærit malum proximi, niſi ſub ratione boni, videlicet iuſtæ vindictæ,* prout magis explicuit idem S. Doctor 2. 2. quæſtione 158. articulo 4. corp. & fusè defendit ibi Caietanus ab impugnationibus, & Ferrarienſis 1. contra Gent. dicto cap. 96. poſt medium. Vbi non eſt intelligendum, primum motiuum & obiectum formale volitionis, quæ eſt odium eſſe malum proximi (cuiuſlibet enim volitionis obiectum eſſe debet bonum, aut ſolidum, & verum, aut apparens) ſed ſenſus eſt, quod propter aliquod bonum, prius amatum tanquam obiectum formale, qui odio proſequitur proximum, vult illi mala, quatenus illi mala ſunt; ſicut è contrario iuſtus per charitatem propter Deum ſummè dilectum, vult omnibus proximis bona, quatenus illorum bona ſunt, ſed Deus nulli vult malum ſub ratione mali, ſed propter bonum iuſtitiæ, vel ordinis vniuerſi: ergo nulla volitio Dei habet propriè rationem odij. 7. *S. Thom.*

Poſtremum argumentum addere poſſemus ex Patribus, qui ſimpliciter aſſerunt odium Deo metaphoricè conuenire. Quemadmodum Hieronymus Malachiæ primo, ad illud, *Eſau odio habui.* Ambroſius de Noe & arca, capite quarto. Damaſcenus libro primo fidei, capite decimo quarto ad finem. Quorum verba referemus ſectione 3. probantes odium inimicitiæ repugnare diuinæ bonitati. Hæc igitur ſit huius argumenti præoccupata ſolutio, & expoſitio prædictorum Patrum. 8.

Pro deciſione tamen ſit prima concluſio. Præſcindendo formalē rationem peccati, & cauſalitatem illius, non inuenitur in Deo ratio odij propriè dicta, ſed tantū per quandā ſimilitudinē 9. *Concluſio 1.*

Ruiz de Voluntate Dei. Fff itaque

Ea quæ ſunt in quantum ſunt non odio habet Deus. Concluſionis demonſtratio 1. iraque nihil Deus odio habet eorum, quæ ſunt in quantum ſunt. In hac concluſione conueniunt omnes Theologi, nemine contradicente, quoniam euidenter demonſtratur ex ſacris litteris, & rationibus Theologicis. Etenim *Sap. 11.* Sapient. 11. *Diligis*, ait, *omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti.* Quod vt ſonat abſque limitatione intelligitur communiter à Patribus, *Clemens.* ex quibus Clemens Alexand. libro primo Pædagogi capite 8. ſub init. ait: *Nihil enim eſſet, quod odio habet Dominus: non enim aliquid quidem odit, vult autem id eſſe, quod odit. Neque verò vult aliquid non eſſe, eſt autem cauſa vt ſit id, quod vult non eſſe. Sed neque non vult quidem aliquid non eſſe, id verò eſt. Si quid ergo odio habet verbum, id vult non eſſe. Nihil eſt autem, cuius non cauſam Deus, quod id ſit præbeat. Nihil ergo odio habet Deus.*

10. *Auguſtinus.* Idem teſtimonium Sapient. 11. ponderans Auguſtinus tractatu 110. in Ioan. inter med. & finem rationem reddit: *Non enim quodcumque odiſſet, eſſe voluiſſet, aut omnino eſſet, quod Omnipotens eſſe noluiſſet, niſi in eo quod odit, eſſet etiam quod amaret.*

11. Eandem rationem clariori & ſcholaſtico more tradit ſanctus Thomas dicto lib. 1. contra Gent. cap. 96. primò, quoniam iis rebus, quas odio proſequimur, volumus malum, ſicut rebus quas diligimus, volumus bonum: ſed Dei voluntas inclinari non poteſt, vt velit malum (quod ſiue de malo triſti, ſiue de malo contrario virtuti, probatum eſt ſupra diſputatione 25. & 26.) ergo Deus nihil odiſſe poteſt eorum quæ ſunt.

12. *Omnis actus diuinæ voluntatis erga creaturas amor.* Secunda demonſtratio eſt, quoniam omnis actus diuinæ voluntatis erga creaturas, eſt amor illarum: ergo nullus actus diuinæ voluntatis eſt odium creaturarum. Antecedens probatur, quoniam omnis actus diuinæ voluntatis erga creaturas habet pro ratione formali diuinam bonitatem, quatenus amando illam, vult modo poſſibili communicare ſimilitudinem & participationem: hoc autem ipſum eſt velle bonum creaturis, & illas amare: igitur omnis actus diuinę voluntatis erga creaturas, eſt amor illarum.

13. *Odium quid.* Tertia demonſtratio, nam *odiſſe eſt velle, vt non ſint* ea, quæ proſequimur odio; ſicut Ariſtoteles definit libro 2. Rethoricor. cap. 4. ad finem, nullam verò creaturam exiſtentem Deus vult non eſſe: ergo nullam creaturam exiſtentem Deus odio habet. Minor probatur, quoniam ſi Deus voluiſſet creaturam aliquam non eſſe, voluiſſet etiam nõ eſſe ſuam actionem, qua producit & conſeruat illam creaturam vel mediatè, *Sap 11.* vel immediatè. Notatur hæc ratio Sapient. 11. fine. *Nec enim odiens aliquid conſtituiſti & feciſti. Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes: aut quod à te vocatum eſſet, conſeruaretur.*

14. *Creata perfectio perfectius inuenitur in Deo.* Quarta, nam quidquid eſt perfectionis in quolibet agente creato, neceſſarium eſt perfectius inueniri in Deo, primo & perfectiſſimo agente. Quodlibet autem agens modo ſibi proportionato ſuos affectus amat, ſicut parentes filios, & artifices ſua opera; ergo perfectiori modo reperietur in Deo ſuorum effectuum amor: cùm igitur omnis creatura ſit effectus Dei omnem creaturam Deus amabit; nullam igitur odio proſequetur.

15. *Creatura corruptio per accidens volita.* Confirmatur, quia licet Deus velit, vt creaturæ corruptibiles aliquando tandem corrumpantur, & non ſint; hoc non vult Deus per ſe, & ex primaria intentione, ſed per accidens propter bonum vniuerſi: quemadmodum probatum eſt ſupra diſputatione 25. Confirmatur ſecundò, quia licet Deus velit, vt nunquam ſint infinitæ creaturæ poſſibiles; eas tamen non proſequitur odio propriè dicto; quoniam Deus illarum non eſſe vult, non quatenus malum eſt illis, ſed quatenus oportuit ad meliorem gubernationem, non producere infinitum, quo ſuppoſito debuit Dei libertas ſeligere, quæ non crearentur, & quæ crearentur, vide quæ dicemus ſect. 3. de volitione mali quatenus malũ eſt.

Secunda concluſio. Aduerſus peccata & peccatoris odium propriè dictum Deo conuenit. 16. *Peccata, & peccatores propriè odit Deus. Magiſter.* Sic enim Magiſter libro 3. ſententiarum diſt. 32. capite vltimo. *De non electis, ait, ſimpliciter eſt concedendum, quod odio habuit, id eſt reprobauit.* Additque non eſſe ſimpliciter concedendam dilectionem illorum, *ſed cum adiectione dilexit eos, in quantum* eius opus futuri erant. Eandem ſententiam defendit ſanctus Bonauentura in eadem diſtinctione dubio literali 3. & articulo vnico quæſtione 2. fine & cæteri ſcholaſtici tacendo conſentire videntur ibidem. Peculiariter verò Richardus in eadem diſtinctione 32. articulo 1. quæſtione 1. ad primum. *Deus,* inquit, *odit culpam.* Argentina verò in eadem diſtinctione quæſtione vnica articulo 4. ante medium; concedit odium Dei aduerſus creaturam, in quantum eſt infecta peccato. Præterea ſanctus Thomas odium mali concedit voluntati diuinæ pluribus in locis veluti præſenti quæſt. 20. articulo 2. ad quartum. & infra quæſt. 23. articulo 3. ad primum. & lib. 1. ſent. diſt. 19. q. 1. art. 5. Conſonat etiam de veritate q. 28. art. 2. corp. prope finem, nec diſſonat lib. 3. contra Gent. cap. 157. ratione 2.

Potiſſimum verò ponderandum eſt, in præſenti quæſt. 20. articulo 1. & 2. ſanctum Thomam notare defectus, quos inuoluunt aliæ volitiones, vt ira, triſtitia, timor, aut ſpes, nihilominus odij nullam imperfectionem notare, propterèaque ſimpliciter reiiciens alias volitiones, odium verò ſimpliciter concedens, oſtendit non metaphoricè, vel ſimilitudinariè, ſed propriè illud concedere: nam metaphoricè vel ſimilitudinariè concedit etiam ſpem, timorem, iram, triſtitiam, aut pœnitentiam. Quod idem argumentum ponderari debet in cæteris ſcholaſticis, qui Deo ſimpliciter odium concedunt. Atque id magis expreſſit Molina in præſenti q. 20. art. 1. fine, fuſiùs autem Vaſquez diſp. 84. c. 3. Suarez lib. 3. de attributis c. 7. num. 5. Arrubal in q. 20. num. 6. Herice 1. p. tract. 2 diſp. 20. c. 4. ſub init. 17.

Probatur primò, quia quod ſcriptura ſimpliciter ac frequenter aſſerit, non poſſumus ad metaphoram vel ſimilitudinem traducere, niſi compellẽtibus aliis ſcripturæ teſtimoniis, vel ratione Theologica. Nihil autem eſt, quod ad metaphoram compellat, ſed potius ad proprietatem intelligendam in odio peccati. Aliunde verò Dei aduerſus iniquitates & iniquos homines odium ſimpliciter ac frequenter aſſeritur in literis ſacris. Hoc ſenſu Hieronym. Zacchariæ 8. ponderans illud: *Omnia hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus,* ait, *Iuxta Malachiæ verba dicentis: & omnia, quæ oderam faciebatis: In præceptis, quæ ad vitam pertinent, & ſunt perſpicua, non debemus quærere allegoriam: ne iuxta Comicum, nodum quæramus in Scirpo.* 18 *Hieronym. Zachar. 8.*

Quapro

Quapropter in illo verbo *odi*, metaphora, vel impropríetas non eſt quærenda. Quæ Hieronymus hic retulit ex Malachia, legimus in ſeptuaginta ſed non in vulgata, & illam lectionem vt ſonat accipit Theodoretus Malachiæ 2. & Malachiæ primo. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

19. *Pſalm. 5. Pſalm. 30. Pſalm. 44. Prouerb. 6. Sap. 14.*

Pſalmus 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.* Pſalm. 30. *Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.* Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem;* Prouerb. 6. *Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius.* Sapient. 14. *Similiter odio eſt Deo impius & impietas eius.* Iudith. 5. *Deus illorum odit iniquitatem.* Eccleſiaſtici 12. ſub init. *Altiſſimus odio habet peccatores.* Quod idem repetitur paulo inferius. & cap. 15. *Non dixeris: per Deum abeſt: quæ enim odit, ne feceris,* & altero verſu interpoſito: *Omne execramentum erroris odit Dominus. Solemnitates veſtras odiuit anima mea*, nimirum propter earum abuſum ad peccandum, vt notat Hieronym. Iſaiæ 1. ad illa verba, & cap. 61. *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto.* Ieremiæ 12. de ſua vinea Dominus ait: *Odiui eam.*

Iudith. 5. Eccleſiaſti. 12. & 15. Iſaia 61. Ieremia 12.

20. *Ierem. 44. Sap. 12. Rom. 1. Prouerb. 8 & 15. & 16.*

Aliis quoque vocabulis ſignificatur odium; ſicut Ierem. 44. *Nolite facere verbum abominationis huiuſcemodi, quam odiui.* Sapien. 12. *Quos exhorruiſti Domine, quoniam odibilia tibi opera faciebant.* Roman. 1. *Deo odibiles.* Prouerb. 8. Sapien. dicit: *Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam prauam, & os bilingue deteſtor.* & cap. 15. *Abominatio eſt Domino via impij.* & cap. 16. *Abominatio Domini eſt omnis arrogans.* Ex prædictis, & aliis teſtimoniis conſtat, deteſtationem, execrationem, & abominationem, multoties pro odio poſitam eſſe, vel ſaltem inſeparabiliter eſſe coniunctam cum odio, licet ab eo nonnihil differant.

21. *Diſplicentia minus quàm odium. 1. Paral. 21. Eccleſiaſt. 5. Arauſicanũ.*

Diſplicentia verò licet minus aliquid ſit, quàm odium, vt inferius dicemus; legitur tamen in ſacris literis vt 1. Paralip. 21. *Diſplicuit autem Deo quod iuſſum erat.* Eccleſiaſt. 5. *Diſplicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio.* Arauſicanum ergo concil. authoritate Leonis Mag. definit: *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id faciunt, quod Deo diſplicet.* Hac veluti deſcriptione ſignificat peccatum, *quod Deo diſplicet.* Auguſtinus in id Pſalm. 49. *Arguam te, &c.* dicit: *Quia te non videns, placuiſti tibi diſplicebis & mihi & tibi, mihi cum iudicaberis tibi cum ardebis.* & ſequenti Pſalm. 50. ad illud: *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*: dicit: *Qua parte tibi diſplicet malum, quod commiſiſti Deo coniungeris. Hoc enim & tibi diſplicet, quod & illi.* Hæc de diſplicentia.

Auguſtinus. Pſalm. 50.

22. De odio tamen plura teſtimonia referemus, quoniam eadem valent ad probandum, repugnare diuinæ bonitati odium aduerſus perſonas, quantumcunque damnatas, (vt oſtendemus ſectione tertia) limitant enim odium ad peccata, peccatoréſque prout authores ſunt illorum. Sic Auguſtinus epiſtola 105. ad Sixtum ferè inter medium & finem. *Quid enim ait, diligebat in Iacob, antequam natus feciſſet aliquid boni, niſi gratuitum miſericordiæ ſuæ donum? & quid oderat in Eſau antequam feciſſet aliquid mali, niſi originale peccatum? nam neque in illo diligeret iuſtitiam, quam nullam ille fecerat, nec in iſto odiſſet naturam, quam bonam ipſe perfecerat.*

Auguſtinus.

23. Præterea libro primo ad Simplician. quæſt. 2. propius ad medium quàm ad finem, poſtquam dixerat, Deum non odiſſe corpus & animum hominis, quoniam bona ſunt, & à Deo creata concludit: *Nec odit in homine niſi peccatum.* Obſerua pro ſectione tertia negationem odij cuiuſcunque alterius obiecti, præter peccatum. Et paucis interpoſitis: *Non igitur odit Deus Eſau hominem, ſed Eſau peccatorem,* & poſt pauca: *Cur ergo Iacob dilexit, numquid peccator non erat? Sed dilexit in eo non culpam, quam delebat, ſed gratiam, quam donabat. Nam & Chriſtus pro impiis mortuus eſt, non tamen vt impij mortui permanerent ſed vt iuſtificati ab impietate, conuerterentur. Odit enim Deus impietatem.*

Idem Auguſtinus tractatu 110. in Ioan. inter medium & finem. *Habebat*, inquit *ille erga nos charitatem, etiam cum inimicitia aduerſus eum exercentes, operaremur iniquitatem, & tamen veriſſime dictum eſt: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo & quando nos oderat, diligebat, oderat enim nos, quales ipſe non fecerat: nouerat ſimul in vnoquoque noſtrum & odiſſe quod feceramus, & amare quod fecerat.* Notetur illud aduerbium veriſſime, quod excludit omnem metaphoram & improprietatem odij, quod frequentius repetit ſequenti contextu probans. *Meritò quippe odit, & velut à regula ſuæ artis alienum improbat vitium &c.* Atque ſermone 54. de verbis Domini à medio: *Odit & amat; Odit tua, amat te, Odit quod feciſti, amat quod Deus fecit. Quæ ſunt enim tua, niſi peccata? & quid es tu, niſi quod fecit Deus.* 24.

Pſalm. 5.

Chryſoſtomus tomo tertio, ſermone 8. de reſurrectione propiùs ad finem quàm ad medium, de illis, qui celebrant feſtiuitatem gulæ, luxuriæque vacantes cum Iſaia capite primo dicit: *Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra odiuit anima mea. Et qua tandem alia re placere Deo poterunt: cum ipſi diuini cultus latria diſpliceant? Quæ ergo his propitiandi reatus ſpes eſt, quibus propitiatio ipſa vertitur in reatum?* Gregorius lib. 15. Moral. capite 22. initio: *Qui hominibus placens Deo diſplicet: aut ſimul Deo & hominibus diſplicere ſe credit: ſi hunc triſtitia non afficit, à virtute ſapientiæ alienus exiſtit. Beatus autem Iob diſplicuiſſe Deo inter flagella ſe credidit, & idcirco animum ad triſtitiam reuocauit.* 25.

Iſaia 1. Gregorius.

Bernardus ſermone 2. in Pentecoſt. paulò poſt medium. *Spiritus, inquit, iſte odit ſordes, nec habitare poterit in corpore ſubdito peccatis. Cui enim proprium eſt peccata repellere, ipſi & proprium eſt peccata odire.* Clemens Alexand. libro primo Pedagogi capite 8. propius ad med. quàm ad fin. de verbo Dei ſic loquitur: *Eum qui bonus eſt, quatenus bonus eſt, ſequitur odium vitij.* 26.

Clemens.

SECTIO II.

Rationibus oſtenditur odium peccati propriè conuenire Deo.

PRimæ rationis fundamentum eſt illa generalis regula diſcernendi, quænam Deo propriè, quæ verò metaphoricè tantùm tribuantur, quam expoſuimus in tomo de ſcientia Dei diſp. 2. ſectione 5. & vſi ſumus illa in præſenti tomo de voluntate Dei diſput. 2. ſect. 3. Cùm enim omnia nomina quæ tribuuntur Deo, fuerint prius impoſita ad ſignificandas res creatas; à quibus poſtea transferuntur ad Deum, 1.

Generalis regula.

reſecatis imperfectionibus rerum creatarum: conſequens eſt vt cuncta rerum creatarum nomina verè propriéque Deo conueniant, in quorum ſignificato, poſtquam omnes creaturarum imperfectiones ablatæ fuerint, remanet aliqua perfectin propria illius ſignificari, quæ in nullo alio ſignificatn alterius nominis maiori cum dignitate, perfectione & proprietate contineatur.

2\. Hoc autem totum verificatur in hac voce *odium*, & in eius ſignificato. Etenim realiter & verè Dei volitio recedit à malo, quod eſt rationi & virtuti contrarium, & ita recedit vt neceſſariò velit illud abeſſe à quacunque operatione Dei, & quantum ex ſe eſt præoptet in nullis creaturis eſſe illud malum. Hæc autem realiſſima formalitas diuinæ volitionis, nullum habet nomen, quo maiori cum dignitate, ac proprietate ſignificetur, quam nomine, *Odium peccati* Nam ſi diſplicentiam expendas, minorem energiam & pondus inuenies, quoniam diſplicentia correſpondet complacentiæ, vt illius oppoſita. Quocirca ſicut complacentia frequentius tribuitur inefficaci volitioni boni; ſic etiam diſplicentia magis propriè de rigore vocis conueniet nolitioni, quæ fuerit inefficax & ſimplex. Econtrario tamen odium è diametro reſpondet amori; conſequenter igitur ſicut amor magis propriè ſignificat volitionem efficacem (vt facilè conſtat ex dictis ſupra diſputatione 6.) ſic etiam odium magis propriè ſignificat efficacem volitionem, per quam oſores velint, vt non ſit obiectum, quod odio proſequuntur. Alia verò nomina, velut execratio, deteſtatio, abominatio, non ſignificant meram & præciſam nolitionem ſupra dictam, ſed connotant maledictionem, aut refugientem cognitionem; ideò non ita propriè ſignificant diuinum affectum odij.

3\. *Obiectũ odij malum.* Confirmatur primò, quia malum eſt obiectum odij proprium, ſicut bonum eſt obiectum amoris, vt ſanctus Thomas docet 1. 2. quæſt. 29. articulo 1. Sed diuina volitio verſatur aliquo modo circa malum, tanquam circa obiectum materiale: ergo verſatur per odiũ. *Cõfirmatio 2.* Confirmatur ſecundò, quoniam odium eſt actus abſtractiſſimus circa malum, ideóque nullam imperfectionem à malo contrahit, quin potius eſt ſumma perfectio, ſummopere volitionem à malo recedere per odium. *Confirmatur 3.* Confirmatur tertiò, nam & peccatoribus actualiter peccantibus, & ipſis etiam dæmonibus ſua peccata diſplicent; *Dæmonibus ſua peccata diſplicent.* & tamen illa ſimpliciter non oderunt, ſiquidem illa cauſant: ergo minus aliquid ſignificat diſplicentia peccati, quam quod Deo conuenit, & opus eſt illi tribuere odium.

4\. Secunda ratio eſt, quoniam *odiſſe eſt velle vt non ſint ea*, quæ proſequimur odio, vt definit Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricor. capite quarto ad fin. exemplo declarans, ſicut volumus, vt non ſint calumniatores, & fures. Sed Deus vult vt non ſint peccata neque peccatores, vt peccatores ſunt: hæc igitur obiecta Deus odio proſequitur. Minor conſtat Pſalm. 103.
Pſalm 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint* Pſalm. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* *Pſalm. 5.* *Rom. 6.* & Romanos 6. *vt deſtruatur corpus peccati.* *Hebr. 9.* & Hebræorum 9. *Ad deſtructionem peccati.*

Tertia ratio, quoniam vt ſanctus Thomas definit 1. 2. quæſt. 29. articulo 1. corp. ad finem. *In appetitu animali, ſeu in intellectiuo, amor eſt conſonantia quædam appetitus in id, quod apprehenditur, vt conueniens: Odium verò eſt diſſonantia quædam appetitus ad id, quod apprehenditur vt repugnans & nociuum.* Quod idem docuit libro ſecundo ſent. diſt. 5. quæſtione 1. articulo 3. ad 2. Sed peccatum eſt repugnans diuinæ maieſtati, bonitati, ſapientiæ, legibus iuſtitiæ, prouidentiæ; conſequenterque iniurioſum Deo, & nociuum Angelo, vel homini peccanti, proptereáque deformans in illis imaginem Dei quam vehementer amat, & optat eſſe perfectam: deinde peccatum, vt ita nociuum & repugnans apprehenditur perfectiſſimè diuina ſapientia. Ergo in appetitu intellectiuo Dei erit diſſonantia ad peccatum, maximè ſibi repugnans. Confirmatur, nam appetitus Dei eo ipſo, quod per amorem conſonet ſummo bono, diſſonat ſummè malo, quod eſt peccatum. 5. *S. Thom.*

Quarta ratio ſequitur ex præcedenti. Quemadmodum enim in voluntate creata neceſſariò ſequitur odium mali, ſuppoſito amore boni contrarij: ſic etiam in actu ſimpliciſſimo diuinæ volitionis ex ea formalitate, per quam conſtituitur amor diuinæ bonitatis, & cuiuſlibet honeſtatis creatæ, ſecundùm rationem ſequitur neceſſariò formalitas altera per quam conſtituitur odium peccati. Propterea namque Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam*, inquit, *& odiſti iniquitatem.* Vbi coniunctio *&*, iuxta morem Scripturæ debet intelligi cauſalis. Quemadmodum & Iſaiæ 61. *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto.* 6. *Ex boni amore neceſſariò ſequitur odium mali.* *Pſalm. 44.* *Iſaia 61.*

Quinta ratio, quia circa quodlibet obiectum quod ab intellectu proponitur, diuina voluntas non ſe habet merè negatiuè, ſiue per puram omiſſionem (hæc enim eſſet imperfectio vt conſtat ex dictis ſupra diſputatione 8. ſectione 3.) habet igitur diuina voluntas aliquem actum poſitiuum circa peccata, quæ ſibi proponuntur ab intellectu. Cùm ergo poſitiuus actus circa peccata non poſſit eſſe complacentia, neque volitio efficax, qua velit peccata fieri, & exiſtere (ſicut probatum eſt diſputatione 26. præſertim ſectione 1. 2. & 3. conſequens eſt poſitiuam diſplicentiam, & volitionem efficacem, qua velit, vt non fiant peccata, quæ de facto non fiunt realiter & propriè conuenire Deo: quod ipſum eſt realiter & propriè peccatum odiſſe. 7. *Dei voluntas circa quodlibet obiectum non ſe habet negatiuè.*

Sexta ratio ſimul eſt refutatio fundamenti præcipui contrariæ ſententiæ: quia non ſolùm circa perſonas, aut ſubſtantias ſubſiſtentes, ſed etiam circa accidentia verſatur odium propriè dictum: igitur ex eo capite, quod odium peccati non verſetur circa rem ſubſiſtentem, minimè probatur, illud non eſſe odium propriè dictum. Antecedens probatur, quia morbos & mortem filiorum oderunt parentes: & iuſti veriori odio peccata proſequuntur, ſiue quæ commiſerunt, ſiue quæ poſſunt committere, iuxta illud Pſalmi 96. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Pſalmo 118. *Omnem viam iniquitatis odio habui.* Pſalmo 138. *Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.* Prouerb. 8: *Timor Domini odit malum.* 8. *Contrarij fundamenti refutatio.* *Pſalm 96.* *Pſalm. 118.* *Pſalm. 138.* *Prouerb. 8.*

Confirma

9. Confirmatur, quoniam omne impediens à beatitudine debet odio haberi, teſte S. Th. 2. 2. q. 26. articulo 7. ad 1. & quæſt. 34. articulo 3. ad 1. & & de virtutibus q. 2. art. 9. corp. & quamuis non ſimpliciter, ſed tantùm ſecundum quid odio proſequenda ſint bona, quæ nos à beatitudine per accidens retardant: nihilominus peccata, quoniam per ſe directè, & formaliter impediunt beatitudinem veram, debent ſimpliciter odio haberi, iuxta eundem Doctorem 4. ſent. diſt. 14. & diſt. 16. q. 1. art. 2. q. 4. ad 2.

10. Nazarius in præſenti q. 20. art. 1. col. 3. & 4. conatur diſcrimen afferre, propter quod hominibus ſit poſſibile peccatorum odium, propriè dictum, ſed diuinæ perfectioni repugnet. Cum autem ſcopus illius fuerit defendere doctrinam S. Thomæ lib. 1. contra Gent. cap. 96. quam ſect. 1. retulimus ſub init. eam apertè confutat hoc ipſo diſcrimine, quoniam S. Thomas ibi post verba Zachariæ 8. *Iuramentum mendax no diligatis, omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus.* ſubiungit: *Hæc autem non ſunt effectus vt res ſubſiſtentes, quorum proprium eſt odium vel amor.* Vbi notandum eſt, tantam improprietatem inuenire ſanctum Thomam in amore iuramenti mendacis, quantam inuenit in eius odio, ſine diſcrimine, (quantum ad hanc improprietatem) inter Deum & homines.

Zachar. 8.

S. Thomas.

11. Confirmatur primò, quoniam operationes virtutum, gratiam & gloriam Deus amare propriè dicitur, nec poſſet eas cauſare niſi per amorem. Ergo res non ſubſiſtentes poſſunt eſſe obiectum amoris, & conſequenter etiam odij, quia quantum ad hoc ſanctus Thomas amorem odio parem facit.

Confirmatio 2.

Confirmatur ſecundò, quia licet actus odij circa peccatum comparatione Dei, & comparatione Dei, & comparatione hominis, ſit veriſſimus amor; ideo namque Deus odio habet peccatum, quoniam amat ſe ipſum, & amat hominem, cui nociuum eſt peccatum: attamen idem actus comparatione mali eſt verè propriéque odium. Alioqui nec homines iuſti propriè dicerentur odiſſe peccata, quando propter amorem Dei & propter amorem, quo ſe ipſos ex charitate diligunt, odio proſequuntur peccata.

Cur Deus peccatum oderit.

12. Confirmatur 3. Nam illud diſcrimen, quod ab authore citato notatur, quoniam homines his, quos oderunt, volunt malum ſub ratione mali: Deus autem hominibus non vult malum,, niſi ſub ratione boni: valet quidem, vt probet, Dei erga homines, prout homines ſunt, non eſſe propriè odium inimicitiæ; cæterum aduerſus peccata & illorum authores, in quantum tales, veriſſimum eſt odium, quoniam illis vult ſimpliciter non eſſe, quod illis eſt malum, in quantum malum eſt illis; hoc enim ipſum eſt ſimpliciter bonum virtutis. Poterit igitur S. Thomas explicari 1. contra Gent. cap. 96. vt fuerit locutus de odio inimicitiæ, vel amore amicitiæ, comparatione quorum alij amores & odia videntur eſſe quodammodo tantum; ſic enim accidentia comparata cum ſubſtantiis appellantur aliquando entia ſecundum quid, & quodammodo.

S. Thomæ explicatio.

13. Poſtrema ratio ſit, quia ſi Deo negaueris odium, aut diſplicentiam peccati propriè dictam; conſequens erit, vt *in peccatoribus* negare debeas reatum culpæ, diſtinctum à reatu pœnæ, quemadmodum negauit Durandus citatus in ſect. 2. Cuius ſententia, quantum diſtet à probabilitate probauimus 1. 2. tractantes de reatu peccati præſertim originalis.

Culpa & pœna reatū.

14. Ex dictis colligitur, eſſe diſtinguendos gradus in odio diuino: quorum primus & ſummus eſt odij, quo Deus efficaciter vult, nunquam eſſe, nec permitti infinita peccata poſſibilia. Secundus gradus eſt odij, quo Deus efficaciter vult, vt peccata, quæ permiſit exiſtere, deſtruantur per pœnitentiam & gratiam. Tertius gradus eſt odij, quod non eſt totaliter efficax, ſed tantùm eſt efficax, quantum eſt ex parte Dei, quatenus Deus, quod ex ſe eſt, procurat, vt peccata non committantur, & vt commiſſa deleantur per pœnitentiam, iuxta dicta ſupra diſp. 19. ſect. 11. & 12.

Diuini odij gradus quatuor.

15. In quarto gradu conſtituere poteris materialem actionem, ab intrinſeco virtuti repugnantem, ex qua ſequitur inſeparabiliter malitia. Nam in teſtimoniis ſcripturæ & Sanctorum Patrum adductis præcedenti ſectiono, valde notandum eſt, agere non ſolùm de malitia, ſed etiam de materialibus actionibus. Quale eſt illud Zachariæ 8. *Vnuſquiſque malum contra proximum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus.* Et Prouerb. 6. *Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius: Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Valent ad idem probandum omnia, quibus ſupra diſputat. 33. ſect. 3. probatum eſt, Deum velle, vt non fiant materiales actiones peccatorum.

Zacharia 8.

Prouerb. 6.

16. Poterit iſte quartus gradus in alios tres ſubdiuidi, quorum primum teneant materiales actiones nunquam futuræ ſed poſſibiles; ſecundum materiales actiones futuræ, ſed retractandæ per pœnitentiam. Poſtremum verò teneant actiones futuræ, nunquam retractandæ per pœnitentiam, licet Deus, quantum ex ſe eſt, velit, vt non committantur, & vt commiſſæ retractentur; quemadmodum paulò ſuperius de malitia dictum eſt. In quinto & infimo gradu ponendum eſt odium, prout verſatur circa perſonas, peccatorum authores, de quo dicendum erit ſection. ſequenti.

Quintus & infimus odij gradus.

17. Ex his conſtat ſolutio ad argumenta, quæ retulimus ſection. 1. ſub init. Ad argumentum Aureoli Maior omittitur, quia nihil obeſt, ſiue fuerit vera, ſiue falſa. Minor verò negatur, quoniam infinita complacentia ſummi boni, neceſſariam coniunctam habet diſplicentiam ſummi mali. Ad confirmationem reſpondetur. Fuga propriè dicta non continetur in odio, ſicut deſiderium propriè dictum non continetur in amore: vt dicemus ſect. 4.

Ad argumentum Aureoli.

18. Inde conſtat ſolutio ad argumentum Henrici, quoniam voluntas ſuapte natura determinata ad amorem infinitæ bonitatis, eſt eo ipſo determinata ad odium ſummi mali.

Ad argumentum Henrici.

19. Ad primum argumentum ſancti Thomæ dictum eſt ſatis ratione ſexta. Ad ſecundum argumentum, & eius confirmationes reſpondetur, concedendo comparatione hominum,

Ad argumenta S. Thom.

io quantum homines ſunt, non eſſe propriè odium, quo Deus vult illis inferre pœoam, aut negare gratiam & gloriam: vt oſtendemus ſectiooe ſequenti. De peccatis autem, & eorum odio, oihil probat ſecundum argumentum & eius confirmatio.

20. Poſtremò, ne moueat aliquem quod legitur in lib. de ſpiritu & anima capite 45. fine apud Auguſtinum tom. 3. Odium eſſe potentiæ iraſcibilis, & ab ira naſci, quod ſi verum eſſet Deo repugnaret odium, ſicut quilibet actus iraſcibilis, quoniam reſpicit arduum: notandum eſt ineruditum, & nullius authoritatis eſſe librum præter ea, quæ decerpſit ex Auguſtino.

SECTIO III.

Odium inimicitiæ Deo repugnat etiam aduerſus probos & damnatos.

1. *Aliquorum ſententia.* HVius ætatis aliqui Doctores Deo tribuunt odium inimicitiæ propriè dictum aduerſus peccatores. Primarius eſt Vaſquez 1. p. diſp. 84. cap. 3. num. 13. & ſequentibus. Ei ſubſcribunt Arrubal in præſenti quæſt. 20. num. 6. & Henric. diſp. 20. cap. 4. §. 1. Præcipuum argumentum Vaſq. eſt, (*Vaſquij fundamentum.*) quoniam vt Caietaous docuit 1. 2. q. 29. art. 5. odium inimicitiæ prout diſtinguitur ab odio abominationis, eſt velle malum alicui perſonæ, quatenus malum illius eſt, ex diſpliceotia perſooæ: ſed Deus vult peccatori malum, quatenus malum illius eſt, ex diſplicentia perſonæ: ergo Deus aduerſus peccatorem habet odium inimicitiæ. Minorem probat, quia Deus vult mortem, & alia mala prout habent rationem pœoæ: ſed pœoa vt pœna, eſt malum illius, qui punitur: ergo Deus vult malum peccatori, quatenus eſt malum illius. Quod autem ex diſplicentia perſonæ Deus velit illud malum, probatur, nam licet homo, quatenus eſt creatura Dei, non diſpliceat; diſplicet tamen, quatenus eſt fœdata peccatis.

2. Confirmat primò, quia non eſt neceſſarium ad rationem odij inimicitiæ, malum volitum perſonæ, eſſe malum illius, ea ratione, qua ipſa perſooa diſplicet. Ideo iudex infligens mortis pœnam, aut aliam, quæ mala eſt homini, qua ratione homo eſt, verè habet odium inimicitiæ, volens homini malum, quooiam propter facinora diſplicet. (*Confirmatur 2.*) Confirmatur ſecuodò, quoniam ad odium inimicitię non requiritur, malum pœnæ eſſe volitum ſine vlla ratione boni in ipſo: hoc enim eſt etiam hominibus impoſſibile, quibus eſt poſſibile odium inimicitiæ: nemo namque intendens ad malum operatur, ſed motiuum cuiuſque volitionis eſt bonum.

3. Secundum argumeotum addere poſſumus, quoniam homines peccatores, verè ac propriè ſunt inimici Dei: ergo voluntas Dei tendit in illos, vt inimicos, ac ſubinde proſequitur eos odio inimicitiæ. Antecedens probatur Pſalm. 8. (*Pſalm. 8.*) *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos vt deſtruas inimicum & vltorem.* Pſalm. 20. (*Pſalm. 20.*) *inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.* Pſalm. 36. (*Pſalm. 36.*) *Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes, &c.* Pſal. 67. (*Pſalm. 67.*) *Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius.* Iacobi 14. (*Iacobi 4.*) *Qui voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei conſtituitur.* Et Hebræor. 10. (*Hebr. 10.*) *Donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.*

Nihilominus ſit concluſio. Diuinæ voluntati repugnat odium inimicitiæ, propriè dictum, aduerſus peccatores tam pro tempore, quo poſſunt ad Deum conuerti, ſi velint, quàm pro ſtatu damnationis æternæ. Hanc ſententiam tenent S. Thom. & author opuſculi de prædeſtinatione. Capreol. Ferrarienſ. Henricus, Durandus, Aureol. citati ſect. 1. ſub init. vniuerſaliter Deo negantes quodlibet odium. Ex authoribus qui Deo concedunt odium abominationis, aliqui negant odium inimicitiæ, vt Suarez libro 3. de attributis, cap. 7. cap. 5. fine. 4. *Concluſio diuinæ voluntati repugnat odium inimicitiæ.*

Probatur in primis ex Hieronym. qui Malachiæ 1. illud: *Eſau autem odio habui*: ſic exponit: 5. *Malach. 1.* *Odiſſe Deus anthropopatos dicitur, vt flere, & dolere, & iraſci, vt quando audimus odium eius in malos, ea, quæ Deum intelligimus odiſſe fugiamus.* *Hieronym.* Notandum autem eſt, Eſau non modo fuiſſe reprobum, ſed etiam ſuſtinere perſonam omnium reproborum; ſicut Iacob omnium prædeſtinatorum; vt oſtendimus tractantes de prædeſtinatione ante præuiſa opera, ponderantéſque verba Pauli Roman. 9. de Iacob, & Eſau. Nullum ergo reprobum proſequitur Deus odio inimicitiæ, ſed tantum eius peccatum odio deteſtationis. De quo ſimiliter eſt intelligendus Ambroſius libro de Noe & arca capite 4. dicens: *Ambroſ.* *Deus naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut paſſione vlla.* Damaſcenus etiam libro 1. fidei capite 14. ad fin. *Damaſcen.* *Odium aduerſus malignitatem, & inimicitiam*, commemorat inter ea, quæ metaphoricè Deo tribuuntur vt manus & pedes.

Firmior autem euadet probatio concluſionis, ſi diſtribuatur in tria membra, primum pertinens ad peccatores prædeſtinatos, ſecundum ad peccatores reprobos, adhuc viatores, tertium ad peccatores iam æterno ſupplicio damnatos. 6. *Tria concluſionis mëbra.* Primum euidétiorem habet probationem, quoties enim Deus prædeſtinatis etiam peccatoribus infert pœnas & mala triſtia, vult efficaciter per hæc media conſequi correctionem, probationem. & augmenta meritorum. *Membrum 1. probatur.* Ergo tunc puniendo, oon odio proſequitur, ſed amat. Confirmatur primò, quia, *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quia cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Rom. 5. *Confirmatio 1. Rom. 5.* Ergo peccatoribus etiam & maximè prædeſtinatis, vult efficaciter bonum; & conſequenter non vult illis malum, in quantum malum eſt illis.

Confirmatur ſecundò verbis Auguſtini tractatu 8. in epiſt. Ioan. inter medium & finem: 7. *Auguſtinus. Matth. 9.* *Deus amauit peccatores, ait enim: Non eſt opus valentibus medico, ſed malè habentibus. Nunquid ad hoc amauit peccatores, vt peccatores remaneremus? Quaſi lignum de ſylua vidit nos faber, & cogitauit ædificium, quod inde facturus eſt, non ſyluam quod erat.* Confirmatur tertiò, quoniam odium inimicitię procul abeſt à medico, cum venam incidit, ac putridam carnem reſecat, vel vrit, ac multò magis à Patre, quando caſtigat filium, vt Paulus probat bona parte capitis 12. ad Hebræos: *Confirmatio 3.* vnde ſufficiat illud recolere: *Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit*: *Prouerb. 3.* Igitur ex eo quod Deus velit alicui pœnam infligere, non infertur odiſſe odio inimicitiæ.

Venimus ad ſecundum membrum, perti- 8.

nens

Digitized by Google

nens ad peccatores reprobos, ſed adhuc viatores, atqne ſi uentes poſſibilitate pœnitendi. Hos igitur & iſtius temporis comparatione, Deum non odiſſe odio inimicitiæ, ſufficienter probatur ex dictis ſupra tota diſputatio. 19. 20. & 21. Conſtat enim ex illis eximia Dei beneuolentia, licet non ſimpliciter efficax, nihilominus efficax, quantum eſt ex parte Dei, per qnam vult, & procurat æternam ſalutem omnium etiam obſtinatorum, ac reproborum, & ipſius quoque Iudæ. Peculiariter verò, per quaſcunque pœnas & ſupplicia, quæ peccatotibus adhibet in vita præſenti, procurare, ptimariáque voluntate deſiderare correctionem eorum, & ſalutem, vidimus in eadem diſp. 21. ſect. 2. & 3.

2. Membrum probatur.

9\. Confirmatur primò, quoniam ad reprobos dirigebantur illa Patentis Optimi, oon tam exprobratio, quàm lamentatio. Matthæ. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti, Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Confirmatur ſecundò, oam & peccatores reprobi, quando decernuot & iocipiunt ſua peccara punite, tunc ptimum incipiunt ſeipſos verè diligere, iuxta illud Ioan. 12. *Qui odit animum ſuam in hoc mundo, in vitam æternum cuſtodit eum.* De quo Auguſtin. tract. ſi. *Si bene oderis, tunc amaſti.* Poteſt igitur Deus melins eoſdem amare, licet velit eos in hac vita punite.

Matth. 23. *Confirm. 2.* *Ioann. 12.* *Auguſtinus.*

10\. Confirmatur tertiò, ex Pſalm. 103. fine. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint.* Quam imprecationem, non eſſe maledictionem, ſed benedictionem, ex præcedenti ſequentique contextu, non minus ſolidè quàm acutè deducit Auguſt. in commentatio dicens: *Auferatur Spiritus eorum & deficiant, vt emittat Spiritum ſuum, & recreentur. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint iniqui. Vidit hoc, & impletus eſt gaudio, & reuocat verſum primum Pſalmi: Benedic animu mea Dominum.* Memoria repete Pſalmum ab illo verſu: *Emittes Spiritum tuum*: vſque ad finem, videbis apertè totum affectum illius eſſe odium contra peccatum, propter amorem eius perſonæ cuius conuerſio deſideratur. In eiuſdem verſus Commentario Proſper ait: *Iracundiæ & odij videtur eſſe vox iſta, ſed ex præcipua charitatis: hoc enim ait, quod & ſupra, vt auferatur ſpiritus ſuperborum, & deficiant: & mittatur in illos Spiritus Dei, vt fiat noua creatura, deficiente malitia, non pereunte ſubſtantia. Qui enim, cum eſſet impius, iuſtificatus eſt, non erit impius ſed erit iuſtus.*

Pſalm. 103. *Auguſtinus.* *Proſper.*

11\. Hieronym. lib. 1. contra Pelag. propius ad medium quàm ad finem: *Dicis*, inquit, *ſcriptum eſt in centeſimo tertio Pſalmo: Deficiunt peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint.* Et in Iſaia. *Comburentur iniqui, & peccatores ſimul; & qui relinquunt Deum, conſummabuntur. Et non intelligis comminationem Dei interdum ſonare clementiam? Non enim dicit, eos æternis ignibus exurendos, ſed à terra deficere, & iniquos eſſe, ceſſare. Aliud enim eſt, ipſos à peccato & iniquitate deſiſtere: & aliud, ipſos perire in perpetuum, & æternis ignibus concremari: Denique Iſaias, de quo ponis teſtimonium, Comburentur, inquit, peccatores & iniqui ſimul: non addidit, in æternum.* Idem confirmans ſequenti contextu paulo inferius addit ex Apoſtolo Heb. 12. *Quem enim diligit Dominus corripit. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Aliud eſt, cædere magiſtri & parentis affectu: aliud contra aduerſarios crudeli animo deſæuire.* & quæ ſequuntur.

Pſalm. 103. *Iſaiæ 6.*

Tertium membrum eſt difficilius, ſed non minus quam præcedentia verum, videlicet, referendo diuinæ voluntatis affectum ad ſtatum damnationis æternæ, etiam prout Deus vult in æternum punire, non habere odium inimicitiæ propriè dictum, ſed potius habere affectum cuiuſdam beneuolentiæ, quantam patitur ille ſtatus, ita vt repleat totam illius capacitatem. Hoc autem probatur, ſimúlque ſoluitur argumentum contrariæ ſententiæ, quoniam odij quidditas exigit, vt aliquis velit malum alicui perſonæ, quoniam malum eſt eidem perſonæ. Ita vt huiuſmodi odio repugnet velle malum illud, quoniam eſt bonum eidem perſonæ, cui volumus illud malum; vt conſtat ex ſuperioribus exemplis patris, medici, magiſtri, & boni gubernatoris. Deus autem æternam pænam Iudæ (vel cuiuſque damnati) non vult, quia mala eſt Iudæ; ſed quia bona eſt Iudæ; bonum enim eſt Iudæ reduci ad ordinem iuſtitiæ modo poſſibili in illo ſtatu, & eius triſtitiam & dolorem bene conſonare cum tota gubernatione Vniuerſi. In quo ponderandum eſt, Deum moueri ad volendam pænam æternam, non modo propter ſuam bonitatem, tanquam propter obiectũ formale cuiuſque volitioois, ſed etiam tanquam propter obiectum materiale moneri à duplici bono creato, quod intendit & cauſat. Alterum eſt vniuerſale bonum ordinis: alterum eſt priuatum & particulare bonum cuiuſque damnati, cui bonum eſt ex ſuppoſitione peccati, Deo ſubiici, pænas ſoluere licet inuitum, ad ordinem poſſibilem redigi, & propria ſede collocari. Sic Anſelmus io Elucidario propius ad med. quàm ad priocip. propoſita quæſtione: *Quomodo Deus dicitur malos odio habere*, reſpondet: *Cuncta diligit Deus, quæ creauit, ſed non cuncta in vno loco locauit. Sicut pictor omnes colores diligit, ſed quoſdam præ aliis diligit, & vnumquemque apto loco ponit: ita Deus vnumquemque conuenienti ſibi loco diſponit. Ideo dicitur eos diligere, quos in cœleſti palatio recipit; & illos odiſſe, quos infernali carcere mergit.* 12.

Damnatos odio inimicitiæ non proſequitur Deus.

Probatur & ſoluitur argumentum contrarium.

Anſelmus.

Propterea Dionyſius de diuin. oomin. cap. 4. part. 4. id eſt, inter med. & fin. capitis docet; *puniri non eſſe malum, ſed dignum eſſe ſupplicio: nec à ſacris pro meritis arceri; ſed ſceleſtum, prophanúmque eſſe, indignúmque iis quæ ſancta ſunt.* Obſerua, paſſiuam vocem in verbis *puniri* & *arceri*: vt videas, punitionem non eſſe malam, non modo comparatione punientis, ſed etiam comparatione puoiti, cui ſoli malum eſt eſſe pæna dignum, & ſacris indignum. Quod autem ágat Dionyſ. de ſupplicio damnatorum æterno, conſtat ex præcedenti, ſequentique contextu. Generaliter autem ſupplicium eſſe bonum, quia iuſtum, & à Deo authore procedere, docet Auguſtinus lib. 1. de libero arbit. cap. 1. & lib. Retract. cap. 26. 13.

Dionyſius.

Fauet etiam Auguſt. lib. 1. ad Simplic. quæ. 2. propiùs ad med. quàm ad finem dicens: *Quod ex numero impiorum, quos non iuſtificat, facit vaſa in contumeliam, non hoc in eis odit, quod facit: quippe; in quantum impij ſunt execrabiles ſunt, in quantum autem vaſa fiunt, ad aliquem vſum fiunt, vt per eorum ordinatas pœnas, vaſa, quæ fiunt in honorem, proficiant. Non itaque odit Deus, nec in quantum homines ſunt, nec in quantum vaſa ſunt, id eſt, nec quod in eis ficit, creando, nec quod in eis facit, ordinando. Nihil enim odit eorum, quæ fecit.* Colligitur idem ex teſtimonij Auguſtini, quæ præcedenti ſectione decernunt, Deum ſolummodò 14

Auguſt. *Sap. 11.*

Google

peccatum odiſſe,nec odiſſe hominem etiam peccatoré,niſi,quatenus vult,vt non ſit peccator,ſed iuſtus, quod ipſum eſt hominem verè diligere. Hoc autem vult etiam circa damnatos per ſimplicem complacentiam iuſtitiæ,quam potuiſſent habere, diſplicentiámque, qua diſplicet eos eſſe peccatores,& æterna pæna dignos: mallet enim Deus eos inuenire dignos præmio.

15. *Damaſcen.* Clarius ad rem præſentem loquitur Damaſcenus Dialogo contra Manichæos longe poſt med. *Si malum eſt vitium, bona ergo pæna eſt, quæ ipſum propellit & fugat. Malum enim eſt fornicatio, non animaduerſio Non enim pœna malum eſt,ſed ſeipſum pæna dignum reddidiſſe.* Dixerat longè ſuperius nonnulla quæ conſonant eidem veritati, cuiuſmodi eſt non longè poſt medium Dialogi, Manichæorum errorem notare dicendo: *Nam quod Deo diluuij internecionem, & Sodomitarum conflagrationem, ac Pharaonis dimerſionem crimini datis cum ad vtilitatem noſtram, atque vt nos erudiret, hæc fecerit, quin potius hoc nomine malum accuſatis, quod ei,qui ſempiternis pœnis afficit, creaturam ex ſ a ſubſtantia offeras.* Et paulò inferiùs. *Æquum erat,*inquit,*vt qui ab eo boni futuri, nec tamen bonum ſibi datum ſeruaturi, verum per bonorum abiectionem voluntariè in vitium deflexuri eſſent,ſempiternis delicijs carerent.*

16. *Pœna plus bonum perſonæ quam malum.* Conſtat igitur ex his ſolutio ad primum argumentũ negando Minorem: & ad eius probationem reſpondetur. Licet pæna,vt pæna,ſit malum perſonæ, quæ punitur; nihilominus magis eſt illius bonum,quàm malum.Itaut, ſi recta ratione duceretur ad verum ſui ipſius amorem;ex ſuppoſitione reatus indelebilis, culpæ, deberet præeligere manere in æterno ſupplicio, quo ſaltem aliquo modo reduceretur ad ordinem eius deordinatio, & ſolueret vtcunque quod debet. Hæc pro ſtatu damnationis, nam ante illum eſt manifeſtior bonitas pænæ, deſtinatæ ad corrigendum quantum eſt ex parte Dei, vt vidimus memb. 1.&. 2.

17. Ad primam confirmationem reſpondetur, licet ad rationem odij non ſit neceſſarium,malum volitum perſonæ, eſſe malum illius ea ratione, qua ipſa perſona diſplicet: nihilominus non eſt verum exemplum quod adiungitur. Quin potius bonus & Sapiens iudex non habet odium inimicitiæ aduerſus hominem, quem pæna mortis plectere vult propter facinora: ſed hæc ipſa voluntas puniendi genus eſt infimæ beneuolentiæ poſſibilis iudicibus erga reos. Quod indicaſſe

Ariſtoteles. videtur Ariſtoteles lib. 1. Rhetoric. cap. 10: inter med. & fin. dicens: *Iræ verò ſiunt quibus vlciſcimur: Differunt autem pæna & vltio. Nam pæna eius, qui patitur, gratia ſit: vltio verò eius qui facit, vt expleatur.* Cum igitur Deus, propriè loquendo, non patiatur affectum iræ; non vult peccatorem vltionem ſui ipſius, & propriæ vindictæ tantummodò cauſa; quamuis ea ſit iuſta: ſed vult pænam,vt pænam, id eſt, *eius qui patitur gratia*; quod eſt velle propter eius bonum. Idémque Philoſophus exiſtimat de quolibet iudice volente pænam, vt pænam.

18. Ad ſecundam confirmationem reſpondeo, ad odium inimiciæ requiritur eſſe volitum malum pænæ ſine vlla ratione boni; quod reperiatur in pæna comparatione perſonæ punitæ. Quod autem ſit aliquo modo bonum comparatione perſonæ, quæ odio laborat; hoc nihil intereſt.

19. Ad ſecundum argumentum Reſpond. negando conſequentiam. Ex eo quippe, quod peccatores propriè ſint inimici Dei, nihil amplius infertur,quam Deum non eſſe amicum illorum, amicitia namque debet eſſe reciproca (ſicut vidimus ſupra diſp. 52. ſect. 4. 5. & 6. Poterit etiam impropriè vocari inimicitia hæc ipſa negatio amicitiæ. Sed propriè non eſt inimicitia, propter rationes ſupra dictas. Nec inimicitia reciproca eſt, ſicut amicitia, conſtat enim Dei præcepto diligendos eſſe inimicos, Igitur qui diligit non eſt inimicus inimico. *Amicitia reciproca, non verò inimicitia.*

SECTIO IV.

Fuga, timor, & triſtitia diuinæ voluntati repugnant.

1. *Fuga quid.* FVga generaliter ſumpta conuenit odio & quibuſlibet affectibus, quibus voluntas refugit malum,vt malum. In præſenti tamen ſpecialiter & ſtrictè fugam accipimus,prout eſt abominatio mali abſentis, conſiderati formaliter, vt eſt abſens; quapropter voluntas deſiderat illud auertere, & euitare. Quocirca ex parte mali fuga directè contraria eſt deſiderio boni; vt ſanctus Thomas docet 1.2.qu.23. art.4. corp. poſt med. quamuis aliquando timoris nomine compelletur hic affectus, vt ex Damaſc. lib. 2. Fidei cap. 12. fine, docet S.Thom. 1.2.qu.30. art.2. ad 3. Fugam igitur abſentis mali propriè conuenire voluntati diuinæ, conſequenter affirmant, qui deſiderium abſentis boni concedunt, veluti Suarez lib. 3. de attributis cap. 7. num. 6. Vazquez 1. part. diſp. 84. cap. 1. Henric. diſputatione 20. capite 4. § 2. *Sententia concedens Deo fugam.*

2. *Vera ſententia Deo fugam negat.* Communior tamen ſententia Scholaſticorum, quia cum ſancto Thoma deſiderium à diuina voluntate reiicit, eo quod verſatur circa bonum abſens, cum Deo nihil ſit abſens: eo ipſo refutat fugam ſtrictè ſumptam, quoniam verſatur circa malum abſens, prout abſens eſt. Nam æternitati diuinæ ſcientiæ nihil eſt abſens, ſed omnia perfectiſſimè ſunt, præſentia: ſicut in eunte tempore habent actualiter exiſtentiam. Nec datur in Deo fuga comparatione malorum, quæ nunquam futura ſunt, quia præſens eſt æternitati perpetua negatio malorum eorum. Vnde ſicut nemo deſiderat bonum pro illo tempore, pro quo videt præſentem eius negationem (ſicut oſtendimus diſput. 52. ſect. 7. verſus finem) ita hoc peculiari affectu, qui vocatur fuga, nemo fugit malum, pro illo tempore, pro quo videt præſentem eius perpetuam negationem. *Probatur.*

3. Confirmatur, quia ſicut nemo deſiderat abſens bonum, quod poteſt efficaciter obtinere, ſi vult, & quando vult; ſed tamen abſolutè non vult: ita fuga ſpecialiter dicta, nemo fugit abſens malum, quod nulla prorſus difficultate, poteſt impedire, ſi vult, & quando vult; ſed tamen abſolutè non vult impedire, ſed permittere propter maiora bona. Rationis paritas conſtabit conſideranti, quæ circa deſiderium notauimus dicta diſputatione 52. ſectione 7. prope finem.

4. *Timorem & triſtitiã cuncti Theologi à Deo remouẽt.* Timorem, & triſtitiam abſque controuerſia cuncti Theologi propulſant à Deo vel expreſsè, vel tacitè. Solummodò namque Iudæorum error fuit paſſiones has, & alias in Deo ponere; ſicut S. Thomas refert lib. 1. contra Gent. cap. 91. fine. Triſtitiam igitur negat S. Thomas in præſenti quæſt. 20.

Digitized by Google

quæſt.20.art.1.ad 2.ſed timorem,ſimul ac triſtitiam lib.1.contra Gentes cap.90. & 91.vbi Ferrarienſ. Capreol.1.ſent.diſt.45.art.1.concluſ.4. & 6.Aureolus diſt.46.quæſt.1. art.2. propoſ.3: eum S. Thoma in præſenti articulo 1. Caietanus,Molina & cæteri expoſitores. Vazquez diſp. 84.cap.1.§.vltimo,& diſp.242.cap.1. poſt med. Suarez lib.3. de attributis cap.7.num.6.& 7.

5. *Sapien.12.* *Iob.22.* Timorem repugnare Deo traditur Sapien.12. *Nec timens aliquem veniam dabas*, &c. & Iob.2. *Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium.* Illud autem eſt valdè notandum,indecentiam timoris comparatione diuinæ potentiæ tantam eſſe, atque tam euidentem,vt in ſacris Literis nunquam,neque metaphoricè dictum fuerit, timere Deum, cum tamen dicatur frequenter iraſci,zelare, dolere,triſtari, pænitere,expectare, ſimileſque affectus habere,qui nonniſi metaphoricè poſſunt illi conuenire.

Nunquam in ſacris Literis timere Deū dicitur.

6. *Damaſcen.* Ratione verò probatur, quia ſicut *abſens & expectatum bonum, deſiderium parit, præſens verò voluptatem: ſimili quoque pacto imminens & expectatum malum, timorem, præſens autem triſtitiam.* vt ſcribit Damaſc.lib.2.Fidei cap.12.fine. Quod S. Thomas explicuit magis 1.2.qu.41.& artic.2. & quæſt.42.art.1. notans, obiectum timoris eſſe malum futurum arduum, cui reſiſti non poteſt, niſi difficiliter. Cum igitur nihil ſit arduū Deo, neque difficile,ſed facilitate ſumma poſſit euitare quodcunque malum ſuorum amicorum, & quamcunque ſui honoris iniuriam: conſequens eſt, Deo non eſſe poſſibilem timorem. Adde rationem ſimilem ei, quam dedimus circa deſiderium, ſpem, & fugam; quia nimirum timor eſt abſentis mali; Deo autem nihil vnquam eſt abſens.

7. *Ratio 3.* Sit tertia ratio,quia ſicut in prima ratione dicebamus, timor eſt de malo futuro arduo, quod non poteſt facilè vitari. Vnde ſequitur, non habere rationem terribilis,quod poſſit eſſe timoris obiectum, quidquid omnino ſubiacet voluntati noſtræ. Proptereáque culpa non poteſt eſſe obiectum timoris, niſi per accidens, quatenus propter aliquod extrinſecum,inclinans ad illam,eius euitatio difficilis redditur:vt S.Thomas docet 1. 2.quæſt.42.toto art.3.ſed voluntati diuinæ ſubiacet omnino quodlibet malum; ergo non poteſt eſſe obiectum timoris.

8. *Triſtitia,& dolor repugnant Deo.* Triſtitia ſiue dolor, propter eaſdem fere rationes diuinæ voluntati repugnat, primò, quoniam triſtitia non eſt, niſi de malo coniuncto,& præſenti, quod,videlicet, ſit malum illi voluntati, quæ triſtatur (vt conſtat ex D. Thoma 1.2. quæſt.35.præſertim art.1.& quæſt.36.)Deo autem nihil eſt malum ipſius. ſicut enim nullo indiget bono; ſic etiam nullo poteſt affici malo. Vnde Iſidorus lib. ſentent. de ſummo bono c.5. initio dicit: *Noſtro vſu Zelare Deus dicitur, vel dolere. Horum enim motuum apud Deum perturbatio nulla eſt, apud quem tranquillitas ſumma eſt.* Confirmatur,quia ſumma lætitia & delectatio,ſummáque beatitudo Dei non patitur triſtitiam aliquam.

Iſidorus.

9. *Obiectio.* Quod ſi obiicias,peccatum eſſe iniuriam Dei, ac proinde malum eſſe illius, quamuis extrinſecum illi, proptereáque obiectum eſſe ſufficiens ad contriſtandum Deum, Reſpondeo primò; Propriè loquendo peccatum & iniuria Dei,non eſt malum Deo, quamuis eius honorem extrinſecum violet. Sicut enim Deus non indiget extrinſeco honore; ſic etiam nullum ei malum infertur honoris detractione vel iniuria. Nam, *ſi ſapiens fueris, tibi metipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum.* Prouerb.9.& Iob.35. *Si peccaueris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?*

Reſponſio 1.

Prouerb.9.

Iob.35.

Reſpondeo 2. & ſit ſecunda ratio concluſionis. Dato per impoſſibile, quod Deus egeret extrinſeco cultu,honore,& gloria,proptereáque malum illius extrinſecum foret peccatum & iniuria; nihilominus hoc malum nunquam pateretur Deus; quia nullum peccatum poteſt committi,niſi Deo permittente; nullúmque permittit, niſi propter maiorem honorem & gloriam ſuam; vt probatum eſt diſputatione 18. ſect. 2. & 3. 10. *Concluſionis 2.ratio.*

Tertia ratio ſit Auguſtini definitio lib.14.de Ciuit.cap.15. inter med. & fin. *Animæ dolor, quæ triſtitia nuncupatur,diſſenſio eſt ab iis, quæ nobis nolentibus accidunt*: opus igitur eſt, obiectum eſſe ſimpliciter inuoluntarium, vt poſſit afferre triſtitiam (quod facilè colligitur ex D. Thoma 12. tota quæſt. 36.) ſed Deo nihil poteſt aduenire ſimpliciter inuoluntarium: quod oſtenditur inductione,nam malum intrinſecum Deo nullum eſt poſſibile. Malum extrinſecum quod eſt iniuria, vel honoris diminutio, non poteſt euenire, niſi Deo volente permittere propter maius bonum;vt nuper dicebamus.Præterea malum amicorum eius,ſi non eſt culpa,poſitiuè volitum eſt, & cauſatum à Deo propter maius bonum illorum, ſicut probatum eſt diſp.25. Si verò ſit malum culpæ venialis, voluntariè permittitur à Deo cum poteſtate delendi, & in melius commutandi: proptereáque non eſt, quod Deum contriſtet. Culpa denique mortalis iam amicum reddit inimicum, & ideo non eſt malum amici, nec eo titulo potens Deum amicum contriſtare. 11. *Auguſtin.*

Triſtitia obiectum inuoluntarium.

Contra fundamentum iſtius rationis argumentatur Vazquez 1.p.q.242. cap.1.poſt med. quia multa contra Dei voluntatem accidunt, vt peccata hominum. Quod ſi reſpondeas,hæc ſolum accidere contra voluntatem inefficacem: triſtitiam verò ſolum eſſe de his,quæ ſunt contra voluntatem efficacem:obſtat huic reſponſo alia ratio, nam pænitentia eſt dolor quidem de peccatis commiſſis,& eſt de iis,quæ ſunt contra voluntatem ſimplicem, & non efficacem pænitentis, nec enim pænitens habere poteſt efficacem voluntatem, qua velit,ſe non peccaſſe, cum hoc ſit impoſſibile. 12. *Obiectio.*

Reſp. Quod eſt contra voluntatem ſimplicem,quæ propterea ſolum eſt inefficax,quoniam eius obiectum eſt ſimpliciter impoſſibile, illud eſt obiectum aptiſſimum triſtitiæ, per quam voluntas ſuccumbat malo præſenti. Cæterum quod eſt contra voluntatem ſimplicem, quæ propria ſponte inefficax eſt, propter efficacem voluntatem obtinendi aliud maius bonum: hoc non eſt obiectum proportionatum triſtitiæ. Peccatum igitur eſt obiectum triſtitiæ, quoniam eſt contra ſimplicem voluntatem pænitentis primo modo. Nihil autem eſt contra ſimplicem Dei voluntatem primo modo, ſed tantùm ſecundo modo. 13.

Conſequens igitur eſt, metaphoram eſſe intelligendam vbicumque ſacræ Literæ dolorem, triſtitiam, aut mœrorem Deo tribuunt: vt Geneſ. 6. *Tactus dolore cordis intrinſecus.* Ezechiel. 20. *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.* Zach.11. 14. *Geneſis 6* *Ezech.20.* *Zachar.11.*

Contracta

Iudicum 10. *Contracta eſt anima mea in eis.* Iudicum 10. *Deus doluit ſuper miſeriis eorum.*

SECTIO V.

Vtrum ira propriè dicta Deo conueniat.

1. Lactantij ſententia. AFfirmat ex profeſſo Lactantius peculiari libro de ira Dei, præſertim à cap. 17. Reiectis enim aliorum philoſophorum definitionibus, definit, iram eſſe *motum animi ad coercendum peccata inſurgentis.* Vnde colligit ſuam ſententiam, quoniam in Deo verè & propriè reperitur motus animi, hoc eſt, actus voluntatis, inſurgentis ad coercendum peccata, ne committantur, & punienda quæ commiſſa fuerint. Videtur enim ſentire Alexand. 2. part. quæſt. 156. mem. 2. ante med. & memb. 4. prope finem, abſolutè concedens iram in Deo, licet obiter. Ex profeſſo tamen ſequitur eandem ſententiam Franciſcus Suarez opuſculo de diuina iuſtitia ſect. 5. num. 2. & 1. part. libro 3. de Attributis cap. 7. num. 8.

2. S. Thomas. Exiſtimat autem, ſuæ ſententiæ fauere S. Thomam 1. 2. quæ. 47. art. 1. ad 1. quoniam ait: *Ira non dicitur in Deo ſecundum paſſionem animi, ſed ſecundum iudicium iuſtitiæ, prout vult vindictam facere de peccato.* Hoc autem totum nihil imperfectionis includit. Reſpondetur: Inde non colligitur iram propriè dictam in Deo concedi: præſertim cum ſanctus Thomas expreſsè negauerit: vt ſtatim videbimus. Hoc igitur in loco ſolummodò declarauit quis ſit ille perfectiſſimus affectus, qui verè propriéque Deo tribuitur ſub iræ metaphora.

3. Confirmat Suarez, quoniam S. Thomas in corpore eiuſdem articuli & ſequenti quæſtione 46. art. 6. & 7. docet, iram eſſe appetitum nocendi alteri ſub ratione iuſti vindicatiui. Reſpond. tamen. Hoc S. Thomas tradit, tanquam aliquid pertinens ad quidditatem iræ, non tanquam integram definitionem illius. Ideo, licet in Deo ſit propriè voluntas inferendi malum propter bonum iuſtitiæ vindicatiuæ, non ſequitur, propriè dictam iram illi conuenire. Poſſet autem hoc ipſum intelligi tanquam iræ definitio, ſi appetitus nocendi alteri ſub ratione iuſti vindicatiui ſumatur pro appetitu rependendi nocumentum & triſtitiam acceptam, retruciando.

4. Prædictæ ſententiæ præcipuum argumentum. Præcipuum huius ſententiæ argumentum eſt, quia quod ira cauſetur ex dolore non minus extrinſecum eſt iræ, quam miſericordiæ cauſari ex compaſſione. Vnde ſicut miſericordia propriè conceditur Deo, ſecluſa compaſſione; ſic etiam Confirmatio. erit concedenda ira, ſecluſo dolore. Confirmat, quoniam dolor & triſtitia non eſt obiectum formale, ſed tantùm materiale iræ. Ideóque ſine hoc obiecto poteſt reperiri totum obiectum formale iræ.

5. Concluſio. Ira propriè Deo non conuenit. Nihilominus communis ſententia Patrum, ac expoſitorum Scripturæ, & Scholaſticorum ea, quæ leguntur de ira Dei, per metaphoram exponit, negans illam propriè Deo conuenire. Ita Magiſter 1. ſent. diſt. 45. poſt med. §. *Ideo autem.* Vbi communiter Scholaſtici vel tacitè, vel expreſsè conſentiunt, vt ſanctus Bonauent. dub. literali 10. S. Thom. quæſt. vnica art. 4. corpore, & ad 2. & in præſenti quæſt. 20. art. 1. ad 2. & lib. 1. contra Gent. cap. 89. §. vltimo, & cap. 91. col. vltima, & vtrobique Ferrarienſis, Capreolus prima diſt. 45. art. 1. conc. 7. & 15. Caietanus & cæteri expoſitores ad præſentem quæſtionem 20. art. 1. vbi magis ex profeſſo Vazquez diſp. 84. cap. 8. & alij recentiores.

Probatur ex Patribus, nam iram metaphoricè non propriè Deo conuenire, docent Nazianzen. carmine Iambico 21. inter medium & finem, cum præmiſiſſet *ira moueri porro cum legis Deum,* poſt pauca interrogat. 6. Nazianz.

Quinam ergo dantur hæc Deo? tropico modo,
(Mentes vt ipſe terreat mage ſimplices)
Multa velut ex his, tropica quæ dicta iudicant.
Antiſtrophen ſic cogites: & totum habes.
Nam bile quoniam concitis aliquem cædimus.
Iram proinde, cum ferit, damus Deo.
Sic viſum & aures, ſic manus huic finximus, &c.

Nyſſenus. Pſalm. 57. Gregorius Nyſſenus tract. 2. in Pſalm. cap. 15. verſ. finem ad illud Pſalmi 57. *Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.* ait: *In Deo nihilo magis ira eſt, licet à peccatoribus talis habeatur & nominetur, Non eſt ira ſed ſicut ira appellatur retributio, quam Deus rependit, prout ius faſque exigit.* Similia dixerat tract. 1. cap. 7. propius ad med. quàm ad finem.

7. Baſilius in Pſalm. 37. *Domine ne in furore tuo,* &c. ſub init. *Sæpe dictum eſt,* inquit, *quomodo ira & furor Dei, cum in Scripturis diuinitus inſpiratis nominantur, non affectus ſignificent, quum diuinitas ab omni prorſus perturbatione ſit aliena, ſed metaphoricè, hoc eſt, tranſlatitie id eiuſmodi conſueuerit vſurpare Scriptura locutio, ſicut & oculos Dei, & aures, & manus, &c.* Et poſt pauca magis explicat hoc ſimili; *Vt ſi quis impendentes ex legis præſcripto homicidæ pœnas, iram & furorem nominet, non hoc ideo facit, quod lex iraſcatur.* Idem in cap. 5. Iſaiæ prope finem ad illud: *Et iratus eſt furore Dominus.* ait: Iſaiæ 5. *Ira verò indicat fixius hærentem, & prolixius extenſam expletionem concepta triſtitia. Proinde religioſum ſit ac pium neutrum admittere dici propriè de Deo. Tropica enim ſunt iſta locutiones.*

8. Diu. 34. Breuius hoc dixit Chryſoſtomus in eo ſermone de Pœnit. & Confeſſione, qui incipit: *Obſecro,* proprius ad fin. quàm ad med. Deus dicit: *Dimitte me, & iraſcar: vt ſcias quod ira in Deo non ſit affectio, ſed pœna in nos eo vocabulo nominetur.* Cyrillus. Cyrillus Alexand. lib. 5. contra Iulianum inter princ. & med. *Quando igitur,* ait, *deſiniit contra præuaricatores quoſdam pœnam tunc à nobis iraſci dicitur, quamuis iracundiæ affectionem ferre nequeat.* Et poſt med. confirmat exemplo legiſlatorum, vt infra dicemus. Sic etiam affectum iræ reiicit, vt indignum Deo, & ſolùm puniendi decretum relinquit in eo Epiphanius hæreſi 138. inter med. & finem. Damaſcenus libro primo fidei cap. 14. ad finem inter alia multa, quæ corporaliter & metaphoricè dicuntur de Deo, numerat iram & furorem. Frequentius hoc notauit Origenes vt homil. 2. in capite 2. Iudicum circa finem, & in illud Roman. 1. *Reuelatur ira Dei.* & lib. 4. contra Celſum ferè inter med. & finem.

9. Ambroſius in priorem verſum Pſalmi 37. colum. 2. *Non enim,* ait, *Deus paſſioni patet, vt iraſcatur, cum ſit impaſſibilis: ſed quia vindicat, videtur iraſci.* Et poſt pauca: *Vſus habet, vt dicamus de quoquam punito, quia iram incidit legum, non quia legum iram, ſed quia legum ſeueritatem.* Vnde paucis interpoſitis infert: *Neſcit ergo iraſci, qui author eſt legum, cui terrendi eſt voluntas, non puniendi.* Breuius id annotauit Ambroſius libro de Noë Ambroſius. & Arca cap. 4. *Deus naturaliter non mouetur ira, aut paſſione vlla.* Hilarius id docet fuſiùs in Pſalm.

Pſalm.2. Pſalm. 2. ad illud: *Tunc loquetur ad illos in ira ſua*, &c.

10. *Pſalm.29.* Magis apertè Hieronymus in illud Pſalmi 29. *Quoniam ira in indignationem eius.* & in illud Iſaiæ 65. *Iſti fumus*, & Malach. 1. ad illud: *Eſau autem odio habui.* Auguſtinus epiſt. 157. ad Optatum multò propiùs ad med. quàm ad princ & lib. 13. de Trinit. cap. 16. propiùs ad finem, quàm ad med. & ad illud Pſalmi 105. *Et iratus eſt furore Dominus.* Iſidorus lib. 1. ſent. de ſummo bono cap. 5. initio. Idem ſentire videntur Cyprianus epiſtola ad Demetrianum multò propiùs ad finem quàm ad med. (ponitur autem poſt lib. 5. epiſtolarum) Gregorius in primum Pſalmum pœnit. initio furorem apertè reducit ad metaphoram: continuo verò de ira diſſerit, tanquam de affectu, qui ſolum à furore differat ſecundum magis & minus. Anſelmus item ad Theſſalon. cap. 1. fine, & cap. 2. poſt med. ſentire videtur, iram non, niſi metaphoricè Deo tribui.

11. *Reſtitutio non eſt debitum.* Vt probemus ratione conſtituendum erit prius firmum illius fundamentum in hunc modum. Quemadmodum reſtitutio non eſt debitum formaliter; nihilominus quidditatiuè reſpicit debitum, nec eſt poſſibilis reſtitutio propriè dicta, niſi ſupponatur debitum, quod per illam reducatur ad æqualitatem: & quemadmodum recuperatio ſupponit rei amiſſionem, ita vt impoſſibilis ſit recuperatio propriè dicta, niſi ſupponatur amiſſio: ſic etiam ira, licet non ſit formaliter & eſſentialiter triſtitia, dolor, ſiue cruciatus; nihilominus eſſentialiter ſupponit, triſtitiam, dolorem, ſiue cruciatum, cui vicem rependat.

12. *Ira quid ex Ariſtotele.* Rectè namque Ariſtoteles libro 1. de Anima text. 16. cap. 1. *Ira eſt appetitio doloris, vitiſſim aduerſariò referendi*, & lib. 2. Rhetoric. cap. 2. init. *Sit ergo*, ait, *ira apparentis vltionis appetitio cum dolore propter apparentem immeritò, vel in ſe, vel in* *Odij & iræ diſcrimen.* *ſuos contemptum* Obſerua *dolorem.* Et in cap. 4. prope finem inter odium & iram diſcrimen conſtituit, quoniam *alterum cum dolore eſt, alterum abſque dolore: Dolet enim qui iraſcitur; qui odit, non dolet. Nam illo inuicem dolere ipſum vult, cui iraſcitur: hic verò non eſſe quem odit.* Et lib. 7. Ethicor. cap. 6. in med. *Qui facit per iram, dolens omnis facit.*

13. Apud Nemeſium ira eſt *recruciationis appetitio*; ſic enim definit lib. 4. Philoſoph. cap. 13. ſiue ſecundum aliam tranſlationem & diuiſionem libro de Animæ facultatibus cap. 21. in cuius fine *Nemeſius.* ait: *Cum enim ratio iudicauerit, rem eſſe dignam, quæ ægrè, & moleſtè feratur, ſuccedit ira, ſi modo proprium & naturalem ordinem tueantur.* In ſenſu, non valdè diſſimilis eſt ſententia Gregorij Nyſſeni diſp. de anima & Reſurrectione propius ad *Nyſſenus.* princip. quàm ad med. dicentis: *Iracundia vulgo feruor ſanguinis, qui circa cor eſt, eſſe pleriſque videtur. Alijs verò appetitio vlciſcendi eum à quo laceſſitus & ante læſus ſit. Sed vt nos arbitramur, iracundia eſt appetitio nocendi ei, qui concitauerit & ad iram prouocauerit.*

14. Propterea iram componi ex triſtitia & deſiderio vindictæ, non ſine fundamento ex Damaſceno lib. 2. fidei cap. 16. colligit S. Thomas 1. 2. qu. 46. argum. 3. & ſolutione. Ideo Ambroſius in *Ambroſ.* Pſalmum 37. col. 2. notat, non iraſci eos, *qui ſumma patientia celebrant vindictam.* Baſilius nuper citatus ex Iſaiæ 5. requirit ad iram expletionem conceptæ triſtitiæ. Chryſoſtomus 2. Corinth. 11. *Chryſoſt.* homil. 23. prope finem: *Non enim*, ait, *ira locus eſt, vbi nemo eſt, qui exaſperet.* Iram igitur ſupponere triſtitiam illatam, quam vlciſcatur, docet S. Thomas 1. 2. q. 48. art. 1. corp. fine & art. 3. ad 3. & q. 47. art. 3. corpore ad finem. Et ob hanc rationem reiicit à Deo iram tam in præſenti qu. 20. art. 1. ad 2. quàm lib. 1. contra Gent. cap. 89. §. vltimo, & cap. 91. col. vltima.

Colligitur idem fundamentum ex authoribus, 15.
qui per *libidinem vlciſcendi* definiunt iram; vt Cicero lib. 4. Tuſcul. ait: *Quæ autem libidini ſub* *Cicero.* *ſecta ſunt, ea ſic definiunt vt ira ſit libido puniendi eius, qui videatur læſiſſe iniuria.* Libido namque plerumque ſumitur in malam partem, quippe quæ ſignificat affectum voluptatis, reſultantis ex mitigando & ſedando aliquo dolore, pruritu, vel triſtitia. Sic enim Auguſtinus lib. 14. de Ciuitate cap. 15. propiùs ad finem, quàm ad med. *Voluptatem*, inquit, *præcedit appetitus quidam, qui ſentitur* *Auguſt.* *in carne, quaſi cupiditas eius, ſicut fames & ſitis, & ea, quæ in genitalibus vſitatius libido nominatur, cum hoc ſit generale vocabulum omnis cupiditatis. Nam & ipſam iram nihil aliud eſſe, quàm vlciſcendi libidinem, veteres diffinierunt, quamuis nonnunquam homo, vbi vindictæ nullus eſt ſenſus, etiam rebus inanimis iraſcatur*, &c. Concinit Poſſidonius apud Lactantium lib. de ira cap. 17. longè ante finem definiens. *Ira eſt cupiditas eius, à quo te iniquè putes læſum.* *Poſſidonius.*

Ex hoc fundamento conſurgit hæc ratio conclu- 16. *Concluſionis ratio prima.*
ſionis. Ira quidditatiuè ſupponit læſionem, cruciatum, dolorem, ſiue triſtitiam illatam, cuius vicem rependat; ſed impoſſibile eſt, illatam eſſe Deo triſtitiam, dolorem cruciatum, ſiue læſionem: vt probatum eſt ſect. 4. Ergo impoſſibile eſt ineſſe Deo iram propriè dictam.

Quod ſi reſpondeas, iram poſſe præſcindi ab 17.
imperfectionibus, quas habet in animis homi- *Reſponſio.*
num, ſicut alia nomina præſcinduntur ab imperfectionibus, quas ex creaturis contrahunt vt ab illis poſſint ad Deum transferri. Nihilominus *Reiicitur.* inſtauratur argumentum per illam regulam, quàm ex aliis locis reuocauimus in memoriam ſupra ſect. 2. init. Reiiciuntur enim à diuina perfectione quæcunque nomina, quæ licet aliquam perfectionem aſſerant, ea tamen perfectio maiori cum dignitate, proprietate & claritate ſignificatur per alia nomina. Quidquid autem perfectionis abſtrahi poteſt ab imperfectionibus iræ creatæ, totum illud maiori cum dignitate, proprietate, & claritate ſignificatur nomine *iuſtitiæ punitiuæ*, vel iudicis, aut gubernatoris recti, in quibus nominibus non inuoluitur ea perturbatio vel triſtitia, vel difficultas, quam ira ſignificat: vt ſtatim dicemus.

Confirmatur primò, quoniam ira, licet in- 18.
tendat bonum æqualitatis & iuſtitiæ, quod repetitur in recruciatione: nihilominus hoc non intendit propter bonum perſonæ, à qua expetitur vindicta, ſed propter bonum perſonæ, quæ vindictam expetit. Deus autem quoties vindictam exercet intendit bonum ipſius perſonæ, de qua ſumitur vindicta. Id quod certiſſimum eſſe circa quoſcunque homines, aduerſus quos Deus in hac vita videtur iraſci, facilè conſtat ex dictis diſp. 21. ſect. 2. quia quoſcumque cruciatus & afflictiones Deus ordinat ad correctionem omnium etiã reproborũ. Inde ſatis fit ea ſententia, quæ quinta eſt apud Proſperum ex Auguſtino: *Diuina bonitas ideo maximè iraſcitur in hoc ſæculo ne iraſcatur in futuro: & miſericorditer temporalem* *adhibet*

Deus cruciatus & afflictiones ad correctionem ordinat.
Auguſt.

adhibet ſeueritatem, ne æternam iuſtè inferat vltionem.

19\. Sed quod attinet ad eos, qui iam æternis ſuppliciis addicti ſunt, etiam eorum punitionem ad aliquod bonum illorum, quamuis exiguum, & infimum deſtinari, ſatis oſtendimus ſect. 3. In quo etiam à nobis eſt Proſper libro ſentent. ex Auguſtino ſententia 12. dicens: *Non concupiſcit Deus pœnam reorum tanquam ſaturari deſiderans vltione. Sed quod iuſtum eſt, cum tranquillitate decernit, & recta voluntate diſponit: vt etiam mali non ſint inordinati.* At ira propriè dicta ſaturari deſiderat vltione tanquam bonum à quo mouetur principaliter, itaque non habet pro motiuo principali, vt mali non ſint inordinati.

20\. Secundò confirmatur exemplo, quo rem explicuerunt Baſilius & Ambroſius in eundem Pſalmum 37. atque Cyrillus lib. 5. contra Iulian. paulò poſt med. quia neque leges, neque conditores legum propriè dicuntur iraſci quando pœnas decernunt aduerſus facinoroſos, etiamſi tunc habeant affectum iuſtitiæ punitiuæ, atque vindicatiuæ, quia non ſufficit hic affectus ad iram propriè dictam eo quod ſecum admittat ſummam tranquillitatem animi, moueatúrque potiſſimum intentione bonæ gubernationis, & boni communis. Vnde prouenit, vt quamuis aduerſus ſceleratos in communi poſſibile ſit odium; non ſit tamen poſſibilis ira, quoniam hæc neceſſariò reſpicit perſonam ſingularem, cuius recruciatio deſideretur, vt Ariſtoteles notat lib. 2. Rhetor. cap. 2. ſub init. & cap. 4. verſus finem. Deus autem eadem tranquillitate & eodem amore gubernationis optimæ, tradit æternis ignibus Iudam, aut aliam particularem perſonam, quo leges punitiuas in generali decreuit.

21\. *Ratio 2.* Sit ſecunda ratio, nec minus efficax; quoniam ira manifeſtè pertinet ad partem iraſcibilem. In hoc autem à concupiſcibili differunt paſſiones iraſcibilis, quod earum obiecta ſunt bonum & malum cum quadam arduitate. Quapropter iræ quidditas requirit arduitatem in obiecto. Non enim inſurgit, niſi magnitudine aliqua exiſtente in vindicta & in perſona, de qua ſumenda eſt, vt docet S. Thomas 1. 2. quæſt. 23. art. 1. & quæſt. 46. toto art. 3. Prior autem Auguſtinus epiſt. 115. ad Nebridium prope med. *Ira eſt, inquit, turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt.* Vnde videtur Alexander accepiſſe definitionem, quam Auguſtino tribuit 2. p. q. 156. membro 1. ſub init. *Ira eſt triſtitia ex impotentia vlciſcendi ſe.* Cum igitur comparatione diuinæ omnipotentiæ, nihil poſſit eſſe arduum atque difficile; nullum eſt poſſibile obiectum iræ propriæ dictæ. *Auguſtinus.*

22\. *Iraſcibilis partis affectus nullus Deo concedendus.* Confirmatur primò, quoniam eandem ob cauſam nullus alius affectus ad iraſcibilem pertinens, poſſibilis eſt Deo, ideóque neque ſpes aut deſperatio nec timor vel audacia conceditur in Deo: minùs ergo concedenda fuerit ira. Confirmatur ſecundò, quoniam ſufficiens iſtius rationis fundamentum miniſtrant illa verba Sap. 12. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi cum volueris poſſe.* Cuius potentiæ, promptiſſimè obedientis ad nutum, indubitabilis certitudo cauſa eſt tranquillitatis, abſque perturbatione iræ, quæ ſurgit ad ſuperandam difficultatem. *Sap. 12.*

23\. *Argumentorum ſolutio.* Ex dictis facile infertur ſolutio ad argumenta initio poſita. Ad fundamentum Lactantij reſpondetur, illam definitionem eſſe iuſtæ gubernatinois, vel iuſtitiæ punitiuæ non autem explicare quidditatem iræ, quia neque vicem triſtitiæ reddere, neque inſurgere ad arduum commemorat.

24\. Ad fundamentum Suarez reſpõdetur. Quamuis formaliter & in recto triſtitia non contineatur in ira: continetur tamen eſſentialiter ordo ad triſtitiam, cui vicem rependit, ſicut reſtitutio continet eſſentialiter ordinem ad debitum, & gratitudo continet ordinem ad beneficium. At verò miſericordia non continet eſſentialiter ordinem ad compaſſionem, ſed tantùm ad miſeriam hominis ſubleuandam: vt videbimus diſp. 61. ſect. 1. Ad confirmationem reſpondetur. Triſtitia, quam patitur iratus, neque eſt obiectum formale, nec materiale iræ: ſed obiectum formale eſt bonum arduum repertum in rependenda vice triſtitiæ illatæ. Hoc autem obiectum eſſe nequit ſine triſtitia, quam acceperit iratus.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXI.

DE IVSTITIA ET MISERICORDIA DEI.

ARTICVLVS I.

Vtrùm in Deo ſit iuſtitia.

ARTICVLVS II.

Vtrùm iuſtitia Dei ſit veritas.

DISPVTATIO LV.

Quanam virtutes Deo conueniant excepta ſpeciali virtute iuſtitia.

SECTIO I.

Quidditas & diſtinctio diuinarum virtutum, & peculiariter earum, qua pertinent ad temperantiam & fortitudinem.

1. *Habitus propriè in Deo non datur.*

Dico primò. Habitus virtutum propriè dictos impoſſibilis eſt Deo propter generalem imperfectionem potentiæ, quam habitus ſupponit, & ſupplet: vt oſtendimus ſupra diſputatione 1. ſectione 3. & præcedenti tomo de ſcientia diſputatione 4. ſectione 3. & 4. Videri quoque poteſt ſanctus Thomas libro primo contra Gent. capite 92. Nihilominus quantum ad aliquid, quæ virtus fuerit in Deo ſe habebit per modum habitus, quoniam eſt inclinatio permanens ac velut in actu primo, naturæ diuinæ conueniens ad operationes honeſtas. Id quod rectè notauit Scotus lib. 4. ſent. diſt. 46. q. 1. §. *non improbando.*

2. Confirmatur, nam attributa neceſſariò conueniunt Deo; cùm igitur iuſtitia & miſericordia ſint attributa; neceſſariò Deo conuenient. Sed actus efficaces iuſtitiæ & miſericordiæ non neceſſariò conueniunt. Potuiſſet enim Deus in æternum ſe continere à quolibet opere iuſtitiæ, vel miſericordiæ: ergo actus efficaces iuſtitiæ & miſericordiæ non ſunt illæ virtutes quæ tribuuntur Deo. Conſequens igitur eſt, vt iſtæ virtutes ſint naturalis & neceſſaria propenſio diuinæ voluntatis ad tales conſonantias cum ratione recta ſeruandas ex ſuppoſitione quod operetur, & actualis ac neceſſaria volitio nihil faciendi contra rationem vltra quam dantur in Deo liberæ volitiones, quibus efficaciter vult obiecta diuerſarum virtutum. Illæ igitur propenſiones ſe habent per modum habitus.

3. *Intellectuales virtutes dantur in Deo.*

Dico ſecundò. Virtutes ad intellectum præcipuè pertinentes verè & propriè ſunt in Deo: cuiuſmodi ſunt ſapientia, ſcientia, ars, & prudentia, quas explicuimus & probauimus tomo præcedenti de ſcientia, ſectione 5. & 6. diſputationis 2.

4. *Temperantia & fortitudo non dantur in Deo.*

Dico tertiò. Diuinæ voluntati non eſt poſſibilis temperantia, neque fortitudo propriè dicta. Ita S. Thomas in præſenti q. 21. art. 1. ad 1. & lib. 1. contra Gent. c. 92. num. 5. vbi rationem magis ex profeſſo reddit, quoniam vtraque virtus, tanquam circa proprium obiectũ verſatur circa moderandas paſſiones appetitus ſenſitiui. Temperantia quippe medium conſtituit in delectationibus concupiſcibilis. Fortitudo verò conſtituit medium inter timorem & audaciam iraſcibilis. Cùm igitur in Deo non ſint paſſiones, quia nec transmutatur Deus, nec patitur impetũ, quo trahatur ad aliquod obiectum, conſequens eſt, propriè non eſſe in Deo fortitudinem, neq; temperantiam. Atq; ita ſentiunt non modo S. Thom. locis ſupra citatis, ſed etiam Henricus in ſumma art. 46. q. 2. poſt med. Durand. lib. 4. ſent. q. 1. ad 2. vbi Scotus q. 1. ad 2. Capreolus lib. 1. ſent. diſt. 45. q. vnica art. 1. concl. 13. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 92. citato, Caietanus & cæteri expoſitores in præſenti q. 21. art. 1.

5. *Temperantia nec metaphoricè datur in Deo.*

Dico quartò. Tẽperantia & eius partes nõ modo propriè, ſed etiã metaphoricè nõ poſſunt Deo conuenire. Ita S. Thom. lib. 1. contra Gent. c. 92. prope fin. Capreolus, Ferrarienſis, & Henric. nuper citati. Ratio eſt, quia temperantia, & eius partes, verſatur circa paſſiones, inclinantes ad corporale bonum, quod eſt delectabile ſecundum ſenſum, cuiuſmodi ſunt cibus, potus, &

voluptas venerea, circa quorum concupiſcentias verſatur abſtineutia, ſobrietas, continentia, caſtitas, temperaoria, modeſtia, vel humilitas. Sordes igitur & vilitas iſtarum inclinationum in cauſa ſunt vt in ſcripturis ſacris neque metaphoricè fiat mentio virturum, quibus Deus eas in ſe ipſo temperet, ne vel metaphoricè Deo conuenire videantur. Sapienter enim Philoſo-

Ariſtoteles. phus, lib. 10. Ethicorum cap. 8. circa med. dixit: *An temperantes? at quidnam fuerint? An laus eſt importuna, ſi prauas Dij cupiditates non habere dicantur?*

6. *Manſuetudo metaphoricè in Deo.* Limitatur autem aſſertio præcedens; vt manſuetudo metaphoricè dicatur de Deo; quoniam eius munus eſt iram temperare, quæ Deo metaphoricè tribuitur propter effectus puniendi.

Daniel 3. Veluti Daniel. cap. 3. *Fac nobiſcum ſecundum manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem*

Pſalm. 89. *miſericordia tua.* Pſalm. 89. *Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur.*

7. Clementia ſimul cum manſuetudine conſtituitur pars temperantiæ à S. Thoma 2. 2. quæſt. 157. artic. 3. Verum illa iuxta communem vſum authorum abſtrahi poteſt conuenienter à qualibet paſſione, quoniam eius munus eſt temperare poteſtatem vlciſcendi; pœnáſque moderari; quod pertinet ad moderationem iuſtitiæ puni-

Clementia Dei. tiuæ. Propterea clementiæ virtus ſimpliciter & propriè Deo concedi debet, ex eáque laudatur

Exod. 34. in ſacris literis: vt Exodi 34. *Deus miſericors &*

2. Paral. 30. *clemens.* 2. Paralip. 30. *Clemens eſt Dominus Deus.* Ionæ 4. *Deus clemens & miſericors.*

8. Dico quiotò: Fortitudo & eius partes metaphoricè Deo tribuuntur, quoniam perfectionem & dignitatem præ ſe ferunt, & quoniam effectus harum virtutum quadam ſimilitudine participant perfectionem diuinorum effectuum, qui magis eius omnipotentiam oſtendunt. Sic

1. Reg. 10. 1. Reg. 2. *Non eſt fortis ſicut Deus noſter.* Iob. 9.

Iob 9. *Sapiens corde eſt, & fortis robore.* Pſalm. 7. *Deus*

Pſalm. 7. *iudex, iuſtus, fortis & patiens.*

Magnanimitas in Scriptura non inuenitur

9. *Dei magnanimitas.* attributa Deo; nihilominus attribui poteſt metaphoricè, ſicut fortitudo cuius eſt pars potentialis, ab eius perfectione deficiens, vt cum Macrobio & Androoico docet S. Thomas 2. 2. q. 129. art. 5. cuius virtutis propriũ eſt ad ea tendere, quæ ſunt magno honore digna, & modum ac medium rationis ponere circa magnos honores: vt conſtat ex Ariſtotele lib. 2. Ethic. cap. 7. & S. Thoma tota q. 129. citata. Sed quoniam hæc virtus eſſentialiter reſpicit difficultatem conſtituendi medium, quam afferunt inordinatus affectus honoris, quæ eſt præſumptio, vel è contrario puſillanimitas; ideo non videtur in Deo ſimpliciter & propriè concedenda: nam ſi velis hanc imperfectionem præſcindere, conſiderando ſolummodò propenſionem faciendi res magno honore dignas, coincidet cum magnificentia, de qua paulò inferius dicam.

10. Patientiam Dei frequenter legimus in Scriptura: vt Exodi 34. verſ. 6. n. 14. verſ. 18. Iudith

Pſalm. 85. 8. verſ. 14. Sufficiat illud Pſalmi 85. *Patiens &*

Pſalm. 144. *multa miſericordia.* Et Pſalm. 144. *Patiens & multum miſericors.* Hæc propriè non poteſt Deo conuenire, quoniam eius proprium munus eſt conſeruare bonum rationis contra impetus triſtitiæ, maláque tolerare: vt conſtat ex Auguſtino in libro de patientia; cap. 2. quem exponit S. Thomas, 2. 2. q. 136. art. 1. Deus autem nihil mali pati poteſt & multò minus impetus triſtitiæ. Dicitur ergo Dei patientia metaphoricè, quoniam iniurias non ſtatim vlciſcitur, & ad pœnitentiam expectat & prouocat.

Longanimitas in Deo laudatur Rom. 2. *An* 11.

diuitias ſapientia & longanimitatis eius contemnis? *Rom. 2.*

2. Petri 3. *Domini noſtri longanimitatem ſalutem* *2. Petri 3.*

arbitremini. Pſalm. 102. *Longanimis & multum* *Pſalm. 102.*

miſericors. Hæc igitur Deo conuenire non poteſt, niſi per eandem metaphoram, quam nuper explicuimus in patientia: quoniam ab illa non aliter differt, niſi quatenus extendit animum ad aliquid longe diſtans, & poſt diuturnum tempus obtinendum: vt ex Tullio docet S. Thomas dicta quæſt. 136. art. 5. Simili metaphora Deo tribui poterunt conſtantia & perſeuerantia, quarum illa ſuper patientiam addit arduitatem malorum, ſed iſta diuturnitatem: vt videre eſt apud S. Thom. 2. 2. dicta quæſt. 136. art. 5. & quæſt. 137. art. 3. Neutra verò legitur in ſacris libris attributa Deo.

Magnificentia tamen propriè Deo tribuitur 12.

à S. Thoma in præſenti quæſt. 21. artic. 1. ad 1. quia licet ſit pars ſecundaria fortitudinis iuxta S. Thomam 2. 2. quæſt. 134. artic. 4. & ea ratione contrahat imperfectionem ſupponendi paſſiones, quas temperet, ſuperando difficultatem diſpendij rerum temporalium: nihilominus conuenienter abſtrahitur ab his imperfectionibus propenſio ad faciendas res magnas & mirabiles, quæ Deo propriiſſima eſt, iuxta il-

lud Pſalmi 76. *Quis Deus magnus, ſicut Deus* *Pſalm 76.*

noſter? tu es Deus faciens mirabilia. Et illud: *Fecit mihi magna, qui potens eſt.* Ideo à S. Thoma libro 1. contra Gent. capit. 93. init. propriè ponitur in Deo, ſicut veritas & prudentia, & ars.

Quamuis autem comparatione diuinæ ma- 13.

gnitudinis, & omnipotentiæ ſit paruum & prope nihil opus quodcumque quod facit: abſolutè tamen conſideratum eſt magnum & mirabile quidquid in rebus quantumcunque minimis & viliſſimis operatur, propter eximiam artem & potentiam, quam requirunt, & propter proportionem ad totum vniuerſum. Quod abundè ſufficit, vt exclamet Pſalmiſta: *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! omnia in ſa-*

pientia feciſti. Pſalm. 103. & Pſalm. 8. *Eleuata* *Pſalm. 103.*

eſt magnificentia tua ſuper cælos, vt propterea me- *Pſalm. 8.*

ritò, propriéque *magnificum* Deum appellent Moyſes in Cantico Exod. 15. & Iſaias capite 33. verſ. 21. Ex omnibus igitur virtutibus, quæ quomodocumque ſunt annexæ temperantiæ, vel fortitudini, ſola magnificentia & clementia propriè Deo tribui poteſt.

Reſtant igitur explicandæ ſolummodo iu- 14.

ſtitiæ virtus & eius partes; ſeu virtutes annexæ: potiſſimum liberalitas, veritas, ſeu veracitas, ac fidelitas, de quibus erit agendum ſequentibus ſectionibus, ac diſputationibus.

Dico ſextò, inter omnes virtutes diuinæ 15.

voluntatis non eſſe poſſibilem diſtinctionem *Virtutes diuinæ voluntatis vnius ſpeciei phyſica.*

ſpecificam quaſi ſpeciei phyſicæ; quemadmodum ſcientia & amor Dei quaſi ſpecie phyſica diſtinguuntur propter diuerſa obiecta formalia. Ratio eſt, quoniam omnium volitionum diuinarum vnicum eſt obiectum formale, videlicet, infinita Dei bonitas. Quapropter in eſſe phyſico diſtinguuntur omnes iſtæ virtutes veluti partes extenſionis materialis eiuſdem

vol:

volitionis: quemadmodum in Deo ſcientia equi & ſcientia leonis non diſtinguuntur niſi quaſi partes extenſionis materialis.

56. *Diſtinguuntur quaſi ſpecie morali.* Nihilominus iſtæ virtutes diuinæ voluntatis diſtinguuntur quaſi ſpecie morali, quæ conſiſtit in conſonantia cum diuerſo dictamine rationis rectæ. Quemadmodum inter homines, qui propter Deum, vt propter obiectum formale, vult alienum reſtituere, & eleemoſynam largiri, continentiam ſeruare, & ſubire martyrium, ſub vnica ſpecie phyſica volitionis, quæ eſt actus charitatis, complectitur alias ſpecies morales iuſtitiæ, miſericordiæ, temperantiæ, & fortitudinis. Porro quam ob cauſam non omnes iſtæ virtutes numerentur vt attributa diuerſa, ſicut iuſtitia & miſericordia, dictum eſt diſp. 5. ſect. 6. fine.

57. Hac igitur ſpecie morali magnificentia diſtinguitur à liberalitate propter diuerſam conſonantiam cum ratione recta: quamuis enim vtriuſque motiuum ſit facere, quod decet infinitam bonitatem, ſapientiam, & potentiam: attamen alia conſonantia rectæ rationis eſt magna facere, vt Solē & globos cæleſtes (in quo præciſè cōſiderato non reſpicitur iam exiſtens perſona rationis compos, quæ diligatur) alia verò conſonantia rationis eſt largiter bona tribuere iā exiſtentibus perſonis.

58. Nec ſolum in iis virtutibus, quæ propriè tribuuntur Deo, ſed etiam in iis, quæ metaphoricè verificantur, inuenire poterimus diſtinctas ſpecie conſonantias cum ratione recta, quantum ad illud verum & reale quod per illas metaphoras ſignificatur. Sic enim manſuetudinis metaphorā ſignificatur in Deo voluntas remittendi vindictam, quam ſumere poſſet de propriis iniuriis. Clementiæ metaphorā ſignificatur volitio Dei vt iudicis, temperantis pœnas, quæ reis debebantur ex lege. Fortitudinis autem, magnanimitatis, patientiæ, longanimitatis, & conſtantiæ metaphoris ſignificantur aliæ conſonantiæ rectæ rationis, quæ reperiuntur in diuina volitione: de quarum diſtinctione ſatis eſt aperuiſſe viam diſputationibus.

SECTIO II.

Liberalitatis virtus Deo potiſſimum conuenit.

1. PEr ea, quæ faciliora ſunt, & minus à Doctoribus agitata, facimus gradum ad difficiliores quæſtiones de iuſtitia diſtributiua & commutatiua. Ad quas quoniam ſupponitur debitum magis ſtrictè ſumptum, ideo magis abhorrere videntur à ſupremo Domino rerum omnium & perſonarum. Aliæ tamen virtutes annexæ, quantò plus recedunt à debito, tantò facilius inueniuntur in Deo. Inter has numeratur liberalitas, quæ conuenientiam habet cum iuſtitia, quatenus refertur ad ſocietatem generis humani, vt Ambroſius ait libro 1. Offic. capite vigeſimo octauo init. & principaliter refertur ad alterum; & quatenus eius materia ſunt res exteriores, prout in illis erogandis cernitur quoddam morale debitum decentiæ, quod eſt minimum in ratione debiti. vt ſanctus Thomas docet ſecunda ſecundæ, quæſtione 117. artic. 5. corp. & ad 1.

2. *Concluſio 1. liberalitas non repugnat Deo.* Sit igitur prima concluſio. Liberalitas non repugnat diuinæ perfectioni, ſed illi propriè conuenit. Ita ſanctus Thomas docet in præſenti quæſtione vigeſima prima artic. 1. ad 1. & artic. 3. corp. prope finem, & libro 1. contra Gent. cap. 93. ſub init. Poſtea verò circa medium capitis probat, quia dare non propter aliquod dantis commodum, expectatum ex donatione, ſed propter ipſam bonitatem & conuenientiam donationis, eſt actus liberalitatis: vt docet Philoſophus lib. 4. Ethicorum cap. ſecundo. Sed Deus ita dat omnia bona: ergo Deus exercet actum liberalitatis: & conſequenter eſt liberalis. Minor probatur, quia Deus in omnibus bonis ſuam bonitatem communicat, non intendens inde commodum aliquod, aut vtilitatem ipſius; ſed tantum intendens facere, quod eſt conueniens & decens facere bonitatis fontem.

3. Confirmatur primò, quoniam licet hæc vox *liberalis*, aut *liberalitas* in ſacris ſcripturis non reperiatur attributa Deo: res tamen ipſa, quæ per illas ſignificatur, multoties legitur: vt Pſalm. 103. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Iacobi 1. *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.* Lucæ 6. *Benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi.* Nimirum propter ſimilitudinem in virtute liberaliter donandi abſque ſpe retributionis. *Pſalm. 103.* *Iacobi 1.* *Lucæ 6.*

4. Confirmatur ſecundò, quia quæcunque perſona creata, liberaliter tribuendo, intendit aliquod bonum ipſius tribuentis, vt minimum honeſtari, perfici, & decorari virtutis opere. Solus autem Deus eſt, cui nihil honeſtatis perfectionis, nec alterius bonitatis accreſcit per donationes liberales. Ergo ſolus Deus ſumma proprietate liberalis dici poteſt, vt Auicena docuit lib. 9. Metaph. c. 7. apud S. Thomam 1. contra Gent. c. 93.

5. Tertiò confirmatur, quoniam, vt traditur in leg. *donari* ff. de donationibus, & in alia lege *donari* ff. de regulis iuris, *donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur* Cui conſonat ius Pontificium cap. 1. de donationibus. Idcirco donatio quantò magis diſtat à debito, tantò magis eſt liberalis. At verò donatio Dei multo magis diſtat à debito, quam donationes cuiuſlibet perſonæ creatæ. Nam hæc debet aliquo modo cuilibet alteri perſonæ propter cognationem & communionem rationis, & propter Dei imaginem, in ea relucentem, & quoniam omnes ſunt compares communitatis vniuerſi, ſub vno capite, & gubernatore Deo. Qui tamen nulli debet hoc genere debiti.

6. Confirmatur quartò, quia Dei liberalitas potiſſimum ac propriiſſimè conſiſtit in largitione primæ gratiæ, & aliorum ſupernaturalium donorum, quæ nullam ſupponunt diſpoſitionem, impetrationem, aut meritum etiam de congruo vel remotiſſimum. Naturalia quippe debentur quodammodo, ſuppoſito beneficio creationis (vt videbimus diſp. 57. ſect. ſecunda & tertia:) ſupernaturalia verò multa donātur propter merita de condigno, vel de congruo, ſuppoſita prima gratia. *Supernaturalia multa propter meritum donantur.* Quintò confirmatur, nam etiam in remunerationibus meritorum liberalitatem exercet Deus maiora bona tribuens, quam pro meritis. Rectè namque Chryſ. ho. 37. in Geneſ. propiùs ad med. quam ad finem dixit: *Chryſoſtomus* *Monſtrans per ea, quæ in Patriarcham contulit, nobis omnibus ſuæ liberalitatis immenſitatem: & quod*

vel minimis operibus prouocatus, nos abſque mora magnis donis remuneras, ſi ſynceram fidem, ſicut iuſtus ille declarauerimus. Sed de exceſſu mercedis ſupra laborem dicemus aliqoid diſp. 56. ſect. 4. pauló poſt principium.

7. *Propriè Deus liberalis.* Secunda concluſio. Liberalitas Deo conuenit propriè non tantùm vt proprium diſtinguitur contra metaphoricum, ſed etiam, vt proprium diſtinguitur contra commune, quatenus hæc virtus in Deo peculiarem rationem honeſtatis habet ſpecie morali diſtinctam ab aliis virtutibus Dei. Nihilominus Dei liberalitas oon eſt eiuſdem omnino quidditatis moralis, cuius in hominibus eſt liberalitas. Ita temperandæ ſuot, & prope conciliandæ duæ ſententiæ Vazquez & Suarez, ille oámque 1. p. diſp. 85. cap. 7. §. 1. & 2. contendit, liberalitatem in Deo non eſſe propriè, prout propria ratio diſtinguitur contra communem; licet ſit propriè, id eſt, non metaphoricè. Suarez autem opuſculo de iuſtitia ſect. 1. num. 26. & ſequentibus contendit ſpecialem & peculiarem liberalitatis rationem eſſe in Deo.

8. *Obiectio. 1.* Hinc debet accipi vera ſolotio argumentorum, quæ contendunt, propriam & peculiarem rationem liberalitatis Deo repugnare. Primum eſt, quia liberalitas verſatur circa largitionem pecuniæ, vel etiam rerum omnium, quæ pecunia æſtimantur: teſte Ariſtotele libro 4. Ethicorum cap. 1. & ſancto Thoma 2. 2. quæſtione 117. artic. 2. liberalitas autem Dei potiſſimum attenditur in largitione bonorum
Confirmatio. ſpiritualium. Confirmatur, quoniam ſi peculiaris virtus eſſet in Deo liberalitas in largitione bonorum ſpiritualium: eadem ratione foret in hominibus ſpecialis virtus liberalitas circa ſpiritualia bona. Magiſter enim magna & recondita docens abſque intuitu retributionis, & ſacerdos merè gratis ſacramenta miniſtrans, foret liberalis.

9. *Suppoſitio ad ſolutionem.* Reſpond. primò, ſupponendo, *totum quidquid homines poſſident in terra, & omnia, quorum ſunt domini pecuniam vocari*, ſicut ex Auguſtino libro de diſciplina Chriſtiana cap. 1. à med. ſanctus Thomas docet 2. 2. dicta quæſtinne 117. artic. 2. ad 2. Cum igitur Deus homioibus largiatur non modo pecunias, ſed etiam cæteras omnes res pecunia æſtimabiles; ſaltem comparatione illarum, præſcindendo à bonis ſpiritualibus, verificabitur in Deo ſpecialis ratio liberalitatis. Quin etiam creaturis irrationalibus conferre perfectiooes abſque finè propriè vtilitatis Dei, pertinet ad liberalitatem: vt ſanctus Thomas docet in præſenti quæſtione 21. artic. 3. corp. fine, cum tamen irrationales creaturæ oon ſint capaces accipiendi pecuniam, neque dominium alicoius rei. Ergo ad liberalitatem non requirit S. Thomas pecuniam, oec tranſlationem dominij.

10. *Confirmationis ſolutio.* Vnde reſpondetur ad confirmationem. Neque magiſter docens, neque Sacerdos Sacramenta mioiſtrans gratis alteri tribuit bona ſpiritualia. Nec enim alteri poteſt infundere ſcientiam vel effectus ſacramentorum. Sed tantum ſuam operam nauare docendo, & laborare miniſtrando ſacramenta: quod eſt pretio æſtimabile præciſè conſideratum, vt eſt humanus labor. Hoc autem pretium alteri donare liberalitatis erit. Quod deducitur ex lege *Aquilius* ff. de donationibus, illis præſertim verbis: *Non meram donationem eſſe verum officium magiſtri, quadam mercede remuneratum.* Nihil igitur ſpirituale reperio, quod propriè loqueodo poſſit vnus homo alteri largiri, niſi forte ſatisfactionem & impetrationem bonorum operum, vel indulgentias aut beneficia Eccleſiaſtica. Nec eſſet incoouenieus liberalitatem humanam ad hoc extendere. Sed de hoc non eſt curandum.

Reſpondeo ſecundò. Sicot Deus eſt voiuerſaliſſimus Dominus, ita virtutes illius vniuerſaliores ſunt, quibus plura dona largitur. 11.
A quibus per Dei miſericordiam liberemur. Vnde ſicut humana miſericordia non poteſt alium hominem liberare à miſeria nihili, vel mortis, vel peccati: ſed Dei miſericordia per creationem ex oihilo & per reſurrectionem liberat ex morte, & per redemptionem & iuſtificationem à peccato; ſic etiam Dei li-
Quænam Dei liberalitate largiantur. beralitas largitur noo temporalia tantùm, & pecunia æſtimabilia, ſed etiam ſpiritualia, nulla pecunia comparabilia, quod tamen humana liberalitas præſtare non poteſt. Nec quia ſit altior & vniuerſalior amittit veram & ſpecialem honeſtatem liberalitatis: ſicut Dei generatio non amittit veram & ſpecialem quidditatem generationis, eo quod ſit altior & quaſi vniuerſalior communicans non modo naturam ſpecificam, ſed etiam indiuiduam & ſingularem eſſentiam cum omnibus potentiis & operationibus, & eiuſdem durationis & magnitudinis. In his itaque perfectionibus diuinis non eſt quærenda conuenientia omnimoda cum perfectionibus creatis, ſed tantum aoalogica, ſuperior & altior.

Confirmatur, quia donatio quorumcunquè bonorum merè gratis facta & abſque intuitu retributioois habet peculiarem honeſtatem, & conuenientiam cum diuina ratione, & bonitate, tanquam cum fonte bonorum omnium. Hæc autem peculiaris honeſtas, ita præciſè conſiderata, non pertinet ad aliam virtutem nobis notam maiori conuenientia, quam ad liberalitatem. Ergo verè & propriè liberalitas eſt iuxta regulam generalem tribuendi Deo perfectiones, quas prius nooimus in creaturis. 12.

Ex his ſoluitur argumentum ſecundum, ex eo deſumptum, quod homines, liberaliter donantes priuant ſeipſos dominio rerum, quas donant. Reſpondent aliqui, non eſſe hoc de intrinſeco liberalitatis conceptu, ſed eſſe imperfectionem prouenientem ex limitatione creati dominij. Cæterum ipſe non dubito, quin ſpecialis honeſtas euehens virtutem creatæ liberalitatis, conſiſtat in hac liberali abdicatiooe proprij dominij: cum in ea ſit maxima difficultas creatæ liberalitatis. 13. *Obiectio 2. Aliquorum ſolutio.*

Vera igitur ſolutio eſt, ſolam analogicam conuenientiam eſſe requirendam inter diuinas virtutes & humanas, reſecatis etiam illis partibus honeſtatis, quæ ſupponunt imperfectionem; qualis eſt totalis abdicatio proprij dominij rerum, quæ donantur. Dixi *totalis*, quooiam aliqualis abdicatio dominij reperitur in actionibus diuinis. Quamuis enim ſemper maneat penes Deum voiuerſale dominium cuiuſlibet rei creatæ, nec ſit capax dominij particularis: nihilominus dominium aliquod particulare confert hominibus, non modo propriè voluntatis, ſed omnium 14. *Solutio vera* *Aliqualis dominij abdicatio in diuinis actibus.*

omnium etiam, quæ ſubiiciuntur humanæ libertati. Cuius euidens probatio eſt, quoniam per votum quodlibet, maximè verò per ſolemnia vota religionis, in Deum transfertur dominium particulare perſonæ religioſæ, vel aliarum rerum, quæ offeruntur Deo, quod dominium ante votum, & oblationes erat penes hominum. Sed hoc magis explicabitur diſp. 58. ſect. 7.

Per votum dominium transfertur.

15. Huius & præcedentis argumenti ſolutionem confirmant verba ſancti Thomæ lib. 1. contra Gent. 93. verſus finem: *Virtutes prædictæ ſecundum quod ordinant humanam vitam actiuam, ad has actiones ordinantur, ab eis ſpeciem ſumentes, ſecundum quem modum Deo conuenire non poſſunt. Secundum verò quod actiones prædictæ in ſua communitate accipiuntur; poſſunt etiam diuinis rebus aptari.* Et poſt pauca: *Sunt ergo prædictæ virtutes in Deo vniuerſalioris extenſionis, quàm in homine.*

S. Thomas.

16. Tertium argumentum, quoniam ſanctus Thomas vigeſima ſecunda dicta quæſtione 117. artic. 6. ad 1. aſſerit: *Datio diuina prouenit ex eo, quod amat homines, quibus dat, non autem ex eo, quod afficiatur ad ea, quæ dat: & ideo magis videtur pertinere ad charitatem quam ad liberalitatem.* Reſpondetur. Omnis donatio diuina, ſicut quælibet alia diuinæ voluntatis operatio, quantum ad ſpeciem phyſicam, & obiectum formale pertinet ad charitatem, quoniam primarium, & adæquatum motiuum eſt infinita bonitas Dei. Cæterum ſpeciem moralem habet diuina donatio ex eo, quod gratis abſque intuitu proprij commodi largiter eroget bona: quemadmodum ſect. 1. verſus finem dicebamus. Cum igitur ſpecies moralis, ex obiecto materiali proueniens, ſit inferior quam ſpecies phyſica, proueniens ex obiecto formali; rectè dicitur Dei donatio magis ad charitatem, quam ad liberalitatem pertinere. Sit exemplum in vitiis axioma receptum à Theologis communiter. *Qui furatur, vt mœchetur, magis eſt mœchus, quam fur.* Quia nimirum phyſica ſpecies actus accipitur à delectatione mœchiæ: ſed non propterea tollitur ſpecies moralis furti, quam accipit ex obiecto materiali. Accipitur autem illud ex Ariſtotele libro 5. Ethicorum cap. 2. non procul à principio dicente: *Siquidem lucrandi cauſa facit adulterium, atque pecunias accipit, quidam erogat, damnúmque patitur ob cupiditatem: hic quidem intemperans potius, quam pluris auidus: ille autem iniuſtus, ſed non intemperans eſſe videtur.* Sic habet textus obſcurè quidem. Veruntamen ex illo conſtat eſſe potius intemperantem, quàm auarum & iniuſtum, qui mouetur ab amore voluptatis, & non à pecuniis: contra verò alium eſſe potius iniuſtum quàm intemperantem.

S. Thomas.

Solutio.

Diuinorum actuum ſpecies phyſica, & moralis.

Ariſtoteles.

17. Quartum argumentum. Quoniam Ariſtoteles omnes virtutes diis negare videtur, ac nominatim liberalitatem & iuſtitiam libro 10. Ethicorum cap. 8. circa med. illis præſertim verbis: *An ridiculi videbuntur, ſi commutent, & depoſita reddant, & huiuſmodi cætera agant?* Ex poſt pauca: *An liberales? At cui dabunt? Abſurdum eſt inſuper, ſi nummos etiam habeant, aut aliquid tale.* Et poſtquam fortitudinem & temperantiam ſimiliter negat, concludit: *Ita per omnia diſcurrenti, cuncta, quæ ſunt circa actus, parua quædã & non digna diis immortalibus ſanè videntur.*

Ariſtoteles.

Reſpond. legitimus intellectus Ariſtotelis accipiendus eſt ex toto diſcurſu capitis illius, cuius ſcopus eſt probare, perfectam fælicitatem non eſſe vitam actiuam, quæ per ſupradictas virtutes conſtituitur fælix, ſed vitam contemplatiuam. Hoc autem probat, quia *Deos maximè beatos eſſe putamus atque fælices.* At illi non conſtituuntur beati per virtutes actiuæ vitæ. Quod probat, quoniam inter ſe ipſos, & in ſua republica non poſſunt exercere liberalitatis, vel iuſtitiæ, vel fortitudinis, & multò minus temperantiæ actus. Nec enim hic Deus poterit alteri Deo dare pecuniam, aut aliquid æſtimabile pecunia, imo nec aliquid aliud, quoniam diuinitas nullius eget, & à nullo poteſt accipere. 18.

Mens Philoſophi.

Nihilominus in fine capitis eiuſdem concedit, Deos ſtudioſis hominibus & contemplatiuis beneficia conferre; ſi curam habent rerum humanarum, vt exiſtimatur. Cæterum hanc actionem, & curam rerum humanarum, & beneficiorum largitionem non numerat in actiua fælicitate Deorum: quoniam fælicitas & honeſtas Deorum eſſe debet independens ab hominibus, & non libera, ſed neceſſaria. Conſequens igitur eſt, Ariſtotelem non negare Diis honeſtatem conferendi liberaliter hominibus beneficia; ſed tantùm negare mutuam inter ipſos Deos liberalitatem, aut iuſtitiam. 19.

Prædictus locus Philoſophi ſolet à Scholaſticis ita citari: *Ridiculum eſt ſecundum virtutes politicas Deum laudare, aut virtutes politicas in Deo ponere.* Quod explicant de virtutibus circa ciuiles actiones, quales ſunt humanæ venditiones & emptiones, non verò circa operationes, Deo proprias. Ita ſanctus Thomas in præſenti articulo 1. ad 1. fine, Durandus libro 4. diſt. 46. quæſtione 1. ad 2. Hæc expoſitio nihil contradicit præcedenti, ſed Philoſophi mentem minus expoſuit. His denique conſonant, quæ de iuſtitia dicemus infra diſp. 58. ſect. 9. 20.

SECTIO III.

Benignitas & veritas, ſeu veracitas quanta proprietate Deo conueniant.

QVantum ad primum, benignitas ponitur, vt virtus adiuncta iuſtitiæ, quoniam eſt ad alterum, & reſpicit quoddam morale debitum, non ſimpliciter neceſſarium, ſed conferens ad maiorem honeſtatem: vt ſanctus Thomas docet 2. 2. quæſtione 80. artic. 1. corp. fine, & in ſolutione ad 4. prope finem. Hanc virtutem in Deo propriè non minus quàm liberalitatem reperiri, probatur, quia Deo tribuitur in Scriptura, nec vlla ratio vel authoritas ſuadet improprietatem, aut metaphoram; ſed potius proprietatem in verbis. Pſalm. 68. *Benigna eſt miſericordia tua.* Sap. 1. *Benignus eſt enim ſpiritus Sapientiæ.* Ioel 2. *Quia benignus & miſericors eſt.* Rom. 2. *Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Luc. 6. *Ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos* Baſilius in Pſalm. 114. circa med. exponens illud: *Miſericors Dominus & iuſtus*, ait: *Cum iudicas commenſuratum quoque noſtræ infirmitati iudicium inferat, benignitatis erga nos affectu potius, quàm æqui compenſatione nos plectens.* 1.

Benignitas propriè in Deo

Pſalm. 68.

Ioel 2.

Rom 2.

Lucæ 6.

Baſilius.

Benignitas quid.

Andronicus.

2. Eſt autem ratio, quoniam, vt definit Andronicus

nicus Peripateticus: *Benignitas eſt habitus voluntariè benefaciuus.* Atque Iſidorus lib. 10. Etymolog. cap. 2. parum à princ. *Benignus eſt vir ſponte ad benefaciendum paratus, & dulcis eloquio.* Quapropter complectitur virtutem affabilitatis. Tota verò perfectio, quæ prædictis definitionibus explicatur, detractis imperfectionibus creaturarum, proprie repetitur in Deo. Eſt enim propenſus, & propria ſponte paratus ad benefaciendum; & *Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium.*

Iſidorus.

3\. Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 28. init. putauit, eandem eſſe virtutem beneficentiam, liberalitatem, & benignitatem: nec dubium, eſt, quin magna ſint cognatione coniunctæ liberalitas & benignitas. Veruntamen ſufficiens illarum diſcrimen accipi poteſt ex præcedenti ſectione, quia liberalitatis honeſtas conſiſtit in gratuita donatione abſque intuitu proprij commodi; ſed hanc honeſtatem non affert benignitas præcisè, prout benignitas eſt, ſed tantùm benefacere, & affabiliter conuerſari. Beneficentia denique nihil differt à benignitate.

Benignitas, & liberalitas differunt.

4\. Quantum ad ſecundum. Veritas annectitur iuſtitiæ, numeratúrque inter partes illius à Tullio in lib. 2. de inuentione, cuius rationem reddit Sanctæ Thomas 22. quæſt. 109. art. 3. quoniam hæc veritas eſt idem quod veracitas, alterum reſpiciens, cui vult manifeſtare ſuos conceptus, adæquans ſigna rebus & conceptibus, quod eſt æqualitatis genus. Deficit autem à ratione iuſtitiæ, quoniam eius debitum non eſt legale, ſed morale, natum ex intrinſeca honeſtate, quæ locutioni debetur.

Veritas iuſtitia annexa.

5\. Non eſt igitur hæc veritas eadem cum illa, quæ ponitur in intellectu ab Ariſtotele. 6. Metaph. text. 8. & lib. 6. Ethicorum. cap. 2. de qua dictum eſt ſatis tomo præcedenti de ſcientia diſputatione. 85. 86. & 87. Nec eſt veritas tranſcendentalis tam ſpeculatiua, quàm practica, de quibus ibidem actum eſt diſputat. 88. & 89. Sequenti verò diſp. 90. ſect. 1. 2. & 3. probatum fuit, Deum eſſe primam & ſummam veritatem in eſſendo & in cognoſcendo. Deindeverò ſect. 4. declarata fuit veritas affirmantis; & veritas promittentis, quæ nunc recurrit iterum conſideranda, prout affert obligationem, de qua dicemus præſertim tota diſput. ſequenti.

6\. Deo tribuitur veracitas in ſacris literis Pſalm. 85. *Et tu Domine miſerator & miſericors, patiens & multa miſericordia, & verax.* Ioan. 3. *Deus verax eſt.* & cap. 7. *Qui me miſit verax eſt.* Rom. 3. *Eſt autem Deus verax.* Huiuſmodi veritatem proprie & abſque metaphora Deo conuenire, probat Sanctus Thomas lib. 1. contra Gent. cap. 93. numer. 7. quoniam iuxta Philoſophum lib. 4. Ethicorum cap. 14. pertinet ad virtutem veritatis, aliquem in ſuis dictis & factis ſe talem oſtendere, qualis eſt. Quod magis explicuit ſupradicta quæſt. 109. generaliter extendens ad conformitatem verborum & operationum externarum cum conceptibus & affectibus internis ita vt non repugnent illis. Eſt igitur in Deo ſumma veritas & veracitas, non modo quia nihil vnquam exterius loquitur contra mentem; ſed etiam quoniam quæcunque opera facit, adæquat & conformat eum idæis & rationibus eorum, quas in mente Deus gerit.

Dei veracitas Pſalm. 85. Ioan 3 & 7. Rom 3.

Quapropter hæc formalitas veritatis, quæ dicto libro. 1. contra. Gent. ponitur à ſancto Thoma coincidit cum ea veritate, quàm explicat in præſenti quæſtione vigeſima prima articulo ſecundo corp dicens, eſſe iuſtitiam, quatenus Dei voluntas & imperium omnibus in rebus conſtituit ordinem, conformem rationi ſuæ ſapientiæ, quæ eſt lex eius. Veruntamen hæc formalitas iuſtitiæ quaſi ſpecie diſtinguitur à formalitatibus diſtributiuæ vel commutatiuæ iuſtitiæ, quas explicabimus diſp. quinquageſima ſeptima. 7.

Iam hæc virtus ad iuſtitiam accedit tantò propius, quam omnes virtutes ſupradictæ, quantò maius & fortius eſt debitum illius; nec enim eſt debitum non ſimpliciter neceſſarium ad honeſtatem, vel neceſſarium tantum ad maiorem perfectionem honeſtatis (quale eſt debitum liberalitatis, benignitatis, & magnificentiæ) ſed eſt debitum honeſtatis ſimpliciter neceſſariæ, ita vt repugnet diuinæ bonitati non adæquare ſigna rebus, ex ſuppoſitione quod ſuam mentem quocunque ſigno velit oſtendere. Atque ex eodem principio naſcitur obligatio fidelitatis in promiſſionibus adimplendis, de qua dicemus ſequenti diſputat. 56. 8.

SECTIO IV.

Quæcumque virtutes, quarum actus includunt ſubmiſſionem inferioris ad ſuperiorem, diuinæ celſitudini repugnant, & peculiariter gratitudo.

GEneralis hæc regula, quæ continetur in titulo, traditur à ſancto Thoma lib. 1. contra Gent cap. 93. paulò poſt med. & eſt euidens naturæ lumine. Propterea Hæbreor. 6. dicitur, *non habere maiorem.* Et Pſalm. 49. vocatur *Deus Deorum Dominus.* Et Pſalm. 112. *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus. Quis ſicut Dominus Deus noſter.* &c. Sap. 12. *Quis enim dicet tibi: Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum &c. Non enim eſt alius Deus, quàm tu.* Ideo non eſt poſſibilis diuinæ voluntati religio, nec eius partes & actus, ſiue latriæ vel adorationis, obſeruantiæ vel cultus, ſiue oblationis, ac voti, ſeu iuramenti propriè dicti (de quo ſtatim) Nec eſt illi poſſibilis pietas quæ ſuperiorem reſpicit, nec dulia, nec oratio, nec obedientia, nec obſeruantia legis. 1.

Regula in titulo contenta euidens naturæ lumine. Hæbre 6. Pſalm 49 Pſalm 112. Sap. 12.

Religio, pietas, oratio, & obedientia non dantur in Deo.

Quod ſi obiicias, in nobis rectæ rationis dictamen, & conſcientia vim legis habet, & voluntas obedit rationi; ratio autem imperat (quod authores aliqui deducere conantur ex. Ariſtotele lib. 1. Ethicorum. cap. vltimo inter med. & finem vbi non de voluntate; ſed de appetitu ſenſitiuo loquitur) Ergo ſimiliter Dei voluntas obediet legi rationis ſuæ. Reſpond. negando conſequentiam, propterea namque propriam obedientiæ rationem debemus noſtræ conſcientiæ, atque dictamini rationis, quoniam Dei æternam & ſuperiorem legem ſingulis hominibus notam facit. Sed diuinæ rationis dictamen non habet aliam ſuperiorem legem, quam ei promulgare poſſit. 2.

Obiectio.

Solutio.

Propterea

3. Propterea quæcumq; tam in veteri, quàm in nouo teſtamento ſignificant Chriſti D. reuerentiá, orationem, adorationem, obedientiam, ſubiectionem, & gratitudinem erga Patrem exponuntur à Sacris Doctoribus, & ſcholaſticis tantùm de Chriſto D. prout eſt homo. Quamuis non pauca referantur ad poſterioritatem origis. *Ioannis 14.* Sic enim illud Ioan. 14. *Pater maior me eſt.* exponitur à multis de perſona verbi, cuius principium origine prius eſt Pater. Atque eodem ſenſu declaratur illud: *Caput Chriſti Deus*, & quæ ſignificant Chriſti D. ſubiectionem, vel ſeruare præcepta Patris, vel etiam obedire; prout fuſiùs oſtẽdimus in tomo de Trinitate tota ferè diſputatione 50.

4. De gratitudine maior eſt difficultas, quia licet antiquorum Patrum, aut Scholaſticorum nemo meminerit illius, cum tamen alias virtutes diuinæ voluntatis explicuerint, aut ſaltem breui commemoratione laudauerint: aliqui tamen recentiores Deo gratitudinem addiderunt, non tam illius amore ducti, quàm neceſſitate coacti. *Recentiores in Deo gratitudinem concedunt.* Cum enim à Deo iuſtitiam expulerint, nec aliam virtutem inueniant, cui committant officium reddendi præmia pro meritis, hoc ſoli gratitudini reſeruant, præſcindendo à promiſſione; nam ſuppoſita promiſſione, fidelitas etiam concurrit. Primus iſtius ſententiæ author eſſe videtur Vaſquez 1. 2. diſputatione 215. capite primo, numero 2. & 223. capite 8. fine. Citatur etiam 1. p. diſputatione 83. & 84. quem ſequitur Lorca diſp. 44. de gratia §. *his præmiſſis*.

5. Repugnant è contrario Doctores alij, probantes gratitudinem, propriè dictam, diuinæ perfectioni repugnare. Ita Suarez releɛt. de libertate Dei diſputatione 2. ſect. 2. num. 3. fuſiùs autem tomo tertio de grat. lib. 12. capite 30. numero 8. & ſequentibus, Salas 1. 2. tom. 1. tractatu 7. diſputatione 7. num. 5. Theophyl. in naturali Theologia diſtinctione 8. q. 2. articulo 5. numero 94. Ægidius Coninch de actibus ſupernaturalibus, diſput. 8. dubio 1. num. 8.

6. Pro cuius declaratione dico primò: Non repugnat diuinæ perfectioni gratitudo quædam, illo temperamento condita, quod Vaſquez adhibuit in fine totius tractatus de gratia nuper citato, videlicet, vt Deus non poſſit accipere beneficia, ſubindéque nec poſſit pro illis habere gratiam, aut gratias agere, nec rependere grates: nihilominus poſſit hominibus iuſtis gratificari, faciendo res illis gratas, & hac ratione retribuendo, quæ homines iuſti fecerunt Deo grata, quando illius præcepta, vel conſilia impleuerunt. *Concluſio 1. quo ſenſu Deo non repugnet gratitudo.* In huiuſmodi gratitudine, quantum ad rem ſignificatam, erit inconueniens & imperfectio debitum aliquod interuenire, quantumcunque minimum, proueniens ex eo, quod homines fecerint res Deo gratas. Quod debitum prædicta ſententia ſignificat, & in eo tantùm conuenire poteſt cum humana gratitudine. Nam eo debito ſublato, tribuere iuſtis, quæ ſunt illis grata, pertinet ad alias virtutes Dei, vt videbimus infra præſertim ad obiectionem ſecundam.

7. *Cicero.* Quantum ad modum loquendi fauere videtur Cicero libro primo de natura Deorum, dicens, *Deum hominibus gratificari*, videlicet, conferendo beneficia, quamuis adiungat continuo: *ſed non facere gratum*: quoniam ſub his vocibus obſequium & ſubiectionem videtur intelligere. Nihilominus abſolutè vitandus eſt ille modus loquendi, quo tribuitur Deo gratitudo, tanquam improprius, & falſum aliquid ſignificans, & inuſitatus, vt magis conſtabit inferius ad 2. obiectionem.

8. Dico ſecundò. Gratitudo propriè dicta, diuinæ perfectioni repugnat, & ita ſimpliciter eſt loquendum. *Gratitudo propriè dicta Deo repugnat.* Explicatur & probatur, ſupponendo vocem hanc *gratitudo* non inueniri apud authores Latini ſermonis, ſicut nec *ingratitudo*. Quapropter illius genuinam ſignificationem venari debemus ex concreto. *Gratus*, à quo ducit originem *gratitudo*. Gratus igitur apud authores Latinos ille vocatur, qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem eſt memor accepti beneficij animo grato: ſicut è contrario vocatur ingratus, qui deficit his affectibus & officiis: vt conſtat apud Ciceronem, Terentium, Plinium, & alios, quorum teſtimonia reperies in Theſauro linguæ Latinæ in vtraque voce *gratus*, & *ingratus*. Quapropter optimè iuxta ſuam originem Theologi gratitudinis virtutem ad beneficia ſemper referunt. Quam proinde ſanctus Thomas 2. 2. quæſtione 106. articulo 1. definit, eſſe virtutem, quæ *benefactoribus gratiam recompenſat*, non quidem ex debito legali, ſed ex debito honeſtatis, quod eſt merè liberum & gratuitum. Propterea nomine *gratia*, vocatur à Cicerone lib. 2. de Inuent. ſicut S. Thom. intelligit dicta q. 106. art. 1. arg. 3.

9. Hinc accipitur præcipua probatio concluſionis, quia gratitudo quidditatiuè ſupponit acceptum beneficium, cui gratiam referat. *Concluſionis probatio* Sed infinitæ Dei Maieſtati, ſufficientiæ, & omnipotentiæ repugnat accipere beneficium: ergo gratitudo repugnat. Minor probatur Romanorum 11. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei.* *Rom. 11.* Prouerb. 9. *Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum.* *Prouerb 9.* Iob 22. *Iob 22. & 35.* *Quid prodest Deo, ſi iuſtus fueris, aut quid confers, ſi immaculata fuerit via tua.* & capite 35. *Si iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet.* Nec obſtat illud Apoſtoli 2. ad Timotheum 2. *2. Timoth. 2.* *Si quis emundauerit ſe ab his, erit vas in honorem, ſanctificatum & vtile Domino.* Nam hæc vtilitas eſt ad effectus creatos, quos Deus per hominem ſanctum intendit efficere: de quibus continuo ſubiungitur: *Et ad omne opus bonum paratum.*

10. Confirmatur primò omne quippe beneficium eſt eſſentialiter vtile recipienti beneficium, ac proinde ſub ea ratione, qua eſt vtile, ſubuenit indigenti, cui talis vtilitas deeſſet, niſi tale beneficium ſuccurriſſet. *Confirmatio 2.* Quocirca, qui nullius indiget, nullius beneficij capax eſt: Deus autem nullius indiget, vt demonſtratum eſt ſupra, diſputatione 8. ſectione quarta. Confirmatur ſecundò, quia *manifeſtum eſt, quod omnis benefactor, in quantum huiuſmodi eſt cauſa beneficiati*; propterèaque tenetur per actionem gratiarum ad illum conuerti, ſicut effectus ad cauſam ſuo modo; quemadmodum ſanctus Thomas docet 2. 2. dicta quæſtione 106. articulo tertio. Manifeſtiſſimè verò repugnat primo principio & primæ cauſæ, quocumque modo, quantumcunque ſecundum quid ac diminuto, cauſari à ſuis creaturis, vel ad aliquam illarum tanquam ad cauſam conuerti.

11. *3. Confirmatio.* Vnde ſequitur tertia confirmatio, quia gratitudo formaliter, vt talis eſt, reſpicit alium, vt ſuperiorem. Quamuis enim multoties perſona, quæ ſimpliciter eſt inferior, beneficium conferat ſuperiori: nihilominus ſub ea ratione, qua beneficium confert, eſt ſuperior accipiente beneficium, qui proinde conſtituitur debitor agendi gratias & referendi, quemadmodum Ariſtoteles docuit libro quarto Ethi- *Ariſtoteles.* cor. capite 3. paulò poſt medium de magnanimo dicens: *Eſt etiam talis, vt beneficia conferat, & pudeat ipſum ſi ſuſcipiat beneficia. Illud enim ſuperioris eſt, hoc inferioris; & in retribuendo maiora beneficia conferat. Hoc enim modo debitor inſuper fiet is, qui primus contulit, atque ſuſcipiet beneficium*: & poſt pauca: *Eſt enim is, qui ſuſcepit inferior eo, qui contulit beneficium. Ipſe verò* (magnanimus) *vult ſuperior eſſe.* Implicat autem Deo ſuperiorem quacumque minima ſuperioritate creaturam, vel per alienam voluntatem & opus illi debitum, etiam minimum imponi, vel moleſtiam afferri magnanimitati diuinæ, qua iuſtiſſimè vult quocumque modo cunctis rebus eſſe ſuperior.

12. Confirmatur quartò, quoniam inter homines herus non debet gratitudinem, aut gratiarum actionem ſeruis, licet imperata faciant: ergo multò minus Deus creaturis debebit illam gratitudinem. Conſequentia eſt manifeſta propter maiorem ſubiectionem, ſtrictioremque ſeruitutem creaturæ reſpectu Dei, quam cuiuſlibet ſerui reſpectu temporalis Domini. Propterea namque ſeruorum obſequia, licet vtilia ſint, & neceſſaria heris, non cenſentur eſſe beneficia, quoniam ſunt ſimpliciter debita. Sed multò magis debentur Deo quæcumque bona opera fiunt à quibuſcumque perſonis: ergo multò magis diſtabunt à ratione beneficij, quod Deus accipiat.

13. *Luca 17.* Hanc totam ratiocinationem nos docuit Chriſtus Dominus Lucæ 17. *Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quod imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus; quod debuimus facere fecimus.* Perpende poſtremas duas rationes, alteram, qua negatur vtilitas, alteram, qua debitum aſſeritur, quarum vnaquæque ſatis erat, vt extingueret rationem beneficij, conſequenterque ſubtraheret materiam *Cyrillus.* gratitudinis. Vnde Cyrillus Alexandrin. apud ſanctum Thomam in catena Lucæ 17. *Conſidera,* inquit, *quod qui apud nos dominantur, non referunt gratias cum aliqui ſubditorum ſtatuta ſibi proſequuntur obſequia: ſed ex beneuolentia ſæpius ſuorum prouocantes affectum maiorem eis appetitum ſeruiendi aggerant. Sic & Deus petit quidem à nobis famulatum iure ſeruitij, &c.*

14. Ambroſius Lucæ 17. capite *de virtute fidei*, &c. prope finem, ait: *Sicut ergo tu non ſolùm non dicis ſeruo tuo Recumbe; ſed exigis ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis: ita nec in te patitur Dominus vnius eſſe vſum operis* *Beda.* *aut laboris, &c.* Beda in Lucam ſuo capite 68. inter medium & finem: *Si homo,* inquit, *ab homine multiplex miniſterium exigit, nec tamen ei gratiam habet: quanto magis vos, qui ſine me nihil poteſtis facere? &c.* & poſt pauca: *Serui quidem, quia pretio empti eſtis: inutiles verò, quia Dominus bonorum veſtrorum non indiget.* *Euthymius.* Euthymius in eundem Lucæ locum ſuo capite 19. prope finem: *Sicut nullus*, ait, *ſeruum ſuum arantem honore dignum ducit ob huiuſmodi laborem, & nec ſic illi gratiam habet: ad eundem ſane modum & Deus. Itaque ſecundum iuſtitiæ ſermonem his qui præcepta non adimplent periculum imminet: ipſa verò implentibus gratia nulla.*

Obiiciet tamen aliquis primò, nam inter homines herus contrahit obligationem gratitudinis erga ſeruum, qui præſtat obſequia non imperata, nec debita. Poterit ergo Deo gratitudinis obligatio prouenire, ſaltem ex operibus ſupererogationis, quibus homines adimplent Dei conſilia non ſibi præcepta. Antecedens probatur ex Seneca libro tertio de beneficiis capite 21. (quem refert & ſequitur ſanctus Thomas 2. 2. dicta quæſtione 106. articulo 3. ad 4.) dicente: *Quamdiu ſeruus præſtat, quod a ſeruo exigi ſolet, miniſterium eſt: vbi pluſquam à ſeruo neceſſe eſt, beneficium eſt. Vbi enim in affectum amici tranſit, incipit vocari beneficium. Et ideo etiam ſeruis, vltra debitum facientibus, gratiæ ſunt habendæ.* Confirmari poteſt, nam & Chriſtus Dominus citato loco Lucæ 17. non de conſiliis & operibus ſupererogationis, ſed tantùm de præceptis loquitur, dicens: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis dicite. Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.* Ergo qui fecerit aliquid non præceptum, neque debitum, non erit ſeruus inutilis: & Dominus habebit illi gratiam. 15. *S. Thom.* *Confirmatio.* *Luca 17.*

Reſpondeo & dico tertiò. Comparatione Dei, dato quod omnino ceſſaret in nobis ratio debiti, quando conſilia ſupererogationis exequimur; adhuc eſſemus ſerui prorſus inutiles: quoniam operibus noſtris nullam vtilitatem Deo comparamus, proptereáque nullum ei beneficium conferimus, vnde nec gratitudinis materiam exhibemus. Hoc igitur eſt diſcrimen inter dominium diuinum & humanum, præter alia quæ ſequenti aſſertione declarantur. 16. *Concluſ. 3.* *Inter diuinũ & humanũ dominium diſcrimen.*

Dico quartò. In quibuſlibet operibus etiam ſupererogationis & perfectionis inuenitur ex parte noſtra ratio debiti tanta, quæ ſufficit & ſuperabundat, ne propter illa redundet in Deum gratitudinis debitum, etiam præſcindendo ab inutilitate, ratione cuius nihil eſſe poteſt vtile Deo. Probatur oſtendendo plures rationes debiti. Primò namque debita noſtrarum culparum, etiam venialium, nullis operibus ſupererogationis perſoluerentur, niſi Dei miſericordia & gratia intercederet admittens ſolutionem. Secundò, licet opera perfectionis & conſiliorum non ſint præcepta determinatè & in particulari; ſunt tamen præcepta vagè, & in vniuerſali, quatenus quamdiu vigilamus, non poſſumus non operari per intellectum & voluntatem. Præcipitur autem, vt omnes operationes ſint honeſtæ, conformes rectæ rationi, & ad Dei gloriam deſtinatæ. Quapropter hoc potius, quàm illud bonum operari, manet ſolummodo liberum ab obligatione præcepti. 17. *In operibus ſupererogationis ratio debiti.* *Probatio.*

Tertiò. Quælibet opera, ex ſuppoſitione, quod fiant, debentur Deo, tanquam creatori & vniuerſaliſſimo Domino, cuius ſunt omnes partes & potentiæ, & operationes hominum. Quibus omnibus ratio debiti non minus eſſentialis eſt, quàm ratio creaturæ. 18.

Quartò

Quartò., nam omnia bona opera ſunt principaliter à Deo, ſimúlque ſunt in vtilitatem hominum operantium, non in vtilitatem Dei. Conſequens igitur eſt, vt quælibet opera bona ſint beneficia Dei collata in homines, augentia gratitudinis obligationem in hominibus. Quocirca quæcumque bona noſtra tantò magis ab obligatione gratitudinis diſtantem conſtituunt Deum, quantò magis augent in nobis obligationem gratitudinis.

19. *Ratio principalis pro concluſione.* Vnde ſumitur ratio principalis pro concluſione præſenti, quoniam Dominus ſeruo prius tribuens beneficia maiora, poſtea verò ab illo recipiens obſequia longè minora, & ſeruo potius vtilia, quàm Domino, nulla ratione tenetur ad gratitudinem, quamuis illa obſequia non fuerint à domino imperata. Generaliter enim nemo prius conferens maius beneficium, & poſteà recipiens minus, tenetur ad gratitudinem (vt conſtat ex ſancto Thoma 2. 2. dicta quæſtione 106. articulo 6. præſertim argumento ſecundo & eius ſolutione.) Sic autem ſe habent homines iuſti erga Deum, vt nuper probatum eſt.

Confirmatio prima. Confirmatur primò, quia gratitudinis debitum erga Deum non poteſt vnquam exhauriri, non ſolùm quia creſcit ipſa noſtra gratitudine, quoniam eſt beneficium Dei (vt nuper diximus) ſed etiam, quia neque beneficio creationis, aut conſeruationis parem gratiam referre poſſumus, quantò minus beneficiis redemptionis.

20. *Declaratur exemplo.* Secundò declaratur & confirmatur exemplo. Si enim Rex tribuat ſeruis ſuis pretioſas veſtes, regios cibos, & magiſtros, qui eos inſtruant in omnibus artibus & diſciplinis (vt olim Nabuchodnnoſor Daniel capite primo) licet illi ſerui veſtes induant, cibis regiis veſcantur, & animum ornent artibus aut ſcientiis, non imponunt propterea Regi obligationem gratitudinis, ſed ipſi magis obligati manent ad gratitudinem. Quid foret ſi Rex contuliſſet etiam intellectum & voluntatem & ſcientiam & bonam valetudinem, ac cætera, quæ Deus nobis contulit?

21. Secunda obiectio poterit opponi, quia ſaltem poſſumus abſtrahere communem & analogam quandam rationem rependendi gratiam (ſiue nominetur gratitudo, ſiue non) quatenus iuſtis facientibus, quod Deo gratum eſt, Deus retribuit, quæ grata ſunt iuſtis. Reſpondetur ex dictis eſſe ſumendam ſolutionem. Quia ſi talis redditio gratiæ conſtituitur in ordine ad aliquod debitum morale, quantumcunque minimum proueniens à noſtris operibus: implicat contradictionem, eò quod homines quantumcunque iuſti ſemper manent potius debitores gratiarum, quas Deus illis prius confert. Quam ob cauſam licet fingeremus, iuſtorum opera eſſe vtilia Deo, & ex eo capite cenſeri potuiſſe beneficia in eum collata; nihilominus aliunde conuincerentur non eſſe beneficia, nec ad gratitudinem obligare; quia non modo non excedunt obligationem noſtræ gratitudinis (quod requirebatur vt Deum obligarent ad gratitudinem,) ſed etiam augent in nobis obligationem gratitudinis. Denique ſublato quocunque minimo debito, recompenſandi gratum exhibitum ab hominibus, quod Deus bene operantibus conferat liberaliter beneficia, pertinet ad eius charitatem, beneficentiam, liberalitatem, & ad optimam gubernationem (loquor præſcindendo à promiſſione & pacto de præmio) quapropter nihil opus eſt nouam, & ſuperfluam aliam gratitudinem ſuperaddere.

Vnde conſurgit ratio propter quam in aſſertione prima dictum fuit, eſſe vitandam gratitudinis vocem in Deo; quia præciſis imperfectionibus humanæ gratitudinis, quidquid in Deo remanet ſignificatur melius & dignius nominibus virtutum. Quemadmodum abſolutè negamus opinionem in Deo, quia ſublata incertitudine & obſcuritate, cæteriſque imperfectionibus, quidquid in Deo remanet, ſignificatur melius & dignius nomine ſcientiæ vel ſapientiæ. 22. *Ratio altera*

Tertiam obiectionem opponet aliquis, quia ſaltem vnius diuinæ perſonæ ad alteram eſſe poterit gratitudo: quoniam in Euangelio multoties Pater dicitur dare Filio, prout eſt principium producens illius: & conſequenter Filius vel Spiritus ſanctus, prout eſt perſona producta, dicitur accipere, debere, vel pendere (quarum locutionum loca citauimus in tomo de Trinitate diſput. 50. ſect. 5. 6. & 7.) Omnis autem qui accipit, debet, aut pendet, eo ipſo contrahit obligationem gratitudinis, ſi non debet iuſtitia. 23.

Reſpond. Neque Filio neque erga Patrem, nec Spiritui ſancto erga Patrem & Filium poſſibilis eſt gratitudo, vel gratiarum actio. Primò, quia gratitudo quidditatiuè reſpicit beneficium gratuitum, ac proinde non neceſſarium, neque debitum. At verò quidquid perſonæ producentes tribuunt perſonis productis, non eſt beneficium gratuitum, ſed merè naturaliter ac neceſſariò debitum non minus, quàm perſonis producentibus debetur tota perfectio eſſentialis & perſonalis illarum. 24. *Inter perſonas diuinas gratitudo impoſſibilis.*

Rectè namque Ricardus Victorinus lib. 6. de Trinit. cap. 1. fine: *In diuina*, inquit, *natura nihil eſt, vel eſſe poteſt ex operante gratia. Quod enim eſt ex ſola operatione gratia, pro authoris beneplacito poteſt eſſe, vel non eſſe: ſed tale quid non poteſt eſſe in ipſa diuinitate. Alioqui mutabilitas ei ineſſet, nec veram æternitatem haberet. Nihil itaque ibi eſt iuxta donum largientis gratia, ſed totum iuxta proprietatem exigentis natura. Sicut enim ingenerabili naturale eſt ab alio non procedere, ſic ſane ei naturale eſt de ſe procedentem habere.* Quod breuius ſignificauit Baſilius lib. 4. contra Eunom. ſub init. dicens: *Pater natura, non conceſſione.* Quod idem conſtat ex aliis Patribus citatis in tomo de Trinitate diſp. 92. ſect. 2. & 3. & diſp. 93. & 94. 25. *Ricardus Victorinus.* *Baſilius.*

Secunda ratio eſt, quia nemo tenetur ad gratitudinem erga ſuam ipſius beneuolentiam, quam habet erga ſe ipſum: at verò quæcunque beneuolentia Patris erga Filium, eſt etiam eadem beneuolentia propria filij erga ſe ipſum. Idem intellige de Spiritu ſancto comparato cum Patre & Filio. Porro beneuolentia, prout eſt cauſa beneficij conferendi, radix eſt, vnde prouenit obligatio gratitudinis. Quapropter, radice ſublata, tollitur obligatio. 26.

Poſtremò notandum eſt, authores diuinæ gratitudinis non obtinere finem, quem intendunt, licèt ea verè daretur in Deo; quia nihilominus

hilominus præmia reddere meritis de condigno, foret opus iuſtitiæ: vt oſtendemus diſp. 58. præſertim ſect. 6. verſus finem.

SECTIO V.

Iuramentum Deo metaphoricè tribuitur.

1. DE iuramento, plus quam de exteris actibus religionis, dubitari poſſet, quoniam multoties in ſacris literis Dei iuramentum refertur: quemadmodum Geneſis 20. & 50. & Exodi 13 & 23. & 33 Num. 11. & 14. Deuteronom. 1. 2. 4. 10. 29. 30. & 31. Pſalmus 88. & 109. Sapient. 12. Iſai 14. & aliis locis.

Iuramentum metaphoricè de Deo dictum.

Nihilomious iuramentum noo propriè, ſed metaphoricè Deo tribuitur. Cuius euidens ratio eſt iuramenti definitio, nam iurare eſt Deum io teſtem inuocare: quoniam tanquam prima veritas, & veracitas, nihil poteſt ignorare, nec poteſt falſum confirmare: vt conſtat ex Auguſtino ſermone 28. de verbis Apoſtoli parum ante medium.

Iuramentum religionis actus.

Atque inde fit vt iurare ſit religioois actus, quia nullios aſſertio confirmatur, oiſi per aliquod certius & firmius, & ideo iurans profitetur, Dei teſtimonium eſſe magis fide dignum, quàm ſit iurantis aſſertio: prout exponit ſanctus Thomas 2. 2. quæſtione 89. articulo 1. & 4.

S. Thom.

Deus autem *neminem habuit, per quem iuraret, maiorem. Homines enim per maiorem ſui iurant: & omnis controuerſia eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum*, tanquam ſupremum teſtimonium, vltra qood non poſſit aſcendi. Deus igitur propriè loquendo iurare non poteſt.

2. Dicitur autem Deus iurare per metaphoram, ſe demittendo & accommodando ad humanam conſuetudinem, & incredulitatem. Ita notant communiter Patres.

Athanaſius

Athanaſius ſermone de Paſſione & Cruce Domioi col. 4. ait: *Non vt homo iurat Deus, ſed nobis ipſius ſermo pro iuramento eſt ad veritatem. Hominibus autem loquens iurare dicitur, & hoc ipſum humano more efferunt Sancti, vt vnde ipſi loquentes fidem ſibi haberi velint, inde etiam Deo loquenti fidem habeant.*

3. Chryſoſtom. Hebr. 6. homil. 11. col. 2. ait: *Quando verò ipſe*, Filius, *iurat: Amen amen dico vobis, idem ſcilicet iuſiurandum, nonne manifeſtum eſt, quia non habet maiorem, per quem iuret, hoc illum pacto iurare? Sicut enim Pater iurauit, ſic & Filius per ſemetipſum iurat, dicens: Amen amen dico vobis.*

Ioan. 11.

Sed iſtis in verbis propriè non continetur iuramentum; ergo neque Pater propriè iorat. Vode poſt pauca ſubiungit: *Vides quomodo dignitatem ſuam non attendit, ſed vt hominibus perſuadeat, indigna de ſe patitur dici?* Ergo Deo non eſt dignum iurare.

Iſaiæ 14. Hieronym.

Hieronymus, Iſaiæ 14. ad illud: *Iurauit Dominus exercituum, &c. Hoc autem*, inquit, *humano loquitur affectu, quod ſcilicet non fallatur, qui falli non poteſt.* Hæc phraſis apertè ſignificat metaphoram ex humanis affectibus acceptam.

4. Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel capite 10. circa med. oſtendens iuramento non indigere Deum, adiungit: *Deus autem & cum loquitur fidelis eſt, cuius ſermo ſacramentum eſt. Non enim propter ſacramentum fidelis omnipotens Deus, ſed propter Deum etiam fidele ſacramentum eſt. Qua ratione igitur Moyſes iurantem Deum inducit? Quia nos vſu quodam mortalium claudimur, & velut echini cortice quodam nos vulgaris opinionis inuoluimus, aut velut cochlea, quæ niſi intra teſta operimentum ſint, ſpirare non poſſunt, nec aerem liberum capere, aut ſuſtinere: ſic nos non niſi intra quadam humanæ conſuetudinis latibula terrena verſamur. Vnde quia illud verius ſolemus credere, quod iureiurando firmatur: ne noſtra claudicet fides, iurare deſcribitur Deus: qui ipſe non iurat.*

Cyrillus.

Idem obſcurius ſignificauit Cyrillus Alexand. lib. 6. in Geneſ. propius ad med. quàm ad princip. dicens: *Diſpenſationis gratia Deus promiſſionem ſuam iuramento adſtrinxit.*

Colligitur eadem veritas ex authoribus aſſerentibus Dei iuramento noſtram incredulitatem coargui. 5.

Philo.

Quemadmodum Philo libro de Abel & Cain, & lib. 2. de Allegoriis legis obiectionibus contra Dei iuramentum occurrit his verbis: *Coarguit hac ratione Scriptura infirmitatem noſtram, conuiltámque conſolatur. Oſtendit enim Deum ſibi ipſi teſtificari, quia ſoli ſibi eſt notus, ſibi eſt, quidquid in pretio eſt.*

Baſilius.

Baſilius homilia 29. de Pœnitent. col. 2. *Iurat*, inquit, *propter incredulitatem eorum, qui pœnitentiam tollunt: Viuo ego, dicit Dominus.*

Auguſtinus.

Auguſtinus libr. 16. de Ciuitate, capite 32. poſt med. *Quid autem eſt*, inquit, *Dei veri, veraciſque iuratio, niſi promiſſi confirmatio, & infidelium quedam increpatio?* Quod idem repetit in Pſal. 88. col. 2.

Sed operæpretium erit explicare, quænam ſit illa veritas & proprietas, quæ tegitur metaphora iuramenti. 6.

Hebr. 6.

Hanc Patres cum Apoſtolo Hebr. 6. docent, eſſe promiſſionis immutabilitatem. *In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.* Vbi ſanctus Thomas lect ion. 4. poſt med. obſeruat, in Dei prædictionibus, promiſſionibus, aut comminationibus eſſe diſcrimen, quia quædam illarum mutantur & non ſortiuntur effectum, mutatis hominum moribus; tunc autem pœnitere dicitur Deus, licet nunquam mutet interius conſilium.

Iſaia 31. Iona 3. Hierem. 18.

Sic Iſai. 31. dicitur: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Et Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Hieremiæ 18. *Repente loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit Gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei.*

Prædictionibus eiuſmodi, vel promiſſionibus, aut comminationibus iuramentum Dei non poteſt adiungi, ſed tantum illis, quas Deus certo præſcit, nullo rerum euentu, nulliſque moribus hominum eſſe mutandas, & effectu carituras. 7.

Conſilij immutabilitatem iurando oſtendit, Deus. Pſal. 109. Athan.

Hanc igitur immutabilitatem conſilij ſui Deus oſtendit, iureiurando certos reddens auditores, fore, vt nunquam eum pœniteat, quemadmodum Pſalmo 109. dicitur: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* Vnde Athanaſius ſermon. de

Paſſione

Paſſione & Cruce Domini col. 4. *Vt enim*, ait, *hominum ſermonem confirmat iuſiurandum ita quoque ea, quæ loquitur Deus ob firmitudinem & immutabilitatem voluntatis eius, pro iuramentis reputanda ſunt. Adſtipulatur meo ſermoni & idipſum, quod ibi ſcriptum eſt: Iuſiurandum enim iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, vt ea per pœnitudinem non retractanda, ſed prorſus futura ſecundum ſtipulationem iuramenti.*

8. *Pſalm.131.* Similiter Auguſtinus in Pſalm. 131. ad illud: *Iurauit Dominus Dauid veritatem*, ait: *Cum ergo mutat opera ſua per immutabile conſilium ſuum, propter ipſam non conſilij, ſed operis mutationem*
Pſalm.109. *pœnitere dicitur. Hoc autem ſic promiſit, vt non mutaret. quomodo dicitur & illud: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Sic & hoc, quia ita promiſſum eſt, vt non mutaretur, quia neceſſariò futurum erat & permanſurum, dixit: Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non pœnitebit eum.* Sic enim legit Auguſtinus, quod vulgatus legit: *Et non fruſtrabitur eam.* ſcilicet veritatem, quam iurauit.

DISPVTATIO LVI.

Vtrùm obligationem aliquam Deus ſibi, vel ſuis rebus poſſit imponere.

SECTIO I.

Vtrùm propriè dicantur promiſſio, conuentio, pactum, fœdus, & teſtamentum Dei.

1. PRæuia eſt hæc diſputatio ad ſequentes de iuſtitia Dei, quæ non poteſt abſque obligatione propriè reperiri. Obligatio verò ſimpliciter dicta, quam ſcilicet violare ſit contra rectam rationem, non poteſt in diuinam voluntatem cadere, ſi præciſè conſideretur abſque vlla ſuppoſitione liberi decreti, quo ſe voluerit obligare: quia nullus eſt illi ſuperior, à quo prædicta obligatio imponatur: vt oſtendimus diſputatione præcedente, ſectione 4. Propterea debitum & obligatio Dei non eſt quærendum aliud, quàm quod ex libera Dei voluntate poteſt oriri, quoniam Deus illam ſibi, vel ſuis rebus voluerit imponere, ſiue per promiſſionem, ſiue per fœdus, aut pactum.

Præſcio decreto libero Dei obligatio in Deum non cadit.

2. *Promiſſio Dei.* Imprimis verò promittere Deum, conſtat
Geneſ.21. Geneſ. 21. initio: *Viſitauit Dominus Saram, ſicut promiſerat, & impleuit, quæ loquutus eſt.* Nu-
Num. 10. mero. 10. *Dominus bona promiſit Iſraeli.* 1. Ti-
1.Timoth.4. mothei 4. *Promiſſionem habens vitæ, quæ nunc*
Actor.1. *eſt, pariter & futuræ.* Actorum 1. *Sed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum.* Roman. 1. *Quod ante pro-*
Roman.1. *Hebr.6.* *miſerat per Prophetas ſuos, &c.* Hebræorum 6. *Abrahæ namque promittens Deus, &c.* Vbi refert promiſſionem Ieſu Chriſti Domini noſtri ex ſemine Abrahæ, in quo benedicerentur omnes gentes, factam Geneſ. 22. Multò plura prætermittimus vltra ea, quæ de iuramento promiſſorio retulimus diſputatione præcedenti, ſectione quinta. Eſt autem prorſus idem polliceri, & pollicitatio, quod promittere & promiſſio. Sicut 1. Ioann. 2. dicitur: *1. Ioan 2.*
Hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam. Hebræorum 4. *Ne fortè* *Hebr.4.*
relicta pollicitatione. Atque Deum fuiſſe *pollicitum*, legimus Geneſ. 28. Exod. 12. Num. 32. Deuter. 1. & alibi centies.

Ad pactum veniamus pro quo præmittendum eſt, in ſacris litteris eaſdem omnino 3.
conuentiones Dei, atque contractus, initos cum hominibus nunc appellari promiſſiones, aut pollicitationes, nunc verò pactum, aut fœdus, aut teſtamentum. Cæterum licet res ſignificata ſit eadem; formalitas ſub qua ſignificatur, eſt valdè diuerſa: quoniam promiſſio ſeu pollicitatio non denotat obligationem mutuam, ſed tantum ex parte rei promiſſæ, vel promittentis; pactum verò mutuam obligationem explicat.
Vnde lege *Pactum* ff. de Pollicit. Vlpian. *Pactum* *Pactũ quid.*
eſt, inquit, *duorum conſenſus, atque conuentio. Polli-* *Pactum Dei.*
citatio verò offerentis ſolius promiſſum. Pactum verò Dei cum hominibus legimus repetitum Geneſ. cap. 9. & 17. multoties, & Exod. 6. & 19. &
31. & Deuter. 4. Sufficiat illud Iſai. 55. *Feriam vo-* *Iſaiæ 55.*
biſcum pactum ſempiternum. Et Pſal. 77. *Auerte-* *Pſalm. 77.*
runt ſe & non ſeruauerunt pactum. Conuentiones autem *bonarum promiſſionum* legimus Sap. 12. &
Matth. 20. *Conuentionem factam cum operarijs ex* *Matth.20.*
denario diurno.

Fœdus item à promiſſione differt, quia non 4.
eſt vnius tantum obligatio, ſed reciproca: verum à pacto differt, quoniam propriè fœdus pacem ſignificat, quæ feritur inter dimicantes. Quapropter in veteri Teſtamento, tam fœderis nomen, quàm eius ceremoniæ præfigurabant pacem & amicitiam Dei ſociali fœdere iungendam cum hominibus antea inimicis. Geneſ. 6. & 9. Exod. 2. & 23. & 24. in lib. Numer. & Deuter. valde frequenter. Maximè verò Ierem. 49. de Chriſto Dom. dicit Pater: *Dedi te in fœdus populi, &c. vt diceres his, qui vincti ſunt: Exite, & his, qui in tenebris: Reuelamini.* Et cap. 54. *Fœdus pacis meæ non mouebitur.* Et cap. 61. *Fœdus perpetuum feriam eis.* Eodem modo loquuntur Ierem. Ezechi. & Oſeas.

Promiſſionis, pacti, & fœderis differentia.

Ierem 49. 54 & 61.

5. *Pactum, promiſſio, & fœdus, ſine metaphora dicuntur de Deo.* Dico igitur primò: Sine metaphora vel improprietate dicitur ſimpliciter & propriè Dei promiſſio ſeu pollicitatio, pactum ſeu conuentio, & fœdus. Ratio eſt, quia frequentes Scripturæ locutiones non licet ad metaphoram vel improprietatem reuocare, niſi vel in eiſdem locutionibus, vel in aliis oſtendatur aliquid earum proprietati contrarium: vel Theologica ratio compellat, nequid abſurdum & indignum Deo tribuamus. At nihil huiuſmodi reperitur, quod improprietatis ſuſpicionem afferre meritò poſſit. Nam ſi quid, maximè debitum & obligatio, per promiſſionem aut pactum contrahenda, poſſet obſtare. Verumtamen nihil obſtat, quoniam Deus hominibus res ſuas obligare poteſt, ſeipſum non obligando, niſi tantùm ſuæ veracitati, vt oſtendemus ſectionibus ſequentibus.

6. Confirmatur primò, quia cum eadem pollicitatio Dei ſignificetur verbis & nominibus promiſſionis, pacti & fœderis: omnia eorum loca in vnum redacta, tam ingentem efficiunt multitudinem, vt incredibile ſit, toties Scripturam figuratè, vel impropriè loqui. Maximè cum non in prouerbiis, Pſalmis, aut Prophetis,

phetis, quibus frequentiores ſuot metaphoræ, ſed in nouo Teſtamento, quod proprietatem ferè ſemper affectat, toties iſtæ voces leganrur.

Confirmatio 2. Confirmatur ſecundò, quooiam omnia prope verba ſupradicta deſtinanrur ad erigendam & corroborandam ſpem rerum fururarum: ad hunc autem finem multò debiliora, frigidioráque forent, ſi metaphoram vel improprirtatem continerent. Audiens qoippe fidelis dubitaret qoid ſub illa metaphora contineretur certirudinis, aut veritatis. Cernitur prædictus finis Hebræorum 6. illis præcipuè verbis: *Firmiſſimum ſolatium haberemus, &c.* & Hebræorum 10. *Teneamus ſpei noſtra confeſſionem indeclinabilem: fidelis eſt enim, qui repromiſit.* Et Roman. 4. *Vt ſecundùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini.*

Hebr. 6. & 10.

Roman. 4.

7. Confirmatur tertiò. Nemo namque Patrum, quem ſciam, notauit in eiuſmodi vocibus metaphoram, aut improprietatem, ſed omnes ſimpliciter eas, vt ſonant, accipiunt; & earum plaoo ſenſu præſuppoſito ratiocinantor ad alia probanda.

Confirmatio 4. Confirmatur quartò, quia Concilia quando tradunt fidei dogmata, maximè verò Tridentinum, non vtuntur verbis metaphoricis, aut improptiis. At Tridentin. ſeſſione 6. capite 16. *Iuſtis*, ait, *propoſitam eſſe vitam æternam, tanquam gratiam filiis per Chriſtum Ieſum promiſſam, & tanquam mercedem ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis reddendam fideliter.*

Tridentin.

8. Dico ſecundò. Sola ratio naturalis, abſque reuelatione Dei, nulla probabili coniectura diuiuaret, fore, vt Deus hominibus promitteret, ac multò mious vt cum illis pactum iniret. Probaror primò, quoniam promiſſio vel pactum propriè dictum affert obligationem, aut perſonæ promittenti, aut ſaltem illius rebus: videretur autem indignum Deo tale debitum, aut obligationem ſibi, vel ſuis rebus imponere. Vnde etiam Theologi nonnulli, quas in Scripturis legunt promiſſiones ad metaphoram detorquent.

Dei promiſſio ſola ratione naturali probari non poteſt.

Promiſſio & pactum ad gratuitam liberalitatem ſpectant. Probarur ſecundò, quoniam promiſſio & pactum pertinet ad merè gratuitam liberalitatem de rebus, quæ oon ſunt debitæ naturæ: quapropter eſt ſupra naturam. Ratio verò naturalis ſuis tantùm viribus non attingit ea, quæ ſupra naturam ſunt.

9. Probarur tertiò, quooiam promiſſio & pactum Dei, cum hominibus initum, eſt condeſcenſus Dei ad humanos mores, & accommodatio ad eorum fragilitatem, ac ruditatem: & conſequenter eſt humanitas, hoc eſt, facilitas, beneuolentia, & manſuetodo io homines. Hoc autem humanitatis genus paulò minus ſuperaret opinionem rationis humanæ, quàm myſterium Incarnationis. Imò fortaſſe Deus nunquam ita ſe præbuiſſet humanum hominibus, niſi decreuiſſet humanitatem aſſumere. Videri poteſt de hoc Chryſoſtomus homilia 37. in Geneſ. capite decimo quinto ad illud: *Secundum quid cognoſcam, quod in hæreditatem accipiam eam?*

Geneſ. 15.

10. Verumtamen ſuppoſita reuelatione Scripturarum, probabilis ratio naturalis oſtendit, promiſſionem & pactum eſſe dignum Deo, quoniam in illis exercetur dominium Dei ſupra res ſuas, & oſtenditur Deus magis liberalis Dominus, & gubernator ſuauior, & efficacior prouocans homines ad virtutem & officia certioribus fundamentis ſperandi mercedem, fructúmque laborum. Confirmatur, quoniam io prædicta obligatione nullum interuenit incooueniens, imperfectionem includens: vt conſtabit in ſolutione argumentorum infra ſect. 5.

Poſita reuelatione probabili ratione oſtenditur promiſſio Dei.

Confirmatio.

Dico tertiò. Teſtamentum propriè dictum noo coouenit Deo præcisè conſiderato ſecundum diuinitatem, ſed tantùm metaphoricè, vel figuratiuè dicebatur de illo. Pro cuius declaratione præmitto de Chriſto Domioo, prout eſt homo, propriè dictum eſſe teſtameotum, videlicet, Nouum, quod condidit, quoniam propriè declarauit vltimam ſuam voluntatem, quam habuit in vita præſenti, per quam de ſua hæreditate, ſuiſque bonis diſpoſuit, ſub certis conditiooibus, & eam diſpoſitiooem ſua morte confirmauit iuxta illud Hebræorum 9. *Vbi enim teſtamentum eſt mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: alioqui nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt.* Vnde ſumitur probatio prima, quia mors Dei ſecundum diuinitatem intercedere non potuit, nec potuit vltima voluntas eſſe voluntas æterna. Ergo Dei ſecundum diuinitatem oon eſt poſſibile teſtamentum propriè dictum. 11.

Deo propriè teſtamentum nō competit.

De Chriſto D. vt homo eſt propriè dicitur teſtamentum.

Hebr. 9.

Secunda probatio ſumitur ex ſequentibus verbis Apoſtoli. *Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua & lana coccinea, & hyſſopo; ipſum quoque librum & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus.* Cùm igitur omnes illæ cæremoniæ ſint *parabola temporis inſtantis*, vt paulò ſuperiùs dixerat in eodem capite, conſequens eſt, illud teſtamentum parabolam & figuram fuiſſe Noui, oon autem teſtamentum propriè dictum. 12.

Hebr. 9.

Probatur tertiò, nam teſtamentum in libris legis & Prophetarum idem ſignificat multoties, quod pactum. Sic enim Hieronymus, Hierem. 31. circa illud: *Ecce dies veniunt, &c. Quod pactum*, inquit, *pro teſtamento ponimus, Hebraica veritatis eſt: licet teſtamentum rectè pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque teſtatio eorum, qui pactum ineunt, continetur.* Editio vulgata Hierem. 31. ſic habet: *Feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum: non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum.* Quem locum referens Apoſtolus ad Hebræos 8. *Conſummabo*, inquit, *ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum; non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum.* Vides igitur, vetus Teſtamentum idem eſſe quod vetus pactum, aut fœdus. 13.

Teſtamentū multoties idē quod pactū.

Hieronym.

Hierem. 31.

Hebr. 8.

Confirmatur: quod enim Exodi 24. legimus: *Hic eſt ſanguis fœderis*, Hebr. 9. citatur: *Hic eſt ſanguis teſtamenti.* Quin etiam Eccleſiaſtici 44. dicitur: *In carne eius ſtare fecit teſtamentum*, hiſtoriam referendo Circumciſionis, quæ ſignum fœderis apppellatur Geneſis decimo ſeptimo. Proinde meritò Auguſtinus libro primo locutionum de Geneſi, num. 94. *Amant*, inquit, *Scriptura pro pacto ponere teſtamentum.* 14.

Exodi 24.

Hebr. 9.

Eccleſiaſtici 44.

Auguſtinus.

Fuit

25. Fuit autem peculiaris quædam vis, & ſignificatio teſtamenti, etiam veteris, quæ non afferebatur nomine pacti, vel fœderis: quia, videlicet, potiſſimam hæreditatem non in vita præſenti, ſed poſt mortem adquirendam diſponebat: & præterea, quia teſtatorem ipſum propriè non obligabat, ſed tantùm illius hæreditatem: vt dicemus diſputatione ſequenti, ſectione 5.

SECTIO II.

Deum ſibi non poſſe debitum aut obligationem imponere.

1. *Deus ſibi obligationem imponere non poteſt.* PRoponuntur in præſenti veritatis huius argumenta, nam illius explicatio differtur ad ſectionem 4. & ſequentes, in quibus etiam conſtabit quid probent, & quid non probent. Primum argumentum ſit ex Scriptura, quia quod ſecundum gratiam tribuitur, non debetur ex obligatione: ſed promiſſa Dei ſecundum gratiam tribuuntur; ergo non debentur ex obligatione: ac ſubinde promiſſio, pactúmque Dei non poteſt obligationem inducere. Minor probatur toto ferè capite 4. ad Roman. illis præ-
Roman.4. ſertim verbis: *Reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratia Dei.* Et longè inferius: *Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini.*

2. Secundum argumentum ex Patribus. Auguſtinus enim in præfatione ad Pſalmum 31. multò propius ad finem, quàm ad medium,
Auguſt. *Non tibi Deus*, inquit, *reddit debitam pœnam,*
Proſper. *ſed donat indebitam gratiam. Debebat vindictam, dat indulgentiam.* Proſper libro ſecundo de vocatione Gent. capite 29. ante medium ait: *Prætenta ſuper omnes veritate, & miſericordia Dei: à*
Anſelmus. *quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in iis, quos promiſit, efficitur.* Anſelmus in Proſolog. capite 10. fine Deum his alloquitur: *Ita iuſtus es, non quia nobis reddas debitum, ſed quia facis, quod decet te ſummè bonum. Sic itaque ſine repugnantia iuſtè punis, & iuſtè parcis.*

3. Tertium argumentum, quia ſi qua promiſſio debitum, & obligationem inducit, maximè præmij reddendi pro bonis operibus iuſtorum. Hoc autem præmium non ex debito vel obligatione reddi, ſed gratuitò donari, pro-
Roman.6. bari poteſt Roman. 6. *Stipendia peccati mors: gratia autem Dei vita æterna.* Vnde Auguſtinus colligit vitam æternam, licet ſit corona iuſtitiæ, reddenda meritis; nihilominus eſſe gratiam, quia meritorum principium fuit gratia. Ita docet in Enchiridio capite 17. & lib. de correptione & gratia capite 13. & lib. de gratia & libero arbitrio, capite 8. & 9. & Epiſtola
1.Petri 1. 105. columna 5. & 6. quem ſequuntur alij Patres infra citandi. Confirmatur primò ex Canonica 1. Petri capite 1. *Sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti.* Vbi æterna beatorum gloria eſt gratia, quæ offertur: hæc enim ſola reſeruatur in reuelationem Ieſu Chriſti per iudicium ſupremum. Atque ita beatorum gloriam intelligunt in his verbis antiquorum Patrum catena, Beda, S. Thomas, & Lyra.

4. Confirmatur ſecundò verbis Ioan. 1. *De ple-*
Ioan.1. *nitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* Quod ita ponderat Auguſtinus de corrept. & grat. capite 13. poſt medium. *Quia & ipſa* *Auguſtinus.*
vita æterna, quam certum eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto Apoſtolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, ſed gratis detur; ſine vlla dubitatione confitendum eſt, ideo gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Rectè quippe ipſa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur: gratiam pro gratia, id eſt, pro his meritis, quæ contulit gratia. Eandem ſententiam verbis aliis tradit in commentar. illius teſtimonij Ioan. 1. tractatu 3. circa med.

Rurſus in Enchirid. c. 106. fin. & ſeq. c. 107. ini- 5.
tio. *Ipſam*, inquit, *vitam æternam, quæ certa merces* *Rom.6.*
eſt operum bonorum, gratiam Dei appellat Apoſtolus: Stipendium enim, inquit, peccati mors, gratia Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Et poſt pauca: *Intelligendum eſt igitur, etiam ipſa hominis bona merita eſſe Dei munera, quibus cum vita æterna redditur, quia niſi gratia pro gratia redditur.* Idem fuſius confirmat libro de gratia & libero arbitr. capite 8. & 9. non ſolùm per citata verba Ioannis 1. & Roman. 6. ſed etiam *Pſalm.102.*
Pſalmo 102. *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus. Quia*, inquit, *eius miſeratione bona operamur, quibus corona reddetur.*

Eadem prorſus eſt ſententia Fulgentij li- 6.
bro primo ad Monim. capite decimo dicentis: *Fulgentius.*
De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, ſcilicet, gratiam glorificationis æternæ, pro gratia iuſtificationis indebita, vt gratia iuſtificationis omne meritum malum deleat indebito beneficio; & meritum bonum iugi confirmet auxilio: cui gratia glorificationis iuſta reddatur in præmio. His ſimilia repetit libro de Incarnat. & grat. Ieſu Chriſti capite 23. ad finem exponens idem teſtimonium Ioannis 1. 7.

Anſelmus libro de concordia prædeſtinationis & gratiæ cum libero arbitrio, capite 3. col. 3. ait: *Si autem voluntas per liberum arbitrium ſeruando, quod accepit, meretur augmentum acceptæ iuſtitiæ, aut etiam poteſtatem pro bona voluntate; aut præmium aliquod: hæc omnia fructus ſunt prima gratiæ, & gratia pro gratia; & ideo totum* *Bernardus.*
imputandum eſt gratiæ. Denique Bernardus ſermone 5. in vigilia Natiuitatis in medio ait: *Pſalm.83.*
De cuius plenitudine accepimus, non ſanè gloriam pro gloria: ſed gratiam pro gratia: ſicut ſcriptum eſt: Gratiam & gloriam dabit Dominus. Pſal. 83.

Confirmatur, quia rem hanc vrgent magis 8.
aliqui Patres, dicentes, gloriam non reddi, tanquam mercedem operibus debitam. Sic enim Baſilius homil. in Pſalm. 114. col. penult. exponens illud: *Conuertere anima mea in requiem tuam:* *Pſalm 114.*
Manet, inquit, *requies ſempiterna illos, qui in hac* *Baſilius.*
vita legitimè certauerunt, non tanquam debitum operibus redditum, ſed ob munificentiſſimam Dei gratiam, in quo ſperauerunt, exhibita. Quæ ſententia temperatur per verba proximè præcedentia ex Paulo 2. ad Timoth. 4. *Bonum certamen certaui,* *2.Timoth.4.*
curſum conſummaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Proſper, lib. 1. de vocat. Gent. c. 17. inter *Proſper.*
med. & fin. ait: *Non labori pretium ſoluens, ſed diuitias bonitatis ſuæ in eos, quos ſine operibus elegit, effundens: vt etiam hi, qui in multo labore ſudarunt, nec amplius, quam nouiſſimi acceperunt, intelligant donum ſe gratiæ, non operum accepiſſe mercedem.*

Bernard. ſerm. 1. in Annunciatione ſub init. 9.
ait: *Iam verò de æterna vita ſcimus, quia non ſunt*

condigna paſſiones huius temporis ad futuram glo- Matth. 10. *riam : nec ſi vnus omnes ſuſtineat. Neque enim talia ſunt hominum merita , vt propterea vita æterna debeatur ex iure : aut Deus iniuriam aliquam faceret , niſi eam donaret. Nam , vt taceam, quod merita omnia dona Dei ſunt , & ita homo magis propter ipſa Deo debitor eſt , quam Deus homini : quid ſunt merita omnia ad tantam gloriam ?* Senſus iſtius ſeotentiæ veriſſimus eſt petendus ex eodem Bernardo libro de gratia & lib. arbitr. prope finem , vbi ſublata promiſſione debitum ad iuſtitiam negat: vtrumque tamen concedit promiſſione ſuppoſita , quemadmodum referemus ſectione ſequenti probatione quinta.

10. Luc. 17. Theophylact. Luc. 17. ponderans illud: *Nunquid gratiam habet ſeruo illi ? Seruo*, inquit , *neceſſitas incumbit , vt faciat mandata Domini , nec vt bonum opus ſibi illud adſcribere debet. Quippe ſi non operabitur , dignus eſt multis plagis : cum autem operatus fuerit , contentus ſit, quod plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc pretium , vel ho-* 1. Corinth. 9. *norem neceſſariò quærere.* Quod poſtea confirmat 1. Corinth. 9. *Væ mihi niſi euangelizauero.* Et adiungit : *Non quod debeat ei aliquid Dominus , imò ſeruus debet Domino ſuo , vt faciat omnia eius mandata.* Nota pretium negari tanquam neceſſariò dandum, id eſt, ex debito, quia Dominus non debet.

11. Quartum argumentum , quia quælibet obligatio vel debitum minuit libertatis perfectionem : ergo repugnat excellentiæ perfectiſſimæ libertatis diuinæ. Antecedens probatur , quoniam aliqua neceſſitas etiam humanæ libertati per obligationem admiſcetur ; vnde dignitas 1. Corinth. 9. eius deprimitur 1. Corinth. 9. *Nam etſi euangelizauero non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt , ſi non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo : ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt : ſi autem volens,* Ad Philem. *gloria eſt mihi.* Præterea in epiſtola ad Philem. de Oneſimo , *Quem ego* , inquit , *volueram mecum detinere , vt pro te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij. Sine conſilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed vo-* 1. Corinth. 7. *luntarium.* Rurſus 1. Corinth. 7. *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus , non habens neceſſitatem , ſed pote-* 2. Corinth. 9. *ſtatem habens ſuæ voluntatis.* Ac deniqoe 2. Corinth. 9. *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate.* Quæ teſtimonia ponderauimus aliud agentes præcedenti tomo de ſcientia diſp. 40. ſect. 4.

12. Confirmatur, quoniam hæc neceſſitas debiti, vel obligationis , quæ voluntatibus creatis, quamdiu Deum non vident , eſt tantùm ſecundum quid neceſſitas ; in diuina voluntate tranſiret in abſolutam neceſſitatem, quoniam eſt ſimpliciter impoſſibile , Deum non velle ſoluere quod debet. Sed neceſſitas ſimpliciter dicta ſoluendi res promiſſas hominibus repugnat libertati diuinæ : ergo debitum & obligatio promiſſionis & pacti Deo repugnat.

13. Quintum argumentum. Debitum & obligatio quælibet repugnat perfecto, ſupremóq; dominio , quoniam debitum & obligatio minuit dominium, ſiquidem à dominio ſubtrahit eam rem , & actum cuius debitum imminet ac obligatio vel ſaltem ligat vſum & poteſtatem vtendi re ſua : cum tamen perfectio dominij requirat facultatem vtendi liberam & expeditam.

14. Sextum. Vel Deus ſe conſtituit debitorem ſibi, vel alteri. Si conſtituit ſe debitorem ſibi, metaphoricum erit debitum , quia propriè dictum debitum & obligatio reſpicit alterum : ſicut iuſtitiæ virtus, ad quam reducitur debitum & obligatio , reſultans ex promiſſione , vel pacto. Rurſus alteri debere repugnat maieſtati diuinæ, quilibet enim alterius debitor eo ipſo, prout eſt debitor , conſtituitur inferior ſuo creditore.

Septimum argumentum accipi poteſt ex authoritate Scholaſticorum , negantium , Deum eſſe debitorem , aut obligatum , etiam ad reddendam vitam æternam bonis operibus iuſtorum. In quibus eſt Durand. Gregor. Marſil. citandi ſect. 7. ſub init. vbi magis explicabitur ſingulorum ſententia. Quibus fauent S. Bonau. Scot. & Ricard. ibidem referendi. 15.

SECTIO III.

Propriè deberi res à Deo promiſſas oſtenditur.

PRobatur primò Rom. 4. *Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam: ſed ſecundum debitum.* Quod dupliciter exponitur , & vtroque modo fauet inſtituto præſenti: maximè verò quando exponitur affirmando meritum de condigno , procedens ab operibus hominis iuſtificati. Ita Chryſoſtomus ad Rom. 4. ſerm. 8. col. 2. expoonit, dicens : *Nunquam imputaretur, niſi & ipſe, homo, aliquid attuliſſet. Itaq; etiam hic debitorē ſibi Deum habet, debitorem autem non vilium rerum, ſed magnarum, ſublimiúmque.* & poſt pauca : *Et vide maiorem etiam retributionem. Illi quidem datur merces, huic verò iuſtitia. Eſt enim iuſtitia retributio multarum mercedum capaciſſima.* 1. Res à Deo promiſſas propriè deberi Rom. 4. Chryſoſtom.

Anſelmus ad eadem verba Rom. 4. ſecundam expoſitionem adiungit, quam eo ipſo priori præferre videtur, dicens: *Ei, qui poſt fidem, quam gratis acceperit, operatur opera bona, non imputatur merces, id eſt , non recompenſatur æterna remuneratio ſecundum gratiam, id eſt ſecundum fidem tantum, ſed ſecundum debitum operationis ſuæ.* Eadem expoſitio ponitur à S. Thoma, tanquam prior (ſed minus ad mentem Apoſtoli) Rom. 4. lect. 1. col. 2. dicente : *Ei, qui operatur , ſcilicet opera iuſtitiæ, merces æternæ retributionis , de qua dicitur Iſaiæ 4. Ecce merces eius cum eo , non reputatur ſecundum gratiam tantum , ſed ſecundum debitum , ſecundùm illud Matth. 20. Nonne ex denario cōueniſti mecum?* 2. S. Thom.

Porrò debitum hoc, & obligationē reddendi præmium operibus procedentibus à gratia iuſtificante, minimè negant , ſed potius vniuerſaliori quadam aſſertione cōfirmant, qui prædicta verba Pauli referunt ad peccatores priuſquam iuſtificentur ; quibus ſi propter eorum opera iuſtificatio redderetur ; gratia non eſſet gratia , quia quod operibus redditur , non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundum debitum. 3.

Probatur ſecundò ex eodem Apoſtolo Epheſ. 1. *Credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſanctæ, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ , in redemptionem acquiſitionis.* Vbi Chryſoſtomus legit : *Qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis.* Quod ſi acquiſita poſſeſſio eſt, ius habent ad illam iuſti, & pignus datur ad certitudinē iuris obtinendi. *Quemadmodū cum gentes bello inter ſe confligunt, obſides exhibent, ita & Deus* 4. Epheſ. 1. Chryſoſt.

Filium

Filium ſuum, atque, qui ex ipſo eſt Spiritum ſanctum, pacis ac fœderum pignus dedit. Nam qui verò de Spiritu Christi participant, optimè illum hereditatis noſtræ arrabonem eſſe ſciunt. vt Chryſoſt. loquitur ibidem.

5. *Probatio ex patribus.* Tertiò probatur ex Patribus. Chryſoſtomus enim homil. 5. in Matth. inter med. & finem ait: *Noli mercedem repoſcere, vt accipias mercedem. Tu ſaluari te per gratiam confitere, vt ſe illo tibi debitorem fateatur, nec modo pro operibus tuis, verum etiam pro hac æquanimitate. Quando enim aliqua præclara fecerimus, habemus eum debitorem, ob res bene geſtas: quando verò nihil arbitramur nos operatos egregium, amplius etiam ob talem meremur affectum quam propter opera ipſa, quæ fecimus.* Rurſus in tomo 1. homil. de Nomine Abraham propius ad med. quàm ad finem: *In his*, inquit, *quæ ſperamus, non ita eſt, ſed ii, qui laborant, neceſſariò coronas & præmia conſequuntur. Nam ſpes non pudefacit, quia Dei eſt promiſſio: & dona promiſſa ſequuntur eius naturam, qui promiſit.* Nimirum, vt ſicut diuina natura neceſſariò permanet, & ſumma impoſſibilitas eſt, illam deficere; ſic diuinam promiſſionem non impleri, ſit impoſſibile.

6. Ambroſius lib. 1. Officior. cap. 16. inter princ. & med. plane fatetur, mercedem eſſe debitam: cuius verba referemus diſp. 58. ſect. 4.

7. Auguſtinus in Præfat. ad Pſalm. 31. prope finem dicit, *deberi bonis operibus regnum cælorum.* Et in Pſalm. 83. circa finem: *Debitorem*, inquit, *Dominus ipſe fecit ſe, non accipiendo, ſed promittendo: non ei dicitur: Redde quod accepiſti; ſed Redde quod promiſiſti.* Rurſus lib. de gratia & libero arbitrio cap. 4. ſub init. *Ad vitam piam*, inquit, *& bonam conuerſationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratia Dei relinquendum eſſe locum.* Idem ſermone 16. de Verbis Apoſtoli colum. 1. *In his, ait, quæ iam habemus, laudemus Deum largitorem: in his, quæ non habemus, teneamus debitorem: debitor enim factus eſt, non aliquid à nobis accipiendo, ſed, quod ei placuit, promittendo.* Et poſt pauca: *Poſſumus exigere Dominum noſtrum: Redde quod promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti. & hoc tu feciſti, quia laborantes iuuiſti.* Alia ex Auguſtino referemus inferius.

8. Fulgent. in præfat. lib. ad Monim. poſt med. *Ille*, inquit, *author eſt debiti, qui author eſt doni. Nam & ſe ipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorem: Non quia indigens ab aliquo accepit, ſed quoniam abundans largiter tribuit.*

Gregorius. Gregor. homil. 37. in Euangel. non longe ante finem, propoſita reuelatione facta Caſſio Narnien. Epiſcopo: *Natali Apoſtolorum venies ad me, & reddam tibi mercedem tuã.* Pauciſque interpoſitis adiungit: *Eum, cui ipſe debitor fuerat, ex ea promiſſione cœpit habere debitorem.*

Cyprianus. Cyprian. lib. de opere & eleemoſyna prope finem aſſeruit miſericors *Deum ſibi computat debitorem, ac promeretur Chriſtum iudicem.*

9. Arauſican. Concil. ſecundum Can. 18. *Debetur*, inquit, *merces bonis operibus, ſi fiant; ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant.* Quæ verba reperimus etiam apud Proſperum in ſentent. ex Auguſtino ſententia 297.

Anſelmus. Anſelmus lib. 2. *Cur Deus homo* cap. 5. poſt med. adducto exemplo promiſſionis humanæ, qua ſe liberè cõſtituit homo debitorem, adiungit: *Deus bonitate ſua hominem creando, ſponte ſe, vt perficeret inceptum bonum, quaſi obligauit.* Explicat autem continuo hanc obligationem eſſe *neceſſitatem ſeruandæ honeſtatis, & immutabilitatem honeſtatis eius.* Eo-

demque ſenſu, Deum nihil aliter facere debuiſſe, quàm fecit, docent Proſper lib. 1. de vocat. Gent. cap. 17. in med. & Lactant. lib. de opificio hom. cap. 3. ſub init.

10. *Fidelitatis obligatio. Cicero* Probatur quartò, fidelitas enim ſeruandi promiſſionem, aut pactum tantam obligationem inducit, vt Cicero lib. 2. de Inuent. ſcripſerit: *Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure præſtari videatur.* Ergo maiorem, aut tantam obligationem inducit, quantam ius potuiſſet imponere.

11. Propterea Sacræ literæ Dei veritatem & fidelitatem in eius promiſſionibus ponderant, vt oſtendant, Deum eſſe debitorem ex vi fidelitatis & veritatis. Quemadmodum ad Hebræ. cap. 6. *Hebræ. 6.* *Abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.* Obſerua, *duas res immobiles*, quia nimirum ſola promiſſio, etiam ſine iuramento, immobilis eſt, cui impoſſibile ſit mentiri Deum, iuxta eundem Apoſtolum 2. ad Timoth. 2. *Ille fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt.* *2. Ad Timoth. 2.*

12. *Dionyſius.* Ad quem locum reſpiciens Dionyſius de diuinis nom. cap. 8. in med. ait: *Negatio ſui eſt à veritate prolapſio. Veritas autem eſt: & à veritate prolapſio, eſt ab eo, quod eſt, prolapſio. Si ergo veritas eſt: negatio autem veritatis, eſt prolapſio ab eo, quod eſt: Deus ab eo, quod eſt, prolabi non poteſt: neque id eſt, quod non eſt. vt aliquis dicat, ac non poſſe non poteſt.*

Auguſtinus. Auguſtinus ſerm. 151. de tempore non longe poſt med. *Laudemus*, inquit, *Dominum, quia eius fidelia promiſſa retinemus, nondum accepimus. Parum putatis, quia promiſſorem tenemus, vt iam debitorem exigamus? Promiſſor Deus debitor factus eſt bonitate ſua, non prærogantia noſtra. Quid ei debemus, vt eum debitorem teneamus?*

13. *Dei fidelitas.* Ad hanc probationem confirmandam pertinent quamplurima loca Scripturæ, Dei fidelitatem commendantia, quale eſt illud Deuter. 32. *Deuter. 32.* *Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate.* Pſalm. 110. *Pſalm. 110.* *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſæculum ſæculi.* 1. Corinth. 1. *1. Corinth. 1.* *Fidelis, Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius.* 2. Corinth. 1. *2. Corinth. 1.* *Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo Eſt, & non.* Quibus verbis ſignificatur infallibilis veritas & conſtantia doctrinæ, proueniens à fidelitate diuinæ promiſſionis. 2. Theſſal. 3. *2. Theſſal. 3.* *Fidelis Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo.*

14. Quintò probatur, quia brauium, ſiue corona iuſtitiæ, reddenda iuſtis, ſupponit, eam deberi. De qua Auguſtinus tract. 3. in Ioan. circa med. *Auguſtinus. 2. Timoth. 4.* *Audi Apoſtolum, ait, confitentem gratiam, & poſtea debitum expetentem.* & poſt pauca: *Audi illum iam flagitantem debitum, qui primo indebitam ſuſceperat gratiam: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Iam debitum flagitat, iam debitum exigit. Nam vide verba ſequentia: Quam mihi reddet Dominus in illa die iuſtus iudex.* Dixerat autem Apoſtolus 2. ad Timot. 2. *2. Timoth. 2.* *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.* Vnde corona non eſt qualecunque ſtipendium militis, ſed victoris. Quemadmodum & Iacobus cap. 1. ait: *Iacobi 1.* *Cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Et Apocalyp. 2. *Apocalyp. 2. & 3.* *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et cap. 3. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

15. Bernardus lib. 1. de Grat. & liber. arbitr. prope

1.Timoth 1. fioem, referens Apoſtoli verba 2. ad Timoth. 1. *Scio, cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare: Dei promiſſum, ait, ſuum appellat depoſitum: & quia credidit promittenti, fideni promiſſum repetit. Promiſſum quidem ex miſericordia, ſed iam ex iuſtitia perſoluendum. Eſt ergo, quam Paulus expectat, corona iuſtitiæ: ſed iuſtitia: Dei, non ſue. Iuſtum quippe eſt, vt reddat, quod debet. Debet autem quod pollicitus eſt. Et hæc iuſtitia, de qua præſumit Apoſtolus, promiſſio Dei: ne ſi hanc contemnens, ſuam velit ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſit ſubiectus.*

16. Branium idem eſt, quod ioſtitiæ corona, ſtrenuè pugnaotibus, atque victoribus propoſitum *Brauiũ idem quod iuſtitia corona* ab Apoſt. 1. Corinth. 9. *Qui in ſtadio currunt, omnes* 1.Corinth 9. *quidem currũt, ſed vnus accipit brauium: ſic currite, vt comprehendatis.* Brauium autem eſſe coronam oſtendit verbis ſequentibus: *Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autẽ incorruptam.* Ad quã contendẽs Apoſtolus Philip. 3. dicit: Philip 3. *Ad deſtinatũ perſequor, ad brauiũ ſupernæ vocationis.*

17. Sextò probatur, quia merces debetur operariis, & quantum ad analogiam vtilitatis, ad vitam neceſſariæ, differt à corona, quæ magis honorem miliuis, quam vtilitatem ſignificat. Cæterum res in Scripturis, per vtramque vocem Auguſtinus. intenta, nihil differt. Vnde Auguſt. lib. 50. homiliarum homil. 14. dicit: *Corona iuſtitia merces eſt.* & epiſt. 105. multò propius ad med. quàm ad princ. notat, idem eſſe, *mercedem operantis*, quod *Merces debetur.* *ſtipendium militantis.* Mercedem verò deberi, probatur Roman. 4. Roman. 4. *Et autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* De quo diximus initio ſectionis præſentis. Matth. 4. Matth. 4. *Voca operarios,* inquit, *& redde illis mercedem.* Reddendi verbum ſignificat debitum eſſe, quod datur; vt infra dicemus; & euidentius probatur ſequentibus verbis: *Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt:* Quod ſituum eſt, debetur tibi propter conuentionem antea factam. Auguſtinus. Rectè igitur Auguſtinus tract. 3. in Ioan. prope med. *Si tibi debebatur*, ait, *merces reddita eſt; non gratia donata.*

18. Conuentionem autem & onerosum contractum fuiſſe, partis vtriuſque mutuo conſenſu Exodi 24. firmatum, conſtat, præter alia loca, Exod. 24. Nam Moyſes *aſſumens volumen fœderis legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia, quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his.* Cuius hiſtoriæ me-Hebr. 9. minit Apoſtolus Hebr. 9. *Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo,* &c.

19. Iam verò mercedem operibus iuſtorum eſſe Geneſ 17. reddendam, frequẽter Script. loquuntur. Geneſ. 17. *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Prouerb. 11. Prouerb. 11. *Impius facit opus inſtabile: ſemi*Sap. 5. & 10. *nanti autem iuſtitiam merces fidelis.* Sap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* & cap. 10. *Reddidit Deus iuſtis mercedem* Matth. 5. *laborum ſanctorum.* Matth. 5. *Merces veſtra copioſa* 2.Ioannis. *eſt in cælis.* Ioan. epiſt. 2. *Ne perdatis, quæ operati* Apocal. 11. *eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis.* Apocal. 11. *Reddere mercedem ſeruis tuis.* & alibi ſæpe.

20. Septimò probatur, quia retributio in ſacro ſermone redditur, quaſi debita, ſaltem titulo Roman. 11. gratitudinis, iuxta illud Rom. 11. *Quis prior de*Luce 14. *dit illi, & retribuetur ei?* & Luc. 14. *Cum facis conuiuium voca pauperes,* &c. *Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* Cum autem gratitudinis debitum Deo repugnet: vt oſtendimus diſp. præced. ſect. 4. conſequens eſt, alium titulum fidelitatis, & conuentionis interuenire, propter quẽ operibus retributio debeatur. Atque ita re- *Quid retribuẽdi verbo in Scriptura ſignificetur.* tribuendi verbo ſignificari ſolutionem mercedis, quæ debeatur operibus, docet Auguſt. ſerm. 151. de tempore propiùs ad med quàm ad fin. ponderans illud Pſal. 115. *Quid retribuã Domino.* nec non Pſalm. 115. tract. 3. in Ioan. circa med. & alibi frequenter.

Retributionem autem æternã docemur plu- 21. tibus Scripturæ locis, veluti prædicto cap. 14. Lucæ: *Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſto-* Luca 14. *rum.* Coloſſen. 3. *Scientes quod à Domino accipietis* Coloſſen 3. *retributionem.* Prouerb. 12. *Iuxta opera manuum* Prouerb. 12. *ſuarum retribuetur ei.* Et cap. 13. *Iuſtis retribuentur* & 13. *bona.* Pſalm. 17. *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam.* Pſalm. 18. *In cuſtodiendis illis re-* Pſalm 18. *tributio multa.* & Pſalm. 118. *Inclinaui cor meum* Pſalm. 118. *ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem.* 2. Reg. 22. *Retribuet mihi Dominus ſecundum* 2 Reg. 22. *iuſtitiam meam.* 3. Reg. 8. *Retribuens eis ſecundum* 3 Reg. 8. *iuſtitiam ſuam.* Idem 2. Paralip. cap. 6.

Confirmatur primò, nam iſtæ voces retri- 22. buendi, & retributionis frequenter vſurpãtur in Sacris literis ad ſignificandam pœnam debitam ſceleribus, Vnde ſemper ſignificant aliquam obligationem ac debitum. Confirmatur ſecun- *Confirmatur 2.* dò, quia remuneratio ſimiliter vt debitum ſupponit obligationem. De qua Hebr. 10. *Nolite* Hebra. 10. *amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet* & 11. *remunerationem.* & cap. 11. *Et inquirentibus ſe remunerator ſit.* & infrà: *Aſpiciebat enim in remunerationem.* & 2. Corinth. 6. *Eandem autem habentes* 2.Corint. 6. *remunerationem, dilatamini & vos.*

Probatur octauò, nam & præmium legibus 23. proponitur victoribus, aut certaminibus, ideóque lege debetur. De hoc Sap. 4. *In perpetuum,* Sap. 4. ait, *coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.* & Tobias cap. 4. *Quo modo* Tob 4 *poteris, eſto miſericors: præmium enim tibi theſaurizas in die neceſſitatis.* Nonò potuiſſet probari verbo reddendi, quod obligationem ſupponere, conſtat ex locis ſuprà citatis, maximè Apocalyp. Apocal. 22. 22. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* Prouerb. 24. *Tu red-* Prouerb. 24. *des vnicuique ſecundum opera ſua.*

Probatur decimò, quia quantumcunque ven- 24. ditionis & emptionis nomina rebus ſpiritualibus per metaphoram accommodentur; veritas per illam ſignificata continet obligationem, qua res vendita debetur emptori. At verò gratiam & *Gratiam, & gloriã vendi.* gloriam vendi à Deo, & pietatis operibus emi, conſtat imprimis Iſai. 55. *Qui nõ habetis pecuniam,* Iſaia 55. *properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione, vinum & lac.* Vbi ſimul gratia, & emptionis debitum ſignificatur. Gratia quidem, quoniam inuitantur, qui non habent pecunias, vt abſque argento, & abſque vlla commutatione recipiant vinum & lac, ſicut obſeruauit in eo loco Hieronymus. Debitum autem & obligatio ſignificatur *emendi* verbo repetito.

Quapropter Cyrillus in Commentario in- 25. terrogat: *Quomodo emunt, & accipiunt gratis, &* Cyrillus. *ſine argento?* Reſpondet autem: *Fides enim pretium accipimus à Chriſto gratiam, rerum autem momentanearum & pereuntium nihil rependimus.* Et paucis interpoſitis: *Ad quid mercamur? Quam emimus potionem? Vini,* inquit, *eſcam verò, adipis & frumenti.*

Digitized by Google

frumenti. Quam explicat, eſſe copioſam acceſſionem chariſmatum Chriſti. *Nazianzen.* Nazianz. orat. in ſanctum Baptiſma, quæ eſt 44. multò propiùs ad med. quàm ad finem, propoſitis Iſaiæ verbis exclamat: *O ingentem benignitatis celeritatem! ò facilem contrahendi rationem! Hoc bonum ſola voluntate venale tibi proponitur: cupiditatem ipſam Deus ingentis pretij loco habet.*

26\. *Apocalyp. 1. Matth. 13.* Conſtat idem Apocalyp. 1. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum.* Maximè verò Chriſti Domini parabola Matth. 13. *Simile eſt regnum cælorum theſauro,* &c. *Vendidit omnia, quæ habuit, & emit agrum illum.* & paulò inferiùs: *Inuenta vna pretioſa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.* *Ambroſius.* Ambroſ. ſerm. 6. de Margarita prope med. *Margarita,* inquit, *Chriſtus eſt Dominus quam mercator ille diues in Euangelio, venditis omnibus rebus ſuis emere feſtinauit.* Similiter Auguſtinus lib. quæſt. in Matth. cap. 13. declarat, Deum eſſe Margaritam, quæ à nobis emitur, nos ipſos in pretium erogantibus: verba reperies in Catena Matth. 13.

27\. Hilarius in Matth. Can. 13. colum vltima ait: *Per ſimilitudinem theſauri ſpes noſtræ, opes intra ſe poſitas oſtendit, quia Deus in homine ſit repertus: in cuius pretium omnes ſæculi vendendæ ſunt facultates.* & paulò inferiùs: *ſed vtendi & poſſidendi huius theſauri cum agro, poteſtas non poteſt eſſe ſine pretio.* *Cyprianus.* Cyprian. lib. de Opere & eleemoſyn. inter princip. & med. *Negotiatorem,* inquit, *cæleſtis gratiæ, & comparatorem ſalutis æternæ, diſtractis omnibus rebus ſuis, pretioſam margaritam, hoc eſt vitam æternam Chriſti cruore pretioſam, de quantitate patrimonij ſui, dicit, debere mercari.* *Auguſtinus.* Iterum Auguſtinus ſermon. 22. de verbis Apoſtoli, ait: *Ego tibi ante oſtium Chriſtum poſui, à quo emeres regnum cælorum.* & in Pſalm. 63. *Venale eſt regnum cælorum: dicis illi, quantum valet? Pretium ipſius labor eſt.* *Baſilius.* Baſilius homil. 12. in principium Prouerb. colum. vltima: *Regnum,* inquit, *cælorum ſimile eſt homini mercatori. Omnes enim Euangelicam viam ambulantes mercatores ſumus per opera mandatorum nobis poſſeſſionem cæleſtium negociantes,* ſiue, vt alij legunt, *comparantes.*

28\. *Chryſoſtom.* Frequentior & copioſior fuit in hac mercatura Chryſoſtom. homil. 12. in Matth. colum. vltima: *Ve cælum,* inquit, *nobis emamus ipſum, ne hæc quidem, quæ noſtris vſibus ſuperant, erogamus. Et hoc cum & exiguo illud pretio emere poſſimus, & in perpetuum poſſidere, ſi ſemel emerimus.* Rurſus homil. 36. ad popul. Antiochen. prope finem: *Nunc,* ait, *propoſita ſunt duæ vitæ, temporalis, & æterna: ipſas autem venundat Deus. Sed hanc nobis, non illam vendit.* & poſt pauca: *Poteſt igitur,* inquies, *pecuniis vita redimi? Poteſt, ſi noſtra, & non aliena erogemus.* Idem homil. 9. de Pœnit. multò propiùs ad med. quàm ad princ. ponderans illud *Matth. 25.* Matth. 25. *Ite potius ad vendentes & emite vobis. Qui namque ſunt mercatores olei huius? Pauperes ad eleemoſynam ſedentes. Et quanti emitur? Quanti libuerit. Pretium non appono, ne obiicias inopiam. Quanti potes tanti eme: habes denarium, eme cælum: non quod venale ſit cælum, ſed quod clemens ſit Dominus.* & paucis interpoſitis: *Mercatura, negociatióque cælum eſt.*

29\. *Clemens.* Refertur etiam Clemens Alexand. in Parænetico, ſiue exhortatione ad Gentes dixiſſe: *Ne pigeat vel laboraſſe, ſi velitis pretioſiſſimam ſalutem emere pro theſauro, charitate, & fide vita, quod quidem eſt iuſtum pretium.* *Leo.* Leo ſermone 8. de Quadrag. *Diſpenſatores,* inquit, *eleemoſynarum quæ commercia ineant, audiamus, Domino dicente, quæ futura ſit iudicij ſui forma.*

30\. *Meritum de condigno ius acquirit.* Poſtremò potuiſſet probari quoniam meritum de congruo maximè verò meritum de condigno, ius acquirit, ratione cuius debeatur præmium. Sed hoc probare Scripturis Conciliis, & Patribus, pertinet ad materiã de grat. 1. 2. q. 114.

SECTIO IV.

Prædicta obligationis, ac debiti proprietas & rigor mitigatur, admixta multiplici gratia.

1\. *Prædicta obligatio orta ex multiplici gratia.* NOn videbitur indignum ſupernaturalibus præmiis, deberi iuſtorum operibus, & eſſe obligata ſolutioni & mercedi, ſi conſideremus hoc debitum & obligationem eſſe profectam à multiplici gratia Dei, qui potuit, & liberaliſſimè voluit, ſuas diuitias obligare, vt fortius excitaret noſtram ignauiam, & ſocordiam. *Obligationis rigor deficit 1.* Deficit ergo primùm obligationis rigor in primo fundamento: quod eſt prima gratia præueniens. Nam ante illam omnino nullum eſt meritum, inducens obligationem, aut debitum, non modo de condigno, ſed neque de congruo, nec vllum initium illius, vt in peculiari libro oſtendimus. *Quodlibet debitum initium ſumit à gratia. Pſal. 142.* Quodlibet itaque debitum, aut obligatio rerum diuinarum exordium ſumit à gratia ſummè gratuita. Vnde Gregor. in Pſal. 142. qui eſt ſeptimus pœnitentialis ad illum verſum: *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam,* aſſignat hanc etiam rationẽ, propter quam etiã gloria, laboribus reddita, fit miſericordia, *Gregorius.* *quia pro illis operibus datur, quæ ſine præuenienti miſericordia Dei nemo adſequitur.*

2\. *Dei promiſſio merè gratuita, & liberalis.* Secundò mitigatur etiam ex alio fundamento debiti vel obligationis, quod eſt promiſſio, vel pactum Dei cum hominibus, quo ſublato, nihil omnino deberetur operibus. Eſt autem merè gratuita liberalitas Creatoris promittere, vel fœdus inire cum ſuis creaturis, & maximè cum inimicis, & filiis iræ. *Ambroſius.* Sic Ambroſius, vel quicunque author commentariorum ad Romanos apud illum cap. 2. circa med. ait: *Ideo autem iuſtitia Dei dicta eſt, quæ videtur eſſe miſericordia; quia de promiſſione originem habet, & cum promiſſum Dei redditur, iuſtitia Dei dicitur.* Sic etiam promiſſionem ex miſericordia fuiſſe factam, docet Bernard. de Grat. & liber. arbit. prope finem, cuius verba retulimus ſect. præced. probat. 5.

3\. *Quod Deus promittit maioris pretij quam opera quibus redditur.* Tertiò interuenit etiam eximia gratia in bonorum inæqualitate. Quod enim ex pacto Deus promittit, & vult, noſtris operibus eſſe debitum, eſt pretij maioris incomparabiliter, quàm opera, quibus redditur. Colligitur hoc ex Sacris *Lucæ 6.* literis Luc. 6. *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum.* *Matth. 25.* Matth. 25. *Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam.* *Lucæ 19.* Et Luc. 19. *Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatẽ habens ſuper decem ciuitates.* Et inſuper accreſcit illi mna, quam alter ſeruauit otioſam. Potiſſimum verò probatur Rom. 8. *Rom 8.* *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.*

Pſal. 142. Gregor. in Pſalm. 142. qui eſt 7. pœnitentialis ad illum verſum: *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam,* ait: *Quod ſi illa ſanctorum fœlicitas miſericordia eſt, & non meritis acquiritur vbi erit,*

quod ſcriptum eſt. Et tu reddes vnicuique ſecundùm opera ſua. Si ſecundum opera redditur, quomodo miſericordia æſtimabitur? Sed aliud eſt, ſecundum opera reddere, & aliud propter ipſa opera reddere. In eo enim, quod ſecundum opera dicitur, ipſa operum qualitas intelligitur, vt cuius apparuerint bona opera eius ſit & retributio glorioſa. Illi namque beatæ vitæ, in qua cum Deo, & de Deo viuitur, nullus poteſt æquari labor, nulla opera comparari, præſertim cum Apoſtolus dicat: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

5. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 10. à medio de gloria ſic loquitur: *Gratia autem etiam ipſa ideo non iniuſtè dicitur, quia non ſolùm donis ſuis Deus dona ſua reddit: ſed quia tantùm etiam ibi gratia diuinæ retributionis exuberat, vt incomparabiliter, atque ineffabiliter omne meritum, quamuis bonæ, & ex Deo datæ, humanæ voluntatis, atque operationis excedat.* Confirmat autem quoniam Apoſtolus. *Illam futuræ vitæ gratiam omnibus præſentis temporis* (Rom 8.) *paſſionibus anteponit, dicens: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alio loco: Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

6. Cyrillus Alex. exponens illud Luc. 17. *Nunquid gratiam habet ſeruo illi* apud S. Thom. in catena dicit: (Luca 17.) *Deus petit quidem à nobis famulatum iure ſeruitij, verum quia clemens, & bonus eſt, honores famulantibus pollicetur, & ſupereminet ſudoribus ſubditorum beneuolentiæ magnitudo.* (Cyprianus.) Cyprian. lib. 4. epiſt. 6. prope finem ait: *Maiora nos accipere, quam quod hic, aut operamur, aut patimur, Apoſtolus prædicat dicens. Non ſunt condigna, &c.*

7. Senonenſe Concilium decreto fidei 16. prope fin. *Faciet tandem, ait, miſericordia locum vnicuique iuxta meritum operum ſuorum, non abſoluta condignitate quidem (nec enim condignæ ſunt paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis) ſed gratuita magis & liberali promiſſione,* (Rom 8. Matth. 20.) *qua conuentione facta de denario diurno, conduxit operarios in vineam ſuam.* Egregium quoque veritatis huius teſtimonium dedit Bernard. ſerm. 1. in Annunciatione ſub init. cuius verba poſuimus ſect. 2. in confirmat. tertij argumenti.

8. (Gratia peccatori redditur tãquam debita meritis de cõgruo. Roman. 4.) Quartò. Gratia iuſtificans peccatori redditur quidem, tanquam debita meritis de congruo, ſuppoſita promiſſione: ſed in hoc debito quantum interueniat gratiæ: ſignificat Paulus Rom. 4. illis potiſſimum verbis: *Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Pondera voces illas: *Accepto fert*; ſignificant enim accepti lationem, id eſt, imaginariam ſolutionem, quoniam creditor ſimulat, debitorem ſibi ſoluiſſe, quod re ipſa non ſoluit; idque facit animo remittendi quod ſibi debebatur: vt conſtat apud Iureconſultos leg. *Imaginaria.* ff. De regulis iuris, & ff. de pactis, leg. 1.

9. (Maxima gratia.) Quintò. Maxima gratia Dei eſt protectionem & ſupernaturales vires conferre, quibus homines iuſti poſſint de condigno mereri, præſertim, quoniam meritum ineſt operibus ea potiſſimum de cauſa, quoniam à Deo procedunt per gratiam, ideóque præmij debitum & obligatio Deo potius, tanquam authori, quàm hominibus correſpondet.

10. Sextò, Gratia etiam interuenit in operibus meritoriis, prout à libero arbitrio procedunt, (Noſtræ voluntatis concurſus liberaliter donatur.) quia noſtræ voluntatis concurſus liberaliter donatur à Deo (ſalua libertatis indifferentia) *Deus eſt enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.* Philip. 2. & 1. Corinth. 12. (Philip. 2. 1. Corint. 12.) *Operatur omnia in omnibus.* Quo ſenſu plurimi Patres & meritò dicunt, totum eſſe Dei. (S. Thomas.) Inde S. Thomas ad exponendam mentem Apoſt. Rom. 4. lect. 1. colum. 2. notat, *humana opera poſſe conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum ſubſtantiam operum, & ſic non habent aliquid condignum, vt eis merces æterna gloriæ reddatur. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundum ſuum principium, prout, ſcilicet, ex impulſu Dei aguntur ſecundum propoſitum Dei prædeſtinantis, & ſecundum hoc eis debetur merces prædicta ſecundum debitum, quia vt infra cap. 8. dicitur: Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei: ſi autem filij, & hæredes.*

Breuius & obſcurius id attigit Cbryſoſtomus 11.
(Chryſoſtom.) Hom. 4. ſermon. 8. colum. 2. dicens: *Non eſt igitur quod putes, hinc imminui, quod illis non ſecundum gratiam imputatur. Hoc enim potiſſimum eſt, quod fidelem reddit illuſtrem, quod tanta nimirum à Deo gratia præditus eſt, vt tantam queat oſtendere fidem. Et vide maiorem etiam retributionem. Illi quidem datur merces, huic verò iuſtitia. Eſt enim iuſtitia retributio multarum mercedum capaciſſima.*

Frequentiùs & clariùs Auguſtinus & Patres 12.
Auguſtiniani docent, eam eſſe gratuitam liberalitatem Dei, vt ſua dona faciat eſſe merita noſtra. Nec aliter nobis eſſe poſſibile meritum. Nonnulla ex Auguſtino, Fulgentio, Anſelmo, & Bernardo retulimus ſupra ſect. 2. argum. 3. Quibus adde, quod Tridentinum decernit Seſſione 6. (Tridentinũ.) cap. vltimo prope fin. *Tanta eſt Domini erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona.* Quam ſententiam accepit ex Cœleſtino. Primo epiſt. 1. cap. 12. & ex Auguſt. epiſt. 106. dum explicat illud 2. ad Timoth. 4. (2 Timot 4. Auguſtinus) *Propoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* In eiuſdem epiſtolæ col. 4 proponit obiectionem. *Si ex fide (ſcilicet iuſtificamur) quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur?* Reſpondet autem: *Non dicat iſta homo fidelis, quia cum dixerit: vt merear iuſtificationem, habeo fidem; reſpondetur ei: Quid habes quod non accepiſti? Cum ergo fides meretur iuſtificationem; non gratiam aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici.*

Idem Auguſtinus Concione 2. in Pſalm. 70. 13.
(Pſal. 70.) ad illud: *Potentiam tuam, & iuſtitiam tuam Deus,* ait: *Nihil es per te, Deum inuoca; tua peccata ſunt, merita Dei ſunt. Supplicium tibi debetur; & cum præmium venerit, ſua dona coronabit, non merita tua.* Videlicet, non merita, quæ ita ſunt tua, vt non ſint dona Dei. Clarius id explicuit in lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 6. dicens: *Si merita noſtra ſic intelligerent, vt etiam ipſa Dei dona eſſe cognoſcerent; non eſſet reprobanda iſta ſententia. Quoniam verò merita humana ſic prædicant, vt ea ex ſemetipſo habere hominem, dicant; prorſus rectiſſimè illis dicitur: Dona ſua coronat Deus, non merita tua, ſi tibi à te ipſo ſunt.*

Leo Primus epiſt. 48. ad Nicetam Aquileien. 14.
Epiſc. col. 2. ait: *Omnis itaque bonorũ operum donatio, diuina præparatio eſt: quia non prius quiſque iuſtificatur virtute, quam gratia, quæ vnicuique principium eſt iuſtitiæ, & bonorum fons atque origo meritorum eſt.* De hoc videndus eſt Gregorius lib. 18. (Gregorius.) Moral. c. 22. à medio, in cuius fine ſic loquitur:

Hominus

Digitized by Google

Hominis meritum ſuperna gratia, non vt veniat, inuenit; ſed poſtquam venerit facit; atque ad indignam mentem veniens Deus, dignam ſibi exhibet veniendo; & facit in ea meritum, quod remuneret, qui hoc ſolum inuenerat, quod puniret. Totidem verbis eandem ſententiam deſcribit Iſidorus lib. 2. ſentent. cap. 5. §. 5.

15. Fulgentius in Prologo librorum ad Monim. inter med. & finem: *Ecce,* inquit, *qualis eſt Dominus noſter, vt donando debeat, & quantò magis donat, tantò magis eum debitorem eſſe non pigeat. In quantum enim gratis largitur, in tantum debitor inuenitur. Nec enim poteſt aliquis debitorem habere, niſi in eo, quod ipſe dignatus fuerit gratuita largitate conferre.* Et lib. 1. ad Monim. cap. 11. *Gratia eſt,* inquit, *& illa iuſta retributio, qua bonis ſuis meliora retribuens, Deus glorificaturus eſt iuſtos; & hoc enim gratia opus erit. Quia vt hoc mereantur, ipſa præueniendo, miſericorditer, incipit, ipſa ſubſequendo, cuſtodit.* Magis copioſè Bernardus tract. de grat. & libero arbitr. duabus poſtremis columnis oſtendit, Deum eſſe authorem noſtrorum meritorum, quatenus facit nos velle, & cooperari ſuæ gratiæ; & eapropter quod bonis operibus debeatur corona iuſtitiæ, diuinæ gratiæ principaliter deberi.

16. Moguntina Synodus Prouincialis cap. 8. docet, ideo *remuneratione vitæ æternæ digna eſſe bona opera iuſtificatorum, quia gratia Dei effectus ſunt; & monente, & adiuuante Spiritu ſancto fiunt: & quia promanant ex gratia, quam in ipſos influit Chriſtus Dominus.* Eodem ſpectat, quod Valentinum Concil. Tertium ſub Lothario Imperatore cap. 2. profitetur: *Fideliter tenemus, bonos præſciuiſſe, omnino per gratiam ſuam bonos futuros: & per eandem gratiam æterna præmia accepturos.* Huius veritatis profeſſio eſt literalis intellectus ad illam ſubmiſſionem, qua viginti quatuor ſeniores *mittebant coronas ſuas ante thronum,* Apocal. 4.

Valentinum.

Apocal. 4.

17. *Gratia dimittendi venialia.* Septima gratia, quæ debitum & obligationem temperat eſt miſericordia dimittendi veniales culpas, quæ frequenter bonis operibus admiſcentur. Quam ſapienter obſeruat Hilarius in Pſalm. 51. colum. penultim. & cum præcedenti gratia copulat, dicens: *Non enim ipſa illa iuſtitia operis ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei, etiam in hac iuſtitia voluntate humanarum demutationum, & motuum vitia non reputet. Hinc illud Prophetæ dictum eſt: Melior eſt miſericordia tua ſuper vitam. Quia quamuis probabilis per iuſtitiæ operationum vita iuſtorum ſit, tamen per miſericordiam Dei plus meriti conſequetur. Ex hac enim vita in vitam proficit æternam.*

Hilarius.

18. Hoc idem intendunt Patres, qui dicunt hominis iuſtitiam, non in meritis, ſed in confeſſione peccatorum, & diuina miſericordia poſitam eſſe. Sic Hieronymus dialogo 1. aduerſus Pelag. inter princip. & med. *Tunc,* inquit, *iuſti ſumus, quando nos peccatores fatemur: & iuſtitia noſtra non ex proprio merito, ſed ex Dei conſiſtit miſericordia, dicente ſacra Scriptura: Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis.* Prouerb. 18. & poſt pauca: *Hæc hominis ſumma eſt iuſtitia, quidquid potuerit habere virtutis, non ſuum putare eſſe, ſed Domini, qui largitus eſt.* Quæ ſententia ne videatur ſimpliciter negare meritum de condigno, ſiue de iuſtitia, declaratur per verba, quæ longe inferius poſt tres columnas addit, allegans illud 2. Timoth. 4. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c. Putamuſne vnam & eandem in vtroque fuiſſe iuſtitiam, & non plus habere meritorum eum, qui plus omnibus laborauit?*

Hieronym.

2. Timot. 4.

19. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 21. initio alias 14. fine exponens illud Iob. 9. *Qui etiamſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Omnis,* inquit, *humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe conuincitur, ſi diſtrictè iudicetur,* & poſt pauca: *Et ſi ad opus virtutis excreuero, ad vitam non ex meritis, ſed ex venia conualeſco. Prece igitur innitendum eſt, cum recta agimus, &c.* Quibus conſonat in cap. 1. eiuſdem lib. 9. Bernard. ſerm. 61. in med. *Meum proinde meritum, miſeratio Domini. Non planè ſum meriti inops, quamdiu ille miſerationum non fuerit.* Quod dixiſſe propter remiſſionem peccatorum, conſtat ex præcedenti contextu. Conſonat Auguſtinus lib. 9. Confeſſion. cap. 13. dicens: *Væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam.*

Iob 9. *Bernardus.* *Auguſtinus.*

20. Octauam gratiam addere poteris, admittere ad debitum mercedis, quod erat obſequium à ſeruis debitum, & ideo neque gratitudine dignum; ſicut oſtend. diſp. 55. ſect. 4.

SECTIO V.

Rebus tantum creatis obligatio debitúmque per Dei promiſſiones imponitur: Deus autem non hominibus, ſed tantùm ſibi manet obligatus.

1. DVo ſunt capita rationum, quibus proprietas & rigor obligationis conditur, vt ſuauius deuoretur. Alterum admixtæ gratiæ, quod præcedenti ſect. tractauimus: Alterum obligationis realis, & non perſonalis, quod in præſenti dicemus. Pro quo ſupponendum eſt, etiam rebus humanis euenire debitum, & obligationem ipſis impoſitam eſſe, ſine obligatione, vel debito perſonæ, quæ rebus illis obligationem impoſuit. Quod euidentius cernitur in hæreditate, vel legatis teſtamento relictis. Res enim teſtatoris poſt illius mortem obligatæ manent ac debitæ, non tantum hæredibus, ſed etiam legatariis: teſtator autem, qui debitum hoc, & obligationem impoſuit, nunquam obligatus, aut debitor eſt: nec ante mortem, quia non dum valet teſtamentum (Paulo iudice Hebræ. 9.) nec poſt mortem, quia non exiſtit, nec eſt obligationis capax.

Obligatio realis, non perſonalis.

2. Mihi verò perſuaſum eſt hanc fuiſſe rationem ex duabus vnam, propterquam Deus ſuam promiſſionem, & fœdus appellauit teſtamentum, vt ſignificaret, res eo teſtamento diſpoſitas eſſe debitas hominibus; ipſum verò Deum non eſſe obligatum, nec debitorem hominibus; quoniam incapax eſt debiti propter maieſtatem ſupremam, ſicut defunctus eſt incapax debiti propter priuationem vitæ; quod attigi præcedenti diſp. 55. ſect. 2. fine. Vel ſi magis placuerit vti poteris exemplo Magnatum, & nobilium virorum, qui per ciuiles contractus non ſuas perſonas, ſed tantum ſuas facultates obligare ſolent & tunc præſertim, quando fundum, aut aliam rem immobilem hypoteca ſpeciali ſubiicit debito.

Deus non obligatur neque debet, res tamen eius obligatur, & debentur.

3. Ne quis Scholaſticæ tantùm doctrinæ ſtudioſus, expers vero moralis philoſophiæ, ac iuris, quaſi peregrinam fugiat, vel impugnare nitatur obligationem rerum, quæ ſit omnino ſeparata ab obligatione perſonali: referenda ſunt Vlpiani

Vlp. anno. Duo actionũ genera. verba leg. *Actionum genera.* ff. de obligat. & actionibus: *Actionum genera ſunt duo: in rem, quæ dicitur vindicatio: & in perſonam, quæ conditio appellatur. In rem actio eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus: & ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſſidet. In perſonam actio eſt, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum.* Vnde conſtat, quando actio realis non eſt mixta cum perſonali, ſed mera, tunc perſonam nullam eſſe obligatam, ſed tantùm rem eſſe debitam.

4. *Silueſter.* Ideo rectè Silueſter verbo *actio* num. 2. definit, actionem realem, vel in rem eſſe illam, *quæ non ſupponit obligatum eum contra quem dirigitur.* *Actio realis quid.* Et Angelus *actio* §. 4. cum aliis authoribus definit, actiones reales eſſe, *quæ ſequuntur rem & non perſonam, nec per eas dicitur perſona obligata.* Conſtat eadem doctrina Inſtit. de obligat. & actionibus §. *Appellamus*, cui poteſt adiungi finis præcedentis §. *Hominibus Deus in res, non in ſe ipſum ius concedit.* Hominibus igitur Deus concedit ius in gratiam, & gloriam, tanquam in res debitas, ſed non in Deum ipſum, quia nullius eſt capax debiti, vel obligationis.

5. Vtrumque membrum præſentis doctrinæ, videlicet, Deum hominibus non eſſe obligatum, attamen gratiam & gloriam eſſe obligatas Dei promiſſione, probatur imprimis omnibus argumentis poſitis in ſect. 2. & 3. quæ licet videantur inter ſe pugnare, ſic tamen efficiunt mirabilem harmoniam, vt illa, quæ poſita ſunt ſection. 2. probẽt, Deum ipſum, etiã promiſſione ſuppoſita, non eſſe propriè debitorẽ, aut obligatum: & illa, quæ poſita ſunt ſect. 3. probent, gratiam & gloriam eſſe debitas & obligatas, cum eo tamen temperamento, quod additum eſt præced. ſect. 4.

6. *Auguſtinus.* Probatur ſecundò. Sic enim acutè Auguſtinus lib. 1. Confeſſio cap. 4. vtrumque membrum coniunxit, vt aptè ſibi conſentiẽs, quando Deum his alloquitur: *Super erogatur tibi, vt debeas, & quis habet quidquam non tuum? Reddis debita, nulli debens; donas debita, nihil perdens.* Vbi pugnantia videntur Deum nulli debere, & tamen debita reddere, & ſupererogari Deo, vt debeat, quorum nulla congruentior eſt concordia, quàm prædicta diſtinctio debiti realis, aut perſonalis.

7. Tertiò probatur ex D. Thoma tam in præſenti quæſt. 21. art. 1. ad 3. quàm 1. 2. quæſt. 111. articul. 1. ad 2. quia rebus creatis eſt debitum quidquid ad illas ordinatur, ſicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad ſubſtantias, & vnaquæque res ad ſuum finem. Sic enim debentur homini caput, manus & pedes, & omnes potentiæ interiores & exteriores. Rurſus *licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipſe eſt debitor, quia ipſe ad alia non ordinatur, ſed alia in ipſum.* *S. Thomas.* Præmiſerat enim S. Thomas nomine debiti ſignificari quendam ordinem exigentiæ, vel neceſſitatis alicuius rei, ad aliam ad quam ordinatur. Hunc modum obligationis ac debiti, quem S. Thomas in præſenti articul. 1. naturalibus tantum in rebus explicuit, eundem ampliauit ad ſupernaturalia præmia 1. 2. quæſt. 111. articul. 1. ad 2. illis potiſſimum verbis: *Neutro autem modo dicitur debitum, propter hoc quod Deus creaturæ obligetur; ſed potius in quantum creatura debet ſubiici Deo, vt in ea diuina ordinatio impleatur: quæ quidem eſt, vt talis natura tales conditiones, vel proprietates habeat, & quod talia operans, talia conſequatur.* Talia, videlicet, præmia conſequatur, qui operatur opera meritoria.

Similiter autem eadem 1. 2. quæſt. 114. art. 1. ad 3. ait: *Quia actio noſtra non habet rationem meriti, niſi ex præſuppoſitione diuinæ ordinationis; non ſequitur quod efficiatur ſimpliciter debitor nobis, ſed ſibi ipſi in quantum debitum eſt, vt ſua ordinatio impleatur.* Quod autem his verbis ſignificare videtur, eſſe debitum ſimpliciter & abſolutè, quo Deus debet ſibi ipſi, non poteſt intelligi de debito, quod pertinet ad iuſtitiam, vel ad aliquam virtutem annexam iuſtitiæ; ſed tantùm intelligitur de illo debito, quod eſt neceſſitas diuinæ perfectionis, ſicut Deus ſibi debet immutabilitatem ſui conſilij; vel potius *debitum eſt Deo, vt impleatur in rebus id quod eius ſapientia, & voluntas habet, & quod ſuam bonitatem manifeſtat:* vt dixit in præſenti q. 21. art. 1. ad 3. 8.

Hic diſcurſus confirmatur primò, quia ſicut ex ordinatione, quam Deus naturis rerum indidit, ſeminantibus triticum debetur fructus, qui ſit triticum: ita ſecundum ordinationem rerum ſupernaturalium operibus, procedentibus ex charitate, debetur fructus æternæ beatitudinis, quia renaſcuntur, *non ex ſemine corruptibili, ſed ex incorruptibili, per Verbum Dei viui*, 1. Petri 1. & 1. Ioan. 3. *Semẽ ipſius in eis manet.* Ideo Paul. Gal. 6. *Qui ſeminat*, inquit, *in carne, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitam æternam.* Iſai 3. *Dicite iuſto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.* Diſcrimen autem inter fructus naturaliter debitos, & fructus bonorum operum, aſſignat, S. Thomas 1. 2. dicta quæſt. 114 artic. 1. corp. fine, quia res naturales ordinatæ ſunt à Deo, vt per operationes proprias neceſſariò & non liberè conſequantur fructum, vel finem, ad quem à Deo ſunt ordinatæ: ſed creatura rationalis eſt ſupernaturaliter ordinata, vt per liberas operationes conſequatur fructum & finem ſupernaturalem. Vnde prouenit vt illius actio habeat rationem meriti, & illius fructus habeat rationem mercedis & præmij. Quod naturalibus rebus repugnat. 9. *Confirmatio 1.* *1 Petri 1.* *1 Ioan. 3.* *Galat 6.* *Iſaia 3.*

Confirmatur ſecundò. Quemadmodum enim quando Beatus Franciſcus emiſit votum dandi eleemoſynam cuicunque pauperi petenti; per illud, votum non conſtituebatur debitor & obligatus pauperibus; ſed Deo, propter cuius amorem volebat obligari ad eleemoſynam: ita Deus per ſuas promiſſiones non conſtituitur debitor, & obligatus hominibus, ſed ſuæ bonitati, propter quam, & in cuius laudem promittit iuxta illud Epheſ. 1. *Qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.* Quod optimè ponderat Chryſoſtomus ibi ſerm. 2. prope Morale, colligens inde maiorem certitudinem diuinæ promiſſionis. 10. *Epheſ. 1.*

Ad maiorem explicationem & firmitatem propoſitæ veritatis, operæpretium erit obiectiones præoccupare, quæ legentibus poſſunt occurrere. Prima ſit, quoniam homines Magnates, aut nobiles contra iuſtitiam peccant, ſi non tribuant res illas, quas per emptionem, aut venditionem, aut alios ciuiles contractus obligant, licet ſuas perſonas directè non obligent: ergo non ſolùm eſt obligatio realis, ſed etiam perſonalis, quæ reſultat ex illis contractibus: ac proinde ſuperius adductũ exemplum potius probat, Deum manere obligatum. Confirmatur, quia ſi Deus non producat gratiam & gloriam, quam promiſit reddendam pro talibus operibus, eo ipſo violabit 11. *Prima obiectio.* *Confirmatio.*

violabit pactum & fœdus eum bominibus initum ergo Deus obligatus eſt ad gratiam & gloriam produeendam & tribuendam pro talibus operibus.

12. Reſpond. vtramque conſequentiam negando. Quoniam homines Magnates & nobiles, licet ſuas perſonas non obligauerint directè; manent tamen indirectè & conſequenter obligati propter ſuperiorem legem Dei & reipublicæ, quæ præcipit ſtare promiſſis, & explere contractus. Deus autem nullius lege poteſt obligari. Quapropter ſi Deus non produceret gratiam & gloriam, quam promiſit operibus eſſe reddendam; non violaret pactum & fœdus, propriè loquendo, prout violatio ſignificat peccatum commiſſum aduerſus obligationem: ſed violaret pactum, prout hæc violatio ſignificare poteſt defuiſſe Deum neceſſitati veracitatis, immutabilitatis, atque decori ſeruandi: contineret enim mutationem propoſiti, & genus falſitatis. Hæc autem neceſſitas non eſt obligatio propriè dicta.

13. Secunda obiectio, quia Deus non modo res creatas, ſed etiam diuinas perſonas promiſit hominibus: igitur diuinæ perſonæ manent hominibus obligatæ. Conſequentia probatur, quia non alia ratione res creatæ debentur, & obligatæ ſunt hominibus, niſi quia promiſſæ ſunt à Deo. Antecedens probatur, quod attinet ad per-
Act.1.& 2. ſonam Spiritus ſancti. Actor. 1. *Sed expectarent*
promiſſionem Patris. &c.& cap.2. *Promiſſione Spi-*
Epheſ.1. *ritus ſancti accepta à Patre.* Epheſ. 1. *Signati eſtis*
ſpiritu promiſſionis ſancto. Et Chriſtus Dominus
Luca 24. Luc.24.prope finem: *Ego*, inquit, *mitto promiſſum*
Patris mei in vos. Filium autem fuiſſe promiſſum
Actor. 13. probari poteſt Actor. 13. *Huius Deus ex ſemine*
ſecundum promiſſionem eduxit Iſraël Saluatorem
Roman. 15. *Ieſum.* Et Rom. 15. *Dico enim Chriſtum Ieſum mi-*
niſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatem Dei
ad confirmandas promiſſiones Patrum.

14. Reſpond. Quemadmodum in tomo de Trinitate diſputat. 75. vidimus, Spiritum ſanctum donari fidelibus, & Filium etiam eſſe datum à Patre; nihilominus perſona Spiritus ſancti vel Filij non manet ſubiecta poteſtati recipientis: ſed tantùm tribuitur hominibus libera poteſtas fruendi prædictis perſonis, & accipiendi fructum ex illis: ſic etiam per promiſſionem Pater non obligauit Filium nec Spiritum S. ſed tãtum obligauit eas res creatas, per quas vtraque perſona datur hominibus, videlicet, vnionem hypoſtaticam, gratiam & dona Spiritus ſancti, & viſionem beatificam.

15. Tertia obiectio. Promiſſio ſuapte natura debitorem & obligatum conſtituit promittentem, vel ex iuſtitia, vel ſaltem ex fidelitate: Deus autem verè propriéque promittit, vt oſtendimus ſect. 1. Manet igitur ipſe debitor & obligatus.

Solutio. Reſpond. Maiorem non eſſe vniuerſaliter veram, quoniam etiam inter homines aliqui propter eximiam nobilitatem à republica cenſentur incapaces obligationis perſonalis, prouenientis à promiſſione vel contractu ciuili: vt ſupra notauimos. Inſuper quicunque vellet ea limitatione promittere, ſuas tantùm facultates obligando; ſed perſonam ſuam excipiendo, & volens ſe manere immunem ab obligatione; non maneret perſonaliter obligatus.

SECTIO VI.

Contra præcedentem decisionem argumenta ſoluuntur.

AD argumenta poſita in ſect. 2. ſufficit generalis ſolutio, præcedenti ſectione inſi- 1.
nuata; quia nimirum ſolummodo probãt, Deum ipſum non eſſe debitorem; licet eius gratia & gloria debeatur; & quædam ex illis probant, primam gratiam nullo modo debitam eſſe. Ad argumenta verò poſita in ſect. 3. vix eſt opus alia ſolutione, quam illius titulo, quia nimirum res à Deo promiſſas, deberi & obligatas eſſe, contendit. vnde non ſequitur obligatum eſſe Deum; ſicut in præſenti probatum eſt.

Sed vrgent aliqui Doctores primò, quoniam 2.
Auguſtinus & Cyprianus citati ſect. 3. argum. 3. *Obiectio 1.*
plane concedunt, eſſe Deum *hominibus debitorem*
ratione bonorum operum. Reſpondetur: Hæc, *Solutio.*
quę ſemel, aut iterum reperimus dicta, non inter diſputationes ſed inter exhortationes, condienda ſunt grano ſalis, accepto ex multò pluribus teſtimoniis eorundẽ, & aliorum Patrũ, quæ diſputando tradiderunt, quando rem exactiùs examinabant, cuiuſmodi multa vidimus ſect. 2. 4. & 5. Deus igitur appellatur debitor & obligatus hominibus, quoniam ad hominum vtilitatem dirigitur eius pactum & promiſſio: & quoniam gratia, & gloria, & quæcunque res promiſſæ debentur hominibus. Deus autem neceſſitatem fidelitatis & immutabilitatis ad illas creandas libere ſibi impoſuit per promiſſionem, cui deeſſe eſt impoſſibile.

Secundò inſiſtunt in eo, quia fidelitatis debi- 3.
tum nullam Deo imperfectionem infert, ſiqui- *Obiectio 2.*
dem non oritur ex lege vel præcepto, ſed ex illa naturali rectitudine, qua Deus eſt ſummè verax.
Confirmant primò, quoniam neceſſitas implendi *Cõfirmatio 1.*
promiſſum, & illius obligatio non minuit, ſed potius auget intenſiuè diuinam libertatem; ſicut impoſſibilitas mentiendi, & peccandi, libertatem Dei auget: ſicut probatum eſt ſupra diſputat. 8. ſect. 1. & 2.

Coofirmant ſecundò, quoniam immutabili- 4.
tas diuinæ voluntatis non minuit, ſed perficit diuinam voluntatem & eius dominium, vt vidimus diſput. 16. ſect. 4. & 5. At obligatio prædi-
cta naſcitur ex immutabilitate. Confirmatur ter- *Cõfirmatio 3.*
tiò, qoia nec ſupremum Dei dominium deprimitur obligatione fidelitatis; quoniam ſua libera voluntate, ſemel volens aliquid efficere ab æterno, determinauit quod in tempore faciendum erat, perinde ac ſi ſtatim fieret, cum primum Deus liberè decreuit. Vnde ſicut hoc non deprimeret dominium; ita nec illa obligatio, quæ ſolùm conſiſtit in æternitate immutabili volitionis.

Reſpond. Hæc ſolummodo probant obliga- 5.
tionem ac debitum impropriè ſumptum pro neceſſitate naturali diuinarum perfectionum. Vnde non poteſt inferri debitum propriè dictum, virtute cuius perſona contrahens, vel promittens ſit obligata per legem, aut per ius, quod altera perſona contra promittentem, aut contrahentem acquirat: hoc enim conſtituit debitorem aliqoo modo ſubiectum & inferiorem creditore, prout ille debitor eſt, & hic creditor, qui ius habet compellendi, vel non compellendi debitorem.

Tertiò

Digitized by Google

6. *Obiectio 3.* Tertiò non ſibi tantùm,ſed etiam hominibus obligatum eſſe Deum, probant, quia D. Thom. 2.2. quæſt.109. artic.3. virtutem veritatis dicit, eſſe ad alterum,etiam ſecundum rationem debi- *S.Thomas.* ti,*non legalis, ſed moralis in quantum, ſcilicet ex honeſtate vnus homo alteri debet veritatis manifeſtationem.*Et in ſolut.ad 1.ait,virtutem veritatis aliquo modo attendere rationem debiti ad alterum, *quia cum homo ſit animal ſociale, naturaliter debet alteri id ſine quo humana ſocietas ſeruari non poſſet.* Seruata ergo proportione, etiam veritas diuina eſt aliquo modo ad alterum: nam licet Deus ſit extra omnem ordinem, tamen, ſi vult cum aliis loqui,vel conuerſari,debet illis veritatem in dictis. Et ſi ea,quæ dicit, contineant pro- *Confirmatio 1.* miſſionem,debet illis fidelitatem. Confirmant 1. quoniam reſpectus ad alterum, qui ſignificatur, dicendo,Deum eſſe obligatum,& debitorem hominibus ſupra abſolutam rationem debiti,ſolum declarat hominum vtilitatem,vel aliqualem ſocietatem, & conuictum, ad quem ordinatur *Confirmatio 2.* illud debitum. Confirmant ſecundò, quoniam inde non ſequitur, Deum ordinari ad homines, ſed tantummodò ſequitur exteriora dicta, vel operationes Dei ad hominum vtilitatem ordinari.

7. Reſpondeo,& dico primò.Iſtorum argumentorum author Franciſcus Suarez relect. de libert.diuina diſput.2.ſect.2. præſertim num. 32. & ſequentibus, ſi conferantur cum præcedentibus, nullum aliud debitum aut obligationem Deo tribuit, niſi quam nos iam ſponte conceſſimus in hac, & præcedentibus ſectionibus, quæ nihil aliud eſt, quam naturalis neceſſitas diuinæ veracitatis & immutabilitatis. Proinde nihil à nobis diſſidet,niſi quatenus exiſtimat, iſtud eſſe propriè debitum fidelitatis aut iuſtitiæ: atque inſuper,vt dicatur Deus hominibus debere,ſatis eſſe quod ad hominum vtilitatem deſtinentur res ab eo promiſſæ.

8. Dico ſecundò. Non ſufficere noſtræ vtilitatis intentionem, quæ colligenda ſit ex Dei promiſſis,vt Deus obligatus, & debitor ſit hominibus, ſatis conſtat exemplis adductis in ſect. præcedenti.Nam ſi voueas,te daturum eſſe eleemoſynā Franciſco pauperi abſenti,& ignoranti tuum votum, ac proinde non acceptanti: eleemoſyna promiſſa & tuum votum deſtinantur ad vtilitatem Franciſci; tu tamen non eris obligatus, nec debitor Franciſco, ſed ſoli Deo: nec Franciſcus contra te ius aliquod acquiret. Ergo nulla eſt conſequentia,per quā ex eo, quod promiſſio vel res promiſſa deſtinentur ad vtilitatem hominum, colligitur,Deum eſſe debitorem aut obligatum. Prætereà hæreditas, vel legatum teſtamento relictum deſtinatur ad vtilitatem hæredis, aut legatarij: cum tamen teſtator iam defunctus non ſit capax obligationis. Aliud exemplum repete ex ſect.præced.

9. Dico tertiò. Propter honeſtatem veracitatis vnus homo debet alteri, quoniam eſt animal ſociale, debetque alteri, tanquam comparti totius reipublicæ.Deus autem ſuperior eſt tota creaturarum republica. Proptereà nulli debet, nec tenetu[illegible] naturali lege, pertinente ad conuictum & ſocietatem.

10. Vaſquez autem propriè dictam obligationem ac debitum fidelitatis,quo Deus ſit,non ſibi tantùm, ſed hominibus obligatus, concedit 1. part. diſp.85.cap.6.poſt med.§ *at verò.*& 1.2. tom.2, diſp.215.ſect.2.Sed eius fundamenta diruta manent ex dictis in hac & præcedentibus ſectionib.

SECTIO VII.

Vtrùm promiſſio diuina nihil aliud ſit, quam declaratio diuinæ voluntatis & propoſiti per ſimplicem prædictionem alicuius beneficij.

SVarez relect. de libertate diuina diſputat.2. 1. *Suar.ſententia.*
ſect. 2. num. 10.& ſequentibus, præſertim num.13.14.& 15.& num.27. ac 28. author eſt, promiſſionem diuinam eſſe tantummodò ſimplicem aſſertionem, qua declaratur diuinæ voluntatis propoſitum de aliquo beneficio præſtando: nihilominus aſſerit eſſe ſimpliciter promiſſionem,& per illam Deum conſtitui debitorem,& obligatum hominibus: vt vidimus ſect. præcedenti verſus finem.

Quantum ad priorem partem, fauent eidem 2. *Durandus*
ſententiæ quidam ex antiquis ſcholaſticis. Durand.enim 2.diſt.27.quæſt.2.num.15.dicit,*promiſſionem diuinam in Scripturis non ſonare aliquam obligationem,ſed inſinuare meram diſpoſitionem diuinæ liberalitatis.* Gregor.lib.1. ſent. diſt.17. q.1. art. 2. longe poſt med. poſt conc.2.in 2. principali probatione,& iterum, reſpondens ad 4. argum. Aureoli, exiſtimat non eſſe debitam coronam iuſtitiæ,ſed tantum ex gratuita ordinatione Dei. Quapropter videtur negare promiſſionem propriè dictam, & accedere ad ſententiam Durandi.Colligitur idem ex Marſilio lib.2. ſentent. quæſt.18. art.4. col. vltima, dum reſpondet ad primam obiectionem,& circa finem quæſtionis, dum reſpondet ad quintam rationem principalem, quoniam abſolutè negat, debitorem eſſe Deum,vel aliter acceptaſſe merita, quam per liberam diſpoſitionem dandi.

Minus conſequenter Maior lib.2.diſtinct.27. 3.
quæſt. vnica ſub init. exiſtimat, Deum non eſſe debitorem, ſed poſſe negare gloriam bonis operibus;& tamen prope med.& iterum prope finem concedit pactum promittentis Dei, & meritum de condigno.Ricardus 2.diſt.27.art.2.q 3.in poſteriori ſolutione ad 3.videtur inclinare magis ad negandum debitum ex promiſſo. Scotus autem in 4.diſt.46. prope finem ſimpliciter & vniuerſaliter negat,Deum eſſe debitorem,quamuis non exprimat,etiam ſuppoſita promiſſione.

Fauet etiam S.Bonauent.2.diſt.27. art.2.q.3. 4. *Bonauentur.*
corpore ante med. & poſt med. & in ſolutione argument. quatenus dicit, Deum *quodammodo obligari* ratione promiſſionis dandi gloriam diligentibus ſe. Quocirca videtur obligationem ſimpliciter negare. *Vnde ſequitur, quam appellat promiſſionem, non eſſe ſimpliciter promiſſionem.* Colligi prætereà poteſt ex D.Thoma, quoniam 1.2. tota quæſt. 114. tractans de merito bonorum operum ſolam Dei ordinationem & operationem, ſeu motionem commemorat, nulla facta mentione promiſſionis ibi nec alibi diſputans de meritò,quod ſciam.

Primum argumentum,quo ſuam ſententiam 5. *Prædictæ opinionis probatio 1.*
probare conatur Suarez, inde ſumitur,quoniam aſſertio ſimplex ſola ſufficit, vt id, quod Deus aſſerit infallibiliter eueniat,cum procedat ex certiſſima præſcientia futurorum: ergo nihil opus eſt vlteriori promiſſione. Confirmatur quoniam *Confirmatio.* immutabilis eſt voluntas Dei,proptereáque non indiget

Google

indiget alia promiſſione, qua veluti confirmetur, & ſtabiliatur in eo quod ſemel decreuit, & hominibus per ſimplicem aſſertionem reuelauit.

6. *Probatio 2.* Secundum argumentum accipit ex modo loquendi Scripturæ: nam, licèt in variis locis mentionem faciat diuinarum promiſſionum ſub hac appellatione; tamen vbi referuntur ipſæ promiſſiones, prout à Deo funt, non ſunt verba promiſſiua, ſed aſſertoria: vt *Geneſ. 22.* Geneſ. 12. & 22. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* *2. Reg. 7.* Et 2. Reg. 7. *Suſcitabo ſemen tuum poſt te.* *Pſal. 131.* Et Pſalm. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

7. *Probatur 3.* Tertium argumentum: nam inter homines etiam ſimplex aſſertio iuramento confirmata inducit obligationem, teſte D. Thoma 2. 2. quæſt. 89. artic. 7. ad 1. Sed ſimplex Dei aſſertio æquiualet aſſertioni iuratæ: ergo inducit obligationem, ac ſubinde non eſt opus alia promiſſione. Minor probatur, quia ſimplex aſſertio poſita 2. *2. Reg. 7.* Reg. 7. *Suſcitabo ſemen tuum poſt te*, per modum *Pſal. 131.* iuramenti refertur Pſalm. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eam: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

8. Confirmatur primò, quia per iuramentum non alia firmitas additur aſſertioni ſimplici, quam ea, quæ prouenit ex diuino teſtimonio: ſed quælibet aſſertio ſimplex Dei eſt veriſſimè diuinum teſtimonium: ergo quælibet ſimplex aſſertio Dei æquiualet aſſertioni iuratæ, tantam habens firmitatem & certitudinem, quantam *Confirmatio 2.* aſſertio iurata. Confirmatur ſecundò, quia non additur firmitas & certitudo, quando non additur authoritas teſtificantis. Sed per Dei iuramentum non additur authoritas teſtificantis, *Hebr. 6.* cum fuerit vnus & idem. *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum.* Confirmari tertiò poteſt, quoniam Deus propriè loquendo non iurat, vt oſtendimus præcedent. diſp. 55. ſect. 4.

9. Quartum argumentum. Quod enim eſt prorſus immutabile non poteſt immutabilius fieri; ſed ſimplex aſſertio Dei, ſimpléxque propoſitum eſt prorſus immutabile: ergo non poteſt immutabilius fieri per promiſſionem; ac proinde non eſt capax promiſſionis. Antecedens probatur, quia Deus in ſuis attributis augmentum recipere nequit: eſt autem immutabilitas Dei attribu- *Confirmatio.* tum. Confirmatur à ſimili: nam de Chriſto Domino, prout homo viator erat, S. Thomas 2. 2. quæſt. 88. artic. 4. ad 3. docet, nihil vouiſſe, quia habebat voluntatem firmam in bono: eadem autem eſt ratio de voto, & de quacunque promiſſione, ſi firmitas eadem in operatione ſupponatur: ergo à fortiori diuina voluntas non indiget promiſſione, quæ ſuperaddatur propoſito, & ſimplici aſſertioni.

10. Quintum argumentum. Promiſſio voluntariam legem imponit promittenti: lex autem repugnat diuinæ voluntati, quia finis legis eſt determinare, & obligare voluntatem: hanc verò determinationem & obligationem Deus habet ex immutabilitate naturali, ſuppoſito libero decreto.

11. *Concluſio. Promiſſio Dei non eſt idem quod ſimplex aſſertio.* Nihilominus eſt dicendum, vltra ſimplicem aſſertionem & prædictionem præſtandi beneficium, aliquam aliam eſſe formalitatem, & vim diuinæ promiſſionis, & pacti, & alium effectum præſtare. Hæc eſſe videtur indubitata ſententia Scholaſticorum, qui promiſſionem, aut pactum Dei proferunt ad confirmandum meritum de condigno. Sic Bonauentur. 2. ſentent. diſt. 27. art. 2. quæſt. 3. corp. ante med. ait: *In Deo quædam cadit obligatio, non ex neceſſitate, ſed ſua mera benignitate; quia voluit promittere, & pactum firmare cum iis, qui eum diligunt*, &c. *Bonauentur.* Magis apertè Carthuſianus 2. ſentent. diſtinct. 27. quæſt. 2. dum acriter impugnat Durandum, ac præcipuè prope finem quæſtionis docet Deum non aſſerendo tantum, ſed etiam promittendo & iurando beatifica dona denunciaſſe, proptereáque debitorem eſſe.

Argentina in eadem diſt. 27. quæſt. vnica art. 4. poſt med. refutato Durando, dicit, Deum eſſe debitorem ex promiſſione. Similiter Gabriel 2. diſt. 27. quæſt. vnica artic. 2. probans concluſionem 1. & iterum obiectionē ſoluens ante conc. 1. ex profeſſo tradit quod Deus ex libera voluntate nobis promittendo, ſe facit noſtrum debitorem. Ricardus 2. diſt. 27. art. 2. quæſt. 3. ſolut. ad 3. fatetur, poſſe dici, Deum eſſe debitorem ex promiſſo; ſed in 4. diſt. 46. artic. 1. fine abſque dubitatione ſimpliciter affirmat, eſſe Deum debitorem ex promiſſo, quia vult. Denique S. Thomas, licet ſcholaſticè diſputans de merito nihil meminerit promiſſionis: attamen in commentariis ad epiſtolas Pauli, & cæteras Canonicas, in Dei promiſſionem multoties incurrens, nunquam eam exponit per metaphoram, aut improprietatem, ſed ſupponit, eam intelligendam eſſe, vt ſonat. Id quod videre licet Roman. 1. & 4. & 9. & 15. & Hebr. 6. & 10. & in aliis epiſtolis.

Probatur primò teſtimonio Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 24. in medio dicentis: *Sic autem Deus non omnia promiſit, quæ prædixit: quamuis prædixerit omnia, quæ promiſit: ſicut non omnia prædeſtinauit, quæ præſciuit, quamuis omnia prædeſtinata præſciuerit.* Vnde in fine concludit: *Iuſtificandis ergo, atque glorificandis prædeſtinatum miſericordiæ ſuæ opus prædixit pariter & promiſit: iniquis autem prædeſtinatum iuſtitiæ ſuæ opus prædixit tantummodo, non promiſit.* Huius verò diſcriminis rationem reddit init. ſequentis cap. 25. his verbis: *Promiſſionem dici non poſſe, niſi cum aliquid ad hoc prædicitur faciendum, vt poſſit ei, cui promittitur, prodeſſe iam factum: & promiſſum ſemper eſſe doni, non ſemper eſſe iudicij: cum promiſſi largitas ſemper lætificet, iudicij verò ſeueritas aliquando contriſtet.* Et ſequenti contextu iterum atque iterum eandem doctrinam repetit. 12. *Fulgentius.*

Probatur ſecundò, quia ſimplex Dei aſſertio, 13. meráque prædictio non conſtituit obligatas, *Simplex aſſertio, & prædictio mera non obligat res prædictas.* ac propriè debitas eas res, quæ prædicuntur: ſed diuina promiſſio conſtituit obligatas ac debitas propriè res, quæ promittuntur: ergo diuina promiſſio non eſt mera prædictio, nec ſimplex aſſertio Dei. Minor probata manet ſect. 3. 5. & 6. Maior verò probatur, quia nec ex generali ratione ſimplicis aſſertionis & prædictionis, nec ex peculiari ratione, ſecundum quod eſt aſſertio, prædictióque diuina conuenit illi conſtituere obligatas ac debitas res, quæ promittuntur. Quod attinet ad rationem generalem ſimplicis aſſertionis & promiſſionis, conſtat in aſſertionibus hominum; quæ nullam in futurum obligationem, aut debitum inducunt, nec in perſonam, quæ loquitur, nec in res, quas prædicit.

Quod

14 Quod autem ex peculiari ratione diuinæ prædictionis & aſſertionis ſimplicis non conueniat illi conſtituere nbligatas ac debitas res, quæ prædicuntur, probatur, quoniam ex hoc capite ſolum babet immutabilitatem, & naturalem neceſſitatem, ratione cuius contradictionem inuoluit Deum non facere, quod prædixit, quoniam eius volitio eſt æterna, & ſemper eadem, & eius præſcientia tanquam præſens ab æterno intuebatur, quidquid in tempore facturus erat. Hæc autem neceſſitas Deo naturalis, & impoſſibilitas oppoſiti non conſtituit formaliter res debitas hominibus, etiamſi ordinentur ad eorum vtilitatem, vt dicere cœpimus ſect. præce. prope finem.

15. Confirmatur primò, quoniam de prima gratia vocante & excitante ſimplicem aſſertionem, & prædictionem Dei, habemus in Sacris literis, ac peculiariter Apocalyp. 3. *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad eum*, &c. Nihilominus per illam non conſtituitur obligata & debita prima gratia vocationis & excitationis (quin potius iam in Theologia certum eſt, illam eſſe prorſus indebitam, nec poſſe cadere ſub aliquod meritum de condigno, ſiue de congruo, etiam remotiſſimo.) Ergo ſimplex aſſertio diuina non conſtituit hominibus obligaras ac debitas eas res, quæ prædicuntur.

Apocalyp. 3.

16. Confirmatur ſecundò, nam vbi nullum eſt meritum, nec remuneratio præmij, nulla eſt obligatio rerum, quæ prædicuntur; ac ſubinde nulla eſt promiſſio. Sed in multis prædictionibus & aſſertionibus diuinis nullum affertur meritum, nec remuneratio: igitur in eiſdem nulla eſt obligatio rerum, quæ prædicuntur, ac ſubinde nulla eſt promiſſio. Conſequens igitur eſt, vt mera prædictio, & ſimplex aſſertio non habeat vim promiſſionis. Minor probatur quamplurimis prædictionibus & aſſertionibus Scripturæ, quæ nec ſunt remuneratoriæ, nec comminatoriæ; nam de comminatoriis peculiariter dicendum erit ſtatim. Primum exemplum accipe Daniel. cap. 2. verſ. 39. *Poſt te conſurget regnum aliud minus te argenteum, & regnum tertium aliud æreum.* & quæ ſequuntur de futura ſucceſſione regnorum. In quibus prædictionibus nulla comminatio fiebat audienti Regi Nabuchodonoſor, nullàve remuneratio meriti alicuius; nec illæ ſucceſſiones regnorum cadere poterant ſub meritum; ac proinde nec Deus promittebat illi Regi, nec futuras res obligabat, quaſi debitas illi.

Daniel. 2.

17. Eodem modo demonſtrari poterit, prædictiones Dei per Ioſephum factas duobus eunuchis Pharaonis Geneſ. 40. & aliam inſigniorem, factam ipſi Pharaoni, de futura fertilitate, quam ſequeretur ſterilitas, non fuiſſe promiſſiones Dei, nec conſtituiſſe res illas obligatas, ac debitas Pharaoni, nec fuiſſe comminationes. Id etiam clarius oſtendi poteſt in illa prædictione Matth. 2. *Fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Hæc futura crudelitas Herodis nec præmium eſſe poterat, nec pœna Ioſephi; proinde nec erat comminatio, nec promiſſio, ſed mera prædictio. Quis enim dixerit, Innocentum ſtragem fuiſſe debitam & obligatam Ioſepho per talem prædictionem. Huiuſmodi multa reperies in vtroque teſtamento.

Matth. 2.

Tertiò probatur, quia diuinæ comminationes ſunt prædictiones & aſſertiones futurarum pœnarum: & tamen non ſunt promiſſiones, quæ rebus prædictis obligationem, ac debitum imponant: quamuis in eis vigeat illa ratio diuinæ præſcientiæ, atque immutabilitatis, quæ Deo naturalem neceſſitatem imponit explendi, quod prædixit, eo modo, quo prædixit (ſiue dependenter à conditione futura liberè, ſiue abſolutè, atque independenter ab illa.) ergo mera prædictio & ſimplex aſſertio beneficiorum non habet vim promiſſionis, quæ beneficiis prænuntiantis obligationem ac debitum imponat. Nec enim eſt maior ratio prædictionis vnius, quam alterius, quantum ad vim obligandi. 18.

Confirmatur primò, quoniam promiſſio nullam obligationẽ, aut debitum inducit, niſi acceptetur ab illo, cui fit promiſſio. Contra verò comminatio, qualemcunque vim habeat obligandi comminatorem, totam exercet independenter ab acceptatione hominis, cui futura pœna prædicitur; imo illo etiam renuente, & contradicente vim obtinebit. Ergo pœnarum prædictiones, & aſſertiones ſimplices non ſunt promiſſiones, quæ rebus prædictis obligationem aut debitum imponant.

Confirmatio 1.

19. Confirmatur ſecundò. Nam illud diſcrimen comminationis à promiſſione, quatenus comminatio non eſt antecedentis voluntatis diuinæ, ſed conſequentis, ac ſupponentis cauſam ex culpa noſtra (quod aſſignatur à contraria ſententia) nihil attinet ad tollendam vim obligationis; ſi prædictio mera & ſimplex aſſertio Dei vim haber inducendi obligationem. Confirmatur tertiò, quia debitum & obligatio promiſſionis omnino ceſſat, ſi remittatur liberè ab illo, cui facta fuit promiſſio. Sed nulla obligatio nec debitum comminationis ceſſat, etiamſi liberè remittatur ab eo cui facta eſt comminatio: ergo in comminatione, ſeu aſſertione ſimplici futurarum pœnarum, nulla eſt obligatio promiſſionis propria: ſed tantum eſt naturalis neceſſitas immutabilitatis & præſcientiæ diuinæ.

Confirmatio 3.

20. Confirmatur quartò, quia non ſatisfacit, quod poſtremo reſpondet contraria ſententia, comminationem habere rationem promiſſionis reſpectu boni communis, ad quod deſtinatur, & conſtituere Deum debitorem. Hoc inquam non ſatisfacit: tum quia nullus eſt, qui totius communitatis nomine promiſſionem iſtam acceptet, & acceptione deficiente fruſtra datur promiſſio; nullúmque ſortitur effectum obligandi. Tum præcipuè quoniam ad bonum commune non expediebat hunc hominem potius, quàm illum puniri, ſi fuerit ille magis aut ſaltem æqualiter pœna dignus. Comminationes autem non ratò factæ ſunt particularibus perſonis (ſicut Heli ſacerdoti facta eſt comminatio temporalis pœnæ; cum tamen plurimi ſacerdotes offendant grauius aduerſus Euchariſtiæ ſacrificium.) Ergo tales comminationes reſpectu boni communis non inducunt aliam obligationem aut debitum, præter eam præciſè, quam aſſertio comminatoria haber ex præſcientia & immutabilitate diuini decreti.

21. Confirmatur quintò, quia ſi per impoſſibile Deus omitteret pœnam, quam huic homini comminatus abſolutè prædixit eſſe futuram, & æqualem pœnam eum æquali fructu boni

communis

communis inferret alteri homini, cui non fuiſſet comminata nec prædicta: tunc Deus nihil ageret contra fidelitatem promiſſionis in ordine ad bonum commune, ſed tantum ageret contra ſuam præſcientiam & immutabilitatem: ergo in illa prædictione comminatoria non erat vis promiſſionis inducentis obligationem fidelitatis. Antecedens probatur, quoniam communi bono nihil amplius prodeſt, hunc hominem potius, quàm illum puniri: ſi paria ſint vtriuſque ſcelera, nec impar ſit eorum pœna.

22. Quartò probatur, quia propriè dicuntur in Dei verbis pactum vel fœdus, ſiue contractus oneroſus, *do, vt des: facio, vt facias*. ſicut oſtendimus ſect. 1. At huiuſmodi contractus eſſentialiter eſt mutuus, ita vt ex vtraque parte vel res promiſſæ obligentur, vel perſona promittens, & alioqui deficiet eſſentia contractus mutui & pacti, vt conſtat ex dictis ſect. 1. Pactum verò, ſiue contractus oneroſus non poteſt res obligare, niſi contrahens habeat intentionem obligandi res illas, & eam intentionem exterius ſignificet (vt conſtat conſenſu Theologorum, & Iuriſtarum.) Hanc autem intentionem obligandi non ſignificat ſimplex aſſertio præciſè vt ſimplex aſſertio, niſi prout multoties verba de futuro indicatiui *dabo, faciam*, ſumuntur pro verbis *ſpondeo*, vel *promitto* daturum, vel facturum, vt ſect. ſequenti dicemus ad 2.

Pactum non obligat abſque intentione cõtrahentis.

23. Confirmatur, quia diuinum pactum ſupernaturalia iuſtorum opera conſtituit in vltima ratione meriti condigni: præmium autem illorum conſtituit in ratione brauij, coronæ, ſtipendij, mercedis, remunerationis, ac retributionis reddendæ (prout oſtendimus ſect. 3.) ſed mera prædictio & ſimplex aſſertio non conſtituit iuſtorum opera meritoria de condigno, nec præmio tribuit cæteras formalitates brauij, coronæ, &c. Iſtæ namque formalitates non tribuuntur niſi per intentionem directam, & exterioribus ſignis declaratam. Ergo mera prædictio, & ſimplex aſſertio, præciſè vt talis accepta, non eſt promiſſio diuina.

SECTIO VIII.

Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ poſita ſub initium ſect. præcedentis.

1. *Ad primum.* AD primum. Conſequentia negatur, quia promiſſionis & pacti fructus non eſt ſola infallibilitas futuri beneficij, ſed magis peculiaris & quaſi ſpecificus effectus promiſſionis, quo diſtinguitur ab aſſertione ſimplici, eſt tribuere formalitates meriti & iuris perſonæ laboranti, & formalitates præmij, brauij, coronæ, mercedis & retributionis rebus, quæ ſpondentur pro laboribus, vt præcedent. ſect. probatum eſt. Ad confirmat. ſimiliter reſpondetur, ad inuiolabilem ſtabilitatem decreti ſignificandam, ſufficere ſimplicem aſſertionem; ſed non ſufficit, vt operibus meritum, & gratiæ, gloriæque tribuat obligationem ac debitum mercedis & coronæ.

2. Ad 2. argumentum reſpond. verba futuri indicatiui modi iuxta communem omnium hominum intelligentiam, ſunt indifferentia, vt ſignificent ſimplicem enunciationem euentus futuri, vel ſignificent promiſſionem, ſtipulationem, aut pactum. Ex antecedentibus autem & conſequentibus, & ex circunſtantiis negotij, quod tractatur, indifferentia iſta determinatur ad vnam vel alteram ſignificationem. Probatur, nam Inſtit. de verborum obligat. §. 1. *Olim*, ait, *talia verba tradita fuerunt: Spondes? Spondeo. Promittis? promitto. Dabis? Dabo.* & ff. de verborum obligat. leg. 2. *Si quis ita interroget: Dabis? & reſpondeait: Quidni? Et is vtique in ea cauſa eſt, vt obligetur.* & leg. 3. *Si illud factum fuerit, dabo.* Et in aliis legibus Iureconſulti ſimilibus verbis vtuntur, per futurum indicatiui ſignificando promiſſionem.

Verba futuri indicatiui indifferentia.

3. Confirmatur inprimis à ſimili, nam ſecunda perſona eiuſdem modi & temporis ſignificatur multoties obligatio, quam imponit præcipiens, quamuis frequentius non ſignificent, niſi meram aſſertionem futuri euentus: vt conſtat toto cap. 20. Exodi, veluti cum ait: *Non habebis Deos alienos: non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, non occides, non mœchaberis*, &c. confirmatur ſecundò, nam etiam in ſacris literis verba futuri temporis promiſſionem ſignificant, vt Matth. 20. *Quod iuſtum fuerit dabo vobis.* Ioan. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre.* Quæ tamen verba fuiſſe promiſſoria, conſtat ex aliis locis, quibus expreſsè dicitur, Spiritum ſanctum fuiſſe promiſſum, quæ retulimus ſupra ſect. 5. obiect. 2.

Exod. 20. Matth. 20. Ioan. 15.

4. Ad tertium reſpondetur ex dictis. Verba, quæ videntur eſſe ſimplicis aſſertionis, ſi iuramento confirmentur, determinantur ad ſignificandam voluntatem obligandi ad expletionem futuri actus, quod ipſum eſt ſignificare promiſſionem. Qua ſignificatione ſublata, non dubito, quin obligatio nulla ſequatur ex adiuncto iuramento. Quod inde manifeſtatur, quia ſi dixeris: *Dabo*, ſimúlque præmonueris eum, cuius intereſt, tibi non eſſe animum te obligandi per verba & iuramentum ad dandum, ſed tuo iuramento ſolummodo confirmare veritatem aſſertionis, qua dicis, tibi præſens eſſe propoſitum dandi, ſed non eſſe voluntatem te obligandi: atque dicis, te daturum eſſe, quantum eſt ex vi præſentis propoſiti mutabilis; hoc ſuppoſito, quamuis adiungas iuramentum poſt verbum *dabo*, non manebis obligatus ad dandum. Ergo iurans, ſe daturum, non alia ratione obligatur, niſi quia iuramentum oſtendit, illa verba proceſſiſſe ex intentione ſignificandi obligationem & abſolutam certitudinem futuritionis, vel ſaltem ob reuerentiam iuramenti præſumitur in dubio ex illa intentione proceſſiſſe: ad quod reſpexiſſe videtur S. Thomas & alij tractantes de obligatione propria iuramenti.

Aſſertio ſimplex iuramẽto confirmata voluntatem obligandi ſignificat.

Iuramentum aliquando obligationem non inducit.

5. Hinc conſtat ſolutio primæ confirmationis, negando Maiorem. Aliâ quippe firmitas additur, qua ratione verba, quæ poterant ſolummodo ſignificare ſimplicem aſſertionem, per iuramentum determinantur, vt ſignificent etiam voluntatem ſe obligandi, quod eſt ſignificare promiſſionem. Ad ſecundam confirmationem Maior negatur propter eandem rationem. Ad tertiam confirmationem reſpondetur. Licet Deus propriè non iuret, attamen verba, quæ iuramentum ſonant, vim habent determinandi diuinam aſſertionem, vt ſignificet voluntatem obligandi res promiſſas, & ineundi pactum cum hominibus. Quam vim ex Apoſtolo Hebr. 6. notauimus in eadem diſp. 55. ſect. 4.

Verba iuramenti Dei aſſertionem determinant ad ſignificandã obligationem.

6. Ad quartum, priori diſcurſu conceſſo, ſecunda conſequentia negatur. Promiſſio namque non additur ad augendam firmitatem ſolummodo;

Quare Deus promiſſione vtatur.

ſed præterea tequiritur ad tribuendum operibus mrritum, & trihuendam formalitatem præmij, mercedis, coronæ, & ſtipendij, quod hominibus debeatur, quam formalitatem ſine promiſſione Dei gratia, ſiue gloria non haberet.

7. Ad confirmationem reſpond. Chriſto D. non erat opus promiſſione, ſeu voto ad eum finem, vt ſe ipſum & ſuas operationes conſtitueret debitas & obligatas Deo, tanquam remunerationem beneficiorum Dei: & conſtitueret Dei beneficia meritoria ſuorum operum, itavt opera *Chriſti opera num opus ſit confirmare voto.* Chriſti D. forent merces, corona, & præmium redditum Deo pro meritis ipſius Dei. Hoc enim manifeſtam abſurditatem præ ſe fert. Quo ſuppoſito, promiſſio nullum alium fructum habere poterat in Chriſto D. niſi confirmare voluntatem in bono. Cum autem hæc firmitas altiori modo tribueretur per vnionem hypoſtaticam, & viſionem beatificam: nihil opus erat voto. Diuinis autem prædictionibus ſuperadditur promiſſio, non ad effectum firmitatis, ſed ad effectum tribuendi prædictas formalitates iuris & meriti, atque obligationis & mercedis debitæ.

8. Ad quintum reſpond. Promiſſio volontariam legem imponit promittenti, quando promittens vult ſe ipſum obligare: cæterum quando promittens vult obligare res promiſſas, non obligando ſe ipſum; tunc promiſſio non promittenti, ſed tantùm rebus promiſſis legem imponit. Hoc autem modo Deum promittere, probatum eſt ſupra ſect. 5. & ſequentibus.

DISPVTATIO LVII.

Vtrùm legalis atque gubernatrix iuſtitia propriè dicta reperiatur in Deo.

SECTIO I.

Generales iuſtitiæ definitiones & explicatio iuſtitiæ legalis.

1. AD explicandam iuſtitiam, quæ Deo propriè conuenit, ſupponendum eſt primò, iuſtitiam apud omnes Theologos & Philoſophos eſſentialiter afferre *Iuſtitia æqualitatem affert.* quandam æqualitatem & conformitatem cum obligatione ſeu debito cuiuſque. Huc ſpectant variæ definitiones iuſtitiæ. Prima ſit, quam tra- *Ariſtoteles.* dit Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 1. non longe à principio: *Videmus*, inquit, *omnes talem habitum dicere iuſtitiam, quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas, & quo iuſta agunt, & volunt iuſta.* Sed hæc eſt nimiom indifferens definitio, quæ poſtea in eodem & ſequenti capite reſtringitur ad legitimam æquitatem alteri ſeruandam.

2. Auguſtinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 13. ſub init. *Iam*, inquit, *iuſtitiam quid dicam eſſe, niſi virtutem, qua ſua cuique tribuuntur?* Similiter lib. 19. de ciuitate cap. 21. prope med. *Iuſtitia ea virtus eſt, qua ſua cuique tribuit.* & lib. 83. quæſt. q. 31. ſub init. *Iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate conſeruata ſuam cuique tribuens dignitatem.* *Nyſſenus.* Gregorius Nyſſenus orat. Catechetica cap. 26. ſub init. *Iuſti eſt pro meritis vnicuique tribuere.* Et paulo inferius: *Iuſtitia eſt proprium vnicuique illa tribuere, cuius principia & cauſas prius iecerat.* Ad *Nazianz.* eandem æqualitatem ſpectat, quod Nazianzenus ſcribit iambico 15. inter principium & medium: *Iuſtitia eſt non plus cæteris requirere.* Iſido- *Iſidorus.* rus Hiſpalenſis lib. 2. Etymolog. cap. 24. prope med. cum Socrate definit, iuſtitiam eſſe, *qua, rectè iudicando, ſua cuique diſtribuuntur.* Celebrior eſt definitio, quam tradit Vlpianus ff. de iuſt. & iure: *Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi.*

Secundò ſuppono, iuſtitiam multoties tam in 3. ſacris literis, quàm in libris Theologorum, & *Iuſtitiæ vſurpatio ampla.* Philoſophorum, vſurpari tam ampla ſignificatione, vt comprehendat omnem virtutem ſub ea formalitate, qua ſe legibus conformat, quod eſt actum æqualem reddere legibus. Quæ propterea vocatur iuſtitia legalis. De hac Ariſtote- *Ariſtoteles.* les lib. 5. Ethicor. cap. 1. prope med. *Videtur*, inquit, *iniuſtus eſſe, & qui à legibus exorbitat, & qui plus capit, atque iniquus. Quare patet & iuſtum eſſe eum, qui legitimè facit, & eum qui æquus eſt. Iuſtum ergo eſt, quod eſt legitimum, & quod eſt æquum.* Quod paulò inferius exponit clarius, inferens, *omnia legitima eſſe quodammodò iuſta. Ea namque, quæ à facultate ferendarum legum ſunt definita, legitima ſunt, & horum vnumquodque iuſtum dicimus eſſe. Ipſa autem leges de omnibus dictant.* Quod ſigillatim ad fortitudinem, temperantiam, & alias virtutes applicat. Propterea vulgare prouerbium approbat.

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

Vnde concludit tandem: *Hæc igitur iuſtitia non pars virtutis, ſed tota eſt virtus.*

Eandem doctrinam ſequitur S. Thomas 2. 2. 4. quæſt. 58. art. 5. & 6. corp. fine, magis explicans peculiarem formalitatem, per quam omnis virtus conſtituitur formaliter in ratione iuſtitiæ, videlicet, quatenus omnes homines, vt partes vnius communitatis quoſlibet actus virtutum referunt ad bonum commune, ad quod diriguntur leges, eos actus præcipientes. Sic enim Vlpianus ff. de Iuſtitia & iure, lege *Iuſtitia* ſub init. ait: *Legis præcepta ſunt hæc: honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.*

Sub hac generalitate iuſtitiam definiunt ali- 5. qui Patres, vt Anſelmus dialogo de veritate *Iuſtitiæ legalis definitiones.* cap. 13. poſt med. *Iuſtitia*, inquit, *eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata.* Singulas verò partes *Anſelm.* probat, & ad finem confirmat, quoniam *iuſti dicuntur aliquando recti corde*, id eſt, *recta voluntate: aliquando recti ſine adiectione cordis; quoniam nullus alius intelligitur rectus, niſi qui rectam habet voluntatem, vt eſt illud: Gloriamini omnes recti cor-* *Pſal. 31.* *de. & illud: videbunt recti, & lætabuntur.* Conſtat autem, genus æqualitatis eſſe rectitudinem, quoniam adæquatur regulæ rectæ rationis. Propterea Pſalm. 18. dicuntur *iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda.* *Pſal. 18.*

Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate cap. 21. poſt 6. med. & cap. 27. poſt med. *In vnoquoque iuſtitia eſt*, inquit, *vt obedienti Deus homini, animus corpori, ratio autem vitijs, etiam repugnantibus, imperet, vel ſubigendo, vel reſiſtendo.* Rurſus ſerm. 59. de tempore propius ad med. quàm ad fin. *Iuſtitia non aliud eſt, quàm non peccare, non peccare autem legis præcepta ſeruare.*

Tertiò ſupponendum eſt, in ſacris literis fere 7. ſemper ſub eadem amplitudine iuſtitiam accipi, *In ſacris literis ſub hac amplitudine iuſtitia accipitur.* quemadmodum Roman. 2. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Et ſequenti cap. 3. *Sine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege, & Prophetis. Iuſtitia* *Rom. 2. & 3. & 4.*
autem

autem Dei per fidem Ieſu Chriſti. & cap.4. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Sic etiam ad Galatas 2.& 3.iuſtitiam fidei præfert iuſtitiæ legis, & factorum: de qua etiam Chriſtus

Math.5. D. Matth.5. *Niſi abundauerit*, ait, *iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis*

Gen.6. & *in regnum cælorum.* Geneſ.6. *Noë vir iuſtus atque perfectus.* & cap.7. *Te enim vidi iuſtum coram me ex omnibus gentibus.* Inſignis eſt locus Ezech.33. circa med. verſ.12. & ſequentibus. Ideo Chriſtus Dominus per Antonomaſiam *iuſtus* vocatur Iſai.

Iſaiæ 53. 53. *Iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos.* &

Actor 7. Actor.7. *Qui prænuntiabant de aduentu iuſti.*

8. Quartò ſupponendum eſt, generalitatem iuſtitiæ dupliciter accipi: multoties enim in ea ponitur generalitas prædicationis, ita vt, ſicut virtus de quolibet ſpecie virtutis prædicatur, ita iuſtitia prædicetur de quolibet actu honeſto, prout eſt legi conformis ac deſtinatus ad bonum commune reipublicæ. Sic iuſtitiæ nomen accipitur quoties iuſtitias in plurali legimus. Veluti Deu-

Iuſtitia generalitas dupliciter accipitur.

Deut 4.&27. teron.4. *Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iuſtitias, ſicut mandauit mihi Dominus Deus.* & cap. 27. *Facies mandata atque iuſtitias, quas ego præcipio tibi.* Similis loquendi modus habetur Deuteron.33. v.21.& 2.Paralip.7.v.17. & Pſalm. 49. & 88.& alibi ſæpe.

9. Alia tamen eſt generalitas collectionis, ratione cuius iuſtitia complectitur omnes virtutes collectiuè ſumptas, prout earum plenitudine conſtituitur homo iuſtus: & qualibet earum deficiente, licet adſint reliquæ, ſimpliciter vocatur iniuſtus & iniquus, quia non adæquat obligatio-

Ambroſius. nem legis. Ambroſius de Abraham lib.2. cap.10. parum à principio: *Iuſtitia*, inquit, *ſola eſt, quæ virtutes omnes complectitur & commendat omnes.* De

Trident. hac Trident.ſeſſ.6. cap.7. ante med.decernit: *Vnica formalis cauſa iuſtificationis, eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit.* Et paulo inferius: *In ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem.* Conſtat autem, charitatem eſſe non poſſe ſi defecerit aliqua cæterarum virtutum, illius præceptum violando. Eodem modo de iuſtitia loquuntur communiter Patres.

10. Apertè deducitur ex multis locis Scripturæ, clarius autem ex illis, in quibus, enumeratis variis generibus virtutum, præceptorum generalis obſeruatio ponitur, vt omnium collectione con-

Ezech 18. ſtituatur iuſtus. Quemadmodum Ezechiel. 18. *Vir, ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſraël: & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento: ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt.*

11. Poſtremò dubitabit aliquis, quomodo legalis iuſtitia diſtinguatur ab obedientia, cum vtraque cuiuſlibet legis ad impletionem. Reſpondetur autem, differre, quoniam obedientia ſolam honeſtatem perſonalem obedientis independenter à bono communi reſpicit tanquam obiectum formalè. Sed iuſtitia legalis reſpicit commune

Obedientia, & virtutem differentia.

Ruiz. de Voluntate Dei.

bonum totius reipublicæ, & eam honeſtatem habet pro obiecto formali, quatenus cuiuſlibet virtutis actus, & cuiuſlibet legis obſeruatio prodeſt communi bono. Eadem formalitate legalis iuſtitia diſtinguitur à virtute, dicente Philoſopho lib.5. Ethic. cap.1. fine. *Quid autem intereſt inter* Ariſtoteles.
hanc iuſtitiam, & virtutem, ex iis, quæ diximus, innoteſcit. Sunt enim idem: eſſe autem non eſt idem. Sed quo quidem eſt ad alium, eſt iuſtitia: quo verò talis eſt habitus ſimpliciter, virtus. & lib.3. Politic. cap.3. notat, non eandem eſſe virtutem boni ciuis, & boni viri.

SECTIO II.

Legalem iuſtitiam Deo, ſublatis imperfectionibus conuenire.

LEgalem iuſtitiam in Deo non admittunt ali- 1.
qui Doctores, vt Argentina 4.diſt.46.q.vnica *Prima ſen-*
art.1.ſub init. Vbi Baſſoles q.vnica & art.1. Sua- *tentia.*
rez opuſculo de iuſtitia Dei ſect.4.num.8. Peſantius 1.p.q.21. art.1. diſp.vnica conc.2. Quorum fundamentum referemus ante aſſertionem tertiam. Vix enim amplius, quàm modo loquendi
citati Doctores à veritate recedunt. Melius verò loquuntur authores, qui fatentur legalem iuſtitiam Deo conuenire. Ita Scot.4.diſt.46 q.1. §. *De primo videndum.* Sotus lib.3. de Iuſtit. & iure q.5. art.4. ad 1. prope finem, Rebellus lib.1. de iuſtit. quæſt.4. ſect.4. Lorca 1.2. diſput.44. de gratia §. *Hac ergo ratione.* Nauarret.1.p.q.21. art.1. controuer.28. §.6.

Vera ſententia.

Fidei fundamentum ad ſequentes aſſertiones 2.
præmittimus. Eſt enim indubitabile, Deum eſſe iuſtum, & illi conuenire iuſtitiam, ſaltem in aliquo ſenſu. Clamant enim hoc vbique literæ ſacræ: veluti Deuteron. 32. *Deus iuſtus & rectus.* Deut.32.
Pſalm.10. *Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.* Pſalm.111. *Miſericors, miſerator, & iuſtus.* & Pſalm. 118. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.*

Pſal. 10. Pſal 111. & 118.

Quo ſuppoſito, ex dictis in præcedenti ſectio- 3.
ne infero & Dico primò. Iuſtitiam legalem, quæ generalis eſt virtus, probabilius oſtenditur Deo conuenire, quàm aliam iuſtitiam, ſpecialiter dictam. Quoniam omnium virtutum honeſtates, quæ nullam includunt imperfectionem, reperiuntur in intellectu & voluntate diuina, ſiue conſiderentur ſingulæ diuiſiuè, ſiue colligantur omnes in vnam plenitudinem honeſtatis, cum qua quælibet iniquitas contradictionem inuoluat. De

Dico primò. Legalis iuſtitia Deo conuenit.

hac Pſalm.144. *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Et ex Pſal.50. Pſal.144.
Roman.3. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat,* &c. Rom.3.

Sic accepta iuſtitia miſericordiam etiam includit, & omnia attributa diuina. Præterea Baruch 2. dicitur: *Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſtitiam Domino.* Pſalm.30. *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me,* &c. Conſtat idem ex Hieronymo paulo inferius referendo, & ex Auguſtino inchoata expoſitione epiſt. ad Roman. propius ad med. quàm ad finem, & Ambroſ. 2. Corinth. cap.9. poſt med.

Baruch 2. Pſal 30.

Ideo Anſelmus dialogo de verit. cap.10. poſt- 4.
quam probauerat, iuſtitiam eſſe rectitudinem Anſelmus.

 volun

voluntatis, propter ſe ſeruatam, prope finem capitis infert, in Deo *non inconuenienter dici rectitudinem voluntatis, aut voluntariam rectitudinem, ſeu rectam voluntatem. Si verò illam rectitudinem dicimus propter ſe ſeruari, de nulla alia rectitudine tam conuenienter dici poſſe videtur. Sicut enim non aliud illam, ſed ipſa ſe ſeruat: nec per aliud, ſed per ſe: & ita non propter aliud, ſed propter ſe. Indubitanter itaque poſſumus dicere, quia iuſtitia eſt rectitudo voluntatis, quæ rectitudo propter ſe ſeruatur.*

6. *Altioris ordinis diuina iuſtitia.* Dico ſecundò. Altioris eſt ordinis diuina iuſtitia, infinito interuallo ſuperans cuiuslibet creaturæ iuſtitiam & ſanctitatem, quæ propterea nulla reputetur comparatione Dei. Probatur primò
Pſal. 142. Pſalm. 142. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Hoc enim ſenſu verſus hic exponitur ab Hilario, Hieronym. Arnobio, Euthymio, & aliis expoſitoribus in commentariis, & D. Bernardo ſerm. 5. de verbis Iſaiæ. Nec multùm ab hoc inſtituto diſſidet Hieronymus in epiſtola ad Creſiphontem, & Gregorius in comment. illius Pſalmi.

7. Probatur ſecundò Iob 4. *Numquid homo, Dei*
Iob. 4. & 9. *comparatione, iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir?* & cap. 9. *Non iuſtificabitur homo compoſi-*
Auguſtinus. *tus Deo.* Quem locum tractans Auguſtinus lib. ad Oroſium contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas cap. 10. docet: *In comparatione iuſtitia Dei, ſi nec ſancti in cœlis, nec Angeli iuſti eſſe dicantur, non mihi videtur importuna ſententia.* Idem repetit cap. 25. *Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut*
Pſal. 142. *apparere mundus natus de muliere?* Pſalm. 142. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Sic Hie-
Hieronym. ronym. epiſtola ad Damaſc. propiùs ad finem, quàm ad med. *Hominum,* inquit, *omnium vniuerſa iuſtitia non eſt, Deo collata, iuſtitia.* Et adductis quibuſdam Scripturæ teſtimoniis, infert: *Ex quibus omnibus edocemur, Dei ſolius perfectam eſſe iuſtitiam, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos: dat pluuiam ſerotinam & matutinam, merentibus pariter & non merentibus.* Similia docet dialog. 1. aduerſus Pelag. propius ad med. quàm ad princ.

8. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 26. ait: *Humana iuſtitia, diuinæ iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in Solis radio poſita tenebratur.* & lib. vltimo cap. 1. *Omnia humana, quæ iuſta & pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ & pulchritudini comparata, nec iuſta, nec pulchra ſunt.* Ad eandem ſententiam pertinent, quæ ſcribit lib. 9. Moral. cap. 1. & 9. & 11. & 26. & 28. licet alias aliter numerentur. Ideo Baſilius homil. in Pſalm. 7.
Pſal. 7. ad illud, *Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam.* Exiſtimat humilitatem potius, quàm ſuperbiam præ ſe ferre. Bernard. ſerm. 61. in Cantic. in med. & ſermone 5. de verbis Iſaiæ, ponderans illud
Iſaiæ 64. Iſaiæ 64. *Omnes iuſtitia noſtra quaſi pannus men-*
Iſidorus. *ſtruata*, colligit inde diuinæ iuſtitiæ altitudinem ſupra iuſtitiam humanam. Iſidor. lib. 2. ſent. cap. 27. §. 3. ait: *Ad diſtricti examẽ Iudicis, nec iuſtitia iuſti ſecura eſt, niſi pietate diuina: vt & ipſa iuſtitia, qua quiſque iuſtus eſt, Deo iuſtificante, iuſtificetur. Alioqui apud Deum, & ipſa peccatum eſt.* Quod intellige quo ſenſu Gregorius nuper citatus aſſeruit, lucernam tenebrari comparatione Solis.

9. Sed obiiciunt authores initio citati pro prima
Obiectio. ſententia. Legalis iuſtitia quidditatiuè reſpicit legẽ, & eius conditorem, quaſi ſuperiorem, atque reſpicit ius communitatis, tanquam bonum altioris ordinis, & excellentius, vt poſtponat bonum proprium, ſicut bonum partis, propter bonum totius. Hæc omnia ſupponunt imperfectionem eius, qui ſubditur legibus. Ergo iuſtitia legalis Deo repugnat. Confirmatur, quia iuſtitia legalis aliquam obligationem importat; proptereáque Deo repugnare videtur.

Reſpondeo & dico tertiò. Præſcindi poteſt 10.
ab imperfectionibus creaturarum communis ratio iuſtitiæ legalis, quæ conueniat analogicè, *Dico tertiò.* Deo quidem primariò, creaturis autem ſecundariò, ſicut conuenit ſapientia, bonitas, & alia prædicata. Legalis ergo iuſtitia Dei, quam in præſenti tractamus, conſiſtit in eo formaliter, quod omnes eius volitiones, & operationes ad extra ſunt æquales, ſiue conformes dictamini rationis rectæ, ſapientiæ, prudentiæ, & artis: & conſequenter ſunt conformes diuinæ bonitati, & honeſtati obiectiuæ, quam res volitæ participant à Deo.

Conformitatem hanc nomine condecentiæ 11.
declarauit Anſelmus in proſolog. cap. 10. vbi pla- Anſelmus.
ne de generali, quam tractamus, iuſtitia Dei loquitur; ſiquidem in ea complectitur miſericordiam, dicens: *Cum punis malos iuſtum eſt: quia illorum meritis conuenit; cum verò parcis malis, iuſtum eſt: non quia illorum meritis, ſed quia bonitati tua condecens eſt. Nam parcendo malis, ita iuſtus es, ſecundum te & non ſecundum nos: ſicut miſericors es ſecundum nos, & non ſecundum te, quoniam ſaluando nos, quos iuſtè perderes, ſicut miſericors es, non quia tu ſentias affectum, ſed quia nos ſentimus effectum: ita iuſtus es, non quia nobis reddas debitum, ſed quia facis, quod decet te ſummè bonum.* Et ſequenti cap. 11. parum à princ. *Iuſtum igitur eſt ſecundum te, iuſte & benigne Deus, & cum punis, & cum parcis.* & poſt pauca: *Sic ergo naſcitur de iuſtitia tua miſericordia tua, quia iuſtum eſt, te ſic eſſe bonum, vt & parcendo ſit bonus: & hoc forſitan eſt, cur ſummè iuſtus poteſt velle bona malis.* De hac cohærentia & conſecutione miſericordiæ ex iuſtitia, dixerat fuſiùs toto cap. 9. Vnde referemus aliquid diſputat. 51. ſect. 2.

Dico quartò. Propter eandem rationem in 12.
prædicta iuſtitia legali reperitur æqualitas & adæquatio cum aliquo quaſi debito, quo Deus debet ſuæ ſapientiæ & bonitati. Nam in hoc genere debiti locuti ſunt Lactant. Proſper & Anſelmus ſupra diſp. 56. ſect. 3. probatione 3. fine, dicentes, *debere Deum* facere quod melius eſt. *In prædicta iuſtitia reperitur æqualitas.*

Dico quintò. Legalis iuſtitia Dei tanquam ob- 13.
iectum formale & primarium, reſpicit vniuerſa- *Formale, & materiale obiectum huius iuſtitiæ.*
liſſimum bonum, ac præſtantiſſimum, quod eſt ipſe: tanquam ſecundarium & materiale obiectum reſpicit vniuerſale bonum totius mundi, conſtantis ex omnibus creaturis, quod præponit particularibus bonis ſingularum creaturarum. Proptereáque multa non producit, alia corrumpit, alia permittit eſſe monſtroſa, manca, vel imperfecta: & quod maius eſt, permittit plurimorum ſcelera & æternam damnationem: vt ſeruiant vniuerſali bono communitatis.

Hactenus de iuſtitia legali Dei, prout omnes 14.
virtutes continet. Reſtat alia iuſtitia legalis, propria gubernatoris, quam explicabimus ſect. ſequenti.

SECTIO

SECTIO III.

Præſcindendo à promiſſione, bonis operibus, etiam naturalibus, præmia reddere, num ſit iuſtitia legalis.

1\. QVænam iuſtitia ſit, ſuppoſita promiſſione & pacto, reddere præmia gratiæ & gloriæ ſupernaturalibus operibus, tractandum erit diſp. ſequentibus. Nunc enim Deum conſideramus ſecundum ſuam naturam præciſè, perinde, ac ſi cunctos homines creauiſſet, vt potuit, in puris naturalibus, nihil præmij promittens. Pro cuius declaratione præmitto tertiam generalitatem, quæ conuenit iuſtitiæ legali, præter generalitatem prædicationis, & generalitatem collectionis, quas explicuimus ſect. præcedenti. Nam, vt expoſuit S. Thomas 2.2. quæſt. 58. art. 6. corp. legalis iuſtitia generalis eſt etiam poteſtate mouendi & imperandi virtutes aliorum hominum in ordine ad bonum commune. *Et ſic eſt in principe principaliter, & quaſi architectonicè, in ſubditis autem ſecundariè, & quaſi adminiſtratiuè.*

Iuſtitiæ legali generalitas tertia.

S. Thomas.

2\. De hac Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 1. verſus fin. *Complures*, inquit, *in proprijs quidem vti virtute poſſunt, ſed in ijs quæ ſunt ad alium, nequeunt. Et propterea ſententia Biantis illa bene ſe ſe habet: Magiſtratus virum oſtendet. Ad alium enim eſt, & in ſocietate iam ipſe magiſtratus conſiſtit. Ob id autem ipſum & alienum bonum ipſa iuſtitia ſola ex omnibus virtutibus & habetur, & eſt, cum ſit ad alium. Agit enim ea, quæ alij, vel principi, vel reipublicæ conferunt.*

Ariſtoteles.

3\. Dico igitur primò. Legalis & quaſi architectonica iuſtitia Dei cernitur in totius vniuerſi gubernatione ac prouidentia; maximè verò creaturarum intellectualium. De hac Sap. 11. *Omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuiſti.* Hæc autem eſſe iuſtitiæ propria, conſtat Iſaiæ 28. *Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura.* Peculiariter autem in hominum gubernatione iuſtitiam generalem, quæ miſericordiam & reliquas virtutes complectatur, obſeruare licet Sapient. 12. *Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt: & ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.* Pſalm. 88. *Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ.* Sedes autem ſignificat gubernandi poteſtatem, quæ iuſtas leges ferat: de quibus Pſalm. 118. *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.* & longe inferius: *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.* & iterum: *Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua.*

Legalis iuſtitia Dei in vniuerſi gubernatione.

Sapient. 11.

Iſaiæ 28.

Sapient. 12.

Pſalm. 88.

Pſalm. 118.

4\. Dico ſecundò. Duæ ſunt partes iſtius iuſtitiæ gubernatricis. Quarum altera gubernat omnia, quæ Deus operatur ad extra, præter liberas operationes creaturarum. Altera verò gubernat liberas operationes creaturarum: de qua tractabimus aſſertione ſequenti. Quod attinet ad primam partem, Dei iuſtitia legalis & gubernatiua conſiſtit in eo, quod omnibus rebus prouideat, iuxta naturam vniuſcuiuſque, tribuens, diſpoſitionum, potentiarum, inſtrumentorum & partium tantum, quantum vnaquæque requirit, & capax eſt. Id quod independenter à qualibet promiſſione Deus præſtat, propter intrinſecam propenſionem iuſtitiæ.

Gubernatricis iuſtitiæ partes duæ.

5\. De hac Dionyſius de diuinis nominib. cap. 8. à med. *Iuſtitia rurſum, ait, Deus laudatur, quod ſua cuique pro dignitate tribuat: quod modum, pulchritudinem, ordinem, ornatum, omnéſque diſtributiones, & ordines termino, qui verè æquiſſimus eſt, vnicuique definiat: & omnibus ſua cuique actionis auctor ſit. Diuina enim iuſtitia omnia diſponit, & determinat: omniáque non confuſa inter ſe, nec permixta cuſtodiens, vtiq; ſunt omnibus, quod cuique accommodatum eſt, tribuit, pro ea, quæ vnumquodque eorum, quæ ſunt, attingit dignitate.* Quod fuſius exponit vſque ad finem capitis. Atque vt videas per hanc etiam iuſtitiam ſeruari æqualitatem, quæ iuſtitiæ poſſit eſſe obiectum, perpende quod adiungit inferius propius ad finem, quàm ad medium eiuſdem capitis: *Omnia ſine inimicitijs & bello, ſuis quidque rationibus deſcripta, cuſtodit: omnémque inæqualitatem, & alienam actionem ex omnium finibus exterminat: & ſuum cuiuſque modum ita conſtituit, vt in contraria, neque mutari poſſint, neque transferri.* His alia conſonant, quæ ex eodem Dionyſio recipiunt Maximus & Gregor. Nyſſenus lib. 1. confutationum Eunomij, quos refert Cypariſſiotus decade 7. cap. 8. 9. & 10. nec non, quæ ex Clemente, Alexandro, Damaſceno, Hugone, & alijs retuli diſp. 9. ſect. 8. verſus finem, & quæ ex Clemente Romano retuli diſput. 53. ſect. 4. circa med.

Dionyſius.

Gubernatrix iuſtitia æqualitatem ſeruat.

Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 11. fine, de iuſtitia ſic loquitur: *Nec ſpecies ſolummodo, ſed tutela reputanda bonitatis; quia bonitas, niſi iuſtitia regatur, vt iuſta ſit, non erit bonitas, ſi iniuſta ſit.* & poſt pauca ſub initium capitis 12. *Illic conſiſtit bonum, vbi & iuſtum. A primordio denique Creator tam bonus, quàm & iuſtus. Pariter vtrumque proceſſit. Bonitas eius operata eſt mundum, iuſtitia modulata eſt. Quæ etiam tum mundum iudicauit ex bonis faciendum, quia cum bonitatis conſilio iudicauit. Iuſtitiæ opus eſt, quod inter lucem & tenebras ſeparatio pronunciata eſt inter diem & noctem, inter cœlum & terram, inter aquam ſuperiorem & inferiorem, inter maris cœtum & aridæ molem, inter luminaria maiora & minora, diurna, atque nocturna, inter marem & fœminam, inter arborem agnitionis, mortis, & vitæ, inter orbem & paradiſum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia vt bonitas concepit, ita iuſtitia diſtinxit.* Vides igitur in omnibus operibus Dei, etiam merè naturalibus interuenire iuſtitiam, quatenus vnum ab alio diſtinguendo, ſeruatur vnicuique ius proprium illæſum, ne alterius permixtione violetur, & ea inæqualitas ſequatur, quam nuper ex Dionyſio retulimus. Progreditur autem inferius magis hanc iuſtitiam exponere Tertullianus concludens aduerſus Marcionem, Dei iuſtitiam non cœpiſſe occaſione peccati, ſed ante peccatum exercuiſſe iudicia in rerum omnium creatione, & gubernatione. 6.

Athenagoras libro de Reſurrectione propius ad medium, quàm ad finem, docet, *quod oporteat eos, qui Deum admittunt vt conditorem huius vniuerſitatis, illius ipſius ſapientiæ & iuſtitiæ attribuere omnium rerum cuſtodiam & procurationem; ſi modo fundamento conſtituto, ac principijs ſemel admiſſis inhærere velint.* Auguſtinus libro de quantitate animæ cap. 33. explicans quartum gradum animæ in fine ait: *Dei iuſtitia factum eſt, vt non modo ſint omnia, ſed etiam ſic ſint, vt omnino melius eſſe non poſſint.* Ambroſius in Pſalm. 1. inter medium & finem, ponderans illud Iſaiæ 40. *Ecce gentes ſicut ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputata ſunt ei.* 7.

Auguſtin.

Iſaiæ 40.

Ambroſius. *Cognoſce*, ait, *per hanc ſtateram omnia Deum cum iuſtitia condidiſſe, & in ipſis gentibus ineſſe quiddam naturaliter in quo iuſtitia videretur vel exiguum eſſe momentum.*

8. Venio ad ſecundam & præcipuam partem legalis iuſtitiæ gubernatricis, indicatam in aſſertione præcedenti. Et dico tertiò. Altiot quædam decentia, participans aliquid moralis debiti rectæ gubernationis, inuenitur in reddendis præmiis & ſuppliciis, ſecundum vniuſcuiuſque opera, præſcindendo à qualibet promiſſione, & quolibet ſupernatutali concurſu, vel gratia. Probatur primò, nam vt S. Thomas docet 1. 2. q. 21. toto art. 3. & 4. & quæſt. 114. art. 10. opetibus moraliter bonis, per vires naturæ factis, meritum ineſt, aut demeritum apud Deum, ita vt illis tanquam merces, temporalia bona retribuantor. Quemadmodum obſtetricibus Ægyptiis Exod. 1.

Dico tertiò. Altior decentia aliquid debiti participans in reddendis præmijs.

Gregorius. de quibus Gregor. lib. 8. moral. cap. 2. poſt med. *Benignitatis*, inquit, *earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui: pro admiſſa culpa mendacij, in terrenam eſt recompenſationem declinata.* Obſerua recompenſationis vocem; ſignificat enim præmium ex iuſtitia debitum, aliquo ſaltem modo

Ezech. 29. iuſtitiæ. Colligitur idem ex verbis Ezechiel. 29. *Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum, ſeruitute magna aduerſus Tyrum, & merces non eſt reddita ei.* Poſtea verò ſubdit: *Erit merces exercitui illius, & dedi ei terram Ægypti pro eo quod laborauerit mihi.* Similia de Romanotum virtutibus, quibus mer-

Auguſtin. ces fuit imperium orbis, Auguſtinus docet lib. 5. de ciuitate cap. 12. & 13. Generaliter autem in libro 83. quæſtionum quæſt. 24. poſt med. ait: *Deus quouis homine optimo & iuſtiſſimo longe atque incomparabiliter melior & iuſtior eſt. Iuſtus autem regens & gubernans vniuerſa, nullam pœnam ſinit cuiquam immerito infligi, nullum præmium immerito dari.*

9. Probatur ſecundò multorum Patrum teſtimoniis, qui diſpotantes aduerſus Ethnicos, & alios infideles, negantes authoritatem Scripturarum, ex diuina iuſtitia probant, teddenda fuiſſe præmia vel ſupplicia ſecundum opera hominum: & inde colligunt immortalitatem animorum, & reſurrectionem, & alia quædam dogmata fidei. Quocirca iuſtitia, de qua prædicti Patres loquontur, eſt illa, quæ ſolo naturæ lumine demonſtrari poteſt: ac proinde nullam ſupponit liberam Dei promiſſionem, aut pactum, nullúmque ſupernaturalem concurſum, aut gratiam. Loquuntur ergo de moralibus virtutibus, elicitis per ſolas vires naturæ: quamuis non de illis ſolis, ſed ſub geoerali vocabulo velint etiam comprehendere virtutes ſupernaturales. Athe-

Athenagor. nagoras lib. de reſurrect. propius ad med. quàm ad fin. ait: *Iuſtitia ratio, ſecundum quam iudicauit Deus homines vel bona, vel mala vita, ex horum fine vires trahit.* Et poſt pauca: *Loquor autem de præmio, vel ſupplicio, quod pro meritis cuique hominum ex iuſto iudicio attribuetur.* Et longe inferius propius ad finem quàm ad modium: *Nefas*, inquit, *eſt ſuſpicari, ex Deo, & à Deo iudicium fieri, cui non adeſt iuſtitia: non adeſt autem iuſtitia quum non incolumis manſerit, & capax iudicij, qui iuſta, aut iniuſta fecit. Qui enim ſingula in vita egit de quibus iudicandum eſt, homo fuit, non anima ſola. Vt ſummatim dicam, eiuſmodi ratio nulla in parte iuſtitiam tuebitur. In recipiendis enim rerum præclare geſtarum præmijs iniuriam haud dubiè patietur corpus, eo quod particeps fuerit laborum in bonis rebus gerendis: nunc autem exors ſit honorum, qui virtuti repenſantur, ac cum venia ſæpius anima indulgeatur in quibuſdam delictis, reſpectu corporalis inopiæ & neceſſitatis, ipſum corpus excidat à communicatione præmiorum, pro quibus vna in vita labores ſuſtinuit, quis quæſo non iniquum reputabit? E diuerſo ſi damnentur ſcelera, non iuſtè agetur cum anima, ſi quidem ſola eorum culpam luet, quæ ad obturbationes corporis, & ad ſuos appetitus & motus trahentis in vita deliquit: dum nunc raptu, nunc quaſi furto abducitur à recto, nunc violentiori propenſitate trahitur: interdum gratificandi ſtudio, & vt adblandiatur contubernio corporis, vitijs indulget.*

Chryſoſtomus 2. ad Timoth. 1. homil. 3. in morali ante med. *Si tanta cura*, inquit, *& diligentia per ciuitates, per domos, per ſingulos denique eius ita diſſeminatum eſt, vt eius tuendi gratia omnia fiant: illic, vbi iuſtitia plena eſt dextera Dei, & iuſtitia eius ſicut montes Dei: illic, inquam, nulla erit iuſtitiæ ratio? Et quomodo erit Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, ſi feratur, vt non peccatorum exigat pœnas?* Et poſt paoca: *Si ergo iuſtus eſt, ſecundum merita reddit, neque patitur, vt qui hic aduerſa patiuntur ab impijs, inulti ſint.* Idem Chryſoſtomus tomo 3. orat. 4. de prouidentia, ſioe de fato: *Si Deus*, inquit, *eſt, iuſtus eſt: quod ſi iuſtus ſit, pro dignitate retribuet vnicuique.* Similia docet lib. 1. de Prouidentia propius ad finem, quàm ad med. & 2. ad Timoth. cap. 3. homil. 8. io morali ſub init. & 2. Corinth. 4. homil. 9. in morali ſub init. & Philip. 2. ſerm. 6. ad finem, & tomo 2. homil. 4. de Lazaro circa med. 10.

Pſalm. 7.

Nazianzenus in carmine Iambico de ſe ipſo aduerſus inuidos, quod eſt primum, propius ad fin. quàm ad med. ait: 11.

Ac dignitatis ordo iuſtus diſparis.
Graue aliter eſſet rebus hic duris premi,
Niſi ſummus olim verteret talos Deus.

Proſequitur aotem, oſtendens, in futota vita præmia reddi pro laboribus in præſenti toleratis. Cyrillus Hieroſolym. catecheſi 18. col. 1. *Diuerſos*, inquit, *habes ſeruos; ac alij quidem ſunt probi, alij mali. Honoras probos, & malos verberas: & , ſi iudex es, bonos laudas, punis iniquos. Si apud te hominem mortalem eſt talis iuſtitia, apud Deum ne, regem omnium ſempiternum, iuſtitia non erit retributio? Sed impium eſt id negare. Perſpice autem & iſtud: multi homicidæ in lecto impune defuncti ſunt, vbi igitur Dei iuſtitia? Sæpe autem qui homicidia quinquaginta patrauit, ſemel tantum capite plectitur; vbi igitur illorum quadraginta nouem pœnas dabit, niſi poſt hanc vitam fuerit iudicium, & retributio? Iniuſtitiámne Dei arguis? Verum nihil mireris dilationem damnationis.* Continoo verò reſurrectionem inde probat & aliis argumentis vſque ad finem totius catecheſis. Auguſtinus in Pſal. 72. ponderans illud: *Labor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum.* ait: *Ante faciem meam laborem quendam, quaſi inextricabilem video, vt cognoſcam quomodo & iuſtus ſit Deus, & res humanas curet, & non ſit iniquus, quod peccantes & ſcelera facientes fælicitatem habent in hac terra: pij verò & Deo ſeruientes in tentationibus plerumque & in laboribus fatigantur.* Idem in priocipio lib. 1. de libero arb. ait: *Si Deum iuſtum fatemur, nam & hoc negare ſacrilegium eſt, vt bonis præmia, ita ſupplicia malis tribuit.*

Cyrillus.

Pſalm. 72.

Auguſtin.

Clemens Roman. lib. 3. recognit. prope med. ita ratiocinatur: *Cum certum ſit, Deum iuſtum eſſe, neceſſarium & conſequens eſt, aliud eſſe ſæculum, in quo* 12.

quiſque

quiſque pro meritis recipient, iuſtitiam Dei probet. & poſt pauca: *Hoc ipſum, quod in præſenti vita non redditur vnicuique pro actibus ſuis, fidem indubitabilem facit ſcientibus, Deum eſſe iuſtum, quod iudicium erit.*

Baſilius. Baſilius homil. 12. in principium Prouerb. circa med. *Eſt cæliſtis,* inquit, *quadam à iuſto iudice deducta iuſtitia, partim correctiua, partim retributiua ob variorum in ea præceptorum conſiſtentium magnitudinem ſimul & ſublimitatem, valde quidem cognitu difficilis. Hanc ergo Pſalmiſtam putauerim dixiſſe: Iuſtitia tua ſicut montes Dei.*

13. Tertullianus lib. 2. cōtra Marcion. cap. 13. init. *At enim,* ait, *vt malum poſtea erupit, atque inde iam cœpit bonitas Dei cum aduerſario agere, aliud quoque negocium eadem illa iuſtitia Dei nacta eſt iam ſecundum aduerſionem dirigenda bonitatis, vt ſepoſita libertate eius, qua & vltro Deus bonus, pro meritis cuiuſque penſetur, dignis offeratur, indignis denegetur, ingratis auferatur: proinde omnibus æmulis vindicetur.*

14. Clemens Alexand. lib. 1. Pædagog. cap. 8. inter med. & finem: *Quod autem,* inquit, *idem quoque Deus iuſtus ſit, non eſt mihi pluribus verbis opus, ſi Euangelicã Domini vocem adduxero.* & poſt pauca: *Quod autem is ipſe, qui ſolus Deus eſt, ipſe quoque ſolus & verè iuſtus ſit, in ipſo teſtabitur Dominus*

Ioann. 17. *Euangelio, dicens: Pater quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, illi quoque mecum ſint, vt contemplentur gloriam meam, quam dediſti mihi, quod dilexiſti me ante conſtitutionem mundi: Pater iuſte, & mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & illi cognouerunt, quod tu me miſeris.* In hoc teſtimonio Ioannis ideo maior eſt vis ad probandum quod intendimus, quoniam in quatuor Euangeliis nuſquam legitur Pater, aut Deus appellatus iuſtus, niſi in præſenti, quoniam agebatur de præmio iuſtorum & impiorum ſupplicio. Ideo poſt pauca ſubdit: *Filius iuſtus appellatur ex mutua, quæ eſt inter ſe relatione & habitudine, vt ſit dilectionis æqualitate dimenſum*

Prouerb. 31. Sapient. 6. Eccl. 5. 18. *nomen potentiæ: Virum,* inquit, *ſecundum opera ſua iudicabit, cum bona ſtatere iuſtitiæ faciem Deus nobis Ieſum notum fecerit, per quem tanquam ex æquali trutina Deum cognouimus.*

15. Hilarius lib. 1. de Trinit. inter princ. & med. *Suberat,* inquit, *omnibus his naturalis adhuc ſenſus, vt pietatis profeſſionem ſpes aliqua incorrupta beatitudinis aleret: quam ſancta de Deo opinio & boni mores, quodam victricis iuſtitiæ ſtipendio emererentur. Neque enim fructus aliquis eſſet bene de Deo opinari: cum omnem ſenſum mors perimeret, & occaſus quidam naturæ deficientis aboleret. Porro autem non eſſe hoc dignum Deo, ratio ipſa ſuadebat: deduxiſſe eum in hanc participem conſilÿ prudentiæq́; vitam, hominem ſub defectione viuendi & æternitate moriendi,* &c.

Pondera primum, eſſe naturalem ſenſum, qui dictat hanc veritatem & rationem ipſam, ſcilicet, naturalem, ſuadere quod hîc proponitur. Secundò. *Victricis militiæ ſtipendio emereri*, ſignificat ius ad ſtipendium, ex iuſtitia debitum.

16. Ambroſius 1. Corinth. 1. parte 4. contra eos, qui Dei prouidentiam negabãt, ita diſputat: *Qui incurioſum Deum eſſe dicit, non negat maleuolum, aut iniuſtum. Aut enim iudicaturus eſt mundum, aut iniuſtus eſt diſſimulans de bonis, & patiens fieri mala.*

Anſelmus. Anſelmus Proſolog. cap. 11. *Nunquid,* ait, *non eſt iuſtum ſecundum te Domine, vt malos punias? Iuſtum quippe eſt, te ſic eſſe iuſtum, vt iuſtior nequeas cogitari. Quod nequaquam eſſes, ſi tantum bonis bona, & non malis mala redderes. Iuſtior enim eſt, qui & bonis & malis, quàm qui bonis tantùm merita retribuit.* Damaſcenus lib. 2. fidei cap. 7. propius ad med. quàm ad finem, ait: *Quod ex neceſſitate fit, neque vitium, neque virtus eſt. Si autem neque virtutem neque vitium poſſidemus; neque laudibus & coronis, neque vituperationibus & punitionibus ſumus digni. Inuenietur autem & Deus iniuſtus, his bona, aliis verò tribulationes tribuens.* Damaſcen.

Tertiò poteſt eadem aſſertio deduci ex Hieremia cap. 12. à principio, quoniam diuina iuſtitia proponitur vt ratio dubitandi de cauſa, propter quam in hoc ſæculo iuſti permittantur opprimi & vexari ab impiis: nec alia redditur ſolutio, niſi futuri ſæculi præmium & ſupplicium: *Iuſtus,* inquit, *es Domine, ſi diſputem tecum: veruntamen iuſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur,* &c. Reſpondet autem interrogationi: *Congrega eos, quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* Eandem iuſtitiam ſignificat Habac. cap. 1. poſt med. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum; & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces, deuorante impio iuſtiorem ſe?* & quæ ſequuntur etiam in cap. 2. 17. Hierem. 12. Habacuc 1.

SECTIO IV.

Explicatur amplius eadem iuſtitia legalis & gubernatrix.

Dico primò. Munus eiuſdem iuſtitiæ gubernatricis & legalis eſt, circa voluntatem hominis ita cuncta diſponere, vt liberum ei ſeruetur arbitrium. Propterea Dionyſius de diuin. nomin. cap. 8. inter med. & fin. vnam ex æqualitatibus diuinæ iuſtitiæ, dicit eſſe, libertatem arbitrij illæſam à neceſſitate ſeruare, atque inſuper non demulcere, nec diſſoluere virilem optimi cuiuſque animum terrenorum bonorum largitionibus. Epiphanius hæreſi 66. poſt epiſtolam Marcelli pag. 3. ait: *Deus propter excellentem iuſtitiam, & ob eximiam bonitatem, omnes, & omnia vtiliſſima eſſe volens, & ſua bona omnibus propoſuit. Iuxta permixtionem verò liberi arbitrij, omnibus propria voluntate vti concedit, vt quiſque quod voluerit faciat.* 1. *Munus gubernatricis iuſtitiæ circa voluntatem hominis.* Epiphanius.

Ob eandem rationem legalis iuſtitia, liberarum operationum gubernatrix, colligitur ex plurimis Patribus, excuſantibus Deum à malitia, licet concurſum præbeat operationibus peccatorum: quoniam munere vniuerſalis & primæ cauſæ tenetur præbere concurſum ad actiones, ad quas ſe liberum arbitrium determinauerit. Horum teſtimonia vidimus diſput. 27. & multis ſequentibus. 2.

Dico ſecundò. In ordine rerum ſupernaturalium & gratiæ, fortius & altius debitum & ius inuenitur pertinens ad legalem iuſtitiam gubernatricem, etiam præſcindendo à promiſſione. Summa quippe decentia, & rerum exigentia ſuo quaſi iure poſtulabat, ſuppoſita vnione Hypoſtatica, gratiam habitualem, & omnes virtutes, ac dona Spiritus ſancti, nec non viſionem beatificãm Humanitati concedi. Poſtulabat etiam, vt ſi qua natura fuiſſet aſſumenda; non niſi rationalis aſſumeretur natura. Exigebat prætetea, Genitricem illius eſſe virginem, cuiuſlibet peccati prorſus immunem, & plenam cœleſtis gratiæ donis. Similis etiam eſt inferior alia decentia, ratione cuius habens gratiam iuſtificantem exigeret gloriam, quaſi fructũ illi ſemini congruentem, etiam ſi nulla intercederet promiſſio. 3. *In ordine ſupernaturali fortius, & altius debitum.*

4. Dico tertiò. Vix, niſi de nomine, quæſtio reſtat de iuſtitia prouidentiali, quæ gubernat creaturas irrationales, quam primus hoc nomine vocauit Suarez releƈt. de libert. diuina, diſput. 2. ſeƈt. 2. num. 39. & 40. releƈt. de diuin. iuſtitia ſeƈt. 4. num. 4. & ſequentibus, & tomo 3. de gratia lib. 12. cap. 30. à num. 21. quem ſequitur Leſſius lib. 13. de diuinis perfeƈt. cap. 1. num. 2. Rebellus lib. 1. de iuſtitia quæſt. 4. ſeƈt. 4. num. 25. & ſeƈt. vltima num. 39.

Quæſtio de nomine de iuſtitia gubernatrice creaturarum irrationalium.

5. Antiquiores autem ſolius legalis iuſtitiæ meminerunt, cui tanquam architeƈtonicæ & vniuerſaliſſimæ gubernatrici detulerunt omnes partes imperandi quaſlibet virtutes, concurrentes ad optimam vniuerſi gubernationem, tam in præmiis, & in ſuppliciis, quàm in cæteris rerum omnium diſpoſitionibus. Ita loquuntur Scotus 4. diſtinƈt. 46. quæſt. 1. §. *de primo videndum.* & Sotus lib. 3. de iuſtitia & iure quæſt. 5. art. 4. prope finem. Sed magis expreſsè prouidentialem iuſtitiam abſque neceſſitate fuiſſe ſuperadditam, docent Vaſquez 1. 2. diſp. vltima cap. 8. num. 77. & 81. & Nauarret. controuerſ. 28. §. 6. & alij recentiores.

6. Dixi, quæſtionem vix eſſe, niſi de nomine; quoniam ab vtriuſque partis authoribus conceditur Deo iuſtitia, perſonas intelleƈtuales gubernans, & pro cuiuſque merito præmia ſuppliciáque diſtribuens: conceditur etiam iuſtitia gubernans creaturas rationis expertes, & vnicuique tribuens, quod eius natura, quaſi debitum expoſtulat. Inſuper cum in omnibus Dei volitionibus ſit eadem ſpecies phyſica proueniens ex obieƈto formali (vt ſæpe diƈtum eſt) diuerſa ſpecies moralis propter diſtinƈtam obieƈtorum honeſtatem reperitur in vtraque iuſtitia. Quo ſuppoſito, quod vtramque honeſtatem comprehendas generali nomine gubernatricis iuſtitiæ legalis, vel hoc nomen reſtringas ne comprehendat gubernationem creaturarum irrationalium; ſolius fere nominis diſſidium eſt. Videtur autem conuenientius vnico nomine comprehendere totam creaturarum gubernationem irrationalium ſimul & rationalium; tum quoniam pertinet ad vnicum munus primæ cauſæ: tum vel maximè quoniam tota gubernatio rerum ratione carentium, non aliunde ſortitur honeſtatem immediatè, tanquam à proximo fine, niſi à gubernatione hominum, ad quorum vtilitatem dirigitur. Vnde fit, vt quibuſdam rebus naturalibus negetur aliquid illis debitum, prout expedit ad vtilitatem hominum: ſicut aquæ negatus eſt locus ſuperior terra, & terræ locus inferior aqua; & nonnunquam pluuiæ prohibentur, vel adducũtur præter curſum cauſarum naturalium. Cum igitur vnius gubernationis honeſtas quidditatiuè pendeat ab alia, ſitque ſimpliciter ad illius complementum neceſſaria; cenſeri debet quaſi pars vnius honeſtatis obieƈtiuæ; proptereáque non conſtituet diſtinƈtam ſpeciem moralem diuinæ gubernationis.

In omnibus volitionibus Dei eadem ſpecies phyſica.

7. Denique, reddere præmium meritis de congruo, etiam ſuppoſita promiſſione, non eſſe aƈtum iuſtitiæ ſpecialis, quæ diſtinguatur à legali iuſtitia gubernatrice, dicemus diſput. ſequenti ſeƈt. 10.

DISPVTATIO LVIIII.

Vtrùm iuſtitia ſtriƈtè ſumpta, ſiue diſtributiua, ſiue commutatiua Deo formaliter & propriè conueniat.

SECTIO I.

Breuis reſolutio totius deciſionis, in hac & ſequentibus ſeƈtionibus examinanda.

Res hæc ab aliquibus neotericis tanta copia dilatatur in varias aſ- 1.
ſertiones, & probationes earum, tot ſolutionibus, ac replicis, & redargutionibus hinc inde collatis, vt facilè poſſit leƈtoris mentem implicãdo confundere, niſi breuiter prius ob oculos habeat omnia membra deciſionis diſtinƈtè, ſed breuiter expoſita ſine ſtrepitu argumentorum. Propterea, quæ ſequuntur, accipe concluſiones.

Prima concluſio. Iuſtitia peculiaris virtus, re- 2.
ſpiciens debitum ſtriƈtè & propriè diƈtum, non ita plenè, nec tanto rigore conuenit Deo, ſicut conuenit hominibus. Ratio breuiter eſt primò, quoniam plena & rigoroſa iuſtitia non tantum rebus diſtribuendis aut commutandis, ſed etiam perſonis ipſis imponit obligationem. Deus autem etiam ſuppoſita promiſſione, vel oneroſo contraƈtu, manet ab obligatione liber, ſolis rebus diuinis manentibus obligatis per contraƈtum; vt diximus ſupra diſput. 56. ſeƈt. 5. & 6. Secundò, quia multiplex gratia, quæ præmiorum obligationem cauſat, eo ipſo temperat rigorem iuſtitiæ: prout oſtendimus in eadem diſput. 56. ſeƈt. 4. Tertiò, quia diuina iuſtitia ſemper retinet ſupremum dominium vniuerſale ſolummodò conferens ſpeciale dominium, vt videbimus ſeƈt. 7.

Iuſtitia reſpiciens debitum propriè diƈtũ non ita plenè ac hominibus cõuenit Deo.

Diuina iuſtitia ſemper retinet vniuerſale dominium.

Secunda concluſio. Iuſtitia, quam Deus exer- 3.
cet in reddendis præmiis, ſuppoſita promiſſione & paƈto, cum hominibus inito, compleƈtitur eminentiori ratione perfeƈtionem vtriuſque iuſtitiæ, diſtributiuæ, ſcilicet, & commutatiuæ, quantum ad obligationem ipſarum rerum: ſed quantum ad obligationem, qua ſuis tantum perfeƈtionibus & attributis debet hanc executionem, compleƈtitur perfeƈtionem iudicis & gubernatoris ſupremi, qui nullis omnino legibus obligatur, nec vlla ratione debitor eſt reipublicæ: vt vidimus diſputatione præced. ſeƈt. 3. & 4.

Iuſtitia Dei diſtributiua, & commutatiua continet perfeƈtionem.

Tertia concluſio. Sequitur ex præcedentibus, 4.
coronam iuſtitiæ, quæ iuſtis redditur, verè debitam eſſe iuſtis ex iuſtitia ſtriƈtè ſumpta; ſed iuſtum iudicem, qui eam reddit, non debere illam ex iuſtitia ſtriƈtè ſumpta, ſed tantum ſuæ maieſtati, bonitati & fidelitati debere, fideliter ſtare diƈtis, & res debitas vnicuique reddere. Quomodo autem hæc duo poſſint inter ſe conuenire, debitam eſſe gloriam, & tamen Deum non eſſe debitorem, iam explicatum eſt diƈta diſput. 56. ſeƈt. 5. ad finem & ſeƈt. 6. Vnde recolo ſaltem illud exemplum iudicis, præcipientis executionem teſtamenti, virtute cuius extinƈta iam perſonali obligatione teſtatoris, viget adhuc realis obligatio pignoris aut hypothecæ, aut rei

emptæ,

Corona iuſtitiæ verè iuſtis debita ex iuſtitia ſtriƈta.

emptæ, vel venditæ, quas & alias obligationes iuſtitiæ commutatiuæ (ſeu etiam cõmunicatiuæ) iudex imperat executioni mandari; cum tamen perſona non teneatur illis obligationibus, ſed ſola muneris obligatione.

5. Illud autem eſt diſcrimen, quod creatus iudex ſubiectus eſt legibus diuinis, & naturalibus, & debitor eſt reipublicæ: proptereáque peccaret contra iuſtitiam commutatiuam, ſi præciperet non reddi, quod debitum eſt ex iuſtitia commutatiua. Deus autem nullis tenetur legibus, ſoláque naturali neceſſitate ſuæ fidelitatis, & bonitatis impellitur, vt vnicuique reddat debitum præmium.

6. *Diuina iuſtitia magis ad diſtributiuã quàm ad cõmutatiuam accedit.*

Quarta concluſio. Magis accedit ad diſtributiuam, quam ad commutatiuam ratio diuinæ iuſtitiæ, comparando res, quæ debentur, actibus, pro quibus debentur. Eſt enim æqualitas illarum non proportionis, ſed proportionalitatis, non arithmetica, ſed geometrica: vt dicemus diſp. ſequenti.

7. *Ratio tribuẽdi Deo iuſtitiam ſtrictè ſumptam.*

Quinta concluſio. Compellimur autem iuſtitiam ſtrictè ſumptam, & peculiarem virtutem in Deo concedere propter generalem regulam tribuendi Deo perfectiones, quas in hominibus inuenimus, frequenter repetitam in hoc & præcedenti tomo, nimirum, quoniam nullo alio nomine virtutis, aut perfectionis diuinæ ſignificatur dignius & congruentius illa rectitudo diuinæ voluntatis, qua vult hominibus iuſtis ſuum ius tribuere reddendo gloriam debitam ex promiſſione & pacto, ſuppoſita proportione operum. Simili namque ratione, reſecatis imperfectionibus creaturarum Deo tribuimus ſcientiam, prouidentiam, prudentiam, generationem, Paternitatem, Filiationem, Spirationem, & alias perfectiones propriè & ſtrictè ſumptas.

8. *Sententiæ referendæ conciliantur ex dictis.*

Sexta concluſio. Conciliantur ex dictis omnes ſententiæ, referendæ ſect. ſequenti: quoniam vnaquæque peculiarem partem veritatis efficaciter probat. Vnde fit, nullam illarum eſſe falſam, niſi qua parte negat aliquid exiguum, quod in contraria ſententia verum agnoſcitur.

9. *Vindicatiua iuſtitia Dei eſt propriè iuſtitia.*

Septima concluſio. Vindicatiua iuſtitia Dei eſt propriè & ſpecialiter dicta iuſtitia, magis ad diſtributiuam, quam ad commutatiuam accedens: vt oſtendemus diſp. 60.

SECTIO II.

Referuntur authorum placita circa Dei iuſtitiam.

1. *Sententia negans Deo omnem iuſtitiã ſtrictam.*

PRima ſententia ſimpliciter Deo negat iuſtitiam ſtrictè ſumptam, ſiue commutatiuam, ſiue diſtributiuam, ſolam ei relinquens generalem iuſtitiam, quæ complectitur omnes virtutes, Deo poſſibiles, & non affert debitum neceſſitatis, ſed tantum condecentiam congruitatis. Hanc docuerunt Alexand. 1. part. q. 39. memb. 1. Albertus 1. part. quæſt. 80. membr. 2. art. 2. part. 2. col. 2. & ad 8. (quamuis expreſsè concedat, vnicuique reddere ſecundum exigentiam meritorum.) Magis expreſsè Durand. 2. ſent. diſt. 27. q. 2. vbi non ſolùm debitum iuſtitiæ, ſed etiam meritum de condigno propriè dictum, & tam iuſtitiam diſtributiuam, quàm commutatiuam oppugnat. & 4. ſent. diſt. 46. q. 1. Palud. 4. d. 46. q. 1. art. 1. concl. 5. & 4. Greg. 1. ſent. diſt. 17. q. 1. art. 2. longè poſt med. dum probat concluſionem ſecundam, præſertim probatione 2. Maior 2. diſt. 27. q. vnica initio, Marſil. 2. q. 18. art. 4. verſus finem, reſpondens ad 1. obiect. & inferius reſpondens ad 5. rationem principalem, Scot. 4. diſt. 46. quæſt. vnica §. *De primo videndum.* ad med. collato cum §. *Ad argumenta principalia.* in ſolutione 2. Baſſolis 4. diſt. 46. q. vnica art. 1. vbi ſupplementum Gabrielis q. 1. art. 2. concluſ. 2. & iterum diſt. 49. quæſt. 4. art. 3. dub. 3. ad med. Ex recentioribus Trigoſus in 1. p. S. Bonauent. q. 17. art. 1. dub. 1. Peſant. 1. p. q. 21. diſp. 1. Lorca 1. 2. diſp. 44. de gratia. §. *His præmiſſis.* & 3. p. diſp. 8. tota concl. 1. Salon. 2. 2. q. 57. art. 4. in reſponſ. ad 3. & 4. Medina 1. 2. q. 114. ar. 3. ad 4. argum. ex iniſtio puſitis & in dubio, quod ibi proponit. & 3. p. q. 1. art. 2. dub. vltimo. & §. *Ad vltimum argum.*

Maiori copia, maiorique luce, quam cæteri ſententiam hanc probat Vazquez 1. part. diſp. 85. & 86. & 12. diſput. 223. & 3. p. tom. 1. diſput. 7. & duabus ſequentibus, & tom 4. q 85. art. 3. dub. vnico. Molina 1. part. q. 21. art. 1. inter med. & finem. §. *Quinto addendum.* & ſequenti, nec non tom. 1. de iuſtitia diſp. 7. §. *Obſerua.* Arrubal 1. part. q. 21. artic. 1. num. 5. Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 18. dub. 8. num. 57. fine, & lib. 11. de perfection. diuin. c. 6. num. 61. & 62. & lib. 13. de eiſdem perfectionibus toto cap. 2. Torres 2. 2. tom. 2. diſp. 5. dub. 1 num. 7. & dub. 2. num. 1. & dubio 5. & diſputat. 6. dub. 2. Coninch. de actibus ſupernat. diſputat. 8. dub. 3. concl. 3. & 4. & tom. 2. de Sacramentis diſp. 1. de Pœnit. dub. 4. n. 23. & alij plerique recentiores. 2.

Sententia Deo iuſtitiã ſtrictam concedens.

Secunda ſententia generaliter concedit Deo iuſtitiam ſtrictè ſumptam, in reddendis præmiis, quæ debentur meritis de condigno: ſed non explicat vtrum illa ſit commutatiua, vel diſtributiua iuſtitia. Sic Magiſter 4. diſt. 46. cap. *Sed quomodo.* & ſequentibus docet, iuſtitiam eſſe Deum ipſum, prout eſt diſtributor & iudex meritorum. S. Bonauent. in eadem diſt. 46. art. 1. quæſt. 4. corpore docet, Deum iuſtiſſimè retribuere, quatenus iuſtitia dicit ordinem præmij ad meritum. Vnde paulò inferius concedit, Deum agere iuſtius cum ſancto maioris meriti, dando præmium maius, & minus iuſtè cum ſancto minoris meriti, dando præmium minus. Quamobrem quando ſequenti art. 2. quæſt. 1. ad 1. debitum Deo negat, intelligendus eſt negare debitum aliud, quam quod Deus liberaliter & miſericorditer voluerit pacto, vel promiſſione imponere. Nam lib. 2. ſententia. diſtinct. 27. art. 2. quæſtione 3. corpore, & in ſolutione penultimi & vltimi argumenti concedit, Deum, ſuppoſita liberalitate, qua voluit promittere ſe ipſum in mercedem operis, aliquomodo obligari: nec intelligit ſolam obligationem decentiæ; nam iſta, præciſa promiſſione Deo conuenit, vt diſputat. præced. probatum eſt. Magis expreſsè iuſtitiam ſtrictam in reddendis præmiis (non explicando commutatiuam vel diſtributiuam) concedit Gabriel 2. diſtinct. 27. quæſt. vnica artic. 1. notab. 3. Sylueſ 3. part. quæſt. 1. art. 2. dub. 3. Albertinus tomo 1. corollar. quæſt. 18. Theologica ex 1. princ. philoſophico dub. 3. 3.

Tertia ſententia dicit, in Deo formaliter & propriè reperiri iuſtitiam, non modo diſtributiuam, ſed etiam commutatiuam, qua meritis iuſtorum præmia decernens, æqualitatem ſeruat, non modo geometricam, ſed etiam arithmeticam. Ita ſentit Aureolus 1. diſtinct. 46. artic. 1. 4.

colum.

colum.vltima, & in 4. art.vnico à medio. Quam alius nullus antiquorum docuit. Recentiores tamen aliqui deſendunt mordicus. In primis Suares relect. de libert. diuina diſputat. a. ſect. 2. & tota diſputat. de iuſtitia Dei in eiſdem opuſculis, & tom. 3. de gratia lib.12.cap.30. & in 3. part. tom. 1. diſputat. 4. ſect. 5. & 6. Valentia 1. part.diſputat.1.quæſt.21.punct.1. Aluarez 3.part. diſp.4.num.33.& diſput.35.num.10.Cabrera 3.p. quæſt.1.art.2.diſp.7. & 8. Rebellus lib.1.de iuſtitia, quæſt.4.ſect.3.Raguſa 3.p.diſp.3.§.6.& diſputat.20.§.2. Rubeus in 4. ſent. diſt.46. init. aliíque recentiores.

5. Quarta ſententia commutatiuam iuſtitiam concedit in Deo, negans iuſtitiam diſtributiuam, quantum ad ſubſtantiam, licet aliquem eius modum admittat. Azor tom.3. inſtitut. moral. lib.1. cap.10.quæſt.3.in hanc ſententiam inclinat, licet videatur Deo negare iuſtitiam, propriè & ſtrictè ſumptam. Nullum alium iſtius opinionis aſſertorem inuenio.

Sententia cõcedens Deo diſtributiuã negans commutatiuam iuſtitiam.

6. Quinta ſententia diſtributiuam iuſtitiam in remunerandis meritis iuſtorum admittit; negat autem commutatiuam iuſtitiam, propriè dictam. Hanc ſignificat Magiſter 4.ſentent.diſt.46. §. *Sed quomodo*, ſemel & iterum repetens, quando Deus dicitur iuſtus, intelligi, *quod ſit diſtributor & iudex meritorum.* Eam verò diſertis verbis docuit S.Thomas, (vt fuſiùs oſtendemus ſect.ſequenti) Ægidius 2.diſtinct.27.quæſt.2.art.3.& 4. maximè in ſolutionibus argumentorum, Ricard. lib.4.ſentent.diſtinct.46.art.1.quæſt.1.cui conſonat lib.2.diſtinct.27.art.2.quæſt.3. in ſolut. ad 3. Argentinas 4.ſentent.diſt.46.quæſt.vnica artic.1. cui conſonat lib.2. diſt.27. quæſt.vnica art.4. d.2. & ad 1.Carthuſian.4.diſt.46.quæſt.1.& 2.ſentent. diſt.27.quæſt.2.dum refert ſententiam S.Thomæ, & in fine,cui dicit concordare Petrum & Altiſiodorenſem. Capreol.1. diſt.45. q.vnica art.1.concluſ.14. & ad argumenta Aureoli contra eandem concluſionem. Deza 2.diſt.27. quæſt.vnica art.3. notab.1. Caietan.2.2.quæſt.61.art.4. ad 1.Ferrar. 1.contra gent.cap.93. §.*Sed dubium*, & §.*Ad cuius euidentiam.* Conrad.1.2.quæſt.114.art.1. circa reſponſionem ad ſecundum, Sotus lib. 3. de iuſtit. & iure quæſt.5.art.4.& ad 1. & de natur.& gratia lib. 3. cap. 7. Ruardus Tappet art.11. contra Lutherum §.*Tertia eſt difficultas.* Hoſius in confeſſione fidei cap.73.propius ad med. quàm ad princip. §.*Cæterum cum dixit*, & in medio §. *Dionyſius verò Carthuſianus*,& multis ſequentibus. Vega in Trident.lib.10.cap.1.poſt med.& opuſc.de iuſtificat. quæſt.5.ad 3.§.*Ad Confirmationem.* Bellarm.lib.5. de iuſtificat. cap.16. fine. Aragon 2. 2. quæſt.61. art.4. Zumel fusè 1.2.quæſt.114.art.1,diſp.3.& 4. Salas 1.2.tomo 1.tract.7.diſput.7. num.5. Atque ad præſentem quæſtionem S. Thomæ 1.p.q.21, art.1. Idem docent Caietanus, & ferè omnes expoſitores huius temporis, vt Bannes,Ripa,Albelda, Nazarius, Nauarretus.

SECTIO III.

S.Thomas author eſt eiuſdem quintæ ſententiæ.

1. HAnc eandem fuiſſe mentem S.Thom.quam eius expoſitores nuper citati ſequuntur, conſtabit, ſi plurima loca S.Thomæ volueris, depoſito contentionis affectu, conſiderare.

S.Thom. Deo iuſtitiã ſtrictè ſumptam conceſſit.

Dico igitur primò, conceſſiſſe Deo iuſtitiam propriè & ſtrictè ſumptam. Colligitur hoc ex illis commentariis in epiſtolas Pauli, quibus frequens occurrit mentio diuinæ iuſtitiæ. Solet autem S. Thomas etiam in commentariis Scripturæ notare verba, quæ non propriè ſunt intelligenda: nihil autem tale notaſſe, legimus, circa Dei iuſtitiam. Potiſſimum eſt obſeruandum quod 2. ad Timoth. 4. lect. 2. prope fin. reſpondet ad obiectionem contra coronam iuſtitiæ, dicens, *ibi eſſe gratiam, quantum ad radicem merendi: iuſtitiam, quantum ad actum, qui procedit ex voluntate.* & Hebr.6. lect.3. circa med. *Duplex*, inquit, *eſt meritum: vnum quod innititur iuſtitia, & illud eſt meritum condigni: aliud, quod ſoli miſericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui.*

Clarius autem id colligitur ex 1. 2. quæſt. 21. art. 3. corp. vbi: *Meritum*, inquit, *& demeritum dicuntur in ordine ad retributionem, quæ fit ſecundum iuſtitiam.* Vbi quamuis agat de naturali merito vnius hominis ad alium, vel ad totam communitatem,& conſequenter agat de naturali merito & præmio: nihilominus ad Deum, prout eſt gubernator totius communitatis in ordine ad bonum honeſtum præcipuè pertinet hanc iuſtitiam exercere, retribuendo quæcunque fiunt honeſtè; nam eo ipſo communi bono ſeruiunt: vt eodem loco tradit. 2.

Rurſus de ſupernaturali merito 1.2.quæſt.112. art. 3. argum.1. refert Gloſſam Roman. 5. dicentem: *Deus recipit eum, qui ad ſe confugit; aliter eſſet in eo iniquitas.* Reſpondet autem gloſſam *loqui de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium liberi arbitrij, iam per gratiam informati, quem ſi non reciperet, eſſet contra iuſtitiam, quam ipſe ſtatuit.* Quamuis autem ſecundam explicationem adiungat; nihil tamen minuit certitudinem prioris dogmatis de iuſtitia. Præterea 2.2.quæſt.58.art.2. ad 3. ait: *Iuſtitia Dei eſt ab æterno ſecundum voluntatem & propoſitum æternum. Et in hoc præcipuè iuſtitia conſiſtit, quamuis ſecundum effectum non ſit ab æterno, quia nihil eſt Deo coæternum.* Denique 2.2.q.61.art.4. argum.1. & eius ſolutione ſimpliciter conceditur, iuſtum eſſe iudicium Dei, agendo de iuſtitia ſtrictè ſumpta. 3.

Dei iuſtitiã eſſe diſtributiuam potius quàm cõmutatiuã tenet S.Thomas.

Dico ſecundò, Dei iuſtitiam eſſe diſtributiuam potius, quàm commutatiuam, quamuis participet aliquam proprietatem commutatiuæ. Probatur in primis, quoniam lib.4.ſentent. diſt.46. q.1. art.1. quæſtiunc.1. corp. circa med. aſſignata propria quidditate atque diſcrimine cõmutatiuæ & diſtributiuæ iuſtitiæ,concludit S.Thom. *Sic ergo ratio diſtributiuæ iuſtitiæ Deo propriè conuenire poteſt, in quantum, ſcilicet, æqualitatem proportionis ſeruat in communicatione bonorum ſuorum, dans vnicuique proportionabiliter ſecundum ſuum modum. Vnde Dionyſius dicit in 8. cap. de diuin. nomin. quod iuſtitia laudatur in Deo, in quantum omnibus ſecundum dignitatem diſtribuit. Sed iuſtitia commutatiua, per quam æqualitas conſtituitur inter Deum dantem, & creaturam recipientem, Deo competere non poteſt ſecundum propriam acceptionem, quia beneficia Dei ſemper excedunt meritum creaturæ.* Adiungit tamen ſeruari quemadmodum commutatiuæ iuſtitiæ: ponderandum eſt autem, ex eo quod aſſerit commutatiuam iuſtitiam non competere Deo *ſecundum propriam acceptionem*, manifeſtè concludi iuſtitiam diſtributiuam competere ſecundum propriam acceptionem. 4.

Sed

5\. *Obiectio.* Sed obiicit contraria ſententia Capreolum, qui lib.2.ſentent. diſtinct.27. quæſt.vnica, art.3. initio, reſpondens ad obiectionem Durandi contra prædictam doctrinam S. Thomæ, dicit, non oportere neceſſariò illam ſuſtinere, *quia correcta eſt in ſumma.*

Solutio. Reſpond. Debuiſſet Capreolus oſtendere locum aliquem, in quo S.Thomas hanc doctrinam correxerit: nullum autem oſtendit: quin imò ſibi non conſtare videtur, quantum ad ea, quæ ſcripſerat lib.1. ſentent. diſtinct.45. quæſt. vnica artic.1. concluſ.14. & ad argumenta, præſertim cum in prædicto ſecundo libro ſentent. diſt. 27. quæſt. vnica art. 3. multis teſtimoniis S. Thomæ confirmet, iuſtitiam diſtributiuam excluſa commutatiua. Sed parum intereſt examinare, num Capreolus putauerit aliquid in ſumma fuiſſe correctum, vel tantummodo dubitauerit, quod magis ſignificant eius verba.

6\. *Eiuſdem aſſertionis probatio alia.* Secundò probatur aſſertio, nam in præſenti, quæſt.21. art.1. corpore S.Thomas diſtinguit iuſtitiam commutatiuam, vel directiuam commutationum. *Et hæc*, inquit, *non competit Deo, quia vt dicit Apoſtolus Rom. 2. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Deinde tamen aſſignata quidditate iuſtitiæ diſtributiuæ, ſubiungit: *Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cuiuſcumque multitudinis gubernatæ demonſtrat huiuſmodi iuſtitiam in gubernante: ita ordo vniuerſi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in rebus voluntariis, demonſtrat Dei iuſtitiam.* Quibus ſimilia ſcribit lib.1.contra gentes cap.93. non procul ante finem.

7\. Obiicit tamen contraria ſententia S.Thomam in his locis egiſſe ſimul de rebus naturalibus, atque de iuſtorum præmiis: ſed in rebus naturalibus non ſeruatur iuſtitia diſtributiua, propriè & ſtrictè ſumpta: ergo neque in reddendis præmiis.

Solutio obiectionis. Reſpondetur. Quidquid eſt generaliter dictum venit intelligendum in ſingulis ſecundum vniuſcuiuſque peculiarem vim & exigentiam, quam explicuit S. Thomas aliis in locis: maximè verò quoties agit de merito bonorum operum, quæ procedunt ex motione Spiritus S.& ex gratia iuſtificante, quibus abſolutè concedit, ex neceſſitate debitum eſſe præmium obligatione iuſtitiæ: quod tamen neque dicit, nec dicere poteſt de rebus naturalibus, quibus nec meritum, nec præmium eſt poſſibile.

8\. Nec tamen ſine magna ratione S.Thomas copulauit moralia merita & præmia cum rebus naturalibus: voluit enim oſtendere, Deum non eſſe debitorem, niſi ſuæ ſapientiæ & bonitati: cæterum res ipſas à Deo diſpoſitas eſſe propriè debitas, quemadmodum explicuimus ſupra diſputat.56.ſect.5.probat.3.ex 1.2.quæſt.111.art.1.ad 2. & quæſt.114.art.1. ad 3. vnde quæſt.112. artic.3. ad 1. aſſerit, fore, vt Deus eſſet iniuſtus, ſi non redderet præmium meritis per gratiam informatis; vt paulò ſuperius retulimus. Qui tamen licet equo, vel leoni negaret aliquid naturaliter debitum; vt pedes aut viſum, vel auditum, nequaquam eſſet iniuſtus. Agnouit itaque S. Thomas diſcrimen iuſtitiæ diuinæ, prout verſatur circa merita de condigno, & prout verſatur circa res naturales.

9\. Tertiò probatur aſſertio, ſimúlque confirmatur prædicta ſolutio, quia quod affertur pro contraria ſententia ex 1.2.quæſt.114. art.1. corp. noſtram potius corroborat: quamuis enim ſublata Dei ordinatione, S.Thom. dicat, non ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid eſſe rationem iuſtitiæ & meriti inter Deum & homines: expreſsè tamen concedit meritum ſimpliciter *ſecundum præſuppoſitionem diuinæ ordinationis.* Et ſtatim adducto rerum naturalium exemplo, ſubiungit diſcrimen: *Quia creatura rationalis ſe ipſam mouet ad agendum per liberum arbitrium: vnde ſua actio habet rationem meriti; quod non eſt in aliis creaturis.* Conſtat autem ex ſuperiori contextu, eſſe iuſtitiam ſimpliciter vbicunque meritum eſt ſimpliciter.

Quartò probatur, quia 3.p.quæſt.1.art.2.corp. iuncta ratione poſtrema cum ſolutione ad 2.apertè docet, inter Chriſtum & Deum fuiſſe iuſtitiam ſimpliciter, quia nulla fuit gratia præſuppoſita, quæ facta fuerit perſonæ merenti, & ſatisfacienti. 10.

Quintò probatur, quoniam 2.2.quæſt.61.art.4. ad 1. non aſſerit ſimpliciter eſſe commutatiuam iuſtitiam, qua Deus recompenſat præmia meritis, & ſupplicia peccatis; ſed tantùm aſſerit, illam formam punitionis, aſſignatam Matth.7. *In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis*, &c. *attendi ſecundum rationem commutatiuæ iuſtitiæ.* quia, videlicet, quantum ad hoc imitatur illam; vt optimè declarat ibi Caietanus, & dicemus infrà tota diſputatione 60. peculiariter ſect.5.fine. 11.

SECTIO IV.

Iuſtitiam, ſpecialiter & ſtrictè dictam altiori modo conuenire Deo.

Aggredior probare ſingula membra deciſionis, poſitæ in ſect. 1. quamuis non eodem ordine. In primis ergo iuſtitiæ virtutem, ſpecialiter & ſtrictè ſumptam, exerceri, quando Deus meritis de condigno reddit æterna præmia, probatur omnibus Scripturæ teſtimoniis, quæ ponderauimus ſupra diſput.56. ſect.3. Quale eſt illud Rom.4. *Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam. ſed ſecundum debitum.* & illud Epheſ. 1. *Credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis.* ſiue, *acquiſitæ poſſeſſionis*, vt legit ibi Chryſoſtomus. 1. *Iuſtitiã ſtrictam in reddẽdis præmiis meritis de condigno probatur.* Rom.4. Epheſ 1.

Deinde brauium & corona iuſtitiæ, quam iudex iuſtus redditurus eſt legitimè certantibus, operariorum merces, ex conuentione debita, retributio, remuneratio, præmium, emptio, atque venditio, negotiatio, ſiue mercatura, ſimiléſque loquendi formulæ, receptiſſimæ in ſacris litteris, & Patribus, ſignificant iuſtitiam ſpecialiter & ſtrictè dictam, niſi detorqueantur ad improprietatem, vel metaphoram, quod non expedit, neque Theologiæ conſonum eſt, quando tanta multitudo teſtimoniorum, quantam retulimus dicta diſput.56.ſect.3.conſpirat in eandem ſententiam. 2.

Confirmatur primò, quia nulla ſufficiens ratio Theologos cogit ad improprietatem confugere: quin potius aſſiſtit ratio proprietati, quam videbimus ſectionibus ſequentibus. *Cõfirmatio 1.*

Confirmatur ſecundò, nam eidem veritati fauet verſus ſemel & iterum repetitus Pſal.17. *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam.* & Pſalm. 118. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Pſalm. 88. *Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.* Pſalm.102. *Iuſtitia illius in filios filiorum, iis qui ſeruant teſtamentum eius; & memores ſunt* 3. Pſalm.17. Pſalm 118. Pſalm.88. Pſalm.102.

manda

mandatorum ipſius ad faciendum ea. Sapient. 12. *Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis; ipſum quoque qui non debet puniri, damnare, exterum aſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitia initium eſt.*
Eccleſ.32. Eccleſiaſtici 30. *Qui timent Dominum inuenient iudicium iuſtum.*

4. Confirmatur tertiò, quia Matth. 20. parabola conducentis operarios in vineam, ab omnibus intelligitur pertinere ad præmium reddendum pro bonis operibus. In illa verò multa ſunt, quæ planè iuſtitiam ſignificant; veluti contractus conductionis ex denario diurno. deinde illud:
Matth. 20. *Quod iuſtum fuerit dabo vobis.* Præterea. *Redde illis mercedem*; ac poſtremo: *Tolle quod tuum eſt.* Nam vnicuique debetur ex iuſtitia, propriè & ſtrictè dicta, quod ſuum eſt.

Cõfirmatio 4. Confirmatur quartò, quia depoſitum debe-
Depoſitũ ex iuſtitia debetur. tur ex iuſtitia, propriè & ſtrictè ſumpta: porro depoſitum eſſe iuſtorum præmium, operibus de-
2. ad Tim. 1. bitum, conſtat 2. ad Timoth. 1. *Potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.* vbi quamuis in ratione depoſiti non ſit proprietas; nihilominus ea metaphora ſignificatur Pauli theſaurus, debitus illi, qui propriè ſuus erat, licet ab eo non ſeruaretur, ſed à Deo.

5. Confirmatur quintò, quia nullus eſſet propriè
Deus iniuſtus eſſet ſi non redderet præmia iuſtis. iniuſtus; niſi violaret iuſtitiam propriè dictam: ſed Deus eſſet iniuſtus, ſi non redderet operibus iuſtorum præmia, ſublato obice: ergo tunc violaret iuſtitiam propriè dictam. Minor probatur
Hebr. 6. Hebr. 6. *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri.* Quæ verba ſiue intelligantur de operibus non mortificatis, ſed perſeuerantibus vſque in finem, ſiue intelligantur de operibus mortificatis, & iterum reuiuiſcentibus per pœnitentiam: ſatis indicant, Dei memoriam ad æterna præmia reddenda, debitam eſſe ex iuſtitia; cum nulla ſufficiens ratio ſuadeat improprietatem.

6.
1. Ioann. 1. Sextò confirmatur, quoniam 1. Ioan. 1. *Si confiteamur*, inquit, *peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Quod relatum ad iuſtos confitentes ſua peccata venialia, ſignificat, iuſtitiam ſtrictè ſumptam, reſpondentem meritis de condigno; licet ſolam fidelitatem & legalem iuſtitiam ſignificare poſſit relatum ad peccatores redeuntes ad Deum confeſſione mortalium.

7. Secundò probatur ex Auguſtino multis in lo-
Probatio ex Auguſtino multis in locis. cis. Nam lib. de natura, & grat. cap. 2. *Non enim, ait, iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ.* loquitur autem de mercede, quæ eſt vita æterna. Rurſus lib. 4. contra Iulianum cap. 3. propius ad princip. quàm ad med. videlicet, col. 3. *Deus nàmque ipſe, quod abſit, erit iniuſtus, ſi ad eius regnum verus non admittitur iuſtus, & cum ipſum eius*
Rom. 14. *regnum iuſtitia ſit, quemadmodum ſcriptum eſt: Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium. Porro ſi veram iuſtitiam non habent impij, profectò nec alias virtutes comites eius.* Pondera poſtrema verba. generalis enim iuſtitiæ nullæ ſunt comites virtutes, cum ipſa complectatur omnes virtutes: conſequens igitur eſt, agere Auguſtinum de iuſtitia peculiari virtute, prout à virtutibus comitibus diſtinguitur.

8. Præterea tractatu poſtremo in Ioann. propius ad med. quàm ad princip. fatetur, ſe neſcire modum defendendi iuſtitiam Chriſti Domini, ſi plus diligeret minus diligentem. *Meliorem*, inquit, *qui plus diligit Chriſtum, fœliciorem verò, quem plus diligit Chriſtus, facile reſponderem, ſi iuſtitiam liberatoris noſtri, minus eum diligentis, à quo plus diligitur, & eum plus, à quo minus diligitur, quemadmodum defenderem, prouiderem.* Debetur igitur ex iuſtitia maior dilectio magis diligenti.

Rurſus in Pſalm. 7. exponens illum verſum: 9.
Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit Pſalm. 7.
rectos corde. confert alium verſum Pſalm. 6. *Miſe-* Pſalm. 6.
rere mei Domine quoniam infirmus ſum, ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam. Reddit autem rationem diſcriminis, quoniam ibi, videlicet,
Pſalm. 6. *Miſericors auxilium eſt, quia nullum habet* Auguſtin.
meritum peccator, qui adhuc iuſtificari deſiderat, credens in eum, qui iuſtificat impium. Hic autem iuſtum auxilium eſt, quod iam iuſto tribuitur. Dicat ergo ibi peccator, qui dixit, infirmus ſum, ſaluum me fac Domine propter miſericordiam tuam. Et dicat hic iuſtus, qui dixit, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, iuſtum auxilium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde. Pondera non modo miſericordiam, ſed etiam promiſſionis fidelitatem, & gubernatricem iuſtitiam interuenire, quando iuſtificatur impius; & tamen ibi non interuenit ea iuſtitia, per quam eſt iuſtum rectis corde, atque bene operantibus adiutorium conferre. Igitur hæc eſt ſtrictior, & ſpecialior iuſtitia propriè dicta.

Sequenti verſu Dauid commendat alterum 10.
membrum iuſtitiæ circa peccatores dicens. *Deus* Pſalm. 6.
iudex iuſtus, fortis, & patiens, &c. Pſalmúmque claudit illo verſu: *Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius.* vbi Auguſtinus admonet, non eſſe *confeſſionem iuſtitia Dei, qua ita loquimur, verè Domine iuſtus es, quando & iuſtos ſic protegis, vt per te ipſum eos illumines, & peccatores ſic ordinas, vt non tua, ſed ſua malitia puniantur.* Significat autem Auguſtinus, hoc pertinere ad iuſtitiam diſtributiuam, quoniam retributio bonorum & malorum operum deſtinatur ad vniuerſi pulchritudinem; poſt pauca ſubiungens: *Qui ergo videt merita animarum ſic ordinari à Deo, vt dum ſua cuique tribuuntur, pulchritudo vniuerſitatis nulla ex parte violetur, in omnibus laudat Deum.*

Idem epiſt. 105. ad Sixtum propius ad med. 11.
quàm ad princip. ponderans verba Pauli Rom. 6. *Cum dixiſſet, ait, ſtipendium peccati mors: quis non congruentiſſimè & conſequenter addere iudicaret: ſtipendium autem iuſtitiæ vita æterna? & verum eſt, quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors; ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium vita æterna. Aut ſi nollet dicere, iuſtitiæ, diceret, fidei: quo-*
niam iuſtus ex fide viuit. Vnde etiam & merces ap- Abac. 2.
pellatur plurimis ſanctarum Scripturarum locis: nunquam porro dicta eſt merces iuſtitia, vel fides, quia iuſtitiæ, vel fidei redditur merces. Quod eſt autem merces operanti, hoc militanti ſtipendium. & paulo inferius: *Quapropter homo, ſi accepturus eſt vitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt & ipſa iuſtitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia, cui debetur.* Quod ſi tanquam ſtipendium vita æterna debetur iuſtitiæ, debetur eo ipſo homini iuſto propter iuſtitiam; quamuis ipſa iuſtitia fuerit illi gratis data. Obſerua igitur mercedem & ſtipendium verè propriéque dicta recipi ab Auguſtino.

Quod ipſum aliis verbis docet ponderans 12.
verba 2. ad Timoth. 4. lib. de gratia, & lib. arbitr. cap. 6. propius ad med. quàm ad finem: *Cui redderet coronam iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors Pater? Et quomodo eſſet iſta corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia, quæ iuſtificat impium? Quomo*

Quomodo iſta debita redderetur, niſi prius illa gratuita donaretur? Perpende coronam iuſtitiæ reddi debitam à iuſto iudice; ſuppoſita gratia prius collatæ iuſtitiæ. Ac libro de moribus Eccleſiæ c. 25. circa med. ait: *Vita æterna eſt totum præmium, cuius promiſſione gaudemus: nec præmium poteſt præcedere merita, & prius homini dari, quam dignus eſt. Quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius Deo?* Pertinet igitur ad iuſtitiam Dei reddere præmium poſt merita. Poſtremò colligitur idem ex Auguſtino tract. 3. in Ioan. circa med. cuius verba poſuimus diſp. 56. ſect. 3. probat. 5. & lib. de perfectione iuſtitiæ reſponſ. 17. vbi ait: *Poſt hanc vitam merces perficiens redditur, ſed eis tantùm, à quibus in hac vita eiuſdem mercedis meritum comparatur.*

13. Tertiò probatur ex aliis Patribus, quorum plura teſtimonia poſita ſunt diſputationibus præcedentibus. Præſertim ad rem præſentem faciunt, qui dicunt, gloriam eſſe debitam operibus iuſtorum, vel dicunt, Deum eſſe debitorem: vt ex Auguſtino; Fulgentio, Proſpero, Concil. Arauſic. Anſelmo & aliis retulimus diſp. 56. ſect. 3. probat. 3. & 4.

14. Deinde faciunt ad rem præſentem, quicumque docent ad iuſtitiam Dei pertinere bonis operibus præmia retribuere, & peccatores punire. Cuius rei teſtimonia ex Athenagora, Cyrillo Hieroſ. Nazianz. Clemente Roman. & Alexandrino, Tertulliano, Damaſceno, & Anſelmo retulimus præcedenti diſp. 57. ſect. 3. Vbi quamuis intellexerimus prædictos Patres agere de iuſtitia legali, quæ foret promiſſione Dei præciſa, retribuendo merita naturalia: nihilominus ſimul oportet iuſtitiam reſpectiuè diuerſam intelligere, ſuppoſita fide diuinæ promiſſionis & pacti, ac proinde iuſtitiam, ſtrictè ſumptam. Sic enim moris eſt Patribus, confirmantibus dogmata fidei per naturales rationes, vti verbis vniuerſalibus, quæ peculiarem aliquam vim, & proprietatem ſignificare poſſint ſuppoſita fide, licet vim habeant attento naturæ lumine tantum.

15. Multa loca ex Chryſoſtomo citauimus ibi, nunc vnius accipe verba, videlicet homil. 4. de
Chryſoſt. Lazaro circa med. tom. 2. *Nam ſi Deus eſt, ſicuti re vera eſt, eum iuſtum eſſe nemo non fatebitur. Atque ſi iuſtus eſt, & his & illis* (hoc eſt, & iuſtis, & peccatoribus) *reddet pro meritis. Et hoc in confeſſo eſt. Quod ſi & his, & illis rependet pro meritis, hic verò nullus eorum recepit, nec ille improbitatis pœnam, neque hic virtutis præmia; perſpicuum eſt reſtare tempus aliquod, in quo congruens præmium horum vterque feret.*

16. Baſilius homil. 12. in princip. Prouerb. circa med. *Eſt cœlitus*, inquit, *quædam a iuſto iudice deducta iuſtitia, partim correctiua, partim retributiua.*
Cyprian. Cyprian. lib. 4. epiſt. 6. prope finem docet, Deum in ſupremo iudicio *ſingulorum merita recognoſcere, & mercedem fidei, & deuotionis exoluere.* Dixerat autem ſuperius: *Quanta dignitas præſide Deo congredi, & Chriſto iudice coronari.*

17. Ambroſ. Pſal. 118. ſerm. 7. non procul à princ.
Pſal. 118. ponderans illud: *Memento Domine verbi tui ſeruo tuo, &c. Vult*, inquit, *conueniri, vt ſiquis propoſita ſecutus virtutibus præmia, bene certauerit, fructum remunerationis expectet, quin etiam exigat, ſicut habes ſcriptum: Certamen bonum certaui, &c. repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* & poſt pauca: *Dicit ergo Dauid, Certamen certatus ſum, brauium peto verbi tui, quod promiſiſti mihi: memor eſto promiſſorum tuorum, quæ ſpopondiſti ſeruo tuo.* & iterum: *Miles ſum, exigo ab Imperatore ſtipendium: vocatus ſum, poſtulo ab inuitatore promiſſum.* Perpende, *conueniri* Deum, eſſe in iudicium vocari, & actionem aduerſus eum inſtitui, quod ſupponit iuſtitiæ debitum.

Ruiz de Voluntate Dei.

Rurſus lib. 1. Offic. cap. 15. ponderat eandem coronam iuſtitiæ, quam non deberi, niſi poſt certamen, oſtendit cap. 16. vbi inter principium & 18.
med. ponderat illud Matth. 5. *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlo. Futuram, non præſentem, in cœlo, non in terra, mercedem promiſit eſſe reddendam. Quid alibi poſcis, quod alibi debetur? Quid præpropere coronam exigis, antequam vincas.* Sic etiam mercedem & coronam iuſtitiæ tractat lib. 7. in Lucam cap. 15. ſuo cap. *de duobus filiis*, &c. & aliis in locis. In iis *exigendi* verbum obſerua, quod accipi prout refertur ad rem debitam, manifeſtè conſtat ex contextu, præſertim ex illis verbis: *Expectet, quin etiam exigat.* Matth. 5.

19. Hieronym. Iſaiæ 49. comment. in ſub finem: *Potentiam*, inquit, *ſuam noſtro arbitrio dereliquit, vt iuſtè voluntas præmium conſequatur.* Idem Hieronym. dialog. 1. aduerſus Pelag. propius ad med. quàm ad princip. adducto teſtimonio Pauli, *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c.* ſubinfert: *Putamúſne vnam & eandẽ in vtroque fuiſſe iuſtitiã, & non plus habere meritorum eum, qui plus omnibus laborauit?* Gregor. lib. 18. moralium cap. 22. propius ad Gregor.
finem, quàm ad med. ait, *actioni poſt hanc vitam reſpondere retributionem æternam:* & in fine eiuſdem capitis concedit retributionis meritum. Mercedem autem eſſe, docet homil. 17. in Euangel. tractans illud Lucæ 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* & alibi non raro. Lucæ 10.

20. Fulgentius lib. 2. de remiſſione peccatorum cap. 6. ſub initium de iudicio ſupremo ſic diſſerit: *Non ibi miſericordia iuſtificabit impium; ſed iuſtitia diſcernet iuſtum & impium.* Obſerua, iuſtitiam hic non eſſe generalem virtutem, quoniam à miſericordia diſtinguitur. Et cap. 8: retributionem & mercedem pro qualitate laboris admittit. Præterea in cap. 10. retributionem & coronam iuſtitiæ inuenies prope finem, & cap. 11: prope finem ait: *Vt ergo tunc ſequatur mutatio iuſtæ retributionis: nunc præcedit mutatio gratuita largitatis.* cap. 18. prope finem ex Apocalypſ. 22. docet, reddendam eſſe mercedem, & cap. 19. ante medium: *Non ergo ibi erit pia vocatio, ſed iuſta redditio. Ille denarius nec otioſo dabitur, &c.*

21. Proſper lib. primo de vocat. gent. c. 17. à med. tractans parabolam operariorum ex Matth. cap. 20. decernit, exerceri iuſtitiam comparatione illorum, quibus dicitur: *Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt*, dando videlicet, quantum debetur operibus: ſed eſſe gratiam comparatione illorum, qui minus laborauerunt. Rurſus lib. 2. de vocat. gent. cap. 8. init. *Datur*, inquit, *vnicuique ſine merito, vnde tendat ad meritum: & datur ante vllum laborem, vnde quiſque mercedem accipiat ſecundum ſuum laborem.* Quod probat ex parabola talentorum Matth. 25. & lib. ſent. ex Auguſtino ſent. 28. *Beatitudo ſanctorum & de munere gratiæ eſt, & de retributione iuſtitiæ.* Idem epigrammate 16. ait: *Iuſtitiæ merces gemina eſt, vel cum bona rectis, vel prauis digne cum mala reſtituit.* Bernardus tract. de grat. & liber. arbitrio prope finem ponderans nomen depoſiti, quod Apoſtolus vſurpat 2. ad Timoth. 1. *Dei promiſſum*, ait, *ſuum appellat depoſitum: & quia credidit promittenti,* Matth. 20.

fidenter promiſſum repetit. Promiſſum quidem ex miſericordia : ſed iam ex iuſtitia perſoluendum. Eſt ergo, quam Paulus expectat, corona iuſtitia, &c. quæ pusuimus diſp. 56. ſect. 3. probat. 5.

22. Anſelmus 2. Timoth. 4. ſic exponit Apoſtolum: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitia, id eſt ſecreto, tutóque loco ſeruatur mihi corona, quam iuſtè merui, quam non dabit, ſed reddet mihi quaſi debitam Dominus Ieſus in illa notabili die communis iudicij : & ideo reddet eam mihi, quia iuſtus iudex eſt, reddens vnicuique ſecundum opus eius.* & paucis interpoſitis: *Aduentum iudicis non diligunt, niſi qui in cauſa ſua habere ſe iuſtitia meritum ſciunt.* Idem in epiſtola ad Hebræos cap. 6. non longe poſt med. *Non enim*, ait, *iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri. Re vera enim grandis eſſet iniuſtitia Dei, ſi tantum peccata puniret, & bona opera non ſuſciperet.*

23. Tridentin. Quartò probatur ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 16. parum à princ. dicente: *Bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filiis Dei per Chriſtum Ieſum, miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis reddenda. Hæc eſt enim illa corona iuſtitia, quam poſt ſuum certamen & curſum repoſitam ſibi eſſe, aiebat Apoſtolus*, &c. Cui dogmati conſonat eiuſdem ſeſſionis Canon 32. quo decernitur, hominem iuſtificatum bonis operibus & perſeuerantia *propriè mereri* vitam æternam & gloriæ augmentum.

24. Quibus in locis ponderandum eſt primò, decreta Conciliorum & maximè Tridentini verborum proprietatem ſtudio retioere, ne pateant hæreticorum inſidiis. Secundò vita æterna eo quod ſit hæreditas filiis promiſſa debetur illis ex fidelitate, ac veracitate Dei, & ex iuſtitia legali, quæ rebus congruentia diſtribuit iuxta eorum exigentiam. Nihilominus eo titulo non eſt merces reddenda meritis, tanquam corona iuſtitiæ: ergo merces & corona iuſtitiæ, quæ redditur meritis ex promiſſione diuina, non eſt debita ſolo titulo fidelitatis aut veracitatis, aut iuſtitiæ legalis, ſed ſtrictiori quodam titulo iuſtitiæ ſpecialis virtutis.

25. *Concilium Senonenſe.* His conſonat Concil. Senonen. decreto fidei 16. prope fin. illis præſertim verbis: *Qui ſuffert tentationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vita quam repromiſit Deus diligentibus ſe : & ei, qui fidem ſeruauerit, & certauerit bonum certamen, curſum conſummauerit, coronam iuſtitia reddet in illa die iuſtus iudex.* Moguntinum vero cap. 8. *Opera*, inquit, *iuſtorum ſunt digna remuneratione vita æterna, quia Deus bene operantibus mercedem miſericorditer promiſit.*

Moguntin.

SECTIO V.

Rationibus probatur Dei iuſtitia ſtrictè dicta.

1. *Iuſtitia ſtrictè modo explicata imperfectionem non claudit.* SVfficiens & efficax ratio perſuadet, iuſtitiam propriè & ſtrictè ſumptam eminentiori quadam perfectione conuenire Deo, quia iuſtitia, ſicut à nobis explicata fuit ſect. 1. nullam omnino claudit imperfectionem, & aliunde continet aliquid perfectionis quod eſt proprium noſtræ iuſtitiæ commutatiuæ vel diſtributiuæ, prout à cæteris virtutibus diſtinguitur. Hoc autem fundamentum probatur primò, quia res creatas, aut creabiles (etiamſi ſupernaturales ſint) hominibus iuſtis deberi propter eorum opera, ſuppoſita Dei conuentione & pacto, non infert vllam imperfectionem in Deo, quia non infert, Deum eſſe debitorem & obligatum (vt oſtendimus diſp. 56. ſect. 5. & 6.) aliunde verò commendat multas Dei perfectiones, in primis dominium ſupremum omnium rerum, quas hominibus obligare poteſt pro bonis operibus; ſecundo, bonitatem eximiam & liberalitatem, præterea optimi gubernatoris induſtriam, ita prouocantis animos ſubditorum ad bene operandum, & conferendo illis poteſtatem merendi de condigno & ex iuſtitia.

Confirmatur primò, nam homines capaces ſunt dominij proprij & peculiaris, & conſequenter ſunt capaces iuris ad res, etiam comparatione Dei: ergo capaces ſunt homines, vt illis Deus conferat iuſtitiæ ius ad augmentum gratiæ, & gloriæ. Antecedens probatur, nam homines dominium habent ſuarum volitionum, vt ſeruare velint, aut nolint perpetuam caſtitatem, & alia conſilia, iuxta illud 1. Corinth. 7. *Non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis.* & Actor. 5. *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate.* Quod autem hoc ius & poteſtas in agrum fuerit etiam comparatione Dei ſupremi Domini, ſequentia verba demonſtrant: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Cui tamen nullam iniuriam intuliſſet, ſi promiſſione ſublata retinuiſſet proprium agrum. 2. *Homines dominij capaces.* 1. Cor. 7. Actor. 5.

Confirmatur ſecundò, quia niſi forent homines capaces huius dominij peculiaris, atque diſtincti à generali dominio Dei; nullus homo poſſet res tanquam proprias donare aut vendere, aut quolibet alio modo alienare: nam omnes homines æquales forent in priuatione dominij. Nec poteſt reddi ſufficiens ratio, propter quam, qui ſunt capaces iuris & dominij rerum temporalium, non ſint capaces etiam iuris & dominij rerum æternarum; ſi Deus velit ad eam dignitatem illos per gratiam euehere. 3.

Confirmatur tertiò, quia per ſolemnem profeſſionem religioſi ſe ipſos Deo tradunt, re ipſa transferentes in Deum & in prælatos vice Dei, dominium peculiare, quo liberè poterant de ſuis perſonis diſponere ad alias actiones & ſtatus ſæculares. Ideo diuina liberalitate dignum fuit illis tribuere ius & dominium altioris gratiæ & beatitudinis, iuxta illud Matth. 19. *Vos, qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim*, &c. vſque ad illud: *Centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit.* & Marci 10. *Quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo.* *Homines per profeſſionem ſe ipſos Deo tradunt.*

Ex dictis accipitur ſecunda probatio, quia iuſtitiæ ſpecialis virtutis proprium eſt vnicuique reddere ius ſuum, & quod obligatum eſt illi, & eſt ſuum: ſed homines iuſti per bona opera, ſuppoſita Dei conuentione, ius adquirunt ad augmentum gratiæ & gloriæ, quæ manent illis obligatæ & debitæ, ſuntque propriæ illorum, ita vt ſuas appellare poſſint: ergo iuſtitiæ ſpecialis virtutis erit proprium prædictam gratiam & gloriam reddere propriis dominis ſeu creditoribus. Confirmatur, nam Matth. 5. *Regnum cælorum ipſorum eſſe* dicitur, ſiue, qui ſunt pauperes ſpiritu, ſiue qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Quod ſi eſt ipſorum, ius habent ad illud ex iuſtitia, tanquam ad rem ſuam & ſibi debitam. Cui conſonat, quod præcedenti 4. *Iuſtitia munus.* Matth. 5.

ſectio

Digitized by Google

Math. 10. ſectione ponderauimus ex Matth. 20. *Tolle, quod tuum eſt*, quibus verbis ſignificari iuſtitiæ æqualitatem notauit Proſper lib. 1. de vocat. gẽt. c. 17. à medio.

5. Probatur tertiò, quoniam vbi ſeruatur æqualitas dati & accepti, ſuppoſita obligatione & pacto, ibi reperitur aliqua ratio iuſtitiæ, prout eſt ſpecialis virtus: ſed æqualitas reperitur inter opera meritoria & præmium æternæ vitæ, ſuppoſita obligatione & pacto: ergo inter opera meritoria, & præmium æternæ vitæ reperitur aliqua ratio iuſtitiæ, prout ſpecialis eſt virtus. Maior conſtat, quia iuſtitiæ proprium obiectum eſt æqualitas eorum, quæ debentur alteri. Minor verò probatur, quia licet opera meritoria, quantum eſt ex ſua natura, ſint longe inferiora, quam viſio clara Dei: nihilominus conuentio Dei cum hominibus facta de illo denario, vim habuit eleuandi valorem meritorum, attendendo ſimul merita Chriſti D. & principale principium efficiens illorum, quod eſt Deus: qua eleuatione facta redduntur ſimpliciter æqualia, & condigna viſionis beatæ. Confirmatur, quia non ſeruatur exacta & propria quidditas meriti de condigno, niſi per illud ad præmium acquiratur ius ex iuſtitia propriè dicta: ſiquidem ius ex fidelitate promiſſionis, etiam per meritum de congruo tribuitur. Quapropter æqualitas valoris nihil conferet merito de condigno ſupra meritum de congruo, niſi ſtrictiorem rationem iuris & iuſtitiæ conferat.

Inter opera meritoria, & præmium æternæ vitæ æqualitas.

Æqualitas valoris quid conferat merito de condigno ſupra meritum de congruo.

6. Quartò probatur, quia contractus onerosus, *do, vt des; facio, vt facias*, inducit obligationem ex iuſtitia ſpecialiter dicta. Ideóque quicumque dat & facit, quod ex parte ſua debuit ex vi contractus, acquirit iuſtitiæ ius ad rem, pro qua dedit, aut laborauit (vt compertum eſt apud omnes vtriuſque iuris Authores, & morales Theologos;) ſed onerosus contractus initus fuit inter Deum & homines, vt ſi mandata Dei perſeueranter ſeruarent, æternam mercedem gloriæ reciperent: ergo quicumque perſeueranter ſeruat Dei mandata, iuſtitiæ ius adquirit ad æternam mercedem gloriæ: quapropter illam ei reddere fuerit iuſtitiæ, prout ſpecialis eſt virtus.

Onerosus contractus inter Deum & homines.

7. Pertinet ad iſtius fundamenti confirmationem tota lex naturalis ff. *de præſcriptis verbis*, &c. in qua decernitur omnes contractus innominatos, *do, vt des, facio, vt facias*, æqualem vim habere tribuendi actionem & ius, quam habent contractus nominati, videlicet, emptio, venditio, conductio, locatio & ſimiles. Sed contractus emptionis, venditionis, conductionis, locationis, & ſimiles vim habent tribuendi ius, & actionem ex iuſtitia ſtrictè & propriè dicta: ergo contractus innominati vim habent tribuendi ius & actionem ex iuſtitia ſtrictè & propriè dicta. Sunt autem huiuſmodi contractus à Deo cum hominibus initi: vt conſtat multis locis ſacrarum literarum, quæ in hac & præcedentibus diſputationibus commemorauimus, maximè diſput. 56. ſect. 3. probat. 4. & ſequentibus. Sufficiat illud Matth. 10. *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* & infra: *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* & Matth. 20. *Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem: amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Matth. 10.

8. Quintò ne quis confugiat ad rerum vtilitatem, quæ requiritur in contractibus humanis (vt dicemus ſect. 9. argument. 5.) adiungimus aliam probationem, quia ſiquis nec indigens pane, nec veſtibus, nec ædificio, nec medicina: ſeruis ſuis aut amicis, aut extraneis cibos aut veſtes emit, aut conducit ædificatores, aut medicos: poſtquam hæc præſtita fuerint ex contractu, conductor, aut emptor ex iuſtitia, ſtrictè dicta, manebit obligatus ad reddendum pretium rerum, & mercedem laboris, non minus, quàm ſi recepiſſet ipſe vtilitatem ex illis. Quod ſignificatum eſſe videtur Chriſti D. verbis Matth. 25. Matth. 25. *Quod vni de minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* quoniam impleſtis meum mandatum, cui præmium propoſui Matth. 10. Matth. 10. *Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.*

9. Authores contrariæ ſententiæ fatentur, contractus onerosos inter homines afferre obligationem ex iuſtitia ſpecialiter dicta; ſed non inter Deum & homines: quoniam Deus eſt incapax obligationis iuſtitiæ, hominéſque ſumus incapaces iuris iuſtitiæ aduerſus Deum. Refutatur autem hæc euaſio primò, quia non eſt opus Deum eſſe obligatum hominibus ex iuſtitia, ſatis eſt res diuinas, ſcilicet, gratiam & gloriam eſſe obligatas hominibus ex iuſtitia: & in hoc nulla eſt impoſſibilitas, vt oſtenſum eſt ſupra.

Solutio.

Refutatur primò.

Secundò, quia ſi nulla interueniret obligatio iuſtitiæ, neque ius hominis ex iuſtitia, propriè dicta, poſtulantis gratiam & gloriam ex vi contractus initi: ſequeretur non eſſe propriè contractum, nec propriè pactum, aut fœdus, ſed tantum fuiſſe ſimplicem promiſſionem, ſola fidelitate obligantem. Quia quidditas conuentionis, aut pacti conſiſtit in mutua obligatione iuſtitiæ; ſaltem inter res, de quibus conuenitur. *Secundò.*

10. Sextò probatur, quia quælibet creaturarum perfectio, ſi poteſt ab imperfectionibus ſeparari, formaliter & propriè præexiſtit in Deo: ſed iuſtitia ſtrictè ſumpta pro ſpeciali virtute, creaturarum perfectio eſt (omnis quippe virtus eſt perfectio) deinde poteſt ab imperfectionibus ſeparari, quemadmodum oſtendemus ſect. 7. & ſequentibus, refutantes obiectiones contrariæ ſententiæ: ergo iuſtitia ſpecialiter ſumpta præexiſtit in Deo formaliter & propriè. Septimò probatur, quia nulla Dei virtus aſſignari poteſt, cuius ſit officium meritis de condigno retribuere præmia, niſi iuſtitia ſpecialiter accepta: vt conſtabit ſequenti ſect. 6.

Iuſtitia ſtricta poteſt ab imperfectionibus ſeparari.

11. Conſulto prætermitto probationes alias, quoniam nituntur fondamentis nec certioribus, nec clarioribus: quin potius rem, ex ſe difficilem, implicant obſcurioribus difficultatibus, quas ad vnguem examinare non eſt inſtituti præſentis. Huiuſmodi eſt illa probatio, quoniam Chriſtus Dominus ſatisfecit Patri de toto rigore iuſtitiæ: Pater autem ex iuſtitia tenebatur acceptare ſatisfactionem: ergo iuſtitiæ virtutem exercuit acceptando ſatisfactionem. Alia probatio eſt, quoniam peccatum eſt verè iniuſtitia ſtrictè ſumpta, & iniuria Dei, proptereáque homo conſtituitur debitor ſatisfactionis ex iuſtitia: ergo inter homines & Deum poteſt interuenire iuſtitia ſtrictè ſumpta. In his duobus,

tam circa veritatem antecedentium, quàm circa honitatem illationum plurima diſrutere neceſſarium erat.

SECTIO VI.

Solutiones aduerſariorum impugnantur.

1\. QVamuis præcipuæ ſolutiones obiter fuerint impugnatæ ſect. 4. dum aliqua teſtimonia ponderabantur; expediens nihilominus erit, ſingulas per ordinem referendo, peculiaribus ſibi rationibus refutare. Prima ſolutio reſpondet, teſtimonia Scripturæ & Patrum ſolummodo probare iuſtitiam generalem, quæ complectitur omnem virtutem, non verò iuſtitiam ſpecialem. Hæc autem ſolutio refutatur primò, quoniam iuſtitia generalis in Deo complectitur etiam miſericordiam, liberalitatem, beneficentiam, & ſimiles virtutes (vt conſtat ex dictis diſputatione præcedenti ſectione 2.) ſed Scriptura, Patres & Concilia citata in ſectione 4. ſic dicunt, Deum reddere iuſtis præmia per iuſtitiam, vt non dicant, eam reddere per miſericordiam, aut liberalitatem, aut aliam ſimilem virtutem: ergo retributio iuſtorum non fit per iuſtitiam generalem virtutem, ſed per ſpecialem.

Prima ſolutio.

Refutatur primò.

2\. Refutatur ſecundò, quoniam prædicta teſtimonia conſtituunt diſcrimen inter primam gratiam, quæ datur ſine meritis, & gratiæ augmentum, atque gloriæ, quod datur propter merita de condigno (vt conſtabit aliqua ex illis recolendo.) Vnde ſic arguitur: Iuſtitia, quæ negatur in collatione primæ gratiæ, illa conceditur operibus ad augmentum gratiæ & gloriæ. Sed iuſtitia, quæ negatur in collatione primæ gratiæ, non eſt generalis iuſtitia, prout complectitur etiam miſericordiam: ergo iuſtitia, quæ conceditur operibus ad augmentum gratiæ & gloriæ, non eſt iuſtitia generalis. Minor eſt euidens, quoniam in collatione primæ gratiæ miſericordia interuenit, & conſequenter iuſtitia, quæ complectitur miſericordiam.

3\. Refutatur tertiò, quoniam teſtimonia citata in ſect. 4. iuſtitiam Dei generaliter referunt ad redendum vnicuique ſecundum opera ſua, ſiue bona, ſiue mala: ſed quando malis debita pœna redditur, interuenit iuſtitia ſtrictè, propriéque dicta, & non ſolum generalis virtus (vt magis conſtabit diſputatione 60.) ergo ſeruata proportione iuxta materiæ capacitatem quando iuſtorum meritis æterna beatitudo redditur, interueniet aliqua iuſtitia, ſtrictè propriéque dicta, nec ſatis erit generalis virtus ad exponenda prædicta teſtimonia. Quartò refutatur omnibus rationibus præcedentis ſectionis, quæ probant, iuſtitiam ſtrictè & ſpecialiter acceptam.

4\. Secunda ſolutio refert ad legalem iuſtitiam gubernatricem, quæcumque dicuntur de iuſtitia reddendi præmia, vel pœnas. Et videri poteſt aduerſus noſtram ſententiam eſſe maiores vires ſolutionis iſtius. Diximus enim tam in ſectione 1. præſentis diſputationis, quàm diſput. 56. ſectione 5. & 6. iuſtitiæ gubernatricis eſſe munus efficere, vt quæcumque res debentur, reddantur iis, ad quos ſpectant, licet ipſe iudex non ſit obligatus: Deum autem non eſſe obligatum, & debitorem, ſed tantum eſſe obligatas ac debitas gratiam & gloriam.

Nihilominus hæc ratio, quamuis ex hoc capite probet, in virtute reddendi præmia meritis de condigno, miſceri perfectionem iuſtitiæ legalis gubernatricis: non obſtat, quo minus etiam inueniatur alia ſpecialis & propria ratio iuſtitiæ (ſiue commutatiuæ, ſiue diſtributiuæ.) Probatur, quia iudex obligans res ſuas, quas ipſe ſolus tribuere poteſt, licet ſuam perſonam non obliget, ſed exemptam relinquat ab obligatione iuſtitiæ, tenebitur res illas reddere non ſolum generali munere iudicis, quo præcipit, alias res, ab aliis obligatas, ſuis dominis reddi; ſed etiam ſpeciali virtute iuſtitia, cuius eſt perficere æqualitatem, quam ipſe conſtituit in conuentione & contractu, & ipſe ſolus poteſt explere, reddendo res, quas obligauit. 5.

Confirmatur, quia ſi per impoſſibile aliqua creata perſona per contractum oneroſum obligaret gratiam & gloriam meritis reddendam: Deus autem, tanquam iudex efficeret, vt illa perſona redderet meritis gratiam & gloriam: tunc in Deo vere fuiſſet integrum munus iuſtitiæ gubernatricis circa rem hanc: nihilominus illa perſona creata, reddens gratiam & gloriam, exerceret actum iuſtitiæ ſtrictè & ſpecialiter acceptæ: ergo aliquid ſpecialis iuſtitiæ vltra iuſtitiam legalem & gubernatricem, exercet Deus altiori modo, quando ipſe obligat meritis gratiam & gloriam, ipſeque retribuit illam. 6.

Refutatur ſecundò, quoniam ſtrictior & rigidior ratio iuſtitiæ reperitur in retributione ſupernaturalium meritorum de condigno, quam in retributione meritorum naturalium ex quadam condecentia & conuenientia: ſed in retributione meritorum naturalium reperitur legalis iuſtitia gubernatrix; ergo ratio iuſtitiæ, quæ continetur in retributione ſupernaturalium meritorum de condigno, ſtrictior & rigidior, quam iuſtitia legalis & gubernatrix. Maior conſtat ex teſtimoniis Scripturæ & Patrum adductis ſectione 4. Minor verò probata fuit diſputatione 57. ſectione 3. dict. 2. Idem argumentum fieri poteſt comparando iuſtitiam legalem & gubernatricem, per quam facienti quod in ſe eſt per vires ſupernaturales, Deus confert vlteriorem gratiam, & habenti diſpoſitiones ad iuſtificationem, confert gratiam iuſtificantem. Hæc enim eſt laxior, & minus propriè dicta iuſtitia, quam illa, quæ reddit præmia meritis de condigno. 7.

Strictior iuſtitia ratio in retributione ſupernaturalium quam naturalium meritorum.

Tertia ſolutio reſpondet, ad fidelitatem implendi promiſſa, quæ pars eſt potentialis iuſtitiæ, pertinere retributionem meritorum de condigno. Hæc tamen refutatur primò, nam in teſtimoniis Scripturæ, Patrum, & Concilij, quæ retulimus ſect. 4. iuſtitia, quæ negatur meritis de congruo, præcedentibus iuſtificationem, ea conceditur meritis de condigno ſequentibus iuſtificationem. Sed meritis de congruo præcedentibus iuſtificationem, non negatur iuſtitia, quæ eſt fidelitas implendi promiſſa; ergo non hæc ſola, ſed alia ſtrictior iuſtitia conceditur meritis de condigno, ſequentibus iuſtificationem. Minor probatur, quia meritis de congruo, præcedentibus iuſtificationem, Deus promiſit iuſtificationem plurimis locis: ſufficiat illud Iſaiæ 1. *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum,* &c. *Et venite & arguite me,* 8.

Refutatur primò.

Iſaiæ 1.

Digitized by Google

me, dicit Dominus; ſi non reddidero præmia, quæ pollicitus ſum; vt Hieronymus exponit ibidem: *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur*, &c. Quapropter infidelitatis arguendum ſe fuiſſe, Deus ipſe profitetur, niſi peccata dimitteret pœnitentibus, & mores corrigentibus.

9. *Fidelitatem violans non vocatur propriè iniuſtus.* Confirmatur, ex eo namque quod ſola violetur fidelitas ſimplicis promiſſionis, nemo propriè vocatur iniuſtus: dicitur autem iniuſtus merito, qui deficit iuſtitiæ propriè dictæ, non dando, quod obligauit per oneroſum contractum, aut non ſatisfaciendo meritis de condigno. Inde factum eſt, vt nec ſacra Scriptura ſignificauerit, nec Patres aſſeruerint, fore Deum iniuſtum; ſi negaret primam gratiam pœnitentibus, aut ſi negaret aliud, quod non debetur meritis de condigno. Nihilominus, Paulus Hebr. 6. ſignificauit, & Auguſtinus aliique Patres ſect. 4. citati docuerunt, fore Deum iniuſtum; ſi negaret præmia debita bonis operibus iuſtorum. Ergo loquuntur de alio ſtrictiori, & magis proprio gradu iuſtitiæ, quam ſit mera fidelitas.

10. Secundò refutatur, quoniam vnuſquiſque non ex ſola fidelitate, ſed ex iuſtitia ius habet accipiendi res ſuas, & quæ ſunt illius. At verò iuſti ſuis operibus bonis adquirunt regnum cœlorum, vt ſit illorum, & propriè vocari poſſint ſuum, vt vidimus ſect. præced. probat. 2.

11. Tertiò, quia pollicitatio, ſi non ſit nuda, ſed oneroſo contractu fulciatur, ius tribuit iuſtitiæ propriæ & ſtrictæ. Propterea namque Eſdræ lib. 2. cap. 9. parum à ptinc. dicitur: *Tu ipſe Domine Deus, qui elegiſti Abraham, & inueniſti cor eius fidele coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus, vt dares ei terram*, &c. *Vt dares ſemini eius: & impleſti verba tua, quia iuſtus es.* Igitur, ſuppoſita fidelitate & obedientia Abrahami, quantum fuit ex parte ſua, fœdus implentis, iuſtitiæ diuinæ fuit implere, quod Abrahamo promiſerat, iuſtitiæ, inquam, prout à fidelitate diſtinguitur. Alioqui potuiſſet dicere: *quia verax es*, vel, *quia fidelis es.* & non dicere: *quia iuſtus es.* Confirmatur verbis Ciceronis libro 2. de inuentute: *Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod ita iuſtum putatur, vt iure præſtare videatur.* Sed ius reddere, vel explere pertinet ad iuſtitiam ſtrictè dictam, & non ad meram fidelitatem: igitur à fortiori, pacto ſatisfacere non pertinebit ad meram fidelitatem, ſed ad iuſtitiam ſtrictè ſumptam.

2. Eſdræ 9.

Cicero.

12. *Diuina iuſtitia munus aſſignant Patres.* Quartò refutatur, nam Scripturæ, Patréſque citati ſect. 4. Dei iuſtitiæ munus aſſignant, vnicuique reddere ſecundum opera ſua, ſiue præmium, ſiue ſupplicium: ſed nulli redditur ſupplicium ex mera fidelitate: ergo neque præmia redduntur ex mera fidelitate, ſed ex ſtrictiori iuſtitia. Minor probatur, quia peccatoribus non promittuntur, ſed comminantur ſupplicia: & quamuis promitterentur, non obligaret promiſſio, quoniam peccatores liberaliſſime remitterent obligationem iſtius promiſſionis, imo nunquam acceptarent. Quapropter circa ſupplicia non eſt poſſibilis obligatio fidelitatis, vt fuſiùs oſtendimus diſputatione 56. ſect. 7. verſus finem.

Circa ſupplicia fidelitatis obligatio impoſſibilis.

13. Quarta ſolutio virtutem gratitudinis aſſignat in Deo, cuius proprium officium ſit reddere præmia meritis de condigno, præſcindendo à promiſſione, nam promiſſio ſuperaddit alium titulum fidelitatis. Hanc ſolutionem non ſatisfacere, quantum ad titulum fidelitatis, conſtat ex refutationibus proximè præcedentibus. Inſuper gratitudinem repugnare diuinæ dignitati, ſufficientiæ, ac ſupremo dominio, probatum eſt diſp. 55. ſect. 4.

Nunc illud ſolummodo reſtat probandum, etiamſi gratitudo verè propriéque Deo conueniret, non eſſe munus illius reddere præmia meritorum de condigno. Quod probatur primò, quoniam hoc eſſe iuſtitiæ diuinæ, ſacræ litteræ, Patréſque tradunt, ſupra ſect. 4. Nemo tamen hactenus, quem ſciam, gratitudinem ſignificauit nomine iuſtitiæ. 14. *Præmia meritorum de condigno reddere non eſt gratitudo.*

Secundò, quoniam, vt ſcribit S. Thomas 2. 2. quæſt. 106. artic. 1. ad 2. à gratitudine diſtinguitur iuſtitia, quatenus *retributio proportionalis pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, quando attenditur ſecundum debitum legale, puta, ſi pacto firmetur, vt tantum pro tanto retribuatur: ſed ad virtutem gratitudinis pertinet, quæ fit ex ſolo debito honeſtatis, quam, ſcilicet, aliquis ſponte facit.* Vnde ſic arguitur. Retributio meritorum de condigno firmatur pacto Dei promittentis, vt pro bonis operibus æterna vita retribuatur; igitur hæc retributio attenditur ſecundum debitum legale, conſequentérque pertinet ad iuſtitiam ſuo modo commutatiuam, & non ad meram gratitudinem ex ſolo debito honeſtatis. Illud porro legale debitum, licet in Deum non cadat, vere tamen obligat res ipſas, vt ſæpe dictum eſt. Ad huius igitur refutationis confirmationem pertinent omnes probationes iuſtitiæ, poſitæ in ſect. 5. 15. S. Thomas.

Tertiò refutatur, nam Scriptura, & Patres citati ſect. 4. ſub eodem fere tenore verborum aſſerunt, ad iuſtitiam Dei pertinere iuſtis, aut peccatoribus, ſecundum eorum opera, retribuere: ſed peccatoribus pœna non tribuitur ex gratitudine, ſed ex iuſtitia, propriè dicta: igitur iuſtis præmium non retribuitur ex gratitudine, ſed ex iuſtitia, propriè dicta. Minor conſtabit diſputatione 60. 16.

Quartò refutatur, quoniam iuſtitia, quam nos aſſerimus, nullum debitum in Deo conſtituit, ſed tantùm in rebus Deo ſubiectis, quas poteſt liberè obligare: gratitudo tamen eſſentialiter exigit, perſonam eſſe obligatam honeſtatis debito, quoniam acceperit beneficium, vt probatum eſt dicta diſputatione 55. ſectione 4. Igitur illa ſententia fugiens imperfectiones, quas timet, ſi concedat iuſtitiam, incurrit in veriores, ac inſeparabiles imperfectiones gratitudinis. 17.

SECTIO VII.

De dominio transferendo per iuſtitiam ſpecialem argumentum ſoluitur.

Aduerſus Dei iuſtitiam hactenus probatam primum argumentum eſt hoc. De ratione iuſtitiæ propriæ, & ſpecialis virtutis eſt propriè reddere alteri, quod ſuum eſt. Non eſt autem redditio verè & propriè dicta, niſi debitor reddens abdicet ſe dominio rei, quam reddit, & illud transferat in creditorem. Sed impoſſibile eſt, Deum ſe abdicare dominio, & illud transferre in homines: igitur eſt impoſſibilis Deo ſpecialis virtus iuſtitiæ. Minor probatur, eſt enim ſimpliciter impoſſibile, Deum deponere, 1. *Obiectio 1.*

vel abdicare ſupremum dominium, & liberam poteſtatem diſponendi pro libito de qualiber re creata. Vnde fit, vt poſtquam homini rem aliquam dederit, Deus maneat, & rei datæ & hominis accipientis abſolutiſſimus dominus non minus, quam erat prius, quam rem illam dediſſet. Confirmatur, quia neque dominium ſpeciale poteſt Deus in homines transferre. Quodcumque namque dominium eſt perfectio, nullam verò perfectionem poteſt Deus deponere, priuando ſe illa, vt transferatur in homines.

2. *Dico primò.* Reſpondeo & dico primò. Plenior, & extenſiuè maior ac rigidior iuſtitiæ ratio reperitur inter homines; quoniam ſic res ſuas obligant, & reddunt creditoribus, vt totum dominium illarum, quod habent, transferant in creditores, nec poſſint vlla ratione illarum vſum impedire. Nihilominus abſtrahi poteſt ab iis imperfectionibus eminentior quædam ratio iuſtitiæ, quæ conferat ſpeciale, verúmque dominium alicuius rei debitæ, ſimul retinendo penes ſe dominium ſupremum & abſolutum, imo totum dominium, quod habebat priuſquam daret illam rem.

3. *Communiſſima ratio iuſtitiæ ſtrictæ.* Vnde infero & dico ſecundò. Communiſſima ratio iuſtitiæ ſtrictæ & ſpecialis virtutis, prout conuenit analogicè Deo & creaturis, ſolommodo requirit verè conferre dominium rei, quæ redditur creditori: non verò requirit abdicare ſe dominio, vel priuare Deum, qui reddit. Nec mirandum eſt, ita differre diuinas perfectiones ab humanis; ſiquidem aliter, neque ſcientiam, nec ſapientiam, nec generationem, aut filiationem aliáſque perfectiones poſſemus Deo tribuere.

4. *Deus hominibus dominium conferens nullum ſuum dominium deponit.* Dico tertiò. Deus reddens beatis gloriam, vt mercedem bonorum operum, confert illis ſpeciale dominium illius gloriæ, atque hoc dominium conferens, nullum ſuum dominium deponit, ſed integrè, perfectéque retinet totum ſuum dominium perinde, ac ſi nullum dominium homini contuliſſet. Explicatur & probatur, quia Deus hominibus non confert, niſi ſolum dominium particulare cuius ſunt capaces: Deus autem nunquam habet nec habere poteſt dominium particulare, quod confert. Ergo nullum dominium ſuum deponit, neque illo ſe priuat. Imo potius, quemadmodum Deus cauſis ſecundis tribuens particularem virtutem cauſandi, nulla virtute cauſandi priuat ſe ipſum, quia nec habet, nec habere poteſt illam virtutem cauſandi, quam habent cauſæ ſecundæ, nec poteſt vnquam Deus eſſe cauſa ſecunda: ſic etiam tribuens hominibus particulare dominium, nullo dominio priuat ſe ipſum, quia nec habet, nec habere poteſt illud ſpeciale dominium, quod eſt creaturarum proprium. Simile exemplum accipi poteſt ex ſumma libertate, quam Deus conferens, non ſe priuauit illa, quia Deus non erat illius capax. Nec enim Deus eſſe poteſt indifferens ad bonum & malum, nec ſubordinatus libertati ſuperiori.

5. Confirmatur, quia diminutum & anguſtum fuiſſet ſupremum dominium Dei, niſi potuiſſet abſque ſui diminutione communicare ſui participationem, ſicut ſcientia Dei & bonitas ſui participationem communicant abſque ſui diminutione. Participatio verò diuini dominij eſt dominium particulare, quod homines habent in ſuas actiones, & in alias res creatas, ſiue naturales, ſiue ſupernaturales: de cuius dominij parte dicitur *Geneſ. 1.* Geneſ. 1. *Replete terram & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.*

Sed obiicies primò, quia Deus conferens hominibus particulare dominium animalium, propterea ſe ipſum nullo dominio priuabat, quia pro libito poterat animalia non producere, vel producta annihilare, vel hominem illo dominio ſpoliare; nec eſſet iniuſtus Deus, licet hæc omnia feciſſet: foret autem iniuſtus Deus, ſi poſt merita de condigno, viſionem beatificam non produceret in homine, vel productam annihilaret, & hominem ſpoliaret beatitudine: igitur Deus manet aliquo dominio priuatus. 6.

Reſpondeo cauſaleto, in antecedente poſitam non eſſe veram, ſi denotet adæquatam cauſam retinendi dominium: quin potius totum dominium diuinum retineri poteſt integrum, licet hominibus debeatur dominium particulare beatitudinis, & Deus per oneroſum contractum conceſſerit illud, & conſequenter ſit impoſſibile Deum velle negare gloriam, & ſemel collatam deſtruere. Quemadmodum omnipotentia Dei manet integra, & nulla ex parte diminuta, licet cauſis ſecundis contulerit vim agendi operationes ſibi proprias, cum firmo decreto non impediendi illas de lege ordinaria. Sicut enim aliud eſt actionibus cauſarum ſecundarum impediri diuinam potentiam, ne contrarios illis motus imprimat, ſed eas ſuos motus agere ſinat, aliud autem eſt Deum priuari ſua potentia: ſic etiam aliud eſt particulari dominio, quod Deus contulit beatis impediri diuinum dominium, ne exerceatur in deſtruenda gloria beatorum, aliud eſt Deum priuare ſuo dominio. 7.

Confirmatur, quia in omni ſententia concedendum eſt, ſaltem ratione veracitatis, & fidelitatis cohiberi dominium ſupremum Dei, ne poſſit deſtruere gloriam beatorum, quod poſtquam iudicatur non eſſe inconueniens; nullum maius inconueniens augetur ex eo, quod diuinum dominium ab eiſdem actionibus contineatur, propter dominium ſui participationem, quod libere voluit ſuis filiis communicare ad maiorem ſuam gloriam. 8.

Obiicies ſecundò. Poteſt homo ſeipſum abdicare particulari dominio ſui & ſuarum rerum, & illud Deo tradere (quod re ipſa religioſi præſtant ſolemni profeſſione.) Deus igitur eſt capax dominij particularis, & illo dominio caret, quando confert illud nobis. 9.

Reſpond. explicando antecedens. Quamuis enim, vt ſonat ſit verum, quantum ad priorem partem abdicandi ſe ipſum dominio ſui & rerum ſuarum: attamen non ita dominium illud Deo traditur, vt per ſe ipſum immediatè poſſideat illud particulare dominium, poſſidet autem mediatè per Summum Pontificem, & alios Prælatos, qui vice Dei poſſunt tanquam particulares domini de rebus Deo traditis diſponere. Dominium autem Dei quadam extrinſeca denominatione creſcit per ablationem particularis dominij, quo poterat homo de ſe, vel de ſuis rebus in alios vſus diſponere, priuſquam ſe Deo traderet. Quemadmodum extrinſeca denominatione creſcit diuina cauſalitas per ablationem particularis cauſæ, quæ prius poterat aliquos effectus naturaliter cauſare, poſtea verò non poteſt, ſed tota vis cauſandi manet penes Deum. 10.

His

11. His ita explicatis, demonſtratur eſſe fallax argumentum initio poſitum, vel potius illius fundamento bene intellecto, probari iuſtitiam, quam aſſerimus. Ratio eſt, quoniam vbicunque reperitur verè ac propriè reddere alteri ius illius, & rem illi propriè debitam, ibi reperitur quidditas iuſtitia ſpecialis virtutis: ſed alteri reddere ius illius, & rem illi propriè debitam poteſt reperiri, quamuis Deus non abdicet ſe dominio particulari, quod confert: igitur abſque abdicatione dominij reperitur in Deo quidditas iuſtitiæ ſpecialis virtutis.

12. Huius exemplum eſt non valdè diſſimile, quando Rex ſuis ducibus, miſſis ad debellandos barbaros Noui orbis, concedit dominium ſpeciale terrarum, quas ſubiugauerint, titulúmque Ducis, aut Marchionis, aut Comitis. Tunc enim poſt eas nationes ſubiugatas, iuſtitiam exercet Rex vnicuique reddens prouinciam, quam ante victoriam aſſignauerat: nihilominus Rex nullo dominio ſpeciali ſe ipſum abdicat (nunquam enim habuit illud, quamuis habiturus eſſet, niſi priùs, quàm vinceret, alteri contuliſſet) retinet autem ſupremum ac regale dominium, ratione cuius & illæ prouinciæ totæ, ſicut & illarum Duces, Marchiones, aut Comites ſeruire tenentur Regis arbitrio ad bonum vniuerſale totius Regni.

SECTIO VIII.

De iuſtitia patris ad filium, & domini ad ſeruum alterum argumentum.

1. Antiquorum Scholaſticorum, qui Deo negabant ſpecialem virtutem iuſtitiæ, præcipuum argumentum erat, quia patris ad filium, & domini ad ſeruum non poteſt eſſe iuſtitia ſpecialiter & propriè dicta. Quemadmodum Ariſtoteles docuit lib. 5. Ethic. cap. 6. & S. Thomas 2. 2. quæſt. 57. artic. 4. & cum eo communiter Theologi, necnon iuris Doctores l. *cum oporteat*, C. de bonis, quæ liberis. & l. *ad veſtimentum*. ff. de peculio, & Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur §. *item vobis*.

2. Ratio eſt manifeſta, quia iuſtitia, ſpecialiter dicta, eſt ad alterum, filius autem non eſt alter à patre, quantum ad ea bona, in quibus exercetur iuſtitia, quia eſt veluti pars eius, nec ſeruus eſt alter à domino, quia totus eſt domini, tanquam inſtrumentum illius. Atque inde prouenit, vt quidquid adquirit filius, aut ſeruus, adquirat ſuo patri vel domino, proptereáque ſub dominium patris & domini cadant illorum omnia bona magis, quàm ſub dominium filij vel ſerui. Vnde ſicut nemo poteſt exercere iuſtitiam circa ſua bona, ſic pater non poteſt exercere iuſtitiam circa bona filij, nec dominus poteſt exercere iuſtitiam circa bona ſerui. Cum igitur Dei dominium ſit maius quolibet alio; ſeruitus autem creaturarum ſit ſtrictior; inſuper cum filiatio quæcũque hominum ad Deum ſit magis ſubiecta, magiſque dependens à Deo, quàm à quolibet patre creato: conſequens eſt, fortiorem eſſe rationem, quæ prohibeat inter Deum & homines iuſtitiam ſpecialiter dictam.

3. Ariſtoteles. Reſpondeo. Ariſtoteles alibi conceſſit iuſtitiam inter patrem & filium, & inter ſeruum & dominum, videlicet lib. 2. Magnorum Moral. cap. 11. propiùs ad finem quàm ad med. dicens: *In quibus iuſtum eſt, in eiſdem amicitia eſſe videtur. Quamobrem quot iuſtorum ſunt ſpecies, totidem & amicorum. Iuſtum certè eſt & hoſpiti erga ciuem, & ſeruo erga dominum, & filio erga patrem, & vxori erga virum.* Quod hac diſtinctione conciliari poteſt cum eius doctrina, relata in argumento, Patris ad filium, & domini ad ſeruum ſub hac ratione formali præcisè ſumpta, non poteſt eſſe iuſtitia: nihilominus pater filio poteſt liberè concedere ſpeciale bonorum dominium, ſimilitérque dominus ſeruo: quo ſpeciali dominio accepto, poterit iuſtitiæ contractus inire filius cum patre, & ſeruus cum domino: Deus igitur ſua libera voluntate per contractum onerosum, cum hominibus initum, concedit ſpeciale dominium bonorum operum, quæ ſequuntur iuſtificationem, vt per illa iuſtitiæ ius adquirant ad gloriam. Quapropter huius argumenti ſolutio tota reuocatur ad doctrinam præcedenti ſect. traditam, de ſpeciali dominio, quod Deus hominibus confert.

Hæc ſolutio confirmatur primò, quia filius emancipatus, & ſeruus manu miſſus, adquirit ſibi, poteſtque cum patre & domino contractus exercere non minori iuſtitiæ rigore, quam quilibet alter extraneus. Sed homines iuſti, quantum ad prædictum ſpeciale dominium acquirendum ita ſe habent, vt ſerui manu miſſi, ſeu libertate donati (non totaliter, ſed aliqua ex parte) & vt filij quodammodo emancipati. Quod attinet ad libertatem à ſeruitute, probatur Ioan. 8. *Seruus* enim *non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum. Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.* & 2. Corinth. 12. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* 4. *Filius, & ſeruus cum patre, & domino poſſunt contractus inire.* Ioann. 8. 2. Cor. 12.

5. Emancipationem verò ſignificat parabola diuidentis filio prodigo partem ſubſtantiæ, quæ contingebat eum, & permittentis abire, ſignificat enim arbitrij libertatem. Quod autem per gratiam concedatur etiam ſubſtantia, qua filius poſſit à patre mercedem obtinere, colligitur ex Matth. 6. quia poſtquam dixit de alijs: *Receperunt mercedem ſuam*, de filio ſubiungit: *Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Quod idem de oratione dicitur continuo, præter alia, quæ ponderauimus ſect. 4. Matth. 6.

Confirmatur ſecundò, nam abſq; totali emancipatione filij manentes adhuc ſub patria poteſtate, quorundam bonorum habere poſſunt dominium, prorſus independens à dominio patris. Ergo licet homines iuſti, tanquam filij, nondum emancipati, maneant adhuc ſub patria poteſtate Dei, poterunt habere dominium ſpeciale, dependens à ſupremo dominio Dei. Conſequentia probatur à minori ad maius, quia patriæ poteſtati minus derogat ſpeciale dominium, dependens à ſupremo dominio patris, quam dominium prorſus independens à dominio patris. Antecedens conſtat in bonis caſtrenſibus, aliiſque nonnullis, de quibus ſuperfluum eſt dicere, cum res ſit manifeſta. Idem argumentum fieri poteſt de ſeruo, qui poteſt ex conſenſu domini laborando, vel donationes accipiendo, ſibi adquirere pretium, quo ſuam libertatem ea iuſtitia redimat vero contractu redemptionis inter ſeruum & dominum, vel aliquid aliud ab eo emat. 6. *Filij quorundam bonorum domini.*

Sed inſiſtunt aduerſarij in eo diſcrimine Dei à creatis patribus & dominis, quoniam Deus non 7.

 poteſt

poteſt ſuis filiis aut ſeruis concedere dominium, independens à ſuo ſupremo dominio: ideóque non poteſt cum illis contrahere iuſtitiæ conuentiones & pacta. Sed huius ſolutio ſatis conſtat ex præcedenti ſect. ſofficit enim ſpeciale dominium hominibus conceſſum, ad conoentiones ex tuſtiria ſpeciali obligantes crearum præmium, licet Deus oihil omnino de ſuo dominio deponat.

SECTIO IX.

Nec iuſtitia, nec iniuſtitia hominis ad Deum, ſequitur ex iuſtitia Dei ad homines, nec iſta requirit materiam temporalem aut vtilem Deo.

1. TErrium argumentum contrariæ ſententiæ ſic haber. Si in Deo eſt vera iuſtitia comparatione noſtri; ſeqnitur in nobis etiam eſſe veram & ſpecialem iuſtitiam comparatione Dei: conſequens aurem eſt falſum; ergo & antecedens. Sequelam probant, quia eadem eſt ratio hominis ad Deum, quæ Dei ad homines. Conſequentis verò falſitatem oſtenduur, quia iuſtnia hominis ad Deum eſt religio, quam non eſſe partem ſubiectiuam, id eſt, ſpeciem iuſtitiæ, ſed partem porentialem, deficientem à perfecta ratione iuſtitiæ docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 80. art. 1. & communiter recentiores Theologi. Vnde neque pœnitentia eſt ſpecies iuſtitiæ, ſed pars potentialis. Er confirmant, quoniam hominis ad Deum nulla eſt iniuria, ſiue iniuſtitia ſtrictè ſumpta, igitur nec iuſtitia. Antecedens probatur, quia ſi qua peccata forent iniuſtitiæ; maximè blaſphemia, ſacrilegium, odium Dei. Hæc autem non ſunt iniuſtitiæ; opponuntur enim aliis virtutibus, blaſphemia fidei, ſacrilegium religioni, odium charitati.

2. *Rationes diſcriminis duæ.* Nos autem, omiſſa materia conſequentis, quæ longiorem reqnirebar diſputationem, reſpondemus negando ſeqnelam. Duæ ſuot autem præcipuæ sationes diſctiminis. Prima, qnia reddens plus, qnam debetur ex vi conttactus, ſatisfacir perfectiſſime iuſtitiæ; veruntamen qui seddir minus, quam debet, etiamſi non poſſir amplius, deficit à perfecta satione iuſtitiæ. Nunc autem Deus reddir hominibus plus, quam debetur illis ex contractu facto de bonis operibus: homines autem ſemper reddimus Den multo minus, quàm ei debemus, nec aliam rationem aſſignat S. Thomas 2. 2. quæſt. 80. artic. 1. propter quam religio *Religio deficit à ratione iuſtitiæ.* deficiat à ratione iuſtitiæ, niſi, quia deficit ab æqualitate, nemo quippe seddere poteſt Deo quantum deber.

3. Secunda rario diſctiminis eſt, quia iuſtitia Dei eſt altioris ordinis adimplens æqualitatem & obligationem rerum, cum tamen ipſe Deus non ſit obligans, & conferens ſpeciale dominium homini, non amittens aliquid de ſoo dominio. Talis antem iuſtitia non eſt poſſibilis hominibus erga Deum, propter noſtram imperfectionem & *In homine quid diuinæ iuſtitiæ correſpondeat.* ſubiectionem. Quod ſi quæras, quid in hominibus iuſtis correſpondeat, quaſi correlatiuum diuinæ iuſtitiæ seddentis præmia; reſpondeo tantum correſpondere ius verum & ſpecialiter dictom ad præmia, ſuppoſitis meritis de condigno. Ex eodem igitur principio reſpondetur ad confirmationem, omittendo quod immediatè probat, ſcilicet, hominis ad Deum, nec eſſe propriè iuſtitiam, neque iniuſtitiam: hæc enim non sequitiur, vt Dei ad homines poſſit eſſe iuſtitia.

Quartum argumentum inſiſtit in materia propria toſtitiæ, quæ debet eſſe bonorum temporalium aliquid. Ariſtoteles enim lib. 5. Ethic. cap. 2. propius ad med. quàm ad princip. *Perſpicuum,* inquit, *eſt, præter totam,* (id eſt generalem iniuſtitiam) *aliam eſſe quandam iniuſtitiam, vt partem vniuocam: quia definitio genere eſt in eodem: ambæ námque id poſſunt, vt ſunt ad alium. Verum hæc quidem circa honorem verſatur, vel pecunias, vel ſalutem, vel ſi quo vno nomine complecti hæc vniuerſa poſſumus: & circa voluptatem, quæ fit à lucro. Illa vero circa omnia ea, in quibus ſtudioſus verſatur.* Oſtenſa igitur diſtinctione ſpecialis iniuſtitiæ à generali, quæ ſumitur ex bonis temporalibus, circa quæ verſatur, ex eadem materia ſumit ſpecialis iuſtitiæ diſtinctionem continuo ſubinferens: *Iuſtitias igitur eſſe plures, & aliam quandam eſſe præter totam virtutem, perſpicuum iam euaſit.* Eodem euadit modus explicandi S. Thomæ 2. 2. quæſt. 58. artic. 8. corp. dicentis, exteriores res, & exteriores actiones eſſe materiam propriam iuſtitiæ; quoniam ſecundum illas, & non ſecundum interiores actiones, vnus homo ordinatur ad alterum. Iuſtitiæ vero quidditas eſt hominem ad alterum recta ratione coordinare. 4. *Ariſtoteles.*

Inde ſic argumentatur contraria ſententia. Præmium gratiæ, vel gloriæ non eſt pecunia, nec honor, nec ſalus, nec eſt bonum exterius & temporale, ſed bonum interius & æternum: ergo præmium gratiæ, vel gloriæ, non eſt materia capax iuſtitiæ ſpecialis virtutis, ſed tantùm generalis iuſtitiæ. Confirmat, quia niſi hac ratione ſpecialem iuſtitiæ virtutem diſtinguamus à generali, ſequitur, in omni virtute contineri iuſtitiam ſpecialem: quoniam omnis virtus obſeruat in ſuis operationibus æqualitatem cum ſua segula, hoc eſt, cum lege, & cum Deo. 5. *Confirmatio.*

Reſpond. Iuſtitia inter homines poſſibilis, quaſi per accidens reſtringitur ad materiam temporalem, & exteriores res & actiones: quoniam res interiores alterius hominis nemo poteſt cognoſcere, niſi per exteriora ſigna, nec ex illis vtilitatem accipere: vnde prouenit non coordinari vnum hominem cum alio, niſi per res & actiones exteriores. Quod ſi quilibet homo penetrare poſſet ses, & actiones interiores alterius, & ex illis vtilitatem capere: dubitari non poteſt, quin circa illas poſſet coordinari cum alio, & de illis conuenire per obligationem iuſtitiæ ſtrictè ſumptæ. Cum igitur Deus interiora ses & actiones hominum intelligat non minus, quàm exteriores: manifeſtè ſequitur, quantum eſt ex hoc capite præcisè, quod eius conuentiones cum hominibus verſeotur circa res & actiones interiores, omnino nihil impediri rationem iuſtitiæ, ſi non impeditur ex alio capite, ſicut verè non impeditur, vt oſtendunt ſolutiones aliorum argumentorum. 6.

Addo tamen ad maiorem abundantiam, dato, quod creata iuſtitia quidditatiuè, atque per ſe poſtularet materiam temporalem, & exteriosem, nihil inferri contra iuſtitiam ſpecialem, quam in Deo ponimus; eſt enim eminentior, abſtrahens ab hac ſicut ab aliis imperfectionibus, alioqui reddens res ſpirituales, debitas ex oneroſo contractu. Confirmatur, quia ſimiliter pecuniam, & ses pecunia æſtimabiles aſſignant 7.

gnant eſſe materiam liberalitatis Ariſtoteles libro quarto Ethicor. capit. 1. & ſanctus Thomas 2. 2. quæſt. 117. artic. 2. Nihilominus in præſenti quæſt. 21. art. 1. ad 1. & lib. 1. contra gent. cap. 93. ſub initium, concedit, liberalitatem Deo propriè conuenire: prout fuſiùs expoſuimus ſuprà diſputat. 55. ſect. 2. Quemadmodum igitur diuina liberalitas altiorem & vniuerſaliorem obtinet materiam; ſic etiam diuina iuſtitia. Potuiſſet enim, ſi vellet, conuentiones cum hominibus inire de tempotalibus & exterioribus rebus, ſicut de facto conuenic de ſpiritualibus & æternis.

8. Quintum argumentum, quoniam omnis iuſtitia, & peculiariter commutatiua verſatur circa commodum & vtilitatem, atque profectum alterius, vel circa detrimentum ac nocumentum. Vnde Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. capit. 4. conclodit, iuſtum medium inter lucrum & damnum, eſſe obiectum proprium iuſtitiæ commutatiuæ; & S. Thomas 1. 2. q. 21. art. 3. corpore dicit: *Retributio ſecundum iuſtitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocumentum alterius.* Sed nulla creatura poteſt aliquid agere, quod cedat in Dei commodum, vtilitatem, profectum, aut lucrum, quippe qui bonorum noſtrorum non indiget: vt oſtendimus ſupra diſp. 8. ſect. 4. & diſp. 55. ſect. 4. Nulla ergo creatura poteſt ex iuſtitia mereri retributionem ex Deo, nec ab eo exigere quidpiam vt debitum ex commutatiua iuſtitia.

S. Thomas.

9. Reſpondetur primò. Inter homines iuſtitia commutatiua reſpicit lucrum, vtilitatem, emolumentum, aut horum contraria; verùm ad hunc reſpectum quaſi per accidens reſtringitur iuſtitia; quoniam æſtimatio rerum & actionum, circa quas verſatur humana iuſtitia, non menſuratur intrinſeca perfectione rerum, ſed earum commodo & vtilitate ad vitam humanam. Alioqui totius mundi aurum & argentum non eſſet pretium ſufficiens vnius paſſeris, qui venditur aſſe. Ideóque Ariſtoteles citatus præcipit, æqualitatem eſſe quærendam in lucro & damno. Quod ſi voluiſſent homines ab aliis exigere res aut operationes honeſtas & arduas; licet exigentibus nullam vtilitatem afferrent; poſſent de illis inire contractus ex iuſtitia commutatiua, tenerentúrque tantum reddere vtilitatis alteri, quantum conuentione ſtatuiſſent. Quapropter iuſtitiæ quidditas per ſe & ab intrinſeco non exigit materiam vtilem, & commodam remuneraturo; ſed tantum materiam, quam remuneraturus velit emere, ſiue recompenſare tanto vel tanto pretio, ſtatuto per conuentionem.

Iuſtitia quidditas nõ exiget materiam vtilem.

10. Reſpondetur ſecundò. Ad maiorem abundantiam dato, quod creata iuſtitia, quidditatiuè ac per ſe poſtularet materiam vtilem, commodam & lucratiuam: nihil obſtaret quominus ille Dominus, qui nullius indiget, haberet altiorem aliam rationem iuſtitiæ, per quam res ſuas obligaret oneroſo contractu, eáſque redderet hominibus explentibus conditiones contractibus, & conuentionibus impoſitas.

11. Confirmatur ad hominem primò, quia contrariæ ſententiæ Doctores, videntes, humanam gratitudinem verſari circa res vtiles & commodas accipientis, reſecant hanc imperfectionem à gratitudine Dei, & abſtrahunt conceptum gratitudinis, quæ verſetur circa res gratas & acceptas. At verò magis intrinſecum eſt gratitudini, quam iuſtitiæ, verſari circa beneficia vtilia & commoda accipientibus: vt vidimus diſput. 55. ſect. 4. Ergo potiori iure debuiſſent concedere rationem iuſtitiæ, quæ ſeruet æqualitatem, mutuo contractu conſtitutam, licet materia non ſit vtilis Deo, ſed tantùm ei grata.

Confirmatur ſecundò, nam & promiſſio non obligat inter homines, niſi fuerit de re vtili, quoniam res inutilis non acceptatur ab eo, cui fit promiſſio. Nihilominus promiſſio quæcumque facta de re Deo grata, ſtrictè obligat, & ſupponitur acceptari à Deo. Imo nullum votum dicitur eſſe de materia inutili, niſi quod eſt de re, quæ Deo non ſit grata. Cur ergo non appellabitur materia vtilis, id eſt, Deo grata, quodlibet opus bonum hominis iuſti, quatenus eſt ſufficiens ad contractum & conuentionem ineundam; ſicut eſt materia ſufficiens ad votum: quamuis ad contractus & promiſſiones inter homines non ſit apta materia? 12.

Promiſſio de re inutili non obligat.

Reſpondetur tertiò. Lucrum & damnum apud Ariſtotelem & S. Thomam locis ſupra citatis accipitur largius pro quacumque re, vel actione, quæ grata eſt alicui perſonæ, quamuis ei non ſit vtilis, ſed potius nociua. Quo ſenſu per iniuriam hominem occidere, vel percutere vocatur lucrum ab Ariſtotele, quantumuis multoties homicida, vel percutiens patiatur grauiſſima detrimenta occaſione illius iniuriæ. Notauit hanc ampliationem, ac ferè violentam extenſionem vocabuli Philoſophus ipſe lib. 5. Ethicor. cap. 4. ante medium, dicens: *Nam cum hic quidem percuſſus eſt, aut occiſus, ille verò percuſſit, aut occidit, paſſio atque actio diuiſa eſt in partes non æquas, ſed ad æqualitatem auferendo lucro damni reſpectu, nititur redigere iudex. Dicuntur enim hæc in talibus abſolutè dicendo. Atque quamquam hæc nomina quibuſdam accommodata non eſſe videntur, vt ei, qui percuſſit, lucrum: & ei, qui paſſus eſt, damnum: cum menſurata tamen fuerit paſſio, hoc damnum, illud lucrum vocatur.* Obſerua potiſſimum poſtremas lineas. 13.

Ariſtot.

Reſpondetur quartò. Deus ſeruis & amicis ſuis vtilia & commoda poteſt emere, vel oneroſo contractu adquirere; ratione cuius conſurgat obligatio iuſtitiæ, ſicut oſtendimus ſupra ſect. 5. probat. 5. 14.

SECTIO X.

Meritis de congruo, etiam ſuppoſita promiſſione, præmium reddere, non eſt ſpecialis iuſtitiæ actus, ſed iuſtitiæ legalis.

Dico primò. Secluſa promiſſione Dei, gubernatricis iuſtitiæ legalis eſſe munus præmia reddere bonis operibus, iam diximus diſp. 57. ſect. 3. & 4. Nunc addimus, in huiuſmodi præmiis non exerceri iuſtitiam ſpecialem virtutem, de qua locuti ſumus in præſenti diſp. Ratio eſt, quia ſecluſa promiſſione non modo Deus non eſt obligatus, ſed neque res diuinæ gratia & gloria, vel quodlibet aliud bonum poteſt eſſe debitum operibus hominum, niſi præciſè ex quadam honeſtate, & condecentia: vt conſtat ex dictis tota diſp. 56. præſertim ſect. 2. & 4. 1.

Dico ſecundò. Suppoſita quoque promiſſione, vel pacto de bonis operibus meritoriis de congruo 2.

gruo tantùm, & non de condigno, non exerceri ſpecialem virtutem iuſtitiæ, ſed tantum miſericordiam, rectè docet S.Thomas ad Hebr.6.lect.

S.Thomas. 3.circa med.vbi: *Duplex*, inquit, *eſt meritum vnum, quod innititur iuſtitiæ, & illud eſt meritum condigni: aliud, quod ſoli miſericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui.* Probatur, quia meritum congrui non eſt ſimpliciter meritum, ſed ex quadam congruitate & decentia, quod eſt, ſecundum quid eſſe meritum: ergo nihil illi redditur, tanquam ſimpliciter debitum, quod eſt eſſe debitum ex iuſtitia, ſed tanquam debitum illi ex quadam congruitate & ex fidelitate diuina.

3. Confirmatur primò, quia licet meritum congrui comparatione rerum ſupernaturalium non ſit aliud, quam operatio ſupernaturalis, ideóque proportionem aliquam habeat in eodem ordine, quæ videri poteſt genus æqualitatis: eius tamen dignitas extenuatur nimium per indignitatem perſonæ, quæ peccato mortali impeditur, ne poſſit exactè placere Deo ſuis operibus. Reſpicit enim Deus potiſſimum ad perſonam, & propter illam ad munera, iuxta il-

Geneſ.4. lud Geneſ.4. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain vero & ad munera illius non*

Ad meritum ex iuſtitia neceſſarius contractus. *reſpexit.* Confirmatur ſecundò, quoniam ad meritum ex iuſtitia non eſſet ſatis opus æqualis omnino dignitatis cum præmio; ſed requiritur præterea contractus illius perſonæ, quæ præmium reddituta eſt. Miles enim ſtrenuè pugnans, licet opus faceret æquale magno ſtipendio, non acquireret iuſtitiæ ius ad ſtipendium; ſed tantùm ex congruitate, ſi Rex non conduxiſſet illum; & multo minus, ſi Regi diſpliceret, tanquam illius inimicus.

4. Inde prouenit, vt quamuis Deus promiſerit credentibus, ac verè pœnitentibus conferre iuſtificationem: expediens fuerit, & rationi conſentaneum, non obligare iuſtificationem primam ex iuſtitia ſpeciali virtute, ſed tantùm ex

Perſeuerātia non cadit ſub meritum condignum. fidelitate promiſſionis. Inde quoque prouenit, vt Deus conuenienter voluerit, perſeuerantiam in gratia non cadere ſub merito de condigno, & ex iuſtitia, licet obtineri poſſit per merita de congruo, quoniam diuina motio dirigens liberum arbitrium, vt indeclinabiliter in obſeruantia diuinorum mandatorum perſeuerct, eſt munus gratis conferendum, vt ſit principium meriti de condigno; principium autem meriti de condigno non poteſt cadere ſub merito de condigno: vt S.Thomas ratiocinatur 1.2.q.114. art.9.corp.

5. Conſonat Hieronymus dialogo 1. aduerſus

Hieron. Cap 9. Pelag. multò propius ad finem, quàm ad med. dicens: *In Deuteronomio perſpicuè demonſtratur, non in operibus noſtris, atque iuſtitia, ſed Dei miſericordia nos conſeruari*, (ſcilicet in bonis operibus) *dicente Domino per Moyſen, Ne dicas in corde tuo, cum ſubuerterit eos Dominus Deus tuus à facie tua, in iuſtitia mea introduxit me Dominus, vt poſſideam terram hanc: quia in impietate gentium iſtarum Dominus conſumet eos a facie tua: non in iuſtitia tua, & directione cordis tui intrabis, vt poſſideas terram eorum: ſed in impietate eorum Dominus Deus tuus conſumet eos a facie tua, vt ſuſcitet verbum, quod locutus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Et ſcies, quod non in iuſtitia tua Dominus Deus tuus dabit tibi terram optimam, vt poſſideas eam: quia populus duræ ceruicis es tu.*

Inde colligeà fortiori, cætera omnia, quæ cadunt ſub meritum de congruo, reddi non ex iuſtitia ſtrictè ſumpta, ſed tantùm ex miſericordia, vel etiam ex fidelitate promiſſionis, & legali iuſtitia gubernatrice, cuius eſt proprium attendere congruitatem, & conuenientiam, præſertim inter merita & præmia: vt vidimus diſp. præcedenti ſect.3.& 4. 6.

Obiiciet tamen aliquis. Abſque præuia promiſſione, ſi Deus redderet præmia bonis operibus, ſiue naturalibus, ſiue ſupernaturalibus, ſeruaret proportionem iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ attendit perſonarum diſcrimina comparatione meritorum, nec efficit æqualitatem arithmeticam, ſed geometricam explicandam diſp.ſequenti. Ergo etiam abſque præuia promiſſione præmia redderentur ex iuſtitia ſpeciali, & ſtrictè ſumpta. Reſpondetur. Ad iuſtitiam diſtributiuam non ſufficit ſeruari prædictam proportionem geometricam comparatione perſonarum & meritorum; niſi præſupponatur ſpeciale atque ſimpliciter dictum debitum eorum præmiorum, quæ redduntur. Alioqui proportio geometrica ſeruatur etiam in miſericordia, gratitudine, liberalitate, obſeruantia, & charitate. Iſtæ namque ſicut & aliæ quædam virtutes ordinem & proportionem attendunt comparatione perſonarum, & quorundam meritorum, ſiue rationum, quæ poſſint ad actus illarum virtutum allicere. 7. *Solutio.*

DISPVTATIO LIX.

Vtrùm diſtributiuæ potius, quàm commutatiuæ iuſtitiæ perfectionem prahabeat diuina iuſtitia.

SECTIO I.

Diſtributiuæ iuſtitiæ perfectio qua ratione reperiatur in Deo.

DVÆ ſunt ſpecies humanæ iuſtitiæ, quas enumerat, & explicat Ariſtot. lib.5. Ethicot. cap.2. verſus finem, & cap.3. & 4. videlicet, diſtributiua, & commutatiua. De priori Philoſophus dicto capit.2. prope finem: *Vna quidem*, ait, *ſpecies eſt ea, quæ in diſtributione conſiſtit, aut honoris, aut pecuniarum, aut cæterarum rerum, quæ inter eos diuidi poſſunt, qui in eadem ciuili ſocietate verſantur, in his enim fit, vt quiſpiam & non æquum habeat ad alium, & etiam æquum.* Nam ſi dux, aut Princeps militiæ ex ſpoliis inimicorum, & ex capta ciuitate nihil amplius accipiat, quàm priuatus miles; æqualitas ſeruabitur inter vtrumque, quatenus vni tantum tribuitur, quantum alteri: magna tamen erit inæqualitas, conſiderando dignitatem ducis, aut Principis, cui maior communium bonorum pars ex iuſtitia debetur. 1. *Humana iuſtitia ſpecies duæ.* Ariſtot.

Vnde ſequenti cap.3. inter princip & med. *Iuſtum*, inquit, *quod in diſtributionibus eſt, omnes vno ore pro dignitate quadam oportere eſſe dicunt.* Inferius autem infert, quatuor terminos eſſe conſiderandos ad æqualitatem diſtributionis, v.g. vt ſicut ſe habet Achilles ad Aiacem, ita 2.

ita ſe habeat munus Achillis ad munus Aiacis, videlicet, vt ſi Achilles eſt dignitatis duplo maioris, quam Aiax, munus Achillis ſit duplo maius, quàm munus Aiacis. *Talem autem*, ait Ariſtoteles, *rationum comparationem mathematici geometricam vocant.* Quibus principiis inſiſtens S. Thomas. 2. 2. quæſt. 61. art. 1. docet, diſtributiuam iuſtitiam attendere ordinem totius ad partes, & bonorum communium ad ſingulas perſonas *ſecundum proportionalitatem*, quæ eſt proportio proportionum. Et in artic. 2. docet, *in diſtributiua iuſtitia medium non accipi ſecundum æqualitatem rei ad rem, ſed ſecundum proportionem rerum ad perſonas, vt, ſcilicet, ſicut vna perſona excedit aliam, ita res, quæ datur vni perſonæ, excedat rem, quæ datur alij.*

S. Thomas.

3. Vnicam concluſionem ex hoc fundamento colligo. In retributione præmiorum diuina iuſtitia formaliter & propriè continet perfectionem iuſtitiæ diſtributiuæ, tanquam exemplar creatæ iuſtitiæ diſtributiuæ. Probatur, in præmio namque non ſeruatur æqualitas rei ad rem, quæ ſit arithmetica, ſeu æqualitas proportionis; ſiquidem viſio beata multo maioris eſt perfectionis, & pretij, quàm opus meritorium, conſiderata vtriuſque quidditate; rurſus æternum præmium infinita duratione ſuperat temporales labores, ac denique Deus vltra condignum remunerat mercede maiori, quàm pro meritis, vt ex ſacris literis, & Patribus oſtendimus ſupra diſp. 56. ſect. 4. in tertia gratia.

In retributione præmiorũ diuina iuſtitia formaliter diſtributiua.

4. Quod ſi dicas, conuentione Dei facta cum operariis æqualem euaſiſſe mercedem: reſpondeo. Deus non ſtatuit conuentionem & pactum, niſi de vita beata in generali, non determinando gradum; nec homines poſſent acquirere ius ad determinatum gradum, niſi ſecundum proportionalitatem, quam Deus ſeruare decreuit in cœleſti republica; ſiquidem in hoc contractu Dei nihil amplius, quam iſtud cognoſcunt homines. Sublata igitur æqualitate proportionis & arithmetica, reſtat æqualitas proportionalitatis & geometrica, ratione cuius quantum vnaquæque perſona præcellit alteram meritis & dignitate, tantum præcellat perfectione viſionis beatificæ, ita vt perſona centies dignior, obtineat viſionem centuplo exceſſu perfectiorem.

Deus ſolum de beatitudine in generali pactum ſtatuit.

5. Confirmatur primò, nam opus æqualis perfectionis, ſi procedat à perſona, quæ Deo magis eſt grata, maiori præmio remuneratur: vt probat Suarez tomo 3. de grat. lib. 2. capit. 22. Ergo perſonarum dignitas attenditur in remuneratione meritorum, quod eſt proprium iuſtitiæ diſtributiuæ. Alioqui, ſi ſola rerum æqualitas attenderetur, ſemper æqualibus operibus reſponderent æqualia præmia, quamuis ab inæqualibus perſonis procederent; quemadmodum æqualiter laborantes in vinea conuentione facta ex denario diurno, æqualem mercedem accipiunt, licet contingere poſſit perſonas eſſe inæquales dignitate, vel conſanguinitate, aut amicitia.

Æquale opus à perſona Deo magis grata maiori præmio remuneratur.

6. Confirmatur ſecundò; nam vbi iuſtum & æquale neceſſariò requirit rerum inæqualitatem, ibi reperitur iuſtum diſtributiuum (vt conſtat ex iis, quæ initio retulimus ex Ariſtotele) ſed in retributione beatitudinis iuſtum & æquale neceſſariò requirit rerum inæqualitatem nuper explicatam, itaut etiam æqualibus laboribus inæqualia præmia reſpondeant; ſicut etiam laboribus inæqualibus reſpondebit æquale præmium aliquando propter inæqualitatem perſonarum in dignitate gratiæ. Cuius aliquod veſtigium fuit æqualitas denarij redditi operariis, qui vna tantùm hora laborauerant in vinea.

Confirmatur tertiò, quia vbi quantitas mercedis non eſt determinata, nec determinatè debita, ibi non ſeruatur æqualitas arithmetica; ſed geometrica. Bonis autem operibus mercedis quantitas non eſt determinata, nec determinatè debita: manet enim in arbitrio Dei aſſignantis quantitatem præmij iuxta proportionem ſupradictam: ergo in retributione præmiorum Deus ſeruat æqualitatem geometricam, & non arithmeticam. Quod explicatur exemplo Imperatoris, præter alimenta quotidiana, nullum aliud ſtipendium determinatum aſſignantis ſuis militibus, niſi ſpoliorum partem, atque terram, & ditionum iura diſtribuenda, iuxta proportionem laboris & perſonarum: ſimilitérque munera & gradus in palatio Imperatoris. 7.

Confirmatur quartò, nam in retributione præmiorum proportionalis inæqualitas non eſt per accidens intenta (quemadmodum euenire ſolet etiam in commutatiua iuſtitia, quando debita reſtituuntur, ſeruata quadam proportione, quia non poſſunt integrè reſtitui: vel quando lucra diuiduntur inter eos, qui contractum ſocietatis inierant, poſito inæquali capitali) ſed eſt intenta valde per ſe, ſicut eſt per ſe intentus ordo ciuitatis cœleſtis, & hierarchia, ſubordinatióque diuerſorum graduum, & ſicut eſt per ſe intenta pulchritudo vniuerſi, reſultans ex varietate rerum, ac potiſſimum eſt per ſe intenta integritas & perfectio myſtici corporis Chriſti D. conſtantis ex varietate membrorum diſparium, ac diſſimilium. 8.

In retributione præmiorum proportionalis inæqualitas per ſe intenta.

Hoc fundamentum accipitur ex 1. Corinth. 15. vbi Paulus ex profeſſo reſurrectionis modum, & gradum exponens: *Deus*, inquit, *dat illi* (ſemini) *corpus, ſicut vult: & vnicuique ſeminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro; ſed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium. Et corpora cœleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas Solis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum.* Quapropter quod aliqui reſpondent, per ſe quidem intendiſſe Deum omnibus æquale præmium reddere, quemadmodum vocans operarios ad vineam, quantum ex ſe eſt, vult, vt omnes æqualiter laborent, & æqualem mercedem accipiant: hoc, inquam, non minus eſt abſurdum, & improbabile, quam ſi dixiſſent per accidens, ac præter intentionem Dei contigiſſe cunctorum animantium inæqualitatem, & inæqualem claritatem Solis ac ſtellarum. 9.

1. Cor. 15.

Aliquorum reſponſio refutatur.

Nec minus abſurdum foret & improbabile putare, digitorum inæqualitatem, vel diſcrimen oculorum ab auribus, vel à pedibus eueniſſe per accidens; ac præter intentionem Dei: & conſequenter affirmare diſparitatem membrorũ Chriſti D. non fuiſſe per ſe intentam à Deo, cum Apoſtolus dicat Epheſ. 4. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei,* 10.

Epheſ. 4.

&

& agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Christi. Conſequens igitur eſt vt plenitudo corporis Christi per ſe requirat hanc membrorum varietatem & inæqualitatem, de qua poſt pauca ſubinfert: *Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit.* Quod ſi foret æqualis vniuſcuiuſque membri menſura, faciens augmentum corporis Christi: fruſtra diceretur, & falſo, *in menſuram vniuſcuiuſque membri* augmentum corporis fieri. Sed de hac proportionalitate plura dicta ſunt
Pſalm.7. diſp.53.ſect.4. Auguſtinus etiam in Pſalm.7.verſ. vltimo: *Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius,* obſeruat præmiorum & pœnarum varietatem ordinari ad pulchritudinem vniuerſitatis: vt retulimus diſp.58.ſect.4.n.10.

11. Quintò ſacræ literæ conſonant, quoniam Lucæ 19. qui lucratus fuerat quinque mnas, præficitur quinque ciuitatibus: qui verò lucratus fuerat tantùm duas, duabus ciuitatibus præficitur. Deinde multis in locis aſſeritur, à Deo longe abeſſe perſonarum acceptionem, ſicut 2.Paralip. cap.19.verſ.7. Roman.2.verſ.11. Epheſ.6.verſ.9.
1.Petri 1. Coloſſen.3.verſ.25. præcipuè verò 1. Petri 1. *Si Patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.* Porro vitium
Perſonarum acceptio iuſtitiæ directè contraria. acceptionis perſonarum directè contrarium eſt diſtributiuæ, non verò commutatiuæ iuſtitiæ: ſicut S.Thomas docet 2.2.quæſt.63.art.1.corp.& art.4.ad 1. Quamuis autem à Deo remoueantur omnia vitia, etiam illa, quæ opponuntur virtutibus, diuinæ perfectioni repugnantibus, veluti ſacrilegium, inobedientia, intemperantia; nihilominus, quoniam in Deo conceditur actus iudicij, qui propriè pertinet ad iuſtitiam, ſpecialiter ſumptam (vt conſtat ex D. Thoma 2. 2. q.60.art.1.& q.63.art.4.) conſequens eſt, vt illud vitium remoueatur, quod immediatè & directè opponitur virtuti iuſtitiæ quam exercet diuinum iudicium.

12. Dionyſius. Poſtremò conſonat Dionyſius de diuin. nominib.cap.8.paulò poſt med.dicens: *Iuſtitia rurſum Deus laudatur, quod ſua cuique pro dignitate tribuat.* & poſt pauca: *Diuina enim iuſtitia omnia diſponit & determinat: omniáque non confuſa inter ſe, nec permixta cuſtodiens, vt, quæ ſunt omnibus, quod cuique accommodatum eſt tribuit, pro ea, qua vnumquodque eorum, quæ ſunt, attingit dignitate.* Perpende, dignitatem attendi. Quod licet ad gubernatricem iuſtitiam pertineat, quantum ad omnes res naturales; attamen, quantum ad ſupernaturalia præmia, pertinet ad iuſtitiam ſpecialem virtutem. Cum igitur non commutati-
Diſtributiua iuſtitia dignitatē perſonarum attendit. uæ, ſed diſtributiuæ per ſe conueniat attendere dignitatem perſonarum; conſequens erit, iuſtitiam in retributione præmiorum eſſe diſtributiuam.

13. Dionyſius. Confirmatur, quoniam in fine eiuſdem capitis octaui, notat Dionyſius inæqualitatem, quæ requiritur ad ſeruandam æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuæ, iuxta ea, quæ initio retulimus ex Ariſtotele: *Inæqualitatem*, inquit, *ſi quis accipiat, & interpretetur differentias, quibus res omnes inter ſe diſtinguantur; huius etiam cuſtos & conſeruatrix eſt iuſtitia, cum omnia in omnibus permixta confundi minimè patiatur: ſed ea, quæ ſunt, omnia vniuſcuiuſque ſpeciei, in quo natura ea eſſe voluit, cuſtodiat.*

Magis autem in ſequenti cap.9. prope fin. explicuit, hanc proportionem ſecundum vniuſcuiuſque dignitatem intelligi, quibuſlibet in rebus, quæ mente percipi poſſunt, illis præſertim verbis: *Æqualem communionem pro capite cuiuſque, & parem largitionem, quæ cuique ſit pro dignitate: quodque omnem æquabilitatem, eam, quæ animo cernitur, eam, quæ mentis eſt, quæ rationis,* &c.

SECTIO II.

Diluuntur obiectiones contrariæ ſententiæ.

Prima obiectio eſt, quia Deus præmia tribuit pro quantitate meritorum, nulla habita ratione proportionis, quam vnus iuſtus habet cum alio. Petrus enim Apoſtolus (exempli gratia) non aliter, neque alio gradu beatitudinis donatur de facto, quam donaretur, ſi nullus alius eſſet beatus diuina gloria coronandus. Quod vlterius confirmatur ex ſacris literis, veluti Roman. 2. *Reddit vnicuique ſecundum opera eius.* 1. Cor. 3. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* & Matth. 16. *Reddet vnicuique ſecundum opera eius.* 1. *Confirmatur.* Roman.2. 1.Corinth.3. Matth.16.

Reſpondetur. Abſolutè falſum eſt antecedens: vt probatum eſt ſect. præcedenti. Quin potius S.Petrus, ſi fuiſſet ſolus in beatitudine coronandus, non modo præordinatus fuiſſet ad alium gradum operum, ſed etiam hypotheſi data, quod habuiſſet eundem gradum bonorum operum, quem de facto habet, donaretur æquali gradu gloriæ, vel maiori, vel minori, prout in eo caſu diuina ſapientia iudicaret, eſſe conuenientius; non quidem attenta rerum æqualitate arithmetica, ſed proportione ſeruata ad oſtenſionem attributorum, quam ſemper Deus in ſuis operibus intendit. Hæc autem oſtenſio, prout de facto intenditur à Deo, requirit proportionem præmiorum inter membra Christi D. ſeruari, modo explicato in ſectione præcedenti. 2.

Ad confirmationem reſpondetur, illa Scripturæ verba prorſus eſſe indifferentia, vt ſignificent æqualitatem arithmeticam, aut geometricam. Milites enim & duces non ſolùm quando præfixa ſibi ſtipendia recipiunt, ſed etiam quando ſpolia communia diuidunt, mercedem accipiunt ſecundum ſuum laborem, & ſecundum opera ſua, licet non attentis tantùm operibus, ſed conſiderata dignitate perſonæ, prout ex illa maius meritum redundat in opera. 3.

Secunda obiectio. Iuſtitia diſtributiua neceſſariò poſtulat plures perſonas inter quas diſtribuantur bona communia: ſed modus diuinæ iuſtitiæ in reddendis præmiis, non neceſſariò poſtulat plures perſonas; eodem quippe modo præmium redderet vni ſancto, ſi ſolus fuiſſet in mundo, ſicut modo pluribus reddit: ergo iuſtitia retribuens præmia bonis operibus non eſt diſtributiua propriè. Confirmatur, quia ſi ſolus vnus eſſet aptus & dignus eccleſiaſtico beneficio, vel cathedra, proptereáque tribueretur illi; non exerceretur diſtributiua iuſtitia, ſed tantùm commutatiua, conferendo beneficium, aut cathedram illi. 4. *Confirmatur.*

Reſpondetur. Fateor, non poſſe exerceri iuſtitiam diſtributiuam, niſi comparatione plurium perſonarum, vt minimum duarum, quemadmodum ex Ariſtotele & S. Thoma retulimus 5.

præce

præcedentis ſectionis initio, ſequitúrque communis ſententia Doctorum. Ideirco, ſi foret vnicus ſanctus in eius retributione, non exerceretur iuſtitia diſtributiua, propriè dicta; imo nec commutatiua, quia non ſeruaretur æqualitas arithmetica: foret autem ibi participatio quædam diſtributiuæ, quatenus præmij quantitas, incomparabiliter ſuperans valorem operum, ſeruaret proportionem ad communiſſimum bonum, ſcilicet, gloriam Dei, & oſtenſionem attributorum. Nunc autem de facto diuinæ iuſtitiæ modus in reddendis præmiis neceſſariò poſtulat plures perſonas, inter quas proportionalitatem ſeruet.

6. Tertia obiectio, quia dum bona communia per diſtributiuam iuſtitiam diuiduntur inter plures, minus obuenit ſingulis, quàm ſi diſtribuerentur inter pauciores, ſed quando Deus præmia iuſtis retribuit, non tribuit minus ſingulis, quàm ſi pauciores eſſent futuri beati. Ergo Deus in diſtributione meritorum non exercet iuſtitiam diſtributiuam.

Cõfirmatio 1. Confirmatur primò, quia proportionalitas propria iuſtitiæ diſtributiuæ debet oriri ex inſufficientia præmij, quod propterea diuidendum ſit inter multos, quia ſingulis non plene ſufficiat: ſed proportionalitas in retributione beatitudinis, non oritur ex inſufficientia præmij: poteſt enim Deus gratiam & gloriam magis, ac magis in infinitum augere. Ergo retributio beatitudinis non fit ex iuſtitia diſtributiua.

Cõfirmatio 2. Confirmatur ſecundò, nam inæqualitas & proportio beatitudinis ex natura rei, & neceſſariò conſequitur ex inæqualitate gratiæ ac meritorũ; ergo non procedit ex propria ratione iuſtitiæ diſtributiuæ.

7. *Reſpõdetur 1.* Ad tertiam obiectionem reſpondetur primò, diminutionem illam præmiorum, quæ diuiduntur inter plures, per accidens euenire iuſtitiæ diſtributiuæ. Prouenit enim ex limitatione præmij. Quamuis autem præmium poſſit in infinitum augeri, quidditas iuſtitiæ diſtributiuæ poſtulat ſeruari proportionem in diſtributione præmiorum, attendendo dignitatem perſonarum, & munus ad quod euehuntur, & ordinem hierarchicum ciuitatis; prout explicuimus ſect. præced.

8. *Beatitudinis præmium minus obuenit ſingulis beatis, quàm ſi diſtribueretur inter pauciores.* Reſpondetur ſecundò. Beatitudinis præmium minus obuenit ſingulis beatis, quàm ſi diſtribueretur inter pauciores: ſi conſideretur quantitas omnium præmiorum quam Deus præfixit diſtribuendam inter omnia membra Chriſti Domini, ſuppoſita quantitate gratiæ & gloriæ, quam decreuit conferre humanitati noſtri capitis. Quantitas enim & perfectio totius corporis certa proportionalitate commenſurari debet cum quantitate & perfectione capitis. Hac igitur quantitate ſuppoſita, ſi duodecim Apoſtolis dandi ſunt mille millia graduum gloriæ, aliis Pontificibus, aut confeſſoribus non poſſunt tot millia gratiæ & gloriæ dari, ſi diſtributiua proportionalitas ſeruetur. Infantibus decedentibus poſt circumciſionem non erat diſtribuenda tanta gloria, quanta decedentibus poſt Baptiſmum: & adultis baptizatis, & aliquam diu laborantibus maior gloria tribuenda erat. Eodem modo ratiocinare de cæteris beatis donec exhaurias illam quantitatem, à Deo præfixam, & commenſuratam capiti.

9. *Reſponditur 3.* Vnde reſpondetur tertiò. Suppoſita quantitate gratiæ & gloriæ, quam humanitas Chriſti debuit accipere propter vnionem hypoſtaticam, quantitates aliarum gratiarum, meritorum & gloriæ ſeruant iuſtitiam diſtributiuam comparatione capitis; quoniam omnia dona, præſertim ſupernaturalia, quæ gratis conceduntur hominibus ex iuſtitia, debentur meritis Chriſti Domini, & taliter debentur, vt commenſuranda ſint ſingulorum membrorum magnitudini, prout exigit dignitas & magnitudo tanti capitis.

Ad primam confirmationem facile poſſunt eædem ſolutiones applicari. Primò namque maior eſt falſa, ſiquidem etiam infinitum præmium ſeruare debet proportionalitatem: vt vidimus in ſolutione prima. Secundò non eſt vera Minor in eo ſenſu quo ponitur in argumento. Quantitas enim præmiorum limitata fuit à Deo præfixa diſtribuenda inter membra Chriſti Domini, ſicut oſtendimus nuper. 10.

Ad ſecundam confirmationem conſequentia negatur propter duas rationes. Altera, quoniam inæqualitas meritorum prouenit etiam ex inæquali dignitate perſonarum. Sic enim inæqualitas meritorum, quæ reperitur inter duces, ſigniferos, & milites ex natura rei, & neceſſariò poſtulat inæqualem partem ſpoliorum, atque terrarum; & tamen pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam. Altera ratio eſt, quia ſi ſolummodo conſideraretur debitum iuſtitiæ commutatiuæ, potuiſſet Deus æqualem gloriam inæqualibus meritis reddere, & æqualibus inæqualem, ad inſtar illius patrisfamilias, qui laborantibus vna hora tantam mercedem retribuit, quantam portantibus pondus diei & æſtus. Etenim quibuſlibet meritis, quantumcumque magnis ſatisfacere potuiſſet aliquibus gradibus æternæ gloriæ: potuiſſet autem pro ſuo ſupremo dominio multo plures gradus gloriæ non ex iuſtitia, ſed ex liberalitate ſuperaddere, quibus voluiſſet, beatis. Quapropter proportionalitas inæqualitatis, quæ de facto ſeruatur, procedit ex diſtributiua iuſtitia, quam Deus conſtituere voluit, non ex natura meritorum. 11.

Quarta obiectio, quoniam legalis iuſtitia gubernatrix intendens commune bonum Eccleſiæ triumphantis, diſponit proportionalem inæqualitatem præmiorum. Ergo ad illam conſtituendam non requiritur iuſtitia diſtributiua: maximè cum executio prædictæ inæqualitatis fieri poſſit per iuſtitiam commutatiuam, ſuppoſita meritorum inæqualitate. 12.

Confirmatur, quia ſanitas & integritas totius corporis vnica intentione per vnicam virtutem poteſt amari, quamuis in illa contineatur proportionalis inæqualitas, ac diſſimilitudo membrorum. *Confirmatio.*

Reſpondetur. Si Deus noluiſſet in retributione beatitudinis intercedere obligationem ſpecialis iuſtitiæ, ſufficeret legalis iuſtitia gubernatrix, vt diſponeret proportionalem inæqualitatem præmiorum; ſuppoſito tamen libero decreto, & oneroſo contractu, per quem obligantur æterna præmia, non eſt apta iuſtitia commutatiua, vt exequatur inæqualitatem præmiorum, attendendo dignitates perſonarum, & proportionem membrorum cum capite, & omnium ciuium cum principe, reddendo plus, quam meritum ex natura rei valet: vt hactenus probatum eſt. 13.

Ad confirmationem reſpondetur. Licet integritas & ſanitas totius corporis vnica intentione per vnicam virtutem amari poſſit; attamen

non poteſt per vnicam virtutem exhiberi, & executioni mādari: requirit enim peculiaris ars attendens vniuſcuiuſque membri peculiares vires, & munera, quibus diſſimiles & inæquales qualitates & quantitates commenſurentur. Quod autem in naturalibus debitis hæc ars præſtat, hoc in moralibus iuſtitiæ debitis præſtat diſtributiua, non verò commutatiua.

SECTIO III.

Commutatiua iuſtitia ſimilitudinem aliquam diuinæ iuſtitiæ participat, ſed minorem quàm diſtributiua.

1. Concluſionis vtraque pars, quæ continetur in hoc titulo, infertur ex vtraque ſectione præcedenti: nam cum ibi probatum ſit, geometricam proportionalitatem ſeruari beatitudinis retributione, commenſurata non modo cum intrinſeca perfectione operum, ſed etiam cum dignitate perſonarum: conſequens eſt, non ſeruari proportionem arithmeticam, attento ſolo valore rerum, quæ dantur & accipiuntur ab hominibus. Præſertim verò, quia iuſtitia commutatiua per ſe non reſpicit commune reipublicæ bonum, ſed priuatam vtilitatem contrahentium (licet per accidens aliquando reſpublica vel eius conſules contrahant ad eius vtilitatem) iuſtitia verò diuina per ſe dirigitur ad commune bonum reipublicæ.

2. Quod autem aliquam ſimilitudinem & formam diuinæ iuſtitiæ in reddendis præmiis, participet iuſtitia commutatiua, S.Th.2.2.q.61.a.4.ad 1. colligit ex verbis Chriſti Domini Matth. 7. *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*, &c. Matth.7. Nec amplius probant argumenta, quæ contendunt, diuinam iuſtitiam eſſe formaliter & propriè commutatiuam. Multorum ſolutio iam in præſenti & præcedenti diſputatione fuit tradita. *Obiectio.* Quæ reſtant hæc ſunt. Primum, quia forma commutatiuæ iuſtitiæ eſt, vt vnicuique tantum pro tanto reddatur, ſiue vt quantum habet iuris & actionis, tantum illi tribuatur. Hoc autem Deus ſeruat in retributione præmiorum, iuxta verba Scripturæ: *Reddet vnicuique ſecundum opera ſua.*

3. Reſpond. Æquiuocæ ſunt illæ voces, *tantum pro tanto*. Poſſunt enim ſignificare valorem prorſus æqualem rei ad rem, ita vt ſi valor operis ſit vt centum, præmium ſit vt centum. Hoc ſenſu Deus non reddit tantum pro tanto, *nec enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam*: vt fuſiùs probatum eſt diſput.56. ſect.4. in tertia gratia. Si verò, *tantum pro tanto*, nihil aliud ſignificet, niſi cuiuſque beati meritis ſatisfieri conſiderata non tantum intrinſeca perfectione operum, ſed etiam dignitate perſonæ, ſeruata proportionalitate cum tota cœleſti curia: ſic iuſtitiam diſtributiuam probat potius, quàm commutatiuam.

4. Secundum argumentum, quia ius adquiſitum ad præmium per proprios labores & opera proportionata, & in ſuo ordine æqualia præmio, & fundata in pacto & conuentione, *dabo ſi feceris*, eſt ius proprium, quod moraliter æquiualet poſſeſſioni, ſeu iuri in re; ergo in redditione talis iuris etiam ſeruatur ex hac parte forma, vel etiam ſubſtantia commutatiuæ iuſtitiæ.

Reſpondetur. Antecedens abſolutè falſum eſt, quantum ad æqualitatem, vt conſtat ex his, quæ nuper commemorauimus. Conuentio verò, vel pactum, aut oneroſus contractus, *dabo ſi feceris*, quamuis vt plurimum, ac per ſe loquendo, magis ad commutatiuam, quam ad diſtributiuam iuſtitiam pertineat: inueniri tamen poteſt etiam in iuſtitia diſtributiua: quemadmodum, ſi plures homines nomina dent militiæ, conuentione facta cum imperatore, non de alio ſtipendio, quàm vt ſpolia & captæ ciuitates, ac prædia diſtribuantur illis iuxta proportionem laborum, ac dignitatis. 5.

Eodem modo veniunt intelligenda quæcunque ſignificant, eſſe iuſtorum proprium, & ſuum, 6. præmium quod illis redditur, quatenus ad illud habent ius virtute prædicti contractus, veluti Matth.20. *Tolle quod tuum eſt.* Matth.5. *Ipſorum eſt regnum cœlorum.* 2. Timoth. 1. *Potens eſt depoſitum meum ſeruare.* & quæcunque ſunt eiuſmodi. Significant enim habere ius ad regnum cœlorum proportionaliter diſtribuendum victoribus. Matth.20. Matth.5. 2.Tim.1.

DISPVTATIO LX.

Vtrùm vindicatiua iuſtitia Dei ſit propriè & ſtrictè iuſtitia.

SECTIO I.

Negantium variæ opiniones & argumenta.

PRIMA ſententia docet, iuſtitiam vindicatiuam, ſeu punitiuam in Deo non eſſe propriè iuſtitiam ſpecialem virtutem, ſed generalem, quæ complectitur omnes. Ita exiſtimant Alex. Albert. Durand. Paludan. Greg. Maior, Marſil. Scotus, Baſſolis, ſupplementum Gabrielis, & multi recentiores locis citatis diſp.58. ſect.2. initio. Quantum ad punitiuam iuſtitiam, parum à præcedenti diſſidet ſecunda ſententia, quæ docet, iuſtitiam Dei vindicatiuam non eſſe iuſtitiam ſpecialem (videlicet commutatiuam, aut diſtributiuam) ſed eſſe iuſtitiam generalem gubernatricem, ſiue prouidentialem. Eam latè probare contendit Suarez diſputat. de diuina iuſtit. ſectione 5. 1. *Secunda ſententia.*

Rigidius autem egerunt aduerſus iuſtitiam vindicatiuam, qui neque prouidentialem, & gubernatricem, & multo minus commutatiuam & diſtributiuam eam eſſe voluerunt: vt Vazquez 1.part. diſputat.85.cap.4. num.26.& 27. & diſputat. 86. cap.2. num.10. & cap.3. num.18. & 1. 2. diſputat. vltima cap. 8. Quarta ſententia quorundam recentiorum aſſignat peculiarem quandam iuſtitiæ partem potentialem, ſiue poteſtatiuam, quæ deficiat à propria ratione iuſtitiæ, ad quam pertinere vindicatiuam iuſtitiam Dei, exiſtimant. Ita Molina in præſenti, q.21. ad art.1. §. *Secundo ſciendum.* & ſequente, Leſſ. lib.13. de perfectionibus diuinis cap.3. num.15. Lorca 3.p. diſp.8. num.7. 2. *Vazquez ſententia. Sententia quarta.*

Huius ſententiæ argumenta ſunt, quæ ſequuntur. Primum ex S. Thoma 2. 2. quæſt.80. artic.1. vbi vindicatiuam iuſtitiam enumerat, tanquam ſpecialem virtutem, inter partes poteſtatiuas 3. *Quartæ ſententiæ argumenta.*
iuſtitiæ,

iuſtitiæ, quæ deficiunt à propria ratione illius. Quod etiam docet quæſt. 108. art. 1. & 2. & cum eo Caietanus. Eodem ergo modo de iuſtitia Dei vindicatiua philoſopharetur Sanctus Doctor.

4. Secundum argumentum, quoniam de ratione iuſtitiæ propriè dictæ eſt debitum legale: ſed Deus non debet, neque obligatur punire hominum peccata: ergo Deus in punitione peccatorum non exercet propriam iuſtitiam. Minor probatur, quia Deus puniendo non ſoluit debitum, ſed potius exigit vt ſibi ſoluatur. Solus enim is, qui peccat, hoc ipſo quod peccat, debitor efficitur pœnæ condignæ. Sed Deo ius acquiritur ad illam infligendam. Quare poſſet Deus abſque vllius iniuria prædictam pœnam miſericorditer condonare: ſicut quiuis homo poteſt gratis condonare pœnam debitam iniuriæ ſibi factæ.

Confirmatur. Confirmatur, nam actus, quo creditor petit debitum à debitore, non eſt actus propriè iuſtitiæ, quia petere debitum non eſt reddere alteri ius ſuum, quod eſt proprium munus iuſtitiæ, neque reſpicit ius alterius, ſed ius proprium.

5. Tertium argumentum. Propria iuſtitia locum non habet in Deo, niſi fundetur in pacto & promiſſione illius: ſed iuſtitia vindicatiua in Deo non fundatur in pacto & promiſſione eius. Ergo non eſt propria iuſtitia. Maior conceditur ab omnibus: minor oſtenditur, quia ad vindicationem exercendam impertinens eſt promiſſio, vel pactum, quin etiam eſt impoſſibilis illius obligatio comparatione puniendorum: vt probatum eſt diſputat. 56. ſect. 7. verſus finem, quadam probatione ſecunda.

6. Quartum argumentum peculiariter contendit, iuſtitiam vindicatiuam non eſſe propriè diſtributiuam, quoniam Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 5. & S. Thomas 2. 2. quæſt. 61. artic. 4. docent, in iuſtitia diſtributiua non reperiri contrapaſſum, ſeu repaſſum; ſed in punitione reperitur repaſſio, quia pœna inflicta peccatori commenſuratur eius delicto. Ergo iuſtitia punitiua Dei non eſt diſtributiua.

Confirmatur. Confirmatur, quia Deus in pœnis non ſeruat proportionem geometricam primario & per ſe, ſed per accidens: attendit enim ſolummodo quantum peccata cuiuſque mereantur, iuxta illud

Deuter. 25. Deuter. 25. *Pro menſura delicti erit & plagarum*

Matth. 7. *modus.* Matth. 7. *Eadem menſura, qua menſi fueri-*

Apocal. 18. *tis, remetietur vobis.* Apocal. 18. *Reddite illi ſicut ipſa reddidit vobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius.* & iterum: *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum, & luctum.*

Iſaiæ 25. Iſaiæ 25. *In menſura contra menſuram, cum obiecta fuerit, iudicabit eum.*

SECTIO II.

Vindicatiuam iuſtitiam Dei eſſe ſpecialem virtutem iuſtitiæ, propriè dictæ.

1. ITa ſentiunt antiquiores Scholaſtici, qui ſuprà diſput. 58. ſect. 2. iuſtitiam propriè dictam Deo concedunt, generaliter enim agunt de iuſtitia, per quam Deus vnicuique reddit ſecundum opera eius, & magis expreſsè de iuſtitia punitiua. Sic procedit Magiſter 4. ſentent. tota fere diſtinct. 46. vbi S. Thomas quæſt. 1. artic. 2. præſertim quæſtiunc. 4. & artic. 3. ſemper hoc pro certo ſupponit, decernens, eandem eſſe iuſtitiæ æqualitatem in punitione grauium & leuium peccatorum. Eodem modo procedit S. Bonauentura eadem d. 46. art. 1. præſertim q. 4. Vbi etiam Ricard. art. q. 42. Carthuſian. q. 1. præſertim col. poſtrema. Durandus autem 4. diſt. 46. q. 3. fine dicit, *ſecundum iuſtitiam propriè dictam deberi pœnam, quæ pro demeritis infligitur.*

Magis apertè, punitiuam iuſtitiam Dei eſſe commutatiuam, docet Aureolus lib. 1. ſentent. diſt. 46. art. 1. col. vltima poſt tertiam propoſitionem §. *Eſt autem.* & Argentinas lib. 4. ſent. diſt. 46. quæſt. vnica art. 1. conc. 2. Sotus lib. 3. de iuſtitia q. 5. art. 4. ad 1. Aragon. 2. 2. q. 61. artic. 4. circa ſolutionem 1. argumenti. Azor tom. 3. inſtit. moral. lib. 1. cap. 10. quæſt. 4. 2.

Alij putant, iuſtitiam punitiuam Dei pertinere ad diſtributiuam. Ita S. Thomas lib. 4. ſentent. d. 46. q. 2. art. 2. ad 1. cuius verba referemus ſect. 5. fine. Capreolus 1. diſt. 45. q. 1. art. 1. ad argumenta contra 14. concluſionem. Ricard. 4. diſt. 46. art. 1. q. 1. corpore poſt med. Caietanus 2. 2. q. 61. art. 4. §. vltimo. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 7. diſp. 7. num. 5. Nauarretus 1. p. tom. 1. controuerſ. 28. §. 6. verſ. *Circa authoritatem.* 3.

Significauit eandem ſententiam Magiſter 4. ſentent. diſt. 46. §. *Sed quomodo.* cum ait, Deum prædicari iuſtum, intelligendo, *quod ipſe ſit diſtributor & iudex meritorum.* Alij denique putant, Deum in puniendis impiorum ſceleribus vtramque exercere iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam. Ita Valentia hic quæſt. 21. punct. 1. in probatione 2. concluſionis. Rebellus lib. 1. de iuſtitia quæſt. 4. ſect. 5. num. 30. & ſectione vltima num. 37.

Ex ſacris litteris colligitur, iuſtitiam propriè, ac ſpecialiter dictam eſſe, quam Deus exercet puniendo peccata, quoniam ad huius actionis laudem ac defenſionem ſæpius, quam ad alium finem, confitentur, Deum eſſe iuſtum, & homines iuſtè puniri pro ſuis peccatis. At verò quæ toties ac ita ſimpliciter aſſeruntur à ſacris litteris, non ſunt ad impropietatem, aut generalitatem reuocanda, niſi magna ratione cogente: quæ tamen in præſenti non cogit, vt ex ſequentibus conſtabit. Vnde confirmatur, quia frequentius & magis apertè ſacra Scriptura & Patres ad iuſtitiam referunt vindictam peccatorum, quam præmia meritorum: ſed in his intelligunt iuſtitiam ſpecialiter & propriè dictam (vt vidimus duabus diſputationibus præcedentibus.) Ergo à fortiori iuſtitiam ſpecialiter & propriè dictam intelligunt in vindicta peccatorum. 4. *Puniendi iuſtitiam eſſe propriè iuſtitiã ex ſacra ſcriptura probatur.*

Aliqua Scripturæ teſtimonia ſunt hæc Tob. 3. 5.

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta Tobiæ 3.

ſunt. & poſt pauca: *Magna iudicia tua, quia non*

egimus ſecundum præcepta tua, &c. Eſther 14. *Pec-* Eſther 14.

cauimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum, coluimus enim Deos

eorum. Iuſtus es Domine. Iſaiæ 59. *Iuſtitia eius* Iſaiæ 59.

ipſa confirmauit eum. Indutus eſt iuſtitia, vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: indutus eſt veſtimentis vltionis. Sicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis: inſulis vicem reddet. Obſerua quot dictiones ſignificent æqualitatem recompenſationis; æqualitas autem ad iuſtitiam perti-

net. Threnor. 1. *Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad* Threnor. 1.

iracundiam prouocaui. Daniel 9. *Iuſtus Dominus* Daniel. 9.

Deus noſter in omnibus operibus ſuis, quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius. Vnde colligitur agere tantum de punitionis operibus.

6. Pſalm. 7. *Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, numquid iraſcetur per ſingulos dies.* & quæ ſequuntur Pſalm. 9. *Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam. Increpaſti ſuperbos, & perijt impius,* &c. Pſalm. 10. *Ignis & ſulfur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum: quoniam iuſtus Dominus,* &c. Pſalm. 97. *Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia.* Pſalm. 128. *Dominus iuſtus concidet ceruicem peccatorum.* Sap. 12. *Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis; ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnare exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitia initium eſt.* Id eſt optima perfectiſſimáque iuſtitia; ſolet enim hoc ſignificare vox *initium.* Quod eſt primum & optimum in vnoquoque genere. Roman. 1. *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.* Apocalypſ. 19. *Vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna.*

Pſalm 7. Pſal. 9. & 10. Pſalm 97. Pſalm. 128. Sapient. 12. Roman. 1. Apoc. 19.

7. Diuinæ iuſtitiæ munus eſſe retribuere iuſtis & peccatoribus præmia vel ſupplicia, Patres vbique docent, frequentius autem Chryſoſtomus locis adductis diſp. 57. ſect. 3. & 4. Nazianz. Clemens Romanus, & Alexand. Baſilius, Tertullianus, Ambroſius, Anſelmus, Damaſcenus citati prædicta diſp. 57. ſect. 3.

Id docent Patres.

8. Auguſtinus lib. 3. de libero arbit. cap. 4. à medio: *Cur ergo,* inquit, *non iudicet iuſtus, quæ fieri non cogit præſcius?* & poſt pauca: Quorum autem non eſt malus author, iuſtus eſt vltor. *Hinc ergo iam intellige qua iuſtitia Deus peccata puniat.* & iterum: *Fateamur & ad præſcientiam eius pertinere, ne quid eum lateat futurorum, & ad iuſtitiam, vt peccatum, quia voluntate committitur, ita iudicio eius impunè non fiat.* Idem lib. 13. de Trinitate cap. 12. prope finem. *Commiſſio peccatorum per iram Dei iuſtam hominem ſubdit diabolo.* Et in quæſtionibus ſuper Exodum lib. 2. cap. 143. *Malis ingerit mala, quia iuſtus eſt.* Et inchoata expoſitione epiſtolæ ad Roman. propius ad medium quàm ad principium, ait: *Iuſtitia diuina tanta conſtantia eſt, vt cum pœna ſpiritualis & ſempiterna pœnitenti fuerit relaxata; preſſura tamen, cruciatúſque corporales, poſtremo mors ipſa, quam peccando meruit noſtra natura, nulli relaxetur. Quod enim iuſtitia iuſti homines & pij, tamen exoluunt iſta ſupplicia, de iuſto Dei iudicio venire credendum eſt.* Præterea libro de natura boni cap. 7. fine: *Peccantes,* inquit, *in ſupplicijs ordinantur. Quæ ordinatio, quia eorum natura non competit, ideo pœna eſt; ſed quia culpa competit, ideo iuſtitia eſt.* & lib. 1. retract. cap. 26. *Malorum pœna malum eſt malis, ſed in bonis Dei operibus eſt, quoniam iuſtum eſt, vt mali puniantur, & vtique bonum eſt omne, quod iuſtum eſt.* Quod recipitur à Magiſtro & Scholaſt. 2. diſt. 37. fine.

9. Gregorius in primum librum Regum ſuo lib. 2. cap. 2. non longe poſt med. *Per miſericordiam,* inquit, *conuerſionem peccatorum expectat, per iuſtitiam non conuerſos damnat. Per miſericordiam conuerti vult peccatores & viuere, ſed per iuſtitiam eos, qui conuerti noluerunt, vult punire.* Et ſæpius ibi repetit iuſtitiam punitionis. Atque lib. 8. Moral. cap. 8. inter medium & finem, ait; *Quem nequaquam modo miſericordia eripit, ſola poſt præſens ſæculum iuſtitia addicit.* Idem lib. 29. Moral. cap. 5. ponderans illud Iob 38. *Auferetur ab impijs lux ſua. Vnuſquiſque noſtrum,* ait, *aliena ſua damna pertimeſcat, ne exigentibus meritis per diſtrictam iuſtitiam iudiciorum Dei in talium hominum numerum incurrat.*

Fulgentius lib. 2. de remiſſione peccatorum cap. 6. ſub init. de die iudicij ait: *Non ibi miſericordia iuſtificabit impium: ſed iuſtitia diſcernet iuſtum & impium.* & cap. 9. prope finem: *Non remiſſio peccatorum miſericorditer donabitur, ſed æterna combuſtio iuſtè reddetur.* & cap. 21. poſt medium: *Vt hac ergo in combuſtione æterna crucientur qui præſentem vitam in malis moribus & operibus finiunt, ad iuſtitiam pertinet iuſti iudicis, reddentis vnicuique ſecundum opera ſua.* Vbi rationem reddit, ob quam temporalis culpa puniatur æterno ſupplicio. 10.

Quod in libro de prædeſtinatione Sanctorum cap. 9. ſcripſerat Auguſtinus: *Cur autem non omnibus detur* (gratia) *fidelem mouere non debet, qui credit ex vno omnes iſſe in condemnationem, ſine dubitatione iuſtiſſimam.* Exponens Proſper ad excerpta Genuenſium dub. 6. dicit: *Iuſtitia quidem erit quod plurimi damnantur.* & dub. 8. poſt med. *Cum aliqui liberantur, non audeamus definire, quod digni fuerint liberari: quos vtique poſſet Deus iuſtè damnare, ſi vellet.* Quod idem teſtatur alijs in locis. Rurſus epigrammate 16. ait: 11.

Rom. 5.

Iuſtitia merces gemina eſt, vel cum bona rectis,
Vel prauis dignè cum mala reſtituit.

SECTIO III.

Rationibus probatur, punitiuam in Deo eſſe iuſtitiam ſpecialem & strictè ſumptam.

VT iſtius iuſtitiæ quidditatem, & rationem à priori teneas, duo notare debes. Primum eſt vindicatiuæ iuſtitiæ proportio cum iuſtitia retribuente præmia, quantum ad debitum & obligationem. Quemadmodum enim Deus ipſe nulli creaturæ debitor eſt, nec obligatus ad præmia reddenda; nihilominus gratia & gloria ſunt debitæ ac obligatæ iuſtis, vt merces meritorum de condigno (quod explicuimus diſp. 56. ſect. 5. & 6.) conſequenter autem ſpecialis iuſtitiæ munus eſt præmia reddere, quoniam per illa fit æqualitas debita virtute contractus voluntarij (ſicut probatum eſt diſputatione 58. ſectione 5. & ſequentibus) ita Deus, ſecundum ſe conſideratus, nulli creaturæ debitor eſt, aut obligatus ad repetendas pœnas peccatorum: attamen ipſæ pœnæ, ac mors æterna debitæ ſunt & obligatæ peccatoribus; & peccatores ſunt illis obligati ac debiti: conſequenter autem eſt ſpecialis iuſtitiæ munus, propriè & ſtrictè ſumptæ, facere vt peccatores pœnas exoluant, quoniam per illas fit æqualitas debita virtute cuiuſdam commercij, ſiue commutationis inuoluntariæ, quam ſtatim explicabimus. 1.

Primò notandum.

Peccatoribus pœnæ & pœnis peccatores debentur.

Vnde procedit prima ratio pro concluſione, in titulo ſectionis propoſita, quia non eſt pars poteſtatiua iuſtitiæ, niſi quæ deficit à ratione iuſtitiæ altero duorum modorum, videlicet, quia deficit à ratione æqualis, vel quia deficit à ratione debiti (vt conſtat ex ſancto Thoma 2. 2. quæſt. 80. artic. 1. corpore) ſed iuſtitia vindicatiua Dei nec deficit ab æqualitate; nec deficit à ratione debiti: ergo non eſt pars poteſtatiua iuſtitiæ, ſed propriè, & ſpecialiter ſumpta iuſtitia. Minor probatur, quantum ad æqualitatem, quia nullum Deus punit vltra condignum; & quamuis aliquid de condigna pœna remittat, hoc pertinet ad æquitatem, qua iudices temperare debent leges pœnales: maximè cum Deus, 2.

Concluſionis ratio prima.

vt

vt ſupremus Dominus remittere poſſit; qua remiſſione ſuppoſita, quod reſtat pœnæ, tanquam iudex exequitur omnimoda æqualitate. Quantum ad obligationum & debitum eadem minor conſtabit ex ſequentibus probationibus.

3. Secundò notandum eſt quod ex priori notabili ſequitur, in hoc etiam eſſe ſimiles Dei iuſtitiam remuneratem & vindicem, quod non habent integram plenitudinem obligationis ac debiti, quoniam Deus non eſt obligatus, ſed tantum res, quas æqualiter reddit, ſunt obligatæ: præterea, quoniam vtrique miſcetur gratia, nimirum, vltra condignum remunerando, ſed citra condignum puniendo.

4. Sed quia contraria ſententia reſpuit punitionis obligationem ac debitum ex iuſtitia; putans nulli deberi quod inuitus patitur: accedat ſe-
Secũda ratio ex Ariſtotele. cunda ratio naturalis ex Ariſtotele deſumpta, qui lib. 5. Ethicor. cap. 2. verſus finem explicans commutatiuam iuſtitiam, *qua in commercijs eſt hominum emendandis*, adiungit: *Cuius ſunt duæ partes. Commercia namque quædam ſua ſponte faciunt homines, quædam inuitis ipſis efficiuntur. Et ea quidem, quæ ſponte faciunt, talia ſunt, venditio*, &c. *Ea verò, quæ inuitis hominibus ſiunt, aut clandeſtina ſunt, vt furtum, adulterium, veneficium*, &c. *aut violenta, vt verberatio, vincula, mors, rapina, membrorum captio, conuitium, contumelia.* Vides igitur, ad commercia, commutatiuámque iuſtitiam pertinere quædam, quæ fiunt, inuitis hominibus.

5. Ad iudicem verò pertinere obligationem hoie iuſtitiæ ſatisfaciendi, notat in cap. 4. quod eſt de iuſtitia commutatiua inter principium & medium dicens: *Ad differentiam nocumenti lex reſpicit tantum, & vtitur, vt æqualibus, ſi hic iniuriam facit, ille patitur: & ſi hic nocuit, ille eſt læſus. Quare iniuſtum hoc, cum ſit iniquum, iudex æquare conatur. Nam cum hic quidem percuſſus eſt, aut occiſus, ille verò percuſſit, aut occidit; paſſio, atque actio diuiſa eſt in partes non æquas, ſed ad æqualitatem, au-*
Sic habet. *ferendo lucro damni reſpectu nititur redigere iudex.* & poſt pauca: *Quare iuſtum emendatiuum, medium eſt inter damnum & lucrum. Quapropter & cum controuerſiam habent, ad iudicem ipſum confugiunt. Ire autem ad iudicem eſt ire ad ipſum iuſtum. Iudex enim vt iuſtum eſt animatum ſuapte natura.* Quod ipſum fuſiùs explicat ibi, & ſequenti capite.

6. Rectè proinde S. Thomas, licet vindicatiuam aſſignet, eſſe poteſtatiuam partem iuſtitiæ, prout exigitur à perſona priuata: fatetur tamen authoritate publica factam vindictam, pertinere ad iuſtitiam commutatiuam, quemadmodum 2. 2.
S.Thom. quæſt. 80. artic. 1. ad 1. *Vindicta*, inquit, *quæ fit authoritate publica poteſtatis ſecundum ſententiam iudicis pertinet ad iuſtitiam commutatiuam: ſed vindicta, quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam quis à iudice requirit, pertinet ad virtutem iuſtitiæ adiunctam.* Conſequenter autem in quæſt. 108. artic. 2. ad 1. reſpondet: *Sicut recompenſatio debiti legalis pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, recompenſatio autem debiti moralis, quod naſcitur ex particulari beneficio exhibito, pertinet ad virtutem gratiæ: ita etiam punitio peccatorum, ſecundum quod pertinet ad publicam iuſtitiam, eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ*, &c.

7. Ex prædictis teſtimoniis Philoſophi, & ſancti Thomæ conſtat ſecundæ rationis robur, quoniam inter homines vindicatiua eſt iuſtitia ſpecialiter & ſtrictè ſumpta, prout à iudice procedit. Similiter ergo iuſtitia punitiua, prout à Deo procedit, tanquam à iudice, ſpecialis eſt & ſtrictè ſumpta iuſtitia. Quamuis enim prout eſt ſupremus Dominus, potuiſſet remittere pœnam, & culpam, maximè verò potenter conuertendo peccatores ad pœnitentiam: nihilominus ex ſuppoſitione, quod iudicis officium aſſumpſerit, & legem promulgauerit aduerſus peccatores obſtinatos, & ſine pœnitentia decedentes; foret Deus iniuſtus iudex, ſi non puniret eiuſmodi peccatores, iuxta illud Pſal. 49. *Exiſti-* Pſalm. 49.
maſti iniquè, quod ero tui ſimilis? Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Quod ſi Deus foret ſimilis iniquo non arguendo, tenetur arguere iuſti & æqui iudicis obligatione.

Confirmatur, quia quantum ad ſpecialem ra- *Confirmatio.*
tionem iuſtitiæ, nulla ſufficiens ratio diſcriminis aſſignari poteſt inter Deum iudicem & alios iudices. Diſcriminis autem ratio, propter quam punitiua Dei iuſtitia ſit diſtributiua potiùs, quàm commutatiua, tradetur ſect. 4.

Quod ſi obiicias, ſolam gubernatricem, ac 8.
prouidentialem iuſtitiam potuiſſe prędictum mo- *Obiectio.*
nus aſſumere.

Reſpondeo. Prouidentialis iuſtitia mouet & *Solutio.*
imperat, vt aſſumat Deus officium iuſti iudicis. Verumtamen non illa, ſed ſpecialis iuſtitia exequitur æqualitatem pœnarum, quoniam æqualitatem debitam & obligantem exequi eſt proprium ſpecialis iuſtitiæ.

Ex eiſdem teſtimoniis Ariſtotelis accipitur 9.
tertia ratio, probans debitum, & obligationem. *Tertia ratio*
Hanc enim poteſtatem ac naturam habent inuo- *æqualitatem*
luntaria commercia, vt ſicut ille, qui volens in- *probat.*
fert iniuriam alteri, tribuit ius nolenti & inuito ad reſarciendam iniuriam: ita facit, vt ſibi nolenti & repugnanti debeatur, & obligata ſit pœna. Quapropter pœnæ debitum & obligatio quidditatiuè nolentem, & inuitum reſpicit, eo quod à volente fuit eius cauſa data alteri nolenti & inuito. Æqualitas enim poſtulat, vt nolens & inuitus patiatur, quantum volens intulit iniuriæ.

Inde prouenit vt peccatores non habeant po- 10.
teſtatem, virtute cuius poſſint hoc debitum remittere; quia non ſunt illius domini: quemadmodum obligationem ac debitum, quo debentur ſingulis hominibus ſanitas corporis, oculi, manus ac pedes, & cætera membra, nemo poteſt remittere; ſed quantumcumque remiſerit, manebit alter obligatus ex iuſtitia ad reſtituendam eorum incolumitatem, ſi per iniuriam intulit damnum, quod reparari poſſit. Nulla verò ſanitas, integritas & pulchritudo tam ſtricta obligatione iuſtitiæ debetur humano corpori, quam debetur animæ rationis integritas, æqualitas, ordo & pulchritudo reſultans ex remedio, per quod ille, qui noluit ſponte pulchritudinem, æqualitatem, ordinem & integritatem virtutis, patiatur ad integritatem, æqualitatem & pulchritudinem & ordinem reuocari per ſupplicium: quemadmodum nolenti & inuito reſtituitur ſanitas & integritas corporis, tanquam debita.

Confirmatur primò, nam & Scriptura teſtatur 11.
obligationem ac debitum pœnæ, ſiquidem ex iuſtitia militibus debentur ſtipendia: ſed *ſtipen-* Rom. 6.
dia peccati mors eſt. Rom. 6. fine, vbi Chryſoſtom. Chryſoſt.

legit: *autoramenta peccatò*, contextua autem aperte monſtrat intelligere *mercedem*, aut aliquid operibus debitum ex iuſtitia; vt conſtat ſerm. 12. column. 3. *Autoramentum* verò ſignificat obligationem apud iureconſultos, vt videre licet in eorum dictionariis. Seneca. Quo ſenſu Seneca dixit: *Nullum ſine autoramento malum eſt.* Cicero. & Cicero 1. lib. offic. *Eſt enim illis ipſa merces autoramentum ſeruitutis.* Refertor autem potiſſimum ad milites, quatenua ſtipeodio aoticipato, & ſaeramento ſolent ad militiam obligari.

Cõfirmatio 2. ex Fulgent. Cooſirmatur ſecundò, quoniam rectè Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 10. ſub initium dixit: *Cur mors ſtipendium, vita verò æterna gratia dicitur? niſi quia illa redditur, hæc donatur. Sed vbi illam Deus reddit, opus malum peccatoris hominis punit.* Obſerua proprietatem verbi *reddo*, quam non ſignificat *dono*.

12. Confirmatur tertiò, nam & Auguſt. epiſt. 105. ad Sixtum propius ad med. quàm ad finem veram & propriam iuſtitiam intelligit ab Apoſtolo ſignificati prædicto nomine ſtipendij, cuius verba retulimus diſp. 58. ſect. 4. Qui conſequenter multis in locis aſſerit, hominibos ante gratiam nihil eſſe debitum, niſi pœnam; quemadmodum Pſalm 70. Pſalm. 70. conc. 2. ad illud: *Potentiam tuam & iuſtitiam tuam Deus.* ait: *Supplicium tibi debebatur.* & in præfat. ad Pſalm. 31. multo propius ad fin. Auguſt. quàm ad med. *Non tibi Deus reddit debitam pœnam, ſed donat indebitam gratiam: debebat vindictam, dat indulgentiam.* Proſper. Proſper ad 7. caput Gallor. *Confitendum eſt*, ait, *& miſericorditer eum dediſſe, quod dedit, & iuſtè non dediſſe, quod non dedit.* & cap. 15. & vltimo fatetur, prædeſtinaſſe Deum etiam illa, *quæ malis meritis iuſto erant iudicio retribuenda.* Fulgent. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 7. in med. ait: *Miſericorditer debitori donat, quod, ſi vellet, iuſtè poſſet oxigoro: aut iuſtè cum vſuris quod ſuum eſt exigit, & iniquo debitori, quod debetur iniquitatibus, reddit.* Fulgentiua eodem lib. 1. ad Monim. cap. 24. inter medium & finem ait: *Fuit tamen in Dei prædeſtinatione quid humana voluntatis malitia reddidiſſet.* & in fine: *Iniquis autem prædeſtinatum iu[illegible]e ſua opus prædixit tãtummodo, non promiſit.* & priua dixerat. *Iuſtè retribuens peccatoribus.* Author Hypognoſticon apud Auguſt. lib. 6. col. 2. *Cæteros*, inquit, *pœna debita punit.*

Quarta confirmatio ex S. Thoma. Confirmatur quartò ex S. Thom. Rom. 6. lect. 4. propè fin. expooente: *Dicuntur ſtipendia mercedes militum à ſtipe pendenda, quia pecunia diſtribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccatores peccato militant, membra ſua exhibentes arma peccato* (vt paulo ſuperius dixerat Apoſtolus) *mors dicitur eſſe ſtipendium peccati, id eſt, retributio, quam retribuit ſibi ſeruientibus.*

13. Quarta ratio cohæret, vt appendix præcedenti, quoniam vt inter milites & ducem eſt mutuum pactum & conuentio per quod inuicem obligati ſunt, & debent; ſic etiam peccatoribus non modo mors debetur, vt ſtipendium, quia Rom. 1. *morte digni ſunt.* Rom. 1. & Sap. 1. ſed etiam ipſos Sap. 12. eſſe *debitos morti*, dicitur Sap. 12. verſ. 20. Debentur autem ex contractu, quoniam *exiſtimantes eam amicam, ſponſiones poſuerunt ad illam*, ſcilicet, mor- Sap. 1. tem. Sapient. 1. Debentur etiam titulo ſeruitutis: omnis enim ſeruus debitus eſt domino ſuo. *At* Rom. 6. *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Ioann. 8. & Roman. 6. *Neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?* & poſt pauca: *Finis illorum mors eſt*, ſcilicet, eorum, qui peccato ſeruiunt. Debitum idem ſignificatur frequenti modo loquendi ſacrorum librorum, *Filius mortis*. Nam filius etiam poſſidetur à patre, & illi eſt obligatus.

Quinta ratio debiti ſequitor ex præcedenti- 14.
bus. Nam peccatores obſtinati debentur dæmoni, tanquam patri, duci, & principi, & lictori, cui à Deo committitur vindicta iuſtitiæ lege ſumenda. Peccatoribus enim omnibus conuenit illud Ioann. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Qui quo- Ioann. 8. niam eſt princeps huius mundi, tanquam ſuos poſſidet amatores mundi, iuxta illud Ioann. 14. Ioann. 14. *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* Quem locum ponderans Ambro- Ambroſ. ſius in Pſalm. 38. propius ad med. quàm ad finem ait: *Hic ſi quis tyranni imagines habeat, qui iam victus interijt, iure damnetur. Si volueris imaginem terreſtris inſerre, contradicet tibi princeps iſtius mundi, & dicet: Mea eſt imago hæc: & quæ affers, mea ſunt. Quid facies deprehenſus, cum tibi dixerit: Mea eſt auaritia, mea eſt ambitio, quarum imaginem in te recognoſco?* & paucis interpoſitis: Beatus, qui poteſt dicere: *Venit huius mundi princeps; & in me ſuum inueniet nihil.* Quod aotem dæmoni, tanquam duci rebellandi contra Deum, debeantur damnati, ſignificatur ſententia proferenda ſupremo iudicio: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.* Matth. 25.

Sexta ratio totius obligationis ac debiti pri- 15.
mariam radicem aperit, quoniam obſtinatorum pœna debetur virtuti & ordini, quod ipſum eſt deberi Deo, tanquam ordinis authori, conſeruatori & vindici. Quod debitum, licet Deus, vt ſupremus Dominus remittere poſſet, conuertendo peccatores ad pœnitentiam, aut poſſet etiam obſtinatis non exigere ſupplicium: attamen ex ſuppoſitione muneris iudicandi, iam aſſumpti, & promulgati, non poteſt, vt ſuperius dicebamos.

Confirmatur, quoniam iniqoorum pœna de- 16.
betur legibus iuſtiſſimis, iam à Deo conſtitutis, & debetur ipſis operibus. Ideo ſapienter Ambroſius lib. 5. epiſt. 20. inter med. & finem Ambroſ. pondetat verba Chriſti Domini Ioann. 5. *Non* Ioann. 5. *poſſum à me facere quidquam: ſicut audio iudico. Conſtitue aliquem reum coargutum & conuictum criminis, non adſtruentem defenſionis genera, ſed deprecantem, ac voluentem ſe ad genua iudicis. Reſpondet ei iudex: Non poſſum à me facere quicquam. Iuſtitia in iudicando, non potentia eſt in iudicando. Ego non iudico, ſed facta tua de te iudicant. Ipſa te accuſant, & ipſa te condemnant. Leges te adiudicant, quas iudex non commerto, ſed cuſtodio. Nihil ex me ego profero, ſed ex te forma iudicij in te procedit. Secundum quod audio, iudico, non ſecundum quod volo.*

Accedat ſeptima ratio debiti comparatione 17.
beatorum, quibus peccatores iniurias intulerunt, *Propter iniurias iuſtorum peccatoribus debita pœna.* neque veniam impetrarunt. De quibus Rom. 12. Rom. 12. *Mihi vindicta & ego retribuam, dicit Dominus.* Videlicet Deuter. 32. Deuter. 32. *Mea eſt vltio & ego retribuam.* & inferius: *Sanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur. & vindictam retribuet in hoſtes eorum.* & Apoc. 19. Apocal. 19. *Vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, &c. & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.* Nec ſolum vindictam debent impij propter ſpeciales iniurias iuſtorum, ſed etiam propter omnia peccata, quibus cauſant calamitates generales iuſtis, & impiis, & eorum odore teterrimo cruciant Sanctorum animas, iuxta

2.Petri 2. iuxta illud 2.Petri 2. *Aſpectu enim & auditu iuſtus erat* (Lot) *habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.* Chryſoſtomus 2. ad
Chryſoſt. Timoth. 1. homil. 3. in Moral. ante med. ait: *Si ergo iuſtus eſt, ſecundum merita reddit, nec patitur, vt qui hic aduerſa patiuntur ab impijs, inulti ſint.*

18. Poſtrema ratio ſit, quam negare nemo poterit, etiamſi cæteris reſtiterit, quoniam menſura ſupplicij, non excedens grauitatem culpæ, debetur ex iuſtitia ſtrictè & ſummo rigore ſumpta; Deúſque foret iniuſtus ſpeciali deordinatione iniuſtitiæ, ſi per impoſſibile peccata puniret ſupra condignum, hoc eſt, pœna grauiori, quam merentur.
Iniuſtus Deus ſi peccata vltra condignum puniret.
Quamuis enim Deus tanquam ſupremus Dominus de potentia abſoluta potuiſſet quaſcunque afflictiones & cruciatus ſuis creaturis imponere: cæterum titulo punitionis pro culpa, grauiorem pœnam imponere, quam pro meritis, non poteſt, neque de potentia abſoluta; quia foret directè contrarium iuſtitiæ; quemadmodum & inſontem aut innocentem punire: iuxta illud Sa-
Sap. 12. pientiæ 12. *Eum, qui non debet puniri, condemnare exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitia initium eſt.*

19. Inde manifeſta ratione colligitur, quoties Deus executioni mandat punitionem, aſſiſtere regulam iuſtitiæ, obligantis pœnam, ne ſuperet merita culpæ. Sic enim exorbitabit ab æqualitate, quam iuſtitia præcipit non minus in commerciis inuoluntariis, quam in voluntariis. De
Ariſtoteles. omnibus enim Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 3. ita præcipit: *Iniuſtum eſt id, quod à comparatione rationum exorbitat. Fit igitur aliud plus, aliud minus. Quod quidem & in ipſis actionibus accidit. In bonis enim, qui iniuriam facit, plus habet; qui iniuriam patitur, minus. In malis autem contra.* Eodem modo æqualitatem iuſtitiæ neque per exceſſum, neque per defectum exorbitare, præcipit ſequenti cap. 4. prope finem, & cap. 5. fine.

20. Rectè igitur Maccarius Senior Ægyptius ho-
Maccarius. mil. 15. prope med. *Deus*, inquit, *ſui iuris eſt, &, quod vult, facit, ita vt, ſi viſum ſit ei, per potentiam ſuam mittere poſſit iuſtos in gehennam, peccatores autem in regnum cælorum: licet hoc minime velit, nec ei gratum ſit, quia Dominus iuſtus eſt iudex. Nimirum, quoniam liberè iudicis munus aſſumpſit, non poteſt ei eſſe gratum.*

SECTIO IV.

Diſtributiua potius, quàm commutatiua eſt Dei iuſtitia punitiua.

1. *Punitiua iuſtitia diſtributiua eſt.*
QVi ſolam conſideraret quidditatem creatæ iuſtitiæ punitiuæ, quam Ariſtoteles & S. Thomas aſſignauerunt ſectione præcedenti probat. 2. facile duceretur, vt putaret, punitiuam Dei iuſtitiam eſſe commutatiuam, ſicut creati iudices puniendo commutatiuam iuſtitiam exercent, & non diſtributiuam. Cæterum altius conſideranti rationes proportionalitatis, quas Deus non minus in ſuppliciis, quàm in præmiis obſeruat comparatione rerum & perſonarum, facile conſtabit, punitiuam in Deo, diſtributiuam eſſe, non minus, quàm illa iuſtitia, quæ præmia retribuit.

2. *Probatur primò ex Ariſtotele.*
Hoc autem probatur primò eadem ratione, qua probat Ariſtoteles inter homines iudicum vindictam eſſe iuſtitiæ commutatiuæ, lib. 5. Ethic. cap. 4. parum à princip. *Iuſtum*, inquit, *quod eſt in commercijs, eſt quidem æquum quoddam, & iniuſtum iniquum. Sed non illa comparatione rationum* (videlicet geometrica conſiderando perſonas) *ſed arithmetica. Nihil enim refert, ſi probus prauo detraxerit, an prauus probo: nec ſi adulterium probus, an prauus commiſerit. Sed ad differentiam nocumenti lex reſpicit tantum.* At verò punitiua Dei iuſtitia iuſtum reſpicit geometrica comparatione rationum proportionalitate ſeruata cum dignitate perſonarum, & operum qualitate, nec reſpicit tantum differentiam nocumenti, ſicut lex creata: inſuper apud diuinam iuſtitiam multum intereſt, ſi adulterium probus, aut improbus commiſerit: vt conſtat lib. 2. Reg. cap. 12. Exaggeratur enim malitia peccati Dauidis propter accepta beneficia gratiæ, & propter maius ſcandalum, quo *blaſphemare fecit inimicos Domini.*
Geometrica proportio iuſtitia punitiua.
2. Reg. 12.

3. *Perſonæ dignitas & ſanctitas peccatū aggrauat.*
Confirmatur primò, quoniam vniuerſaliter perſonæ dignitatem & ſanctitatem eſſe circonſtantiam, qua redditur grauius peccatum, præſertim ſi non ex ſurreptione proueniat propter infirmitatem humanæ naturæ; ſed ex deliberatione procedat, rectè docet S. Thomas, & communiter Scholaſtici 1.2. q. 73. art. 10. Colligitur autem ex
Sap 6. Sap. 6. *Iudicium duriſſimum iis qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.* Et poſt pauca: *Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.* Item ſcribis & Phariſæis denunciatur, quod *accipient damnationem maiorem.*
Lucæ 20. Marci 12. Matth. 23. Luc. 20. ſiue *prolixius iudicium.* Marci 12. Siue *amplius iudicium.* Matth. 23. Item Hieruſalem *ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.*
Iſaiæ 40. Iſaiæ 40. quia nimirum *ſeruus ſciens voluntatem*
Lucæ 12. *domini ſui, & non faciens, vapulabit multis.* Luc. 12. Ita exponit Hieronymus Iſaiæ 40. Confirmatur ſecundo quia prædicta proportionalitas comparatione perſonarum à Deo ſeruatur, non tantum in æternis, ſed etiam in temporalibus ſuppliciis, vt probant ea, quæ retulimus, & quæ referemus.

4. *Punit Deus citra condignum.*
Confirmatur tertiò. Cum enim Deus ſemper citra condignum puniat, aliquid remittens ex miſericordia proportionalitas ſeruatur in quantitate pœnæ, vt ei remittatur minus, qui peccauit ex malitia & deliberatione, quam ei remittitur, qui peccauit ex ſurreptione & fragilitate. Quod idem intellige in aliis proportionalitatibus. Ideo
Baſilius. Baſilius in Pſalm. 114. circa med. ita ponderat illud: *Miſericors Dominus & iuſtus. Vbique Scriptura miſerationibus Dei iuſtitiam coniungit, nos plane erudiens, quemadmodum cum iudicat, commenſuratum quoque noſtræ infirmitati iudicium inferat.* Et poſt pauca: *Miſereamur eos, qui ex magnis diuitijs in extremam inciderunt paupertatem: item eum, qui ex optima corporis habitudine in vltimam debilitatem deiectus eſt. Quoniam itaque & nos quandoque in paradiſi ſtatione nobilitati eramus, & ob ruinam poſtea ingloríj & humiles facti ſumus. Deus noſter miſeretur nos, animaduertens quales ex qualibus facti ſimus.* Vides igitur proportionalitatem ad perſonarum qualitates obſeruari, quando diuina iuſtitia per miſericordiam mitigatur.

5. *Etiam ad res ipſas proportionalitatem ſeruat punitio diuina.*
Confirmatur quartò, nam & ad res ipſas & actiones proportionalitatem ſeruat punitio diui-
Sap. 11. na. Sap. 11. *Quod quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium, in vindictam: vt ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Actionum proportionem legimus aliis in locis, vt

1.Reg 2. lib.1.Reg.2. *Quicunque glorificauerit me , glorificabo eum : qui autem contemnunt me , erunt ignobiles.* Lucæ 6. Lucæ 6. *Va vobis, qui ſaturati eſtis; quia eſurietis. Va vobis, qui ridetis nunc ; quia lugebitis & flebitis.* Matth.23. Matth.23. *Qui ſe exaltat, humiliabitur.* Iacobi 2. Iacobi 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam.* Matth 10. Matth.10. *Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.*

6. Eadem proportio ſignificatur metaphora ſeminis & meſſis Galat.6. Galat.6. *Quæ ſeminauerit homo, hac & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua , de carne & metet corruptionem.* Quod bene ponderat Fulgentius lib. 2. de remiſſione peccatorum cap. 7. & 8. Significatur etiam metaphora locorum ad quæ naturaliter elementa feruntur , vt leuia ſurſum, & grauia deorſum, iuxta illud Actor.1. fine: Actor.1. *De quo* (ſcilicet loco Apoſtolatus) *prauaricatus eſt Iudas vt abiret in locum ſuum.* vt ſi graue de ſublimi caderet ad ſuum locum. Maxima verò proportionalitas eſt vnicuique tribui , quod ſua ſponte delegit : iuxta illud Eccleſiaſtici 15. Eccleſ.15. *Ante hominem vita & mors , bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi.* Pſalm.108. Pſal.108. *Dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Sap.1. Sap.1. *Impy manibus & verbis accerſierunt illam*, ſcilicet, mortem.

SECTIO V.

Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ, poſita in ſectione 1.

1. *Ad primum.* PRomptum eſt ad ſolutionis formam applicare doctrinam præcedentibus ſectionibus traditam. Ad primum argumentum reſpondetur. S. Thomas in eiſdem locis pro nobis eſt ; fatetur enim, vindictam, quæ fit publica iudicis authoritate, pertinere ad iuſtitiam commutatiuam; licet priuata perſona, licitè quærens vindictam ſuæ iniuriæ, non exerceat actum iuſtitiæ, niſi quæ deficit à perfecta ratione iuſtitiæ : vt vidimus ſect.3. in fundamento rationis ſecundæ.

2. *Secundi ſolutio 1.* Ad ſecundum reſpondetur primò, Licet Deus non debeat , ſoluit debitum & obligationem reorum, quando punit. Hoc autem legale debitum reorum ſolui non poteſt , niſi exercendo iuſtitiam ſpecialiter & propriè ſumptam : vt fuſiùs expoſuimus ſect.3. Deus autem, licet pœnam remittere poſſet obſtinatis in alio ſæculo de potentia abſoluta per ſupremum dominium : attamen ſuppoſito, quod ſe ipſum conſtituit , & promulgauit iudicem & vindicem virtutis , propoſitis legibus præmiorum & ſuppliciorum , non poteſt abſque iniuria condonare pœnam : ſi accipiatur nomen iniuriæ , prout ſignificare poteſt quamlibet inordinatam inæqualitatem , factam contra legale debitum reorum.

3. *Solutio 2.* Reſpondetur ſecundò. Toti communitati iuſtorum iniuria fieret , ſi poſt hanc vitam obſtinatis condonaretur pœna per Deum, ex ſuppoſitione muneris & legum de iudicio & ſuppliciis, *Solutio 3.* modo nuper explicato. Reſpondetur tertiò. Virtute commerciorum inuoluntariorum ortum eſt legale debitum , quo peccantibus debetur pœna, quod debitum ipſi remittere nequeunt , nec iudex poteſt omittere , prout iudex ; vt fuſiùs declaratum fuit ſect. 3. in prioribus probationibus. *Solutio 4.* Quarto denique commenſurare ſupplicium ne culpæ grauitatem excedat , eſt legale debitum, à ſpeciali iuſtitia reddendum : vt vidimus in poſtrema probatione ſectionis 3.

Ad confirmationē reſpondetur. Eadem ratione probaretur, creatos iudices non exercere propriè iuſtitiam , quando puniunt , quia non reddunt, ſed exigunt debitum. Quemadmodum autem iudex creatus authoritate publica debitam pœnam exigit à reo , & ita ius ſuum reddit parti læſæ , vel reipublicæ ; ſic etiam Deus , prout eſt iudex, exigendo pœnas, ius reddit reipublicæ iuſtorum : præter alias ſolutiones argumenti ſecundi, quæ poſſunt ad præſentem confirmationem applicari. 4.

Ad tertium reſpondetur , diſtinguendo Maiorem. Iuſtitia commercij voluntarij locum non habet in Deo , niſi fundetur in pacto & promiſſione illius : at verò iuſtitia commercij inuoluntarij nec in hominibus , nec in Deo fundatur in pacto & promiſſione , ſed in offenſa, ſiue iniuria. Huiuſmodi verò eſt iuſtitia vindicatiua : vt vidimus ſect.3. probat.2. 5.

Ad quartum reſpondetur : Ariſtoteles & ſanctus Thomas illis in locis vocabulum , *repaſſio*, vel *contrapaſſum* , ex vna parte reſtringunt , alia ex parte relaxant. Reſtringunt enim ne contrapaſſum dicatur , niſi quod fuerit arithmeticè æquale ſine comparatione perſonarum. Aliunde verò relaxant , vt contrapaſſum vocetur quod eſt vtile , & gratum accipienti , dummodo habeat æqualitatem rei ad rem. In hoc ſenſu repaſſio , vel contrapaſſum non reperitur in vindicatiua iuſtitia Dei , ſicut nec in ea iuſtitia , per quam præmia retribuit : quamuis in ea reperiatur aliquis modus & forma , ſimilis commutatiuæ iuſtitiæ , & illius repaſſioni : ſicut notauit ſanctus Thomas in eadem quæſt.61. art.4. ad 1. & clarius expoſuit ibi Caietanus §. vltimo defendens , vindicatiuam Dei eſſe diſtributiuam iuſtitiam. 6.

Ad confirmat. reſpondetur negando antecedens , cuius falſitas abunde conſtat ex tota ſect. præcedenti. In illis autem locis Scripturæ , & in quibuſque ſimilibus , licet attendatur quantitas culpæ , non excluditur attentio ad qualitatem perſonarum & proportionalitatem ſupplicij , quam alia loca probant. Quin potius eiſdem locis demonſtrari poteſt æqualitatem punitionis & culpæ non eſſe arithmeticam : quoniam æternum infinita duratione ſuperat temporale : & malum carendi viſione Dei , & pœna æterni ignis incomparabili grauitate ſuperat quamlibet delectationem , & gloriam cuiuſque peccati. Egregiè S. Thomas 4. diſt.46. q.2. art.2. reſpondet ad 1. *Vel dicendum , & melius quod æqualitas iſta proportionalitatis eſt , non æqualitatis, & attendenda eſt non ſecundum comparationem pœnæ ad culpam , ſed ſecundum comparationem duorum peccantium ad duas pœnas : & ſic intelligendæ ſunt omnes authoritates, quæ videntur æqualitatem culpæ & pœnæ demonſtrare.* Idem reſpondet Scotus eadem diſt. 46. quæſt. 4. fine , & Carthuſianus quæſt. 3. column. 2. 7. S.Thomas.

ARTIC.

ARTIC. III.

Vtrùm miſericordia competat Deo.

ARTIC. IV.

Vtrùm in omnibus operibus Dei ſit miſericordia & iuſtitia.

DISPVTATIO LXI.

Quanta ſit miſericordiæ diuinæ proprietas, perfectio, & generalitas.

SECTIO I.

Vtrùm formaliter & propriè miſericordia ſit in Deo, & quæ ſint eius acceptiones.

1. *Prima ſententia.*

DE nominis ſignificatione potiùs, quàm de re diſſident opiniones. Prima docet, miſericordiam non eſſe propriè in Deo, quoniam eſt incapax compaſſionis. Ita Albertus 1.p. quæſt.80. membr.2.art.4. partic.2.corp. & ad argumenta, quamuis ſuperius diſtinct.39.memb.1. diſtinxerit, miſericordiam eſſe in Deo, non quantum ad compaſſionis affectum, ſed quantum ad effectum releuandi miſeriam. Sic etiam miſericordiam non propriè, ſed metaphoricè Deo conuenire, ſicut iram, ſcribit Salmeron tom. 13. in epiſt. Pauli lib.1.part. 2. diſputatione 4. §.2. Fauet huic ſententiæ Anſelmus in proſolog, cap.8. in fine.

2. *Secunda & cõmunis ſententia.*

Antiquorum verò cõmunis ſententia reſpondet, Deo conuenire miſericordiam, non ſecundum paſſionis affectum (id eſt compaſſionem, ſiue triſtitiam) ſed ſecundum effectum releuandi miſeriam. Ita S. Thomas in præſenti quæſt. 21. art 3.& 1. contra Gent.cap.91. fine,& 4.ſent. diſtinct.46.quæſt.2.artic.1.quæſt.1. Vbi S. Bonauent. art.2.quæſt.1.ad 1. Alexander 1.p.quæſt.39. membr.1. Albertus ibidem (vt ſupra retulimus) communiter antiquiores 4.ſenteot.d.diſtinct.46. Vbi Palud. quæſt.1. art.3. conc.1. Scot. quæſt.2. Durand.quæſt.3.art.1.Ricard.art.2.quæſt.1. Carthuſ. q.3. parum à principio. Mutuati ſunt eum loquendi modum ex Anſelmo in proſolog.cap.8. dicente: *Cum reſpicis nos miſeros, nos ſentimus miſericordiæ effectum, tu non ſentis affectum.* Cuius rationem ſtatim reddit: *Quia nulla miſeria compaſſione afficeris.* & cap.10. *Miſericors es, non quia tu ſentias affectum, ſed quia nos ſentimus effectum.*

Anſelmus.

3. *Miſericordia Deo formaliter & propriè conuenit.*

Sit igitur prima concluſio. Miſericordia Deo formaliter & propriè conuenit. Hoc licet authores prædicti non ita expreſsè docuerint: ex illis tamen colligitur, quia compaſſionis affectum non videntur ponere tanquam formalem rationem miſericordiæ, ſed tanquã materialem: quemadmodum dici ſolet, iræ materialem partem eſſe accenſionem ſanguinis circa cor, formale verò appetitum vindictæ, ex lib.1.de Anima text.15. & 63.& 64. Aliqui tamen expreſsè declararunt, compaſſionem eſſe materiale miſericordiæ, nec pertinere ad formalem illius rationem. Ita Ricard dict.diſtinct.46.art.2.quæſt.5.vbi Argentina quæſt.vnica artic.2.ioit. dicit, *propriè* conuenire miſericordiam Deo: & ad 2. dicit, compaſſionem non pertinere ad eſſentiam miſericordiæ. Clarius adhuc recentiores propriè ac ſine metaphora Deo miſericordiam concedunt, vt Suarez 1.p.lib.3.de attribut.cap.7.num.15. communiter expoſitores ad præſentem art.3.q.21.vbi Molina, Vaſquez & alij.

4. *In vero ſenſu poteſt Deo negari miſericordia.*

Secunda concluſio. Poteſt in aliquo ſenſu vero negari Deo miſericordia, niſi metaphoricè dicta. Fatemur aliquando miſericordiæ nomen accipi pro triſtitia, ſeu compaſſione inclinante ad ſubueniendum. Sic Ariſtot.2. Rhetor. cap.8. init. *Sit*, inquit, *commiſeratio, dolor quidam ex apparente malo corruptiuo, ac dolorem inferente, in non dignum pati: quod ipſe putauit, ſe pati etiam poſſe, vel ſuorum aliquem, idque ſic, vt propinquum videatur.* Auguſtinus lib.9.de Ciuit.cap.5. prope med. *Quid eſt*, inquit, *miſericordia, niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio, qua vtique ſi poſſimus, ſubuenire compellimur.* Similiterque Damaſcen.lib. 2. fidei cap. 14. miſericordiam definit eſſe *in aliorum malis triſtitiam.*

Ariſtoteles.

Auguſtinus.

Damaſcen.

5. *Miſericordia triplex acceptio.*

Tertia concluſio. Tres ſunt acceptiones miſericordiæ ſecundum triplicem acceptionem miſeriæ ſubleuandæ. Latiſſimè namque miſericordia ſumitur pro ſubuentione cuiuſque defectus, ſiue qui iam exiſtens depellitur, ſiue qui præoccupatur, ne res in illum defectum incurrat. Ampliatur autem hæc acceptio non tantum ad creaturas mente præditas, ſed etiam ad omnes, quæ mente, immo & ſenſu carent. Ita miſericordiam accipit ſanctus Thomas in præſenti artic.3. Ideo Magiſter 4. diſtinct.46. cap. *quod autem* fine notat, interdum miſericordiam large accipi pro bonitate. Similiter Albertus 1. part. quæſt. 80. membr. 2. artic. 4. particul. 2. Alexand. 1. part. quæſt. 39. memb. 3. col.5. S.Thomas in artic.4. fine fatetur, quodammodo miſericordiam eſſe, quæ nullum eſſe præſupponit, ſed res de non eſſe transfert ad eſſe. Idem Caietanus artic. 4. §. *Aduerte.*

6. Notandum eſt liberum decretum eoſdem effectus cauſandi, pertinere ad quatuor diſtinctas virtutes diuinæ voluntatis, videlicet, bonitatem, iuſtitiam legalem, ſeu generalem, liberalitatem, & miſericordiam, ſecundùm diuerſas honeſtates, quæ conſiderantur in operibus. Nam perfectiones quaſlibet elargiri, præciſè conſideratum, prout eſt communicare perfectionem, pertinet ad bonitatem. Sed in quantum perfectiones rebus dantur ſecundùm earum proportionem, attento debito cuiuſque naturæ, pertinet ad iuſtitiam legalem & generalem, de qua diximus diſput.57.ſect.3. In quantum verò Deus non propter ſuam vtilitatem, ſed abſque intuitu cuiuſlibet retributionis rebus perfectiones largitur, pertinet ad liberalitatem iuxta dicta ſupra diſput.55.ſect.2. Poſtremò quatenus perfectiones à Deo collatæ defectum omnem & miſeriam propulſant, ad miſericordiam pertinet illas velle. Diſtinxit has formalitates S.Thomas in præſenti art.3.corpore ad finem.

7. Secunda acceptio miſericordiam reſtringit ad ſolas creaturas rationales, quoniam ſicut illæ tantum ſunt capaces fœlicitatis & beatitudinis, ita ſolæ ſunt capaces miſeriæ, quæ propriè dicta priuat fœlicitate. Confirmatur, nam illæ potiſſimum dignæ ſunt, quibus propter ſe ipſas miſereatur Deus, cæteris namque rebus miſeretur propter homines, ſicut illas creauit propter homines. Tradit hanc acceptionem S. Thomas in præſenti quæſt.21.art.4.corp.

Tertia,

Digitized by Google

8. *Propriiſſima miſericordia acceptio.* Tertia,& propriiſſima acceptio non ſolùm excludit omnes irrationales creaturas, ſed etiam excludit creationem creaturarum rationalium,& præſeruationem illarum à miſeria. Quapropter miſericordia propriè & ſtrictè ſumpta, creaturas rationales à miſeria iam exiſtente liberat. Ita *Auguſtinus.* Magiſter ſent.lib.4 diſt.46.cap. *Quod autem.* Auguſtinus quippe in Pſalm.135.in medio notat, *ad Dei miſericordiam illos pertinere, quos de miſeria liberat, non autem vt eius miſericordia intelligamus fuiſſe facere cœlum & terram, & luminaria: tum illud ſit bonitatis eius,qui creauit omnia bona valde; hoc verè miſericordia,vt à peccatis noſtris mundet nos,& à miſeria liberet in æternum.* Idem in Pſalm.32.concion. 2.col.2.ait: *Cœli non indigent miſericordia,vbi nulla eſt miſeria. In terra abundat hominis miſeria, ſuper abundat Domini miſericordia. Miſeria hominis plena eſt terra,& miſericordia Domini plena eſt terra.* Idem recipit ibi Gloſſa.

SECTIO II.

Diſtinctionis, prioritatis, & perfectionis ordo quis ſit inter iuſtitiam & miſericordiam.

1. TRes proponuntur quæſtiúculæ. Prima, vtrum miſericordia diſtinguatur à iuſtitia, ſaltem ratione ratiocinata. Et de iuſtitia quidem ſpecialiter dicta, prout eſt peculiaris virtus, reddens vnicuique pro meritis, omnes fatentur, ratione ratiocinata diſtingui. Sed accipiendo iuſtitiam generalem, prout complectitur omnem virtutem (ſupra diſp.57. ſect.1. & 2.) non diſtingui formaliter ſeu ratione ratiocinata à miſericordia, ſed contineri ſub illa, quaſi partem ſubiectiuam illius, docet Scotus 4.diſt.46.q.3. Vaxquez ad præſentem art.3.§.*Dubitat.*

2. *Diſtinguitur miſericordia à generali iuſtitia.* Veruntamen dico primò. Etiam generalem iuſtitiam accipiendo reperitur diſtinctio formalis illius à miſericordia. Etenim idem opus, prout miſeriam ſubleuat, eſt miſericordiæ: ſed vt ſic præciſæ, non eſt iuſtitiæ generalis, ſed quatenus ipſum miſereri decet, & quodammodo debitum eſt diuinæ bonitati, quemadmodum ſect.1. dicebamus ex S.Thoma in præſenti art.3. qui magis ex profeſſo diſcrimen hoc exponit 4.ſent.diſt.46. quæſt.2.art.1.quæſtiunc.2.& cum eo Carthuſian. eadem diſt.q.3.parum à principio. Alio modo diſtinctionem explicat Ricard.4. diſt.46. art.2.q.1. fine. Quin etiam Magiſter 4.diſt.46.cap. *Sed quomodo*, ſatis indicat eandem diſtinctionem rationis, dicens, eſſentiam Dei concipi in ordine ad diſtinctos effectus, quando dicitur eſſe iuſtitia, miſericordia, & bonitas: cum tamen inferius concludat in omni opere Dei eſſe miſericordiam, & iuſtitiam ſecundum diuerſas rationes.

3. Si verò rurſum interroges, vtrum miſericordia ſpecie differat à iuſtitia, reſpondeo & dico ſecundò, non differre ſpecie quaſi phyſica; quoniam eodem obiecto formali & vltimo fine mouetur: differt autem ſpecie morali propter diuerſam honeſtatem, ſeu conſonantiam cum ratione: quemadmodum in ſimili dictum eſt diſput.55. ſect.2.ad 3.

4. Secunda quæſtiuncula eſt, vtrum miſericordia ſecundum rationem ſit poſterior, quam iuſtitia. *Iuſtitia generalis miſericordia prior.* Dico primò. Iuſtitia generalis, prout amplectitur omne, quod decet infinitam bonitatem, prior eſt, quam miſericordia, quaſi ratio & cauſa illius. Sic enim Anſelm. in prolog. cap.9. poſt medium ratiocinatur: *Anſelmus.* *Si miſericors es, quia es ſummè bonus, & ſummè bonus non es, niſi quia es ſummè iuſtus: verè idcirco es miſericors, quia es ſummè iuſtus.* Quam ſententiam repetit & confirmat inferius. Inſuper in cap.11. ait: *Naſcitur de iuſtitia tua miſericordia tua, quia iuſtum eſt, te ſic eſſe bonum, vt & parcendo ſis bonus.* Cum igitur ratio parcendi & ſubleuandi miſeros, ſit quoniam hoc eſt debitum diuinæ bonitati debito decentiæ: conſequens eſt iuſtitiam illo modo ſumptam eſſe veluti cauſam miſericordiæ, quod eſt eſſe priorem.

Dico ſecundò. Si tamen accipiatur ſtrictiori modo iuſtitia, quatenus meritis præmia, demeritis verò ſupplicia retribuit, poſterior eſt, quam miſericordia. 5. *Iuſtitia ſtrictè ſumpta miſericordia poſterior.* Ratio eſt, quoniam miſereri Deo conuenit ex ſe ipſo, & eſt primariæ voluntatis propenſio: ſed reddere ſupplicium non conuenit ex ipſo Deo, ſed peccatis hominum prouocantibus, ac prope compellentibus: vt probatum eſt diſp.19.20. & 21. Præmia vero retribuere ſupponit aliquas operationes liberi arbitrij per gratiam excitatas & adiectas, & conſequenter ſupponit miſericordiam. *Cui, namque, redderet coronam iuſtitia iuſtus iudex, niſi gratiam prærogaſſet miſericors Pater?* vt ex Auguſtino & aliis retulimus diſp.56.ſect.4. *Auguſtinus.*

Confirmatur primò, nam opus, quod ſupponit operationem creaturæ, poſterius eſt opere, quod nullam ſupponit alienam operationem. 6. Confirmatur ſecundò, quoniam intentio finis eſt prior, quàm electio medij (iuxta dicta ſupra diſp.24. ſect.2.) miſericordia verò ſe habet, tanquam intentio finis, in ordine ad quem punitiua iuſtitia tanquam electio medij ſe habet: iuxta illud Roman.9. *Rom.9.* *Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ.*

In vtraque aſſertione conueniunt, licet diuerſimodè loquantur, Alexander 1.p.q.39. memb.2. 7. Albert.1.p.q.80. memb.2.art.4. partic.2. S.Thomas 4.diſt.46.q.2.art.2.ad fin. Scot.4.diſt.46.q.3. §.*Si autem.* Palud. q.1.art.3.conc.3. fine. Magis apertè Ricard. in eadem diſt. art.2. tota q.2. Durand. q.3. art.2. Carthuſ. q.3. col.4. Vaxquez ad præſentem art.3.§.vltimo Suarez 1.p.lib.3.de attributis cap.7. §.vltimo. Nec contradicit S.Thomas art.4. corp.dicens, opus iuſtitiæ fundari in opere miſericordiæ: loquitur enim ſpecialiter de iuſtitia, prout reſpicit, quod rerum naturis debetur, non prout reſpicit, quod decet diuinam ſapientiam & bonitatem.

Tertia quæſtiunc. eſt, vtrum miſericordia Dei ſit perfectior, quàm iuſtitia. 8. *Miſericordia iuſtitia perfectior.* Ex vi conceptus formalis perfectiorem eſſe miſericordiam, quam iuſtitiam propriè dictam, probari poteſt primò, quoniam Iacobi 2. *Superexaltat miſericordia iudicium*, id eſt ſuperior & principalior eſt, quàm iudicium, licet hoc plures alias expoſitiones habeat, quas videre licet apud S.Thomam in illius loci commentario,& recentiores expoſitores.

Secundò, quoniam illud, quod eſt Deo proprium, & natiuum ab intrinſeco principalius eſt, quàm quod ab extrinſeco prouocatur,& quaſi compellitur. 9. Quocirca dicit Eccleſia. *Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere.* Ad iuſtitiam verò punitiuam ab extrinſeco trahitur, vt in præcedenti dubio dicebamus. Inſuper ad iuſtitiam retributiuam bonorum, primarium motiuum incipit à miſericordia & gratia: vt conſtat ex dictis

ſupra

ſupra diſp.56. ſect.4. Ergò perfectior eſt miſericordia, quàm iuſtitia, ſtrictè ſumpta. Ita exiſtimant S.Thom.4. diſt.46. q.2. art.2. prope finem, Ricard.4.diſt.46.art.2.q.2.collato fine cum argumentis *ſed contra*. Carthuſ. eadem diſt.q.3. col.3. Suarez 1.p.lib.3.de attribut.cap.7.fine.

10. Quæ ſententia temperanda eſt, vt ſolummodo verificetur, comparando rationes analogas iuſtitiæ & miſericordiæ, prout abſtrahuntur à Deo & creaturis: aut etiam prout ſolummodo comparantur cum ſuis obiectis materialibus, quæ magis explicitò connotant. Alioqui nulla volitio Dei poteſt eſſe perfectior alia, quantum ad intrinſecam ſibi formalitatem, quoniam tota perfectio diuinæ volitionis eſt ab obiecto formali, nec vllam perfectionem intrinſecam participat ab obiecto materiali: ſicut dictum eſt ſupra diſp. 3.& 5.Eſt autem idem obiectum formale cuiuſlibet volitionis diuinæ. Confirmatur, nam mutua quadam connexione & tranſcendentia quælibet volitio Dei continet in ſe aliam, quemadmodum & attributa ſe inuicem includunt: propterea que nullius perfectio poteſt eſſe minor, quam alterius perfectio: quidquid recentiores aliqui reclament.

SECTIO III.

Vtrùm generaliter miſericordia & iuſtitia interueniant in omnibus operibus Dei.

1. Dico primò. Si miſericordia reſtringatur, vt ſolummodo ſignificet affectum & effectum releuandi miſeriam, propriè dictam, quæ ſolis rationalibus creaturis poteſt contingere iuxta dicta ſect.1.non in omni opere Dei eſt miſericordia: nec enim eſt in productione, conſeruatione,& gubernatione creaturarum irrationalium.

2. Dico ſecundò. Si iuſtitia reſtingatur ad ſignificandum affectum & effectum retribuendi debita præmia, vel ſupplicia: non in omni opere Dei eſt iuſtitia: nec enim illa eſt in productione, conſeruatione, & gubernatione creaturarum irrationalium, nec in collatione primæ gratiæ, ac remiſſione peccatorum.

3. *In omni opere Dei miſericordia, & iuſtitia.* Dico tertiò. Latius accipiendo miſericordiam pro affectu, & effectu remouendi quemlibet defectum, & iuſtitiam accipiendo pro affectu, & effectu reddenti quod debetur diuinæ ſapientiæ & bonitati debito decentiæ; quodque debetur creaturis ſecundum conuenientem ordinem & proportionem: in omni Dei opere neceſſarium eſt, interuenire iuſtitiam, & miſericordiam. Ita S.Thomas in præſenti q.21.art.4.& lib.4.ſenient. diſt 46. q.2.art.2.& 2.contra Gent. cap.28. Magiſt.4.diſt.46.cap.1.& vltimo. Alexand.1.p. q.39. memb.3. Albert.1.p.q.8. memb.2.art.4. particula 2.Communiter Scholaſtici cum Magiſtro dicta diſt.46.vbi S.Bonauent. art.2.q.2.& 3.Scot.q.4. Palud.q.1.art.3.conc.3.Durand.q.3.art.2.Ricard. art.2.q.3.Argent.q.1.art.4. fine.Carthuſ. q.3. col. 3. Petrus de Tarantaſia q.4. Conſentiunt omnes recentiores, exponentes articulum quartum præſentis quæſtionis 21.

4. Pſal 24. Pſal.144. Probatur Pſalm. 24. *Omnes viæ Domini miſericordia & veritas*. Et Pſalm.144. *Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Et iterum: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Auguſtinus. Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum lib. 1. cap.14. ante med.ait: *Res humanas iuſtè & miſericorditer curat, ita vt nec præcludat iuſtitia miſericordiam, nec impediat miſericordia iuſtitiam.* Caſſiodorus. Caſſiodorus autem & Gloſſa in prædictum verſum Pſalm. 24. ſcribit: *Hæc duo in omni opere Domini ſimiliter ſunt, & ſi non nobis ſimiliter appareant.* Ita refert Bonauent. citatus, præter ea, quæ refert Magiſter cap.1.ante med.

Ratio demonſtrans eſt, nihil enim Deus operari poteſt, niſi, quod eſt conueniens ac decens ipſius ſapientiam ac bonitatem, quod eſt ſibi reddere debitum decentiæ, & exercere iuſtitiam largè ſumptam. Similiter omne Dei opus diſponitur ſecundum conuenientem ordinem & proportionem ad rerum naturas, & maius bonum vniuerſitatis. Quod eſt ſeruare iuſtitiam gubernatricem; iuxta dicta diſp.57. ſect.2. Aliunde verò diuina iuſtitia, prout creaturis omnibus reddit, quod debetur naturis omnium, & vniuerſali bono, neceſſariò præſupponit miſericordiam, qua res fuerint de nihilo productæ. 5.

Confirmatur primò, nam illas quoque perfectiones, quæ ſingulis creaturis debentur, largius Deus communicat, quàm exigat proportio rerum. Minus enim ſufficeret ad conſeruandum ordinem iuſtitiæ gubernatricis, quam quod diuina liberalitas elargitur, excedens omnem proportionem creaturarum. Ita S.Thomas in præſenti art. 4. corp. Scotus prætetea confirmat ſecundo, quoniam cuilibet artificiato debetur adæquari regulæ ſuæ. Hoc autem perfectiſſimè habet opus Dei: quod eſt genus æqualitatis & iuſtitiæ. Confirmat tertiò, quia quantò plures virtutes inclinant ad idem opus, tantò perfectius eſt: ſed opus Dei eſt perfectiſſimum, ergo ad illud inclinat omnis virtus, quam poſſibile eſt concurrere. 6.

Dico quartò. In retributione præmiorum ob merita de condigno, concurrunt ſimul iuſtitia & miſericordia ſumptæ ambæ propriiſſimè, & ſtrictiſſimè. Concurrunt enim plurimæ rationes gratiæ, quibus hominum miſeria ſubleuatur: quas expoſuimus diſp.56.ſect.4. Aliunde verò talis retributio eſt actus iuſtitiæ ſpecialis,& propriæ: vt probatum eſt diſp.58. 7. *In retributione præmiorum iuſtitia, & miſericordia.*

Quod ſi obiicias ex Auguſtino in Pſalm.32. cœlum non indigere miſericordia, quia nulla eſt ibi miſeria: vt retulimus ſect.1.Reſpond. Quantum ad primam productionem gloriæ, cœlum etiam indiget miſericordia, ſtrictiſſimè ſumpta: ſed quantum ad conſeruationem ſtatus, indiget miſericordia, quæ licet non excludat exiſtentem miſeriam, protegat, & conſeruet, ne poſſit exiſtere. 8.

Dico quintò. In punitione reproborum concurrunt iuſtitia & miſericordia ſtrictè & propriè ſumptæ (licet maiorem partem occupet iuſtitia, miſericordia longe minorem.) Ratio eſt, quia iuſtitiam ſtrictè ſumptam exerceri puniẽdo damnatos, probatum eſt tota diſp. præcedenti. Aliunde verò concors ſententia Theologorum cum Auguſtino in Enchirid.cap.112.& 113.& ex Baſilio, relato ſupra diſp.55.ſect.3.ſub initium, fatetur, damnatos puniri citra condignum, aliquid de pœna debita relaxando. Hoc autem eſt releuare miſeriam creaturæ rationalis, quod eſt opus miſericordiæ propriè,& ſtrictè ſumptæ. Conſonat Magiſt.4.diſt.46. cap.1.& vltimo. S.Thomas in præſenti art. 4. ad 5. Albertus 1. p. quæſt. 80. memb.2.art.4. partic.2. ad 12. Alexand.1.p. q.39. memb.3. column. 8. Bonauent. 4. diſt. 46. art.2. quæſt. 2. Vbi Ricard. quæſt. 3. corpore. Palud. quæſt.1. 9. *In punitione reproborum iuſtitia, & miſericordia.*

quæſt.1. art.3. conc.3. & 4. Scot. quæſt.4. art.4. Durand. quæſt.3. art 2. Argent. quæſt. vnic. art.4. Carthuſ. quæſt.3. §. Præterea.

SECTIO IV.

De pœna Lymbi, & de potentia abſoluta duæ difficultates.

1\. PRima difficultas occurrit circa punitionem infantium, qui moriuntur in originali peccato, quia nec iuſtitia videtur in ea exerceri, cum illi nulla perſonali & actuali culpa meruerint pœnam: & multo minus exerceri videtur miſericordia, quia de pœna damni, quæ eſt priuatio beatitudinis ſupernaturalis, nihil relaxatur quantum ad intenſionem ſeu grauitatem, nec quantum ad durationem.

Aliquorum reſponſio.

Reſpondent aliqui, iuſtitiam, quæ reſpicit exigentiam meritorum, non exerceri in punitione talium paruulorum; ſed ſolam iuſtitiam legalem & gubernatricem. Inſuper fatentur, nihil relaxari de pœna, quoniam illi pœnæ non eſt poſſibilis diminutio, cum ſit priuatio. Sic reſpondet Albertus 1. p. quæſt.80. membr.2. art.4. partic.2. ad 9. & 10.

2\. *Vera iuſtitia punitiua exercetur in paruulis morientibus in originali.* Roman.5. Epheſ.2. *Ratio demonſtrans.*

Nihilominus dico primò. Vera iuſtitia punitiua, quæ reddit exigentiam meritorum, exercetur in paruulis morientibus in originali peccato. Colligitur efficaciter ex Apoſtolo Rom. 5. *Iudicium quidem ex vno in condemnationem.* & poſt pauca: *Per vnius delictum in omnes homines in condemnationem.* & Epheſ. 2. *Eramus natura filij iræ.* Vindictam verò reſpicit ira. Conſequenter igitur eramus digni vindicta. Ratione demonſtratur, quoniam quod veram & propriam peccati rationem habet, id punitur ea iuſtitia, quæ reddit exigentia meritorum: ſed originale peccatum *veram & propriam peccati rationem habet*: vt loquitur Trident. ſeſſ.5. cap.5. Ergo peccatum originale punitur ea iuſtitia, quæ reddit exigentiam meritorum. Atque ita de pœna paruulorum tanquam iuſta & punitiua, loquitur S. Thomas 1.2. q.87. art.5. ad 2. & art.7. corp. & ad 1.

3\. *In punitione prædictorum infantium miſericordia.*

Dico ſecundò. Magna miſericordia miſcetur in punitione prædictorum infantium, licet non in diminutione pœnæ damni, quoniam eſt incapax diminutionis: at in remiſſione mortis, quæ pœna directè debita fuit originali peccato, naturaliterque duraſſet in æternum: nihilominus in die iudicij reſuſcitandi ſunt pueri, nunquam morituri, ſupernaturalique incorruptibilitate, & impaſſibilitate donati. Supernaturaliter etiam accipient ſcientias per accidens infuſas, & liberabuntur ab omni dolore, vel triſtitia, morbo, tentationibus, & perſonalibus peccatis, quæ naturaliter ſolent oriri ex peccato originali. Conſequenter autem liberantur à pœnis inferni, quas incurrerent. Conſonant huic doctrinæ Albertus dicta q.80. memb.2. artic.4 ad 11. Alexand. 1. p. q. 39. memb.3. prope finem. S. Thom. 4. diſt.46. q.2. art.2. ad 4.

4\. *Deus quantum peccata merentur punire poteſt.*

Secunda difficultas eſt, vtrum de potentia abſoluta Deus potuerit punire quantum merentur peccata, abſque vllo temperamēto miſericordiæ. Huic affirmatiuè reſpondeo. Ita Alexand. 1. p. q. 39 membr.3. col.7. ſignificat S. Thom. 4. diſt.46. quæſt.2. art.2. ad 5. Clarius Sotus ibi q. 4. prope finem verſic. *pro hoc.* Probatur, quia nulla ratio cōtradictionis ſufficienter impoſſibilitatē oſtendit. Et ita docuit Maccarius citatus ſupra diſput. 60. ſect.3. fine.

5\. Sed tamen in opere retributionis præmiorum etiam de potentia abſoluta, non potuit deeſſe miſericordia, quia nihil potuit eſſe nobis debitum, niſi præueniente & concomitante multiplici gratia.

6\. Contrarium S. Bonauent. docet 4. diſtinct.46. art.2. q.4. putans, etiam de potentia abſoluta, non poſſe Deum punire, quantum homo meretur propter peccatum, non modo, quia non poteſt negare ſe ipſum, qui eſt miſericors, ſed etiam, quoniam homo non eſt capax tātæ pœnæ quantam meretur peccatum. Nec diſſentit Carthuſ. in eadem diſt.46. q.3. col. vlt.

7\. Verum iſtæ rationes tantum probant, de potentia ordinaria non poſſe Deum omittere miſericordiæ temperamentum, quoniam hoc decet eius ſapientiam & bonitatem. Aliunde tamen homo capax eſt pœnæ centuplo grauioris, quam patitur de facto, qui ſolum vnicum ex leuioribus mortalibus commiſit: ſiquidem centies millies grauiorem patiuntur alij: at illa pœna fuiſſet tanta & multo grauior, quàm pro merito illius peccati. Neque enim Theologi ſect. præcedenti citati, ſignificant, tantam relaxationem pœnæ, vt centies grauior deberetur, ſed ita loquuntur, vt ſupponant, eſſe minorem partem, quæ relaxatur, maiorem autem eſſe partem pœnæ, quæ luitur.

SECTIO V.

De varijs operibus, quibus deeſſe videbantur miſericordia, vel iuſtitia.

1\. Iacobi 2.

OBiici ſolet primò illud Iacob. 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam.* Reſpondeo tamen, fieri iudicium ſine miſericordia, ſimpliciter liberante à miſeria, qualis eſt, quæ ſanctis exhibetur, iuxta illud Matth. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Nulli tamen fiet iudicium ſine miſericordia, ſecundum aliquam partem à miſeria liberante, relaxando nonnihil debiti rigoris in ſupplicio. Prior à Scholaſticis vocatur *miſericordia liberans.* Poſterior autem *miſericordia relaxans.* Ita exponunt Magiſter 4. diſt.46. cap 2. S. Thomas in præſenti art.4. ad 1. & in commentario illius loci. Scotus 4. diſt.46. quæſt.4. art.4. prope finem. Durandus quæſt.3. ad 1. Argentinas quæſt. vnica art 4 prope finem.

Matth.5.

Miſericordia liberans, & relaxans.

2\. Augustinus.

Obiicitur ſecundò. Quod Auguſtinus in Pſal. 32. conc.1. dicit: *Miſericordia hic, iudicium in futuro.* Reſpondetur. Præſens & futurum ſæculum denominationem accipit ab ea virtute, quæ vehementius & largius exercetur in eo, licet aliam habeat adiunctam. Sic ergo præſens ſæculum, aſſignatur miſericordiæ, futurum verò iuſtitiæ. Ita Magiſter loco nuper citato. Sic etiam Gregor. lib.8. Moral. cap. 8. inter medium & finem, ait: *Quem nequaquam modo miſericordia eripit, ſola poſt præſens ſæculum iuſtitia addicit.* Et homil. 40. in Euangel. inter med. & fin. *Nolite miſericordiæ tempora perdere.*

Gregorius.

3\. Tertia obiectio, nam impij iuſtificatio eſt opus ſolius miſericordiæ, potiſſimum autem collatio primæ vocationis, quam nulla merita de congruo, etiam remotiſſima præcedunt, quibus reddatur propter aliquod veſtigium iuſtitiæ. Reſpond. Collatio gratiæ iuſtificantis, & remiſſio peccato

peccatorum, quæ ſupponit in adulto diſpoſitiones, & merita de congruo, tantum participat de iuſtitia ſecundum quid, quantum de merito ſecundum quid: iuxta illud Lucæ 7. *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* (*Lucæ 7.*) Ita docet S. Thom. in præſenti art.4. ad 1. Alexand.1.p.q.39.membr.3.col. 6. Addit S.Bonau. 4. diſt. 46. art. 2.q. 3.de iuſtitia, miſceri reatum temporalis pœnæ; & huius vitæ tribulationes, quæ manent etiam poſt iuſtificationem. Argentin. q. vnica art. 2.ad 3.addit iuſtitiam implendi promiſſionem iuſtificandi pœnitentem.

4. Collatio tamen primæ vocationis, quam nulla merita de congruo præcedere poſſunt, nihil participat de iuſtitia, quæ reddit meritis debitum, etiam ſecundum quid debitum: attamen multum habet de legali iuſtitia gubernatrice, tum quia diuinam ſapientiam & bonitatem decet, & ea ratione debitum eſt ei, vocare peccatores: tum etiam quoniam hoc eſt debitum optimo regimini vniuerſitatis rerum. Conſonat Albertus 1.p.q.80. memb.2.art.4.partic.2.ad 7.

5. Quarta obiectio ex verbis Apoſtoli, Roman. 15. (*Roman 15.*) *Dico enim, Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncifionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones Patrum: Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum.* Ergo vocatio gentium fuit opus ſolius miſericordiæ: ſed vocatio Iudæorum fuit opus ſolius iuſtitiæ.

6. Reſpondeo negando Conſequentiam. Quin potius, vt Iudæi vocarentur Chriſti D. præſentia, prædicatione & miraculis, omnino nullum meritum erat ex parte illorum hominum, quibus prædicauit, ſed potius demeritum (pauciſſimis perſonis exceptis.) Veritas autem & fidelitas diuinarum promiſſionum vim habebat propter Patriarchas, quibus ſunt factæ. Quocirca comparatione præſentium perſonarum, fuit totaliter miſericordia Chriſtum D. prædicare, nihil habens aliud de iuſtitia, niſi quod decebat Dei ſapientiam, bonitatem, & optimam gubernationem vniuerſi. Quæ tamen iuſtitia fuit admixta vocationi Gentium. Nullum itaque diſcrimen aliud intendit Apoſtolus, niſi quod in Iudæorum vocatione diuina fidelitas interuenit comparatione Patrum, quæ non interuenit in vocatione Gentium. Conſonat S. Thomas in præſenti art.4.ad 2.& Alexand. 1.p.q.39.membr.3. ad artic.2.

7. Albertus 1.p. q.80.memb.2.art. 4. partic. 2. ad 3. addit, fuiſſe etiam iuſtitiam adimplendi prædictionem propheticam Iſaiæ 49. *Dedi te in lucem Gentium.* (*Iſaiæ 49.*) Fuit etiam iuſtitiæ punitiuæ vocatione Gentium ad æmulationem prouocare, & irritare Iudæos incredulos iuxta illud Deut. 32. *Ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.* (*Deuter. 32.*) Quod aliis verbis allegatur Roman. 10.

8. Quinta obiectio. Temporalium bonorum abundantia multis peccatoribus datur in hac vita, in quo, licet reſplendeat aperta miſericordia, non videtur eſſe iuſtitia, quia peccator nullo bono dignus eſt. Reſpond. Eſt ibi iuſtitia, id eſt, decentia diuinæ bonitatis & ſapientiæ multas ob cauſas, ac potiſſimum, vt doceamur imitari Patrem cœleſtem, *qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* (*Matth. 5.*) Matth. 5. vtque ipſi alliciantur ad amorem ſui benefactoris, quem ſi contemnant, ſit iuſtior eorum damnatio. ita Albertus dicta q. 80.membro 2.art.4.partic.2.ad 6. Adde præterea in eodem genere prouidentiæ interuenire iuſtitiam remuneratoriam aliquorum operum bonorum, quæ peccatores faciunt, quorum præmium futuro ſæculo non poterunt reprobi recipere; proptereáque digni ſunt temporalibus bonis cumulari.

9. Alia prætermitto, quæ Albertus, Alexander, Scotus & alij opponunt contra iuſtitiam Dei, & ſoluunt, veluti, non videri iuſtam pœnam originalis peccati; cum in eo ſit minima culpa, ſed carentia viſionis Dei ſit pœna ſumma: præterea non videri iuſtam æternitatem pœnæ pro temporali, breuiſſimáque delectatione: denique non videri iuſtum, propter peccata parentum filios puniri, vel totam communitatem pœnas luere pro peccatis vnius vel paucorum hominum Sed has difficultates dilucidè ex profeſſo S. Thomas proprio loco tractandas reſeruauit; videlicet 1.2.q 87.art.3. & ſequentibus: maximè art.8.& fuſiùs 4 diſt 46 q. 2.art. 3. Tractantur etiam à Magiſtro, & Scholaſt in 4. dicta diſt.46. 10.

Finem igitur tomo præſenti, quæ cœpit, etiam imponat miſericordia, non autem illa iuſtitia, quæ meis reddi potuiſſet erratis, ſed ea tantum, quæ diuinæ ſapientiæ, bonitatique debetur, illuſtrans meum & lectoris animum, ad retinenda quæcunque nos docuit, & refutanda, quæcunque fortaſſis meam ingenij tenuitatem, etiam nolentem, ac totis viribus renitentem fallere potuerunt.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
NOTABILIVM.

A.

Abſtractio.

Abſtractio præciſiua & negatiua. d. 22. ſect. 5.n.9. f. 249

Actio, Actus, Agere.

Actio realis quid. d. 56.ſ. 5.n. 4.f. 644
Actio ad actionem producendam non eſt. d. 45.ſ. 10.n.11.f.506
Actio immanens formaliter in cauſa ſecunda. d.46.ſ.3 n.17.f.513
Actionum genera duo, ex Vlpiano. d. 56. ſ. 5. n. 3.f. 644
Actio vnica & eadem à primo & ſecundo agente procedit. d.45.ſ.10.n.3.f.505
Actio ex generica ratione actionis nil baber mali. d.41.ſ.1.n.19. f.449.
Actio quidditatiuè eſt dependentia rei à cauſa efficiente. d.46.ſ.8.n.12.f.525
Actio primæ & ſecuodæ cauſæ, ſecundum rationes diuerſas. d. 45. ſect. 10. num. 12. f. 506
Actio ſolom qoatenus afflictionem indocit eſt pœna.d.43.ſ.5.n.2.f.466
Actio materialis odij à malitia ſeparari non poteſt, etiamſi à ſolo Deo producatur. d.41.ſ.1. n.7.f.448
in Actione cauſarum ſecundarum duplex conſideratio. d. 45.ſ.10.0.5.f.506
Actio materialis prohibetur vt quod. d.33.ſ.4. n.18.f.343
Actio primæ & ſecundæ cauſæ ad eundem terminum. d.46.ſ.3.n.1.f. 511
ad Actionem turpem, eoios turpitudo inuincibiliter ignoratur, Deus per ſe & directè impellere non poteſt. d. 41.ſ.3.n.13.f.453
Actionem peccati concipit homo, permittente Deo. d. 50.ſ.10.n.4.f 572
Actionis materialis peccati initium noo eſſe à Deo, Scriptura & patres intendunt. d.36.ſ. 1.n.4 f. 378
inter Actiones bonas & prauas nulla paritas rationis verſatur. d.42.ſ.3.n.5.f.457
vt Actio ſit cum defectu, Deus cauſa non eſt. d. 28.ſ.3.0.1.f.295
Actio materialis odij, & eius pbyſica prædeterminatio arbores malæ.diſp.38. ſect. 1. num. 19. f.403
Actio tranſiens formaliter in paſſo recepta.d.46. ſ.4.n.15.f.516
Actio & agere ſolum ex modo ſignificandi differuot. d.39.ſ.2.n.22.f.422
Actio peccati exterior qnando prædefiniri poteſt. d.40.ſ.2.n.5.f.438
Actio tranſiens non inhæret agenti. d.46. ſ.2.n. 14.f.510
Actiones materiales diuinæ legi contrarias Deus antecedenter odio proſequitur. d. 33.ſect.3. n.7.f.339
Actio materialis, & formalis ratio malitiæ quomodo pupiantur. d.35.ſ.4.n.17.f.367
Actiooes malæ dæmonis filiæ. d. 36. ſect.3. n. 14.f.383
Actionis bonæ de facto non elicitæ Deus cauſa. d.40.ſ.1.n.23.f.438
Actionem malam aliquo modo à Deo eſſe ſopponit Tridentinum. d.32. ſect. 7. num. 12. f. 332
Actiones diuerſas eſſe primæ, atque ſecundæ cauſæ. d.45.ſ.10.n. 2.f.505
Actio materialis peccati præfinizi non poteſt. d. 40.ſ.1.n.20.f.437
Actionem S.Thomas ponit in termino. d. 47.ſ. 3.n.13.f.534
Actio materialis peccati, cooperante libero arbitrio, producitur à Deo. d.39. ſect.4. n. 1. f.427
Actiones materiales peccatorum contra mala virtuti contraria medicina non ſunt.d. 35.ſ. 6.n.3.f.370
Actionis vitalis dependentia à potentia. d. 46.ſ. 6.n.11.f.521
Actiones vitales à ſolo Deo prodoci non poſſunt. d.41. ſ.1.n.8.f.448
Actiones aliquæ liberè fieri ſine peccato non poſſunt. d.41.ſ.1.n.2.f.447
in Actionis malæ menſura & modo duo notanda. d.44.ſ.3.n.2.f.475
Actio materialis odij Dei virtualiter à Deo volita. d. 33. ſ.3.n.6.f.339
Actionum prauarum ſemina à ſolo dæmone & arbitrio noſtro. d.36.ſ.3.n.2.f.381
Actio materialis peccati per ſe non deſtinatur ad contrariam virtutem inducendam.d.35.ſ. 6.n.4.f.370
Actionem materialem peccati inchoare Deum, qoo ſenſu præmotores aſſerant. diſp. 36. ſ. 1. n.3.f.377
Actionem peccati materialem inchoandi modus duplex, d. 36.ſ.1.0.2.f.377
Actio materialis malitiæ ſcandalizat, non autem

ratio formalis. d.36.ſ.8.n.8.f. 390
Actiones fieri ineuitabiliter liberas Deus non vult. d.31.ſ.2.n.13.f.316
Actiones materiales peccatorum à Deo non ſunt,ſed permittuntur. d.35.ſ.1.n.9.f.355
Actiones materiales odij Dei conſulere, repugnat diuinæ bonitati. d.33.ſ.4. n.31.f.345
in Actione peccati appetitus hominis præcedit, non præmotio Dei. d. 36. ſect. 4.num.12. f. 385
Actionem odij materialem Deum præcipere, implicat. d. 39.ſ.3.n.26.f.426
ad Actionem materialem Deus vagè determinare non poteſt. d.40.ſ.6.n.5.f.446
Actio peccati per ſe diuinæ prouidentiæ concurſum poſtulat. d.50.ſ.9.n. 32.f.570
in Actione conſiſtit applicari,& moueri ad agendum. d.46.ſ.3.n.5.f.512
in Actione materiali peccati formalitates non claudentes legi Dei oppoſitionem. d. 48. ſ.4. n.1.f.541
Actiones quælibet honeſtæ,præfinitæ. d.50.ſ.8. n.3.f.567
Actionis materialis odij, alteriúſue peccati authorem eſſe Deum, negat Auguſtinus. d. 28 ſ.2.n.12.f.294
Actionem cauſans cui neceſſariò ſequitur malitia cauſat malitiam. d. 31.ſect. 1.num.16. f. 314
de Actione peccati quid ſentiat Zumel. d 45.ſ. 2. n.9.f.489
Actiones materiales peccatorum abſque conſilio Dei non contingunt. d.50.ſ.9.n.15. f.571
ad Actionem materialem peccati, à ſe Deus determinari non poteſt. diſp. 50. ſect. 2.num. 2.f.555
Actiones liberæ quomodo in decreto Dei cognoſci poſſint. d. 50.ſ.1.n.8.f.554
Actionum quarumdam ſolum prouidentia Dei permiſſiua. d.50.ſ.6.n.4.f.563
Actiones liberæ prouidentiæ diuinæ non contingentes. d. 50.ſ.9.n 8.f.570
Actiones peccatorum materiales quomodo Deus velit. d.50.ſ.2.n.3.f.555
Actiones turpes reſpectu prouidentiæ Dei non eueniunt contingenter. d. 50.ſect.9.num.11. f. 570
in Actione primæ,& ſecundæ cauſæ.triplex formalitat. d.45.ſ.10.n.13.f.506
Actionum infinitus proceſſus. d 45.ſect. 10. n. 10.f.506
Actus omnis diuinæ voluntatis erga creaturas amor. d. 54.ſ.1.n.12.f.614
Actus primus idem quod potentia integra & completa. d.46.ſ.7.n.8.f.522
Actus vnus diuinus ſecundum rationem eſt ratio alterius. d.15.ſ.3.n.2.f.160
Actus diuinus qui nuncupetur electio. d. 11. ſ. 2.n.19.f.127
Actus ſecundus quando melior ſit actu primo. d.8.ſ.5.n.9.f.68
Actus vltimus immanens perfectior eſt, quam potentia. d.13.ſ.1.n.12 f.150
Actus ratio generalis ab effectu ſeparari poteſt. d. 39. ſ.2.n.18.f.421
Actus æqualis, maioris meriti propter maiorem perſonæ dignitatem. diſp. 53. ſect.10.num. 23.f.608
Actus aliquando in via remiſſior. actu. diſp. 53. ſect.10.n.6. f.606
Actus amoris in patria æqualis intenſionis cum gratia. d.53.ſ.9.n.6.f.605
Actus liber in cauſis liberis certò cognoſci non poteſt. d.50. ſ.1. n.5.f.554
Actus præcepti mera negatio non intrinſecè mala. d.40.ſ.2.n.11.f.439
Actus ſecundus potentialitati admixtus. d.49.ſ. 3. n.2.f.549
Actum Deum poſſe producere ſine voluntate peccati. d.41.ſ.1.n.5.f.448
Actui intrinſecum eſt, tendere in obiectum rationi diſſonum. diſp. 41. ſect. 1. num. 15.f. 449
Actus ab extrinſeco mali. diſp.40.ſect.2.num.1. f.438
Actum diuinum liberum noncomplet tranſiens Dei operatio. d.11.ſ.8.n.5.f. 139
ad Actum diuinum liberum inutilis omnino virtualis volitio. diſp. 11. ſect. 7. num. 11. f. 139
Actus malitiam non ſolum Deus, ſed & ipſum realem & materialem actum prohibet. d. 33. ſ.1. n.4.f.334
Actum materialem peccati quo actu ordinet Deus. d.50.ſ.7.n.23.f.567
ad Actus non eliciendos Dei concurſus oblatus. d 50.ſ.2.n.15.f.556
Actus in indiuiduo indifferens implicat. d. 40.ſ. 2.n.15.f.440
Actus materialis peccati abſolutè malus, & bonus ſecundum quid. diſp. 45. ſect. 4. num. 18.f.493
Actus vagè prædeterminati,ex vi generalis concurſus. d.40.ſ.3.n. 4.f.440
ab Actibus malis damnatos ceſſare non poſſe. d. 40.ſ. 5.n.7.f.445
Actus indeliberati boni in dæmonibus. d. 40. ſ. 5. n.5.f.445
Actum bonum concipere non poſſe damnatos, qui docuerunt. d.40.ſ. 5.n. 2.f.444
Actum diuinæ voluntatis liberum complere nequit productio cuiuſlibet rei. d. 12.ſ. 2.n. 6.f.146
Actuum diuinorum ſpecies phyſica & moralis. d.55.ſ.2.n.16.f.629
Actus ex obiecto intrinſecè mali. d.40.ſ. 2. n. 1.f.438
ad Actus exteriores indifferẽtes quomodo Deus inclinare poſſit. d.40.ſ.2.n.16.f.440
Actum peccati vagè prædeterminari poſſe.d.40. ſ.6.n.1.f.446
Actus peccati in quantum actus à Deo eſt.diſp. 39.ſ.2.n.17.f.421
Agere virtute primę cauſæ,& applicari ad agendum realiter idem. d.46.ſ.3.n.6.f.512
Agens agendo quomodo perficiatur.d.47.ſ.3.n. 15.f.534
ad Agendum duo requiſita in omni agente creato. d.46.ſ.3.n.14.f.513
Aguntur irrationalia,& non agunt ſe:ſecus verò rationalia. d.39.ſ.2.n.7.f.420
Agentis principalis & inſtrumenti vnica actio. d.48.ſ.1.n.8.f.537
ſi Ageret Deus ex neceſſitate naturæ, ſtaret rerum contingentia. d.39.ſ.3.n.20.f.425

Adamus.

Adamus cur non fuerit ad primum peccatum prædeterminatus. d. 38.ſ.4.n.2.ſ.410

ex Adami peccato orta in hominibus peccandi neceſſitas. d.38.ſ.7.n.4.f.416

Æqualitas.

Æqualitas Dei ad omnia. d. 9.ſect.8. num.13. f. 88

Æqualitas in præſcribendis legibus.d.53.ſ.3. n. 2.f.596

Æqualitas inter opera meritoria, & præmium æternæ vitæ. d.58.ſ.5.n.5.f.663

Æqualitas in naturalibus beneficiis. d.53.ſ.4.n. 12.f.598

Æqualitas proportionis,& proportionalitatis. d. 53.ſ.4.n.3.f.597

Æqualitas dilectionis. d.53.ſ.4.n.5.f.598

Æqualitas generalis concurſus. d. 53.ſ.4.n.15. f.598

Æqualitas prima in verbis ſapientiæ contenta. d.53.ſ.3.n.5.f.596

Æqoalitas valoris quid conferat merito de condigno,ſupra meritum de congruo. d.58.ſ.5. n.5.f.663

Æternitas.

Æternitas tempori præterito coexiſtebat. d. 16. ſ.5.n.11.f.174

Amabilitas,Amicitia,Amor,Amare.

Amabilitas eo ſuperiorem perfectionis gradum obtinebit,quo perfectiorem gradum ens obtinuerit. d.4.ſ.4.n.9.f.19

Amabilitatem diuinæ bonitatis cognoſcere totaliter nequit pura creatura,quantumcunque eleuetur. d.4.ſ.4.n.12.f.29

Amabililitati diuinæ bonitatis, quare nequeat amorem æqualem reddere vlla creatura.d.4. ſ.4.n.11.f.19

ſi Amabilitatem diuinæ bonitatis amor diuinus adæquaret,Deus ab alio potuiſſet perfectius amari. d.4.ſ.4.n.10.f.29

Amicitia quam communicationem requirat. d. 52. ſ.5.n.5.f.588

Amicitiæ tres ſpecies. d. 4.ſ.3.n.4.f.348

Amicitiæ formale obiectum. d.3.ſect.2.num. 6. f. 16

Amicitia Dei propria ad creaturas rationales. d. 52. ſ.6.n.5.f.590

Amicitiæ & concupiſcentiæ amor non ſemper diuerſi. d.51.ſ.5.n.11.f.589

Amicitiæ conditio vna eſt æqualitas. d.52. ſ. 6. n.2.f.589

Amicitiam Dei ad ſeipſum non eſſe aliquorum ſententia. d.52.ſ.4.n.3.f.586

Amicitia inter diuinas perſonas. d. 52. ſ.4.num. 9.f.586

Amicitia in communicatione & ſocietate .d. 52. ſ.4.n.17.f.587

Amicitiæ lea ſupernaturalis. d.19. ſ. 11. n.12. f. 213

Amicitiæ fundamentum.d.34. ſect.1 .num. 4. f. 346

Amicitia deficit à ratione iuſtitiæ. d.34.ſ.3. n.3. f.348

Amicitia Dei ad homines plus diſtat à ratione iuſtitiæ. d.34.ſ.3.n.3.f.348

Amicitiæ præſtantiſſimæ ſpecies.d.34.ſ.1.n. 6.f. 346

Amicitia eſt reciproca,non verò inimicitia.d.54. ſ.4.n.19.f.620

Amor eſt cauſa triſtitiæ, ex Auguſtini ſententia. d.21.ſ.1.n. 11.f.235.

Amor Dei erga ſe ſpontaneus. d. 4.ſ.1.n. 9.f.25

Amor Dei erga ſeipſum ſimpliciter neceſſarius. d.4.ſ.2.n.10.f.25

Amor Dei maior, abſque productione maioris boni. d.53.ſ.2.n.2.f.595

Amor Dei, quo pacto erga ſe liber appelletur. d.4.ſ.2.n.8.f.25

Amor diuinus liber nuncupandus non eſt, ſtrictè ſeruata norma loquendi. d. 4. ſect.2. n. 23. f. 26

Amor diuinus non minus perfectus in ratione amoris,quam diuina ſciencia in ratione ſcientiæ. d.4 ſ.4 n.9.f.29

Amor comprehenſiuus diuinæ bonitatis,in nullo priori intelligi poteſt, ſine reſpectu incluſo ad creaturas. d.5 ſ.6.n.10.f.35

Amoris efficacis partes ſeparabiles ſunt. d.5.ſ.6. n.18.f.36

Amore amicitiæ Deus Angelos proſequitur. d. 5.ſ.5. n.3.f.34

Amoris reciprocatio abſtrahitur à reali diſtinctione amoris. d.52.ſ.5.n.1.f.588

Amor Dei erga creaturas neſcit realem diſtinctionem ab eſſentia. d.1.ſ.3.n.9.f.9

Amorem Dei erga perſonas rationales propriè amicitiam negare error. d.52. ſ.6.n.7.f.590

ad Amorem Dei, erga creaturas intellectuales qualis æqualitas. d.52.ſ.6.n.8.f. 590

Amorem diuinum terminari prius ad diuinam bonitatem,quam ad creaturas. d.5.ſ.6. n. 21. f.35

Amor concupiſcentiæ in Deo erga ſeipſum, nec formaliter,nec virtualiter. d.52.ſ.5.n.8.f.589

Amoris diuini circularis reflexio, ex Dionyſij ſententia. d.3.ſ.5.n.4.f.21

Amoris formalitas, qua ſeipſum amor diligit quaſi ſpecie diſcrepat ab illa, qua eſſentiam vel attributum. d.3.ſ.5.n. 9.f.22

Amor beatitudinis, ſeu complacentia boni in communi neceſſaria,non eſt actus ſingularis, ſed ratio communis volitionis. d. 4.ſ. 3. n. 3. f. 27

Amor quo creaturæ Deum proſequuntur,neſcit menſuram,neſcit limitem. d.4.ſ.4.n.7.f.29

Amor comprehenſiuus naturalem & obedientialem potentiam voluntatis ſuperat.d.4. ſ.4. n.14.f. 30

Amoris,& dilectionis diſcrimen. d.52. ſ. 3.n.8. f.585

ex Amore boni neceſſariò ſequitur odium mali. d.54.ſ.2.n.6.f.616

Amoris diuini æqualitas erga Angelos & homines ex ſacris literis non infertur.d.53.ſ.8.n.7. f.604

Amor vltimi finis, beatitudinis in communi, ſcientiæ & veritatis, à Philoſopho & Theologo ponitur naturalis. d.4.ſ.2.n.18.f.26

ad Amoris obiectum formaliſſimum pertinet iucunditas in diuina honeſtate incluſa.d. 3.ſ.4. n.1.f.20

Amori perfectionem quatuor tribuunt, potẽtia, cognitio,excellentia boni amabilis,proportio, ſeu coniunctio cum amante.d.4.ſ.4.n.13.f.29

Amorem erga creaturas,continere poſſe Deum, perfectio eſt, amorem verò erga ſe cohibere, imperfectio. d.4.ſ.3.n.13.f.28

in Amore diuino errant qui metaphoram adſtruunt. d. 2. ſ. 1. n.3.f.13

in Amore neceſſario conſentit inclinatio maior. d. 10.ſ. 6. n.17.f.119

ſi Amor Dei erga ſe ſimpliciter naturalis non foret: nec ſpiritus ſancti proceſſio eſſet naturalis. d.4.ſ.2.n.17.f. 26

Amorem qui præcipit, prohibet quod amoris impoſſibilitatem affert. d. 33. ſ.4. num. 22. f. 344

Amoris tendentia, qua Deus vellet ſe velle longè perfectior eſſet, quam ſi ſolum vellet obiectum directè. d.3.ſ.5.n.3.f.21

Amore nec efficaci nec inefficaci Deum creaturas merè poſſibiles proſequi. d.6. ſ. 11. num. 12.f.37

Amor efficax & abſolutus circa creaturas, maiora bona impediret, ſimplex verò complacentia non item. d.6.ſ.2.n.15.f.39

Amore Dei nulla res indigna, quamuis comparatione ipſius quælibet ſit vilis. d.6.ſect. 4. n. 24.f.44

contra Amorem ſui agit qui procurat ſe odio haberi. d.27.ſ.6.n.2.f 285

Amor Dei erga ſeipſum neceſſarius eſt ex parte principis, non tamen naturalis, ſed liber. d.4. ſ.1.n.3.f.23

inter Amoris reflexi & directi formalitates non eſt adæquata & inadæquata diſtinctio. d. 3. ſ.5.n.11.ſ.22

Amoris Dei erga ſe neceſſitas non à cauſa efficiente ipſius, ſed à propria quidditate ortum trahit. d.4.ſ.2.n.22 f.26

Amoris diuini erga ſe neceſſitas, tantum diſtat à neceſſitate amoris creati, quantum à finito infinitum. d. 4.ſ.2.n.26.f.26

ſi Amor poſſibilium creaturarum Deo deficeret, ſuam bonitatem comprehenſiuè non amaret. d.6.ſ.2.n.18.f.39

Amoris Dei erga ſeipſum neceſſitatem ab alio ſuperiori agente emanare. d.4.ſ. 1.n.6. f. 23

Amorem erga ſe Deus omittere nequit per omnipotentiam ſuam. d. 4. ſect. 2. n. 26. f.26

Amor determinati medij, quandoque prior amore determinati finis. d.24.ſ.2.num.14.f. 256.

Amor medij, & finis determinati ſimul. d.24.ſ.2. num,16.f.257

Amandi magis formalitas, perfectio increata Dei. d.53,ſ.1.n.7.f.594

an Amentur ab hominibus creaturæ propter ſeipſas media charitate. d.3.ſect. 2. num.15. f. 17

Amari nequit diuina bonitas ſine creaturarum amore, licet ſit prorſus independens ab illis. d.6.ſ.3.n.7.f.41

Amatur creatura à Deo propter ipſum & propter rationem formalem. d.5.ſ.3.n.3.f.31

non Amátur neceſſariò ea, ſine quibus finis intentus obtineri poteſt. d.10.ſ.6.n.8.f.118

Amare magis Deo impoſſibile, niſi volendo maius bonum. d.53.ſ.5.n.2.f.599

Amatur à Deo magis, qui magis amat Deum. d. 53. ſ.10.n.5.f.606

Amatur pœnitens quandoque plus quàm innocens. d. 53.ſ.11.n.13.f.610

Amari non poteſt propter finem optimum, quod nullatenus honeſtari poteſt. d. 33.ſ. 2. num, 8.f.338

Amat Deus principalius vnum bonum, quam aliud. d.53.ſ.1.n.3.f.593

Amari nequeunt plura æquè prima volitione vnica. d.3.ſ.2.n.11.f.17

non Amatur neceſſariò propter finem id, ſine quo finis exiſtere non poteſt. diſp. 7.ſect.1. n.9.f.48

non Amat Deus irrationalia amore amicitiæ, neque concupiſcentiæ. d.5.ſ.1.n.4.f.30

Amat Deus creaturas ſub ratione boni vtilis. d. 5.ſ.5.n.1.f.33

Amat Deus creaturas irrationales amore concupiſcentiæ, non autem amore amicitiæ neque beneuolentiæ. d.5. ſ.5.n.5. f.34

Amat nemo per ſe, quod coactus patitur propter adiunctum aliud bonum. d. 25.ſ.1. n. 7. f.259

non Amat plenè Deus, id cui non vult conferre exiſtentiam. d.6.ſ.3.n.6.f.40

Amat Deus magis Angelos quantum ad naturalia, quàm homines. d. 53. ſect.8.num. 1.f. 603

quæ Amat ſimpliciter Deus, non actu cauſat, ſed quæ efficaciter amat. d. 6.ſ.5.n.5.f.45

Amat Deus non tantum attributa in quibus eminenter creaturæ continentur, ſed etiam ipſarum creaturarum finitam bonitatem. d. 6. ſect.2.n.1.f.38

Amare punitionem iniquorum in quantum miſeria eſt, diuinæ bonitati repugnat. d.19. ſect. 4.n.5. f.197

ſi non Amarentur creaturæ, diuina bonitas non ſatiaret voluntatem diuinam, d. 5. ſect. 5. n. 8.f.34

Angeli.

Angeli ſe excedentes in perfectione. d. 19. ſect. 2.n.7.f.75

Angeli nec ſemper, neque intranſmutabiliter feruntur ad malum. d. 38. ſect.1. num. 16. f. 402

Angeli recens conditi peccatum, non fuiſſe à Dei cauſalitate profectum. d. 42. ſect. 2. n. 12.f.456

Angelorum multitudinem infinitam creari non decuiſſe. d.9.ſ.2.n.5.f.75

Appetitus, Appetibile, Appetere.

Quæ ſint de ratione Appetitus ex S. Bonauent. d.1.ſ.2.n.19.f.8

Appetitus naturalis propriè eſt aliquid perfectibile. d.1. ſ.2.n.20.f.8

Appetitus naturalis ſtrictiſſimè acceptus non competit Deo. d.1.ſ.2.n.23.f.8

Appetitus ſenſitiui motus, determinat Deus. d. 50. ſ.11.n.12.f.575

Appetitus ſenſitiui motus intrinſecè boni. d.50.ſ. 11.n.12.f. 575

Appetitus inanimis etiam ſuus concedendus eſt. d.1.ſ.2.n.4.f.6

Appetitus ſenſitiuus tentat. d.37.ſ.1.n.11.f. 394

Appetitus quilibet habet inclinationem proprium bonum diffundendi. d.5.ſ.2.n.6. f.31

Appetitus hominis in peccati actionem præcedit, non præmotio. d.36.ſ.4 n.12.f 385

Appetitus incapax animal, & cognitionis ſenſitiuæ capax eſſe repugnat. d.1.ſ.1.n.31.f.6

Appetibile nihil reputandum eſt, propter eam bonitatem, quæ ex accidenti, ſed propter eam quæ illi competit per ſe. d.26.ſ.3. n.4.f.265

Appetunt etiam inanimata producere ſibi ſimile. d.5.ſ.2,n.6.f.31

Arbitrium.

Arbitrium liberum quid. d.38.ſect.5. num.20. fol.413

Arbitrium liberum quid ſit reſpectu createæ, quid etiam reſpectu increatæ operationis. d.7.ſ.1.n.7.f.48

Arbitrij liberi poteſtas. d.20.ſ.8.n.19.f.231

Arbitrium liberum imago Dei. diſp.35.num.9. fol.361

Arbitrium prima cauſa apponeodi impedimentum gratiæ. d.39.ſ.3.n.7.fol.424

Arbitrium humanum cui formalitati nequeat reſiſtere. d.18.ſ.7.n.11.f.189

in Arbitrij liberi creatione non intenduntur peccatorum actiones. d.35.ſ.3.n.1.f.361

per Arbitrium liberum diuinæ prouidentiæ materia ſubminiſtratur. d.50.ſ.10.n.3.f.572

Arbitrium crearum non ſimplici complacentia, alia à ſe neceſſario diligit. d.6.ſect.1.num. 10.fol.37

Arbitrium liberum cuiuſque ſupplicij primum principium,& cauſa. diſp.35.ſect.8.num.1. fol.376

Arbitrium liberum, & res creatæ inſtrumenta Dei. d.35.ſ.3.n.7.f.361

in Arbitrij liberi creatione, finis à Deo intentus qui fuerit. d.35.ſ.3.n.3.fol.361

Arbitrij libertatem, qui ex Philoſophis gentilibus Deo negauerint. diſp.7.ſect.1.n.1.fol.47

Argumentum.

Argumentum ſolidum ſumi non poteſt ex metaphora. d.21.ſ.1.n 1,f.233

Argumentum Chriſti à minori ad maius. diſp.9. ſect.14.n.13.f.99

Argumentum generale ſumptum ex comminationibus & terroribus pœnarum. diſp.20.ſ.8. num.12.f.230

Argumentum ab auctoritate negatiua petitum inefficax eſt. d.6.ſ.3.n.13.f.41

Argumentum id quod melioris boni prouidentia probatur euidentiſſimum reputat Auguſt. d.9.ſ.14.n.15.f.99.

Argumenta Chriſti recta prouidentia decretum probabant,non ſupponebant. d.9.ſ.14.n.14. fol.99

Attributa.

Attributa per ſe habent id, quod requiritur, vt obiectum formale ſint. diſp.3.ſ.4.n.6.fol.21

Attributorum Dei manifeſtatio non propter ſe, ſed propter bonum cuius teſtimonium eſt, amatur. diſp.3.ſect.1.num.9.fol.15

B

Baptiſmus.

BApeiſmi gratia liberiorem affert facultatem, ad vitanda peccata. d.38.ſ.3.n.18.f.408

Beati Beatitudo.

Beatos eſſe liberos ad malum & bonum aliud eſt,& aliud ad hoc, & illud bonum eligendum. d.4.ſ.3.n.4.f.27

Beatitudo Dei io quo conſiſtat. diſp.4.ſect.2. num.15.fol.26.

Beneficium.

Beneficium ad particularem vtilitatem perſonæ dirigitur. d.19 ſ.4.n.23.f.119

Beneficia quo pacto reddantur nociua. diſp.19. ſ.4.n.23.f.199

Beneficia à Deo collata in homines minora forent, ſi morali neceſſitate determinatus eſſet Deus ad faciendum optimum.diſp.10.ſect.7. n.1.f.119

Benignitas.

Benignitas quid. d.55.ſ.3.n.1.f.629

Benignitas & liberalitas differunt. d.55.ſect.3. num.3.fol.630

Benignitas propriè in Deo.diſp.55.ſect.3.num.1. fol.629

Blaſphemia.

Blaſphemia Philippi Melanchtonis. d.32.ſ.1. n.2.f.322

Bonum Bonitas.

Bonum,qua ratione in alio debeat contineri, vt in illo ametur. d.6.ſ.6.o.11.f.47

Booum amore concupiſcentiæ amatum quale. d.52.ſ.5.n.10.f.589

Bonum nullum verum Deo opponitur.d.4.ſ.2. n.14.f.25

Bonum, perfectionem aliquam addit ſupra ens. d.3.ſ.3.n.16.f.19.

Bonum honeſtum vſurpatur plerúmque pro virtuti & rationi conſono. d.5.ſ.5.n.3.fol.34

Booum morale operari poſſe per ſolum generalem concurſum affirmat S. Thom.d.40.ſ.4. num.11.fol.444

quod Bonum honeſtum,membrum ſit diuiſionis in communi. d.5 ſ.5.o.3.f.34

Bonum & malum ſunt in rebus obiectis.diſp.6. ſ.3.n.5.f.40

Bonum eligi non poteſt, quod neceſſarium ſit abſolutè eligi. d.7.ſ.3.n.1.fol.50

Bonum quod Deus poteſt amare, melius amat ſeipſum amando. d.4.ſ.2.n.13.f.25

à ſummo Bono,non à creaturis rapiuntur beati. diſp.6.ſ.3.n.9.f.41.

ſummi Boni proprium voluntatem rapere, dum clarè conſpicitur. d.4.ſ.2.n.12.f.25

nulla Boni ratio Deum poteſt cohibere ab amore ſuæ bonitatis. d.4.ſ.2.n.13.f.25

Bonum non neceſſitate facimus. d.20.ſ.8.n.17. fol 231

ad Bonum honeſtum amplectendum obligatus eſt Deus,à quidditatiua rectitudine. diſp.27. ſ.6.num.1.fol.285

ad Bonum deſtinata per ſe, ſunt quæcumque Deus creat. d.40.ſ.6.n.8 f.447

Bonum à ſola propria voluntate dependens ſpectatur. d.52.ſ.8.n.4.f.592

circa Bonum quodlibet creabile, Deus habet poſitiuum decretum. d.8.ſ.3.n.2.f.65

an ſi Bonum minus eligeret Deus, poſtpoſito maiori, deſineret eſſe Deus. diſp.10.ſect.5. n.1.f.115

de Bono minori nonnunquam maius gaudium. d.53.ſ.12.n.1.f.611

Bona à Deo condita. diſp.38.ſect.1.num.13. fol.402

Bonorum diuinorum deſiderium Deo repugnat. d.52.ſ.7.n.1.fol.591

Bona creata ſibi non vult Deus amore concupiſcentiæ: d.51.ſ.5.n.10 f 589
Bona naturalia in dæmonibus poſt peccatum integra. d.40.ſ.3.n.14.f 441
Bona naturalia, & ſupernaturalia, ad Chriſtum tanquam ad finem diriguntur.diſp.53.ſect.5. num.13.fol.601
Bonitas diffuſiua ſui. d.4.ſ.4.n.12.f.29
Bonitas diuina independens à creaturis. d.6.ſ.1. num.9.fol.37
Bonitas diuina,eſt obiectum motiuum volitionis. d.2.ſ.2.n 11.f.17
Bonitas quælibet propter ſe amabilis, eſſe poteſt obiectum formale. d.3.ſ.3.n.11.f.18
Bonitas creaturarũ mouet quodammodo Deum, d.5.ſ.3,n.5.f.31
Bonitas Dei infinita non eſſet, ſi à ſui communicatione ceſſaret. d.9.ſ.4.n.26.f.80
Bonitas Dei finis vltimus eſt, ad quem Deus refert amorem quemlibet creaturarum. diſp.3. ſ.1.n.5.fol.15
Bonitas creata potius mota, quam mouens appellanda. d.5.ſ.3.n.8.f 32
Bonitas Dei obiectiua, viſio verò formalis beatitudo. d.43.ſ.5.n.18.f.468
Bonitas Dei eo infallibilius dabit petentibus filiis, quo excedit hominum bonitatem.diſp.9. ſ.14.n.10.f.99.
Bonitatem ſemper requiri ex parte obiecti à Deo voliti ſupponunt Patres. d.27.ſ.6.n.15.f.286
Bonitatem ſuam peculiarem habent, res nonquam extituræ. d.6.ſ.2.0.2.f.38
à Bonitate obiecti rapi Deus,& ab illa vinci,quodammodo dici poteſt. d.10. ſ.4.0.9.f.114.

Brauium.

Brauium idem quod iuſtitiæ corona.d.56.ſ.3.n. 16.f,640.

C

Caluinus.

Caluini impudentia. d.42.ſ.2 n.5.f.455
Caluinus ad ſuam hæreſim confirmandam, quod teſtimonium ponderet. diſp.32. ſect.5. n.4.f.328
ne Caluino faueatur, hac tempeſtate diligentius cauendum. d.4.ſ.2.n.23.f.26
Caluinus docet Deum non eſſe cauſam moralem operationis malæ. d.32.ſ.3.n.13.f.326.

Cauſa Cauſalitas.

Cauſa quælibet in ſuo genere completa. d.46. ſ.7.n.6.f.522
Cauſa quælibet intendit aſſimilare ſibi effectum. d.48.f.5.n.7.f.543
Cauſa vniuoca & æquiuoca. d.48. ſ.1.num.11. fol 537.
Cauſa principalis propria, inſtrumentalis verò principalis virtute agit. d.48, ſect. 1. num. 7. fol. 537
Cauſæ principalis officium per meram permiſſionem non exercetur. d.48.ſ.3,n 3.fol.540
Cauſæ moralitas quadruplex. d.27.ſ.2.num.10. fol.273.
Cauſa moralis eſt,cum quis omittit facere quod tenebatur. d,27.ſ,2,n.12.f.273
Cauſa actione agens efficaciter effectum tali actione productum intendit.d.33.ſ.3,num.4. fol.339
Cauſa libera ab intrinſeco indifferens. d. 7.ſ.6. n.16 f.58
Cauſa prima duplici totalitate gaudet. d.45.ſ.7. n.15.f.501.
Cauſa naturalis vt de nouo agat, noua applicatione indiget. d.45.ſ.5.n.23.f.496
Cauſæ naturali generalis concurſus ſufficiens. d.45.ſ.1.n.9.f.487
Cauſa prima totaliter producit, non verò ſecunda. d.45.ſ.4.n.10.f.492
Cauſa prima poteſt cum creatura minus perfecta excellentiori modo concurrere. d.45.ſ.9. num.15.fol.505
Cauſa & effectus eſſe non poſſunt, quæ non diſtinguntur realiter. d.45.ſ.8.n.2.f.502
Cauſa efficiens ab effectu fieri nequit. d.46.ſ.6. n.6.f.520
Cauſa ſola finalis diſtinctionem realem non exigit ad cauſandum, per primariam cauſalitatem. d.15.ſ.1.n.6.f.159
Cauſæ æquiuocæ perfectiores effectis. d.49.ſ.3 num.3.f.549
Cauſa prima plus influit,& prius quam ſecunda. d.46.ſ.5.n.9.f.519
Cauſa ſecunda debet primæ præmotionem ſequi. d.38.ſ.1.n.24.f.403
Cauſa alicuius realitatis eſt cauſa formalitatis per ſe ex tali realitate conſequuta. d.45. ſ.3. n.10.f.490
Cauſæ ſecundæ principales cauſæ.d.48.ſ.1.n.9. fol.537
Cauſæ ſecundæ reſpectu primæ propriè inſtrumenta non ſunt. d.46.ſ.9.n.16.f.528
Cauſæ ſecundæ primæ aliquo modo inſtrumenta. d.48.ſ.1.n.5.fol.536
Cauſæ ſecundæ prout ad eſſe in communi concurrunt Dei inſtrumenta. d.48. ſ.1.num.10. fol.538
Cauſam comprehendendo Deus comprehendit effectus. d.23.ſ.4.n.4.f.253
Cauſa prima & vniuerſalis, in ſe præhabet eminenter, aut formaliter, perfectionem quam cauſat. d.1.ſ.1.n.19.f.5
Cauſæ ſecundæ agunt in virtute primæ cauſæ. d.46.ſ. .n.4.f.507
Cauſæ efficientis cuiuſque defectum ſupplere poteſt Deus. d.46.ſ.6.n.13.f.521
Cauſæ omnes naturales ab intrinſeco determinatæ,ab extrinſeco indifferentes.d.7.ſ.6.0.25. fol. 58
Cauſa prima non eſt totalis in omni genere cauſæ. d.45.ſ.7.n.15.f.501
Cauſæ vniuerſalis munus non compellit Deum ad prædeterminandum. diſp.29.ſ.1.num.16. fol. 302
Cauſæ ſecundæ inhærentem eſſe qualitatem qui exiſtimarint. d.46.ſ.1.n.2.f.507
Cauſæ primæ concurſus retinet prioritatem ex ſuo genere participatam. d.45. ſ.5. num. 16. fol.495
Cauſæ primæ vniuerſalitati contraria prædeterminatio. d.45.ſ.4.n.8.f.492
Cauſæ primæ concurſus ſub aliqua ratione mediatus, mediatione ſuppoſiti. diſp.45. ſect.6, num.12.fol.499
Cauſa prima non determinat ad numericam differentiam. diſputat. 44. ſect. 5. num. 35. fol.483

Cauſa tota quorundam effectuum non eſt, licet cauſa ſit totius effectus. diſp.45. ſ.7.num.17. fol.501
Cauſæ primæ concurſus generalis libertatem non deſtruit. d.46.ſ.1.n.4.f.486
Cauſa diuini concurſus nihil eſt propriè, niſi decretum & imperium. diſp.45. ſect.7. n.11 fol.501
Cauſæ ſecundæ non propriè inſtrumenta Dei. d.45.ſ.10.n.5.f.505
Cauſa prima per generalem concurſum ſe ſola effectus non producit. d.45.ſect. 9. num.14. fol.505
Cauſas omnes neceſſarias naturalis author determinat. d.41.ſ.2.n.4.f.450
Cauſa prima quantum ad ſuam ſubſtantiam nec determinatur, nec perficitur. diſp.45.ſ.9.n.6. fol.504
Cauſæ primariæ prædeterminanti potius, quàm ſecundariæ determinatæ attribuendus eſt effectus. d.17.ſ.1.n.20.f.274
Cauſalitas per accidens Deo conuenit. d.45.ſ.4. n.7.f.466
Cauſalitas directa materialis actus repugnans Deo. d.40.ſ.1.n.7.f.436
Cauſalitas moralis realiter non influit. d.37.ſ.1. n.4.fol.391
Cauſalitatis realis modus ad actus bonos circa materiale peccati repugnat.d.40.ſect.1.n.14. fol.437

Charitas.

Charitatis ſignificatio. d.52.ſ.4.n.2.f.586
Charitatis nomen nulli dilectioni iam perfectè quam diuinæ conuenit. d.52.ſ.4.n.2.f.586

Chriſtus Dominus.

Chriſtus Dominus caput iuſtorum prædeſtinatus. d.52.ſ.6.n.13.f.591
Chriſtus Dominus vt homo, gratus formaliter per increatam perſonam.d.53.ſect.5.num.12. fol. 600
Chriſtus Dominus immortalem vitam, & ſui corporis glorificationem meruit. d. 53.ſ.7. num.2.f.602
Chriſtus Dominus pro hominibus oblatus.d.20. ſ.6.n.8.f.225
Chriſtus Dominus promptus iterum pro peccatoribus mortem ſubire.diſp.20.ſect.7.num.2. fol.227
Chriſti Domini humanitati infinitum bonum vult Deus. d.53.ſ.5.n.10.f.600
Chriſti Redemptoris ſuis nunquam ſatis expleta. d.20.ſ.7.n.9.f.228
Chriſtus Dominus vitare mortem potuit. d.20. ſ.4.n.5.f.222
Chriſti Domini lachrymæ pro præſcitis profuſæ. d.21.ſ.1.n.15.f.235
Chriſti Domini voluntas diuinæ conformis. d.53.ſ.10.n.7.f.606
Chriſtus Dominus in minis, aut increpationibus frequenter vſurpabat interiectionem væ.d.21. ſ.1.n.20.f.236
Chriſti Domini vita infinitè maioris valoris, quam omnium peccatorum debitum. d. 53. ſ.5.n.9.f.600
Chriſti Domini humanitatem magis quam omnium creatorarum collectionem diligit Deus. d.53.ſ.5.n.5.f.600
Chriſtus Dominus mediis accommodatis ad captum hominum ſalutem eorum procurat. d.20.ſ.8 n.14.f.231
Chriſti Domini mors & ſalus mundi, in diuina volitione, prior quam permiſſio peccati.d.22. ſ.3.n.13.f.245
Chriſtus Dominus in quantum homo non influebat in materiales operationes peccatorum. d.42.ſ.3.n.9.f.458
Chriſti Domini humanitas per vnionem infiniti valoris. d.53.ſ.7.n.9.f.603
Chriſtus Dominus non intendebat iudicium falſum diſcipulorum. d.41.ſ.3.n.9.f.452

Complacentia.

Complacentia ſimplex verè, & propriè voluntas. d.18 ſ.4.n.5.f.185
Complacentia partim ſimplex, & partim efficax. diſp.19.ſ.12.n 2.f.214
Complacentiæ ſimplicis perfectio nequaquam per aliam compenſatur. diſp.6.ſect. 2. n. 14. fol. 38
Complacentia erga poſſibiles creaturas Deum impulit, vt decerneret producere mundum. d.6.ſ.2.n.20.f.39
Complacentiæ ſimplicis quidditas.d.6.ſ.1.n.13. fol. 37
Complacentia ſimplici Deus æqualiter vult omnium miſereri. d.11.ſ.2.n.8.f.126
Complacere in illis omnibus quæ rationabiliter amari poſſunt eſt perfectio voluntatis. diſp.6.ſect.2. num.14. fol.38

Cogitatio.

Cogitatio iuſtificationis initium. d. 36. ſ.7. n.1. fol.388

Cognitio.

Cognitio non terminata ad creaturas non eſt diuina. d.22.ſ.5.n.9.f.249
Cognitio viuentis corporei in animalis cognitione includitur. d 13.ſ.4 n.6.f.155
Cognitio diuina diuinæ volitionis ratio eſt. 15.ſ.4.n.8.f.162
Cognitio diuina, & volitio diuina, partim conueniunt & partim differunt. d.15. ſ. 5. n. 10. fol.164
Cognitio Dei prior cognitione creaturarum. d.13.ſ.4.n.2.f.153
Cognitio cauſæ in Deo non eſt ratio cognoſcendi effectum. d.13.ſ.4.n.3.f.153
Cognitionis ſenſitiuæ capax, & appetitus incapax animal, repugnat. d.1.ſect.1. n.31.f.6
Cognitiones creaturarum æquali prioritate inuicem priores. d.13.ſ.4.n.5.f.153

Concilia.

Conciliorum modus loquendi exactus ad rigidam proprietatem dictionis.d.32.ſ.1.num.17. fol.323

Concupiſcentia.

Concupiſcentiæ duplex acceptio. d.37. ſ.1.n.18. fol.395
Concupiſcentiæ & amicitiæ amor non ſemper diuerſi. diſput. 52. ſection. 5.num. 11. fol.589

Digitized by Google

de Concupiſcentia recens ſententia.diſp.52.ſ.5.
n.7.f.589
Concupiſcentiam à Deo authore profectam aliqui putarunt. d.37.ſ.1.n.18.f.394
Concupiſcentia in baptizatis manet. diſp.37.ſ.3.
n.14.f.400
Concupiſcentiæ amor in Deo erga ſeipſum nec formaliter,nec virtualiter. d. 52. ſ.5. num.8.
fol.589
Concupiſcentiæ amore creata bona ſibi Deus non vult. diſput. 52. ſection. 5. num. 10.
f.589

Concurſus,Concurrere,

Concurſus generalis datur vt bene operemur.
d.35 ſ.3.n.30.f.363
Concurſus Dei in actu primo,& ſecundo.d.50.
ſ.3.n.3.f.557
Concurſus Dei partialis. diſp.45.ſect.9.num.9.
fol.504
Concurſus Dei oblatus ad actus non eliciendos.
d.50.ſ.2.n.15.f.556
Concurſus indifferentis vis. diſp.51.ſect.3.n.2.
fol.579
Concurſus generalis æqualitas.diſp.53.ſ.4.n.15.
fol.598
Concurſus Dei prior,perfectior, & maior.d.46.
ſ.3 n.21.f.514
Concurſus Dei generalis in permiſſione eſſentialiter contentus. diſput.32. ſect.7. num. 5.
fol.332
Concurſus primæ cauſæ, prout eſt à Deo,creatura eſt. d.45.ſ 9.n.15.f.505
Concurſus generalis ſubtractio ad materialem actionem grauioris peccari.d.44.ſect.5.n.24.
fol.482
Concurſu Dei non indiget, quod non eſt ens.
d.32.ſ.7.n.4.f.332.
Concurſus primæ cauſæ immediatus creaturæ communicari non poteſt. diſp.46.ſ.5.num.8.
fol.518.
Concurſus diuinus ad extra ſecundum ſuam rationem formalem optimus, & Deo dignus.
d.50.ſ.3.n.7.f.558
Concurſus diuinus ad quaſcumque materiales actiones non vniuerſalis,ſed particularis.d.30.
ſect.2.n.17.f.310
Concurſus Dei non neceſſitat nos ad actiones, quas inſeparabiliter malitia conſequitur.d.32.
ſ.4.n.6.f.327
Concurſus antecedenter determinans & non determinans ſpecie diuerſus. d. 32. ſ.7. n.9.
fol.332
Concurſus Dei præueniens non præbetur ad materiales peccatorum actiones.d.36.ſ.5.n.5.
fol.386
Concurſus generalis Dei cuilibet cauſæ neceſſarius. d.39.ſ.1.n.4.f.419
Concurſus naturæ intellectuali debitus ad bene operandum. d.40.ſ.3.n.17.f.442
Concurſum ad quemlibet bonum actum negare repugnat Deo. d.40.ſ.5.n.5.f.444
Concurſus Dei non eſt per ſe deſtinatus ad materiales actiones erroris, aut odij Dei. d. 41.
ſ.2.n.13.f.451
Concurſus noſtræ voluntatis liberaliter donatur à Deo. d.56.ſ.4.n.10.f.642
Concurſus ſolus generalis debitus homini in puris naturalibus. diſput.40. ſect.6.num.10.
fol.447
Concurſus generalis prioritas longo interuallo ſuperat prioritatem noſtri concurſus. d.45.
ſect.5.n.19.f.495
Concurſus generalis quantum abſit à phyſica prædeterminatione. diſput.45.ſect.1.num.7.
fol.487
Concurſum indifferentem cur Deus præbeat, conueniens ratio. diſput.45. ſect.9. num.7.
fol.504
Concurſus noſter,& diuinus inuicem priores,& poſteriores. d.45.ſ.5.n.19.f.495
in Concurſu generali clauditur præmotio.d.46.
ſ.1.n.3.f.507
Concurſus generalis Dei ſolis concurſui ſimilis.
d.45.ſ.9.n.16.f.505
Concurrendi modus generalis & ſpecialis.d.40.
ſ.3.n.3.f.440
Concurrendi modus duplex Dei. d.39. ſ.3.n.8.
fol.424
Concurrendi modum duplicem Dei diſtinguit Capreolus. d.46.ſ.4.n.6.f.514
Concurrere effectiuè aliud eſt, aliud actionem propriè & per ſe operari. diſp.32.ſ.7.num.7.
fol.332
Concurrit Deus ad materialem actionem peccati. d.40.ſ.4.n.6.f.444
Concurrit Deus immediatè ad effectus creatos.
d.46.ſ.5.n.5.f.518
Concurrit Deus immediatè cum cauſis ſecundis. d.39.ſ.4.n.11.f.428

Conſecratio.

Conſecratio quid. diſp.40.ſect.2.n.9.f.439

Contingens.

Contingens quid ſit. diſp.7.ſect.7.num.2.f.58

Contractus.

Contractus inter Deum & homines oneroſus.
d.58.ſ.5.n.6.f.663
Contractus neceſſarius ad meritum ex iuſtitia.
d.58.ſ.10.n.3.f.670
Contractus inire filius, & ſeruus,cum patre, & domino poſſunt. diſp.58.ſ.8.n.4.f.667

Creator,Creatura,Creatum,Creatio,Creare.

Creatoris vis non minus latè patet, quam creati entis vniuerſaliſſima ratio. d.6. ſ.4. num.10.
fol. 43
inter Creatorem Deum, & eius creaturas,in ordine ad eligendum optimum,diſcriminis ratio.
d.9.ſ.3.n.5.f.77
Creatura eſt, id quod ita eſt, vt potuerit non eſſe. d.13.ſ.1.n.4.f.149
de Creaturis minimis cura eſt Deo, d.9.ſect.4.
n.23.f.80
Creaturæ omnes ſunt obiectum materiale diuinæ volitionis. d.3.ſ.2.n.18.f.17
Creata res non poteſt pertinere partialiter ad obiectum formale diuinæ voluntatis. diſp. 3.
ſect.2.n.14.f.17
quòd non Creatum de facto velle non creare Deus potuerit atque habuiſſe poſitiuum decretum non creandi. diſputat 8.ſect.3.n.5.
fol.65
in Creatione rerum Deus procurat quidquid in

rerum

Digitized by Google

rerum adminiſtratione cauſat. d.35.ſ.3.n.2. fol.361

Creare alium mundum nequit Deus, poſita in eo voluntate creandi tantum hunc mundum. d.16.ſ.4.n.5.f.172

Creare potuit Deus Adamo relicto alium primum hominem. diſput.7.ſection.4.num.25. fol.54

Creare non vult Deus ita liberè in hoc inſtanti, vt in eodem poſſit omittere creationem. d.8. ſ.6.n.15.f.70

Creari hominem ſine perfecta ſanitate non oportuit. d.28.ſ.5.n.4.f.299

Creari animas infinitas non congruum fuiſſe. diſput.9.ſection.2.num.4.fol.75

D

Dæmon.

Dæmonis filiatio Deo non adſcribenda. d.36.ſ.3.n.13.f.383

Dæmonum numerus incertus. d.53.ſ.9.num.8. fol.605

Dæmonum voluntas ad nocendum paratiſſima. d.44.ſ.3.n.19.f.477

Dæmonibus licentiam concedit Deus. d.44.ſ.5. n.31.f.483

Dæmonibus & damnatis pœnitentia impoſſibilis. d.40.ſ.5.n.4.f.445

in Dæmonibus manet naturalis potentia ad bonum. d.40.ſ.3.n.16.f.442

in Dæmonibus poſt peccatum bona naturalia integra. d.40.ſ.3.n.14.f.441

Dæmones ad nocendum mittere dicitur Deus, ſecundum figuratum modum loquendi. d.44. ſ.4.n.9.f.479

Dæmonibus ſua peccata diſplicent. d.54.ſ.2.n.3. fol.616

Dæmon non cogit ad peccatum, nec peccati originalis corruptio. diſp.37.ſ.3.num.8.fol.400

Decretum.

Decreta quædam habet Deus, non purè conditionata, ſed mixta in aliqua volitione efficaci contenta. d.8.ſ.7.n.2.f.71

Decretum determinandi ad ſcelera intrinſecè malum, ex Auguſtino. diſput.38.ſect.2.n.3. fol.404

Decretum prædeterminans ad materiales actiones, & Chriſti amor erga homines quomodo comparentur. d.34.ſ.4.n.3.f.351

Decreta merè conditionalia, nec in abſoluto aliquo, & efficaci decreto contenta fictitia ſunt. d.8.ſ.7.n.3.f.71

Decreta purè conditionalia, etiam ab hominibus, qui prudentes ſunt, inutilia cenſentur indignaque viro prudente. diſput.8.ſect.7.n.3. fol.71

ſi Decretum ſuum liberum in futurum tempus reſeruaret Deus, imperfectio in ipſo argueretur. diſput. [illegible] num.5.fol 170

Defectus.

Defectus ſolum in cauſam deficientem reducendus. d.28.ſ.1.n.1.f.290

Defectus voluntatis rationem originalem aſſignat D.Thomas. d.28.ſ.3.n.17.f.297

Defectuum, qui in inferioribus contingunt, cur cœli motus non ſit cauſa. diſp.28.ſ.3.num.6. fol.296

Deſiderium.

Deſiderij obiectum proprium. diſp.52.ſ.7.n.5. fol.591

Deſiderium bonorum diuinorũ repugnat Deo. diſp.52. ſect.7.num.1.fol.591

Deus.

Deus eſt id quo nihil ſublimius potes excogitare. d.1.ſ.1.n.12.f.4

Deus propriè liberalis. diſput.55.ſect.2.num.7. fol.628

Deus omniuolens eſt, etiamſi peccatum non velit. d.6.ſ.5.n.2.f.45

Deus eſt realiter cauſa finalis ſuæ volitionis. d.15.ſ.1.n.7.f.159

Deus, ſimpliciter loquendo, non eſt omniuolens ea proprietate qua eſt omnipotens & omniſcient. d.6.ſ.5.n.15.f.46

Deus à ſe ipſo, & ab illo omnia perfectionem habent. d.3.ſ.2.n.8.f.16

Deo eminenter conuenit quidquid à nobis exprimitur propoſitionibus infinitis, infinitas reflexiones ſignificantibus. diſp.3.ſ.5. num.2. fol. 21

Deus humano conſilio non indiget. d. 15. ſ. 5. num.2.fol.164

Deus in quantum verus eſt vnicum & adæquatum obiectum formale diuinæ ſcientiæ. d.3. ſ.2.n.12.f.17

Deus eſt magis propriè finis ſuæ voluntatis quam principium. diſputat. 3. ſect. 1. n.17. fol. 16

Deus non poteſt non eſſe fidelis. d.20.ſ.2.n.6. fol.218

Deus ad ſubueniendum paratiſſimus. d. 19. ſ.1. n.3.f.192

Deus eſt purus actus. diſput.4. ſect.2. num.21. fol. 26

Deus ad extra medio imperio operatur. d.5.ſ.2. n.5.fol.31

Deus neque fruitur neque vtitur creaturis. d.5. ſ.1.n.5.f.5

Deus non poteſt ſe non amare, quin excludatur ſpiratio Spiritus ſancti. diſput.4. ſect.2.n.11. fol.25

Deus ſi Pater non eſſet, aliqua ex parte ſibi diſpliceret. diſputat. 3. ſection. 3. num. 24. fol.20

Deus ſine Verbo eſſet mutus, & Verbum ſine loquente monſtruoſum. diſp.3. ſ.3.num.25. fol. 20

Deus ſi Pater non eſſet, eſſet ſterilis & infœcundus. d.3.ſ.3.n.25.f.20

Deus non eſſet prima regula ſed alterius ſuperioris legibus ſubiaceret, ſi à recta ratione poſſet deuiare. diſputat. 27. ſection. 6. num.8. fol. 285

Deus ſuos ſeruos congaudere ſibi vult. d.21.ſ.1. num.22.fol.236

Deus nulla ratione boni potuit ſe liberè continere ab amore ſuæ bonitatis. d.4.ſ.2.num.13. fol.25

Deum non eſſe Deum per mediatas illationes & ex ſuppoſitionibus quibuſdam ſequi. d. 10. ſ.5.n.12.f.116

Deus

Deus multa poteſt nolle facere, quæ vult facere. d.7.ſ.4.n.6.f.52
in Deo religio, pietas, oratio, & obedientia non dantur. diſputat. 55. ſection. 4. num.1. fol.630

Differentia.

Differentia inter bonam & malam electionem. d.31.ſ.3.n.4.f.317
Differentia inter regnum & tyrannidem. d. 38. ſ.3.n.9.f408
Differentia inter odium & iram. d.54. ſ.5.n.12. fol.623
Differentia inter concurſum indifferentem, & prædeterminantem. diſputat.51. ſect.2. n.1. fol.577
Differentia inter bonas & malas voluntates d.44.ſ.3.n.10.f.476
Differentia inter poteſtatem, & voluntatem nocendi. diſputation. 36, ſection. 1. num. 3. fol.389
Differentia inter obedientiam & iuſtitiam legalem. d.57.ſ.1.n.11.f.651
Differentia inter humanam & diuinam Chriſti Domini voluntatem. diſput.20. ſect.4.n.13. fol.222
Differentia inter cauſam naturalem, & liberam. d.45.ſ.4.n.6.f.492
Differentia inter Regem humanum, & diuinum gubernatorem notanda. diſput.10. ſect.7.n.11. fol.120
Differentia notanda inter charitatem Dei erga homines, & hominum erga Deum. d.15. ſ.6. n.11 f.166
Differentia inter intellectum & potentiam exequentem. d.45.ſ.6.n.6.f.498
Differentia inter inſtrumentum & cauſam principalem. d.48.ſ.1.n.9.f.537
Differentia inter volitiones liberas, & neceſſarias. d.46.ſ.4.n.10.f.515
Differentia inter primam cauſam, & cœlos, ex S. Thoma. diſputat. 46. ſection. 4. num.14. fol. 516
Differentia inter creatam & increatam voluntatem. d.27.ſ.5.n.1.f.282
Differentia voluntaria diuinæ & creatæ. d. 39. ſ.6.n.25. f.432
Differentia inter effectus directè, & indirectè volitos. d.27.ſ.5.n.9.f.283
Differentia intellectus & voluntatis à Sancto Thoma aſſignata. diſput.46. ſect.3. num.11. fol.512
Differentia notanda inter denominationes extrinſecas diuinam libertatem conſequentes, & ex creatis formis promanantes. d.12. ſect.3. n.18. fol.149
Differentia inter materialem actionem, & formalem rationem malitiæ. d.31. ſ.1. num.17. fol.314

Diſiunctum.

Diſiunctum ſcire non eſt futurum contingens ſcire. d.11.ſ.10.n.8.f.142
Diſiuncti volitio vanam reddit efficaciam diuinæ voluntatis. d.11.ſ.11.n.20.f.145

Diſplicentia.

Diſplicentia minus quam odium. d.54.ſ.1.n.21. fol.615
Diſplicentia quælibet triſtitiæ nomen non meretur. d.21 ſ.1.n.11.f.235
Diſplicentia mali vera in Deo. diſp.21. ſ.2. n.2. fol.237
Diſplicentia erga creaturas poſſibiles impoſſibilis eſt. diſp.6.ſect.2.num.13.fol.38

Diſtinctio.

Diſtinctio eſt ens rationis. diſput.22.ſect.5.n.8. fol.249
Diſtinctionis modus inter diuinas virtutes morales repertus. diſputat. 15. ſect. 6. num. 12. fol.166
Diſtinctionis rationis fundamentum duplex. d.1.ſ.3.n.23.f.10
Diſtinctio rationes ratiocinantis omnimoda entitas ſecundum rationem appellanda. d.1.ſ.3. n.21.f.10
inter Diſtinctiones rationis gradus, quis infimus nuncupandus. diſputat. 1. ſection.3.num.25 fol. 10
Diſtinctio nulla eſt inter diuinas perfectiones, ante opus intellectus. diſp.1. ſect. 3. num. 1. fol. 8
Diſtinctionem realem ab eſſentia neſcit amor Dei erga creaturas. diſput.1. ſection.3.num.9. fol. 9.
Diſtinctio extenſionis & intenſionis libertatis. d.8.ſ.2.n.1.f.63
Diſtinctio voluntatis ab eſſentia Dei, & cæteris attributis, fit per diſtinctionem rationis ratiocinatæ. diſputat. 1. ſection. 3. num. 17. fol. 9
Diſtinctio inter amorem quo ſe, & illum quo Deus diligit creaturas. diſp.5.ſect.6.num.20. fol.36
Diſtinctio inter partes amoris efficacis non eſt adæquata. diſputat. 5. ſection. 6. num. 19. fol. 36
Diſtinctionem aliquam in Deo admittere ante opus intellectus, præterquam perſonarum ab inuicem, parum tutum, neque probabile eſt. d.13.ſ.1.n.19.f.151
Diſtinctio inter formalitates amoris reflexi & directi non eſt adæquata & inadæquata. d.3. ſ.5.n.11.f.22
Diſtinctio rationis ratiocinatæ & rationis ratiocinantis. diſputat. 3. ſection. 5. num. 16. fol.22
Diſtinctio inter executiuam potentiam, & intellectum, & voluntatem. diſput. 14.ſect.4. num.7

Doctrina.

Doctrina Græcorum deſumpta à Prophetis. d.39.ſ.7.f.434
Doctrina falſa, & ſuperſtitioſa obſeruatio materiales actiones continet. diſp.36.ſect.3.n.6. fol.382
Doctrina Abulenſis improbata communiter à Theologis. diſputat. 30. ſection. 3. num. 5. fol.310

Dominium.

Dominium quomodo definiatur. d. 49. ſect. 2. num.3.f.546
Dominium quomodo definit Boëtius. d.49.ſ.2. num.11.f.547

Domioiom per votum tranſfertur.diſp.55.ſect.a.n.14.f.629.
Dominium quorumdam bonorum habere filij poſſunt.d.58.ſ.8.n.6.f.667.
Dominij incapaces, ſunt paupertatem profeſſi.d.48.ſ.2.n.3.f.546.
Dominij capace, ſunt homines.d.58.ſect.5.nu.a.f.662.
inter Dominium diuinum & humanum diſcrimen.d.55.ſ.4.n.16.f.632.
Dominium ſopremum Deus habet.d.49.ſ.2.n.4.f.546.
Dominium hominibus conferens Deus,nullum ſuum dominium deponit.diſp.58.ſect.7.n.4.f.666.
Dominij quidditas prædeterminationi pugnat.diſp.49.ſ.a.n.5.f.546.
Dominium humanæ voluotati Deus concedere poteſt.d.49 ſ.2.n.6.f.546.
Dominium Dei ſupremum manifeſtatur magis in admittendis peccatoribus.d.53.ſ.12.n.10.f.612.

Duratio.

Doratio & res durans eadem actione productæ. d.46.ſ.8.o.10.f.525.

E.

Eccleſia.

Eccleſia triumphans de maiori lætitia militantis plus gaudet. diſput. 53.ſect. 12. numero.6. f.611.

Ens, entitas.

Ens ratioois ineompletum & diminutum ens.d.48.ſ.a.o.19.f.510.
Ens futurum quomodo diſtinguatur à numqoam futuro. d.8. ſ. 3. n.3.fol.65.
quod non eſt Ens, Dei coocurſu nooindiget.d.32.ſ.7,o.4.f 332.
Ens,quod potuit oon eſſe, non eſt ſuum eſſe eſſentialiter. d.13.ſ.1.n.3.f.149.
Eotis rationem noo habet quod implicat contradictionem. d.18.ſ.4.n.12.f.186
in Entis genere,nnn eſſe rei malum eſt abſolutè.d.8.ſ.3.n.9.f.66.
circa Entia numqnam futura qoaliter Deus ſe habeat. d.8.ſ.3.n.4.f.65.
Entitas neceſſaria infinitæ eminentiæ in genere actus. d.22.ſ.4.n.21.f.148.
Entitas actus peccati non eſt ordinabilis ad Deum. d.39.ſ.2.n 30.f.423.
Entitatis à malitia inſeparabilis Deus non eſt author. diſp. 39.ſect.2.nomero 18.f.421.

Error.

Error Philoſophi turpiſſimus. diſpot. 7. ſect. 5.n.11.f.56.
Error exorbitans Theodori Mopſuiſtenſis.d.26.ſ 2.n.1.f.263.
Error eorum qui in amore dioino metaphoram adſtruunt. d.1.n.1.ſ 3.f.3.
Error Philoſopho à plurimis patribus adſcriptus. d.6.ſ.4.n.2.f.41.

Eſſentia.

Eſſentia Dei, & quodlibet eius attributum eſt ſimpliciter infinitum. d.1.ſ.2.n.20.f.8.

Eſſentia diuina, quandoque ſumitur pro tota Dei realitate. d.3.ſ.3.n.31.f.20.
Eſſentia Dei non eſt in rigore radix attributorum,ſed potius illa implicitè continet.d.3.ſ.4.n.6.f.21.
in Eſſentia,vt ab exiſteotia præciſa, datur bonitas ſecundum quid. diſp.6.ſect.3.o.3.f.28.
Eſſentia poſſet amari propter relationes, & perſonalitates, taoquam propter obiectum formale. d.3.ſ.4.n.7.f.21.

Euchariſtia.

Euchariſtia primariò ad primam gratiam augendam inſtituta. d.34.ſ.4.n.1.f.350.
Euchariſtia expelluntur poteſtates Sathanæ.d.37.ſ.2.n.30.f.398.
de Euchariſtiæ efficacitate Patrum dicta qnid probeot. d.34,ſ.4.n.13.f.352.

Exiſtentia, exiſtere.

Exiſtentia Dei præextitit ante inſtans qnodlibet veri,vel imaginarij temporis.d.8.ſ.6.n.8.f.69.
id coi Exiſtentiam Deus conferre oon vult non plenè diligitur ab eo. diſp.6.ſect.3.n.6.f.40.
quod non Exiſtit neque finis neque medij rationem poteſt habere. d.6.ſ.1.n.7.f.37.

Extremum.

in Extremi vnius negatione claoditur affirmatio contrarij. d.19.ſ 1.n.11.f.193.
Extremi vnius eminentia diuerſas illas denominationes tribuere poteſt, quas tribuerent actus quos eminenter continet, nulla noua mutatione facta.diſput. 12. ſect.3.num. 17.f.149.

F

Facultas.

Facultas non eſt vitium. diſp. 38. ſect.3.ou.34.fol.309.

Fatum.

Fatum definit Boetius. diſp. 50.ſect.10.nu.13.fol.573.
Fatum duplex. d.50.ſ.10.n.14.f.573.

Fides.

Fidei myſteria euidenter credibilia.d.30.ſ.2.n.9.f.309.
Fidei regula à patribus præſcripta.d.35.ſ.6.n.7.f.370.
Fidei coorrarius liber Tertulliani. d.35.ſ.6.nu a5.f.372.
Fides docet immutabilitatem Dei.d.16.ſ.1.n.1.f.166.

Fidelitas.

Fidelitatis obligatio impoſſibilis circa ſupplicia.d.58.ſ.6.n.12.f.665.
Fidelitatem violans non vocatur propriè iniuſtus. d.58.ſ.6.n.9.f.665.

Filius.

Filius patri conſubſtantialis, ſi Deus non eſſet, doleret. d.9.ſ.5.n.1.f.81.

Deus multa poteſt nolle facere, quæ vult facere. d.7.ſ.4.n.6.f.52
in Deo religio, pietas, oratio, & obedientia non dantur. diſputat. 55. ſectiou. 4. num.1. fol.630

Differentia.

Differentia inter bonam & malam electionem. d.31.ſ.3.n.4.f.317
Differentia inter regnum & tyrannidem. d. 38. ſ.3.n.9.f408
Differentia inter odium & iram. d.54. ſ.5.n.12. fol.623
Differentia inter concurſum indifferentem, & prædeterminantem. diſputat.51, ſect.2. n.1. fol.577
Differentia inter bonas & malas voluntates d.44.ſ.3.n.10.f.476
Differentia inter poteſtatem,& voluntatem nocendi. diſputation. 36, ſectiou. 1. num. 3. fol.389
Differentia inter obedientiam & iuſtitiam legalem. d.57.ſ.1.n.11.f.651
Differentia inter humanam & diuinam Chriſti Domini voluutatem. diſput.20. ſect.4.n.13. fol.222
Differentia inter cauſam naturalem, & liberam. d.45.ſ.4.n.6.f.492
Differeutia inter Regem humanum, & diuinum gubernatorem notanda.diſput.10.ſect.7.n.11. fol.120
Differentia notanda inter charitatem Dei erga homines,& hominum erga Deum. d.15. ſ.6. n.11.f.166
Differentia iuter intellectum & potentiam exequentem. d.45.ſ.6.n.6.f.498
Differentia inter inſtrumentum & cauſam principalem. d.48.ſ.1.n.9.f.537
Differentia inter volitiones liberas, & neceſſarias. d.46.ſ.4.n.10.f.515
Differentia inter primam cauſam, & cœlos, ex S. Thoma. diſputat. 46. ſection. 4. num.14. fol. 516
Differentia inter creatam & increatam voluntatem. d.27.ſ.5.n.1.f.282
Differentia voluntatis diuinæ & creatæ. d. 39. ſ.6.n.25. f.432
Differentia inter effectus directè, & indirectè volitos. d.27.ſ.5.n.9.f.283
Differentia intellectus & voluntatis à Sancto Thoma aſſignata. diſput.46. ſect.3. num.12. fol.512
Differentia notanda inter denominationes extrinſecas diuinam libertatem conſequentes, & ex creatis formis promanantes.d.12.ſect.3. n.18.fol.149
Differentia inter materialem actionem, & formalem rationem malitiæ. d.31.ſ.1. num.17. fol.314

Diſiunctum.

Diſiunctum ſcire non eſt futurum contingens ſcire. d.11.ſ.10.n.8.f.142
Diſiuncti volitio vanam reddit efficaciam diuinæ voluntatis. d.12.ſ.11.n.20.f.145

Diſplicentia.

Diſplicentia minus quam odium. d.54.ſ.1.n.21. fol.615
Diſplicentia quælibet triſtitiæ nomen non meretur. d.21 ſ.1.n.11.f.235
Diſpliceotia mali vera in Deo. diſp.21. ſ.2. n.2. fol.237
Diſplicentia erga creaturas poſſibiles impoſſibilis eſt... diſp.6.ſect.2.num.13.fol.38

Diſtinctio.

Diſtinctio eſt entrationis. diſput.22.ſect.5.n.8. fol.249
Diſtinctionis modus inter diuinas virtutes morales repertus.diſputar. 15. ſect. 6. num. 12. fol.166
Diſtinctionis rationis fundamentum duplex. d.1.ſ.3.n.23.f.10
Diſtinctio rationes ratiocinantis omnimoda entitas ſecundum rationem appellanda.d.1.ſ.3. n.21.f.10
inter Diſtinctiones rationis gradus,quis infimus nuucupandus. diſputat. 1. ſection.3.num.25 fol. 10
Diſtinctio nulla eſt inter diuinas perfectiones, ante opus intellectus. diſp.1. ſect.3. num. 1. fol. 8
Diſtinctionem realem ab eſſentia neſcit amor Dei erga crearuras. diſput.1.ſection.3.num.9. fol. 9.
Diſtinctio extenſionis & intenſionis libertatis. d.8.ſ.2.u.1.f.63
Diſtinctio voluntatis ab eſſentia Dei, & cæteris attributis, fit per diſtinctionem rationis ratiocinatæ. diſputat. 1. ſection. 3. num. 17. fol. 9
Diſtinctio inter amorem quo ſe, & illum quo Deus diligit creaturas. diſp.5.ſect.6.num.20. fol.36
Diſtinctio inter partes amoris efficacis non eſt adæquata. diſputat. 5. ſection. 6. num. 19. fol. 36
Diſtiuctionem aliquam in Deo admittere ante opus intellectus, præterquam perſonarum ab inuicem, parum tutum, neque probabile eſt. d.13.ſ.1.n.19.f.151
Diſtinctio inter formalitates amoris reflexi & directi non eſt adæquata & inadæquata. d.3. ſ.5.n.11.f.22
Diſtinctio rationis ratiocinatæ & rationis ratiocinantis. diſputat. 3. ſection. 5. num. 16. fol.22
Diſtinctio inter executiuam potentiam, & intellectum, & voluntatem. diſput. 14.ſect.4. num.7

Doctrina.

Doctrina Græcorum deſumpta à Prophetis. d.39.ſ.7.f.434
Doctrina falſa, & ſuperſtitioſa obſeruatio materiales actiones continet. diſp.36.ſect.3.n.6. fol.382
Doctrina Abulenſis improbata communiter à Theologis. diſputat. 30. ſection. 3. num. 5. fol.310

Dominium.

Dominium quomodo definiatur. d. 49. ſect. 2. num.3.f.546
Dominium quomodo definit Boëtius. d.49.ſ.2. num.11.f.547

Domioium per votum transfertur. diſp. 55. ſect. 2. n. 14. f. 629.

Dominium quorumdam booorum habere filij poſſunt. d. 58. ſ. 8. n. 6. f. 667.

Dominij incapaces, ſunt paupertatem profeſſi. d. 48. ſ. 2. n. 3. f. 546.

Dominij capaces ſunt homines. d. 58. ſect. 5. nu. 2. f. 662.

ioter Dominium diuinum & humanum diſcrimen. d. 55. ſ. 4. n. 16. f. 632.

Domioium ſupremum Deus habet. d. 49. ſ. 2. n. 4. f. 546.

Dominium homiribus conferens Deus, nullum ſuum dominium deponit. diſp. 58. ſect. 7. n. 4. f. 666.

Dominij quidditas prædeterminationi pugnat. diſp. 49. ſ. 2. n. 5. f. 546.

Dominium humanæ voluotati Deus concedere poteſt. d. 49 ſ. 2. n. 6. f. 546.

Dominium Dei ſupremum manifeſtatur magis in admittendis peccatoribus. d. 53. ſ. 12. n. 10. f. 612.

Duratio.

Duratio & res durans eadem actione productæ. d. 46. ſ. 8. n. 10. f. 525.

E.

Eccleſia.

Eccleſia triumphans de maiori lætitia militantis plus gaudet. diſput. 53. ſect. 12. numero. 6. f. 611.

Ens, entitas.

Ens rationis incompletum & diminutum ens. d. 48. ſ. 2. n. 19. f. 510.

Eos futurum quomodo diſtinguatur à numquam futuro. d. 8. ſ. 3. n. 3. fol. 65.

quod non eſt Ens, Dei coocurſu nonindiget. d. 32. ſ. 7. o. 4. f. 332.

Ens, quod potuit non eſſe, non eſt ſuom eſſe eſſentialiter. d. 13. ſ. 1. n. 3. f. 149.

Entis rationem noo habet quod implicat contradictionem. d. 18. ſ. 4. n. 12. f. 186

in Entis genere, noo eſſe rei malum eſt abſolutè, d. 8. ſ. 3. n. 9. f. 66.

circa Eotia numqoam futura qualiter Deus ſe habeat. d. 8. ſ. 3. n. 4. f. 65.

Entitas neceſſaria infinitæ eminentiæ in genere actus. d. 22. ſ. 4. n. 21. f. 248.

Entitas actus peccati non eſt ordinabilis ad Deom. d. 39. ſ. 2. n 30. f. 423.

Entitatis à malitia inſeparabilis Deus non eſt author. diſp. 39. ſect. 2. numero 18. f. 421.

Error.

Error Philoſophi turpiſſimus. diſpot. 7. ſect. 5. n. 11. f. 56.

Error exorbitans Theodori Mopſuiſtenſis. d. 26. ſ. 2. n. 1. f. 263.

Error eorum qui in amore diuino metaphoram adſtruont. d. 1. n. 1. ſ. 3. f. 3.

Error Philoſopho à plurimis patribus adſcriptus. d. 6. ſ. 4. n. 2. f. 41.

Eſſentia.

Eſſentia Dei, & quodlibet eius attributum eſt ſimpliciter infinitum. d. 1. ſ. 2. n. 20. f. 8.

Eſſentia diuina, quandoque ſumitur pro tota Dei realitate. d. 3. ſ. 3. n. 31. f. 20.

Eſſentia Dei non eſt in rigore radix attributorom, ſed potius illa implicitè continet. d. 3. ſ. 4. n. 6. f. 21.

in Eſſentia, vt ab exiſtentia præciſa, datur bonitas ſecundum quid. diſp. 6. ſect. 3. n. 3. f. 28.

Eſſentia poſſet amari propter relationes, & perſonalitates, tanquam propter obiectum formale. d. 3. ſ. 4. n. 7. f. 21.

Euchariſtia.

Euchariſtia primariò ad primam gratiam augendam ioſtituta. d. 34. ſ. 4. n. 1. f. 350.

Euchariſtia expelluntur poteſtates Sathanæ. d. 37. ſ. 2. n. 30. f. 398.

de Euchariſtiæ efficacitate Patrum dicta quid probent. d. 34. ſ. 4. n. 13. f. 352.

Exiſtentia, exiſtere.

Exiſtentia Dei præextitit ante inſtans qoodlibet veri, vel imaginarij temporis. d. 8. ſ. 6. n. 8. f. 69.

id cui Exiſtentiam Deus conferre non vult non plenè diligitur ab eo. diſp. 6. ſect. 3. n. 6. f. 40.

quod non Exiſtit neque finis neque medij rationem poteſt habere. d. 6. ſ. 1. n. 7. f. 37.

Extremum.

in Extremi vnius negatiooe clauditur affirmatio contrarij. d. 19. ſ. 1. n. 11. f. 193.

Extremi vnius eminentia diuerſas illas denominationes tribuere poteſt, quas tribuerent actus quos eminenter continet, nulla noua mutatiooe facta. diſput. 12. ſect. 3. num. 17. f. 149.

F

Facultas.

Facultas non eſt vitium. diſp. 38. ſect. 3. nu. 34. fol. 309.

Fatum.

Fatom defioit Boetius. diſp. 50. ſect. 10. nu. 13. fol. 573.

Fatum duplex. d. 50. ſ. 10. n. 14. f. 573.

Fides.

Fidei myſteria euidenter credibilia. d. 30. ſ. 2. n. 9. f. 309.

Fidei regula à patribus præſcripta. d. 35. ſ. 6. n. 7. f. 370.

Fidei contrarios liber Tertulliani. d. 35. ſ. 6. nu 25. f. 372.

Fides docet immutabilitatem Dei. d. 16. ſ. 1. n. 1. f. 166.

Fidelitas.

Fidelitatis obligatio impoſſibilis circa ſupplicia. d. 58. ſ. 6. n. 12. f. 665.

Fidelitatem violans non vocatur propriè iniuſtus. d. 58. ſ. 6. n. 9. f. 665.

Filius.

Filius patri conſubſtantialis, ſi Deus non eſſet, doleret. d. 9. ſ. 5. n. 1. f. 81.

Filiatio dæmonis Deo non adſcribenda. d.36.ſ.3.n.13.f.383

Finis.

Finis à diuina prouidentia intentus. d.21.ſ.2.n.27.f.240
Finem qui intendit efficaciter, non eſt neceſſarium, vt efficaciter velit media.d.50.ſ.50. nu.17.f.574
Finis cum fine & medium cum medio confertur d.24.ſ.2.n.18.f.257
Fines incompoſſibiles à Deo intendi impoſſibile.d.35.ſ.3.n.3.f. 361
Fines ſubordinati vim accipiunt à prima ratione mouente. d.15.ſ.5.n.15.f.165

Flagellum.

Flagellum Dei in hac vita, hominis ſalutis intentio eſt.d.19.ſ.2.n.7.f.194

Fœlicitas.

Fœlicitas ex Ariſtotele non eſt actio tranſiens.d.47.ſ.3.n.13.f.534

Forma, Formalitas,

Forma ſubſtantialis duplex.d.48.ſ.1. n.15 .f.537
Forma materiam ſecundaria cauſalitate cauſat. d.46.ſ.6.n.8.f.520
Forma ſubſtantialis per generationem confertur.d.47.ſ.2.n.10.f.531
quomodo ad omnem Formam appetitus ſequatur.d.1.ſ.1.n.27.f. 5
Forma ad quam conſequitur malitia ſimpliciter non eſt à Deo. diſput. 51. ſect.2. numero 2. f.577
Formalitas quæ abeſſe & adeſſe poteſt entitati, ab illa eſt realiter diſtincta.d.13.ſect.1.n.17. f. 551
Formalitatum multiplicitas, quæ ſola ratione diſtinguuntur, non poteſt excedere rectum concipiendi modum.d.3.ſect. 5. numero 15. f. 22

Futura.

Futurorum omnium prædictiones à Deo factæ quomodo fierent mendaces, & veræ euaderent fortuito.d.11.ſ.2. n.12.f.126
Futura cognoſcendi in decreto modus à Deo penitus aufertur.d.11.ſ.2.n.13.f.126

G

Gaudium, Gaudere.

GAudium propriè Deo conuenit. d.21.ſ.1. nu.2.f. 234
Gaudium & triſtitia ſunt de eodem bono.d.21. ſ.1.n.8.f.234
Gaudere Deum ratione naturali euidens eſt. d. 52.ſ.3.n.4.f.585
Gaudet Deus Dionyſio teſte. d.21.n.6.f.234

Gloria.

ad Gloriam ſuam Deus dupliciter aliquid ordinat.d 42.ſ.3.n.13.f.458
Gloriam ſuam colligit etiam Deus ex formali ratione malitiæ.d.18.ſ.2.n.1.f.179

Gloſſa.

Gloſſa dedit acceptionis initium d. 58.ſ.4.nn.2. fol. 584.

Gratia.

Gratia per ſacramenta producta.d.48.ſ5. n. 12. fol. 537.
Gratia baptiſmi æqualis. d. 53. ſect. 3.num.11. f. 597.
Gratia efficax nemini tribuitur infallibiliter. d. 10.ſ.7.n.14.f.121
à Gratia quodlibet debitum initium ſumit.d.56. ſ.4.n.1.f.641
Gratia habitualis Chriſti in eſſe rei finita. d.53. ſ.5 .n.12.f.600
Gratiæ & gloriæ intenſio infinita contradictionem inuoluit.d.9.ſ.2.n.9.f. 75
Gratiam & gloriam vendi.d.56.ſ.3.numero 24. f. 640
Gratia peccatori redditur tanquam debita meritis de congruo.diſput. 56. ſect. 4. numero 8. f. 641
Gratia primi hominis qualis. d. 38.ſect.1.nu.7. f. 410
Gratia gratis data aliquando in ſanctiore minor. d.53.ſ.10.n.30.f.609
Gratia dimittendi venialia.d.56.ſect.4.num.17. f. 643
Gratia Angelorum finita. d. 53.ſect. 8.num.51. f. 604
in Gratia & gloria aliqui homines aliquibus Angelis ſuperiores. d. 53. ſect. 8.n. 8.f.604
Gratiæ dona collata Chriſto Domino antequam præuideretur futura naturalis illius ſubſtanſia.d.22.ſ.3.n.12.f.245
in Gratia plures homines confirmari quare non oportuerit. d.10 ſ.7.n.11.f. 123
in Gratia hominibus poſſibilis perſeuerantia. d. 18.ſ.8.n.11.f.191
Gratiam Angelis Deus tribuere potuit, meritis Chriſti ſpectatis, & non ſpectatis.d.12. ſ.2.n. 20.f 147
per Gratiam diuinam excutere ſeruitutis iugum poſſibile.d.38.ſ.6.n.16.f.415
Gratiæ ſimpliciter neceſſitas repugnat. d. 9. ſ.6. n.12.f.84

Gratitudo.

Gratitudo propriè dicta Deo repugnat. d. 55.ſ. 4.n.8.f.631
Gratitudo inter perſonas diuinas impoſſibilis. d. 55.ſ.4.n.24.f.633
Gratitudo quo ſenſu Deo non repugnet. d.55.ſ. 4 n.6.f.631
Gratitudinem in Deo Recentiores concedunt. d.55.ſ.4.n.4.f.631

Gregorius Ariminenſis.

Gregorij Ariminenſis ſingularis ſententia. d.19. ſ.6.n.25.f.205

H

Habitus.

HAbitus propriè in Deo non datur. 55.ſ.1. n.1.f.625

vt Habitus in Deo concedatur quid requiratur.d.2.ſ.3.n.9.f.14
Habitus ſupernaturales fidelium eiuſdem ſpeciei.d.53.ſ.3.n.6.f.596
Habitus ex natura ſua inclinans ad materialem actionem peccari repugnat produci à Deo.d.41.ſ.3.n.4.f.452
Habitus virij à ſolo Deo infundi non poteſt.d.46.ſ.5.n.4.f.518
Habitus ſupernaturales vim, & quidditatem potentiæ participant. d.46.ſ.8.n.17.f.526

Hæretici.

Hæreticis techuæ familiares. diſp. 32.ſ. 6.nu.8. f. 330
Hæreticorum calumniæ in Dei opera.d.9.ſ.7.n.1.f.85
Hæreticorum mens circa malorum prædeſtinationem. d.35.ſ.2.n.15.f.359
Hæretici quo ſenſu libertatem negabant.d.32.ſ.6.n.9.f.330
Hæretici quomodo ſuum errorem limitent. d.33.ſ.4.n.8.f.342
Hæretici huius temporis errorem ſuum temperant. d.32.ſ.2.n.4.f.324
Hæretici Deum non velle, neque cauſare malitiam,ſed tantum actionem in quantum actio eſt, aſſerunt. diſput. 32. ſect. 3. numero 2. f. 325
Hæretici negant Deo modum ſecundum incitandi ad materiales actiones peccati. d. 32.ſ.6.n.15.f.331
ab Hæreticis adducuntur præcipua fundamenta probantia Phyſicam prædeterminationem. d.32.ſ.5.n.1.f.328

Homo.

Homo creari ſuapte natura impeccabilis, ſaluo libero arbitrio,non potuit.d.8.ſ. 1. num. 23. f. 62
Homini meritum aut demeritum impoſſibile, quo pacto. d.8.ſ.1.n.24.f.62
Homines aliqui in gratia & gloria aliquibus Angelis ſuperiores.diſput.53.ſect. 8.num.8. f.604
Homines dæmonis inſtrumenta.d.48.ſ.3. nu.5. f.540

I

Ignis.

IGnis applicatio ad calefaciendum quid.d.47. ſ.1.n.2.f.529
Ignis tam ratione formæ ſubſtantialis quam accidentalis operatur. d.48.ſ.1.n.10.f.537

Imago.

ad Imaginem Dei creatus eſt homo,propter arbitrij libertatem. d.1.ſ.1.n.20.f.5
Imaginum adorationem negantes. non ſunt ab errore tuti, licet magis ab idololatria recedant. d.10.ſ.3.n.23.f.13

Immutabilitas.

Immutabilitatem Dei docet fides.d. 16.ſ.1.n.1. f.166
Immutabilitas cohærentis congruentiæ ſolum importat neceſſitatem ſecundum quid. d.9.ſ.

6.n.14.f.84
Immutabilitatem eſſentiæ diuinæ quæ probant, vim habent ad diuinæ voluntatis immutabilitatem adſtruendam.diſp.16.ſ.1.nu.9.f.167

Imperium.

Imperium duplex apud patres.d. 31.ſ.3.nu.13. fol. 318
Imperium circa diſiunctum, ridiculum & inutile.d. 11.ſ.8.n.11.f.140
circa Imperium adſtruentem ſententiam quorumdam,iudicium. d. 14.ſ.2.n.7.f.157

Impietas, Impij.

Impietas non eſt per ſe vtilis ad finem à Deo intentum. d.27.ſ.4.n.9.f.281
Impiorum querela. diſput. 18. ſ. 7 .num.15. f. 190
Impiorum illatio falſa. d. 18.ſ.7.n.14.f.189
Impiorum reſponſio. diſput. 20. ſect. 8.num.8. f. 230
Impiorum voluntates Deus inclinat ad modificationem limitatiuam malitiæ.d.44.ſ.5.n.21. f. 482
Impij & tyranni Dei inſtrumenta. d.48.ſ.4.n.3. f.541
Impios bona Dei reſpuere. d. 18. ſect.7.nu.12. f. 189
Impios prouocat verborum obſcuritas ad inquirendas profundiores ſignificationes.d.41. ſ.2.n.13.f.455

Impoſſibilitas.

Impoſſibilitas in ſenſu compoſito.d.19.ſ.6.n.9. f. 203
Impoſſibilitas moralis quam intendunt patres. d.9 ſ.14.n 24.f.100
Impoſſibilitatem moralem intelligendam eſſe, quoties Deus ſignificat ſibi eſſe impoſſibile prætermittere, quod liberum eſt facere vel non facere. d.9.ſ.15.n.4.f.101

Imputabilitas.

Imputabilitas diſtinguenda à phyſica malitia.d. 41.ſ.2.n.6.f.450
Imputabilitatem addere, vel auferre, non malum,ſed bonum.diſput. 41.ſect.2.numero.7. f.450

Incarnatio.

Incarnationis neceſſitas vnde collecta. d. 9. ſ.4. n.12.f.78
Incarnationis mora mundo vtilis fuit.d.9.ſ.7.n. 4.f.87
Incarnationis volitio perfectior volitione non incarnandi. diſput. 24. ſect. 3. numero 9. f. 258
Incarnationem ab æterno duplici modo decernere Deus potuit.diſput. 22.ſect. 3.num.7. f.244
Incarnatio non volita voluntate conſequente propriè dicta. diſputat. 19.ſect.9.numero 6. f.209
Incarnationis volitio ratione prior, quam præuiſio peccati originalis.diſput. 22. ſ. 3.nu.8. f.244

Incarnationem velle Deum non potuiſſe de poteotia abſoluta, propter bonum eximium communitatis, independenter à peccato Adami. d.11.ſ.6.n.24.f.137
Incaroatione ſublata, hominis reparatio poſſibilis. d.7.ſ.4.n.9.f.53
Incarnationis fructus impedirentur, ſi tres diuinæ perſonæ eamdem humanitatem aſſumpſiſſent. d. 10.ſ.7.n.6.f.122

Induratio.

Induratio & excæcatio ſummam in peccando pertinaciam ſignificant d.42.ſ.3.n.2.f.457

Infallibilitas.

Infallibilitatis genus duplex. d.10.ſ.3.n.4.f.111.
Infallibilitatis modus nobilis. diſp.10.ſ.4.nu.9. f.114
Infallibilitatem moralem inferentes circunſtantiæ. d.10.ſ.5.n.4.f.115
Infallibilitas vaga. diſput. 10. ſect. 3.numero.4. f.111
Infallibilitas moralis in Deo non infert indigentiam ſed potius contrarium indigentiæ probat. d.10.ſ.6.n.3.f.117
Infallibilitas determinata. diſp. 10.ſect.3.nu.6. f.111
Infallibilitatis circunſtantiæ non ſunt in hominis poteſtate ſemper, ſemper tamen eſt in poteſtate phyſica conſequutio effectus ad quem datur infallibilitas. diſput.10.ſect.5. num. 9. f.16
Infallibilitas peccandi in puris naturalibus vnde proueniret. d.40.ſ.6.n.11.f.447
ab Infallibilitate diuina imperfectio quælibet amouenda. diſputat. 10. ſect. 4. numero 12. f.114
Infallibilitas vaga peccandi. d.40. ſ. 3.n.1.f.440

Infernus.

ad Inferni tormenta prædeterminari melius, quam ad odium Dei. diſputat. 35.ſ.7.num.2. f.373

Inſtans.

Inſtans in humana voluntate in diuina eſt æternitas. d.8.ſ.6.n.9.f.69
Inſtanti cuilibet quamuis tota coexiſtat æternitas, ipſa inſtantia ſibi non coexiſtunt. d.8.ſ.6. n.13.f.70
Inſtantia naturæ chimęrica. diſp.22.ſect.5.nu.8. f.249
Inſtantia rationis & illorum ordo fictiones ſunt intellectus. d.22.ſ.5.n.9.f.249

Inſtinctus.

Inſtinctus viuentium quid. diſp. 47.ſ.4.nu.10. f.536
Inſtinctus idem quod impulſus. d.36.ſ.5.nu.11. f.387

Inſtrumentum.

Inſtrumentum effectu imperfectius. d.48.ſ.5.n. 12.f.543
Inſtrumentum nullum præuio additamento indiget. d.48.ſ.5.n.4.f.542
ab Inſtrumento requiritur motio præuia. d.48. ſ.5.n.2.f.542
Inſtrumenta Dei ſunt impij & tyranni. d.48.ſ.4. n.3.f.541
Inſtrumenta dæmonis homines ſunt. d. 48. ſ.5. n.5.f.540

Intellectus, Intellectio.

Intellectus nullus formaliter liber. d.7.ſ.6.n.12. f.57
Intellectus & voluntatis operationes à patribus motus appellari ſolent. d.2.ſect.2.numero.4. f.12
Intellectus Angeli ad omnem veritatem determinatus. d.38.ſ.5.n.21.f.413
Intellectus prioritates diuinas ad modum prioritatis realis concipit. diſput.22.ſ.5. num.2. f.248
Iotellectus imperfectio, non omne ſcibile ſcire. d.6.ſ.2.n.16.f.39
Intellectus præſcindere poteſt rei quidditatem ab exiſtentia; voluntas autem ad bonum exiſtens ſemper tendit. diſput. 6. ſect. 1.num.8. f.37
Intellectus diuini iudicium quodlibet, ſiue practicum, ſiue ſpeculatiuum, omnino naturale eſt. d.7.ſ.6.n.11.f.57
Intellectiones & volitiones aliquæ intrinſecè malæ. d.41.ſ.1.n.9.f.448
Intellectionem abſolutam producere volitionem, ex proceſſione ſpiritus ſancti à verbo, non rectè colligitur. diſp.2.ſect.1.numero 9. f.11

Intentio.

Intentionis nomen ſolum ens rationis valet. d. 46.ſ.2.n.7.f.509
Intentionis oomen ad potentias cognoſcitiuas refertur. d.46.ſ.2.n.8.f.509
Intentio idem quod ſpecies expreſſa. d.46.ſ.2.n. 5.f.508
Inteotio ſecnoda quid. diſput.46. ſect.2.num.5 f.508
Intentio non cauſat naturales tranſmutationes. d.46.ſ.2.n.12.f.509
Intentio ſimpliciter ſecundam denotat. d. 46.ſ. 2.n.7.f.509
Intentio optimi finis non reddit honeſtum illud quod eſt intrinſecè turpe. diſp.27.ſ.4.nu. 3.f.280
Intentio bona non poteſt impedire, quominus media imputentur cuicumque cauſæ directè illa volenti. d.27.ſ.4.0.15.f.282
ſi Intentio recta opus excuſaret, via pateret vniuerſis criminibus. d.27.ſ.6.n.20 f.287

S. Ioannes.

per S.Ioanem beatitudo ſignificata. d. 53.ſ.10. n.13.f.607
S. Ioannes plus Petro dilectus. diſp. 53.ſ.10.nu. 12.f.607
S. Ioannes Petro triginta duobus annis ſuperuixit. d.53.ſ.10.n.22.f.608
S. Ioannes martyrium diuturnum tolerauit. d. 53.ſ.10.n.1.f.608

Ira.

Ira quid ex Ariſtotele. d.54.ſ.5.n.12.f.623

Ita propriè

Digitized by Google

Ira propriè Deo non conuenit.d.54.ſect.5.n.5. f. 622
Ira triſtitiam ſupponit,ex S. Thoma.d.21.ſ.2.n. 1.f.237
Ira non propriè ſed metaphoricè Deo conuenit. d. 21.ſ.1.n.1.f.237
Ira Deo extranea, clementia verò & miſericordia naturalis. d. 19.ſ.2.n.6.f.194
ab Ira deſiſtendi occaſiones Deus quærit. d.21. ſ. 2.n.17.f.239

Iudas.

Iudas qua ratione excuſari potuiſſet à facinore proditionis. diſput. 32. ſect. 3. numero 10. f. 326
Iudas qua ratione conqueri potuiſſet. d. 35.ſ.4. n.4.f.365
Iudæ furi pecuniarum diſpenſatio cur permiſſa. d.20.ſ.9.n.8.f.232
Iudas in manu conſilij ſui dimiſſus. d. 20.ſ.9.n. 6.f.232
cur Iuda pereunte *nemo ex iis periit* dicat Chriſtus Dominus. d.20.ſ.9.n.9.f.233
Iudæ nullam antecedentem neceſſitatem impoſitam Cyrillus oſtendit. d. 20. ſ. 9. num.7. f.232
Iudas, quo præſciti reuincantur, argumentum miniſtrat. d.20.ſ.9.n.2.f.232

Iuramentum.

Iuramentum religionis actus. d. 55.ſ.5.num.1. f.634
Iuramenti verba Dei aſſertionem determinant ad ſignificandam obligationem. d. 56.ſ.8.n. 5.f.649
Iuramentum aliquando obligationem inducit. d.56.ſ.8.n.4.f.649

Iuſtitia, Iuſtus.

Iuſtitiæ vſurpatio ampla. d.57.ſ.1.n.3.f.650
Iuſtitiæ lex quid requirat. d.35.ſ.5.n.16.f.369
Iuſtitiæ proprium debitum vnicuique reddere. d.50.ſ.7.n.15.f.566
Iuſtitiæ obiectum formale, & materiale.d.57.ſ. 1.n.13.f.652
Iuſtitiæ humanæ ſpecies duæ.diſp.59.ſect.1.n.1. f.670
Iuſtitiæ ratio ad fidelitatem pertinens d.34.ſ.3 n.17. f.350.
Iuſtitia vbi eſt,ibi & debitum.diſp. 10.ſect.7.n. 8.f.120
Iuſtitia æqualitatem affert. diſput. 57.ſ.1.nu.1. f.650
Iuſtitia ſtricta poteſt ab imperfectionibus ſeparari. d.58.ſ.5.n.10.f.663
Iuſtitiæ generalitas dupliciter accipitur. d.57.ſ. 1.n.8.f.651
Iuſtitiæ legalis definitiones diſput.57.ſ.1.nu.5. f.650
Iuſtitia legalis Deo conuenit. diſput. 57.ſect.2. n.3.f.651
Iuſtitiæ legalis & obedientiæ differentia.d.57.ſ. 1.n.11.f.651
Iuſtitia legalis Dei in vniuerſi generatione. diſp. 57.ſ.3.n.3.f. 53
Iuſtitia gubernatrix æqualitatem ſeruat. d.57.ſ. 3.n.5.f.653
Iuſtitiæ gubernatricis partes duæ. d.57.ſ.3.n.4. f.653
Iuſtitiam ſtrictè ſumptam Deo tribuendi ratio. d. 58.ſ.1.n.7.f.657
Iuſtitiam ſtrictam Deo concedens ſententia.d. 58.ſ.2.n.3.f.657
Iuſtitiæ ſtrictæ ratio communiſſima.d.58.ſ.7.n. 3.f.666
Iuſtitię ſtrictior ratio in retributione ſupernaturalium quam naturalium meritorum. d.58. ſ.5.n.7.f.664
Iuſtitiam omnem ſtrictam Deo negans ſententia. d.58.ſ.2.n.1.f.657
Iuſtitia & miſericordia in punitione reproborum. d.61.ſ.3.n.9.f.683
Iuſtitia & miſericordia in omni opere Dei.d.61. ſ.3.n.3.f.683.
Iuſtitiæ & miſericordiæ bonum vniuerſale non impeditur. d.20.ſ.3.n.5.f.220
Iuſtitia & miſericordia in retributione præmiorum. d.61.ſ.3.n.7.f.683
Iuſtitia ſtrictè ſumpta miſericordia poſterior.d. 61.ſ.2.n.5.f.682
Iuſtitia generali miſericordia prior. d. 61.ſ.2.n. 4.f.582
quare Iuſtitia & miſericordia ponantur vt attributa diuerſa,reliqua verò voluntatis attributa non item. d.5.ſ.6.n.23.f.36
Iuſtitiæ ratio ad diſtributiuam pertinens. d. 34. ſ.3.num.16.f.350
Iuſtitiæ diuinæ quid in homine correſpondeat. d.58.ſ.9.num.3.f.668
Iuſtitia diuina formaliter diſtributiua in retributione præmiorum.diſp. 59.ſect.1.num.3. f.671
Iuſtitiæ quidditas non exigit materiam vtilem. d.58.ſ.9.n.9.f.669
Iuſtitia diuina ſemper retinet vniuerſale dominium. d.58.ſ.1.n.2.f.656
Iuſtitia diuina magis ad diſtributiuam, quàm ad commutatiuam accedit.diſp.58.ſect.1.n.6. f.657
Iuſtitia reſpiciens debitum propriè dictum, non ita plenè ac hominibus conuenit Deo. d.58. ſ.1.num.2.f.656
Iuſtitia Dei diſtributiuæ, & commutatiuæ continet perfectionem. diſp. 58. ſect. 1. num. 3. f 656
Iuſtitia diſtributiua dignitatem perſonarum attendit. d.59.ſ.1.n.12.f.672
Iuſtitiam commutatiuam negans & diſtributiuam Deo concedens ſententia.d. 58.ſ.
Iuſtitiæ punitiuæ geometrica proportio. d. 60. ſ.4.n.2.f.679
Iuſtitia punitiua,diſtributiua eſt. d.60.ſ.4.nu.1. f.679
Iuſtitia vera punitiua exercetur in paruulis morientibus in originali peccato. d.61.ſ.4. nu.2. f. 684
Iuſtitiam punitiuam eſſe propriè iuſtitiam ex ſacra Scriptura probatur. diſp.60. ſ.2.num.4. f.675
Iuſtitiæ punitiuæ oſtenſio per ſe primò non intenditur. d.19.ſ.4.num.10.f.198
Iuſtitia vindicatiua Dei eſt propriè iuſtitia.d.58. ſ.1.n.9.fol.657
Iuſtitiæ gubernatricis circa voluntatem hominis munus. d.57.ſ.4.n.1.f.655
Iuſtitiæ annexa veritas. diſp. 55. ſect. 3.num.4. f. 630

Iuſtitiæ corona verè iuſtis debita, ex iuſtitia ſtricta. d.58.ſ.1.n.4.f 656
Iuſtos veritas Dei circumdat. d.33.ſ.3.num.18. f.350
Iuſtum non poſſe longo tempore perſeuerare in gratia, ſine ſpeciali munere ſupernaturali. d. 29.ſ.2.n:8.f.304
Iuſtus præſcitus cum limitatione magis dilectus. d.53.ſ.13.n.2.f.613
Iuſto cui Deus imponit prædeterminationem ad materialem peccati actionem, ſui amicitiam non vult. d.34.ſ.1.n.2.f.346

L

Liberalitas.

Liberalitas non repugnat Deo.d. 55.ſ.2.n.2. f.627
Liberaliratis in Deo motiuum quod ſit. d. 10.ſ. 7.n.9.f.120
Liberalitate Dei quænam largiantur. d. 55.ſ.2. n.11.f.628

Libertas.

Libertatis quidditas quid ſit. d. 4.ſ.2.n. 24.f.26
Libertas quoad ſpecificationem quid. d. 8. ſ.3. n.1 .f.65
Libertatis radix eſt intellectus, non ipſa formalis libertas. d.7.ſ.2.n.4.f.48
Libertati, quæ neceſſitas repugnet.d.4.ſ.2.n.24. f.26
Libertatis diuinæ declaratio. d.7.ſect 8.num.8. f.60
Libertatem eripere Deus potuit. d.45.ſ.4.nu.3. f.550
Libertas de ratione peccati.d.38.ſect.3.num.1. f.406
Libertatis imperfectio variabilitas.d.8.ſ.6.n.18. f.70
Libertatem eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem ſolùm infert neceſſariò Deo conuenire circa bona limitata. d.4.ſ.4.nu.15.f.28
Libertatis indifferentia neceſſitate antecedenti ſoluta. d.40.ſ.1.n.8.f.436
Libertas arbitrij præcipua cauſa eſt, quare dicatur homo ad imaginem Dei fuiſſe creatus. d. 1. ſ.1.n.20.f.5
Libertas eo magis minuitur quo obiecti cognitio minor exiſtit.diſput.8.ſect.2.numero 17. f.65
Libertas Dei cuilibet inſtanti coexiſtit, ſed non ita, vt in eo valeat exerceri. d. 8.ſ.6.num.11. f.70
Libertas circa particularia bona, eo perfectior, quo perfectior cognitio.diſput.8.ſ.6.nu.18. f.70
Libertatis mutabilitas ex imperfectione cognitionis prouenit. diſputat. 8. ſect. 6.num.18. f.70
ad Libertatem voluntatis, ſatis non eſt eam eſſe indifferentem, ſecluſo iudicio practico. d.7.ſ. 6.n.22.f.58
Libertas Dei, ſi ſuas poſſet volitiones mutare, infinitè minor eſſet.diſput.8.ſect.6.numero 22. f.71
Libertas Dei tam extenſiuè; quam intenſiuè maior eſt, quam ſi peccare poſſet.d.8.ſ.2.num.4. f.63
Libertatem hominis conſeruare rationabilius fuit, licet præuideretur eſſe caſurus. d. 9.ſ.7. n.3.f.87
Libertas diuina tam extenſiuè quam intenſiuè, maior eſt infinito exceſſu, quam libertas omnium creaturarum collectiuè ſumptarum. d. 8.ſ.6.n.21.f.70
Libertatis perfectio eſſentialis, iuſto & peccatori æqualis eſt. diſputat. 8. ſ. 2. numero 19. f.65
Libertas non minuitur, ex eo quod circa negationem rei debeat verſari poſitiuo decreto.d. 8.ſ.3.n.10.f.66
Libertati indifferentiam prouidentia permittit. d.50.ſ.7.n.9.f.565
Libertatem diuinam nulla ex parte minuit mentiendi impoſſibilitas. d.8. ſect. 2.num.7. f.63
Libertatis eſt negligere & abire. d.34.ſ.5.nu.7. f.353
Libertas Dei maior eſt, quam ſi foret moraliter liber ad minora bona eligenda.diſp.10.ſ.4.n. 19.f.115
Libertati non obſtat numericæ differentiæ determinatio. diſputat. 49. ſect. 4. numero 7. f.551
Libertatis indifferentia antecedente neceſſitate ſolutà traditur à ſancto Thoma. diſp. 46.ſ.2. n.3.f.508
Libertas diuina non conſiſtit formaliter in iudicio indifferentiam proponente.d.7.ſ.2.nu.7. f.49
Libertas amabilis voluntati. ſeruitus grauis. d. 43.ſect.5.numero 15.f.468

Lutherus.

Lutherus in rebus ciuilibus conceſſit libertatem, tam ad bonum quam ad malum. diſput. 32. ſect. 6.numero 7.fol. 330

M

Malitia, Malum.

Malitia priuatio eſt, & nihil.d.38.ſ.5.n.17. f.413
in Malitia reſpectus duplex. diſput.41.ſect.1.n. 2.f.447
Malitia & voluntas quæ mala eſt Deo non infertur. d.43.ſ.1.n.12.f.460
Malitia formalis per accidens voluntaria. d. 43. ſ.5.n.4.f.466
Malitia formalis non ſubtrahitur ab ordine diuinæ prouidentiæ. diſp.50.ſect.9.n.18.f.571
Malitiæ ratio formalis non caſu, & fortuito reſpectu diuinæ prouidentiæ.d.50.ſect.9.n.17. 571
ex Malitiæ ratione formali Deus colligit ſuam gloriam. diſputatio. 44. ſect. 6. numero 3. f.484
Malitiæ rationem partialem cauſare Deo repugnat. d. 45.ſ.3.n.6 f.490
de Malitiæ ratione formali pœnitentia dolet. d. 50.ſ.10.n.21.f.574
Malitiæ Deum eſſe authorem ex qua ſententia concludatur. diſputat. 45.ſect.3.numero 1. f.490
Malitia peccati conſtituit hominem ſordidiſſimum. d.43.ſ.5.n.10.f.467
Malitia peccati diſconueniens rationali naturæ, d.43.ſ.5.n.12.f.467

Malitiam

Malitiam loci & temporis circunſtantiæ, & differentia numerica ſecundum ſe, non includunt. d.40.ſ.6.n.6.f.446
Malitia formalis & realis oppoſitio legi Dei retorquetur ad optimos fines. d.48.ſ.4.num.2. f.541
Malum ſimpliciter, & ſecundum quid. d.35.ſ.6. n.13.f.371
Mali virtuti contrarij Deus non eſt author. d. 35.ſ.6.n.6.f.370,
Malum minus conſulere licere ad vitandum, malus, quo ſenſu ſit verum. d.44.ſect.5.n.32. f.483
Malum auerſum à Deo propitio, pœna permiſſa à Deo irato. diſputat.43. ſect. 5. numero.13. f.468
Malorum genus duplex. d. 35.ſ.6.n.1.f.370
quæ Mala videntur, quo fine creata. d.35.ſ.3.n. 32.f.363
Mala pœnæ naturaleſque defectus terminare poſſunt diuinam volitionem non per ſe, ſed ratione adiuncti boni. d. 25.ſ.2.n.1.f.260
Mala pœnæ per ſe, nec ab humana, nec à diuina voluntate poſſunt appeti. diſp. 25.ſ.5.num.1. f.259
Mala eſſe aut fieri non eſt bonum. d. 26.ſ.3.n. 3.f.265
Mali prioris nos, poſterioris verò Deum eſſe authorem docet Baſilius. diſp. 35.ſ. 6. num.13. f.371.
Malum ab intrinſeco, indignum diuina bonitate. d.41.ſ.1.n.19.f.449

Materia.

Materia ſine forma exiſtere poteſt. d.46.ſ.6.n.8. f.520

Medium.

Medium deſtinatur ad finem. d. 20.ſ. 6.num.3. f.225
Medium quod debeat cenſeri per ſe ordinatum ad finem. diſputatio. 26. ſect. 3.numero 11. f.265.
Medium vt medium ex finis determinatione diligitur. d.20.ſ.6.n.6.f.225

Mendacium, Mentiri.

Mendacium longè à Deo demonſtrat Plato. d. 39.ſ.7.n.7.f.435
Mendacium metu mortis extortum liberum, & imputabile. d.38.ſ.6.n.6.f.414
Mentiri Deo iuſtum eſſet, niſi res aliquæ forent intrinſecè malæ. d.41.ſ.1.n.14.f.449

Metaphora.

quod per Metaphoram ſolum dicitur poteſt abſolutè negari. d. 11.ſ.1.n.10.f.124
in metaphorica locutione reiecta Metaphora quid reſtare debeat. d.19.ſ.11.n.7.f.213
ſub Metaphoræ locutionibus, Deus aliquid proprium & verum iudicare contendit. d.9.ſ.15. n.10.f.102
Metaphoram in amore diuino qui adſtruunt, errant. d.1.ſ.1.n.3.f.3

Miſericordia.

Miſericordiæ triplex acceptio. d.61.ſ.1.n.5.f.681
Miſericordiæ propriiſſima acceptio. d.61.ſ.1.n. 8.f.682
Miſericordia liberans, & relaxans. d.61.ſ.5.n.1. f.684
Miſericordia in vero ſenſu Deo negari poteſt. d. 61.ſ.1.n.4.f.681
Miſericordia Deo formaliter, & propriè conuenit. d.61.ſ.1.n 3.f.681
Miſericordia diſtinguitur à generali iuſtitia. d. 61.ſ.1.n.2.f.682
Miſericordia generalis poſterior iuſtitia. d. 61.ſ. 2.n.4.f.682
Miſericordia & iuſtitia, in omni opere Dei. d.61. ſ.3.n.3.f.683
Miſericordia iuſtitia perfectior. d.61.ſ.2.num.8. f.682
Miſericordia inæqualis, quibus æqualia ſunt perſonalia crimina. diſp. 43. ſ. 4. numero 2. f.465
Miſericordia Dei in punitione infantium morientium in originali peccato. d.61.ſ.4 num.3. f.684
Miſericordiæ diuinæ maior ſplendor. d.19.ſ.4.n. 7.f.197
Miſericordiam excæcatis denegari qui dicunt, quo pacto intelligendi. d.43. ſect. 3. num.1. f.462

Modus.

Modus loquendi ſanctorum Patrum. d.41.ſ.2.n. 52.f.451
Modus intelligendi ſacras Litteras. d.19.ſ.10.n. 9 f.111
Modus loquendi quo Deus excæcare & indurare dicitur cui rationi nitatur. d. 43.ſ.2.nu.15. f.462
Modus imperatiui figuratè ſignificat nonnunquam improbantis affectum. d.44.ſ.3.n.23. f.477
Modus determinandi ad indiuiduum. d.49.ſ.4. n.23.f.553
Modus concipiendi diuinum amorem ordinatus, & vtilis. d.3.ſ.5.n.17.f.22
Modus amandi media, & fines perfectior. d.24. ſ.2.n.17.f 257
Modus cognoſcendi res futuras. d.23.ſ.2.n.10. f.252
Modus operandi perfectior, intelligere, & velle eſt. d.1.ſ.1.n.21.f.5
Modus tendendi materialiter diuerſus, ſimplicitati diuinæ volitionis non repugnat. d.20.ſ.5. n.9.f.224
Modus tendendi circa diuerſa obiecta non eſt denominatio extrinſeca. diſp.22.ſect.4.n.17. f.247
Modus tendendi intellectiuæ potentiæ quomodo differat à volitiua. d.6.ſ.5.n.7.f.45
Modus quo Deus ſuo generali concurſu naturales cauſas determinat ad agendum. d. 45. ſ.5.n.21.f.496
Modus operandi naturaliter & liberè conuenire nequit eidem potentiæ. diſp.4.ſ.1.num.14. f.24
Modus operandi naturaliter, & modus operandi liberè, quando inter ſe opponantur ſimpliciter. d.4.ſ.3.n.10.f.28
Modus tractandi habitatores antiquos terræ ſanctæ. d.21.ſ.2.n.26.f.240
Modus indulgentiſſimus puniendi ſceleratiſſimos homines. d.21.ſ.2.n.28.f.240

Modorum propria quidditas.diſput.46.ſ.6.n.9. f. 520

Modi quibus Deus permiſſiuè inclinare poteſt ad actionem grauioris & leuioris peccati. d.44.ſ.5.n.20.f.482

Mors.

Mortis cauſa non à Deo, ſed ab hominibus. d. 35.ſ.7.n.11.f.374

Mortem Deus effugauit. d.35.ſ.7.n.10.f.374

Mortis ſibi cauſa homines quo pacto. d.3.ſ.7.n. 10.f.374

Motio, Motus, Mouere.

Motio cur habere incompletum eſſe dicatur à S. Thoma. diſput. 46. ſect. 2. numero 19. f.510

Motio actualis nequit abſque termino exiſtere. d.46.ſ.6.n.2.f.520

Motio præuia ab inſtrumento requiſita. d.48.ſ. 5.n.2.f.542

Motio quæcumque rationem actionis & paſſionis habet. d.46.ſ.8.n.11.f.525

Motio Dei ad ſpecificationem,& non ad exercitium determinans. d.51.ſ.2.n.7.f.578

Motos eſt actio apud Theologos & philoſophos. d.47.ſ.4.n.1 f.545

Motos ratio in quo ſita ſit.d. 46. ſ. 7. num. 20. f 523.

nomen Motus in Deo non repudiandum. d.2.ſ. 2.n.5.f.12

Motus nomen voluntatis operationes intelligunt ſcholaſtici.diſput. 47.ſect.4.numero 9. f 535

Motus ſex ſpecies aſſignat Ariſtoteles. d.46.ſ.8. n.2.f.524

Motus actus mobilis,in quantum mobile eſt. d. 46.ſ.8.n.4.f.525

Motus appetitus ſenſitiui determinat Deus. d. 50.ſ 11.n.12.f.575

Motus localis inſtrumentorum artis complementum inſtrumenti. d.46.ſ. 3.n.18.f.513

Motus primus circularis,& continuus.d.47.ſ.2. n.13.f.531

Motus appetitus ſenſitiui intrinſecè boni.d.50. ſ.11 n.12 f 575

Motus habet eſſe tranſiens.diſp.46.ſ.2.num.19. f. 510

Motus in paſſo eſt,& quomodo ſit actio & paſſio. d.46.ſ.8.n.5.f.525

Motus auerſionis non à Deo,ſed à libera voluntate. d.50.ſ.3.n.12.f.558

Motus animæ,& voluntatis propoſitum, actus realis & poſitiuus.diſput. 31. ſect.4.num.12. f. 321

Motus iræ,& libera voluntatis reſiſtentia ſimul. d.38.ſ.3.n.7.f.407

Motum præuium inſtrumenti ad actionem inſtrumentariam non eſſe neceſſarium. d. 46.ſ. 2.n.21.f.515

Motus primò primi qui, & qualiter eos voluntas operetur. diſputat. 38. ſect. 3. numero 5. f. 406

Motus primo primos quomodo Deus poſſet de turpi obiecto in nobis cauſare. diſp. 41. ſect. 2.n.11.f.451

Motus primo primi quo gradu, & quare imputentur in culpam. diſputat. 38. ſ.8.num.1. f 418

Motus indeliberati non prohibentur, quia neceſſe eſt eſſe. d.38.ſ.3.n.8.f.407

Motus indeliberati cur non imputentur ad culpam. d.38.ſ.3.n.8.f.407

Motus inordinati vt in voluntate ſurgant, & frænentur, quid opus ſit.diſp.38.ſect.3. n.7. f.406

Motus inordinatos cohibere in noſtra poteſtate eſt. d.38.ſ.3.nu.19.f.408

Mouere eſt agere,& motio actio.d.46.ſ.9.nu.1. f.526

Mouetur ab alio omne quod mouetur.d.46.ſ.3. n.12.f.513

Mouere, inſtigare,& incitare contingit dupliciter. d.32.ſ.6.n.15.f.331

Moueri inſtrumentum à principali agente,quid. d.46.ſ.2.n.19 f.515

Mouentis primi perpetuitatem vnde colligit Ariſtoteles. d.47.ſ.2.n.11.f.531

Mundus.

Mundi alterius tam numero quàm ſpecie diſtincti poſſibilitas.. d.9.ſ.2.n.10.f.75

Mundi adminiſtratio optima ex bonitate Dei deducitur. d.9.ſ.4.n.24.f.80

Mutatio.

Mutatio moralis idem quod animi inconſtantia. d.16.ſ.3.n.4.f.171

Mutatio Dei ex mutatione decreti.d.16.ſ.3.n.6. f.171.

Mutationem ſuorum operum vult Deus,eadem voluntate immobiliter permanente.d.16.ſ.6. n.1.f.172

N

Natura.

NAturam humanam vnicam in ordine ad vniuerſum melius eſſe aſſumi ab vna perſona diuina quam triplicem à tribus perſonis. d. 10.ſ.7.n.4.f.122

Naturæ author, primæ operationis author,non verò ſequentium. d.28.ſ.5.n.11.f.300

Neceſſarium, Neceſſitas.

Neceſſarium vnde abſolutè aliquid appelletur. d.4.ſ.2.n.19.f.26

Neceſſarium eſt ſimpliciter quod naturale ſimpliciter. d.4.ſ.2.n.16.f.26

Neceſſitas magis philoſophica ac Theologica quæ ſit. d.4.ſ.2.n.7.f.25

Neceſſitas ſimpliciter duplex. d. 38.ſ.6.num.5. f. 414

Neceſſitas per præſcientiam impoſita qualis. d. 35.ſ.1.n.4.f.355

Neceſſitatem alicuius qui negat,virtualiter contradictorium affirmat. diſp.7.ſect.3.num.12. f.51

Neceſſitas moralis non eſt ſimpliciter neceſſitas. d.10.ſ.3.n.9.f.111

Neceſſitas moralis ad optimum in Deo. d.9.ſ.4. n.2.f.77

Neceſſitas moralis liberalitatem eleuat ad gradum altiorem.diſputat. 10.ſect.7.numero.6. f.120

Neceſſitas eſt impropria, vbi nulla eſt coactio. d.4.ſ.1.n.8.f.23

Digitized by Google

Neceſſitatem in eodem actu manere poſſe cum libertate. d.4.ſ.1.n.10.f.24
Neceſſitas circa ſummum bonum comprehenſiuè cognitum maior perfectio eſt, quam libertas circa idem. d.4.ſ.3.n.12.f.28
Neceſſitatem parit conſuetudo.d.38.ſ.7.nu.13. f.417
Neceſſitas veniam, vnluntas pœnam habet. d. 38.ſ.3.n.24.f.409
Neceſſitas,ad ſpeciem,& libertas ad circunſtantias. d.49.ſ.4.n.5.f.551
Neceſſitatem antecedentem excludunt patres negando peccandi neceſſitatem. d.38.ſ.3.nu. 13.f.407
Neceſſitas amoris Dei erga ſe non trabit ortum à cauſa efficiente ipſius, ſed à propria quidditate. d.4.ſ.2.n.21.f.26
Neceſſitas amoris diuini à neceſſitate amoris creati tantum diſtat, quantum infinitum à finito. diſput.4.ſect.2.numero 26.f.26
Neceſſitas ex qua peccata procedunt qualis. d. 38.ſ.6.n.1.f.414
Neceſſitas ſecundum quid inter peccata frequentior. diſputatio. 38. ſect. 6. numero 8. f.414
Neceſſitas peccandi in damnatis ex libera ipſorum malitia. diſp.40.ſect. 5.numero 10. f.445
Neceſſitas peccandi orta in hominibus ex peccato Adami. diſputat. 38.ſect. 7. numero 4. f.416
Neceſſitas peccandi non contrahitur ſine culpa. d.38.ſ.7.n.9.f.417
Neceſſitatem peccandi ſecundum quid prouenire ex cauſa, quæ faciliter vitari potuit.d. 38.ſ.6.n.11.f.414
Neceſſitatem fatalem refutans Auguſtinus, phyſicam prædeterminationem refutat.d.38. ſ.2.n.3.f.404

Nominales.

Nominalium malus loquendi modus. d.39.ſ.5. n.23.f.432

O

Obduratio.

OBdurationis nomen apud Auguſtinum dupliciter accipitur.d.43.ſ.4.n.4.f.465
Obdurationis ſtricta acceptio ad ſolos adultos pertinet. d.43.ſ.4.n.4.f.465

Obiectum.

Obiecti formalis nomen quare tale ſit.d.3.ſ.2.n. 3.f.16
Obiectum nullum redditur Deo bonum ab aliena voluntate. d.15.ſ.5.n.2.f.164
Obiecti formaliſſima ratio eſt infinita bonitas Dei,qua in ſe amabilis eſt.diſp. 3.ſect. 1.nu.1. f.14

Obligatio.

Obligationis ſuæ conditionem non impleri procurans,obligatus manet.diſp.20. ſ.2.n.9. f.218

Odium.

Odium quid ſit. d.54 ſ.1.n.13.f.614
Odij obiectum malum. diſp. 54.ſect. 2.num.3. f.616
Odij diuini gradus quatuor. d. 54.ſect. 2.n.14. f.617
Odium mali neceſſario ſequitur ex amore boni. d.54.ſ.2.n.6.f.616
Odium inimicitiæ diuinæ voluntati repugnat. d.54.ſ.3.n.4.f.618
Odio inimicitiæ damnatos non proſequitur Deus. d.54.ſ.3.n.12.f.619
Odio non habet Deus ea quæ ſunt in quantum ſunt. d.54.ſ.1.n.9.f.614
in Odio Dei neceſſario claudi deſiderium ſalutis impiorum. d.21.ſ.3.n.3.f.241
Odij quidditati deformitas qua ratione ſit extrinſeca,qua vero intrinſeca.d.33.ſ.4.nu.16. f.343
Odium Dei quoad intrinſecam repugnantiam etiam neceſſariò producitur rationi contrarium. d.41.ſ.2.n.7.f.450
ſummum Odium, quale eſt nolle creaturæ exiſtentiam quemcumque amorem excludere. d.6.ſ.1.n.14.f.37
Odit propriè Deus peccata & peccatores. d.54. ſ.1.n.16.f.614

Omnipotentia.

Omnipotentia Dei impediri nequit.d. 18.ſ.4.n. 11.f.186.
Omnipotentia Dei non eſſet extenſiuè maior ſi ſe poſſet deſtruere. d.8.ſ.2.n.8.f.64
ad Omnipotentiæ diuinæ efficaciam non ſpectat omnia ſua voluntate facere.d.18.ſ.2.n.3. f.180

Operatio, Opus, Operari.

Operatio Dei ad extra finitæ perfectionis: d.45. ſ.9.n.9.f.504
Operatio vna neceſſariò prærequiſita ad aliam. d.22.ſ.2.n.6.f.243
Operationis & volitionis idem finis.d.3.ſ.1.n.8. f.15
Operatio primæ cauſæ non eſt ex ſuo genere imperfecta. d.45.ſ.9.n.8.f.504
Operationis libertas perfectior quam neceſſitas. d.4.ſ.1.n.15.f.24
Operatio prima in primo creationis inſtanti concepta non totaliter naturalis. d.28.ſ.5.n. 17.f.301
Operatio in primo creationis inſtanti concepta naturalis eſt. d.28.ſ.5.n.15.f.301
Operatio eò extenditur ad obiecta remotiora, quò virtus actiua fortior exiſtit.d.6 ſ.4.n.12. f.43
Operationem actualem exigit à nobis Deus d. 19.ſ.1.n.7.f.192
Operationem materialem peccati Deus non operatur velle,& perficere. diſp.36.ſ.8.nu.1. f.389
Operationem diuinæ legi contrariam non prædeterminare tenetur Deus. d.28.ſect. 5.n.14. f.300
Operationes bonæ, naturæ rationali conſentaneæ. diſputatione 40. ſectione 3. num. 17 f.442
Operationes intellectus, & voluntatis ratione ratiocinata diſtinctæ. diſputat.22.ſect.2.n.5. f.243
Operis boni exordium præbet illuſtratio intellectus. d.36.ſ.7.n.53.f.389
Operum duo genera à Deo proficiſcuntur.d.18. ſ.7.n.9.f.189

Operum

Operum bonorum author Deus. d.40.ſ.3.n.21. f.442

Opera m ala inquantom opera Deus operatur. d.50.ſ.3.n.16.f.559

Opera Chriſti num opus ſit confirmare voto. d.56.ſ.8.n.7.f.650

ad Opera minima naturalia quæque neceſſariam eſſe Dei opem. diſput. 36. ſect. 4. nu.6. f.384

Opera media Deum operari animaduerterunt patres Tridentini. diſp. 32. ſect. 1. oumero, 12. f.323

Opera bona naturalia operationi diuinæ tribuenda. d.36.ſ.4.nu.7. f.384

Opera mala noſtra ſunt. diſput. 36.ſ. 9. num.10. f.391

Opera exteriora virtutum à Deo præfinita, licet à praua voluntate procedant. d.50.ſ. 11. n.3. f.574

Opera æqualia ex maiori gratia magis meritoria. d.53.ſ.8.n.10.f.604

ad Opera quælibet bona Dei fauor explicatur. d. 36.ſ.4.n.7.f.384

Opera hominis cauſa cur Deos beneficium conferat. d.23.ſ.3.n.2.f.252

Opera Dei, quorum cauſas ignoramus, humiliter veneranda. diſput. 15. ſect. 3. numero. 11. f.161

Operator Deos immediatè cum creatutis. d.47. ſ.7.n.16.f.532

Operantur naturaliter amentes, ebrij, dormientes. d.41.ſ.2.n.4.f.450

non Operantur liberè ea quæ omnino ſubiiciuntur homini. diſput.45. ſect.9.n.11.f.504

non Operatur Deus contra ſuam intentionem. d.35.ſ.7.n.8.f.374

non Operatur ſæpe Deus quod optimom foret, ſi à partibus reliquis vniuerſi ſepararetor. d. 9.ſ.1.n.10.f.73

Operari poſſe bonum morale per ſolum generalem concorſum affirmat S. Thomas. d.40. ſ.4.n.11.f.444

Operandi & non operandi poteſtatem conceſſit S. Thomas in ſenſu compoſito, cum generali concurſu Dei. d.39.ſ.2.n.1.f.419

ſi Operaretur Deus ad extra ex neceſſitate, gratia funditus euerteretur. d.7.ſect.4.num.28. f. 54

Operatur Deus cum cauſis creatis. d.18.ſ.4.nu. 12.f.186

Operatum fuiſſe Deum aliquid, quod rationabilius foret non feciſſe nullus ſcriptor aſſerit. d.10.ſ.1.n.28.f.108

Operari ſibi iuſtè & rectè debet Deus, phyſico debito. d.26.ſ.1.n.19.f.262

Optimum.

Optimum ſecundum ſe non ſemper facere Deum, aliquorum ſcholaſticorum aſſertio. d. 10.ſ.1.n.26.f.108

Optimum Deo negare iniurioſum. d.9.ſ.4.n.31. f.81

Optimum eligere dignum eſt optima voluntate. d 9.ſ.16.n.15.f.104

Optimi electio colligitur ex incidenter ab antiquis Doctoribus & philoſophis tractatis. d. 10.ſ.1.n.1.f.105

Optimi electionem prætermittere poteſt Deus, licet propriæ inclinatiooi reniti nequeat. d. 20.ſ.4.n.2.f.113

Optimi electio, ex communibus Theologorum opinionibus efficaciter colligitur. d.10.ſ.1.n. 20.f.107

Optimum impoſſibile in quibuſdam rerum generibus eſſe. d. 9.ſ.2.n.1.f.75

Optimum vult ſemper Deus ad finem à ſe intentum conſequendum. d.9.ſ.1.n.4.f.72

Optimum Dei opus ſolum Damaſceoo ſatisfacit. d.9.ſ.4.n.28.f.80

ad Optimum neceſſitatem ſimpliciter non concedit Anſelmus, ſed moralem. d. 9.ſ.6.nu.12. f.84

Optimom ſemper & infallibiliter Deus vult & facit, non tantum in ordine ad finem intentum, ſed etiam ſimpliciter. d. 9.ſ.9.nu.4.f.89

Oratio, Orare.

in Oratione dominica quid petamus dicentes: *Et ne nos inducas, &c.* d.43.ſ.2.n.19.f.462

Orandum pro reprobis. d. 19.ſ.6.n.2.f.202

Ordo.

Ordo duplex inter res creatas. d. 22. ſ. 3. n.15. f. 245

Ordo duplex contrarius inter diuinos actus poſſibilis. d.22.ſ.4.n.5.f.246

Ordo triplex in medio, & fine materialiter ſumptis. d.24.ſ.2.n.13.f.256

Ordo executionis ſemper idem. d.24.ſ.1. n.10. f.255

Ordo executionis denominatio extrinſeca. d.24. ſ.1.n.9.f.255

Ordo obiectorum nullus eſſe poteſt regula certa ordinis diuinorum actuum. d. 22.ſ.3.n.16. f. 245

Ordo execotionis in volitione diuina non eſt formaliter & per ſe. d.24.ſect. 1. numero 10. f.255

Ordo omnis non pendet à termino per dependentiam propriè acceptam. d.5.ſ.4.n.14.f.33

Ordo realis prioris & poſterioris non eſt in diuinis actibos. d.22.ſ.1.n.4.f.242

Ordo prioritatis, & poſterioritatis, habet fundamentum io increata entitate operationum diuinarum. d. 22.ſ.4.n.14.f.247

Ordo prioritatis operationum Dei, diſcrepaos ab ordine obiectorum. d.22.ſect.4. num. 18. f.247

Ordinis gratiæ, & ordinis naturæ connexio. d. 10.ſect.7.num.13. fol.120

P

Pactum.

PActum Dei cum hominibus abſque diſcrimine. diſputat. 20. ſect. 2. numero 2. f.217

Pacto appoſita per Deum conditio. d. 20.ſ.2.n. 7.f.218

Pactum conditionale concludit in Deo voluntatem antecedentem eſſe. diſp.20.ſect.2.nu.3 f.218

Pacti & promiſſionis tranſgreſſor quis. d.20.ſ.2. n.4.f.218

Pacti promiſſionis & fœderis differentia. diſp.56.

d.56.ſ.1.n.4.f.635
Pactum ſolum de beatitudine in generali Deus ſtatuit. d.59.ſ.1.n.4.f.671
Pactum non obligat, abſque intentione contrahentis. d.56.ſ.7.n.22.f.649

Parabola.

Parabolarum ceſſaret vtilitas, ſi ſemel ſtatuatur Deum non facturum, quod melius eſt, iuxta exigentiam earum. d.9.ſ.14.n.27.f.101

Paſſio.

Paſſio & mors Chriſti Dom. volita voluntate conſequente. d.19.ſ.9.n.6.f.209

Patientia.

Patientia & longanimitas Dei.d.43.ſ.2.num.2. f. 460
Patientia Pharaoni exhibita. d. 43. ſect.2.nu.5. f.461

Patres.

Patres quomodo intelligendi, quando excluſinam aliquam adiungunt. d. 35. ſ. 2. oum. 8. f. 358

Peccatores, peccatum, peccare.

Peccatores pœnis, & pœnæ peccatoribus debentur. d.60.ſ.3.n.1.f.676
Peccatoribus debita pœna, propter iniurias iuſtorum. d.60.ſ.3.n.17.f.678
Peccatorum corda excæcare, & indurare, quomodo Deus dicatur. diſp.36. ſect. 6. num.6. f. 387
Peccatores iuxta Patrum ſententiam, ſuam, non Dei, voluntatem faciunt. diſp. 18.ſect.1.n.1. f. 178
Peccatorum actionibus materialibus inſunt formalitates quæ legi Dei non opponuntur. d. 18.ſ.1.0.6.f.179
Peccatorum aothor quare Deus eſſet, ſi prædeterminaret, licet nullam legem haberet prohibentem ne prædeterminaret. d. 27. ſ.5.nu. 10.f.283
Peccatoribus quid promittitur. & quid diuinæ omnipotentiæ reſeruatur. d. 18. ſ.2. num. 5. f. 180
Peccatorum actiones materiales à Deo non ſunt ſed promittuntur. diſp. 35.ſ. 1. n.9.f. 355
ad Peccatorum materiales actiones phyſica prędeterminatione alligarentur homines. d. 20. ſ. 8.n.13.f.230
ad Peccatorum actiones materiales Deum non incitare, communis ſententia eſt.d.39.ſ.3.ou. 27.f.426
Peccati remiſſio abſque reali mutatione. d. 53. ſ.2.n.5.f.595
Peccatum infinitum qualiter.d.35.ſ.4.num.17. f. 367
Peccatum monſtrum ex formalitatibus repugnantibus conflatum. d. 43.ſ.5.n.24.f.469
Peccati primi permiſſio reprobationis effectus. d.20.ſ.5.n.3.f.224
Peccati remiſſio abſque infuſione gratiæ. d. 12. ſ.2.n.2.f.146
Peccatum non permittitur vt puniatur. d. 19.ſ. 4.n.8.f.197
ob Peccati perfectionem non Deus ex illo colligit bonum. d.18.ſ.2.n.1.f.179
Peccatum à nulla creatura committi præoptat Deus. d.19.ſ.4.n.7.f.197
Peccati odium perfectio cohærens cum dilectione boni honeſti. d.21.ſ.3.n.2.f.241
Peccata abſolutionis materia.diſp.50.ſ.10.n.17. f.574
Peccati cauſa non eſt permiſſio.diſp.19.ſ.4.n.9. fol.198
Peccata & peccatores propriè odit Deus. d.54. ſ.1.n.16.f.614
Peccatum vitari poteſt in pura natura, Dei generali concurſu. d.40.ſ.3.n.14.f.441
Peccatum Angeli recens conditi non fuiſſe à Dei cauſalitate profectum. diſp.42.ſ.2.n.12. f.456
Peccati cauſa nullo modo Deus eſt. d.39.ſ.2. num.12.f.421
Peccati ratio formalis in priuatione, ad quam cauſa efficiens non requiritur. d.40.ſ.4.n.6. f.443
Peccatum vagè damnatis neceſſarium.d.40.ſ.5. n.9.f.445
Peccatum, quod ſit contra rationem, Deo placet ex ſoppoſitione, quod contra Deum ſit. d.26.ſ.5.n.1.f.268
Peccatum reduceretur in Deum, ſi Angelus in primo inſtanti peccaret. diſp.28.ſ.5.num.1. f.299.
ad Peccatum Deus non inſtigat.d.26.ſ.4.n.15. f.267
Peccatum non cauſari a Deo probant Patres ex eo quod eſt priuatio & nihil. d.28.ſ.2.n.15. f.294
Peccata quæ ſine tentatione grauiora, quam quæ ea præcedente committuntur. d.38.ſ.8. n.7.f.418
Peccati actiones materiales non poſſunt per ſe cauſare Dei gloriam, quantumuis formalis malitia præſcindatur. diſput. 27. ſ.4.num.7. f.281.
Peccata minora, vt vitentur maiora, non prædeterminantur. diſp.40. ſect.2. numero 14. fol.439
Peccati Deus inuentor non eſt. d.26.ſ.4.n.13. fol.267
Peccato conuenire vult Deus totam eſſentiam peccati ex ſuppoſitione quod ſit. d.26.ſ.5.n. 1.f.268
poſt Peccatum præuiſum vt abſolutè futurum damnatio hominis volita. d.20.ſ.5.num.2. fol.223
ex Peccatis reproborum oſtenſio diuinæ gloriæ colligitur. d.22.ſ.4.n.19.f.248
Peccata Deus non vult, neque per ſe, neque per accidens. diſput.26.ſ.1.n.2.f.261
circa Peccata non ſe habet Deus negatiuè.d.26. ſ.1.n.10.f.261
Peccati permiſſionem intendendo Deus cauſare poteſt circunſtantias ex ſe bonas. d.26.ſ.3. n.9.f.265
Peccati materialem actionem prædeterminari omnino repugnat. diſputat.27. ſ.2.num.4. fol.272
Peccatum per ſe deſtruit perfectionem vniuerſi, & nullam ei confert perfectionem per ſe, ſed per accidens. diſputat. 26. ſ.3. num. 6. fol.265
Peccata non præfinit Deus, nec præfinire poteſt.

Digitized by Google

teſt. diſput.26.ſect.2.num.23.fol.264
Peccatum præcipere Deus nequit, neque ad id diſpenſationem concedere. diſp.26.ſ.4.n.9. fol.266
ex Peccati futuri præſcientia mouetur Deus. d.18.ſ.2.n.4.f.180
Peccata Deo volente non fiunt. d.26.ſ.2.n.23. f.264
Peccata fieri ſi vellet Deus à voluntate humana iſta eligendo non peccaret. d.26.ſ.2.n.15. f.264
Peccata aliorum non impedire, ſæpe hominibus imputatur ad culpam, Deo verò non. d. 27.ſ.5.n.6.f.282
Peccata non per ſe, aut directè, ſed per accidens cauſant Dei gloriam. diſp.27.ſ.4.numero.5. fol.280.
Peccati rationem formalem in priuatione ſancti Patres cnnſtituunr. d.28.ſ.2. numero 18. f.295
Peccati ſibi cauſa ſola creata voluntas.d.28.ſ.2. n.17.f.295
Peccati prima cauſa eſt volunras in quantum deficiens. d.28.ſ.2.n.13.f.294
Peccati actionem eſſe à Deo dicunt Scholaſtici Doctores tribus modis. d.27.ſect.3.num.17. f.278
Peccatum non docet Deus, neque docere poteſt. d.26.ſ.4.n.13.f.267
Peccati permiſſio dirigitur à Deo ad optimos ſuæ prouidentiæ fines. d.18.ſ.1.n.7.f.179.
ad Peccata vitanda neceſſaria Deus non negat. d.26.ſ.7.n.2.f.269.
Peccati quælibet permiſſio à Deo præfinitur. d.26.ſ.6.n.8.f.269.
Peccatorum actiones à Deo fieri negant concilia & patres. d.31.ſ.1.n.13.f.313.
Peccati materialem actionem impedire, & formalem malitiam impedire, duæ ſunt formalitates connexæ. d.31.ſ.1.n.15.f.313.
Peccatum, eſſe alterius & ſui ipſius pœnam Deus vult. d.26.ſ.5.n.4.f.268.
ad Peccatum hominem non cogit propria natura, nec aliena. d.38.ſ.1.n.25.f.403.
Peccati cauſam Deum eſſe quo ſenſu Sanctus Thomas aſſerat. d.36.ſ.1.n.2.f.377.
Peccatum originale non ex hominis generatione, ſed ex Adami culpa ſequitur. d. 32.ſ.7.n. 16.f.333.
Peccati author verè Deus eſſet, ſi eadem ratione, qua actum réperantiæ prędeterminat, prędeterminaret actum odij.d.27.ſ.7.n.15.f.289
Peccata licet Deus non impediat cum poſſit, illi non imputantur. d.27.ſ.5.n.17.f.284.
Peccatum Deo attribueretur, ſi non ageret quod requiritur vt homo euitet peccatum.d. 27.ſ. 5.n.17.f.284.
Peccatum cur non cauſet Deus, ex ſententia Patrum. d.28.ſ.1.n.12.f.292.
Peccati originalis author Deus eſſet, ſi ad materialem actionem primi peccati prædeterminaſſet. d.32.ſ.7.n.19.f.333.
Peccati primi Angelorum materialis actio, nec gratuita miſericordia, nec iuſto iudicio facta. diſp.35.ſ.1.n.6.fol.355.
in Peccati actione apperitus hominis præcedit, non verò præmotio, aut præueniens concurſus Dei. d.36.ſ.4.n.12.f.385.
Peccati præcognitio prior intentione puniendi reprobos. d.35.ſ.8.n.10.f.377.
Peccati formalis ratio per ſe non appetitus.diſp. 36.ſ.1.n.12.f.379.
ad Peccatum nec dæmon, nec peccati originalis corruptio cogit.d.37.ſ.3. nu. 8. f. 400.
Peccatum quomodo definiat Auguſtinus. d.35. ſect.5.n.11.f. 369.
Peccata non ſunt cauſa bonorum ex illis collectorum. d.22.ſ.4.n.19.f.248.
Peccatum non permiſſum propter maius bonum. d.9.ſ.11.n.14.f.95.
ad Peccati actum prædeterminare, ad miſericordiam, & iuſtiriam Dei pertinere aliqui putarunt. d.35.ſ.2.n.22.f.360.
Peccatum non ſequitur neceſſariò ex natura, illius enim Deus opifex foret.d.38.ſ.2.nu.14. f. 405.
ex Peccato Adami orta in hominibus peccandi neceſſitas. diſp.38.ſect.7.numero 4.f.416.
Peccatum voluntarium, & id quam verum putet Auguſtinus. d.38.ſ.3.n.22.f.408.
Peccatum ex paſſione non imputatur, niſi eius cauſa poſſit impediri.diſp.38.ſect. 8.num.2. fol. 418.
Peccata nonnulla dicuntur à Patribus ex neceſſitate procedere. diſp. 38. ſect. 6. numero 1. fol. 414.
Peccatorum infinitus proceſſus. diſp.35.ſect.4. n.21.f.367.
Peccata multa ſine dinina gratia vitare, impoſſibile.d.38.ſ.6.n.8.f.414.
Peccati authorem Deum eſſe, quo ſenſu S.Thomas aſſerat. d.39.ſ.2.n.18.f.422.
Peccatum cur oderit Deus.diſp.54.ſect. 2. nu. 11.f.617.
Peccatum perſonæ dignitas & ſanctitas aggrauat. d.60.ſ.4 n.3.f.679.
Peccati rationem formalem in poſitiua entitate conſiſtere præmotores exiſtimant. d.45.ſ.3. n.1.f.490.
Peccata committentes perfectiſſima carent cognitione. d.8.ſ.2.n.17.f.65.
poſt Peccatum originale, comparatione naturæ humanæ, rationabilius fuiſſe hominem non eſſe incorruptibilem. d.9.ſ.1.n.26.f.75.
Peccati actionem materialem Deus non vult antecedente voluntate. diſput. .19.ſect. 2.n. 4.f.193.
Peccati ſordes diuina exhorret mnnditia. d. 6. ſect.4.n.15.f.43.
Peccata conſulere, Deo repugnat. diſp. 26.ſect. 4.n.11.f.267.
vt Peccati cauſa Deus non ſit, quomodo natura conſtituenda. diſp. 40.ſect. 3.numero 11. f. 441.
poſt Peccatum originale integra manet inclinatio ad bonum. diſput. 40.ſect.3.numero 15. f. 442.
Peccati materiale nnn intentum à Deo.d.50.ſ.4. n.2.f.559.
Peccata mortalia omnia ſimul remittuntur.diſp. 53.ſ.12.n.23.f.612.
ad Peccatum veniale committendum infallibilitas.d.10.ſ.3.n.5.f.111.
Peccatum finale ratio eſt, vt homo æterna pœna puniatur. diſput. 15. ſect. 4. numero 3. f.162.
ad Peccati rationem indifferentia qualis. d. 39. ſ.2.n.12.f.421.
Peccata punire poteſt Deus, quantum merentur. diſp.61.ſ.4.n.4.f.684.

non Peccat

non peccat infans denuo in conceptionis inſtanti; ſed contrahit nouam & propriam maculam habitualem. d.32.ſ.7.n.18.f.333
Peccandi poteſtas data ad gloriam & coronam. d.35.ſ.3.n.33.f.364
Peccare homines generando, ex qua ratione ſequeretur. diſputat. 32. ſection.7.num.20. fol.333
Peccat nemo, dum id patitur quod non vult. d.38.ſ.1.n.26.fol.403
Peccat nullus in id, quod cauere non poteſt. d.38.ſ.3, n.20.f.408
Peccandi potentia in quantum potentia & bona, & à Deo eſt. diſputat. 38. ſect.1.n.21. fol.403
Peccare, vel non, poteſtatis noſtræ eſt. d.38.ſ.3. num.14.f.408
Peccat grauius qui nulla, quam qui tentatione pulſatus. d.37.ſ.2.n.9.f.396
Peccat vnus ex duobus hominibus per omnia æqualibus, alter non. diſp.39.ſect.3.num.6. fol.424
Peccare neminem niſi actualiter peccantem permittit Deus. diſputat. 39. ſection.4. num.9. fol.428
Peccandi neceſſitas in damnatis eſt libera ipſorum malitia. diſp.40.ſect.5.num.10.fol.445

Perſona, Perſonalitas.

Perſonarum acceptio à Deo excluditur. diſp.53. ſ.3.n.1.f.596
Perſooarum acceptio non in merè gratuitis. d.53.ſ.4.n.20.f.599
Perſonarum acceptio iuſtitiæ directè contraria. d.59.ſ.1.n.11.f.672
Perſonæ diuinæ quare ſe mutuo diligant. d. 3. ſ.3.n.1.f.17
tres Perſonæ ſe inuicem diligunt. diſput.3.ſ.3. n.1.f.17
Perſonæ diuinæ in diuinitate ſocietatem & communionem habent. diſput.52.ſect.4.num.17. fol.587
Perſonarum diuinarum æqualitas, & ſimilitudo. d.52.ſ.5.n.3.f.588
Perſonalitates relatiuæ per ſe requiſitæ ſunt, vt Deus ſit primum creaturarum principium. diſput.3.ſection.3. num. 23. fol. 20

Perfectio.

Perfectio, altera quaſi extenſiua, alia quaſi intenſiua. d.4.ſ.4.n.2.f.28
Perfectio creata perfectius inuenitur in Deo. d.54.ſ.1.n.14.f.614
Perfectio omnis Deo neceſſariò conuenire debet. d.4.ſ.1.n.16.f.24
Perfectione aliqua nec Deus indiget, nec eſt in potentia vt perficiatur. diſputat.1.ſection.2. num.20.fol.8
Perfectionis tantum largitur Deus creaturis, quantum ſingulæ ſunt capaces. diſput.9.ſ.8. num.6.f.88
Perfectio diuina non eſſet completa ſine perfectionibus relatiuis. diſput.3.ſect.3.num.17. fol.19
à Perfectione diuina res quæuis nobiliſſima plus diſtat, quam viliſſima creatura à perfectiſſima. d.6.ſ.4.n.17.f.43
Perfectio infinita, ſi daretur, foret optima in ſe conſiderata, ſecus tamen in ordine ad vniuerſum. diſp.9.ſect.2.num.2.fol.75
Perfectionem creaturis cuius ſunt capaces ſi Deus negaret inuidus eſſet. diſput. 9. ſect.5. n.6.f.82
Perfectioni diuinæ viciniora ſunt, quæ perfectiora; remotiora verò, quæ imperfectiora. diſput.6.ſect.4.num.12.f.43

Permiſſio, Permittere.

Permiſſio dupliciter accipitur. diſput.22.ſect.4. n.20.f.248
Permiſſio per modum præcepti ſignificari potuit. d.44.ſ.3.n.22.f.477
Permiſſio peccatorum affectata. diſp.21. ſect.5. num.12.f.235
Permiſſionis ratio quem poſitiuum concurſum formaliter excludat. d.31.ſ.1.n.17.f.314
in Permiſſione Deus ſe habet tanquam remouens prohibens. d.31.ſ.1.n.10.f.313
Permiſſioni meræ phyſica prædeterminatio repugnat. d 32.ſ.6.n.3.f.330
Permiſſio ad effectum & non ad ſolam formalitatem malitiæ pertinet, vt exiſtimat Proſper. diſp.31.ſ.3.n.12.f.318
Permiſſio mera quid reſpiciat quidditatiuè. d.32.ſ.7.n.4.f.332
Permiſſio libertatis ad meritum deſtinata. d.35. ſ.3.n.26.f.363
Permiſſionis acceptio triplex. diſput.31. ſect.1. n.1.f.312
de Permiſſioois quidditate non mera negatio impedimenti, ſed libera illius omiſſio eſt. d. 31. ſect.1.n.18.f.314
noo Permittere quid ſignificet. diſp.31.ſect.1. n.8.f.312
Permittere non eſt operari. diſp.31. ſect.1.n.9. fol.313
Permittere Deum quo ſenſu Doctores dicant. d.32.ſ.7.n.6.f.332
Permittendi vis primaria refertur ad non apponenda impedimenta. diſputat.31.ſect.1.n.5. fol.312
Permittere eſt omne vinculum antecedentis neceſſitatis auferre. d.31.ſ.2.n.2.f.315
cur Permittat Deus plurimos interire. d.18. ſ.8. n.13.f.191
à Permittente Deo, fit auerſio à Deo, & conuerſio ad obiectum prohibitum. d.31. ſ.3.n.22. fol.319
Permittente Deo homo concipit actionem peccati. diſp.50. ſect.10. num.4.f.572

Philoſophia.

Philoſophia græca à diabolo inuenta. diſp. 18. ſection. 2. numer. 18. fol. 182

Plumbum.

Plumbum miſcetur metallis adulteratis, & violatis. diſputat.20. ſect.8.num.9.fol.230

Pœna.

Pœnæ ratio formalis in peccato quomodo cauſetur à Deo. d.43.ſ.6.n.9.f.470
Pœnæ remiſſio abſque remiſſione culpæ. d. 53. ſ.2.n.6.f.595

Pœna debita peccatoribus, propter iniurias iuſtorum. d.60.ſ.3.o.17.f.678
Pœnæ peccatoribus,& pœnis peccatores debentur. d.60.ſ.3.o.1.f.676
Pœna plus bonum perſonæ quam malum.d.54.ſ.3.o.16.f.620
Pœnæ ratio io peccato reperta cauſatur à Deo ex ſuppoſitione culpæ. d. 43.ſ. 6. nom. 5. f. 470.
Pœoa ſub præciſa ratione pœnæ bona, ac ioſta. d.43.ſ.6.n.8.f.470
Pœoa eſt contra volunratem. d. 43. ſ.5. num.4. f.466
Pœna dignum fieri malum eſt, non aurem pooiri. d.43.ſ.6.n.8.f.470
ad Pœnæ rationem duo concurrunt.d.43.ſ.5.n. 5.f.466
Pœnæ rationem bonam & ioſtam eſſe quomodo defendat Aoguſtinus. d. 43.ſ.6. num.13. f.471
in Pœna obdurationis negaot Patres Dei cauſalitatem. d.43.ſ.6.n.6.f.470

Pænitentia.

Pœnitentia io Deo propriè noo eſt. d.16.ſ. 4.n. 2.f.172
Pœnitentia dæmonibus & damoatis impoſſibilis. d.40.ſ.5.n.4.f.445
Pœnitentia dolet de formali ratione malitiæ. d. 50.ſ.10.n.21.f.574

Poſsibile,Poſsibilitas.

Poſſibilia,qoæ nonquam erunt,ſuo modo participaot diuinam bonitatem. d. 6.ſ.4. oum.22. ſ. 44.
Poſſibilia non paoca volontati placent quæ producere oolumus cum poſſimus.d.6.ſ.2.num. 8.f.18
Poſſibilium ſcientiam ſolam non ſufficere, vt furura in illa cognoſcantur.d.11.ſ.a.num.14. ſ.126
Poſſibilium productio ſublara voluntate noo poſſet cobiberi. d. 1. ſectio. 1. numero a3.f.5
Poſſibiliom ſola cognitione & complacentia conceſſa, de medio aufertur diuinum conſilium,diuina electio,diuinum propoſitum.d. 11.ſ.2.n.18.f.127
ſi Poſſibilium complacentia ſola concedatur, omnia fortuito, caſoque contingerent.d.11. ſ.2.n.22.f.127
Poſſibili poſito in re, nullum inconueniens ſequi in eodem poſſibilitaris genere. d. 10. ſ.5. n.8.f.116
Poſſibilitas libera vitandi peccatum in ſtatu innoccoriæ prædeterminationem impognat. d. 38.ſ.4.o.1.f.410

Potentia,Poteſtas.

Potentiam Dei canit Deipara virgo. d. 43.ſ.4.n. 6.f.466.
Potentia diuina exercetur ſeptem modis. d. 44. ſ.1.o.2.f.471
Potentia quælibet perfecta commenſurari debet eum proprio obiecto. d. 5. ſ. 2. oumero 3.f.30
Potenria nulla extra ſuum obiectum vagari poteſt.d.26.ſ.1.n.17.f.262
Poteotia in Deo manet, licet effectus aliquando impoſſibilis ſit. d. 16. ſectio. 4. numero 7. f. 173
Potentia naturalis ad booum manet in dæmonibus. d.40.ſ.3.n.16.ſ.442
Potentię rationalis & irrationalis diſcrimen.d.4. ſ.1.n.13.f.24
Potentia obedientialis eſt eſſentialiter debita rebus omoibus. d. 1. ſection. 2. numero 7.f.7
Potentia exequens non eſt tertia potentia ab intellectu, & voluntate.d. 14. ſ.4. numer.2. f.158
Potentia habet neceſſariam habitudinem ad ſuum obiectum. d.4.ſ.2.n.19.f.26
Potentia motabilis quæ appellanda. d.7. ſ. 8. n. 4.f.59
Potenriam volitiuam qui concedant in Deo. d. 7.ſ.8.o.1.f.59
Poreotiæ diuinæ correſpondens effectos ſub ratione potentiæ,& ſub ratione primæ cauſę. d.45.ſ.6.n. 9.f.498
Potentiæ eidem repugnat modus operandi liberè & naturaliter. d.4.ſ.1.n.14.ſ.24
Potentia infinira Dei exercetur in ſubtractione abundantiotis illuſtrationis, protectionis, ac miſericordiæ. d.43.ſ.4.n.6.f.466
Potentiam peccandi noo vulr Deus,in quantum potentia peccandi eſt. d. 26. ſ. 7. numer. 8. f.270.
Potentia peccandi in quantum poteotia & bona & à Deo eſt. d. 38. ſect. 1. numer. 21. ſ. 403.
Pontentiarum aoimæ concatenatio & ſubordinatio. d 46.ſ.9.n.13.f.528
Potentias creaturarum vlteriori virtute non indigere aſſeroere Patres. d. 46. ſ. 7. nu. 1. ſ.521
in Poteſtare eſſe apud Philoſophos & Theologos dominium ſupra proprias actiones ſignificat. d.32.ſ.1.n.5.f.322
Poteſtaris indifferentia quomodo à Doctoribus intelligatur. d. 39. ſect. 1. numero 5. f.419
Poteſtas & authoritas ooceodi. d. 44. ſ.1.n.12. f. 472

Praceptum.

Præceptum ſequendi cooſcientiam. d. 51.ſ.2.o. 15.f.578
Præcepti de obediendo prælatis obligatio. d.51. ſ.2.n.14.f.578

Prædeſtinatio,Prædeſtinare.

Prædeſtinatio,præſcieotia facieodorum. d. 35.ſ. 1.n.28.f.357
Prædeſtioatio aliquid amplius, qoam præſcientia haber. d.35.ſ.1.o.24.f. 357
Prædeſtinatio vnius dependenter à prædeſtinatione alrerius. d. 53. ſect. 2. numer. 4. ſ.595
Prædeſtinarlo poſt præuiſa merita, de potentia abſolora. d. 53. ſectio. 2. oumer. 3. f.595
Prædeſtinatio gemina ſecundum Iſidorum. d. 35.ſ.1.n.21.f.357
Prædeſtinatio cadit ſupra menſuram, noo ſupra opera. d.44.ſ.4.n.2.f.478

Prædeſtinatio maximè conformis voluntati antecedenti. d.19.ſ.9.n.16.f.210
Prædeſtinationis cauſa cum quæritur, vbi poſitum ſit litigium. d.15.ſ.5.n.7.f.164
Prædeſtinatio de facto ante præuiſa merita poſſibilis poſt. d.23.ſ.2.n.12.f.252
Prædeſtinatio ad malum pugnans cum poſſibilitate. d.35.ſ.1.n.3.f.354
Prædeſtinatio aliquorum poſſibilis, ante ſcientiam viſionis de generatione eorum. diſp.22. ſ.3.n.10.f.245
Prædeſtinationis nomen aliquando reſtringitur, aliquando extenditur. d.35.ſ.2.n.13.f.359.
Prædeſtinatio, & præſcientia, eodem modo ſupra mala & bona appellat.diſp.35.ſect.1.n.3. f.358
Prædeſtinati ad gloriam Chriſti Domini vt ad finem ordinati. diſput.24.ſection.2.num.17. ſol.257
Prædeſtinatorum numerus Angelorum infidelium maior. d.53.ſ.9.n.9.ſ.605
Prædeſtinatur peccatorum permiſſio.diſput.35. ſ.1.n.32.f.357
Prædeſtinat Deus ſola bona. diſputat.35.ſect.1. num.20.fol.356
Prædeſtinari mala qua mente negent Concilia & Patres. diſput.35. ſection. 2. num. 9. ſol.358
Prædeſtinando materialem actionem oppoſiti boni poſtibilitas impeditur. diſp.35.ſ.2.n.11. fol.359

Prædeterminatio, Prædeterminare.

Prædeterminatio, impetus Dei authoris naturalis. d.36.ſ.6.n.10.ſ.387
Prædeterminatio reiicitur ex catechiſmo Romano. d.47.ſ.1.n.6.f.530
Prædeterminatio negatiua quid. diſput. 40. ſ.1. n.1.f.435
Prædeterminatio concurſui generali contraria. d.45.ſ.1.n.4.f.486
Prædeterminatio impoſſibilis quouis modo. d. 40.ſ.1.n.6.ſ.436
Prædeterminationem diuinæ prouidentiæ repugnare colligitur. d.43.ſ.4.n.5.f.465
Prædeterminatio phyſica de actibus liberis prouidentiam tollit.diſputat. 50. ſect.8.num. 13. fol.569
Prædeterminatio ad materialem odij actionem determinata ad malum vſum. diſp.38.ſ.1.n.1. ſol. 400
Prædeterminatio phyſica ad materialem leuioris peccati actionem Deo repugnat. diſp.44.ſ.5. n.18.f.481
Prædeterminatio phyſica antecedentem neceſſitatem inducit. diſputat. 45.ſect.1. num.4. ſol.486
Prædeterminationem Dei non diſtingui ab actione cauſæ ſecundæ, qui exiſtimarint. diſp.46. ſ.1.n.1.f.507
de Prædeterminatione nihil inuenitur in dilucida S.Thomæ explicatione. diſput.44.ſect.2. num.4 fol.474
Prædeterminationis voluntatis complementum nec bonum, nec Deo tribuendum. d. 38. ſ. 1. n.11.f.402
Prædeterminatio phyſica eſt ſpecialis concurſus Dei. d.36.ſ.4.n.1.f.383
Prædeterminationem phyſicam odij producens Deus, fit mediatus author odij. diſputat. 38. ſectione 2. numer. 1. fol. 405
Prædeterminatio ad materiale peccati, ad debitum vſum dari non poteſt. d.39.ſect.4.n.14. fol. 419
Prædeterminatio ad peccatum abſque illius neceſſaria illatione impoſſibilis. diſp.40. ſect. 1. num.9.ſ.436
Prædeterminare ad materiales actiones, eſt ad eas excitare. diſputat. 36. ſection. 5. num.1. fol.385
Prædeterminare actionem materialem peccati, ſupremum tentationis genus. diſput. 37. ſ.1. num.1.f.392
Prædeterminatur nemo ad ſupplicium æternum independenter à malo libertatis exercitio præcognito. d.35.ſ.7.n.4.ſ.373
Prædeterminari conſenſus iuxta naturam voluntatis qua ratione dicatur. diſp.38. ſect.3. n.7.ſ.406
Prædeterminari ad tormenta inferni melius quam ad odium Dei.diſputat.35. ſect.7.n.2. fol.373
ſi Prædeterminaret Deus ad materiales actiones, homines diſponeret ad malum.d.42.ſ.2.n.10. fol.456

Præteritum.

Præteriti ratio datur in æterno.d.16.ſect.5.n.11. ſol.174
Præteritum non poſſe non eſſe præteritum, prouenit ex eo quod iam extiterit, non autem ex eo, quod non exiſtat. d.16.ſ.5.n.10.f.174

Principium.

Principia quæ non poſſunt à priori demonſtrari immediata. d.45.ſ.6.n.15.ſ.499
Principium indifferens ad actionem tranſeuntem non poteſt per ſe ipſam formaliter, & immediatè determinari. d.11.ſ.4.n.16.f.132

Prioritas.

Prioritatis gradus duplex.diſput.22. ſect.5.n.4. fol.249
Prioritas infimi gradus. diſput.23.ſ.1.num.11. fol 251
Prioritas, & poſterioritas ſecundum dependentiam ſolum. diſputat.49. ſection.1. num.14. fol.545
Prioritas in ſubſiſtendi conſequentia mutuam illationem excludit. diſputat 22. ſect.5. n.6. fol.249
Prioritas diuerſa à prioritate in ſubſiſtendi conſequentia. diſput.22.ſect.5. num.6.ſol.249

Proceſſio.

Proceſſio Verbi non ſpontanea. diſp.4. ſ.2.n.9. fol.25
Proceſſio Spiritus ſancti non eſſet naturalis, ſi amor Dei erga ſe ſimpliciter naturalis non foret. diſp.4. ſ.2.n.17.f.26
ex Proceſſione Spiritus ſancti à Verbo, non rectè colligitur intellectionem abſolutam producere volitionem. diſputat.2. ſect.1.num.9. fol.11
in Proceſſionibus Verbi & Spiritus ſancti nulla gratia interuenit. diſputat.7. ſection.4.n.29. fol.55

ad Proceſſiones diuinarum perſonarum apta proportio. diſputat.6. ſect.2. num.19.fol.39

Productio, Producere.

Productio cuiuſlibet rei inſufficiens eſt ad actum diuinæ voluntatis liberum complendum. d.12.ſ.2.n.6.f.146
Productum à ſolo Deo, conſeruari poteſt à ſolo Deo. d.46.ſ.6.n.4.f.510
Produci creatura huius mundi nulla potuit in ordine ad vniuerſum. diſput.10. ſect.1.n.7. fol.106
ſi Producere neceſſariò creaturas Deus vellet, illas neceſſariò produceret. diſputat.7.ſect.4. num.17.fol.53
vt Producere mundum Deus decerneret, complacentia erga poſſibiles creaturas eum impulit. diſputat.6. ſection.2. num. 20. fol.39

Promiſſio, Promittere.

Promiſſio Dei quid.diſputat.56. ſect. 1. num.2. fol.635
Promiſſio Dei non eſt idem quod ſimplex aſſertio. d.56.ſ.7.n.11.f.647
Promiſſione cur vtatur Deus. diſput. 56.ſect.8. n.5.f.649
Promiſſio Dei ſola ratione naturali probari non poteſt. d.56.ſ.1.n.8.f.636
Promiſſio de re inutili non obligat. d.58.ſect.9. num.12.f.669
Promiſſio Dei merè gratuita,& liberalis. d. 56. ſ.4.n.2.f.641
Promiſſio Dei oſtẽditur probabili ratione,poſita reuelatione. diſp.56.ſect.1. n.10.fol.636
Promiſſionis,pacti, & fœderis differentia. d.56. ſ.1.n.4.f.635
Promiſſio & pactum ad gratuitam liberalitatem ſpectant. d.56.ſ.1.n.8.f.636
Promiſſio, pactum,& fœdus ſine metaphora dicuntur de Deo.diſputat.56.ſection.1.num.5. fol.635
Promiſit Deus per contractum iuſtitiæ gloriam. diſputat.20.ſect.1.num.15.fol.219

Propenſio.

Propenſio vehemens Dei in creaturas.diſ.9.ſ.4. n.13.fol.79
Propenſio appetitus naturalis Dei in bona à ſe creata non miſerum Deum facit. d. 10. ſ. 6. n.13.f.118

Prophetia.

Prophetiæ comminatoriæ Dei voluntatem ſignificant. diſput.17.ſect.1.num.9.fol.177

Propoſitio.

Propoſitiones cauſales rem declarant apertiùs. d.11.ſ.4.n.4.f.131
Propoſitiones Baij damnatæ. diſp.40. ſ.3. n.22. fol. 442
Propoſitum Dei idem quod beneplacitum.diſp. 18. ſection.4. num. 1. fol.184

Proprietas.

Proprietates relatiuæ perfectionem afferunt non exiguam in conceptu proprio. diſp.3.ſ.3. n.10.f.18

Prouidentia.

Prouidentia quid. diſputat. 50. ſection.5. n.3. fol.561
Prouidentiæ generalitas.diſputat.50.ſect.6.n.3. fol.562
Prouidentiæ immobilitas. diſp.50.ſect.10.n.15. fol.573
Prouidentia non conſequitur ſemper ſuum finem. d.50.ſ.10.n.9.f.573
ſine Prouidentia Dei nihil. d.50. ſect.6.num.8. fol.563
Prouidentia mala non cauſat. diſp.35.ſ.1.n.22. fol.357
Prouidentiæ circa peccatum pars duplex. d. 50. ſect.10.0 5.f.572
Prouidentia Dei circa peccatorũ actiones quinque complectitur. diſp.50. ſect.7.n.3.f.565
Prouidentiæ diuinæ per liberum arbitrium materia ſubminiſtratur. diſp.50.ſect.10.num.3. fol.572
Prouidentiæ diuinæ perfectio circa ſingularia non minuitur,ſed commendatur. diſp.31.ſ.3. n.3.f.317
Prouidentia diuina rerum contingentiam non impedit. d.50.ſ.7.n.13.f.566
Prouidentiæ diuinæ exemplar Deus iuſtis præbuit. d.44.ſ.4.n.7.f.478
Prouidentia alia efficax, & abſoluta, alia inefficax,& conditionalis. diſput. 50. ſect.10.n.8. fol.573
Prouidentia rerum in particulari vana prorſus eſt, ſi nihil magis determinatum eſt intra Deum,quam diſiunctiua ſcientia, aut volitio. d.11.ſ.10.n.16.f.143
Prouidentia diuina res omnes ad finem dirigit. d.47.ſ.4.n.10.f.536
Prouidentiæ diuinæ fructus ex crimine iræ ſecutus. d.44.ſ.7.n.7.f.485
Prouidentia Dei per ſe poſtulat paratum concurſum offerre. diſputat.50. ſect.9. num.12. fol.570
Prouidentiæ frequens modus circa temporalia bona. d.44.ſ.1.n.20.f.473
Prouidentiæ diuinæ cauſa nihil creatum eſt. d.50.ſ.10.n.2.f.572
Prouidentia diuina malis factis vtitur. d.50.ſ.7. n.8.f.565
Prouidentia Dei circa res minutiſſimas in particulari. d.50.ſ.5.n.1.f.560
Prouidentia duplex. diſputat. 50. ſection.1.n.1. fol.553
Prouidentiæ modus circa cuiuſque rei actionem. d.50.ſ.7.n.4.f.565
Prouidentiæ diuinæ efficacitas tanta, quantam patitur actionum exigentia. diſp.50. ſect.7. n.3.f 565
Prouidentia perfecta ſine phyſica prædeterminatione Dei. d.50.ſ.8.n.14.f.569
Prouidentiæ perfectio ad intellectum & voluntatem pertinet. d.50.ſ.7.n.11.f.566
Prouidentia circa materiales peccatorum actiones quid faciat. d.50.ſ.7.n.7.f.565
Prouidentia Dei quarundam actionum ſolum permiſſiua. d.50.ſ.6.n.4.f.563
Prouidentiæ diuinæ repugnat agere quod ſuam veracitatem,& bonitatem negat. diſp.50.ſ.7. n.19.f.567

Prouidentia indifferentiam libertati permittit. d.50.ſ.7.n.9.f.565
Prouidentia diuina per ſe, non per accidens cauſa. d.50.ſ.9.n.7.f.570
Prouidentia diuina aliter circa malas, quam circa bonas volitiones. diſp.50.ſect.6.num.13. fol.564
ad Prouidentiam Dei pertinet, per Phyſicam neceſſitatem actiones liberas non præfinire. d.50.ſ.6.n.2.f.562
Prouidentia principalis prudentiæ pars. d.50.ſ.7. n.10.f.565
Prouidentia Dei amplior quàm diuina cauſalitas. diſpur.50.ſect.7.num.21.f.567

Punitio.

Punitio alia eruditiua, alia deſperatiua. d.19.ſ.9. n.5.f.209
Punitio hominum iniuſta Deo vehementer diſplicet. diſputat.19.ſection.4.num.5.f.197

Q

Quæſtio.

QVæſtio incidens. diſputat. 41. ſect.3.n.3. f.452

R

Raritas.

RAritas in rebus gratuitis conuenientior eſt. diſputat. 10. ſect.7.num.5.fol.122

Ratio.

Rationis ratiocinatæ, & ratiocinantis differentia. d.3.ſ.5.n.16.f.22
vna Ratio formalis non indiget alia. diſp.3.ſ.5. n.12.f.22
Rationis ratiocinantis diſtinctio, omnimoda identitas ſecundum rationem nuncupanda eſt. diſputat.1. ſection. 3. num. 17.f.9

Realitas.

Realitas nulla quidditatiuè fluens, niſi mutatio. diſpur.46.ſect.7.num.20.fol.523

Redemptio.

Redemptionem voluit Deus eorum infantium, qui maternis vteris vitam finiunt, nulla in illis mutatione facta. diſputat.12. ſect.3.num.1. fol.148

Reflexio.

inter Reflexiones omnes ſola prima meretur rationem propriæ reflexionis. diſp.3.ſ.5.n.14. fol.22

Relatio.

Relatio Dei ad creaturas. d.5.ſ.4.n.1.f.32
Relationes in Deo non ſunt communes. d.5.ſ.4. n.10.f.33
Relationis realis diſtinctio à fundamento ambigua. d.46.ſ.6.n.9.f.520
Relationum rationis genus duplex. d.16.ſect.3. n.8.fo.171
Relationes ad creaturas Deo non conueniunt ab æterno, ſed ex tempore. diſp.5.ſ.4.num.11. fol. 33
Relatio rationis, ſiue formaliter, ſiue fundamentaliter ſumpta nequit complere, nedum conſtituere formalem rationem actus liberi diuini. d.11.ſ.3.n.12.f.130
Relationes reales Creatoris aut Domini non reperiuntur in Deo. diſp.13.ſect.1.num.14. fol.150
tres Relationes non ſunt tres bonitates tranſcendentales propriè loquendo, ſed vna perfecta. d.3.ſ.3.n.16.f.20
Relationes rationis directè non ſubiiciuntur diuinæ potentiæ. diſput. 22. ſect.4. num. 3. fol.246
Relationes rationis ab obiectis creatis Deo adoenire nequeunt, niſi obiecta aliter ſe habeant. d.22.ſ.4.n.3.f.246
Relationis prædicamentalis eſſe eſt aliud reſpicere. d.46.ſ.8.n.7.f.525
Relatio diuinæ voluntatis ad creaturas non eſt prædicamentalis, vel illi ſimilis, ſed tranſcendentalis reſpectus. diſputation. 5. ſection.4. num. 4. fol. 32

Religio.

Religio Dei vt Dei non poteſt eſſe præcisè. diſputat.42.ſection. 3. num. 9. fol.458

Reprobi.

Reprobi numero plures, quam electi. d.35.ſ.3. n.5.f.361
Reprobi Deo tenentur gratias agere. d.19.ſ.10. n.14.f.212
Reproborum ſalutis complacentia ſimplex non impedit voluntatem reprobandi. diſp.19.ſ.11. n.8.f.213
circa Reproborum gloriam poſſibilem ſimplex complacentia d.19.ſ.12.n.214
cur Reprobis Deus ſuam reprobationem occultat. diſputat.19.ſect.7.num.206

Riſibilitas.

Riſibilitatis in homine emanatio cum bonitatis emanatione in ente comparatur. diſput.6. ſection. 2.num.5.fol.38

S

Sacramentum.

SAcramentorum virtus ſpiritualis in quo conſiſtat. d.46.ſ.2.n.17.f.510
Sacramenta propriè inſtrumenta Dei. d.48, ſ.5. n.6.f.543
in Sacramentis vis ſpiritualis eſt per ſolam extrinſecam denominationem. d.46.ſ. 2. n.16. fol.510

Salus.

Salus hominum præciſa ab aliis altioribus bonis, bonum inferius vita Chriſti D. diſp. 53. ſect.7.n.1.f.602
Salus hominum ſub alia conſideratione, bonum maius quam Chriſti Domini vita. d. 53.ſ.7. num.2.f.602

Sapientia.

Sapientiæ diuinæ duplex conſideratio. diſp. 39. ſection.2.num.8.fol.420

Scientia.

Scientia Dei vagum indiuiduum cognoſcit. d.49.ſ.4.n.25.f.553

Scientia actuum liberorum cur falli non poſſit. d.50.ſ.1.n.13.f.554

Scientia conditionalis ante quamlibet volitionem Dei. d.50.ſ.2.n.6.f.555

Scientia conditionata præfinitione prior. d. 23. ſ.1.n.9.f.250

Scientia ſimplicis intelligentiæ prior qualibet volitione diuina. d.23.ſ.1.n.2.f.250

Scientiam conditionalem ſupponit intentio puniendi. d.35.ſ.8.n.11.f.377

Scientia diuina non ſpontanea. diſp.4. ſ.2.n.9. fol.25

Scientia viſionis ſui obiecti decretum efficax ſupponit. d.23.ſ.2.n.2.f.251

Scientia Dei relatione rationis conſtituta, ſeipſam fabricaretur,ac determinaret. d.11.ſ.3. n.14.ſ.130

Scientia veritatis contingentis nihil reale ſupra ſcientiam neceſſariam addit.d.22.ſ.4.num.4. fol.246

Scientia futuritionis creaturarum in præfinitione. d.23.ſ.2.n.9.f.252

Scientia media vnius obiecti prior viſione eiuſdem. d.23.ſ.4.n.8.f.253

Scientia media & ſcientia infallibilis illationis poſterior ſimplici intelligentia. diſputat. 23. ſection. 4. num. 7. fol. 253

Scriptura.

Stipturæ verba diuerſo modo ad materialem actionem, & formalem malitiam referuntur. d.42.ſ.3.n.3.f.457

Scriptura vbi non excipit,nos non debemus excipere. d.19.ſ.6.n.1.f.202

cur Scriptura ſæpe verbis vtatur de præterito in futuris prædicendis. diſput.16.ſ.1.n.8. fol. 167

Scripturæ verba ad improprios ſenſus non detorquenda. d.11.ſ.1.n.9.f.124

Scripturæ locutiones limitandæ non ſunt,neque detorquendæ, vbi rationis pondus non vrget. d.9.ſ.9.n.15.f.90

Scripturarum ſignificationes potuit Deus velle diſtinctas, abſque diſtincta creaturarum diuerſitate. d.12.ſ.2.n.21.f.147

Scripturæ teſtimonia vera non euadunt per ſolam poſſibilium complacentiam.d.11.ſ.2.n.5. fol.125

Sicut.

particula *Sicut* non ſemper æqualitatem denotat. diſput.53.ſect.5.num.6.fol.600

Socrates.

Socratis dictum.d.1.ſ.1.num.9.fol.4

Sol.

Sol infinitus, imperfectiſſimus eſſet in ordine ad vniuerſum,& valde nociuus. d. 9. ſect. 2. num.3.f.75

Sol indifferens ad vitam vel mortem animalis cauſandam. diſputat. 45. ſection.1. num.10. fol.487

Spes.

Spes Deo repugnat. diſput.52.ſection.8.num.1. fol.592

Spei ratio ſolidior à Deo reiicienda.d.52.ſect.8. n.5.f 592

Spei meritum maius in homine quam in Angelo. d.53.ſ.8.n.12.f.604

de Spe quid ſentiat S. Thomas. d.52.ſ.8. n.1. fol. 592

Spiritus ſanctus.

Spiritum ſanctum liberè ſimul & neceſſariò procedere,qui ſenſerint. diſput.4.ſ.1. num.4. fol. 23

Spiritus ſancti ſpiratio amore Dei erga ſe ſublato tollitur. diſputat. 4. ſection. 2. num. 11. fol.25

Spiritus ſanctus dicitur poſtulare & triumphare quia cauſa eſt vt nos poſtulemus & triumphemus. diſput.27. ſection.7.num.18. fol.289

Subſtantia.

Subſtantiæ Angelicæ ſumma perfectio. diſp.39. ſection.2.num.7.fol.420

Suggeſtio.

Suggeſtio dæmonis,& prædeterminatio ad materiale peccati idem intendunt.diſp.37.ſect.1. n.17.f.394

Suggeſtionem ad praua opera non præbet Deus. d.36.ſ.7.n.6.f.388

Suggeſtionem ad praua opera negantes Patres, prædeterminationem negant. d.36. ſ. 7. n.6. fol.388

Supplicium.

Supplicia quæ merè ſupplicia ſunt, media ſunt, quibus diſſonantiam peccati, ad diuinæ legis conſonantiam reuocat Deus. diſp.35.ſ.7.n.3. fol.373

Suppliciorum Deus non eſt primus author. diſput.35.ſect.7.num.6.fol.373

Suppoſitio, Suppoſitum.

Suppoſitio,quæ infallibiliter conſequens infert, libertatem penitus euellit. diſput. 7. ſect. 6. num.20.fol.58

Suppoſitum intellectionis capax, & volitionis eſſentialiter incapax, implicationem inuoluit. diſputat.1. ſect.1. num.29. fol.5

Synagoga.

de Synagoga dicta, de iuſtorum animabus explicant Patres. diſp.34. ſect.1.n.9.fol.346

Synodus.

Synodus Palæſtina Pelagianas explicationes probauit. d.32.ſ.6.n.13.ſ.331

T

Temperantia.

Temperantia & fortitudo non dantur in Deo. d.55.ſ.1.n.4.f.625

Tentatio, Tentare.

Tentatio quid ſit? diſp. 37. ſect. 1. num. 4. fol. 392

ad Tentationem ſufficit ſola cauſalitas moralis. d.37.ſ.1.n.3.f.392

Tentationes ſuperare per Chriſti gratiam poſſibile. d.37.ſ.3.n.6.f.399

ad Tentationes ſuperandas per Chriſti gratiam omnibus poteſtas conceſſa. d. 37. ſ.2. n.10. f.396

Tentatione aliqua vinci hominem, minus propria locutio. diſp. 37. ſect. 2. num. 33. fol. 399

Tentatione nulla pulſatus, grauius peccat, quam qui nulla. diſp. 37. ſect.2. num.9.f.396

Tentari non malum, ſed bonum. d.37. ſ.1.n.5. f.393

Tentans non debet formalem rationem malitiæ intendere. diſp. 37. ſect. 1. num. 10. fol. 393

Terminus.

Termini complexi appellatio. diſp. 35. ſect. 2. n.5. f.358

Teſtamentum.

Teſtamentum Deo propriè non competit. d.56. ſ. 1.n. 11.f.636

Teſtamentum de Chriſto D. vt homo eſt propriè dicitur. diſp. 56. ſect. 1. num. 11. fol. 636

Teſtamentum multoties idem quod pactum. d. 56. ſ. 1. n.13. f.636

Totalitas.

Totalitatis duplicis diſtinctio. diſput. 4. ſect. 4. n. 1. f. 28

Trinitas.

Trinitas pulcherrimum obiectum & potens rapere voluntatem diuinam. d. 3. ſect. 3.num. 22. f. 19

Triſtitia.

Triſtitia propriè in Deum non cadit. d.21. ſ.1. n. 11. f.235

Triſtitia vnde proueniat in homine, quando ſe ab illo bono cohibet, in quod maximè inclinat. d.10. ſ.4.n.2.f.13

Triſtitiæ obiectum inuoluntarium. d. 54. ſect. 4. n. 11. f.621

Triſtitiam & timorem cuncti Theologi à Deo reiiciunt. d.54.ſ.4.n.4.f.620

Triſtitiæ materia non ex Dei prouidentia prædeterminante. d.21. ſect. 1. num. 13. fol. 236

Triſtitiæ nomen diſplicentia quælibet non meretur. d.21.ſ.1.n.11.f.325

Triſtitia & dolor repugnant Deo. diſp.54. ſect. 4.n.8.f.621

Triſtatur Deus quod homines propriæ ſaluti non conſulant. diſp. 21. ſect.1. num.12.fol. 235

V

Væ.

Væ interiectio frequenter vſurpata à Chriſto Domino, in minis aut increpationibus. d.21. ſ.1.n.20.f. 236

Velleitas.

Velleitas verbo ſubiunctiui ſignificatur. diſp.20. ſect. 4. n. 19. f.223

Velleitas quando verbo indicatiui ſignificetur. d.20.ſ.4.n.19.f.223

Velleitas, quæ non vult ex parte ſua præſtare, quæ præſtari requiritur, propria voluntatis ignauæ eſt. diſp. 20. ſect. 4. num. 18. fol. 223

Verbum.

Verbi Dei, & imperij efficacitas. d.18. ſ.8.n.6. f.190

circa Verbi generationem neceſſariam, Arianorum obiectio. d.4.ſ.1.n.7.f.23

Veritas.

Veritatem amat homo neceſſariò, ſicut beatitudinem. d.43.ſ.5.n.16.f.468

Verum & falſum ſunt in rebus obiectis d. 6. ſ. 3. n.5.f.40

Virtus.

Virtus operatiua Dei, ipſe Deus ex S. Thoma. d.46.ſ.3.n.19.f.513

Virtutes intellectuales dantur in Deo. d.55. ſ.1. n. 3.f. 615

Viſio.

Viſionem Dei in futurum differri vtile. d. 9.ſ.4. n. 8.f. 78

Vniuerſum.

Vniuerſi partes ad bonum tanquam ad finem ordinantur. d.6. ſ.4. n.20. f.44

Vniuerſi pulchritudo præcipua in melioribus & magis cum recta ratione conſonantibus operibus. diſp. 19.ſect.4.n.11.f.198

Volitio, Volibile, Volitum, Voluntas, Velle, Voluntarium.

Volitionis aut voluntatis nomen quid. d. 1. ſ.1. n. 4. f. 3

Volitio nulla ab extrinſeco mala. d. 40.ſ.2.n.3. f.438

Volitio diuina non eſt propriè motus. d.5.ſ.3.n. 9.f.32

Volitio Dei rectè appellatur operatio ſiue vltimus actus. d.2.ſ.2.n.13.f.13

Volitionis & operationis idem finis. d.3. ſ.1.n.8. fol.15

Volitio libera deficiens ab obedientia Dei. d.43. ſ.3. n.3.f.463

Volitio diuina non multiplex, ſed ſimplex eſt. d.5. ſ.6.n.1.f.34

Volitio libera, eo libera, quod ſit formalis peccati ratio. d.38.ſ.3.n.12. f.407

Volitionis communis ratio bona. d. 49. ſ. 2. n. 20. f.548

Volitionem naturalem moraliter bonam Dei beneficio habemus. diſp. 40. ſect. 4. n. 7. f. 444

Volitio interior per ſe cauſa exterioris actus. d. 40.ſ.2.n.8.f.439

Volitio efficax dicit formaliter denominationem. d.11.ſ.9.n.13.f.141

Volitio diuina libera quo ſenſu poſſit appellari contingens. diſp. 7. ſect. 7. num. 7. fol. 59

Volitio diuina tranſcendentaliter reſpicit diuinam bonitatem, & ipſam volitionem. d. 5.ſ. 4.n.8.f.35

Volitio vna qua ratione ſit cauſa alterius. d. 15. ſ.4.n.9.f.162

Volitionis diuinæ eminentia. d. 22. ſ.4.n. 23.f. 248

Volitio efficax abſque metaphora reperitur in Deo. diſput. 22. ſect. 4. num. 16. f.247

Volitiones Dei conditionaliter futuræ. d.23.ſ.1. n.11.f.251

Volitio interpretatiua effectus indirectè voliti eſſe nequit ſecluſa obligatione.d.27.ſ.5.n.13. f.283

Volitio medij,& finis, infima diſtinctione rationis diſtinguuntur. diſp.24. ſect.3. num.11.f. 258

Volitio peculiari ratione in creaturas tendit, qua non tendit ſcientia. diſp. 6. ſect. 6. num. 8. f.46

Volitio efficax ſi per operationem compleretur, idem eſſet formaliter velle aliquid eſſe, illúdque producere. diſp.11. ſect. 11. num. 2. f.144

Volitio prædicendi futurum. diſp. 23. ſect.3.n. 1. f.252

Volitio qua Deus cum homine vult materialem peccati actionem producere, conſequens voluntas eſt. diſput. 33. ſect. 3. num. 2. fol. 339

Volitio aliquid legis diuinę obſeruantię anteponens, rationem odij aliquam participat. d.33. ſ.2.n.9.f.338

Volitiones purè conditionales abſunt à Deo. d. 20.ſ.1.n.1.f.215

Volitionis perfectiſſimæ perfectiſſimum eſſe debet obiectum formale, perfectiſſimúſque modus volendi illud. diſput. 3. ſ. 2. num.1. fol. 16

Volitio vna dupliciter poteſt intelligi perfectior alia. d.24.ſ.3.n.8.f.258

Volitione ſimplici plura nequeunt æquè primo amari. d.3.ſ.2.n.11.f.17

Volitio diuina non habet rationem propriam paſſionis. d. 2.ſ.2.n.10.f.13

Volitio circa res poſſibiles,quæ nunquam producendæ ſunt, aliquo pacto dici poteſt conditionata. d.6.ſ.3.n.31.f.41

Volitio diuina ex ſuppoſitione quod fuerit neceſſariò eſt ab æterno. diſp.8.ſect. 6.num.4. fol.69

Volitionis mutabilitas prouenit in homine ex diſpoſitione, paſſionibus, & appetitu. d. 8. ſ. 6.n.19.f.70

Volitiones diuinæ quoad intrinſecum æqualitatem ſeruant, non tamen quoad extrinſecum. d.10.ſ.6.n.19.f.119

Volitio diuina, quæ neceſſaria eſt,efficax non eſt. d.11.ſ.8.n.8.f.139

Volitio libera Dei non conſtituitur per relationem rationis. diſput. 16. ſection. 5.num. 6. fol. 174

Volitio diuina ſecundum ſe vnica,& ſimpliciſſima à Theologis multipliciter diuiditur.d.17. ſ.1.n.1. f.176

in Volitionibus omnibus Dei eadem ſpecies phyſica. d.57.ſ.4.n.6.f.656

in Volitione ipſa qua peccat quilibet, beatitudinem appetit. diſp. 43. ſect.5. num. 14.fol. 467

Volitio non eſt voluntaria niſi ſit à principio intrinſeco. diſput. 45. ſection.7. num. 22. fol. 502

Volitionis impoſſibilis noua extenſio volitione inuariata. diſput. 44. ſect. 7. num. 15. fol. 481

Volitionis materialis extenſio. diſp.44.ſect.5.n. 14.f.481

Volitio conditionalis abſolutam virtualiter continet. d.50.ſ.2.n.7.f.551

à Volitione diuina imperfectio quælibet ſeparanda. d. 2.ſ.2.n.1.f.12

Volitiones & intellectiones aliquæ intrinſecè malæ. d.41.ſ.1.n.9.f.448

Volitionum differentias numericas homines ignorant. diſput. 48. ſect. 4. num. 11. fol. 551

Volitionis diuinæ integrum obiectum formale, complectitur omnem bonitatem diuinam. d. 3. ſ. 3.n.9.f.17

Volitio efficax eſſe non poteſt,quæ nequit ſeipſa aliquid determinatè efficere,ſine alterius volitionis indigentia. diſp. 11. ſect. 8. num. 7. fol.139

Volitio diſiuncti non eſt efficax, ſed complacentia ſimplex. diſp.11. ſect. 8. num. 4. fol. 139

Volitio efficax creandi mundum eſt ratio ex parte cauſæ primæ determinans vt mundus producatur. diſp.11. ſectione 4.num. 1. fol. 131

Volitio diuina & cognitio diuina partim conueniunt,partimque differunt. diſp.15. ſect.5.n. 10. f. 164

Volitio diſiunctiua ſola non poteſt conſtituere Deum liberè & efficaciter volentem,licet adiungatur ei operatio extrinſeca. d.11.ſ.10.n. 2.f.142

Volitionis efficacis inadæquata ratio. d. 18. ſ. 6. n.3.f.187

Volitio efficax Dei præſcientiam conditionatam ſupponit. diſput. 18. ſectione 6. num. 3.fol. 187

Volitio efficax creandi mundum mundo affert neceſſitatem, vt exiſtat. d.11. ſect.11.num.1. fol.143

Volitionis diuinæ duplex conſideratio.d.18.ſ.6. n.3.f.187

Volitionis adæquata ratio quid includat. d. 18. ſ. 6.n. 3.f.187

Volitiones diuinæ omnes immutabiles ſunt. d. 16. ſ.2.n.9.f.170

Volitio libera Dei in quouis inſtanti temporis eſt neceſſaria. diſp. 16. ſect. 5. num. 8. fol. 174

Volitionis diuinæ creatura nulla eſſe poteſt cauſa finalis. diſput. 15. ſectione 1. num. 4.fol. 159

Volibilia plura quæ Deus non vult. diſp. 6. ſ.5. n.1.f.45

Voli

Volitum mouet voluntatem. diſp.5.ſect.1.num. 1.fol.30

Voluntas principium indifferens. diſp.45.ſ.6.n. 5.f. 498

Voluntas Dei omnipotens. diſp.18.ſect.4.n.11. f.185

Volontas Dei circa quodlibet obiectum non ſe habet negatiuè. diſp.54. ſectione 2. num. 7. fol.616

Voluntas non cogitur. diſp. 19. ſect. 1. num. 5. fol.192

Voluntas ſupra ſe reflectitur, ſicut ſcientia. d.3. ſ.5.n.3.f.21

Voluntas eſt primum determinans, ſecundum aliquos Doctores. diſp. 49. ſect. 1. num. 9. fol. 545

Voluntas Dei nulla eſt quæ amplectatur mala. d.31.ſ.2.n.7.f.315

Voluntatis habitum nullum Deo conuenire. d. 2.ſ.3.n.4.f.14

Voluntatem præparari à Deo. diſp.36.ſ.5. n.13. f.387

Voluntatem quomodo determinet Deus. d. 39. ſ.3.n.12.f.424.

Voluntatem determinat Deus ad communem rationem volendi bonum. d.39.ſ.2.n.20.fol. 422

Voluntas Dei primaria, ex Damaſc. d.19 ſ.3. n. 3. f. 194

Voluntas ſecundaria Dei. diſp. 19. ſect. 2. n.5. fol. 193

Voluntatis imperfectio, non omne bonum diligere. d. 6.ſ.2.n.16.f.39

Voluntas eſt ratio ob quam ex duobus hominibus omnino æqualibus alter peccato conſentit, altero non conſentiente. diſp. 28.ſ.2 n. 13.f.295

Voluntatis indifferentia negata eam ponire iniquum. d. 35.ſ.5.n.24.f.370

Voluntas pœnam, neceſſitas veniam habet. d. 38.ſ.3.n.24.f.409

in Voluntatis poteſtate eſt rationem actu conſidetare. d.39.ſ.2.n.6.f.420

Voluntas increata à voluntate creata differt in multis. d.7.ſ.2. n.5.f.48

Voluntatis antecedentis & conſequentis definitio, iuxta Patrum mentem. diſp. 19.ſect.2. n.1.f.193

Voluntatis diuinæ perfectio non exigit liberè velle omoe volibile. diſp. 8.ſect. 7. num. 5. fol.71

Voluntatem efficacem ſolum per metaphoram concedi in Deo. diſp. 11. ſect.1. num. 2. fol. 124

Voluntas diuina conſequens ortum trabit ex vitio noſtro. diſput. 15. ſect. 3.num. 2. fol. 160

Voluntatis diuinæ nulla eſt cauſa efficiens.d.15. ſ.1.n.2.f.159

Voluntatis actus præcipuus, amare eſt. d.1. ſ.1. num.6.f.3

Voluntas humana Chriſti Domini vitandi mortem. d.20.ſ.4.n.19.f.223

Voluntas puniendi Deo conuenit ab extrinſeco. d.21.ſ.2.n.8.f.238

Voluntas finis mediorum voluntatem includit. d.23.ſ.1.n.6.f.250

Voluntas antecedens prior conſequente. d. 24. ſ.1.n.4.f.254

Voluntatem vt efficiens & deficiens eſt inſtrumentum Dei. d.28.ſ.4.n.2.f.298

in Voluntatis poteſtate ſitum vti vel non vti regula rationis, non tamen ſemper actu attendere. d.28.ſ.3.n.13.f. 297

Voluntas quælibet magis propendet ad volendum efficaciter ea, quæ ſimplici complacentia magis diliguntur. diſp.9. ſect. 16.num.1. fol.102

Voluntatem in Deo negantium fundamentum. d.1.ſ.1.n.1.f.3

Voluntat mala eſt concupiſcentia tentans.d.37. ſect.1.n 7.f. 393

Voluntatem malam res inferior non facit. d.38. ſ.1.n.14.f.402

Voluntas noſtra prior, in genere determinantis ad caſum. diſput.35. ſect. 1. num. 14. f. 356

Voluntas Deo perfectiſſimè ſubiicitur quando deficit. d.28.ſ.4.n.3.f.298

Voluntatis conſequentis nomen non vſurpatur iuxta mentem Patrum. d. 33. ſect. 4. num. 3. f. 342

Voluntati imputantur neceſſariò effectus directè voliti, etiam qualibet ſecluſa lege.diſp. 27.ſect.5.n.11.f.283

Voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat in ſtatu innocentiæ. diſp. 38. ſect.4.n. 17.f 411

Voluntas in genere determinantis ad malum, primum principium. diſp. 38. ſect. 5. num. 17.f.413

Voluntas peccandi non eſt perfecta voluntas, ſicut neque potentia ad peccandum perfecta potentia. diſput. 6. ſectione 5. num. 4. fol. 45

Voluntati cuilibet creatæ poſſibile eſt phyſicè facere oppoſitum illius, quod moraliter eſt infallibile. d.10.ſ.5.n.3.f.115

Voluntas merè conditionata ſuperflua. d. 20. ſ. 3. n.8.f.210

Voluntates auerſæ & aduerſæ conuerti poſſunt. d.18 ſ.8.n.10.f.191

Voluntas ad cauſandas creaturas intellectu remotior eſt. diſput. 14. ſectione 2. num. 4. fol.157

quo pacto Voluntati diuinæ meliora bona creata ſint magis connaturalia. diſp. 10.ſect.6.n. 10.f.118

Voluntas Dei nulla præſupponitur ex parte obiecti diuinum intellectum determinans. d. 11. ſ.3.n.13.f.130

Voluntatis diuinæ finis vltimus Dei bonitas eſt, fines autem ſubordinati creaturæ. d. 15. ſ. 4. n. 1. f.162

Voluotatem ſigni non impleri deſernit Deus, vt melius impleatur beneplaciti. d. 18. ſect. 1. n. 5. f.179

Voluntatem omnem beneplaciti ſemper impleri. d. 18.ſ.4.n.8.f.185

Voluntatis diuinæ efficacia eneruabitur ex opinatione diſtuncti, ſi vera ſit. d. 11.ſ. 18. num. 20.f.145

Voluntas antecedens ante Deum,voluntas conſeqnens quaſi à tergo Dei. d. 19. ſ.2.num. 2. f. 193

Voluotas Chriſti Domini diuinæ conformis. d. 53.ſ.10.n.7.f.606

Voluntas in quantum deficiens eſt prima cauſa peccati. d.28.ſ.1.n.13.f.294

Voluntas antecedens rectè appellatur volun-

tas

tas ſecundum quid. diſput. 19. ſect.10.n.16. fol.212
Voluntas vim habet vt ſe determinet.d. 45.ſ.1. n.11.f.487
Voluntas ſigni ſecundum metaphoram voluntas dicitur. diſput. 17. ſectione 1. num. 2. f. 176
Voluntas dæmonum ad nocendum paratiſſima. d. 44. ſ.3.n. 9.f.477
Voluntas diuina ſe mundam à ſordibus continet. d. 51.ſ.2.n.4.f.577
Voluntas ſe determinare non poſſet, ſi prius à Deo determinaretur. diſput. 45. ſectione 1. n.5. f. 486
Voluntas habet aliam determinationem à diuina ſcientia. d. 7.ſ.6.n.3. f.56
Voluntatis actus multiplicantur ſecundum volita. d. 5.ſ.1.n.7.f.30
Voluntas diuina miſerandi antecedens, puniendi verò conſequens nuncupatur. d.9.ſ. 15.n. 7. fol.102
Voluntas diuina quo pacto manca foret, & à creaturis multum dependens. d. 12. ſ. 3. n. 7.f.148
Voluntas efficax puniendi, antecedenti non repugnat. d.19.ſ.4.n.20.f.199
Voluntatis diuinæ efficacitas refutat phyſicam & antecedentem neceſſitatem. d. 18. ſ. 7. n. 7.f.189
Voluntas antecedens & conſequens conueniunt & differunt. diſp.19. ſectione 9. num. 7. f.209
cur Voluntati antecedenti conditionem Deus appoſuit. diſpur. 20. ſectione 4. num. 4. fol. 212
Voluntatis applicatio ad liberam volitionem per ſe dirigitur in Deum. diſput.45. ſect.4.num. 20. f.493
Voluntas naturaliter complacet de beatitudine in communi. diſput. 45. ſectione 5. num. 25.f.496
Voluntatis cooperatio ſimpliciter neceſſaria ad actus ſupernaturales. diſp. 45. ſect. 7. num. 21.f.502
Voluntatis determinatio ab ipſa & à Deo cauſatur. d.45.ſ.9.n.10.f.504
Voluntas quoties operatur, in ea operatione eſſentialiter clauditur amor boni. d. 45. ſect. 5.n.16. f.496
Voluntas infallibiliter operatur, quoties intellectus aliquid ei proponit. d.4. ſect. 5.n. 26. fol.496
Voluntatem ad minus malum inclinandi modus triplex. d. 44.ſ.5.n.13.f.481
Voluntatis creatæ concurſum Deus quodammodo expectat. diſp. 49. ſectione 1. n. 12. f. 545
Voluntatem dupliciter immutat Deus ſecundum S. Thomam. diſp.46. ſect. 3. num.8. fol. 512
Voluntas realiter cauſat, vt intellectus intelligat. d.46.ſ.9.n.12.f.528
Voluntas vt operetur liberè Dei determinatione non eget. diſp. 49. ſect. 1. num. 5. fol. 544
Voluntas monetur à Deo ad primas volitiones. d.49.ſ.4.n.4.f.551
in Voluntate diuina nullum coactionis veſtigium. d.50.ſ.4.n.5.f.560
Voluntas propriè eſt cauſa, vt creſcat malitia ex Adamo contracta. diſp. 43.ſect. 1. num. 13. fol.460
Voluntas ad ſupernaturales actus non eſt propriè inſtrumentum Dei. diſp.48. ſect.2.num. 9. f.539
Voluntatis conatus eſt actio illius. d.49. ſ. 1. n 17.f.546
Voluntatis finis vltimus æqualis perfectionis eſſe debet cum illa. diſp. 3. ſect.1. num. 15. fol. 16
Voluntatis diuinæ circa actiones de facto eliciendas, & non eliciendas diſcrimen. d. 50. ſ.2.n.13.f.556
Voluntati diuinæ conuenit modus amandi & operandi liberè. diſp. 4. ſect. 1. num. 14. fol.24
Voluntatis diuinæ obiectum adæquatum ſolus Deus eſt. d.4.ſ.4.n.16.f.30
Voluntas nihil quærit extra bonum illi ſufficiens, & quo ſatiatur. diſp.5. ſect. 1. num. 6. f.30
Voluntatis actum proprium qui ſemouent à Deo, radicitus Theologiam euellunt. d. 1. ſ. 1.n.7.fol. 3
Voluntate, Deum eſſe præditum, antiqui ſupponunt Philoſophi, vt omnino certum.d.1.ſ. 1.n.8.fol.4
Voluntate ſublata, poſſibilium productio nequaquam poſſet cobiberi. d.1. ſ. 1.num. 23. fol.5
Voluntas diſtinguitur ab eſſentia & attributis diſtinctione rationis ratiocinatæ. d. 1. ſ. 3. n. 17. fol 9
Voluntas diuina eſt potentia vniuerſalis ſicut intellectus. d. 5. ſ.2.n.4.f.31
Voluntati diuinæ reſiſti quomodo & ſub qua conſideratione poſſit. diſp. 18.ſect.6.num.6. fol.187
Voluntas beneplaciti, & ſigni adæquatè diuidunt voluntatem Dei. diſp. 18.ſect. 4. num. 5.f. 185
Voluntas diuina potuit ſe ad oppoſita determinare manente eodem iudicio & ſcientia practica. d.7 ſ.6.n.7.f.57
Voluntas diuina non minus præciſiua ſeu abſtractiua eſt, quam intellectus diuinus. d.6.ſ. 2.n.9.f.38
de Voluntate multa verificantur, quæ vera eſſe non poſſunt de eſſentia, vt eſſentia eſt. d.1.ſ. 3.n.21.f.10
Voluntas ſæpe non amplectitur extremum vt magis eligibile propoſitum, & neceſſariò adhæret minus eligibili.diſput.7.ſect.2.num. 17.f.50
in Voluntatis diuinæ obiecto formali quæ quaſi partes reperiantur. diſp. 3. ſect. 4. num. 1. fol.20
Voluntas diuina monetur quodammodo à bonitate creaturarum. diſput. 5. ſect. 3. num. 5. fol. 31
Voluntatis & intellectus operationes ſolent à Patribus motus appellari. diſp. 2. ſect.2.n.4. fol.12
Voluntas conditionata propriè non impeditur. d.18.ſ.4.n.7.f.185
Voluntates duæ ſigni ſemper implentur. d. 18.ſ. 1.n.3.f.178
Voluntatis efficacis & antecedentis cauſalitates aliquando æquales. diſp. 18. ſect.6.num.12. fol. 188

Voluntas

Voluntas beneplaciti eſt voluntas ſecundum quid. d.18.ſ.4.n.7.f.185
Voluntatis diuinæ efficacitas ſecundum ſanctum Thomam ſaluatur ſine præmotione. d.18.ſ.3.n.10.f.184
Voluntas Dei efficax, vel ab hominibus, vel de hominibus ſemper impletur. d. 18. ſ. 2. n.3 f.180
Voluntas vna ſimplex, quod ex ſe eſt præcisè, non fertur in obiecta contraria. d. 19. ſ. 4. n. 21.f.199
Voluntas diuina præhabet in ſe, quidquid perfectionis remaneret in habitu, omni præciſa imperfectione. d.2.ſ.3.n.7.f.14
Voluntas, quæ efficax eſt, ſortiri poteſt effectum independenter ab alia libera conditione. d. 11.ſ.8.n.9.f.140
Voluntas ſigni metaphoricè competit Deo, ſicut ira, triſtitia, pœnitentia. d.19.ſ.8.n.15.f.208
ſi Voluntate Deus careret, res naturales incertæ fluctuarent & in varios fines raperentur. d.1. ſ.1.n.25.f.5
Voluntas humana omnino impeccabilis non eſſet melius in ordine ad vniuerſi ſeriem, quam ſi peccare potuiſſet. d.9.ſ.1.n.18.f.74
Voluntati libertas amabilis, ſeruitus grauis. d. 43. ſ.5.n.15.f.468
Voluntas beneplaciti quandoque preſsè, quandoque latè accipitur. d.19.ſ.8.n.18.f.208
Voluntas antecedens quid intendat. d. 19.ſ.13. n.3.f.215
Voluntatis determinatio naturalis ad actiones rationi contrarias vnde proueniat. d.41.ſ.2.n. 13.f.451
Voluntas ſola abſoluta nomen beneplaciti ſimpliciter meretur. d.18.ſ.4.n.8.f.185
Voluntas efficax permiſſiua impletur. d. 18.ſ.6. n.13.f.188
Voluntas Dei circa prædeſtinatos, & reprobos duplex. d.19.ſ.9.n.15.f.210
Voluntatem Patris Chriſtus intulit ex parabola ouium. d.19.ſ.1.n.6.f.192
Voluntate efficaci quædam Deus non vult. d. 23.ſ.2.n.6.f.252.
Voluntatem antecedentem ſolam, beneplacitum Damaſcenus appellat. d.18.ſ.4.n.1.f.184
Voluntatem Dei penetrandi via certior & breuior. n.2.f.1
Voluntas praua licet inuita Deo obedientiam præſtat. d.44.ſ.3.n.3.f.475
Velle bonum alicui, amare eſt. d.6.ſ.4.n.10.f.42
Velle prius quod perfectius eſt non neceſſe. d. 24.ſ.2.n.5.f.255
Velle rem non exiſtere non eſt ſummum malum, maius erit velle rem eſſe impoſſibilem.d. 6.ſ.3.n.12.f.41
Velle vt creatura odio proſequatur Deum, indignum eſt Deo. d.33.ſ.1.n.5.f.338
Velle complacentia ſimplici nequit Deus plura, quàm re ipſa vult. d.6.ſ. 5. n.6 f.45
Velle nec Deus nec homo queunt quod eſt ſimpliciter contrarium eorum voluntati, retenta aliqua voluntate. d. 19. ſ. 13. n. 5. f. 215
Velle nequit Deus, vt voluntas creata actum bonum omittat, inſtante obligatione. d. 26. ſ.2. n.23.f.264
Velle optimum eſt ſimpliciter neceſſarium, & oppoſitum omnino impoſſibile. d. 9.ſ.1.n.4. f. 72
Vult ſemper Deus quod optimum eſt, ad finem à ſe intentum conſequendum. d. 9. ſ. 1. n. 4. f. 72
Voluit Deus vtiliſſima eſſe omnia. d. 38. ſ. 1. n. 9.f.401
non Vult Deus peccatorum actiones in particulari. d.50.ſ.2.n.11.f.556
Volendi hoc potius quam illud ratio tota denoluitur ad diuinam voluntatem, in iis obiectis in quibus nulla ratio eſt, propter quam hoc melius ſit quam illud. d. 15. ſ. 5. nu. 3. f. 164
ad Volendum & non volendum, neceſſariò concedendum eſſe principium aliquod indifferens. d.2.ſ.3.n.16.f.12
Voluntarium minuitur admixtione inuoluntarij. d.8.ſ.2.n.12.f.64

Vox.

Vocum aliquarum in hac materia frequentium fixum ſignificatum ſtatuitur. d. 11. ſ.9.num. 9.fol. 141

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-3-1

Digitized by Google